
image
not
available

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
E
2
NAPOLI

Digitized by Google

M.E 2

20

EZ: SPANHEMII
DISSERTATIONES
DE USU ET
PRÆSTANTIA
NUMISMATUM
ANTIQUORUM

P. Berchet delin.

M: V.d Gucht Sculp.

Digitized by Google

EZECHIELIS SPANHEMII

Liberi Baronis, & Legati Regii

DISSERTATIONES

DE

PRÆSTANTIA

ET USU

NUMISMATUM

ANTIQUORUM.

EDITIO NOUA.

In qua editæ antea Dissertationes recensentur, multisque accessionibus locupletantur; aliæ nunc primum prodeunt; singulæ autem selectis insignium Numismatum Iconibus illustrantur.

Biblioteca Nazionale V. E. III. NAPOLI

TOMUS PRIMUS.

LONDINI,

Impensis RICHARDI SMITH, ad Insigne Angeli & Bibliorum extra *Temple-Bar*.

MDCCVI

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNE R.

ANNE, by the Grace of God, Queen of *England, Scotland, France*, and *Ireland*, Defender of the Faith, *&c.* To all to whom Theſe Preſents ſhall come, Greeting. Whereas Our Truſty and Well-beloved *Richard Smith*, of Our City of *London* Bookſeller, hath humbly repreſented unto Us, That he has been at a great Expence in Printing a Work in Two Tomes compoſed by the Baron *de Spanheim*, Ambaſſador Extraordinary from Our Good Brother the King *of Pruſſia*, reſiding in Our Court, Intitled, *Ezechiëlis Spanhemii Liberi Baronis & Legati Regii Diſſertationes De Præſtantia & Uſu Numiſmatum Antiquorum. Editio Noua, &c.* And that the ſole Right of the Copy of the ſaid Work is Veſted in the ſaid *Richard Smith*, therefore he hath Humbly beſought Us to Grant him Our Royal Privilege for the ſole Printing and Publiſhing the ſame for the Term of Fourteen Years. We being Graciouſly enclin'd to Encouràge the ſaid Undertaking, are pleaſed to condeſcend to his Requeſt, and accordingly do hereby Give and Grant unto him the ſaid *Richard Smith*, his Heirs, Executors, Adminiſtrators and Aſſigns, Our Royal Licence, and Privilege for the ſole Printing and Publiſhing the ſaid Work of the Baron *de Spanheim, De Præſtantia & Uſu Numiſmatum Antiquorum*, for and during the Term of Fourteen Years to be computed from the Day of the Date hereof; ſtrictly Charging, Prohibiting and Forbidding all Our Subjects to Reprint Tranſlate or Abridge the ſaid Work, or any Part of it, or to Import, Buy, Vend, Utter, or Diſtribute any Copies of the ſame, or any Part thereof, Reprinted beyond the Seas, within the ſaid Term, without the Conſent and Approbation of the ſaid *Richard Smith*, his Heirs, Executors, Adminiſtrators or Aſſigns, by Writing under his, her, or their Hands and Seals firſt had and obtained, as they and every of them herein Offending will Anſwer the Contrary at their Perils. Whereof the Maſter, Wardens and Company of Stationers of Our City of *London*, the Commiſſioners and Officers of Our Cuſtoms, and all other Our Officers and Miniſters whom it may concern, are to take Notice, that ſtrict Obedience be given to Our Pleaſure herein ſignified. Given at Our Court at *Kenſington* the Fourteenth Day of *April*, 1706. In the Fifth Year of Our Reign.

By Her Majeſty's Command.

Ro. Harley.

Digitized by Google

Digitized by Google



SERENISSIMO PRINCIPI

FRIDERICO GULIELMO

REGNI BORUSSIÆ ET ELECTORATUS BRANDENBURGICI &c. &c.

HÆREDI,

PRINCIPI JUUENTUTIS

EZECHIEL SPANHEMIUS.

GAUD equidem vereor, ut quiſpiam reperiatur, qui in conſilii mei rationes ſibi anquirendum putet, cur hunc librum ſub ſplendidiſſimi Tui nominis auſpiciis emittere conſtituerim. Neque enim ignorant ii, quibus vel de nomine ſum notus, me a ſat longo annorum decurſu, in Auguſtæ Domus Tuæ clientelam clementer adſcitum,

ab annis etiam aliquot hic in ampliſſimi muneris, quod mihi Regum optimus Parens Tuus honorifice impoſuit, procuratione verſari. Ita dum negotii occupatique mei temporis rationem præſtare illi teneor; id mihi adlaborandum credidi, ut otii mei, & qualiſcunque animi relaxationis momenta Tibi utcunque conſtarent. Idque eo magis mihi accurandum videbatur, quod hanc remiſſionem, non ſolum honeſtiſſimam, nec omni etiam fructu vacuam; ſed haud prorſus Tibi inutilem, certe haud ingratam fore arbitrabar. Neque enim ſi turpis ſenilis amor, ideo indecorum exactæ huic meæ ætati, ab eaque alienum reputare continuo debui; ſi veteres amores meos, innocentes illos nec mihi probroſos, idque virorum grauiſſimorum ſuaſu aſſiduiſque cohortationibus, palam adhuc recolerem; ad eaſque delicias, caligantem licet mentis & oculorum aciem haud eo minus ſecure conuerterem. Adeo ut quam Helenam, eamque ne ipſo quidem ſenio, minus ullis deformatam turpitudinis maculis, florentibus annis procari ac celebrare, cum aliqua etiam mea laude, mihi contigit; illam, iis deferuentibus, alacri etiamnum intemeratoque ſtudio ambire, addo & exornare non dubitarem. Quod ſi ad Te nunc reſpicio, PRINCEPS SERENISSIME, plures utique cauſſæ certatim confluunt; quæ, ut in Tuo nomine adpareret hic liber, non ſuadent ſolum, ſed compellunt. Etſi enim haud opus ſit Tibi externis longeque arceſſitis, cui ea domi adfatim ſuppetunt, virtutis & gloriæ incitamentis, quibus

ad

ad omne heroicæ laudis decus incendaris & efflorescas; haud spernenda tamen veniet aut Tibi iniucunda eorundem monumentorum, ex omni priscæ ætatis cultissimarumque in orbe gentium memoria, petita contemplatio. Unde dum Tibi ante oculos versabuntur veterum Regum, Imperatorum, eorumque potissimum, quos dicita per orbem & longum sæculorum decursum fama præ aliis nobilitauit & extulit, imagines; tum consignatæ iisdem illis simulacris præclaræ pacis bellique artes, quibus ii ad istud laudis gloriæque fastigium sunt prouecti; eo paratior utique ac iucundior cogitatio, Te intra Penates Tuos, ad Maiorum Tuorum imagines in iis dispositas, ac, ut ad propiora adhuc veniam, ad Diui Aui effigiem, addam & ad Augusti Parentis conspectum, continuo reuocabit. Ac Auum Tuum, eumque, quo iure exsultas, Tibi cognominem quod adtinet; quid illo Heroë vel ad gloriam sublimius, vel ad virtutem omnem perfectius acta modo ætas tulit? cuius potiorem longe partem ipse rerum gestarum magnitudine, fama, fructu, regia in profugos pro tuenda auita Religione munificentia, aliarumque laudum felici & admirabili concentu, impleuit ac illustrauit. Sed ut hæc mittam, quæ publicis Annalibus ac Fastis tradita, cum sunt omnibus nota & comperta, tum mea etiam prædicatione maiora; id unum hic, & susceptæ a me hoc libro operæ conuenientius, iuuabit meminisse; quam impensum nempe pretium ipse erudito & eleganti, cuius commendatione hic defungor, prisci æui peculio statueret;

tueret, cuiuſque me rei teſtem & conſcium haud ſemel dignatus eſt: quam ſcienter, quam perite, de veterum id genus nummorum, quos verſabat ſubinde ac lubenter, uſu ac præſtantia iudicaret. Unde etiam conquiſita ſtudioſe, iuſſu eius paratuque, præclara id genus, quæ dici vulgo ſolent, cimelia, quibus breui congeſtus eſt Theſaurus ille Brandenburgicus; qui dein ſub Auguſto Parente Tuo, ne ad Regiæ eius Gazæ ſplendorem ac ornamentum quidquam deeſſet, illa ubere & exquiſita omnino locupletatus eſt acceſſione; quam e vulgata, inſigni in optimas artes earumque cultores beneficio ac munificentia, omni illa penu antiquaria, licet cuiuis nunc percipere ac æſtimare. Adeo, ut quin hiſce domeſticis ſummæque apud Te auctoritatis exemplis incenſus, qui cæteroquin ſollicite adeo ac feliciter eorum inſiſtis veſtigiis, ad eas quoque illorum delicias perfruendas oculos animumque ſubinde aduertas; Teque iucundo tot præſtantium quæque maxime Principem Juuentutis adficere poſſunt & oblectare, imaginum rerumque, quas eædem exhibent, conſpectu expleas, haud ambigere mihi aliiſque liceat. Equidem manſuetas Pacis artes, eaſque potiſſimum, in quibus imperiorum aut regnorum maieſtas ac tutela, populorum vero, qui iis continentur, ſalus ac felicitas nituntur; quæ autem omni huic actarum retro ætatum memoriæ conſignantur, nunc mitto. Eas etenim non adeo e pueritiæ Tuæ Rectoribus, aut e libris ac diſciplinis, in quibus legendis vel excolendis prouide

cupi-

cupideque adoleuiſti; ſed præſentiori adhuc & efficaciore auctoramento, in Parentis Tui ore, præceptis, ſermonibus, diurnis actibus, totoque vitæ & conſiliorum inſtituto; e tot Urbium inſuper ac Populorum, quibus ille imperat, conſpectu, prædicatione, frequentia, conditione, LÆTITIA denique FUNDATA, haurire Tibi abunde licuit & quotidie etiamnum licet. Iis vero priſcæ illius memoriæ imaginibus ac monumentis non poteris non capi vel in primis ac delectari; quæ militaris gloriæ cupiditate, ac efferueſcentis in Te heroici ſanguinis æſtu inflammatum iam pectus incendent adhuc magis & excitabunt. Hic etenim ante oculos verſabuntur gentilitiæ Tibi Aquilæ; LEGIONES ADIUTRICES; denſati EXERCITUS; immo VIRTUS EXERCITUUM; e ceſpite, ac in acie, ad milites ADLOCUTIONES; deuicti & capti mox hoſtes; ſubactæ Prouinciæ; erecta de iis Tropæa; acti ſolemnes TRIUMPHI; conſignatæ proinde æternitati temporum VICTORIÆ, eæque TRIUMPHALES; ſolemnes quoque relati inde Tituli, UBIQUE, vel UNDIQUE VICTORIS; VICTORIOSI SEMPER; DEBELLATORIS, aut TRIUMPHATORIS GENTIUM BARBARARUM. Adeo ut haud uno equidem nomine de laeto ſerenoque, quo hunc librum, qui tot Tuis Tuorumque, Aui certe ac Parentis, deliciis vel ornamentis, immo Tuis etiam rudimentis vel amoribus, commemorandis ac celebrandis dicatus eſt, excipies vultu, ſecurus omnino eſſe debeam.

beam. Etſi vel hanc forte mihi fiduciam praeſtitiſſet ea, quam a teneris etiam annis, mihi meiſque benigne & clementer indulgere voluiſti, propenſae voluntatis & beneuolentiae qualiſcunque ſignificatio. Cuius recordatione ac ſenſu eo acrius etiamnum & iucundius teneor; quod mea inde per annos ſat multos abſentia, in obeundis apud exteros, & maxime apud Maximam fortunatiſſimamque REGINAM, iuſſu ac nomine REGIS omni laude cumulati, Parentis Tui, legationibus, nihil ex Tua illa in me voluntate deceſſiſſe intelligam. Qua equidem felicitate non poſſum non eo magis intimiuſque adfici, quod Te interea per omnem auitae paternaeque laudis ac virtutis ſemitam, ad idem gloriae faſtigium felici greſſu contendere; earumque Te laeta iam ſpecimina non portendere ſolum, ſed praeſtare, uno omnium, qui Te viderunt, Teque ſectantur, ore prædicetur. Quorum utique decorum Tuorum fama accenſa hæc ipſa florentiſſima Britannia, & eo quidem lubentius, quo eadem Regii in Te Britannorum ſanguinis traducem ſuſpicit, de proximo ac felici Tuo in fortunatam hanc Inſulam adpulſu, me eius rei conſcio ac teſte, ſibi haud ita pridem, miſſis iam ad Te tranſuehendum Regiis ſubſidiariiſque nauibus, gratulabatur; quum acerbiſſimus & lugendus ſemper, ſed de quo tacere hic ſatius eſt, interuenit caſus, qui cum Tua, tum ipſius Auguſtæ REGINÆ, ac Procerum, immo omnium Regni Ordinum ea in re vota conturbauit.

Adeo

DEDICATIO.

Adeo in Te SPEM illam tot populorum, qui per ampliſſima terrarum ſpatia Tuo quandoque imperio continebuntur, immo PUBLICAM; illum Regii oſtri, quo Parens Tuus, mìro omnium, quibus publica ſalus ac libertas curæ eſt, conſenſu, nunc præfulget, ſplendorem, in Te quoque vero iam lumine rutilantem, coram geſtiebat contemplari. Id vero largiatur diuini Numinis benignitas, & in quò felici omine deſino; ut ſi irrita fuerint hæc Confœderatæ, Tibique haud uno natalium, ſacrorum, & conſiliorum cum Auguſto Parente Tuò nexu coniunctæ Britanniæ VOTA; at rata ſint, & MULTIS quidem VICENNALIBUS, ac firma, quæ pro Tua ſalute & incolumitate; pro maioribus indies ſurgentis Tuæ laudis, gloriæ, virtutum vere Regiarum incrementis, a potiori ac LIBERTATIS PUBLICÆ ſtudioſa Chriſtiani orbis parte, alacriter SUSCIPIUNTUR, ac SOLUUNTUR cupidius. Dabam Londini Prid. Non. Maii Anno MDCCVI.

LECTORI

Digitized by Google

LECTORI.

QUUM ante complures annos de toto huius meæ de Nummis Antiquis commentationis conſilio, inſtituto, iis, quibus illa innititur, ſubſidiis, ſat multis in Præfatione eidem tum a me præmiſſa, quæque hanc ſubſequetur, egerim; haud iis immorari nunc denuo conſtitui. Quæ ratio autem mihi fuerit ſuſceptæ nouæ illius operis editionis, & quid eidem acceſſerit, aut, Deo adiuuante, accedet ulterius, hic demum, & opportune quidem, adtingendum venit. Id nempe ſingulari quodam, ac longe ſupra omne libri ipſius olim editi meritum, aut exſpectationem de eo meam, fato, contigit; ut is ſummo ubique litterati orbis ſtudio, omniumque ordinum, qui optimis artibus, ac erudito veterum peculio delectantur, voluntate ſit exceptus. Exſtant utique, me tacente, ac verſantur in omnium manibus teſtata a notis ignotiſque, & cultiſſimarum quidem in orbe gentium, viris eruditis, nec a me prenſata utique iudicia, eaque beneuola adeo & crebra; ut an id alteri litterato operi, etſi longe meliori, quod ab annis hiſce triginta, & quod excurrit, in lucem prodiit, tam large cumulateque contigerit, dubitare equidem liceat. Adeo etiam ut inde eo velut claſſico excitata paſſim fuerint hæc antiquitatis ſtudia; maiori certe, quam factum antea fuerat, concurſu, contentione, alacritate, hæc priſci æui memoria cœperit tractari paſſim & excoli: in veteres nummos, neque id citra certam percipiendæ inde haud leuis cum delectationis, tum utilitatis fiduciam, diligentius anquiri: nouo denique ac ſplendido ære, æruginoſum etiam & exeſum ſollicite redimi & comparari. Cuius equidem iucundo impenſi a me ea in re qualiſcunque laboris fructu, & lauto præſtitæ operæ præmio, haud potui non plurimum adfici. Qua ratione itidem factum, ut qui

nullum cæteroquin priuatum illius æris peculium parauerram; nec haberem aliunde, quod cuſtodiæ meæ aut fidei commiſſum forte conſulerem; haud eo minus repetitis ab eo tempore meis in Britanniam primum, dein in Galliam, ac denuo in Fortunatam hanc Inſulam legationibus, uſus & copia adfatim mihi contingeret, videndi quidquid in eo genere eximium aut ſelectum utraque florentiſſimorum Regnorum Metropolis, vel Regia continerent; & quidem oblata mihi ultro eius rei facultate, qua tempora aliis curis dedita aliquantum recrearem. Unde etiam de noua meæ de nummis veterum commentationis editione, quæ ornatior inde prodiret, nouiſque illuſtrata emblematibus ac documentis, nec penitenda proinde acceſſione, me haud infrequens ſubiret cogitatio: utque ſimul illorum, quæ in eodem opere adhuc deſiderabantur, tractatione tandem defungerer. Quibus accedebant amicæ ac frequentes virorum etiam grauiſſimorum, quorum auctoritati & conſilio plurimum tribuerem, adhortationes; qui forent velut aſſidui totidem ſuſceptiæ me illius propoſiti exactores. Quibus ea in re obſequi æquum ac decorum mihi videbatur; ac ſimul ut fœtum, cui prima famæ qualiſcunque auſpicia deberem, maiori aliquantum, quam per meorum temporum interualla, dum olim eum parturirem, ac procul etiam a meo conſpectu edi in lucem ſinerem, factum a me fuerat, cura ſtudioque perpolirem. Quod tamen conſilium remorabatur identidem tum alterius omnino generis occupationibus, idque ex impoſiti mihi muneris ac officii lege, quod ſciunt omnes, quibus ſum notus, vita haud parum diſtricta; tum, ſi quid forte remaneret mihi ſubſeciui temporis, quod litterarum liberaliumque doctrinarum ſtudiis impenderem, aliæ forte & potiores interpellabant, quas pridem adfectas haberem, aut dependere adtinebar, commentationes quædam meæ Cuiuſmodi erant, quo de aliis nunc ſileam, in uniuerſa Juliani Imperatoris opera, & in Alexandrini Antiſtitis grauiſſimas de fidei Chriſtianæ momentis & capitibus contra eundem diſputationes, pertexendus a me commentarius. Accedebant alia inſuper, ne dicam illud M. Antonii, ſummi in Republica viri ac Oratoris, apud Ciceronem

rónem, *ſubſidium belliſſimum ſenectuti eſſe otium*, quæ omne illud meum, hoc de Nummis veterum opus denuo ſuſcipiendi ac edolandi propoſitum, haud parum, nec immerito prorſus, ſufflaminarent. Et quidem dum illud reputabam, ea nũc eſſe tempora, eamq́; memoratam paullo ante in conquirendis, verſandis, ac diuulgandis etiam antiquis nummis alacritatem; ut poſitam ea in re cum delectationem, tum utilitatem plane ſingularem, eamq́; nemini hodie vel leuiter litterato dubiam ac incertam, haud opus foret amplius & operoſe quidem venditare. Plures certe a ſuperiore mei huius ea de re libri editione prodiiſſe eo in genere eruditorum commentationes, quam a duobus, & quod excurrit, renatarum retro litterarum ſæculis factum mihi occurrebat. Unde etiam multa a viris antiquitatum bene peritis, quique in id unum etiam incumberent, aut incubuerant; & ex iiſdem, quos verſare mihi contigerat, nummariis loculis vel gazis, occupata ab eo tempore ac prærepta videbam; quæ a me obſeruata itidem, ac in ſcriniis dudum repoſita, hoc ipſo opere a me promenda aliquando ac illuſtranda forent. De Orator. lib. 1. cap. 60.

Verum grauior adhuc & opportunior haud parum non poterat non me ſubire cogitatio: eam eſſe non ſtationis ſolum meæ, ſed exactæ iam ætatis conditionem, quæ hanc operam in veteri æris commendatione poſitam, non ſuperuacaneam adeo, quam a me nunc alienam ſuaderet omnino ac euinceret. Florentibus forte annis, ac dum ad capiendum ingenii cultum, herili præterea mandato, Italiam, ac in ea urbem gentium quondam dominam cupide luſtrarem, licuiſſe mihi primum, idq́; inclytæ tum in eadem Reginæ nutu, de nummis veterum aliquid, quorum ampla ſuppetebat ibi copia, commentari, quodq́; paucis ab illic añis plenius haud parum & adtentius extra Italiam emitterem. Ut mittam, quod ab eo tempore, & aliquot abhinc annis vel maxime, ſufficiens omnino, quod huic ſtudio aut remiſſioni impenderem, otium mihi deeſſet: hac inſuper ætate, ad metam humanæ conditioni præſcriptam, non properante ſolum, ſed eam ferme iam egreſſa, altiora omnino ac meliora meditari, opportunius utique, immo neceſſarium videretur; id deniq́; ſerio reputare, quod ab eruditiſſimo ſacrorum Antiſtite dictum olim, & ſapienter equidem, noueram: *ſed quod fatendum eſt, talibus*

Sidonius Apollin. lib. VIII. Epiſt. 4. *talibus ſtudiis anterior ætas iuſte vacabat, ſeu, quod eſt verius, occupabatur: modo tempus eſt ſeria legi, ſeria ſcribi, deque perpetua vita potius, quam memoria cogitari, nimiumque meminiſſe, noſtra poſt mortem non opuſcula, ſed opera penſanda.*

Factum haud eo minus, ut in hac Britanniæ Metropoli vix e proelo ante triennium exiiſſent meæ ad legem Antonini Caracallæ, de ciuitate omnibus in Orbe Romano ingenuis data, Exercitationes; ut a me continuo viri in eadem hac Regia, ſummæ amplitudinis & grauitatis, nouam, cuius ſpem publice dudum feceram, illius meæ de Uſu & Præſtantia veterum Nummorum commentationis editionem, aliis interea, quas ut potiores iis obtendebam, lucubrationibus meis omiſſis, vel ſepoſitis, ſtudioſe flagitarent: adiret me etiam Londinenſis Bibliopola, qui multorum, ut aiebat, impulſu, operam ad id ſuam, & ſumptus quoſuis ad ſplendorem etiam editionis requiſitos ſe ſuppeditaturum, Grabe noſtro, inſigni Eccleſiaſticæ ſacrarumque litterarum notitia, iam intra & extra Britanniam celebri, eius rei parario, ultro & large pollicebatur. Contendebant vero illi, non idem eſſe inſtitutum, ac ſi nunc demum ea ætate, & in qua hic verſor, publica ſtatione, animum ſtudiumque ad commentandum de nummis antiquis primum aduerterem. Id unum vero nunc agi, ut opus iteratis vicibus a me iam olim, ac dum id ætas ſinebat, immo ſuadebat, ſuſceptum, & cum aliqua mea laude, ac litterarum liberaliumque doctrinarum, ut iis videbatur, utilitate editum, plenius aliquantum, iiſque, quæ hactenus ei deerant, partibus auctius, adgredi denuo & diuulgare non refugerem; immo pridem ac publice a me datam ea de re fidem aliquando exſoluerem. Quo præſtantiſſimorum virorum, & e ſacro etiam in hoc Regno Antiſtitum ordine, iudicio permotus, ad nouam priſtini mei huius de Nummis Antiquis operis editionem adornandam adduci me ſum paſſus: utque illud, quod a ſtationis huius meæ ac vitæ negotioſæ quotidianis officiis, reliquum forte erat temporis, ei curæ addicerem. Qua in re equidem dum verſor, id mihi propoſitum ſedit, ut quæ eo de argumento erant iam olim a me edita, denuo

nec

nec indiligenter omnino retractarem; eademque paullo uberius quandoque & accuratius illustrarem: maxime dum obuiam eius rei facultatem, immo haud leue incitamentum suppeditarent, quos versare mihi ab eo tempore, aut a viris præstantibus vulgatos nosse contigerat, plures antiqui & insignes nummi. Cui instituto illud insuper accedebat, ut quæ in superiori editione deerant, aut leuiter solum ibi erant delibata, plurimum tamen ad prisci huius æris commendationem facerent; velut quæ ad veterem Geographiam, & Chronologiam, ad Religionem præterea ac Theologiam Gentilium adtinent, idque ad plenam instituti a me operis tractationem, nunc tandem, nec parcente dextra, conferre non detrectarem. Quod dum ago, id præter exspectationem contigit, ut pro quinque prioribus operis antea editi Dissertationibus, nouem, illæque iisdem insuper aliquanto ampliores, conficerentur; quæ iusti iam voluminis mensuram implerent. Unde non exspectata alterius voluminis editione; ut istud interea in publicam lucem continuo exiret, rebus suis consultum credidit, qui illud suis impensis nec inelegantibus typis diuulgandum suscepit, Londinensis Bibliopola. Qua ratione factum, ut ea, quæ nunc prodit, prior operis illius mei pars, ea demum suis ordinata locis, & seruata, quam decebat, argumentorum serie, complectatur, quod ex proximo breuiario penitius constabit; quæ nempe ad tradenda primaria nummarii huius studii, post renatas litteras, incunabula & incrementa respiciunt; ad veterem præterea haud unius gentis, Græcorum maxime & Romanorum Litteraturam: adde ad Ciuilem, ac Moralem disciplinam; ad naturalem Animalium, aut Plantarum historiam; ad antiquam in primis Græcorum & Barbarorum in variis Europæ, Asiæ, Africæ partibus Regum, Heraclidarum puta, Seleucidarum, Arsacidarum, aliorumue notitiam & successionem; ad ipsas quoque perscrutandas nobilissimarum olim Urbium Origines, Dignitates, Jura, Priuilegia, Magistratus; quorum omnium cognitionem, ac subinde expressas effigies exhiberent tot vetera & præclara cultissimarum in orbe gentium, eaque reliqua etiamnum magno

adhuc numero, numiſmata. Unde ad Romanas dein antiquitates aut hiſtorias, ex aliis præclaris id genus cimeliis ſequenti volumine locupletandas ac illuſtrandas: ad Geographicas præterea, aut Chronologicas diſquiſitiones, quarum leuia quædam ſpecimina olim dederam, veterum nummorum beneficio, pertractandas: ad Religionem ac Theologiam Gentilium intimius pernoſcendam; eaque occaſione, de eorundem Numinibus, Signis, Sacris, Sacerdotibus, Templis, Sacellis, Conſecrationibus, Faſtis, Ludis eorumque Præfectis & Curatoribus, prolatis conſpicuis ac illuſtribus earum rerum ſimulacris, commentandi, ampla occaſio & facultas ſuppetet. Ut proinde, harum certe antiquitatum ſtudioſis & cultoribus, haud mirum, ut opinor, videri debeat; ſi tot præſtantium, nec protritarum etiam hactenus rerum, varietate præterea, argumento, uſu notabilium; explicatio, eaque inſignibus ac nouis ſubinde veterum nummorum iconibus adſerta paſſim ac illuſtrata, in molem aliquam, præter inſtitutum etiam meum, excreuerit. Quamquam, ſi de ſolis etiam liberæ adhuc Romanæ Reipubl. Conſularibus, ut ii vulgo dici ſolent, nummis; aut de Coloniis ſub Romanorum Cæſarum imperio deductis; aut de Cæſarianis cæteroquin in genere numiſmatibus, plura exſtent vulgata a clariſſimi nominis Antiquariis volumina; hæc mea, potiori utique iure, generalis quædam in veteres Græcos & Romanos, eoſque omnium retro ætatum, variarumque in orbe gentium ac ciuitatum nummos, commentatio, ſeu liber veluti, ut eum vocare mihi liceat, commentarius, haud unius forte voluminis ambitu coërceri potuit ac abſolui. Cui utique haud exigua vel iniucunda acceſſio facta eſt, e diuulgatis hic primum variis, quod modo adtigi, haud vulgarium nummorum iconibus; quas vel in hac florentiſſima Britanniæ Metropoli ſuppeditarunt mihi laudatæ ſæpius in hoc opere, ſed prædicatione mea maiores, illuſtriſſimi Pembrochiæ Comitis aliorumque thecæ nummariæ; tum ſubminiſtrata etiam e Gaza intra Italiam Medicea, egregia Regii Hetruriæ Ducis voluntate, ſtudio autem immenſæ illius Gazæ cuſtodis eruditiſſimi Seba-

Sebaſtiani Bianchi; aut quæ acceſſerunt e Theſauris Gállorum Regiis, vel ex illuſtris Foucaultii penu nummaria. Neque enim obſtitit, ut dum ſuſcepto inter Confœderatos & Gallos bello ab annis aliquot implicatur etiamnum Europa, quin citra ullam publicam offenſionem, ullamue proditarũ partium, quibus illi & ego ex aduerſo nunc tenemur, ſuſpicionem (quis enim ſeiunctas neſcit Muſarum, pacificorum quippe Numinum, a Martiis conſiliis actibuſque rationes?) Gazæ Regiæ, illiuſque antiquariæ cuſtos, Cl. Oudinetus, & laudati ampliſſimi Foucaultii ab antiquitatibus eximia eruditione Antonius Galland, haud grauatim, ſed ultro veluti amiceq; inſignium nummorum, ut vulgo dici ſolent, ectypa, dum ſub proelo feruet hic liber, ad me eorum deſiderio flagrantem mitterent. Quo loco haud præterire id poſſum, ſuppeditatos etiam mihi, dum in elaborando eodem opere procul a domo hic verſor, quos cuperem, & quibus carere non poteram, libros, e ſelecta & locupletiſſima viri ſingulari humanitate, fide, eruditione, ac in litteras præclaraſque doctrinas & earum cultores ſtudio, Nortwicenſis Epiſcopi Johannis More Bibliotheca. Etſi autem Græcis Romaniſque nummis, quorum, propitio litterarum ac liberalium doctrinarum fato, ampliſſima adhuc ſuppetit copia; aut cuiuſmodi quotidie adhuc e terræ viſceribus eruuntur, quibuſque demum Gazæ aut thecæ antiquariæ compleri ſolent & exornari, explanandis aut illuſtrandis dicatum foret hoc opus: haud eo minus, de Punicis ſeu Phœniciis nummis, e qua gente ipſæ litteræ ad Græcos Romanoſque profluxere, agere ſigillatim ac diligenter conſtitueram. Verum quum mihi continuo haud eſſet in manu parata id genus nummorum penus; neque illos, qui alibi in locupletibus id genus Theſauris ſubinde ſunt reconditi, inſpiciendi aut verſandi accuratius daretur nunc facultas: ac inde, & quidem ob litterarum haud leuem, quæ in iiſdem illis nummis occurrit, varietatem ac mutationem, haud planè eſſet in iis, quæ obſeruare hactenus mihi de toto earundem litterarum genere licuerat, eſſet ſatisfactum, conſultius inde viſum eſt, ut omiſſis in præſentia, quæ eam in rem collegeram

ac notaueram, in aliud tempus, ſi Deus otium ac lucis huius longiorem adhuc uſuram benigne largiatur, pleniorem ac certiorem eorum tractationem differam.

Illud vero inſuper monendum hic venit, ut qui forte in ea hoc opere a me obſeruata inciderit, quæ alibi in editis celebrium hac ætate Antiquariorum commentationibus ſe legiſſe meminerit, id continuo reputet; an non illa in ſuperiore huius mei de nummis antiquis, quod ante annos hoſce triginta quinque prodiit, operis editione contineantur: ut ita eadem, citra ullam plagii ſuſpicionem aut labem, & meo quidem iure, vindicare mihi debuerim; indeque hic denuo legantur. Neque vero offendet, ut opinor, quempiam, quod ſuſcepti vulgatique iteratis iam ante vicibus, & quidem inter varia temporum ac locorum interualla, operis expreſſa in eodem ſignificatio remanſerit: ac proinde cum ipſa iuuenilis ætatis in hiſce antiquitatis ſtudiis tyrocinia; tum maturioris aliquanto ac ſenilis poſitæ in iis qualiſcunque exercitationis veſtigia, ſimul hic in eo compareant. Hoc vero in eius proceſſu, idque citra ullam impetiginem, laudiſue alicuius inde ambiendæ ſtudium, contigiſſe video; ut ſubinde, ac id exigente omnino eius rei, de qua ibi agebatur, argumento, non vero captata aliunde occaſione, a viris eruditis, deque iiſdem hiſce antiquitatum ſtudiis præclare cæteroquin meritis, diſſentiendum mihi fuerit; & ea quidem, qua in meis quandoque refellendis, quæque iis conceſſa omnino eſſe debuit, libertate, ſed honeſta, non procaci, aut contumelioſa, uti iiſdem licuit ac licebit. Quis etenim modeſtas, ubi eſt iis locus, illaſque omnino ipſa rei, de qua agitur, tractatio exigit, nec a liuore proinde aut maledicendi libidine profectas virorum eruditorum reprehenſiones, non æquo ferat animo, immo grata etiam mente proſequatur? maxime ubi in eruendis aut explanandis caliginoſæ vetuſtatis monumentis, ingenium quis ſuum ac induſtriam periclitatur. Verum ubi non data, ſed quæſita eius rei occaſione; aut cæteroquin non reprehenſionibus adeo, iiſque benignis ac decentibus; ſed conuiciis, obtrectationibus, maledictis quandoque eos, a quibus etiam nunquam ſit læſus vel laceſſitus,

quique

quique ab eiuſmodi mente ac inſtituto ſe alieniſſimos produnt, quis ultrò, & eo frequentius ac ſecurius inſectatur, immo obuium quemque inſigni iniuria pulſat; idem interea (ita hi ludos faciunt!) humanitatis, modeſtiæ, comitatis ſit in aliis exactor; inuidiam talis de ſe ſuſpicionis deprecetur; quid de eo ſtatuendum ſit, vel e publico, quod ubique perſonat, eruditorum & cordatorum virorum iudicio, conſtare cuiuis poteſt. Me quod adtinet, ita a natura, inſtitutione, ac longo uſu vitæ, non adeo in umbratili otio aut ſeceſſu, quam in aliqua hominum luce ac ciuili politioris orbis conſuetudine contritæ ſum animatus; ætatis etiam, quam grauitas ac ſedata mens debet potiſſimum commendare, decurſu confirmatus; ut ab ea ſemper abhorruerim ac abhorream etiamnum, non ulla quidem litterarum, quæ ab humanitate nomen obtinent, aut liberalium doctrinarum culpa; ſed fœda, eas, illo perpetuo quodam ſcriptorum, quæ ab iis prodeunt, tenore ac inſtituto, quantum in ſe eſt, deformantium labe. Unde iidem in libris verſandis, (hoc enim adhuc dicendum eſt) qui fauente aliquatenus Lucina videntur editi, non id utique ad animum reuocant, vel aliqua laude proſequuntur, ſi quid in iis lectorem forte erudiat ac delectet; vel notationis alicuius haud contritæ nomen mereatur; aut in genere ſuſcepti optimo conſilio, nec auerſo a Muſis genio elaborati operis laudem aliquam tueatur. Neque enim id ullatenus eorum inſtituto conuenit, vel naturæ ac ingenio ſeruit: quibus lubet ideo tantum libros id genus peruoluere; ut videant, an quidpiam forte Auctorem, haud peræque ad ſingula adtentum fugerit, eiue aliud tum agenti, vel humanitus cæteroquin exciderit; aut, ſi quæ etiam, etſi præpoſtero ferme & iniquo iudicio, animaduerſione digna iis videantur: ea tum in lucem contumelioſe proferant; librum inde ac Auctorem, maxime ſi haud eblanditis eruditorum quaquauerſum ſuffragiis extolli utrumque videant, ſuggillandi anſam continuo arripiant; in ea ſe iactent maledicendi libidine; immo inde minerual etiam ſibi deberi audacter contendant. Unde mirari neutiquam ſubit, ſi exſtitit for-

te aliquis, notæ vel clariſſimis inclytæ Oxonienſis Academiæ luminibus, illius indolis ac naturæ; qui editam olim meam de nummis antiquis commentationem ſplendido præconio (neque tamen citra longe arceſſitam ac ambitioſam, haud iniquam tamen ibi, cur enim hoc diſſimulem! reprehenſionem) prius a ſe ornatam, ubi vero ad naturam ac ingenium redit, vellicare poſtea, meque honorifice antea ab eodem appellatum, obtrectare identidem, & procaciter quidem, voluerit. Ut de atrocibus etiam, immo capitalibus nunc eius maledictis ſileam; quibus, etſi nec a me interea læſus vel laceſſitus, quin nec a laceſſito ſæpius & proterue omnino retuſus hactenus, ac inde, ut ſolet ferocior, ne recentiora adhuc tangam, me nuper ac ſimul virum inter præclara hodie litteratæ Britanniæ decora, futili in re, ac ne quid aſperius, etſi meo quidem iure, dicam, iniquiſſime omnino, ut id obiter in hoc opere tangimus, inſectari eſt adgreſſus. Quæ in hoc & ſequenti volumine, ſed citra cauillationum vel contumeliarum plauſtra, ſuis locis animaduerſa reperies: immo in quo poſtremo videbis inter alia, e typographicis etiam, ac manifeſtis quidem mendis libri procul a me tum editi, etſi forte haud omnibus in Erratorum indicem ibi tum relatis, pari me candore ac modeſtia ab eodem redargui: dum forte *Cæſaris* nomen in eo legitur, pro *Cenſoris*: ubi nempe de Vitellii Imperatoris patre, (quem *Cæſarem* ſcilicet vel ſomniando fingere mihi potuerim) ac veteri nummo, qui eam *Cenſoris* appellationem & cenſum ab eo actum illi tribuit, a me, & dedita quidem opera, agitur. Unde tamen, ita apte nouit is verba rebus accommodare, *fœditatem* continuo mihi, meo certe haud diſſimulato nomine, vir emunctæ naris obiicere haud veretur. Locum ab ipſomet indicatum, mearum nempe ſuperiorum Diſſertationum, inſpiciat, cui vacabit; ac inde de æquitate Cenſoris illius Reipublicæ litterariæ, (haud minus ac Domitianus Imperator) Perpetui, pro arbitrio dein ſtatuat. Sed neutiquam querelarum eſt hic locus, ullaue omnino, quæ id a me flagitet, neceſſitas: qui de tuo, MI LECTOR, ſingulari, quo proſequutus es hactenus illud opus, ut de aliis quibuſdam vulgatis lucubrationibus meis

Vid. infra pag. 226.

Pag. 736.

CENS. PERP. *in nummis Domitiani.*

meis ſilcam, ſtudio, fauore, plauſu gratulari mihi unice debeo. Ita tamen ut non inde me illis immodicis laudibus, quas benigna nimis & effuſa quorundam virorum eruditorum in me meaque propenſio, longe ſupra meritum omne meum aut vota etiam, ſubinde congeſſit, adfici ullatenus vel efferri, per ingenii mei & doctrinæ, ſi quæ in me eſt, mediocritatem, hic vere & ſancte profitear. Abunde mihi erit, ut de illa, quam præſtabis eidem operi, noua, quantum per temporum meorum momenta licuit, cura perpolito, indulgentia, ſecuro mihi eſſe liceat: quod utique haud alio, niſi uno commodorum tuorum reſpectu, vel auctoramento; nulla certe debita quapiam muneris mei aut officii lege; ulloue pretioſæ mercis, quam poſſiderem forte, ac obtrudere aliis vellem, venditandæ ſtudio; minus autem, quo viros bonos ac eruditos lacefferem, ſum adgreſſus. Ut nihil de aliis dicam vulgatis commentationibus quibuſdam meis, nonnullis etiam, quæ dedita opera hoc intendunt; unde nummarii huius ſtudii *utilitatem* ac *præſtantiam* haud male ibi quoque euiciſſe mihi videor; prolatis ſubinde inſignium numorum iconibus, quibus obſcuris Auctorum locis, vel reconditis ritibus aut geſtis lux aliqua continuo adferretur. Adeo ut etiamſi errare hic mihi humanitus contigerit; quod iis etiam accidit quibus in litterarum ſtudiis datur totos conſeneſcere, ac eſt dictis quoq; paullo ante cenſoribus familiare; haud minus ideo præſtitæ a me, quod nec ipſe liuor poterit diffiteri, in illuſtranda ac diffundenda hac eruditæ antiquitatis penu, haud inutilis operæ teſtimonium, hæc & futura ætas mihi ultro & benigne largientur.

Paucis

PRÆFATIO.

Paucis adhuc verbis hic rogandus es, .MI LECTOR, ut in fat longo opere relictos typothetarum, eorumue, qui in eos corrigendos incumbebant, incuria, errores, quos notatione aliqua dignos exhibet additus illorum in fine huius Voluminis elenchus, emendare, ſi tanti videbitur, haud refugias; meque aliis diſtractum, aut etiam extra urbem Windſoræ, dum Auguſta ibi agit REGINA, tum hærentem, ab omni eorum culpa, pro tua æquitate, liberes. De quibuſdam autem, & quo magis ea in oculos tuos incurrant, ac me quodammodo reſpiciunt, quæque ADDENDIS inſeri cæteroquin potuiſſent; hic te haud multis monendum duxi.

PAG. 10. *lin.* 3. *&* 4. *a fine ita lege, & emenda:* hinc cum Abrahamo & Sara ſub *Senis ac Vetulæ* nominibus; illinc cum Iſaaco & Rebecca, cum vocibus *Iuuenis* & *Adoleſcentulæ.*

Pag. 36. *lin.* 4. *lege* Pontificem, dum dæc denuo vulgamus, CLEMENTEM XI. *non, ut ibi legitur, male ibi a me, ac præter inſtitutum meum, adſcriptum forte Deceſſoris eius nomen,* INNOCENTIUM XII.

Pag. 249. *lin.* 17. *lege* Athenis quidem diurnum nautarum &c. ſtipendium: *ubi male* menſtruum *pro* diurnum *irrepſit.*

Pag. 324. *lin.* 8. *a fine lege:* *De* MALO MEDICO *in nummis*: *non vero, ut ibi,* MALO PUNICO: *ut ſequens omnis de eodem nummo commentatio ſat docet.*

Pag. 514. *Adducitur ibi a me tertio loco e muſeo illuſtris Equitis Aurati Trombal* Pryſiæ *Bithynorum Regis nummus,* cum ſingulari velut Cithara, *ut ibi a me dicitur,* in auerſa eius area: *qualem etiam, præter accuratum eorundem nummorum Indicem prius a me inſpectum, in quo id de* Cithara *in eo ſignata notabatur, ipſa quoque ſculpta ibi eius icon haud male arguit. Quamquam, ut verum fatear, ea nummi illius mihi dein ſubminiſtrati, vetuſtate aliquantum adtriti facies, urnam etiam aliquam, ſeu vas peculiare effingere videatur.*

Pag. 526. *lin.* 11. vulgo ABGARI Arabum lingua &c. *Idem vero, quod uno verbo indicari ibi a me debuit, iam ante de hac voce* ABGARI *monueram, nempe* Diſſ. VIII. *pag.* 446.

Pag. 715. *lin.* 5. *poſt verba* eorum cum Archonte contentionis: *adde.* Immo prout in vetere ac memorabili Athenienſium Inſcriptione, quam retulit Cl. Sponius, legimus ſtatuam iu Reginæ Juliæ Berenices, Julii Agrippæ Filiæ, honorem ab iis erectam, ΔΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΤΟΥ ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ, *Prouidente Urbis Curatore,* quodam nempe *Tiberio Claudio Panianenſi,*

Miſcell. pag. 319.

Pag. 719. *lin.* 17. *poſt* litteræ S &c. in Græcis nummis uſus: *adde* ſed recentioris ferme æui.

PRÆ-

PRÆFATIO

Superiori editioni, quæ Anno MDCLXXI Amſtelodami prodiit, Diſſertationum de Antiquis Numiſmatibus præmiſſa.

LECTORI.

QUUM Romæ eſſem ante ſexennium, natus ac editus ſimul in ea luce primus partus huius libri. Vix domum ex Italia reducem rogauit continuo, qui tum apud nos agebat, typographus, ut eundem hic loci quoque diuulgandi copia ſibi fieret. Neque enim delatum in has oras quidquid huius fœtus in Urbe Æterna prodierat; cuius videndi deſiderio multi tamen e noſtratibus aliiſque tranſalpinis hominibus tenerentur, quibus vellet hac in parte ſatisfactum. Annui facile, ut eadem opera meliorem illum, ſaltem auctum nouis incrementis darem. Id enim a me efflagitare videbantur, partim iudicia doctorum hominum, quæ iam publice exſtabant de eo quamquam immaturo partu, ornata illa valde ac beneuola; partim priuati amicorum hortatus, ut quod in me iam ante receperam, dependerem; partim ſtudium vel ita iuuandi bonarum artium diſciplinas incredibile. Ita factum, ut, vix elapſis aliquot a reditu meo menſibus, iam pars operis haud contemnenda typis deſcriberetur; ut ſperarem breui integrum, qualecunque illud erat, in nouam lucem emittendum. Sed aliter res cecidit. Dum enim ea tempora repente apud nos exorta, quæ me totum aliis curis diſtraherent; typographus vero de ſedis mutatione, ac alio vitæ genere inſtituendo cogitat, iacuit liber aliquamdiu, donec occaſione itineris herili mandato ad Bredanos de Pace Conuentus, & inde in Batauiam ante triennium, & quod excurrit ſuſcepti, Elſeuirius noſter eum elegantibus ſuis formis totum denuo procudendi prouinciam opportune in ſe reciperet. Sed neque ita omnis hæc res tam cito, ut ego equidem ſperaueram, ac ſpem ſimul aliis feceram, confecta: dum aut rurſus alia mihi ſuſcipienda fuerunt itinera; aut domum reditionem excepit longi & moleſti morbi pertinacia; aut libri ipſius ratio, vel propter ſcalpturam nummorum eidem inſerendorum aliaſque difficultates, curſum operarum & ſimul exſpectationem meam in longum protraheret. Quæ ideo præfanda hoc loco cenſui, ut omnibus ratio conſtaret longioris moræ; & facerem iis ſatis, qui aut editionem urgebant quotidianis ferme conuitiis; aut fidem datam ſubinde interpellabant; aut omne illud tempus aliis curis tranſactum, in eiuſmodi opere limando politius, male conſumptum poſſent arbitrari. Ita enim hodie viuitur. Ubi ultro ac ſponte tuam ad aliquam materiam illuſtrandam locaſti induſtriam, continuo quaſi ad condictum vocaris, neque ullum comperendinatum indulgent moroſi creditores, quin velut nexum ſibi & vadatum ſiſti e veſtigio iubeant. Adeo quidem, ut per eos non liceat tibi amplius, non di-

cam otiari, ſed aut alia agere haud paullo grauiora, certe quæ tui muneris curſus & ratio poſtulat; aut etiam valetudini tuæ conſulere; aut vero lucubrationes tuas, non dicam in decimum, ſed ne quidem in unum aut alterum annum perpolire. Aliter quidem illi veteres, qui ſibi aliiſque gnaui ac induſtrii homines videbantur, præclare utique de ſuis ac poſterorum temporibus meriti, ſi per plures Olympiadas geſtarent eiuſmodi fœtus, quos intra decimum menſem mira huius ſæculi fecunditas parturiret. Sed nolo hic tecum expoſtulare, mi LECTOR, cuius gratiam mihi haud uno nomine ambiendam noui. Quid ſaltem boni ex ea mora, huic ſecundæ fœturæ interpoſita, contigerit, diſces. Factum ſcilicet opportune, ut dum medio illo tempore, binæ in Galliam obitæ legationes facultatem mihi largiuntur videndi quidquid in eo genere eximium ac ſelectum recondit in ſplendidiſſima illa Galliæ metropoli vere regia & admirabilis maximi Regis Gaza, aut aliorum etiam Muſea, quorum nomina plena dignitatis ac induſtriæ alibi enarramus, haud leuis vel pœnitenda acceſſio huic operi contigerit. Ut nihil dicam de ſubminiſtratis ſubinde ex Italia a viris ſummæ amplitudinis nec minoris humanitatis aut elegantiæ, veterum Nummorum ectypis, quæ ornarent hunc librum, ego ea viciſſim mea explanatione illuſtrarem. Non deprædicabo hic ſingulorum beneficentiam, ſuis locis a me haud obſcure quidem vel parce celebratam; ſed tamen longe infra tam propenſam ac perpetuam in me aut in hæc ſtudia voluntatem. Adeo ut hanc moram, quæ alioquin ingrata mihi ac forte itidem tibi contigerat, non ſine fœnore, aut etiam anatociſmo compenſatam ſcias. Neque tamen hoc agam operoſe, ut vel induſtriam meam tibi glorioſe prædicem; vel de inſtituto huius libri multis te præmuniam, quod vel ex proximi breuiarii intuitu conſtare tibi poterit; vel ea etiam ſollicite diluam, quæ mihi aut gratiam tuam, aut patrocinium forte poſſent obſtruere. Equidem non vereor, quicunque tandem aliter ſentiant, ne has antiquitates nimis magnifice extuliſſe videar, haud diſſimilis illorum nundinalium circumforaneorum, qui expellendis morbis omnibus unum pharmacum venditant; aut cæteroquin non infrequentium id genus hominum, qui dum artem aliquam ſibi ornandam ſuſcipiunt, hoc unum agunt, ut eam non ſolum omnibus aliis anteponant, ſed ex ea cæteras omnes, etiam alieniſſimas profluere, multa contentione ac ſtudio adfirment. Ut iam in proſcenium non adducam ſacros illos oratores, quos, (lepida quippe capita,) ego ac tu non ſemel riſimus; qui Diui alicuius ſeu Herois laudationem adgreſſi, reliquos omnes ſuo loco & gradu motos, velut vilem turbam, in ordinem cogunt. Ne ego huius culpæ adfinis deprehenderer, videbar mihi belle toto hoc opere cauiſſe; immo quam ſeiuncta hic ab iis, quos modo enumeraui, omnis mea ratio fuerit, ſtatim ſub initium libri, plene ſatis ac dilucide declaraſſe. Neque vero illos moror, qui cum ſua tantum circumſpiciant; in iis ſe iactent, quæ ſe ſcire aut docere profitentur; alia omnia, quæ ignorant, nulla contentione animi, nulla ſaltem valde laborioſa animaduerſione digna arbitrantur. Fruantur ſane illi ſuis deliciis, ſuis amoribus; neque nos habebunt repugnantes, aut vero infitiantes valde præclara eſſe & laudabilia, in quibus eorum ſe exercet induſtria. Sapiant etiam ſoli, ſi velint, modo nos ſinant inſanire cum viris huius aut ſuperioris memoriæ longe clariſſimis & grauiſſimis; neque noſtra nobis otia, noſtra oblectamenta ad unum nutum ſuum & arbitrium præſcribere aut recoquere cogitent. An inania ſint, an infructuoſa, annon laborioſis multorum vigiliis,

an verius ſomniis anteponenda; an omni non iucunditate ſolum, quam forte largientur, ſed utilitate quadam pœne incredibili, quam omnino denegabunt, vacua, hoc libro conati ſumus demonſtrare. Verum de eorum iudiciis haud valde nos decet laborare; utpote omnium eorum opinione, quibus cara eſt elegantia ſtudiorum ac litterarum ſalus, abolitis pridem ac damnatis. Quam iuſtius angor ea cura, ne iis fecerim ſatis, qui forte nonniſi exquiſita & noua de hoc opere ſibi pollicebantur; quippe iam gnari, aut facile intelligentes, quam multa contineat hæc memoria in cęrimoniis veterum occulta; in hiſtoria nobiliſſimarum gentium mutila; in litteris interioribus ignota; in omni antiquitate recondita. Quam multa inde educi poſſint, ſi non ad principia ſcientiæ naturalis ac ciuilis haurienda, ad morum tamen ac regendæ Reip. normam & leges; ad hiſtoriam quoque plantarum aut animalium illuſtrandam ſpectantia; ad notitiam præterea temporum, Romanorum faſtos, æras variarum gentium; ad urbium ac regionum appellationes, origines, iura, priuilegia, ſacra, ludos, fœdera, conuentus, magiſtratus; ad ortus & imagines tantæ ac tam antiquæ nobilitatis, & clariſſimorum omnis memoriæ ciuium, opportuna valde ac unice quidem comparata: quam multa denique modo expreſſa & fixa, modo preſſa leuiter veſtigia eadem induſtria ſuppediter, unde ulterius in eo litterarum curſu procedere, aut digitos ad veros fontes intendere continuo liceat. Quorum omnium ſpecimina quædam, haud vulgaria illa vel contrita, hoc opere exhibere contendimus. Videbam quippe apertum & patentem campum, nouam laudis ac induſtriæ ſemitam; per quam progredi continuo liceret ad notitiam multarum rerum adhuc abſtruſarum, certe quæ nondum pro earum pretio ac litterarum dignitate fuerunt hactenus pertractatæ. Quotuſquiſque enim eſt ex eorum numero, ſi duos treſue ad ſummum excipias, qui vel noſtra, vel patrum memoria, in congerendis aut exponendis his antiquitatibus laborarunt, quem (dicam libere, quia de mortuis loquor) liberalior quidam genius adflauerit; qui eximium aliquid ac ſingulare præſtiterit, quod diligentiæ non ſolum haud vulgaris & multi uſus harum rerum, quorum utrumque plures ſuo iure ſibi vindicant; ſed præterea eruditionis paullo reconditioris, ac ingenii interioribus litteris non tincti ſolum ſed imbuti laudem poſſit apud poſteros obtinere? Verſantur quidem in omnium manibus ſoli ferme, qui hactenus ſtudioſos antiquitatis his myſteriis initiant, Antonii Auguſtini Dialogi, viri, ſi quiſquam alius ſua ætate, Romanæ & antiquitatis & iuriſprudentiæ ſtudiis exculti egregie & perpoliti, iudicii autem, quod pluris adhuc facio, exacti valde ac limati. Verum, quamquam culti ſint illi valde ac luculenti, annon tamen ſitim potius horum ſtudiorum excitant, quam explent? annon toti ferme in Romanis, iiſque, qui hodie pro vulgaribus habentur, aut vero patriis nummis enarrandis verſantur; infinitam autem illorum ſyluam, ſeu ille eos non viderit, (etſi iam tum Romæ, ubi diu floruit, ac alibi in Italia magna exſtaret eorum copia) ſeu plures demum ſint poſtea reperti, qui Græcas, Aſiaticas, Africanas antiquitates ac memorias recondunt, non adtingunt iidem, ne dum exponunt aut illuſtrant? Neque vero tantum ego mihi tribuo, ut me hic exquiſitum aliquid præ cæteris & ſuis omnibus numeris abſolutum perfeciſſe mihi videar. Neſcirem ipſe primas huius induſtriæ leges, & quomodo comparatum ſit omne hoc ſtudiorum genus, varietate quadam & comprehenſione infinitum, ſi tale quid animo inſediſſet meo. Viam tantum ſum ingreſſus, quæ paullo longius tendit, in quam plures ſemitæ

mitæ confluunt, & quæ plures etiam comites ſecum trahit; ſed per quam alii procedent poſt me felicius, quibus cum eadem quæ mihi, aut maior etiam opportunitas; tum uberior inſtructus eruditionis: aut in immortalibus illis litterarum ac doctrinarum ſtudiis conſeneſcendi largius otium ac perpetua quędam felicitas contigit. Amorem in bonas artes mirificum; diligentiam pręterea, quanta per alias curas aut inualetudinem licuit, præſtitiſſe me non negabo, ne planę tuam exſpectationem fruſtraretur hic liber; & cuius etiam rei teſtes proferre poſſem tot venerandæ antiquitatis monumenta, e ſuperiorum temporum caligine, in qua adhuc deliteſcebant, eruta hic tandem & enarrata. Modeſtiam vero & æquitatem nemo æquus, ut opinor, deſiderabit, dum a viris magnis, aut cæteroquin harum deliciarum ante nos largitoribus, diſſentimus; ſed procul ab omni pruritu obtrectationis, inuidiæ, æmulationis, aut cuiuſcunque tandem glorioſæ inde captandæ ſtudio, ducente nos eo rerum tractandarum ſerie; idque ut frequenter, ſic diſſimulatis ferme nominibus, aut iiſdem debita laude & prædicatione ornatis. Neque illæ fateor de ſummis Chriſtianæ fidei capitibus, de iuſtitia aut iniuſtitia, de ſummo bono, aliiſque id genus grauiſſimis rebus diſputationes, e quibus ſalus hominum ac fortunæ pendeant: de iis tamen, quæ ad omnem litterarum ac eruditionis ubertatem & elegantiam pertinent, & in quibus, ut procliue a ſcopo aberrare, ita paratior veniæ locus, nec internecina odio metuenda continuo veniunt. Neque vero ab eo propoſito me deterrere debuit clariſſimorum nominum ſplendor; in quorum quippe veſtigia, etiam ubi a vera ſemita deflectunt, pedem ſolent illico ponere iiſdem ſtudiis dediti, qui ideo in rectam viam veniunt comiter deducendi. In quo ita verſati ſumus hactenus, ac verſabimur in poſterum, quamdiu mens ſana nobis ſupererit, ut omni alia induſtriæ ac eruditionis laude carere lubenti animo cogitemus; modo illa humanitatis ac pudoris nobis conſtet; & mihi cum a natura ingenitæ, tum ab optimo parente inditæ, tum perpetuo quodam meo ſtudio cultæ, ſingularis nempe erga litterarum ac ſcientiarum principes, voluntatis & obſeruantiæ. Neque ægre ferrent, qui ex iis ad plures abiêre, quod ea quæ procul ab eorum oculis fuere ſubmota, meliore ea in re fato uſi, patefecerimus; in quæ ſi ante nos incidiſſent, Deus bone! quantum inde luminis, quantum adiumenti ad omne litterarum genus illuſtrandum adtuliſſent. Nobis uberem quendam operæ fructum tuliſſe videbimur, ſi noſtro qualicunque labore, aliorum exacuerimus induſtriam, quo paullo diligentius incumbant in eadem ſtudia; ac inde non mirificam ſolum voluptatem, ob imagines tot illuſtrium omnis memoriæ hominum, aut exquiſitam artificum elegantiam, capiant; ſed præterea penum ſuam doctrinæ ac eruditionis inſigniter locupletandam norint. Quid cæteroquin noua iſta huius libri editione a nobis præſtitum; qua acceſſione eadem aucta, haud opus, ut arbitror, hic pluribus commemorare. Pro una Diſſertatione, quia ita nimis longa videri potuiſſet, nouem exhibemus, ſeruata nihilominus eadem ordinis & materiarum ſerie, ſed ſimul nouis ſingula & luculentis, prout equidem ſperamus, certe ut voluimus ac laborauimus, obſeruationibus teſtata comprobataque. Multa proinde aut plenius pertractata, quæ leuiter ante adtigeram; aut emendata interdum, quæ, prout homines ſumus, ſecus forte ac properanter notaueram; aut primum neque parce hic inſerta, quæ omnino in prioribus omiſeram. Additæ etiam paſſim variæ Nummorum veterum icones, ita rogante typographo, qui primus ſecundæ

cundæ huius fœturæ in lucem edendæ onus in ſe receperat; etſi ego ab iis abſtinere omnino conſtitueram. Aberant enim a Romana editione, & diuerſa hic mihi conſilii ratio ab iis, qui dum aut antiqua id genus numiſmata in loculis ſuis habent recondita, aut prouinciam ſortiti ea de alieno Muſeo diuulgandi, optimo horum ſtudiorum fato & cum æterna ſua laude, eadem proferunt in publicos & communes uſus ſingulorum, qui his antiquitatibus delectantur. Nobis neque hactenus licuit eſſe tam beatis; neque tale quidpiam ab initio huius operis propoſitum. Unus hic ſcopus, ut quid de toto hoc ſtudiorum genere eſſet ſtatuendum; quantum præter *dignitatem*, aut *iucunditatem* quandam incredibilem, per omnem doctrinarum ac litterarum varietatem, *utilitatis* haberet reconditum; quam plus contineret in receſſu, quam vulgo hactenus creditum; quam immerito proinde neglectum iaceret paſſim aut ignoratum, non verbis tantum, ſed documentis omni exceptione maioribus declararem; idque iis maxime, quæ inſpecti nobiliores in hoc genere Theſauri, at vulgo parum noti, ſuppeditare mihi videbantur. Ad quos equidem mihi quum pateret aditus, ſingulari meo & incredibili ſtudio, percellebat continuo oculos tantus defoſſi Auri, Argenti, Æris, tot reconditarum diuitiarum fulgor; quas in tua etiam commoda, & litterarum ornamentum, quocunque tandem modo erogandas arbitrabar. Illud quidem eum, quo inflammabar, ardorem, ſubinde reprimebat; quod dum multa fugiente quaſi oculo, aut aliud etiam agendo, pro cuſtodum nempe vel comitum ingenio aut dignitate, aut pro anguſtia temporum, intueri compellerer; aut alioqui præ copia & varietate in delectu & notatione ſingulorum laborarem, nunquam large ſatis meam cupiditatem explere, aut ſatis idonee ac adtente eo ſpectaculo, quo adficiebar mirifice, perfunctus mihi viderer. Unde etiam veniam haud difficulter, ut ſpero, largieris, mi LECTOR, ſi dum aut petenti conceſſa, aut ultro etiam tranſmiſſa Nummorum id genus ſignata quædam ſimulacra, eaque ex vetuſtis illis quidem & ſinceris, quæ videram antea, ſed attritis ſæpe & exeſis archetypis expreſſa, inde a ſcalptore haud valde illo præſtanti in hac arte, ſed qualem loci ratio ferebat, cuſa, minus elegantiæ ac venuſtatis, aut vero accurationis interdum habere videantur. Maior utique fateor eorum, & quam iis gratulamur felicitas, qui domi poſſident eas opes; quibus proinde recurrere continuo ad archetypa licet; inde emendare, reſtituere, & maiori adeo cura, fide, diligentia ſcalptos nummos diuulgare conceditur. Cuius notæ, ut de iis nihil dicam, quæ & patrum, & noſtra ac recenti adhuc memoria prodiere, & luculento Patini noſtri, quo largiter ac ſplendide ornabit has artes, opere, alia inſuper ex mirabili Gaza illa REGIA PARISIENSI, in quam, ut in vaſtum mare aliæ minores aquæ quotidie influunt, breui itidem, ut ſperamus, habiturus es, LECTOR, felicibus eorum curis, in quos incumbit hodie eius cuſtodia; qui nempe magni Regis gloriam iis etiam monumentis ad decus noſtrorum temporum ſibi propagandam putant. Et habebunt iſta quidem, regiis utpote auſpiciis ac impenſis, ſummis autem ac perennibus ſtudiis viri, ut alia mittam decora, fidei ac induſtriæ pœne incredibilis, quo non uſu magis ac præſtantia, quam ſplendore ac venuſtate ſingulari, oculorum tuorum ſimul ac animi voluptati admirabiliter ſeruiant. Unde ne omnino inferior ea laude Germania quoque noſtra cenſeatur, curabunt quandoque admirandis DOMUS AUGUSTÆ aliorumque huius Imperii Procerum præpoſiti, ſeu, quos Tullius hic vocat, myſtagogi; & iuxta eos vir

pluribus doctrinis excultus, Ericus Mauricius, iuris in Academia patria antiſtes, his quoque ſtudiis valde deditus; qui felici, ut coram nuper referebat, fato, plures veterum eorumque ſelectiſſimorum Numiſmatum centurias nactus, accuratiſſimo ſtudio & artificio ſuperiori ſæculo depictas ab homine, ſicut eidem videbatur, ſumme talium auido ac perito, idque ex nobiliſſimis quibuſque, quæ tum florebant, antiquitatum id genus promptuariis. In cuius etiam laudis ſocietatem veniet ſuo iure Belgium, quamdiu aut ſuperſtites in eodem erunt Goltziorum, Chiffletiorum, & Rubeniorum æmuli ac hæredes; aut in horum lucubrationibus diuulgandis ſuam induſtriam conferet, qui propriis opibus abundat, Johannes Georgius Græuius; vir non ſingulari ſolum humanitate, facilitate, ingenio, ſed, quod te iam non fugit, inter Atlantes hodie, qui cœlum illud litterarium in iis oris alacriter fulciunt. Neque vero ſuas, quas poſſidet etiamnum, opes inuidebit nobis diutius horum ſtudiorum parens & procreatrix Italia; non diligentes illi cuſtodes Gazæ, puta aut MEDICEÆ, aut ESTENSIS, aut FARNESIANÆ, aut in Urbe Æternæ REGIÆ rurſus ſeu Heroïdis CHRISTINÆ, BARBERINÆ, BUONCOMPAGNI, CAMILLI MAXIMI, aliorumque id genus ταμιείων de quorum inexhauſta quadam opulentia vel fidem tibi abunde faciet hoc opus inde paſſim locupletatum. Quo ita conſpirantibus ſtudiis & operis tandem aliquando reſtituantur illæ artes, quæ quondam in honore florebant & celebritate hominum verſabantur; ac unde liberalibus artibus ac doctrinis, nouus quidam ſplendor, noua continuo accreſcent incrementa. Neque minus interea noſtram hanc qualemcunque de tuis ſtudiis bene merendi voluntatem, tua beneuolentia, tuo etiam patrocinio complecti dubitabis; & eo quidem lubentius, quod his præſidiis & adiumentis deſtituto alia omnino conſilii ratio fuerit ineunda, quo his antiquitatibus prodeſſem, earumque ſtudium pro viri:li parte promouerem. Accedit, quod præter cuſos illos nummos, quos aut caſus mihi obtulit, aut diligentia mea ac aliorum benignitas ſuppeditauit, magnum hic habeas præterea ac prope immenſam aliorum copiam, ex omni antiquitate ac memoria petitam; eamque non æri quidem inciſam, quod neque licuit nobis, neque adeo ſemper aut pereque neceſſarium, etſi præclarum ſemper, hic primum tamen, quod unum erat reliquum, in tuos ac litterarum uſus a nobis haud perfunctorie deſcriptam ac enarratam. Adeo ut vel eo nomine lectorem poſſit hic liber adlicere, ac varietate quadam maiori delectare; dum, quod ferme aliorum, qui hactenus in ea palæſtra ſe exercuere, inſtitutum fuit, non unius gentis aut ætatis, Græcos puta, aut Barbaros ante Rom. Imperatorum tempora ſignatos, aut Conſulares, quos vocant, aut Cæſarianos nummos, eoſque vel unius generis aut metalli paſſim hic leges; verum omnium illorum temporum, nationumque, nullo notæ & magnitudinis diſcrimine, ſuo tamen ordine & loco partim expreſſos, partim explanatos. Qua in re equidem, lubrica valde aliorum veſtigiis, id diligenter ac ſollicite egimus, ut nullos Nummos, niſi vetuſtos & probos, eoſque vel a nobis inſpectos, accurate, quantum per negotiorum aut occaſionum momenta licebat, deſcriptos; vel interdum ab iis, quorum aut publice teſtata, aut alioquin abunde perſpecta nobis fides ac induſtria, ſubminiſtratos, non vero ex promiſcuis aut perperam expreſſis, ut ſæpe experti ſumus, talium antiquitatum indicibus & commentariis depromptos, vulgaremus. Occurrent proinde inter noſtros frequenter ab aliis iam cuſi, aut enarrati, prout certe

certe ratio huius operis omnem illam memoriam, ſeu adhuc deliteſcentem, ſeu iam repertam promiſcue efflagitabat; qui tamen hic aut emendatiores diuulgati, aut nouis obſeruationibus ornati, aut a prauis interpretationibus vindicati reperientur. Qua occaſione etiam haud iniucundum tibi, aut ſtudiis tuis omnino infructuoſum cenſui, ſi varia neque ea ignobilia auctorum veterum loca, varioſque ritus & conſuetudines cultiſſimarum gentium, quæ adhuc in quadam obſcuritate verſari videbantur, maiori certe luce indigere, paullo diligentius, quam hactenus factum, explanarem ac illuſtrarem. Sed de his plus ſatis, ac ſane præter inſtitutum induſtriæ noſtræ hic tibi adeo magnifice venditandæ. Conſultius utique & opportunius foret, æquitatem hic tuam interpellare, ſi in griphis & ænigmatibus ſoluendis, non Oedipum me ubique aut vatem χρησμολόγον præſtiterim: quod neque mihi ſemper licuit per aciem ingenii haud valde perſpicacis; neque per reconditæ alicuius, quæ in me eſſet, doctrinæ ſupellectilem. Neque vero illos errores tango, quos fatalis vel deſcriptorum vel operarum incuria huic libro ſubinde etiam adſperſit; qui nec frequentes adeo, pro ratione editionis me abſente & procul poſito procuratæ; neque ita leues interdum, ut non tenebras legenti offundant, quas conſultus in fine operis elenchus haud magno labore, maiori certe ex parte, diſcutiet. Interim vale, mi LECTOR, & quibus verbis te iam Romæ compellaſſe memini, hic loci haud minus adpoſite repetendis, PRÆSTANTIAM huius mercis, non ex inſtitoris præconio, ſed ex USU eiuſdem æſtimare adſueſce.

SERIES

SERIES ET ARGUMENTA
DISSERTATIONUM.

DISSERTATIO PRIMA occaſio & ſcopus operis. Pag. 1
Prima Commendatio veterum Nummorum, A DIGNITATE. 3
I. 1. Ob *Antiquitatem*, 2. Antiquiores Reliquiæ quales & quanti iam olim habitæ. 3
3. De primis Auctoribus ſignati nummi. 9
4. De nummis antiquis *Hebræorum*. An nulli nummi a Judæis cuſi ante captiuitatem Babylonicam, & Haſmonæorum tempora. De nummis Hebræorum adulterinis. 10
5. De nummis Græcis antiquiſſimis, *Amynta I.* Macedonum, & *Athi* Lydorum Rege. 16
6. De Romanis nummis antiquiſſimis. De *Aſſibus Libralibus*, & variis earum partibus. Item de *Quinqueſſi*, ſeu quinque Aſſium vetere & ſingulari nummo. 20
II Ob *Diuturnitatem*, Comparatio Nummorum cum aliis antiquis monumentis, maxime Libris, Tabulis pictis, Statuis, Signis, Toreumaſi, Lapidibus, Columnis. 23
III. Ob *Argumenti Nobilitatem*. De *Sacra* & *Diuina Moneta*, & effigie Regum aut Imperatorum nummis impreſſa, conſtitutiones Principum. 29
IV. Ob *Splendorem* & *Auctoritatem* nummos veteres tractantium Regum, Principum, Illuſtrium, & celebriorum virorum per Italiam, Hiſpaniam, Germaniam, Belgium, Galliam, Britanniam &c. 31
Altera Commendatio A VOLUPTATE. 1. A *Materia Nummorum*, 45. 2. Ab *Artis Præſtantia*. 3. Ob *Imagines* veterum Aſiæ, Africæ, & Europæ *Regum*, aut *Illuſtrium* ex utroque ſexu, 49. Item Romanorum, & de nummo *Ouidii Naſonis* 54. 4. Ob alia monumenta priſci ævi in iis contenta. 56

DISSERTATIO SECUNDA
Utilitas AD LITTERARUM DOCTRINAM. Antiquitas Nummorum præ vetuſtate antiquorum Manuſcriptorum. 59
I. Ad FORMAS antiquæ LITTERATURÆ. 61
1. De nummis cum litteris SAMARITICIS vel PHOENICIIS. An inde earum antiquitas in ſcriptura Vet. Teſtamenti ante Eſdram euincatur. De Hieronymi ac Euſebii, quæ eam in rem, adducuntur, teſtimoniis. Alia de Judaicis nummis cum litteris Samaritics. *Ibidem.*
Nummi aliquot cum iiſdem litteris adducti & explicati. 67
Epiſtola Cl. Allixii ad Auctorem de eodem argumento. 69
2. De Nummis Phœniciis ſeu Punicis. Diagrammata litterarum Samariticarum & Phœniciarum. 80
II. De antiquis GRÆCARUM litterarum FORMIS. Earum diagramma: 80, 81
1. De antiquiſſimo *cadmi Alphabeto* XVI litterarum. 83
2. De *Jonicis* Græcorum *litteris* & quando ita dici cœptæ. 84
3. De *Calliſtrato Samio* Auctore XXIV Græcarum litterarum Alphabeti, & quando. Id e MSS. in Homerum ſcholiis erutum. 85
4. Eo antiquior *Jonicarum litterarum* appellatio. 86
5. *Jonicum* XXIV litterarum Alphabetum ſerius ab Athenienſibus receptum. 87
6. An e nummis Siculis, Æginenſibus &c. probari poſſit *Cadmei Alphabeti* antiquitas. 88
7. De Græcorum *litteris* Cadmi Alphabeto additis. 89
3. De ſecundo ac tertio *Alphabeti Græci* Diagrammate, & an *Atticum* prius a viro docto dici debuerit. De tribus in illo Græcorum Alphabeto *epiſemis*. 91
4. De *immutatis* Græcarum litterarum *Formis*. Exempla illius mutationis e nummis adducta. 91
De littera ϙ *Koph* pro K in aliquot Græcorum nummis, & q pro A in nummo Athenienſium. 95
De immutatis aliis *Samii* ſeu *Jonici Alphabeti* litteris. Varia e nummis exempla in litteris Z, Σ. Huius poſtremæ littera forma C recentior, & quando hæc antiquioris Σ locum obtinuit. Item pro 5 ſeu *Senarii* nota in aliquot nummis 98
De Phœnicia ſcribendi ratione in aliquot nummis. 109
III. De Antiquis LATINARUM Litterarum FORMIS. 111
IV. De GOTTHICIS aut HISPANICIS nummis. 112

Gotthi-

Series & Argumenta Dissertationum.

Gotthicarum & *Runicarum* litterarum Diagrammata. 114

II

Ad LITTERARUM ADFECTIONES in antiquis nummis. 115
1. E Scripturæ veteris *vestigiis*. Exempla e nummis Romanis. 115
2. Ex *sono* litterarum adfinium. Exempla e nummis Romanis. 119
Compendia scribendi in Nummis, seu Monogrammata in iis. 123

III

Ad ORTHOGRAPHIAM ex antiquis Nummis petendam. 124
1. Exempla eius rei e Græcis nummis. De urbe Macedoniæ Edessa contra Cl. Tristanum. 125
2. Exempla e Romanis nummis. 128

DISSERTATIO TERTIA.
Utilitas Nummorum. Ad CIVILEM ac MORALEM DOCTRINAM. 131
I. Quid GRÆCI nummi ad utramque conferant. 132
1. Ad *ciuilem* urbium *administrationem* ex iis petendam. De Senatus vel Populi in iis urbibus regimine, & Senatus ac populi Romani appellatione. *Ibidem*
2. De variis *Prouinciarum* Romanarum *Rectoribus* in nummis Græcorum urbium. 117
3. De cultu *Romæ*, ac *Senatus*, item *Cæsarum* in iisdem. 238
4. De variis *Juribus* & *Priuilegiis* earundem Urbium. 142
5. De *Fœderibus*, *Societatibus*, & *Concordia* in Græcis urbium nummis. 143
6. *Virtutum*, vel *Abundantiæ*, aut *Felicitatis Publicæ* symbola in iisdem nummis. 146
II. Utriusque *Ciuilis* & *Moralis Doctrinæ* præcepta ac symbola in Romanis nummis. 148
1. *Virtutes* signatæ in nummis *Augustarum*. *Ibid.*
2. De Romanorum ea in re *consilio*. 149
3. *Virtutes Ciuiles* & *Morales* in nummis Romanorum Imperatorum, eæque Belli & Pacis. Singula e Nummis & antiquis Romanorum Auctorum locis illustrata. 150

DISSERTATIO QUARTA.
Utilitas Nummorum Ad HISTORIAM ANIMALIUM. 165
I. Ad PROPRIETATES Animalium indicandas. Quibus Diis eadem sacra. 165
De *Columbis* in Festis Veneris apud Erycinos in Sicilia, ac inde in eorum nummis. De *Gallo* aui augurali. 168
De *Elephante* *Æternitatis* in nummis symbolo; & de Elephante cum face accensa in vetere nummo. 169
De *Apum*, *Aquilæ*, *Phœnicis*, *Upupæ*, *Ciconiæ*, *Cornicis*, *Bouis* symbolis in nummis. 170
II. Ad FORMAS ANIMALIUM dignoscendas. 172
1. De *Hippopotamo* Nili & Ægypti symbolo. Unde *Equi* nomen ei inditum. *Ibid.*
2. De *Crocodilo*, Nilotico itidem animali & amphibio: de eo vincto in nummo Col. Nemausi; de variis crocodilorum speciebus. 175
3. De *Elephantibus* in Consecrationibus & Ludis Theatralibus Romanorum; de iis loricatis: e nummis 4. De *Camelis*, iisque *Bactrianis* & *Arabicis*, *sagmariis* & *dromadibus*, cum uno gibbo, aut cum duobus in dorso. 179
5. De *Rhinocerote* & *Monocerote* in nummis. Judicium de operibus inditis Pyrrhi Ligorii. 188
6. De *Alce* fera Hercyniæ sylvæ in nummo, non confundenda cum *Machli*, aut Germanorum *Elend*. J. Cæsaris verba de eadem Alce expensa. 196
7. De *Caprini* generis animalibus sylvestribus *Damis Africanis*, *Gazellis*, *Hippelaphis*, *Pygargis*. Item de *Capris Mambrinis* seu *Indicis*, *Ibide*, *Hircoceruo*, *Ariete Sylvestri*, *Cerua Cornuta*. 199
8. De *Pantherini* generis animalibus in nummis. De *Pantheris* Asiaticis & Africanis, & de *orbiculatis* earum *maculis*, non *virgatis* instar Tigridum. De discrimine *Pardi*, *Panthera*, *Pantherisci* in nummis, & cur Libero iidem sacri. 205
9. De *Hyæna* lupo simili, ac unde *hatzeboim* per *vaivas* reddunt LXX Interpretes. 207
10. De *Bisonte*, eoque sculpto in nummis Delphorum, non Andriorum. 205
11. De *Draconibus* sinuosis, alatis, & sine alis in antiquis nummis. De Draconc *Glucone* Abonoteichitarum. De Draconibus habitis pro Geniis locorum tutelaribus. De Draconibus ingentis magnitudinis in nummis. De Æsculapio Epidaurio sub Draconis seu Serpentis specie Romam aduecto. De Draconibus barbatis & cristatis. De *Aspide* in veteri nummo. 211
12. De *Piscibus* uti *Delphinis* in nummis cum variis sessoribus & repando corpore. 214
13. De *Pelamidibus*: De *Polypo* &c. De *Apro Marino*, eoque apud Argiuos celebri. De *Phoca* & *Phocæna*, ut diuer-

sis piscibus, ac posteriore depicto in nummis Phocæensium. 224

DISSERTATIO QUINTA. De FABULOSIS ANIMALIBUS. 237

1. De *Capricorno*, natali Augusti sidere; item Occidentalis plagæ seu Hesperiæ Astro. *Ibidem.*
2. De *Sphinge* Simiæ genere, neque omni Sphinge fabulosa, sed alata. De *Cebis*, *Satyris*, &c. ad muliebrem aut leoninam formam accedentibus. De alata *Sphinge* in nummis Chiorum. De Thebana *Sphinge*, ac unde, & quomodo appellata. 240
3. De *Sirenibus*, & vera earum figura; de earum cum Musis certamine, de voce Σειρῆνων apud LXX Interpretes; cur *luscinia* seu ἀηδόνες eædem dictæ; de lugubri earum cantu. 251
4. De *Stymphalide*, aui galeata & spiculis armata in denario gentis Valeriae: an eadem in nummis *Temenothurensium*. 256
5. De *Harpyiis*, & Æschyli de iis versibus. Diuersae eædem vulgo a Furiis. *Parcarum* nomine dictæ in Regillae inscriptione. Eædem de *locustis* intelligendae, ac unde vocis etymon. 251
6. De *Scylla*, semiuirgine & cane in nummis. 261
7. De *Cerbero tricipite* & *tricorpore* dicto, & cur *bellua centiceps* Horatio. De eodem, ab Hercule victo, aut ad Plutonis pedes in nummis. 263
8. De *Chimæra* in nummis, & eam debellante Bellerophonte. De fabulae origine, & vocis etymo. 265
9. De *Hydra septicipe* in nummis, & *centicipe* subinde apud Auctores. 261
10. De *Gryphibus*, qui *Iouis muti canes* dicti ab Æschylo. Iidem Soli & Apollini, ac Nemesibus sacri. 270
11. De *Pegasis*, qui de velocibus Equis dicti. Pegasus, insigne Corinthiorum monetae, & Coloniarum ab iis deductarum. 270
12. De *Centauris* in nummis, & quod ii pro fabulosis sint olim habiti. De bigis *Centaurorum*, & quandoque mare & femina, ut in vetere nummo. Bigis Centaurorum vectus Bacchus, & cum iis tediferis Æsculapius in praeclaris nummis. Centauri Thessali & Magnetes. 278
13. De *Minotauris* an corpore taurino, capite humano, aut vicissim in nummis. Frequens in nummis Coloniarum a Cretensibus deductarum.
14. De *Phœnice* in nummis, quid in iis notet; & origo illius de eo fabulae. 238
15. De *Monstrosis Animalibus*, ut Equo cum capite Equino, brachio & pede humano. Aliud monstro simile Elephanti inequitans in *Nicæensium* nummo. Testimonia Aldrouandi & Bocharti, de Utilitate Nummorum ad Historiam Animalium.

DISSERTATIO SEXTA. Utilitas Nummorum Ad PLANTARUM HISTORIAM.

1. De *Silphio Cyrenaico*; praestantia & raritate eius plantae, signata eadem in variis Cyrenarum nummis; de prouerb. *Balti Silphium.* De usu eiusdem apud veteres in medicamentis & condimentis. 293
2. De *Loto* Ægyptio, lilio simili: de hieroglyphico eius usu apud Ægyptios; de coronis e loto *Antinoeis*; de loto, capitis insigni in variis Ægyptiorum nummis. 301
3. De *Strobilo*, seu *Nuce Pinea* in nummis Augustae Vindelicorum, & alibi. De eadem inter Bacchi ludicra. De variis olim locis a *Pinorum* copia denominatis, Mileto, aliis. De *Pini nucibus*, *ramo*, *arbore*, in mysteriis Gentilium. De *Corona e pinu* in Isthmiis antiquitus, ac denuo dein recepta. Id e nummis adsertum. 308
4. De *Rosa*, seu *Balaustio* flore Punici mali syluestris in nummis Rhodiorum. De *balaustii* usibus, & quae apud Rhodios eximia nascerentur. De purpura ex herbarum succis olim confecta. 315
5. De *Malo Medico* in nummo veteri cum sagittario Parthico. *Malus Medica* a natali eius solo, *Persica* etiam & *Assyriaca* dicta. *Malus Medica* eadem cum *Citro*.
6. De *Malis Hesperidum*, & eorum custode dracone, ac Nymphis Hesperidum. De origine illius fabulae. *Hesperidum mala* eadem cum *Aurantiis*, non cum *Cydoniis*. 324
7. De *Palma* Arbore, palmae ramo σαρίδι dicto; de palmae fructu seu *balanis*, vel *dactylis*. De Palmis alibi frugiferis, alibi sterilibus. De Palmis *Siculis*, *Creticis*, *Cypriis*, *Phœniciis Syriacis*, *Judaicis*, *Thebaicis*, *Babyloniis*. De variis palmæ seu earum fructus nominibus explicatis Σαρίδι, *Saka*, *Sakion*, *tamar*, *dakkel* seu *dachel*, *dactylus* & antiquiore voce βάλανος. De *Palmis Judaicis*, iisque *Communibus* & *Caryotis* seu *Nicolais*. Etyma earundem vocum expensa. De *Caryotibus* Babylonicis, Judaicis, & The-

Series & Argumenta Dissertationum.

Thebaicis omnium praestantissimis. De *Vinis Palmeis* capiti, noxiis, seu *sicera*. 335

8. De *Balsamo, Arbore Thurifera*, & *Calamo Odorato*, in nummis.
9. Item de *Dictamno* Cretensi, *Myrrha, Hypogloſſo* seu *Lauro Alexandrina, Ficu Ruminali, Herba Commagene, Racemis* in antiquis nummis. 358

DISSERTATIO SEPTIMA. Utilitas Nummorum AD HISTORIAM EXTERNAM veterum in EUROPA, ASIA, AFRICA Gentium, & Regnorum. Causſæ eiusdem. 368

I Ad MACEDONIÆ *Regum* Historiam.
1. De eorum Regum *numero*, ac *ætate* discrepantia apud veteres, & eius diuersitatis ratio. Iidem ab Argiuis orti. 371
2. De antiquis Macedoniae ante Philippum Alexandri M. patrem Regibus; de haud uno in iis *Amynta*. De *Ptolemæo Atorite*. 370
3. De *Philippi* & *Alexandri M.* nummis. Ἀλεξάνδρεια, festa in honorem Alexandri a Macedonibus & Thracibus celebrata. Alexandri M. memoria omni monumentorum genere seruata. 380
4. De Regum Macedoniæ post Alexandrum nummis. De singulari nummo *Philippi* vulgo *Aridæi* Alexandri M. fratris. 383

II. De *Macedoniæ* Regum *Insignibus* in nummis.
1. De *Leonis* exuuiis ad denotandam eorum ab Hercule originem. 386
2. De *Cornutis* Alexandri M. & succeſſorum nummis. *Cornua* tributa Diis, Fluuiis, Heroibus: eaque *Taurina, Arietina, Hircina*, & quibus ex iis. Joui Ammoni *Arietina*, ac inde Alexandro M. & aliquot succeſſoribus: *Taurina*, Seleuco I. Demetrio Poliorcetæ: *Hircina* Pyrrho, Tryphoni, Antigono Tutori. De varia vocis *Cornu* & Κέρας significatione. De *Moſe Cornuto*, & tertia e Jobi filiabus dicta *Keren Happuc*, ac unde. *Cornua facere* dictum iam olim a Græcis, & cornutus in Hebræorum Apologis, de eo cui uxor adultera. 402

III. De SELEUCIDARUM Regibus in nummis & quidem 1. cum *Ancora* genitali Seleuci 1. signo 2. de certa eorum serie e nummis constituenda. 403

IV. De variis *Cognominibus*, quæ *Seleucidis* & aliis subinde Regibus tribuuntur in eorum nummis 1. *Nicatoris* 2. *Soteris* 3 Θεῦ seu *Dei* 4. *Epiphanis* & *Dei Epiphanis* 5. *Cerauni* 6. *Dionysi* seu *Bacchi* 7. *Euergetis* 8. *Eupatoris, Philopatoris, Philometoris, Philadelphi* 9. Βασιλέως Αὐτοκράτορος, *Regis Imperatoris*. 10. Μεγάλου seu *Magni*. Origo, ratio, & exempla singulorum e nummis ostensa ac illustrata. 411

DISSERTATIO OCTAUA. Utilitas ad HISTORIAM aliorum veterum in ASIA, AFRICA, aut EUROPA Regum. 448

I. 1. De PARTHORUM Regum, seu ARSACIDARUM nummis; 449
2. De *Comæ Arsacidarum* cultu. 450
3. De *Diademate* eorum ac *Tiara*, & utriusque gestamine. De *Tiara recta* Persarum Regum, *obliqua* aliorum. De *Tiara Parthica, Phrygia*, & *Armeniaca* quadrangulari diuersa a *Parthica*. *Ibid.*
4. De *Candy*, Regia Arsacidarum veste, toto e præstantissima purpura; quique exterius amiculum, non tunica. De *braccis* seu *femoralibus* Arsacidarum. 454
5. De Stella in nummis Arsacidarum & quare. 458

II. 1. De TITULIS & COGNOMINIBUS *Arsacidarum* in eorum nummis. 459
2. De Æra adscripta in aliquot eorum nummis, & titulo in iis *Regis Regum*. A quibus idem titulus olim adsumptus, aut quibus tributus. *Saansaan* a Persis dictus. 460
3. & 4. De Cognominibus *Euergetis, Epiphanis, Justi*, item *Philellenis* in iisdem Arsacidarum nummis. *Philellenis* titulus ab aliis quoque adsumptus. 460

III. De TIGRANIS REGIS *Armeniorum* nummis cum titulo *Regis Regum*. De eius *Tiara* seu *Cidari* cum stella insculpta & Aquilis. 468

IV. De CAPPADOCIÆ *Regum* nummis 472
1. De *Ariarathe Eusebe*, & *Cæsarea* gentis Metropoli dicta *Eusebia* in nummis. 472
2. & 3. De *Ariarathe* & *Ariobarzane* utroque *Philoromeo* dicto in nummis: & de eadem *Philoromei* appellatione. 474
4. De nummo Regis *Archelai Philopatoris*. 477

V. De PONTI & BOSPORI Regibus in nummis. 479
1. De *Ponti Regibus* eorumque numero *Ibid.*
2. De nummis *Pharnacis* 1. & *Mithridatis Euergetis*, ac *Philoromei*. 480
3. De nummis *Mithridatis Eupatoris* & eorum Æra. 483
4. De nummo *Pharnacis* eius filii, cum titulis *Magni*, & *Regis Regum*. 486
5. De nummis *Asandri* Regis Bosphori, & *Pole-*

Polemonis Patris ac Filii, Regum Ponti. 488
6. De nummis *Sauromatum*, & *Eupatoris* Regum Bosspori. 489
7. De noua *Bosporanorum* Regum serie ac æra in nummis, iuxta celebrem Antiquarium. 492
8. De nummo *Amastris* Reginæ *Ponti*, Nomen hoc eius adsertum ac illustratum: item *Drypetines* Mithridatis Eupatoris filiæ. 494
VI. De Thraciæ Regum nummis. 498
1. De antiquis *Thracum* Regibus *Seuthe*, *Lysimacho*. *Ibidem.*
2. De *Thracum Regibus* sub Romanis Imperatoribus, *Rhœmetalce* cum coniuge; *Coty* haud uno; nec uno etiam *Rhescyporide*. 499
3. De Rege *Ininthimeuo* in veteri nummo. 501
4. Noua celebris Antiquarii de hisce Regibus sententia. 503
VII. De Pergamenorum Regibus in nummis. 504
1. De nummo *Eurypyli Herois*, eodemque *Pergamenis*, non *Salaminiis* Cypriis adserto. De *Pergami* conditore Telepho Eurypyli patre, & incolis *Ceteis*. *Ibidem.*
2. De *Philetæro*, Pergamenorum Dynasta, & successoribus *Attalis*. Quædam de iis monita. 511
VIII. De Bithynorum Regibus in nummis. 513
2. De inscriptis haud unius *Prysiæ Regis* nummis. *Ibidem.*
2. De *Nicomedis Epiphanis* nummo, cum æra in eo adscripta. De *numero* Bithyniæ Regum, & eorundem *Æra*. *Ibid.*
IX. De Cariæ Regum vel Dynastarum nummis. 517
1. De *Menandro*, iuxta Goltzium. *Ibid.*
2. De *Hecatomno*, & tribus Filiis, Cariæ Regibus, *Idrieo*, *Mausolo*, & *Pixodaro*, ac eorum nummis. Vera inde adserta eorum nomina. *Ibidem.*
X. De Judæorum Regibus, Ethnarchis, & Tetrarchis. 520
1. De nummis *Herodis* Magni seu *Ethnarchæ*. *Ibid.*
2. De alterius Regis *Herodis Philoclaudii* nummo. 3. Idem qui *Herodes Rex Chalcidos*, non Agrippa Senior aut Herodes Tetrarcha. 4. De Regibus qui *Amici Cæsarum* olim dicti, & gradibus id genus *Amicorum*. 521
5. De *Claudiocæsarea* in nummis Regis Herodis, eaque *Cæsarea sub Panio* seu *Philippi*.
6. De *Herodis Tetrarchæ* nummis. 527
7. De *Agrippæ Junioris* nummis, cum Festis Tabernaculorum, & Paschatis seu Azymorum, aut Pentecostes. Iidem illustrati. 528
8. De aliis *Agrippæ Junioris* nummis ante Domitianum, & sub eo cusis. 532
XI. De Abgaris Edessæ Regibus 534
1. De *Abgaris Regibus* in nummis Imperatorum M. Aurelii, L. Veri, Seueri, Alexandri Seueri, & Gordiani. *Ibidem.*
2. De nomine Ἄβγάρου, nec alio iis Regibus tribuendo. 535
3. De appellatione Βασιλέως Μεγάλου, seu *Regis Magni* in nummo *Abgari*, ac unde. *Ibid.*
4. De *Abgaris*, *Edessenorum*, non *Persarum* Regibus. 536
5. De Romanis *Luciis Ælii Septimii* prænominibus, in nummo *Abgari* sub Seuero Imperatore. 531
6. De *Tiaris* in nummis Regum, cum *Abgari* nomine. 537
7. De reliquo eorum habitu in nummis. 538
XII. De Numidiæ & Mauritaniæ Regibus in nummis. 539
1. De *Jugurtha*, & *Boccho* in denariis gentis Corneliæ. *Jugurtha Bocchi* gener, non socer. *Ibidem.*
2. De Regis *Jubæ* Patris nummis, cum promissa barba, & coma Maurorum more in orbem torta. 540
3. De Regis *Jubæ* Filii nummis: eius laus. 541
4. De *Ptolemæi* Jubæ Junioris Filii nummis, & cum *Cleopatra* uxore. 543
XIII. De Siciliæ Regibus in nummis. 544
1. De ætate ac discrimine nummorum cum signatis *Siciliæ Regibus*. Iidem non usi diademate usque ad *Hieronymum* ultimum eorum Regem: 545. *Gelonis* primi Siciliæ Regis nummi cum titulo Συρακοσίων *Syracusani*, qui *Gelous* erat patria: & quare.
2. De nummis *Hieronis I.* illiusque *Olympionicæ* & *Pythionicæ*. Idque ex eius nummis adsertum & illustratum, deque eo *Mulari cursu* victore. 548
3. De nummis *Dionysii I. Agathoclis*, *Hieronymi*, Siciliæ Regum. 551
4. De nummis *Theronis* Agrigentinorum, & *Anaxilai* Rheginorum & Messeniorum Tyranni. 552
XIV. De Gotthorum, Uandalorum, & veterum in Gallia, Britannia, & Septentrione Regum

GUM nummis. 555
1. De *Gotthorum* in *Italia* & *Hispania* Regum nummis. *Ibidem.*
2. De antiquis *Gallorum*, *Britannorum* & in *Septentrione* Regum nummis, & qui de iis agunt, Scriptoribus. 557

DISSERTATIO NONA.
Utilitas Nummorum Ad HISTORIAM seu *Origines*, *Priuilegia*, *Magistratus Urbium* in antiquis & Græcis earum nummis. 559

I. 560

Ad *Urbium Origines* in nummis indicatas
1. Antiqua *Urbium nomina* in nummis quandoque expressa. *Ibidem.*
2. Antiqui Urbium *Conditores* seu Κτίσται in nummis signati, *Patraus*, *Tomus*, *Menestheus*, *Abderus* & *Abdera* &c. *Alexander M. Augustus*: item *Bacchus*, *Hercules*. 561
3. De nummo urbis *Termessi* ac vero illius urbis nomine, & Heroë *Solymo*. 563
4. De consecratis *Urbium Conditoribus*; de *Alexandro M.* Smyrnæ Conditore vel Restauratore, & ea de re Smyrnæorum nummis. 565

II.

Communia *Coloniarum* insignia cum *Metropoli* seu *Antiqua* eorum *Patria*, in nummis expressa. Exempla inde adducta. 568
Eorundem *Numinum* & *Sacrorum*, quæ antiquæ Patriæ, conspectus in nummis *Coloniarum*. 572
IV. De METROPOLIBUS ratione COLONIARUM a se deductarum. 575
1. De *Heraclea* in Ponto *Matre Coloniarum* dicta in Græco eius nummo. Ratio eius rei indicata, & illustrata. 575
Jura & Priuilegia *Metropoleon* ratione Coloniarum a se deductarum: nempe ut acciperent ab illis Coloniæ eadem Numinum loci Tutelarium simulacra, nomina; Templorum formam; Sacra; Summum Sacerdotem; Festa; Sacrorum Primitias quotannis ad Metropolim mitterent: Item ab eadem acciperent Leges, Legumlatores, Magistratus, Belli & Coloniarum deducendarum Ducem; Arma; Habitum; Mores; Linguam; Auxilia iis præstare tenerentur. Singula ex antiquis Auctoribus ac e Nummis partim eruta & illustrata. 580

III.

De METROPOLIBUS PROVINCIARUM seu REGIONUM in antiquis nummis. 583
1. De discrimine *Maiorum* aut *Minorum* unius Prouinciæ Urbium. *Ibidem.*
2. De *Metropolibus* necdum Romano imperio subiectis. Exempla e nummis *Antiochiæ*, *Tyri*. 584
3. De *Metropolibus* in Romano Imperio constitutis. Exempla earum e nummis adducta. 589
4. De *pluribus* unius Prouinciæ *Metropolibus* in nummis. 591
De Metropolibus *Phœnices*, *Palæstinæ*, *Syriæ* in nummis. 594
De Metropolibus *Ciliciæ*, Tarso, Anazarbo, Ægis. 595
De Metropolibus *Cappadociæ*, Cæsarea, Tyanis, Mociſſo 597
De *Bithyniæ* Metropolibus in nummis Nicomedia, Apamea, Prusiade 599. De tribus *Ponti* Metropolibus in nummis, Amasia, Neocæsarea, Tomis. 600
De tribus *Mesopotamiæ* Metropolibus in nummis, Carrhis, Edessa, Nesibi. De nummo Regiæ Gallorum Gazæ Edessæ adserto. De Nesibi *Antiochia Mygdoniæ* olim dicta. 601
II. De METROPOLIBUS Proconsularis ASIÆ. 608
I. 1. De *Rescripto* Imperatoris Antonini de *Metropolibus Asiæ*, ac nominatim de *Epheso*. *Ibidem.*
2. Quænam essent Asiæ Proconsularis *Metropoles*. 610
Quæ *Asiæ Metropoles* legantur in nummis. 612
3. De vero sensu *Rescripti* Antonini Caracallæ. De nummo *Ephesiorum*, in quo ΕΦΕCΙΩΝ Α ΚΑΤΑΠΛΟΥC. An *Ephesus Prima Asiæ Metropolis* eo Rescripto declaretur? 613
II. De duobus SARDIUM in Asia Græcis nummis, cum titulis *Primæ Metropoleos Asiæ Lydiæ Et Hellados* seu *Græciæ*.
1. De ratione & instituto illius Inscriptionis. 619
2. *Sardes*, cur *Prima Metropolis Lydiæ* ibi dicatur. 620
3. Cur *Prima Metropolis Asiæ*. De varia vocis *Asiæ* significatione, & quo sensu ibi dicta. *Ibid.*
4. Cur *Prima Hellados Metropolis*. De varia vocis Ελλάδος acceptione. Quod *Macedonum* dictæ urbes aliquot ad Lydiam spectarent, aut ei forent finitimæ. Exempla eius rei ex Auctoribus & nummis adducta ac illustrata. 623
III. De *Metropoleos* titulo in aliis Proconsularis *Asiæ* urbium nummis. 626
1. De Metropoli *Halicarnasso*, in veteri nummo. *Ibidem.*
2. De duobus *Magnetum* & *Colophoniorum* nummis cum eodem titulo. 627
3. De aliis duobus *Teiorum* & *Æxanitarum* nummis cũ eodem quoq; titulo. 628

. De Metropolibus *Cyzico* ac *Thyatira*, illa in Marmoribus, hac apud Ptolemæum. 629
5 De Septem *Asiæ* apud D. Johannem urbibus. 630

IV.

De ΠΡΩΤΗΣ vel ΠΡΩΤΩΝ seu PRIMATUS Urbium appellatione in nummis. 632
I. De voce ΠΡΩΤΗΣ, pro *Metropoli*, aut *Prima Metropoli*. *Ibidem.*
II. De ΠΡΩΤΗΣ titulo in nummis *Nicomediæ* & *Nicææ*. Res ea e nummis & Auctoribus illustrata. 633
III. De ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC titulo in nummis *Ephesi*, *Smyrnæ*, *Pergami*. 636
De occasione illius appellationis: non quod in iis essent Juridici conuentus constituti. 637
IV. Cur ΠΡΩΤΑΙ ΑCΙΑC dictæ eædem urbes in earum nummis. Sub quibus Cæsaribus iidem cusi; idque ad indicandum *Primatum* in gentis Conciliis, item Templorum, Sacrorum, & Ludorum Asiæ in iis urbibus Communium. Quæ e singularibus earundem urbium nummis illustrata. 639
V. De ΠΡΩΤΗΣ vel ΠΡΩΤΩΝ titulo in nummis *Tripolitarum* in Phœnicia, *Mytilenes* & *Sami* in Asia Proconsulari. 645
1. De ΠΡΩΤΗΣ titulo in nummo *Tripolis*, ac unde. *Ibid.*
2. De ΠΡΩΤΗ *Lesbi Mytilene* in nummo, ac de diuerso *primatu* Urbium. 646
3. De Samiis ΠΡΩΤΟΙΣ Joniæ in eorum nummis. 647
VI. De SMYRNÆ PRIMATU peculiari in Nummis, & Marmoribus. 648. Smyrna Joniæ pulcherrima urbs, etiam post eam terræ motu collapsam, & restitutam. 648
VII. De ΠΡΩΤΗΣ & ΔΕΥΤΕΡΑΣ appellatione in *Macedoniæ* nummis. 651
1. De ΠΡΩΤΗC in iis titulo, & urbe *Amphipoli* Primæ Macedoniæ Metropoli. *Ibidem.*
2. De ΔΕΥΤΕΡΑΣ titulo, & urbe *Thessalonica* Macedoniæ Secundæ, postea totius Macedoniæ & Illyrici Orientalis *Metropoli*. 652
3. De *Pella* Tertiæ Macedoniæ Metropoli. Singularia quædam de eius situ, nominis etymo, fortuna &c. 653
VIII. De Nummis inscriptis ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΕΒΔΟΜΗ ΤΗC ΑCΙΑC, *Magnetum Septima Asiæ*.
1. Quæ *Magnesia* in iis designetur. 656
2. Qua ratione *Septima Asiæ* in iis dicta. Ἑβδόμη non ibi de festo in honorem Apollinis Ἑβδομαγέτου intelligenda. Quænam sex Asiæ urbes eadem *Magnesia* potiores haberi debeant. De ordine olim inter Urbes unius gentis aut prouinciæ seruato. 657

V.

De Urbibus ΙΕΡΑΙΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΙΣ, in earum nummis, & ASYLORUM iure. 659
1. De Urbibus ac Insulis, quæ ΙΕΡΑΙ seu *Sacræ* dicuntur in nummis, ac apud Auctores. *Ibid.*
1. De solo ΑΣΥΛΟΥ titulo in aliquot urbium nummis *Epheso*, *Pergæ*, *Cæsarea Sub Panio*, *Lappæ* &c. 661
3. De coniuncto vulgo ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ titulo, in aliarum Urbium nummis. 662
4. Maxime in nummis Urbium *Syriæ*, *Phœnices*, *Palæstinæ*. 665
5. Exempla aliarum Urbium & Insularum cum iisdem appellationibus. 666
6. Origo illius Juris a *Templorum* quorundam sanctitate ac celebritate. Nec tamen omnia *Templa* pro *Asylis*. Id e nummis & Auctoribus illustratum. 667
7. Definiti id genus *Asylorum* limites. Exempla e Templis *Dianæ Ephesiæ*, & *Dianæ Persicæ* apud Hierocæsarienses. 669
8. Aliud *Asylorum* discrimen, quod ea non omnibus promiscue præberent perfugium; non sceleratis, impiis, seruis. Eadem ex antiquis Auctoribus adserta & illustrata. Unde inter alia Cicero explicatus & illustratus. 669
9. Quæ vera ratio fuerit dictorum id genus in nummis urbium ΑΣΥΛΩΝ. Ἄσυλον Græcis idem quod ἀπόρθητον. Romanis *Inuiolabile* & *Inspoliatum*. Id e Polybio, Demosthene, & aliunde illustratum. 673

VI.

De Urbibus ΕΛΕΥΘΕΡΑΙΣ & ΑΥΤΟΝΟΜΟΙΣ, seu *Liberis* & *Suarum Legum*, in nummis. 675
I. De Urbibus Ἐλευθέρας in earum nummis. *Ibid.*
1. De diuersa *liberarum* urbium conditione. De plena quandoque earum *libertate*, & populari earum statu dictæ. Discrimen inde inter Barbarorum & Græcorum ciuitates. 674
2. De Discrimine Urbium *Liberarum*, *Suarum Legum*, & *Immunium*. *Liberæ Urbes*, quibus ius proprii Magistratus seu αὐτοδικίας. Αὐτόνομοι, quæ suas leges, retinebant. Neque vero priores inde *Immu-*

Immunes a vectigalibus aut tributis. Diuersa postrema huius iuris ratio. Eadem ex Auctoribus adserta. 675
4. Quæ urbes ΕΛΕΥΘΕΡΑΙ dictæ in earum nummis, ut *Amisus*, *Tarsus*, *Rhodus*, *Thessalonica*. 678
II. De urbibus ΑΥΤΟΝΟΜΟΙΣ in earum nummis. 680
1. In quo esset sita illa Αὐτονομία, eiusque prærogatiuæ. *Ibidem.*
2. De promiscuo usu vocum Αὐτονόμου, Αὐτονομία, & Ἐλευθέρας, ac Ἐλευθερίας. 681
3. Nummi Urbium Αὐτονόμων sub Seleucidis, *Antiochiæ*, *Seleuciæ*, *Arethusæ*, *Tyri*, &c. De Æra id genus urbium inde adsumpta. *Ibid.*
4. Nummi Urbium Αὐτονόμων sub Romanis. 683
5. De conditione earundem urbium Αὐτονόμων. An inde eædem exemptæ ab omni potestate & imperio Romani Præsidis. Quod ius Romanis Præsidibus in eas remaneret. 684

VII.

De Urbibus, quæ ΝΑΥΑΡΧΙΔΕΣ seu cum *Nauium Præfectura* dictæ in earum nummis. 686
Unde quædam Urbes Ναυαρχίδες dictæ, & de usu illius vocis, ac inde *Nauarchorum* appellatione apud Romanos. Explicatio viri docti de ea id genus urbium appellatione reiecta. Urbes quædam Metropoles simul & Ναυαρχίδες. 687
Quæ urbes Ναυαρχίδες leguntur in antiquis earum nummis, ut *Tyrus*, *Sidon*, *Dora*, *Ægæ*, *Corycus*, *Sebaste*, *Nicopolis*. 688

VIII.

De Patriis seu Urbicis Magistratibus in Græcarum Urbium nummis. 691
I. De Dignitate ΑΡΧΟΝΤΟΣ in nummis. 692
1. De generali vocis Ἀρχοντος apud Græcos significatione, de quouis loci principe, aut de Romanæ Prouinciæ Præside *Ibidem.*
2. De peculiari Ἀρχοντος significatione in Græcarum Urbium nummis, hoc est de patrio earum Magistratu. De pluribus in una urbe *Archontibus*, & continuato aut repetito illo munere, e nummis & Auctoribus. 693
3. De voce ΣΥΝΑΡΧΙΑΣ in duobus *Antiochensium in Caria* nummis, & quid ea voce in iis designetur. Συνάρχοντες, collegæ in Imperio, aut Magistratu. Ex Auctoribus illustratum. 695
II. De dignitate ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ in nummis. 696
1. De antiqua vocis Στρατὸς pro *populo*, *ciuium multitudine*, ac *cœtu*; & inde Στρατηγὸς de *Urbis Prætore* appellatio. Eadem ex antiquis Poëtis, Æschylo, Pindaro, Sophocle, &c. adserta. Hinc ad eorum discrimen Στρατηγοὶ ἐπὶ τὰ ὅπλων, seu *Armorum Præfecti* apud Atticos dicti, quorum dein ad rem annonariam translatum munus. 696
2. De recepta vocis Στρατηγὸς significatione in nummis, pro *Urbis Prætore*. 698
3. De pluribus in una urbe Στρατηγοῖς, & singularibus quibusdam nummis, in quibus eorum fit mentio. 699
III. De dignitate ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ in nummis. 700
1. De *Prytanibus* in genere, qui *Consilii Præsides* Athenis. 701
2. De *Prytanibus* in nummis & lapidibus antiquis. De singulari *Smyrnæorum* nummo, in quo ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ alibi a nobis illustrato. Item de nummo *Cumæ* in Æolide. *Ibidem.*
De pluribus *Prytanibus* in eadem urbe. De usu vocis Πρύτανις apud Græcos Auctores, pro *Supremo Rectore*, *Pacis* vel *Concordiæ Auctore*: & πρυτανεύειν pro *constituere*, *decernere*. 703
IV. De dignitate ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ in nummis. 703
1. Γραμματεὺς, ut conspicuus Magistratus, signatus maxime in Asiæ Proconsularis, Cariæ, Lydiæ, Mysiæ, Joniæ, aut Phrygiæ nummis. *Ibidem.*
2. De *Scribarum* apud Romanos conditione, pro vili habita & mercenaria. *Ibidem.*
3. De Γραμματέων apud Athenienses conditione. Pro *Apparitoribus* ab iis habiti, ac inde *viles*. E Demosthene, Ulpiano, & aliunde id adsertum. De Dionysio e *Scriba*, Syracusanorum Tyranno. Tria Γραμματέων Athenis genera, *Juxta Prytaniam*, *Senatus*, & *Populi*, 704
4. De Γραμματέων honestiore conditione in Græcis Asiæ urbibus. Exempla adducta e nummis *Magnetum* ad *Mæandrum*, *Ephesiorum*, *Trallianorum*.
V. De Sophistis, qui urbium ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ & ΑΡΧΟΝΤΕΣ dicuntur in nummis. 709
1. De varia vocis *Sophistæ* significatione apud Græcos: maxime de *dicendi* ac *declamandi Magistris*. *Ibidem.*
2. De *Sophistis Smyrnæis*, ac eorum in ea urbe celebritate & frequentia. *Ibid.*
3. De *Sophistarum* id genus publicis muneribus. 710
4. Exempla eius rei e *Smyrnæorum* nummis, in quibus *Polemon*, *Claudius Proclus*,

clus, Claudius Rufinus, totidem Στρατηγοὶ appellantur. De *Varo Sophiſta & Archonte* in nummo *Cebeſſenſium*. *Ibid.*
VI. De iis qui ΕΠΙΜΕΛΗΤΑΙ & ΕΠΙΣΤΑΤΑΙ dicuntur in nummis. 714
1. De vocis ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ apud Græcos ſignificatione: apud Atticos de *Curatore* agonum, equorum, myſteriorum, legum, emporii, tribus, dicti. Item Græcis de *Præfecto* alicuius loci; ac de *Tutore*. *Ibidem*.
2. De voce ac munere ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ, cui cuiuſcunque rei cura & inſpectio eſt commiſſa. Pro *Templi Præfecto* in veteri *Pergamenorum* nummo. Alia ſingularia de vocibus Ἐπιστάτης & Τέμενος. De pecuniis, aliiſque rebus precioſis in Templis Gentilium recondi ſolitis. 715

Hic adhuc obiter monendus eſt, MI LECTOR, quod dum nummorum, qui ſigillatim huic operi, iique ſuis locis ſat magno numero ſunt inſerti, aut inſerendi erant, accuratior fit inſpectio; deprehenſum ſit, ubi nummi a ſcalptoris manu ad prælum fuerunt delati, incuria eorum, quibus id incumbebat, illos duobus tribuſue locis præpoſtere collocatos; alium etiam, de quo in ipſo opere nulla facta erat mentio, ſed conſulto tamen, alterius loco ſubſtitutum. Quod e ſequenti ſyllabo emendare, aut obſeruare continuo dabitur.

PAG. 366. Quatuor nummi ibi præpoſtero ordine ſunt collocati; quum ultimo loco poſitus ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ nummus deberet primo loco ibi conſpici; & idem de tribus reliquis ſit ſtatuendum.

Pag. 385. duo nummi poſtremorum Macedoniæ Regum PHILIPPI & PERSEI in ſuperiori huius paginæ parte ſunt inſerti, qui in ima eiuſdem paginæ parte collocari debuerant, & qui ibi infra poſitus ANTIGONI GONATÆ nummus ad ſuperiorem eiuſdem paginæ partem referri.

Pag. 406. *lin.* 9. *&* 10. mentio fit nummi e Pembrochianis cimeliis deprompti cum nomine ΣΕΛΕΥΚΟΥ, & in auerſa parte cum Elephante & inſcriptione ΑΠΑΜΕΙΑΣ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ. Qui tamen nummus ibi non comparet, quod non daretur poſt illa iam edita eum ſcalpendi facultas. Verum ubi alius eius loco nummus, nec minus opportune eſt inſertus, iſque eiuſdem Pembrochiani cimeliarchii, hinc cum barbato Iouis capite, illinc cum quatuor Elephantibus, & cum Ancora, genitali, de quo ibi agitur, huius Seleuci ſigno. Idque eo magis, quod idem nummus aliquantum diuerſus foret ab eo, qui a Cl. Vaillant fuerat iam diuulgatus. Adde, quod *Apameæ* cum eadem memorata inſcriptione nummus ſit poſtea inſertus pag. 663.

Hiſt Reg. Syr. pag. 37.

Pag. 541. inſerti ſunt quatuor PTOLEMÆI JUBÆ Junioris filii, Mauritaniæ Regis, & CLEOPATRÆ coniugis nummi, qui inſerendi erant paginæ proximæ 544, ubi de iis agitur; & qui eadem pagina, 544. inſeruntur nummi JUBÆ Patris, ad priorem illam pag. 541. reuocandi.

Adde quod ab initio Pag. 331. adducatur nummus cum Arbore Heſperidum, quæ quinque fert Mala; quum tamen ibi lin. 3. quod nummus ille tum non eſſet ad manus, *quatuor Mala* ferre eadem Arbor dicatur.

DISSER-

Illuſtriſſimo Doctiſſimoque Viro,

DOMINO

EZECHIELI SPANHEMIO,

Libero Baroni,

Sereniſſimi FRIDERICI *Boruſſiæ Regis ad Sereniſſimam* ANNAM *Magnæ Britanniæ Reginam*

LEGATO EXTRAORDINARIO,

Inſignes

De Præſtantia & Uſu Numiſmatum

Diſſertationes denuo edenti,

Carmina hæc cecinere

MUSÆ OXONIENSES.

DIVA vocalis citharæ perita,
Vatibus dudum comes; ô potentum
Nomina Heroum decorare verſu
Sueta perenni;
Eja age auratum modulare plectrum,
Exeras vocem, Dea; tu modorum
Gnara manſuræ properes SPANHEMUM
Tradere Famæ;
Cura Muſarum propior, SPANHEMI,
Unus argutæ citharis catervæ
Sufficis, Phœbi recinet per ævum
Te chorus omnis.
Seu ſtudens pacem ſtabilire regnis
Hoſpes interſis populo *Britanno*;
Temperes ſeu conſilio *Boruſſi*
Cęſaris aulam;
Seu Ducum Heroumque velis priorum
Volvere Annales, memor anteacti
Seculi, & priſcis modo naſcitura
Tempora jungens.
Literis quantum tribuêre lumen
Gens SPANHEMORUM, memorat Geneva
Artibus clara, ingenuæque nutrix
Leyda juventæ.
Stirpe Tu doctâ melior propago
Emicas longe, & ſpatium per orbis
Ultimum gentes quid agunt; quid olim e-
gêre, requiris.
Tu novum Gazis pretium decuſque
Adjicis, Tu reſtituis metallo
Quicquid exedit ſitus, aut vetuſta
Condidit ætas.
Tu doces primo repetens ab ortu
Temporis lapſi ſeriem, viceſque
Pendulas rerum. Tua, docte Scriptor,
Pagina monſtrat
Quos tulere urbes Siculæ Tyrannos,
Sparta quos bello peperit feroces,
Quoſque Muſarum ſtudiis dicârunt
Palladis arces.
Quid Rhodi pompam Phariaſque turres,
Prodigi faſtum populi, intuemur?
Myſticis vel quod tenet involutum
Charta figuris?
Rite Tu priſcos meliùs reponis
Ordine Heroas; Tibi, quot metallo
Artifex cudit manus, innoteſcunt
Geſta virorum.

Quo

Quo Duces traxit Cleopatra vultu,
Explicas; quali Juba fulſit ore,
Quo genus Dium Ptolomæi, & ingens
Stemma Seleuci:
Julium per Te decus, & Lycurgi
Fama poſt longum viget aucta ſeclum;
Stat ſuus Grajis honor, & Quirinæ
Gloria genti.
Quin erit quondam, Tibi cum recentes
Paginam ornabunt tituli; Ducumque
Geſta vultuſque artifici micabunt
Ære recuſi.
Sculptiles Creſſæ *Blenhemique* campos
Æmuli quondam juvenes videbunt;
Serta victori incolumis *Britanno*
Flandria nectet.
Cerne ut Heroum numeroſus ordo
Splendet, ante omnes FREDERICUS adſtat,
Et potens nutu dare jura regnis
ANNA refulget.
Inter hæc ſacræ monumenta famæ,
Dulce TE docti columen Lycei,
Te decus ſecli memorabit ultro
Sera vetuſtas.
Te ſuis ætas hodierna ſcriptis
Inſerit, TE per memores reponent
Poſteri faſtos, adimentque letho
Munera vatum.

Ant. Alſop. A. M. *Ædis Chriſti Oxon. Alumnus.*

NON ſplendor Auri, non trabe Cantabra
Peruviarum munera vallium
Invecta Tarteſſi per undas,
Gratiùs in loculos ſinumque

Fluunt avaro; quàm mihi parvuli
Ærugo nummi, quem vetus Attica
Terris ſepultum, vel Latinæ
Luce procul tenuere glebæ:

Poſtquam latentem SPANHEMIUS ſagax
Mire retexit, temporaque & notas
Vultuſque diſtinguens, & uſum
Edocet, & pretium metalli.

Priſcos labores, fataque Gentium,
Arteſque, & Arma, tradere poſteris
Fruſtra laborant, quot loquaci
Geſta Ducum explicuere charta;

Ni curioſum fidâ Numiſmata
Pectus refrænent, ni calamum regant
In ficta proclivem, vetentque
Fraude mala temerare faſtos.

Natum Philippo, Nummus ab Hercule
Autore ſacram ducere originem
Monet, nec ereptâ Leoni
Pelle caret, rigidave clava.

Nummus ſubacta nomen ab Africa
Profert ferentes, oraque Cæſarum:
Quos inter Auguſtus, ſevero
Marte potens, neque major armis

Quàm pace clarus, multiplici nitet
Cælatus auro; ſeu vibrat horridus
Lethale fulmen, ſeu virenti
Muſa bonum redimit corolla.

Hæc Tu Britannis, Optime SPANHEMI,
Dum rite pandis, Eia quis artifex
Feſtinat Heroëm vel auro
Ponere, perpetuave gemma,

Magnæ tenentem Sceptra Boruſſiæ?
Quis Gratiis, ſpirante Numiſmate,
Cinctumque Muſis, Quis ruentem
Cudere equo per acuta belli?

Quot ille Nummus tempore poſtero
Subibit arcas? quot ſimiles Tibi
Quærent? quot immiſtum revolvent
Ordinibus tituliſque Regum?

Hanc, ortus olim ſtemmate nobili
Princeps, monetam ſedulus intuens,
Agnoſcet antiquos Penates;
O Pater, O FRIDERICE, ſalve,

Decus Sicambræ gentis, & Imperî
Autor Boruſſi! Tu caput, affluens
Ordiris ævum, longa Regum
Te ſequitur ſeries Nepotum.

Petr. Foulkes A.M. *Ædis Chriſti Oxon. Alumn.*

O qui Conſiliis defendis, & Artibus ornas
Europam; *Angliacæque* Hoſpes venerabilis Aulæ
Exponis FRIDERICUM ANNÆ, Illuſtriſſime Regum
Interpres, geminoque facis commercia Regno:
Unde Tibi tanto vacat hoc in Cardine rerum
Talia moliri, docto indulgere labori,
Et dare perpetuæ fœcunda Volumina famæ?
At Tu vel ceſſans, horis levioribus orbem
Excolis, & noſtras Tua vincunt Otia curas.
Scilicet expanſæ larga eſt Tibi copia mentis,
Ingeniumque capax mundi; Sæcla omnia fidus
Rimaris; Regum Simulachra, Orbiſque vetuſti
Arcanas evolvis Opes, Veterumque Metallo
Exploras Monumenta; oculis das Ære videndos
Annales: brevibuſque Heroum Inſignia Nummis,
Et curto includis compendia Temporis Auro.
Quin & Naturæ varios Tua Pagina luſus
Exprimit occultæ; Argento ſe plurima Planta
Explicat, & rigidas extendit Lamina frondes.
Illic inſolitas excuſa Animalia formas
Oſtendunt; Volucres ignotæ, & monſtra ferarum,
Diverſâ facie piſces, ac multa figura
Serpentum; hic ſquamis rutilans, hic horridus alis.
Mox & materies Vatum, fictæque pateſcunt
Effigies; Hydras, formamque tricorporis umbræ
Cernimus, & Scyllas, armatamque igne Chimæram.
Cernimus, ut nigros, in nodum torſerit Angues
Alecto, & triplici latrarit Cerberus ore.
At levia hæc; majora moves: *Superiſque videmus*
Permiſtos Heroas; ahenâ plurimus extat
Laminulâ *Cæſar*, veteres longo ordine fulgent
Europæ atque Aſiæ Domini: datur ora tueri
Pellæi Juvenis; Gentes exponis amictu
Diſſimili, & variâ diſtinctos veſte Tyrannos.
Cœleſtes etiam facies, formaſque Deorum
Illuſtras; quantus parvis aperitur *Apollo*
Orbiculis! quali ſeſe effert Gorgone *Pallas!*
Ut triplici effulget flammâ, vultuque tonanti
Jupiter, exiguoque timendus fulgurat auro!
Sin longo forſan Lamnæ minuatur ab ævo
Trita Superficies; ſtat Majeſtate minori,
Fulmine dimidio, & truncato debilis igne.
Hos inter, memores, Meritis pro talibus, Ipſe
Exornes Nummos; voliter ſpectanda per Orbem
SPANHEMII Effigies, pretioſo digna metallo.
Sic qui divinam limavit Apollinis artem
Mæonides, cunctos vivet cantatus in annos,
Æternoſque feret, quos ipſe ſacravit, honores.

***

At

At tale auxilium Tua non efflagitat ingens
Gloria; vel Faſtis donat doctiſſima vitam,
Ipſo, quod memorat, Tua charta perennior Ære.

Joſephus Trapp, A. M. *Coll. Wadh. Oxon. Socius.*

O QUI ſollicitæ varia inter tædia vitæ
Et curas Patria ſuper, Ingenuas colis Artes!
Quam laudem poterit vates Tibi dicere, verſu
Sermoni propiore? aut quos Tibi ſolvet honores
Diſſimili prorſus ſtudio innutrita Camæna?
Tu tamen officium gratæ ne deſpice Muſæ,
Spanhemi; nam nec marmor neve Aurea ſigna
Heroum vultus meliùs quam Carmina Vatum,
Res geſtas, animoſque & fortia pectora ſervant.
Hinc Cæſar, Macedoque, hinc Iracundus Achilles
Spirat adhuc, fretus poſt fata ſuperſtite vita:
Et ſi Muſa ſinat, ſi quid mea Carmina poſſint,
Spanhemî æternùm vivet ſine Marmore nomen.
Nam Tibi jamdudum Famæ ſuccreuit abunde;
Eſt animus rerum prudens, neque laudis avarus,
Nec virtutis inops: Tibi fertilis Ingeniorum
Totas pandit opes Etruria: Te *Lodoicus*
Æmulus admiratur, avetque ex hoſte doceri:
Te quoque *Pembrochius* laudat, ſermone diſerto
Ornantem, quas Ipſe colit communiter, Artes.
Nota Tibi Heroum Facieſque & Facta priorum,
Quos aut Pellęi tellus fœcunda Canopi,
Quos Grajæ Siculęque Urbes, & Martia Roma
Protulit; aut finxit mendacis Pagina *Goltzî*.
Tu mire ſolers obſcuris addere lucem;
Seu Pharia arcanas oſtentent æra figuras,
Seu ſitus informis, ſeu longa attriverit ætas:
Singula Tu juſto diſtinguens ordine, Gazas
Illuſtras, Uſum apponens Pretiumque Metallo.
At quo *Spanhemi*, referam Te carmine, curâ
Maiori implicitum! Fortunas Fataque Regum
Conſiliis firmantem: ut amico fœdere Gentes
Hoſtiles vincis medius, Pacemque reponis!
Ut tu perpetuâ coeuntem Lege, Viadro
Iſida conſocias, memorandus utraque Camænâ,
Cui ſacer aut Iſis placuit, vel Ripa Viadri.

Ric. Frewin, A.M. *Ædis Chriſti Oxon. Alumnus.*

GRande Boruſſorum decus O SPANHEIME; Latini
Nominis ornamentum ingens, quo ſub duce priſcos,
Vel bellis deſueta, inſtaurat Roma triumphos,
Armaque miratur quondam ſua, Majorumque
Infractos fortuna animos, mundique capaces;
Lætus ades, facilis præſenti Numine venas
Affles, Romanoque accendas Carmine pectus.
Roma Tua eſt: Omnes Tibi nectit Mantua lautus,
Et ſtudiis rediviva Tuis facunda Camænæ
Turba Tibi vacat, & totus Tibi plaudit Apollo.
Salve Magna orbis victrix, Mavortia Roma;
Salve Magna Parens, major Tibi naſcitur ordo
Gloriæ, ab integro veteres Tibi reddit honores
SPANHEMIANA manus: penitus nova prælia miſcent
Scipiades, iterum Capitolia celſa triumphos
Mirantur reduces, iterum ſublimis eburno
Temone exultat Cæſar, Victorque ſuperbit
Marcellus ſpoliis iterum formoſus opimis.
Divum progeniem latecircum undique mundus
Obſtupet Heroas reduces, majoraque corda
Humanis, animoſque pares ſuperis. Tua late
Horreſcit populus bella, agnoſcitque minaces
Per Campos Aquilas; timidus Te jura repoſcit
Orbis, Victricemque Urbem, Dominamque fatetur.
Hæc Tibi SPANHEIMUS; longum ſiluere Theatra
Plauſibus, Auguſti vix exſtant rudera ſaxi;
Gloria tanta togæ periit, canumque Senatum
Purpureus defecit honos, rota feruida Circum
Nulla movet, moles alta ſummerſa ruina
Pompejana ſolet, nuſquam delubra Deorum
In Cœlum aſſurgunt, Sacratas *Jupiter* ædes
Deſtituit, victaque pater *Mars* exulat arce.
At Tibi SPANHEIMUS propriis monumenta ruinis
Eruit, atque Alium felix Tibi ſubjicit orbem;
Quem neque civiles acies, nec *Barbara* quondam
Gothorum evertet rabies, nec *Vandala* Pubes,
Turcica nec ſternent lunatis agmina ſignis;
At dum Tyrrhenas *Tiberis* Pater alluit oras,
Dum ſeptem colles premis ipſa, Tuique Maronis
(Cum Sole æquævi) poterunt ſupereſſe labores,
Hoc Tibi firmatum imperium eſt, hæc pignora juris.
Squallore obducta, & longo veneranda veterno, &
Ipſo nobiliora ſitu, atque ærugine pulchra
Signa Ducum ſolers videt, annaleſque metalli
Scrutatur ſapiens, omnes numiſmate Faſtos
Excuſos legit, & totam ære ſuperſtite Romam.
Ærea conſurgunt Capitolia, & orbe rigente
Cælatus dat jura Cato, facundus in auro

Tullius

Tullius aſcendit ſua roſtra, & pectora mulcet.
Aureus in Gallos Cęſar furit, inque Jugurtham
Sylla, atque exiguo Fabius cunctatur in ære.
Omnem ſigna Ducem ſpirant, vivoque metallo
Heroes propriis fiunt monumenta trophæis.
Sic Tibi Roma Tuos inſtaurat ſolus honores
SPANHEIMUS, meruitque omnes manus una Triumphos:
O Æra Heroum faſti, ſpirantia ſigna
Geſtorum Annales fidi, vos nulla Vetuſtas
Excindet, nullis unquam peritura procellis.
Muneribus freti veſtris revocare priora
Sæcula gaudemus; Sæcli præſentis honores
Auxiliis Veſtris poterunt celebrare Nepotes.
Aſper in æternum vivo FRIDERICUS in auro
Spirabit, Sociamque armis teſtabitur ANNAM.
Gallorum turmas adverſo Marte cadentes
Et Bavaras acies, atque auctum cladibus Iſtrum,
Quoſque dedit nuper Brabanta recepta Triumphos,
Omnia deducet per Sæcla annale numiſma.
Suaviter arridet verſa Victoria lamna
Atque triumphali FRIDERICUM cingit Oliva.

Abrah. Weckes, A. M. *è Coll. Magd. Oxon.*

DISSERTATIO PRIMA
DE
PRÆSTANTIA ET USU
NUMISMATUM
ANTIQUORUM.

OCTAVIO FALCONERIO

S. D.

EZECHIEL SPANHEMIUS.

Rogasti me aliquoties, pro noſtra conſuetudine, OCTAVI FALCONERI, ut quid de Nummis Veterum ſentirem, mandare litteris non dubitarem. Quum enim videres, me hac omni priſcæ illius ætatis memoria non leviter delectari; hinc de ejus vel uſu, vel pretio inter nos differendi, haud una hic in Urbe ſeſe obtulit occaſio. Præbuit vero illam ſæpius ipſa Nummorum, quos te vel comite, vel duce, nonnunquam inſpexi, contemplatio; qua inter alia itineris Italici oblectamenta, oculos animumque, tanquam jucundiſſimo ſpectaculo, ſubinde licuit explere. Ea quippe mihi contractæ tecum neceſſitudinis ratio ac felicitas fuit; ut cum alias, tum hic quoque, plurimum te ſenſus illius voluptatis adficeret, quam me longe maximam & prope incredibilem percipere prædicabam. Quod vero frequenter ſuadebas, ut eam diffundi latius paterer, in eo ſane haud illibenter obſequi tuæ voluntati cogitabam: qui, ut amantes ſolent, iis, quibus uterque noſtrum capiebatur, illecebris, ſuum apud omnes pretium conſtare cupiebam. Ita factum, ut hic multa verſari mihi ante oculos confidentius forte adfirmarem; quibus nullo, vel levi certe negotio poſſem eos a ſententia dimovere, qui omnem hanc operam, ut inutilem aut otioſam derident. Quamquam me non ab ea quidem de his noſtris ſtudiis fiducia, ſed tamen ab omni de iiſdem apud vos diſputandi conſilio, haud una quædam ratio deterrebat. Equidem, ut ingenue, quod res eſt, fatear, a ludibrio parum abeſſe judicabam; ſi in ipſa luce & ſede hujus induſtriæ, tot exercitatis in ea ingeniis, & quibus paſſim univerſa, quos vocant, Antiquariorum natio adſurgit, ego uſu longe & peritia inferior, quidpiam de ea commentari adgrederer. Idem quippe mihi, &

potiori quidem jure, videbatur incumbere, quod prudentissimo viro apud Tullium in simili caussa occurrebat: *ut si jam mihi disputandum sit de his nostris studiis, nolim equidem apud rusticos, sed multo minus apud vos.* Accedebat viatoris intuitus, hoc est, e museo & omni litteraria sua supellectile exulantis: quotidianæ, & potiores forte, interpellationes: publici, quod salutare propter viam nefas semper judicavi, reverentia: ipsa denique instituti itineris ad capiendum, non ad ostentandum ingenii cultum, salubrior quædam & opportuna recordatio. Ita non omittere quidem, sed premere omne illud propositum cogitabam, quo pudori tuo simul ac meo sapienter consulerem; ni vis major accessisset, quæ mihi omnem novissimi hujus consilii rationem conturbavit. Fas enim mihi sit, uno CHRISTINÆ AUGUSTÆ nutu, seu jussu verius, ab omni me reprehensionis molestia liberare; & in sola obsequii gloria, universam institutæ hujus commentationis vel laudem, vel veniæ spem collocare.

De Oratore l. 2. c. 6.

Varia de antiquis Numismatibus judicia.

Variæ sunt, ut nosti, &, sicut fieri amat, in æstimandis priscæ ætatis reliquiis, ita de Nummis veterum longe inter se discrepantes hominum sententiæ. Alii enim incredibili illorum studio incensi, ac proinde in colligendis iis assidui, nulli nec sumptui, nec diligentiæ parcunt, ut operosum quendam prisci id genus æris, argenti, auri vel acervum congerant, vel delectum instituant. Unde postea eosdem nummos, tanquam pici aurum suum, adservant; immo eorum possessione, non secus ac ingentis Thesauri custodia, continuo efferre sese solent ac oblectare. Alii vero, quibus geminam felicitatem, aut peculium domesticum non concessit, aut loci ratio invidit, eosdem tamen ad ornamentum veteris elegantiæ, & varietatem quandam litterarum, aliquo usu edocti, plurimum conferre non diffitentur. Major autem pars, quod ultro fateor, nec indignor, omnem hanc operam in coacervandis, vel excutiendis id genus monumentis positam, ut inanem, aut etiam importunam, longe a se abesse patiuntur:

Horat. lib. 2. Epist. 2. v. 180, &c.

Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas,
Argentum, vestes Gætulo murice tinctas,
Sunt qui non habeant; est qui non curat habere.

Horum vero duo sunt genera: unum eorum, qui recentis solum monetæ avidi, veteris incurioси, omnem Glauci & Diomedis permutationem aversantur; & æreos aliquot ac ærugine obsitos, splendidis aureis redimere, alienum valde & inconsultum ducunt. Alterum est eorum genus, qui de temporis potius, quam de pecuniæ jactura solliciti, universam in Nummis id genus evolvendis contemplationem & curam, ut omni cum delectatione, tum utilitate vacuam, consulto prætermittunt. Ad ejusmodi vero sententiam, non una quoque hos vel ratio, vel caussa impellit. Prior, insita illa humanis, & frequentius maximis etiam ingeniis, consuetudo, dicam, an labes; ut quæ ignorant, contemtu strenue ulciscantur; & ea solum apud eos commendationem habeant, ad quæ vulgo illos, aut vitæ institutum, aut naturæ propensio revocavit: *suo enim*, quod ait alicubi Suada Romana, *studio quisque maxime ducitur.* Diversa rursus aliorum ratio est, qui vel usu, vel opportunitate ad tractanda id genus monumenta destituti, non contemtu, sed mera ignoratione reconditæ in iis utilitatis, in sequiorem sententiam de illis, eorumque æstimatoribus facile adducuntur. Cum postremo hoc hominum genere, hic mihi

Cicero de Finib. l. 5. c. 2.

mihi rem eſſe, & me in eorum gratiam, quidquid hoc eſt laboris ſuſcipere, ingenue hic in limine profiteor. Nec enim priorum arcæ, aut peculio, modum ſtatuere vel debeo, vel poſſum; aut alias homines, omnis remotæ antiquitatis veteriſque memoriæ contemtum profeſſos; vel qui nihil laudant, niſi quod, ut alibi quoque Cicero, imitari poſſe confidunt, ad meliorem ſententiam, vel mentem potius revocare conſtitui. Minus quoque id mihi propoſitum hoc loco, ut immodica aut præpoſtera priſci hujus æris æſtimatione, cæteris litterarum præſidiis ac ornamentis ſuum detraham pretium; vel ut hoc induſtriæ genus, ceu neceſſarium cujuſcunque doctrinæ aut diſciplinæ inſtrumentum, quibuſvis hominum ordinibus tractandum & excolendum promiſcue ſuadeam; ſive, ut Tullianis verbis rurſus hæc dicam: *ut nemo ſine illo inſtrumento ad ullam rem ſatis illuſtrem poſſit accedere.* Minime autem omnium id intendo, ut, quod fieri forte a nonnullis videas, omnem in antiquis id genus nummis quaquaverſum conquirendis ac tractandis terendam ætatem putem. Una utique eſt mihi ſuſcepti hujus operis ratio, ut præclaram antiquitatis partem a contemtu, & eorum judicia, qui plurimum ei ſolent tribuere, a ludibrio vindicem: tum ut ab iis, qui veteris elegantiæ ac eruditionis amore vel ſtudio ducuntur, egregiam & laudabilem in eadem verſanda operam collocari poſſe ac debere, apertum manifeſtumque faciam.

Tuſcul. l. 2. c. 1.

Ibidem cap. 3.

Prima Commendatio A DIGNITATE.

I. *Ob ANTIQUITATEM Nummorum.*

ATQUE ut hinc initium ducam, unde Nummis pretium haud vulgare accedit, ipſa hujus induſtriæ DIGNITAS, mirum quam multiplici nomine ſe commendet. Si ANTIQUITATIS enim habenda hic ratio, quem non moveat clariſſimis monumentis teſtata conſignataque vetuſtas? Quamquam non is ego ſum, qui præſentium faſtidio, veterum tantum deſiderio tenear, & jacentes quaſque ac ſepultas etiamnum vetuſtatis reliquias, pro reconditis theſauris continuo habendas putem. Nimia hic nonnunquam, fateor, aut ſupervacanea quorundam cura; quibus venuſta omnia, quæ vetuſta; & ſola antiquitas aut rubigo pretium, non vero uſus, aut elegantia, conciliat. At ſi rudera tamen varia, Columnæ, Cippi, Statuæ, Signa, Toreumata, Lapides, Urnæ, Scyphi, Pateræ, Patellæ, Fibulæ, Lucernæ, Simpula, Gemmæ, Sigilla, Annuli, Teſſeræ; adde, antiquæ Deorum Ædes, Aræ, aut Heroum ſepulcra, aliaque veteris Græcorum aut Romanorum religionis, elegantiæ, vel ſupellectilis monumenta, commendationem adhuc habent; quid de Numinis ſtatuendum ſit, in quibus non muta illa ferme aut mortua, ſed, ſicut quoque in Statuis ſubinde vel Gemmis, ſpirans adhuc quaſi & rediviva ſeſe offert Antiquitas, facile per ſe quiſque poteſt arbitrari.

I. *Antiqua ſupellectilis pretium apud ipſos veteres.*

Magna utique, OCTAVI eruditiſſime, antiquitatis in omni hoc monumentorum genere reverentia, non hujus ſolum, aut ſuperioris ætatis, ſed remotioris etiam cujuſque mentes, immo religio velut inceſſit. Hinc ſcripta & annales veterum verſanti tot paſſim ſeſe offerunt ſtudioſe quæſita jam olim, & retenta cupidius priſcæ id genus memoriæ veſtigia. Qualia frequenter equidem legimus, ut de Auguſto jam olim Suetonius, oſſa Gigantum, ſeu verius immanium, quod idem ait, belluarum ferarumve membra prægrandia; quum alioquin Anacæorum oſſa ſua ætate adhuc oſtenſa tradat in Originibus Joſephus. Adde arma Heroum, uti ab Auguſto itidem factum; reliquamve belli vel pa-

In Auguſt. c. 72.

Lib. V. c. 2.

cis

cis artibus inſignium quondam virorum ſupellectilem, aut memoriam: victoriarum præmia, vel inſtrumenta, quibus vel Deorum templa, vel Urbium fora & porticus, vel prætoria Principum, vel elegantiorum hominum atria, villas, ædes, paſſim exornabant. Apud Gaditanos oſtendebatur Pygmalionis aurea Oliva; apud Argivos, Thronus Danai, Diomedis Clypeus, Atrei Phiala; apud Arcadas, corium Apri Calydonii; apud Beneventinos, Dentes ejuſdem animalis; apud Sicyonios, Meleagri Haſta; apud Delphos, Pindari Sella; apud Metapontinos, Sedes Pythagoræ; apud Tingitanos, Parma Antæi, apud Eleos, Arma Cypſeli, Pelopis Oſſa; apud Agrigentinos, Taurus Phalaridis; apud Lacedæmonios, Ovum ſcilicet Ledæ, & Patera Alcmenæ a Jove data, Haſta Ageſilai; apud Thurinos, Sagittæ Herculis; ejuſdem Arcus apud Sybaritas; apud Lemnios, Thorax & Arcus Philoctetis; apud Ancyranos, Ancora a Mida Gordii filio reperta; ab Argonautis Phialæ in fano Samothraciæ Deorum relictæ; Pataris, Crater Telephi; apud Ægyptios vero, Iſidis Capilli; apud Byblios, Lignum Arcæ, qua Oſiris fuit incluſus: haud aliter nempe ac Arcæ Noæ reliquiæ, non Joſephi ſolum ævo, eodem auctore, in regione prope Adiabenos oſtenſæ, ſed in Armenia adhuc, teſte alicubi Cyrillo Alexandrino antiſtite, pro amuletis ſervatæ. Ita non monumenta ſolum Amphionis & Zethi apud Thebanos, ſed Saxa etiam oſtenſa, e quibus, ad Amphionis Lyram, conſtructa olim Thebarum mœnia: aut Ara, in qua ſacra Thebanis fratribus, flamma bifariam in eadem diviſa, haud ſine intuentium ſtupore, fierent. Sic alibi inſuper Pelopis Enſis; Teucri Baltheus; Achillis Haſta; Enſis Memnonis; Roſtra navium, tanquam errorum Ulyſſis monumenta; Torquis Helenæ; Iphigeniæ Gladius; Monile Eriphylæ; Sella Dædali; Timothei Cithara; Æſchyli Pugillares; Lucerna Epicteti; Magni Alexandri Scuta, & Thoraces, immo ejus pro amuletis etiam Nummi, aliaque id genus diligenter & religioſe adſervata leguntur. Quæ ſingula autem ex Herodoto, Tullio, Cornelio Severo, Diodoro, Strabone, Mela, Plinio, Joſepho, Suetonio, Plutarcho, Gellio, Pauſania, Athenæo, Luciano, Æliano, Juſtino, Dione, Philoſtrato, aliiſve liceret hic pluribus commemorare: ſcilicet

Antiq. l. XX. c. 2.

adv. Julian l. 1. p. 9. ed. Lipſ.

Relliquias veterumque vides monumenta virorum.

Æneid. l. VIII. v. 356.

Neque alia fuit jam olim, ut noſti, Æternæ Urbis religio circa Heroum ſuorum vel Conditorum memoriam ac monumenta, qui Navim Æneæ, qua nempe is eſt in Italiam adpulſus, ſicut Athenis navigium quo Theſeus ſalvus Athenas rediit; Ficum Ruminalem; Cotem Nævii Auguris, ut alia nunc mittam, haud minus cupide vel accurate a majoribus veſtris recondita meminiſti: adeo etiam ut iidem Romani a Procopio tradantur alicubi, præ aliis ejuſmodi rerum ſtudioſi. Unde a Poëta Romano Auguſtæi ævi, de ſuſceptis incredibili ſtudio, ad viſendas res antiqua fama ac vetuſtate inſignes, itineribus, ac de Romanis proinde, dictum jam olim videas:

Goth. l. IV. v. 22.

Corn. Sever. Ætna v. 565. &c.

Magnificas ædes, operoſaque viſere templa,
Divitiis hominum, aut ſacra marmora, RESVE VETUSTAS,
Traduce materia, aut tetris per proxima fatis
Currimus: atque AVIDI VETERIS *mendacia* FAMÆ
Eruimus, cunctaſque libet percurrere gentes.

Immo

Immo haud aliter ac Vatum parentis olim patria, ſic Reliquiæ, acri haud unius urbis æmulatione, occurrunt ſubinde multiplicatæ: unde apud Dionem Cocceianum legas, duas Cappadociæ civitates, utramque Comanæ nomine, Gladium Iphigeniæ habere & oſtentare, quem verum eſſe illius enſem utraque ſcilicet urbs contenderet. Agnoſcis inde, ut opinor, incunabula illius moris, qui haud abſimiles Reliquias, ceu totidem monumenta Chriſtianorum veterum, pari ſtudio & cultu, ac eodem nonnunquam in iis venditandis & multiplicandis fato, paulatim conſecravit. Lib. XXXV. p. 5.

Continuatio ejuſdem argumenti.

Neque vero, ut vides, urbs una forte aut regio, ſed communis quaſi cultiſſimarum Gentium conſenſus, ſuum olim antiquariæ ſupellectili pretium, idque haud vulgare omnino, conſtituit. Ut Romanos enim, de quibus modo, ac paullo poſt adhuc dicetur, nunc mittam, Græcos equidem homines, qui cæteris ad humanitatem & elegantiam vitæ ac ingenii præluxere, omni illa vetuſtatis memoria præ cæteris etiam delectatos, lætum quippe antiquitatibus genus, ipſi veteres ſatis ſuperque tradidêre. Hinc non ſemel prædicant illorum in iis colligendis induſtriam; in dedicandis religionem; in viſendis alacritatem; in conſervandis ſtudium; in retinendis conſtantiam: adeo ut nullum ex priſcis id genus ornamentis vi aut pretio eripi ſibi volentes paterentur. *Nulla unquam civitas*, inquit Tullius, *tota Aſia & Græcia ſignum ullum, tabulam pictam, ullum denique ornamentum urbis, ſua voluntate cuiquam vendidit*: nempe, quod, ut paullo ante dixerat, & modo jam adtigi, *hic ornatus, hæc opera atque artificia, ſigna, tabulæ pictæ, Græcos homines nimio opere delectant.* Urbem nempe integram unum aliquod vetuſtum opus nobilitabat: unde propter ſolum Cupidinis ſignum viſebantur olim Theſpiæ; nam, quod ait idem Orator, *alia viſendi cauſa nulla eſt*; & alibi adhuc, *propter quod unum viſuntur Theſpiæ.* Neque aliter de Gnidia Praxitelis Venere Plinius: *quam ut viderent, multi navigaverunt Gnidum*: alibi Gnidios omnia potius perpeti maluiſſe, quam ut eam amitterent: *nec immerito*, ut addit idem Auctor, *illo enim ſigno Praxiteles nobilitavit Gnidum*, oppidum alioquin Cariæ haud incelebre. Immo quid dicerent hodie urbani homines, ſed quos hæc voluptas minus adficit, ſi novi hic in Urbe hoſpites, omiſſo omni aliorum illius decorum commemoratione, in laudanda ærea & equeſtri M. Aurelii ſtatua potiſſimum acquieſcerent? Verum audiant urbanitatis omnis parentem, agentem non de ignobili forte oppido, puta Theſpiis, ſed de urbe, juxta eundem Tullium, *Græcarum maxima, pulcherrimaque omnium*, Syracuſis nempe, apud quas pictura quadam perantiqua equeſtris Agathoclis *nihil nobilius, nihil quod magis viſendum putaretur.* Non, quæ alibi idem Orator extollit, illius urbis ornamenta; non celebris Arethuſa; non fora maxima; non pulcherrimæ porticus; non ornatiſſimum prytaneum; non ampliſſima curia; non egregia templa; non amœniſſimus portus; non ipſe ex omni aditu, vel terra, vel mari præclarus ad adſpectum ſitus (qui ante biennium nimio opere me delectavit) parem huic loco gratiam aut celebritatem conciliarunt. Una picta vetuſti operis tabula, teſte, ut vidimus, eodem Tullio, idonea viſa eſt, quæ præ decoribus aliis, advenarum oculos in ſe converteret. Prout nempe Thebanos amiſſarum rerum nihil curaſſe, præter Mercurii ſtatuam, cum adſcripto eidem epigrammate, tradit alicubi Dio Pryſæenſis. Adde, hinc certum jam illud olim hominum genus in celebrioribus oppidis, qui novos hoſpites ad viſendas res vetuſtate aut elegantia notabiles deducerent, eaſdemve iis explicarent,

In Verrem IV. c. 133.
Ibidem c. 2.
Ibidem c. 60.
Lib. XXXVI. c. 5.
Ibidem
Ibidem c. 52.
Ibidem c. 122.
Ibid. c. 51. & 52.
Orat. VI. p. 123.

explicarent, quos ἐξηγητὰς, aut τῶν ἐπιχωρίων ἐξηγητὰς, *rerum vernacularum interpretes*, paſſim vocantem videas Pauſaniam; aut juxta auctorem longe antiquiorem, immo Atticorum, qui hodie ſuperſunt, antiquiſſimum, ἑρμῆς τῶν ἐγχωρίων *interpretes rerum vernacularum*. Eoſdem vero a Siculis dictos *Myſtagogos*, ex Tullio inſuper diſcimus, ut qui vulgo hic in Urbe aut in aliis Italiæ oris funguntur eo munere, dignitatem hinc ſuam ac titulos diſcant: nempe, *Hi qui hoſpites ad ea, quæ viſenda ſunt, deducere ſolent, & unumquodque oſtendere, quos illi* Myſtagogos *vocant*. Adde *monſtratorem*, ut is a Lucano dicitur, Phrygem incolam, qui J. Cæſari, avita Trojæ rudera & celebres ac antiquas eorum locorum memorias luſtranti, aderat:

Æſchyl. Suppl. v. 501.

In Verrem IV. c. 59.

Adſpicit Heſiones ſcopulos, ſilvaſque latentes
Anchiſæ talamos; quo judex ſederit antro:
Unde puer raptus cælo:

Lucan. Lib. IX. v. 970. &c.

Mox

Herceas, MONSTRATOR *ait, non reſpicis aras?*

Verſ. 979.

Ita ſugillat forte aliquis aut recentius putat eorum inſtitutum, qui domos hodie & pinacothecas inſtructas omni antiquaria ſupellectile exornant ſummo ſtudio nec minoribus impendiis; qui in ſacrariis recondunt; qui peregrinos & hoſpites ad eadem viſenda ultro ac libenter admittunt. Eadem fuit jam olim ſollicitudo nobiliſſimorum cujuſque urbis civium, ut domos haberent ornatiſſimas omni hoc veteris elegantiæ genere, vaſis puta Corinthiis, vel Deliacis; gemmis; ſignis æneis, marmoreis, eburneis; toreumaſi; pictis tabulis, aut vero textilis alteriuſve priſci & elegantis operis ornamentis famam loco, & ſibi laudem apud exteros pariter ac cives conciliarent. De Sthenio Thermitano civitatis ſuæ nobiliſſimo, Tullius: *Etenim Sthenius ab adoleſcentia paullo ſtudioſius hæc comparârat, ſupellectilem ex ære elegantiorem, & Deliacam, & Corinthiam; tabulas pictas; etiam argenti bene facti, prout Thermitani hominis facultates ferebant, ſatis: quæ, cum eſſet in Aſia adoleſcens, ſtudioſe, ut dixi, comparabat, non tam ſuæ delectationis cauſſa, quam* AD INVITATIONES ADVENTUSQUE *noſtrorum hominum, ſuorum amicorum atque hoſpitum.* Idem alibi de Heii Principis Mamertinorum domo plena vetuſtiſſimorum ſignorum: *Meſſanam ut quiſque noſtrum venerat, hæc viſere ſolebat: omnibus ad viſendum patebant quotidie: domus erat non domino magis ornamento, quam civitati.* Nonne credas deſignari vel ſplendidam illam Auguſtæ Chriſtinæ, quam hic intueri ſubinde nobis licet, gazam; aut ædes in Urbe Farneſianas, vel Barberinas, ut tot alias hic mittam præclaris id genus ſeu admirandis verius cimeliis inſtructas; aut Florentiæ, Theſauros Maximi Principis Mediceos; aut Mutinæ, ſupellectilem Heroum Eſtenſium; aut Mediolani, Muſeum Manfredi Septalæ, viri egregii: quæ ut referta omni hoc veterum monumentorum genere, & omnibus ad viſendum patent quotidie, & ſingularem quandam dominis non ſolum, ſed loco etiam celebritatem adferunt.

In Verrem II. c. 34.

In Verrem IV. c. 3.

Ne vero artis olim aut materiæ, non autem *vetuſtatis*, de qua hic agitur, præcipuam quandam rationem habitam jam olim quis forte arbitretur, en locupletem rurſus tibi teſtem eundem Tullium in ea oratione, qua expilatam a Verre Siciliam conqueritur. In id enim videas Oratorem incumbere totis viribus, ut ſpoliatione vetuſti cujuſque operis, ceu continua immanium criminum

num ſerie, invidiam reo potiſſimum creet: *Nam domus*, inquit, *erat ante iſtum Prætorem nulla paullo locupletior, qua in domo hæc non eſſent, etiamſi præterea nihil eſſet argenti; patella grandis cum ſigillis ac ſimulacris Deorum; patera, qua mulieres ad res divinas uterentur; thuribulum: hæc autem omnia* ANTIQUO OPERE *& ſummo artificio facta.* Alibi, ut in vetuſtate id genus monumentorum præcipuam religionem poſitam oſtenderet: *Sthenius vero* (de quo paullo ante) *non ſolum negavit, ſed etiam oſtendit id fieri nullo modo poſſe,* UT SIGNA ANTIQUISSIMA, *monumenta P. Africani, ex oppido Thermitanorum, incolumi illa civitate, imperioque populi Romani, tollerentur.* Idem alio loco: *qui acceſſiſtis Ennam, vidiſtis ſimulacrum Cereris e marmore, & in altero templo, Liberæ: ſunt & perampla, atque præclara, ſed* NON ITA ANTIQUA. *Ex ære fuit quoddam modica amplitudine, ac ſingulari opere, cum facibus* PERANTIQUUM, *omnium illorum, quæ ſunt in eo fano,* MULTO ANTIQUISSIMUM; *id ſuſtulit.* Nempe quod ait alicubi Quintilianus, *vetera majeſtas quædam, &, ut ſic dicam, religio commendat.* Hinc *res vetuſtas* commemorantem vidimus paullo ante Poëtam ævi Auguſtæi, & *veteris mendacia famæ*, quorum aviditate, cunctas, quod idem ait, liberet gentes percurrere. Conſule Plinium: ars cælandi apud Romanos, ubi paulatim exoleviſſet, ſua tamen ætate, ut ille refert, vel SOLA VETUSTATE *cenſebatur.* Et poſt togatos aliquot prodeat palliatus Carthaginienſis: *quædam & potui vaſcula ex ære ſervat* MEMORIA ANTIQUITATIS: nempe prout jam ante a cultiſſimo Vate alicubi dictum, *Poculaque, inſignis veterum labor.* Hinc etiam notum illud Horatianum:

Ibidem c. 46.

In Verrem II. c. 34.

In Verrem IV. c. 49.

Inſt. l. I. c. 6.

Cornel. Severum.

Lib. XXXIII. c. 12.

Apologet.

Valer. Flacc. l. I. v. 443.

Inſanit VETERES STATUAS *Damaſippus emendo:*

Lib. II. Satyr. III. v. 64.

cum Martialis

Miratus fueris cum PRISCA TOREUMATA *multum.*

Lib. VIII. Epig. 6.

Immo ne otioſorum forte hominum propriam hanc voluptatem quiſpiam arguat, en tibi Magnum Alexandrum, quem eadem rerum antiquarum cupiditate flagraſſe, auctor eſt Philoſtratus; unde & Curtio *cognoſcendæ vetuſtatis avidus* vocatur. Eandem in illius æmulo J. Cæſare agnovit Tranquillus, qui eum tradit, *gemmas, toreumata, ſigna, tabulas* OPERIS ANTIQUI *ſemper animoſiſſime comparaſſe.* Quod ſtudium etiam ad hujus hæredem tranſiit, de quo idem refert Hiſtoricus, quod is prætoria ſua, omiſſis ornamentis aliis, *excoluit* REBUS VETUSTATE *& raritate notabilibus.* Quo proinde ſpectaſſe olim hic obſervo officium *τῶν ἐπὶ τοῖς θαύμασι*, ſeu *Admirandis Præpoſitorum*, (quos vulgo hodie Principum Antiquarios vocant) quorum Pauſanias in Arcadicis meminit, occaſione dentium apri Calydonii, quos ex Arcadia ab eodem Auguſto Romam delatos ſcribit. Neque iidem tamen, qui Procopii ætate Beneventi adhuc viſebantur, & quos ille à Diomede in eam urbem tranſlatos refert. Adeo, ut quum alibi apud eundem Tranquillum legimus, Auguſtum Antiquarios & Cacozelos pari faſtidio proſequutum; non rerum vetuſtarum, ſed verborum antiquorum ſectatores, quivis apud eum adſequatur. Quæ obiter nec aliena ab hoc loco à me commemorari facile intelligis; ut videant tandem, qui omne hoc rerum antiquarum ſtudium, ejuſque cultores ac amatores contemnunt vel derident, quibus & quantis veteris memoriæ populis vel heroibus dicam continuo ſcribant.

Vit. Apoll. l. I. c. 4.

In J. Cæſare c. 47.

In Auguſto c. 72.

L. VIII. p. 530. ed. Wechel.

Goth. lib. V. cap. 15.

In Auguſto cap. LXXXVI.

Quod

Eadem veterum jam olim Nummorum ratio.

Quod vero hic potiſſimum agitur, inter tot res vetuſtate ſpectabiles, antiqua priorum ætatum NUMISMATA locum jam olim haud ignobilem habuere. Hinc apud Dionem, Oratorem illum & Philoſophum elegantiſſimum legas, Homerum antiquas voces nonnunquam adhibuiſſe, NOMIΣMA ἀρχαῖον ἐκ θησαυροῦ ποθὲν ἀδέσποτον, NUMISMA *aliquod* VETUS *ex theſauro quopiam, qui Domino careat, depromptum.* Ita eundem de quo modo, Auguſtum, ut omni alia ſelectiori vetuſtatis memoria, ſic Nummis etiam antiquis & peregrinis delectatum, non obſcure licet colligere, qui illo quoque munuſculorum genere amicos ſuos ſolitus fuit nonnunquam proſequi. Unde hac de re Tranquillus: *Saturnalibus, & ſi quando alias libuiſſet, modo munera dividebat, veſtem, & aurum, & argentum; modo* NUMMOS *omnis notæ, etiam* VETERES *ac* PEREGRINOS. Adeo ut hac ratione plures ad tractanda id genus monumenta adliceret; nec de ævi ſui infelicitate uſurpari poſſet aliquando illud Symmachi: *ſpectatorum* VETERIS MONETÆ *ſolus ſuperſum.* Præ reliquis autem, & inſtar omnium, teſtis hujus moris luculentus, & ab Antonio Auguſtino eam in rem jam adductus, præclarus olim juris Antiſtes, NOMISMATUM *aureorum vel argenteorum* VETERUM QUIBUS PRO GEMMIS *uti ſolent, uſusfructus legari poteſt.* Immo unde etiam factum, ut vetera id genus cum peregrina, ſicut Darici, Philippi, Tetradrachma, Drachmæ, Victoriati, ubi poſtremi primum aliunde in Urbem advecti; tum anteriora Romanorum Principum Numiſmata, *gemmarum* nempe inſtar, aut alioquin *mercium,* ut legari, ita emi ac vendi, ſicut hodie fieri adhuc amat, pridem ſolerent. De *peregrinis* quidem Nummis Voluſius Mæcianus, qui vixit Antoninorum Pii & Marci temporibus: *Victoriatus enim nunc tantundem valet, quantum Quinarius olim, &* PEREGRINUS NUMMUS LOCO MERCIS, *ut nunc Tetradrachmum, Drachma, habebatur. Peregrinus* nempe Nummus habitus primum Romæ, ut è Plinio præterea liquet, *Victoriatus,* qui de eo ſimiliter: *qui nunc Victoriatus apellatur, lege Clodia percuſſus eſt. Antea enim hic nummus ex Illyrico advectus,* MERCIS LOCO *habebatur.* De utriſque vero *Peregrinis* illis, ac *Romanis* Numiſmatibus, *mercis loco,* uti de iis ab Ulpiano, Mæciano, ac Plinio dici modo vidimus, apud Romanos, quibuſque inde in emendo ac vendendo locus, conſtitutis etiam graviſſimis in eos, qui eadem adulterarent, pœnis, exſtant alia Ulpiani manifeſta eam in rem verba: *Si autem aurum vel argentum ſignatum legatum eſt, id paterfamilias videtur teſtamento legaſſe, quod ejus aliqua forma eſt expreſſum: veluti qui* PHILIPPI *ſunt, itemque* NUMISMATA *& ſimilia.* Dicuntur nempe *Philippi* haud aliter, & quæ loca indicavit jam ad eam legem clarus earundem legum interpres D. Gothofredus, apud Plautum:

Me eſſe hos trecentos PHILIPPOS *fretum lucro:*

Et apud Horatium, noto verſu, *regale Nomiſma,* PHILIPPOS. Cur vero ibi *Philippi,* ſeu aurei Philippei Macedonum Regis imagine ſignati Nummi, *Philippii* alibi, ob metrum ab eodem Plauto dicti, & *Nomiſmata* ab Ulpiano diſtinguantur, quæ pro iiſdem habet, ut revera erant, Horatius, ſilet idem clarus legum interpres; quid autem alii juris Antiſtites ea de re forte hic adnotarint, mihi excutere jam non vacat. Id vero inde factum putem, quod per *Numiſmata,* Romanos ibi nummos, ſignatos anteriorum Imperatorum

Orat. XII. pag. 213.

In Auguſt. cap. LXXV.

Lib. III. Epiſt. II.

Dialog. 1. c. 6.

Pomponius Leg. XXVIII. D. de Uſufructu.

Diſtributio de Aſſe.

Lib. XXXIII. cap. 3.

Leg. XXVII. §. 4. D. de Aur. Arg. Leg.

Pœnul. A. III. Sc. V. v. 26.

Lib. II. Epiſt. 1. v. 235.

Sunt hic rurſus aurei Trecenti nummi Philippii.

Pœnul. A. V. Sc. v. v. 37.

torum effigie intelligat Ulpianus, a *peregrinis* proinde ſeu *Philippis* diverſos. Quomodo exſtat etiamnum in Codice Valentiniani Imp. conſtitutio. *De Veteris Nomiſmatis Poteſtate* ; ac ubi cavetur itidem : *Solidos* VETERUM PRINCIPUM *veneratione formatos ita tradi ac ſuſcipi ab* EMENTIBUS *&* DISTRAHENTIBUS *jubemus, ut nihil omnino refragationis oriatur: modo ut debiti ponderis ſint, & ſpeciei probæ : Scituri, qui aliter fecerint, haud leviter in ſe vindicandum.* E quibus utique manifeſtum, non de *Peregrinis*, ſicut dictis modo *Philippis*, ſed de priſcis demum anteriorum apud Romanos Imperatorum *Numiſmatibus*, qualia erant *Solidi* illi ſeu nummi aurei, quibus impreſſa erat eorum effigies, ea conſtitutione de *Veteris Nomiſmatis poteſtate* ibi demum agi. A quibus autem *peregrinis*, ſeu anteriorum apud Romanos Principum, & quæ *mercium loco* emi ac diſtrahi poſſent, nomiſmatibus, nummos ſtanneos vel plumbeos rejicit alibi Ulpianus ; ut nempe id in aureis ſolum, argenteis, & æreis locum obtinere cenſeretur : *Eadem Lege exprimitur, ne quis* NUMMOS STAGNEOS, PLUMBEOS EMERE, VENDERE *dolo malo vellet.* Ex hiſce autem illud inſuper abunde, ut opinor, liquet, jam olim vetuſtioribus Græcorum aut Romanorum Nummis, recepto ſequentibus retro ætatibus more, latiſque etiam ea de re ipſorum Imperatorum conſtitutionibus, ſingulare pretium & laudem haud vulgarem conſtitiſſe.

Leg. Unic. Cod. Lib. XI. Tit. X.

Leg. IX. §. 2. D. de Leg. Corn. de Falſ.

Haud vero obvium continuo id cuiquam, ut opinor, videbitur, ſuam tot gentium ac urbium nummis ætatem, vel antiquitatis prærogativam uni alterive ex iis nunc adſignare. Neque de primæva ſignati æris, argenti, aurive vetuſtate nobis hic ſermo ; ac proinde an cuſi ſignatique primi Numiſmatis origo, ad antediluviana etiam tempora, Cainum ſcilicet, Tubalcain ; aut ad poſtdiluviana, Magogum, Tharam Abrahami patrem, Abrahamum ipſum, referri debeat ; aut vero primum ejus rei inventum tribui apud Græcos debeat, idque juxta diverſas veterum auctorum ea de re ſententias, vel Itono Theſſalo, Deucalionis filio ; vel Erichtonio Athenienſi ; vel Theſeo ; vel Demodicæ Cumæ, (prout corruptus ea de re Pollucis locus, aliter quam alicubi a [a] magno Salmaſio factum, ex optimo codice, quem olim verſavimus, doctiſſimi Iſaaci Voſſii, [b] emendari debet, & procul dubio in Batava, quæ jam ſub prælo ſudat, erüditiſſimi illius Grammatici editione notabitur) adde, an Lydis, ac inter eos Xenophani ; an Phidoni Argivo ; an vero, ut cenſet illuſtris Salmaſius, pluribus ante Phidonem Argivum ſæculis, ſit ſignati nummi uſus a Phœnicibus in Græciam invectus ; an denique percuſſæ monetæ origo infra Palamedis tempora ſtatui omnino debeat, prout iſtud a Philoſtrato in Heroicis monitum video. Mitto Saturnum adhuc & Janum, habitos quoque primos *imagine ſignati nummi*, ut de priori Tertullianus, auctores ; de poſteriori autem, a quo primum ſignatus ſit æreus nummus, indeque idem Janus, non in Italia ſolum, ſed in pluribus Græciæ ac Siciliæ civitatibus, & quod in earum nummis adhuc obvium, cum bicipiti facie ſit expreſſus, meminit præter alios Athenæus. Præterquam enim, quod inter tot diſcrepantes de prima illa ſignati nummi origine, primove ejus auctore, veterum, ac inde etiam recentiorum Scriptorum ſententias, haud tutum utique videatur, certi quid velle ea de re ſtatuere ac velut præſcribere, cui adſentiri omnino alii teneantur ; neque vero citra accuratam & operoſam ejus rei diſquiſitionem, præſtari id poſſit ; ea utique, tanquam ab hoc loco aliena, certe ad

3 *De primis Auctoribus ſignati nummi.*

a De Uſuris p. 423.

b Δημοδίκη ἡ Κυμαία συγγράψασα Μίδᾳ περὶ φευγὶ in Mſſ. Pollucis, lib. IX. cap. 6. Ut ſupra.

Pag. 682.

Apologet. c. X.

Lib. XV. p. 692.

istud, quod hoc opere intendimus, utilitatis nempe e signatis priscis, qui adhuc supersunt, nummis, eruendæ ac manifestandæ propositum, nihil profutura, temperandum hic nobis arbitramur. Unde etiam de antiquioribus adhuc nummis, si nomen illud iis tribui equidem debeat, non cusis nempe aut signatis, seu quos Græci ἀστήμους dixerunt, quorum nempe tota ratio in pondere ac mensura erat antiquitus sita, & quod peculiari opere vir eruditissimus haud ita pridem, molitus est, minus adhuc mihi hic agendum, quivis facile intelligit. Adeo, ut quid solum ea de re, seu de nummorum, qui prostant adhuc ac teruntur cupide a veteris hujus æris argenti aurive signati cultoribus, antiquitate, statui etiamnum possit, quædam hic a nobis, & quidem eorundem nummorum fide ac autoritate, adferentur. Quum autem ex iis alii occurrant Samariticis & Assyriacis, quæ ambæ Hebraicarum nomine sunt appellatæ, litteris; alii Punicis, qui iidem vulgo cum Samariticis, alii Græcis; alii Romanis litteris, ut de Etruscis, aut recentioribus Gotthicis, Arabicis, aliarumve etiam gentium jam nihil dicam, signati: hinc haud una quoque eorundem antiquitas inde sat continuo eluceſcit.

Ottho Sperlingius Dissertatio de Nummis non Cusis.

4 *De Nummorum* HEBRAICORUM *antiquitate.*

Ac HEBRÆORUM quidem, sive Samariticis, sive Assyriacis etiam litteris ii sint insigniti, nummos quod attinet, haud una quoque exstat, ut notum, eruditorum, & in hoc etiam litteraturæ Orientalis genere principum virorum sententia. Hinc alii ex iis, cum Postello, Aria Montano, Scaligero, Drusio, Wasero, Willalpando, Joanne Morino, Ludovico Capello, Bocharto, J. G. & Isaaco Vossiis, Waltono, Simonio, Ed. Bernardo, aliisque, nummos Samariticis demum litteris inscriptos, seu Siclos argenteos, in quibus vulgo Urna cum Manna desuper, & florens seu amygdalis fœta Virga Aaronis, cum solita inscriptione dictis modo Samaritanorum litteris, quibus hinc SEKEL ISCHRAEL, seu *Siclus Israëlis*, illinc HIERUSCHALAIM HAKKEDOSCHA, *Hierosolyma Sancta* designantur, pro genuinis & authenticis, immo ante divisionem duodecim Tribuum, sub primis proinde Israelitarum Regibus, cusis secure ostentant: mitto enim, qui ab ipso Abrahamo signati scilicet inter Hebræos nummi usum arcessunt. E quibus vero eruditis nonnulli, æreos quoque cum Samariticis itidem litteris nummos, cum aliis subinde symbolis, uti *Palmæ*, *Balsami* radicis; eosque, sicut etiam priores illos, ante captivitatem Babylonicam sub primo Templo cusos statuunt: explosis nempe iis nummis vel Siclis, qui Assyriacas litteras, quæ Hebraicæ vulgo hodie dicuntur, præferunt, tanquam recentiorum temporum, seu quos nuperi demum Judæi finxerint. Alii autem, & quidem, qui antiquitati litterarum Assyriacarum apud Hebræos, cum Schickardo, Buxtorfiis, Hottinguero, Lightfootio, aliisque patrocinantur, aut favent, Siclos cum Urnæ ac Thuribuli iconibus, ac Assyriacis seu hodiernis Hebraicis *Sicli Israelis*, & *Hierosolymæ Sanctæ* litteris; immo quosdam etiam cum junctis *Davidis* & *Salomonis* nominibus, aut unius, *Salomonis* nomine & effigie, ac *Templi Porticu*, seu juxta alios, *Porta Piscatoria*, pro genuinis itidem, & ante captivitatem Babylonicam percussis apud Hebræos nummis, continuo venditant. Ut Talmudicos aliosque Recutitorum Magistros mittam, qui nummos insuper, hinc cum *Abrahamo* & *Sara*, seu senis & vetulæ effigie; illinc cum *Isaaco*, & *Rebecca*, sub forma juvenis ac adolescentulæ; aut cum *Josua*, *Bove* præterea, & *Unicornu*; vel cum *Esthere* & *Mardochæo*, hoc autem cum sacco quoque ac cineribus, pro antiquis scilicet ac probæ notæ Hebræorum num-

nummis confidenter obtrudunt. Alii rurſus, uti id a clariſſimi nominis viro, Hermanno Conringio traditum ac propugnatum novi, ſignatos primum Hebræorum nummos Haſmonæorum demum temporibus ſtatuunt, & quidem quadringentis & quinquaginta a captivitate annis, parta nempe ſub Simeone Hebræorum libertate, & cudendæ monetæ conceſſo ei a Rege Antiocho Sidete, ut in Maccabæorum libris legitur, jure. Siclos proinde cum Samariticis litteris argenteos, quibus Urna & Virga Aaronis ſunt inſculptæ, ab ea demum ætate, a Judæis cuſos exiſtimant, præter eos nummos quibus inſcripta iiſdem litteris legitur *Simeonis*, & *Libertatis Hieroſolymitanæ*, ac ſimilium aliquot mentio : ante vero illa Haſmonæorum tempora, nuſquam cuſos aut ſignatos Hebræorum nummos, ſed adpenſos demum contendunt. Iſtud vero, poſt hæc a me non ſcripta ſolum, ſed typographis jam tradita, vidi quoque a viro in his litteris exercitatiſſimo, Adriano Rulando, nulla tamen facta eam in rem Conringii mentione, propugnari, in ea, quam de aliquot Samaritanorum nummis ante triennium, ſed a me ante non viſa, publici juris fecit, Diſſertatione : ſtante nempe demum Templo ſecundo, & quidem ab Haſmonæis, poſt datam iis cudendorum nummorum licentiam, jus illud uſurpatum. Poſtrema denique eſt eorum ſententia, qui ne ea quidem ætate cuſos aut ſignatos a Judæis nummos largiuntur, aut ad excidium uſque templi, niſi forte intra exigua illa Neronis & Veſpaſiani tempora : nullum vero hodie exſtare verum & antiquum Hebræorum nummum, (ſive proinde Aſſyriacis, ſive Samariticis litteris ſit inſcriptus) contendunt : ſed omnes illos hactenus memoratos, ut de iis jam cum Moſis cornuti, & Chriſti Servatoris effigie ſileam, eſſe prorſus adulterinos, ac a Judæis, ultimis demum hiſce ſæculis, effictos. Quod ab Orientalis litteraturæ callentiſſimo, nummorum præterea veterum, Græcorum, aut Romanorum perito æſtimatore, ut lucu-
lentis etiam in eo genere commentationibus oſtendit, J. Chriſtophoro Wagenſeilio ; quique ſibi ea in re ſuffragantem, quod ab eo traditur, habuerit tractatione ſupellectilis veterum nummariæ celebrem Patinum ; ac præterea ab eruditiſſimo Otthone Sperlingio, nupero opere jam ante memorato de nummis veterum aut recentiorum non cuſis, eſt adſertum. In qua equidem tanta ac multiplici ſententiarum, de illis Hebræorum ſeu Samariticis, ſeu Aſſyriacis, hoc eſt hodiernis Hebraicis, litteris, iidem ſint inſigniti, nummis, varietate, haud facile utique vel conſultum forte, certi quidpiam de iis ſtatuere continuo velle ac definire. Cujus utique rei arbitrium nolo hic mihi ambitioſe vindicare : etſi olim adoleſcens in inclyto Lugdunenſi Batavorum Lyceo, ſub magno harum & Talmudicarum litterarum doctore, Conſtantino l'Empereur, in ea ſtudia haud perfunctoria opera, editoque etiam tum meæ qualiſcunque hujus contentionis ſpecimine, incumbere mihi aliquamdiu, ſed, quod ultro ac ingenue fateor, haud perinde vel adtente dein a me culta, obtigiſſet. Præterquam quod ea de re, in proxima Diſſertatione, ubi de Samariticis, vel Phœniciis, &, quæ profectæ ab iis fuerint, Græcorum litteris, agetur, dicendi adhuc erit locus.

De Nummis Ebræorum Paradox. c. VIII. & IX.

Ibid. cap. VI. pag. 56.

1 Maccab. cap. XV. v. 6.

Diſſertat. de Num. Samar.

In Annotatis ad librum Miſchnæ Sota pag. 575.

Cap. 26. & 27.

Unde abunde nobis erit hæc demum ad aliquam argumenti hujus, quod hic illuſtrandum ſuſcepimus, lucem, monere obiter ac indicare. Primo, quod nimio ut plurimum, pro adferenda vel Samariticarum, vel Aſſyriacarum litterarum, quibus uſi ſint olim ante captivitatem Babylonicam Judæi, vetuſtate ; atque ita uno, quod vulgo dicitur, δυλεύειν τῇ ὑποθέσει ſtudio contigerit

Monita quædam de iiſdem Hebræorum nummis.

rit; ut viri præſtantes, quidam etiam minus in hac Orientis litteratura exercitati, de antiquitate, aut vero νοθείᾳ nummorum, qui alterutros illos characteres præferunt, quod ea in re potiſſimum illius controverſiæ momentum ſitum intelligerent, libere admodum ac ſecure pronuntiarint. Et quidem re haud idonee prius aut accurate, ut videtur, ab iis excuſſa, an tantam utique vetuſtatem, quæ iis ſub primis Hebræorum Regibus, atque ante Tribuum diviſionem tribuitur, quæ eſt vulgo recepta virorum præſtantium de iis opinio, mereantur omnino ac tueantur, cum obvii alioquin, tum ſingulares aliquot Judaici id genus nummi. Cujus etiam rei, ut de vulgaribus cum Urna & Virga Aaronis nummis vel Siclis nunc ſileam, exſtant in eorum ſcriptis, qui id genus argumenta adtigere, & qui harum cæteroquin litterarum fuerunt periti, Willalpandi puta, Jo. Morini, Kircheri; Schickardi etiam, Buxtorfii, ac Hottingueri, ut alios nunc mittam, exempla. Quomodo nempe, ut hoc demum tangam, adducuntur à tribus prioribus nummi, velut captivitate Babylonica vetuſtiores, cum inſcriptionibus litteris Samariticis, & quidem, uti eas explicant, in uno, TEMPUS CIRCUMCISIONIS, illinc PINGUEDO; in altero, TEMPUS UNCTIONIS, illinc AD SCRIPTURAM JERUSALEM: in tertio, SCHEMVEL PROPHETA, ab altera parte REDEMTUS ES JEJUNIO: aut quum rurſus a [a] Schickardo, [b] Buxtorfio ac [c] Hottinguero, nummus cum Aſſyriacis, ſeu hodiernis Hebraicis litteris, SALOMONIS nomine & effigie inſignitus, & quidem cum radiato capite, a M. Antonii, quod monuerat Willalpandus, facie haud alieno, pro vetuſto tamen & genuino Hebræorum nummo ſimiliter adferitur. Ex eorum autem numero, qui Græcis magis & Romanis, & quidem inter doctiores hac ætate, quam Hebraicis aliiſve Orientis litteris eruditi, exſtitit Iſaacus Voſſius, cujus legitur illud de nummis id genus judicium: *Teſtimonia Hieronymi & SICLORUM, qui indies eruuntur, quoſque ante captivitatem Babylonicam, ex ipſa inſcriptione excuſos eſſe liquet*: &c. Quæ tamen Siclorum illorum inſcriptio, qua, ut vulgo notum, ac paullo ante vidimus, Samariticis litteris, SICLUS ISRAELIS, & HIEROSOLYMA SANCTA, innuitur, non obſtitit, ut ab aliis viris ſagacibus ac eruditis, iidem nummi, nec pro vetuſtis adeo, ſed poſt captivitatem Babylonicam, & quidem ſub Haſmonæorum demum temporibus ac ſequentibus cuſi: ab aliis vero, quod paullo ante vidimus, pro confictis etiam a Judæis, & quidem poſtremis hiſce ſæculis, continno habeantur. Secundo, quod haud immerito, pro nota Recutitorum indole ac verſutia, ſuſpecta eſſe omnino debeat nummorum id genus, qui ab iis prædicantur aut proferuntur, fides; ni accedant alia forte indicia, quæ vetuſtatem eorundem luculenter arguant. Quod proinde non de iis ſolum Hebræorum nummis dicendum eſt, qui continuo νοθείᾳ produnt; puta, qui vel *Abrahami*, vel *Moſis*, vel *Joſuæ*, vel *Davidis*, & *Salomonis*, item *Abſalonis*, *Eſtheris* præterea & *Mardochæi* nomina, aut effigiem ſignant. Quod etiam an licuerit id olim Judæis, nummos hominis, vel alterius animalis imagine ſignare, ab ipſis inter Recutitorum Magiſtros, præter Philonem ac Joſephum, coryphæis, & qua de re alibi in hoc opere, negari omnino videas: neque id ad ſequentia demum tempora, a reditu nempe a captivitate Babylonica, uti doctiſſimo Conringio videbatur, eſſe reſtringendum: qui cæteroquin nullum nummum Hebræum, qui refert hominis imaginem, eſſe genuinum, ſequenti capite ſibi adſerendum propoſuit.

Vid. Willalp. in Ezech. T. III. Apparat. Urb. pag. 391. Kirch. Oedip. T. II. p. 93. Morin. Exercit. Samaritan.

[a] Diſſ. de Num. Hebr.

[b] Diſſ. de Litteris Hebr.

[c] De Num. Orient. p. 120. & 287. ſecund. Edit.

De LXX. Interpr. c. XXIV. p. 91.

De Num. Hebræor. p. 31.

Ibid. cap. VI.

Tertio,

Tertio, e falſorum vero nummorum, quales modo indicavimus, aliorumque id genus, quos gens lucri avida & fraudibus dedita, ac præterea venditandæ avitæ gloriæ mire ſtudioſa, fabricarit, adſpectu, haud probari continuo, nullos omnino exſtitiſſe cuſos aut ſignatos ante, vel poſt captivitatem Babylonicam, Hebræorum nummos, ſed ἀσήμους omnes fuiſſe & rudis metalli. Hoc enim quod attinet, de ætate, loco, & conditione erutorum id genus ac repertorum, quod fertur, in Judæa viciniſve locis, nummorum, conſtare omnino, oportuit; antequam de illorum omnium ἀυθεντία, vel νοθείᾳ poſſit ſat tuto, uti mihi equidem videtur, pronuntiari. Ex iis enim indiciis rite & idonee cognitis, & accurata in primis nummorum id genus inſpectione, vere, confidentius utique, ſtatui demum poſſe, ab iis maxime, qui nullo hic præjudicio ducti, ſed præterea uſu aliquo in veterum nummorum tractatione, & probos ac antiquos ab adulterinis & recentioribus ſecernendi facultate exercitati, eos diligenter expendunt, an boni vel mali κόμματος haberi ii continuo debeant. De me equidem fateor, etſi parum hac in re mihi tribuam, ac haud unus etiam e Judaicis illis nummis, a me haud ſemel in præclaris cimeliarchiis ſeu muſeis inſpectus, vel malæ, vel dubiæ fidei videretur; incidiſſe me tamen ſubinde in alios Judæorum nummos, & cum Samariticis quidem litteris, quos pro ſinceris ac antiquis agnoſcere omnino compellerer: adeo ſingula, quæ id ad eorum adſpectum & tractationem evincerent, concurrebant; ut vel omnis antiquis nummis, Punicis, Græcis, Romanis fides eadem opera, quod nemo in iis etiam hoſpes facile ſtatueret, foret deneganda. Mitto, quod etſi adpenſi dicantur nummi in Veteri Fœdere, circa poſtrema etiam Regum apud Hebræos ante captivitatem Babylonicam, uti Zedechiæ apud Hieremiam, tempora; haud id obſtet continuo, ut non cuſi vel ſignati iidem fuerint. Neque enim Romæ ſolum, quamdiu Aſſes Librales ſeu gravis æris (ſignati quamquam jam a Servii Tullii, ſi non ante, temporibus) locum habuere; iidem, quod vel ex Livio, & qua de re paullo poſt, conſtat, adpendi tamen, non numerari ſolebant: ſed poſtea utrumque de denariis quoque, ac argenteis proinde nummis, in Urbe obtinuit, ut iidem cum numerari, tum adpendi etiam, ſolerent. Docet id utique expreſſis eam in rem verbis Caſſiodorus, eo loco, quem ad Livium indicavit jam Marcellus Donatus: *Pondus quin etiam conſtitutum* DENARIIS *præcipimus debere ſervari, qui* OLIM TAM PENSO, QUAM NUMERO *vendebantur: unde verborum vocabula competenter trahens ab origine* compendium & diſpendium *pulchre nominavit Antiquitas.* Quod ſimiliter hodie fieri paſſim conſtat, ut ſignati etiam argenti ſummæ, quo temporis compendium fiat, a menſariis ponderentur. In pondere enim, uti in numero, conſiſtit nummus. Accedit, quod parum vero conſentaneum videatur, Judæis non ſolum ante captivitatem Babylonicam, ſed etiam ab eorum in Palæſtinam reditu, uſque ad eorundem excidium, aut idem jam imminens, omnem cuſi ſignative nummi uſum plane adimere: maxime quum apud vicinas gentes, quibus ii erant circumfuſi aut obnoxii, quæque ſub Perſarum antea, dein ſub Græcorum in Aſia Macedonum imperio agebant, ille ſignati nummi uſus, ut aliunde, immo ex ipſa nummorum in omni metallo, qui etiamnum ſuperſunt, fide conſtat, eſſet pridem ante Haſmonæorum tempora receptus. Ut de Phœnicibus potiſſimum ſileam, e quorum diffuſis per orbem commerciis, ſignatum apud eos antiquitus nummum licet omnino ſtatuere. Un-

Cap. XXXII. v. 9. 10.

Lib. IV. c. 60.

Var. lib. VII. cap. 32.

de etiam ab iis, seu a Cadmo Phœnice & comitibus, id quoque apud Græcos invectum, ac proinde diu ante Phidonem Argivum, contendit magnus Salmasius. Sed quicunque primus ejus rei auctor apud Græcos exstiterit, & qua de re paullo ante, & mox adhuc dicetur; certe jam ante captivitatis Babylonicæ tempora percussos & signatos ab iis, ut mox videbitur, & apud Romanos quoque longe ante Hasmonæorum apud Judæos principatum, nummos constat. Verum istud de Judæis, sat diu saltem ante gentis sub Romanis excidium, extra omne dubium ponere videntur, & quod miror non satis hic adtendisse de nummis Judæorum non cusis aut signatis sententiæ adsertores, Antiochi Sidetis, seu septimi eo nomine Seleucidarum Regis, ad Simeonem Judæorum Ethnarcham relata primo Maccabæorum Epistolæ seu Edicti verba: *Καὶ ἐπιτρέπω σοι ποιῆσαι κόμμα* ΙΔΙΟΝ ΝΟΜΙΣΜΑ *τῇ χώρᾳ σου. Et permitto tibi facere incusum* PROPRIUM NUMMUM *tuæ regioni:* haud aliter nempe ac PERMISSU PROCOS. seu *Proconsulis Dolabellæ*, vel *Apronii*; aut PERMISSU IMP. vel PERMISSU DIVI AUG. *Imperatoris*, vel *Divi Augusti*, jus cudendæ monetæ in antiquis subinde Coloniarum Romanarum nummis concessum legitur. Neque enim eodem jure iis indulto, vel restituto, haud usos continuo Judæos facile licet arbitrari: quum nulla utique subesset ratio, quæ ad id eos impelleret; ut vel a recepto jam ante postremam illam servitutem, ab Antiocho Epiphane inductam, more, vel vicinarum gentium ea in re instituto discederent: immo haud frustra illius licentiæ iis solemni dicti Regis Antiochi edicto concessæ mentionem a Maccabæorum scriptore ibidem fieri, sat liqueat. Adde, quum contrarium insuper adstruere videantur, partim ii, qui cum SCHIMEONIS seu SIMEONIS nomine, & LIBERATIONE ISRAELIS, venditati sunt jam a viris harum litterarum peritis nummi; tum qui exstant similiter in Gaza Medicea, iique pro vetustis habiti, Samariticis itidem litteris inscripti; in quibus hinc SIMEON quoque seu SCHIMEON, aut SIMEON PRINCEPS ISRAEL; illinc ANNO UNO, seu PRIMO LIBERATIONIS ISRAELIS; aut in aliis PRO LIBERTATE JERUSALEMMÆ, vel PRO LIBERTATE ISRAELIS: nempe juxta traditam a viris in ea Orientis litteratura exercitatis, uti ii ab erudito illius Gazæ custode erant descripti, interpretationem. Quo referendi similiter alii nummi Samariticis itidem litteris signati, sed de quarum lectione aut explicatione diversæ exstant subinde virorum in hac litteratura cæteroquin subactorum conjecturæ. Talis nummus ille æreus, cujus primam partem Willalpandus legit & interpretatur, *Samuel Propheta*; alteram autem, *Redemptus Es Jejunio*; ac proinde summæ eum statuit, & ante primum etiam Templum conditum, vetustatis; eruditissimus autem Rulandus legit in priori *Anno* CCXXIV, nempe Aeræ Judaicæ Contractuum, aut addita littera ה in altera voce, *Anno* MCCXXIV, ab exitu nempe ex Ægypto; ut incidat hic annus in tempora Jannæi Judæorum Regis, Anstobuli fratris ex Hasmonæorum genere: in aversa vero parte, *Ad Memoriam Redemptionis a Javan*, seu a *Græcis*. Cujus vero nummi, sed quæ ad Hasmonæorum tempora eundem similiter refert, aliam, eamque commodiorem, ac Samariticis ejusdem nummi litteris consentaneam mihi novissime litteris suis aperuit, earum parario præstantissimo magni Wigornienfis Episcopi filio, Wilhelmo Loydio, vir Hebraicis litteris summe eruditus, Joannes Gagnier; nempe ut hinc in eo legatur שנת ארבע *Anno Quarto*; illinc,

De Usuris cap. XV. pag. 423.

1 Maccab. XV. v. 6.

In Ezech. T. III. Apparat. Urb. p. 391.

Diss. de Num. Samarit. pag. 6. 8.

linc, לגאלת ציון *Redemptionis* ſeu *Liberationis Sion.* Mitto cæteroquin, quod ſi recentioris alicujus Scriptoris auctoritate, qua omnis abjudicatur Hebræorum nummis, ſive ante, ſive poſt captivitatem Babylonicam ante urbis excidium, fides, foret ſtandum; celeberrimi in his litteris Wagenſeilii plus utique, quam Cl. Patini, ad quem ille de adulterinis, in genere, qui hodie proſtant aut venditantur, Hebræorum nummis, provocat, judicio tribuerem. Hunc enim, ut in verſandis Græcis ac Romanis nummis aſſiduum fuiſſe & exercitatum, beneque de iis meritum conſtat, & lubens, qui eo etiam amico ſum olim uſus, ultro agnoſco; ita lubentius quoque eundem de iis, an genuini ſint ac ſinceri, an vero κακῶ κόμματος, quam de Judaicis, ſeu Aſſyriacis illi, ſeu Samariticis litteris ſunt inſcripti, judicem vel arbitrum ferendum arbitrarer. Quarto, an vero a captivitate Babylonica, & quidem quadringentis demum & ultra ab Eſdra annis, ſeu a permiſſu illo, de quo paullo ante, cudendæ monetæ Haſmonæorum temporibus dato Simeoni ab Antiocho Sidete, ac etiam paullo ante, ubi depulſa priori ſervitute in libertatem Judæorum gens ſit tum adſerta, prima cuſi ſignative apud Judæos nummi origo, juxta doctiſſimum Conringium, ſit omnino arceſſenda, licet nulli etiam, (quod hic in medio relinquimus) exſtarent hodie ſignati ſub primo Judæorum Templo nummi, haud liquere continuo mihi videtur. Etſi enim Perſarum, ac dein Macedonum in Aſia Regum majeſtatem colere tenerentur a reditu e captivitate Babylonica, & ante partam illam ſub Simeone libertatem Judæi; immunitate tamen a tributis, ac iure ſuarum legum, ſeu αὐτονομίᾳ cum a Perſarum Regibus, Cyro, Dario, Xerxe, Artaxerxe, tum ab Alexandro Magno aliiſque ſubinde ejus ſucceſſoribus, ut vel ex Joſepho notum, fuerunt donati: quibus utique iuribus, illud cudendæ monetæ, quod ex pluribus auctorum & veterum etiam nummorum teſtimoniis conſtat, & qua de re nuper in alio opere egimus, erat velut, ut a priſcis Juriſconſultis ſubinde dicitur, acceſſorium. Unde haud mirum, ſi poſtquam graviſſimo ſervitutis iugo, & nominatim ſublato illo ſuarum legum iure, oppreſſi fuiſſent ſub Antiocho Epiphane Judæi, Maccabæorum autem virtute ac fortitudine ſeſe paulatim in libertatem adſeruiſſent; in ea dein ab Antiocho Sidete, cum permiſſu cudendæ denuo monetæ, fuerint quoque confirmati. Mitto, quod ſignata in argenteis Siclis cum Samariticis litteris ſymbola, ut monuerunt jam alii, *Urnæ* cum *Manna,* & florentis ſeu amygdalis onuſtæ *Virgæ Aaronis,* minus iis demum Haſmonæorum temporibus quadrare videantur; quum nulla nempe exſtet utriuſque illius, poſt reditum a captivitate Babylonica, denuo a Judæis receptæ, ac in ſecundum Templum illatæ memoria. Niſi id credere forte lubeat, remanſiſſe ſub Haſmonæis recepta antiquitus cudendorum apud Hebræos nummorum vel ſiclorum ectypa, ſeu figuras iis olim imprimi ſolitas. Adde, quod inde cogatur idem clariſſimi nominis Conringius, Samariticos characteres, etiam poſt mutatam ab Eſdra, juxta Talmudicos alioſque eruditos hac & ſuperiori ætate, & quibus ille cæteroquin accedit, ſcripturam, haud eo minus cum in ſacris ad privatorum uſus codicibus, tum in omni civili ac profano uſu, atque ita in cudendis nummis, a Judæis adhibitos ſtatuere: ſed qua de re opportunius in proxima Diſſertatione agetur. Neque vero eam omnem ante illa Haſmonæorum, vel captivitatis etiam Babylonicæ tempora, nummorum apud Hebræos ſignatorum ſententiam, ut cenſet idem vir doctiſſimus, impugnat: quod non ſolum

Antiq. l. XI. c. 4. §. 6. 8.

Orbis Romani ſeu Exercit. II. ad Conſtitut. Antonini Caracallæ.

De Num. Hebræor. c. 5. P. 42. & cap. VI. P. 52. 53.

Ibid. cap. IX. p. 79. 80.

lum nulli hodie Assyriorum, Babyloniorum, Medorum, Persarumve veterum nummi supersint, sed Græcorum etiam nummorum vetustissimi bellum scilicet Peloponnesiacum haud adtingant. Præterquam enim, quod alia earum gentium in remotis Orientis partibus agentium, quam Judæorum ratio hic fuerit; ut aliquot veteres horum nummi, his aut superioribus ætatibus erui facilius potuerint, & a dispersis per otbem, Europæum quoque, Judæis, ut de Christianis fileam ea loca frequentantibus, proferri; certe non belli solum Peloponnesiaci temporibus, sed vetustioribus adhuc cusos Græcorum, qui adhuc supersint, nummos, evincere nobis continuo dabitur. Verum de qua omni (ac ut ea in re hic tandem adquiescam) Judaicorum, & illorum quidem, qui cum Samariticis, qui plures habent adsertores, majorique etiam numero prostant, litteris, Nummorum fide ac vetustate quid omnino sit statuendum, viro, in quo cum exquisita aliarum rerum doctrina, tum qui in nummis illis Samariticis versandis & explanandis singularem dudum operam, etsi necdum de ea publico adhuc constet, collocavit, Nicolao Tomardo nempe, omne arbitrium merito ac lubenter equidem deferendum arbitramur.

PUNICOS vero nummos non hic adtingimus; quod ii, quos hactenus in præclaris Cimeliarchiis vel Museis, versare mihi licuit, non ad eam videantur adsurgere, quæ in aliquot Græcorum nummis conspicitur, vetustatem; ac de iis præterea dicendi occurret id sequenti Dissertatione locus. Unde minus etiam, utpote Græcis Romanisque recentiores, GOTTHICI, vel ARABICI memorandi hic veniunt nummi; ubi de antiquissimis, qui supersunt etiamnum, nobis est demum sermo.

De GRÆCORUM *antiquissimis, qui supersunt, Nummis.*

5 In nummis equidem GRÆCORUM, eorumque Europæorum & Asiaticorum, ante admissum Romani imperii jugum, & florente adhuc Persarum imperio, cusis, cujusmodi plures etiamnum prostant, & mire talium avidos ac intelligentes adficiunt, res vulgo incerta, qui primum ex iis fuerint signati, ac inde pro vetustissimis haberi continuo debeant: quod magna eorum pars certis demum locorum insignibus, nulla fere aut obscura temporum nota, quibus iidem fuerint percussi, sit distincta. Hinc de nonnullis ex eorum numero, illud forte posset usurpari, quod de quadam Herculis statua refert Pausanias; nempe adeo vetustos eosdem esse, ut ætatem nemo possit prodere. Neque vero in hanc classem referendi continuo veniunt veteres aliquot Græcorum nummi, qui nobis subinde priscos, & Trojanorum quidem temporum vel antiquiorum etiam Heroas, signatis ibidem eorum nominibus, Theseum, Achillem, Hectorem, Ulyssem, Eurypylum, alioſve; e Romanis autem, Quirinum, Numam, Ancum, Martium; aut priscos urbium conditores, Abderum, Alabandum, Battum, Byzam, Cyzicum, Docimum, Minoem, Nemausum, Patræum, Pergamum, Solymum, Tarantem, Tmolum; e Mulierum autem vel Amazonum ordine, Smyrnam, Cumam, Phædram, Nausicaam; aut pacis & ingenii artibus inclytos, Homerum, Pittacum, Lycurgum, Pythagoram, Alcæum, alioſque id genus etiamnum ostentant. Eos enim nummos, qua de re postea uberius, etsi veteris fabricæ, longe tamen infra eorundem Heroum vel Heroidum, aut Sapientum ætatem; quosdam etiam adulto jam Cæsarum imperio, seu secundo tertiove a Christi Servatoris natali sæculo demum cusos norunt, qui hæc æra paullo adtentius versant. Ut de iis jam nummis fileam, qui nulla vetustatis ali-

Lib. 5. p. 338.

cujus

cujus commendatione, ſed uno recentiorum ſuperioris ætatis artificum, quod in hac penu antiquaria minus exercitatis ſubinde impoſuit, ingenio conſpicui, Priamum, Menelaum, Iphigeniam, Didonem, pluresve veteris illius memoriæ, ac e Romanorum itidem numero, Scipionem, Mariuni, Mæcenatem, alioſque, ſed qua de re accuratius poſtea, ſui ſæculi hominibus poſterisque confidenter obtruſere.

De antiquis nummis Regum AMYNTÆ *&* ATYS.

Quamquam ſat magnam omnino ſignati jam hujus æris argentive in priscis, qui ſuperſunt etiamnum Græcorum nummis, vetuſtatem, ex antiquis in iiſdem ſcripturæ veſtigiis, liceret forte eruere ac indicare. Quomodo utique nuper a viro multis ac reconditis litteris, Eduardo Bernardo, in præclaro diagrammate notatum video: nempe *Alphabetum Græcum Cadmi ſive Jonicum, ante Chriſtum annis* 1500. *e Nummis Siculis, Aeginenſibus, Boeoticis, Atticis, aliiſque*, a ſe erutum & obſervatum. Unde de inſigni plane eorundem nummorum vetuſtate, ſtatuendum continuo liqueret. Sed qua de re, eaque, quæ ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis erui poteſt, nummorum id genus vetuſtate, in ſequenti Diſſertatione agendi nobis erit locus. Id vero obiter hic monendum eſt, inter antiquiſſimos, qui hactenus viſi ſunt aut vulgati, Græcorum nummos, omnino habendum eſſe eum, qui primum AMYNTÆ nomine Macedonum Regem, in ſerie autem Regum illius gentis ſextum, juxta [a] Herodotum ac [b] Juſtinum, apud [c] Euſebium vero nonum nobis etiamnum exhibet; cujus autem ætas incidit in Cyri & Cambyſis Perſarum Regum tempora, ac proinde ultra quingentos & quinquaginta ante Chriſtum Servatorem annos. Qui proinde nummus, ut alios adhuc, & de quibus mox dicetur, hic præteream, ſat longo annorum intervallo ante bellum Peloponneſiacum, eſt ſignatus; ad quod tamen haud adtingere vetuſtiſſimos, qui ſuperſunt, Græcorum nummos ſtatuebat, ut paullo ante vidimus, præclarus omnino neque unius doctrinæ laude præſtans Conringius. Exſtat vero ſingularis ille nec viſus antea idem AMYNTÆ nummus, in ſplendidiſſimo Sereniſſimi Boruſſorum Regis Cimeliarchio; quemque inde nuper in Theſauri Brandenburgici Appendice opportune divulgavit, ac vetuſtatem quoque ejus adtigit, vir hiſce antiquitatis ſtudiis & parta inde laude inclytus, Begerus noſter. Neque vero ad eundem hunc *Amyntam*, ſed ad poſtremum eo nomine Macedonum Regem, & Alexandri M. avum, referri debet alius nummus; quem cæteroquin e Theſauris Gallorum Regiis memorat alicubi eruditus Harduinus, & arbitratur eſſe nummum omnium, qui ſunt in Cimeliis, vetuſtiſſimum. Idem nempe nummus, qui *Amyntam* pelle leonina tectum, in averſa autem area, Equum, ſolita in nummis Macedoniæ Regum inſignia, repræſentat: quemque in Theſauris etiam Brandenburgicis obvium, protulit in priori eorum parte ſolertiſſimus Begerus. Eundem vero, non ea præferre vetuſtatis, & rudis quidem artis ac ſcripturæ, quæ prior ille, veſtigia, (ut alia nunc mittam de hiſce Macedonum AMYNTIS, ac diverſis qui eos adhuc ſignant, nummis, de quibus opportunior occurret dicendi locus) vel ſequens utriuſque dicti modi nummi, accurate ad eorum fidem, qui exſtant in Gaza Brandenburgica, hic depicti conſpectus, fidem lectori abunde, ut opinor, faciet.

[a] Lib. VIII. c. 139.
[b] Lib. VII. c. 2.
[c] Chron. pag 117.

Thef. Brand. Vol. III. p. 4.

Specim. Chronol. Vet. Teſt. p. 109.

Thef. Brand. Vol. I. p. 231.

Verum opportune omnino in alium hic nuper incidimus nummum argenteum, ignotum hactenus antiquariis, illoque prioris *Amyntæ* haud paullo vetuſtiorem, ATYS nempe, ut videtur, antiqui Lydorum Regis. Eum utique in ditiſſima præclaris id genus & ſelectis cimeliis penu, & e qua haud vulgares ſubinde opes in hujus opere depromentur, mihi viſendum exhibuit vir multis majorum imaginibus, & ſplendidiſſimorum munerum ac titulorum dignitate conſpicuus, ſed propriis ingentis animi, virtutis, multipliciſque in eo loco & ordine doctrinæ ornamentis ſplendidior, Comes Pembrokiæ. In quo nummo hinc ſenilis barbati capitis cum peculiari tegmine, ſeu Phrygio velut pileo effigies comparet : illinc monogramma cum duabus initialibus litteris ATYS : nummi vero ipſius typus, vel ex primo ejus adſpectu vetuſtiſſimi rudiſque omnino operis :

An vero hic ATYS ſit ille, a quo prima ATYADARUM apud Lydos Dynaſtia, Manis nempe primi Lydorum Regis, juxta Herodotum, Filius, juxta Halicarnaſſenſem vero, Nepos; Lydi autem, a quo dein genti illi, quæ prius Mæonia diceretur, parens ſit ſtatuendus, nollem equidem, ob magnam, quæ eidem ab Auctoribus tribuitur, vetuſtatem, credere vel adfirmare. Unde alius ex ejuſdem poſteris habendus eſt, ſeu verius e ſequutæ apud Lydos Heraclidarum Dynaſtiæ Regibus, qui eodem nomine *Atyos* fuerit inſignitus. Exciderunt enim, ut ex Euſebio liquet, ac inde id jam monuit illuſtris Scaliger, aliique dein poſt eum, majorum gentium Chronologi, priorum octodecim ſecundæ illius, quæ vulgo traditur, Lydorum Dynaſtiæ Regum nomina : venerabile autem *Atyos*, ut antiquiſſimi eorum Regis, nomen apud Lydos remanſiſſe, argumento eſſe compoſita inde aliorum apud eos Regum nomina, *Alyates*, *Sadyates*, & unius e Croeſi liberis in venatione interfecti, qui ATYS itidem dictus, obſervat ibidem Scaliger. Immo ſi Strabonem audimus, & quod miror non ſatis adtendiſſe magnos illos Chronologos, ac vel inprimis, qui illius Geographi locum vidit ac adducit, ὁ πάνυ, idem, e poſteris Herculis & Omphalæ Lydorum Reginæ filius, ATYS, non vero alius, cum illo antiquo ATY Lydorum Rege, cujus fit ab Herodoto, ac inde a Dionyſio Halicarnaſſenſi mentio. Eadem enim omnino de illo ATY, eoque tanquam uno ex Heraclidis, tradentem videas Strabonem, quæ tanquam vetuſtiori longe & primi ATYADARUM Dynaſtiæ Regi *Atyi* tribuunt dicti modo Auctores [a] Herodotus ac [b] Dionyſius : nempe [c] annonæ penuria & ſterilitate coactum *Atyn* illum Lydorum Regem, de duobus filiis, alterum, *Lydum* nomine ſortito domi, qui Lydis dein imperaret, retinere ; alterum vero,

Lib. I. cap. 7. Antiq. lib. I. pag. 24.

Can. Iſag. Lib. III. p. 317.

Petav. Doctr. Temp. lib. X. cap. 5. Marſhamus Chron. Secul. XII. & XVII.

Ut ſupra Can. Iſag. p. 317.

a Lib. V. c. 7.
b Antiq. Lib. I. pag. 24.
c Strab. Lib. V. pag. 219.

vero, *Tyrrhenum*, deducendæ coloniæ in regiones exteras amandare; quique in Italiam & ad Umbros quidem appulerit, ibique civitates feratur condidiſſe, appellatoſque inde incolas ejus nomine Tyrrhenos. Ab ipſis vero Auctorum illorum locis, quæ obvia ſunt & cuivis licet conſulere, commemorandis, ne hiſce nimium immoremur, hic temperamus: quæ autem non diverſos utique, ſed unum eundemque ATYN reſpicere, manifeſto ſatis arguunt. Cuinam autem ex iis, Herodoto, an Straboni, qui alios auctores fuerit ſequutus, fides præſtari potius debeat, difficile eſt hodie ſtatuere. Halicarnaſſenſem vero hic non moror, qui unius Herodoti, in commemoratione hujus rei, fide ibi nititur; immo fabuloſam inſuper cenſet totam illam de hujus Tyrrheni, ATYOS primi Lydorum Regis filii, & deductis ab eo in Italiam Lydis, qui Tyrrhenorum ſcilicet conditores fuerint, narrationem. Adde, quod apud Euſebium nulla habita primæ illius & antiquiſſimæ ATYADARUM in Lydia Regum Dynaſtiæ mentione, primus ei Lydorum Rex, & ex Heraclidarum quidem Dynaſtia, *Adryſus* ſtatuatur, iſque circa primæ Olympiadis tempus. Sed de hoc ATY hactenus, immo præter inſtitutum plus ſatis; quod tamen occaſione ſingularis & vetuſtiſſimi nummi, in quo videtur ille, aut aliquis ex ejus poſteris ſignatus, dici omnino hic debuit. Firmandæ vero de ſignato in eodem antiquo Lydorum Rege ATY conjecturæ illud inſuper accedit, quod *primos omnium* Lydos, *nummum aureum & argenteum*, ad uſum nempe & commercia, *percuſſiſſe* tradit Herodotus: Πρῶτοι δὲ ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, NOMIΣMA χρυσοῦ καὶ ἀργύρου KOΨAMENOI, ἐχρήσαντο. Neque enim dubia ibi omnino mens Herodoti aut ambigui ſenſus, quod nuper ſtatuere videbatur vir eruditiſſimus; quaſi nempe verba illa νόμισμα κοπτάμενοι, de nummis non cuſis, ſed in lamellas demum ſectis poſſent explicari. Præterquam enim quod mox concedit ibidem, vocem illam κοπτάμενοι apud Herodotum, ut apud alios Græcos, de *percuſſis* nummis intelligi; id utique vel adductus ab eo ſequenti pagina Strabonis ex Ephoro locus, de percuſſis primum a Phidone nummis argenteis arguebat: Ἔφορος δὲ ἐν Αἰγίνῃ ΑΡΓΥΡΟΝ πρῶτον ΚΟΠΗΝΑΙ φησὶν ὑπὸ Φείδωνος, *Ephorus autem argenteum nummum Aeginæ primum a Phidone percuſſum tradit*; & Plutarchus in Theſeo, ΕΚΟΨΕ δὲ καὶ ΝΟΜΙΣΜΑ, βοῦν ἐγχαράξας, *percuſſit autem nummum, Bove ei inſculpto:* unde etiam a Romanis vox *percutiendi* eam in rem uſurpata. Haud vero in hac vetuſtiſſimorum nummorum commemoratione, licet eodem Lydorum ATY, aut vero adducto priori Macedonum AMYNTA recentiores, prætereundi hic omnino antiqui *Siciliæ* aut *Syracuſarum* Reges ac Dynaſtæ, GELO, & qui poſt eum regnavit, HIERO; in iis ſcilicet nummis, qui lauro, non vero diademate revincta habent eorum capita, quo nempe illos abſtinuiſſe, id quod pridem jam monui, docet Livius: ac inde in Hieronymo, Syracuſarum quoque tyranno, illius diadematis, quem is primus induxerit, uſum, ut antea inſolitum obſervat. Quorum autem GELONIS ac HIERONIS ætas incidit in annos ante Chriſti natale, juxta Euſebianos numeros, ferme quingentos. Ut mittam vetuſtos valde Sicularum aliquot urbium, *Syracuſarum* puta, *Agrigenti*, *Panormi*, *Himeræ*, aliarumve, quod vel ex eorum conſpectu & inſcriptionibus liquet, & de quibus paullo poſt, nummos: aut vero *Athenienſium*, *Thebanorum*, *Argivorum*, quos octingentis ante Chriſtum annis cuſos ſtatuit, & qua de re in proxima Diſſertatione, doctiſſimus Ed. Bernardus. Exſtat quidem, ut hoc addam, & his adhuc vetuſtior

Chron. Lib. II. pag. 150.

Lib. I. cap. 94.

Oth. Sperling. Diſſ. de Num. non cuſis p. 7.

Lib. VIII. p. 4.

Pag. 11.

Diſſertat. de Præſt. Num. ult. Edit. pag. 469.

Lib. XXIV. cap. 5.

ſtior nummus argenteus, ſi ab ipſo Phidone, qui primus nummum argenteum Aeginæ, ut ſupra vidimus, ſignaſſe fertur, eſſet cuſus, inter cimelia Brandenburgica, ac inde a præſtantiſſimo eorum cuſtode ac interprete divulgatus; in quo hinc Boeotius Clypeus, non vero, ut cenſebat vir alius pereruditus, Ancile, cujus diverſa erat, & quod ex Auctoribus & nummis potiſſimum conſtat, forma; in altera parte Vas vel Urceus, cum nomine ΦΕΙΔΟ ſeu *Phidonis*. Idem vero nummus haud utique ex iis habendus eſt, qui ab ipſo *Phidone* Argivo, primo illo nummi argentei, & ponderum etiam ac menſurarum apud Græcos, juxta [a] Strabonem, [b] Plinium, [c] Euſebium, auctore ſit ſignatus: neque enim ille nummus tantam ejus auctoris vetuſtatem arguit, qui nongentis & ultra ante Chriſtum annis, juxta Euſebianos numeros, vixerit; ſed ut bene id a memorato modo Cl. Sperlingio monitum etiam video, infra ejus tempora, ac in memoriam nummi primum ab eo cuſi, ac menſuræ *Phidoniæ* ab eodem, juxta Strabonem, dictæ memoriam perculſus.

Theſ. Brand. Vol. I. p. 279. Oth. Sperlingius de Num. non cuſis p. 12.

a Lib. VIII. p. 358.
b Lib. VII. cap. 56.
c Chron. MCCXVII.

Ut ſupra pag. 11. 12.

6 *De* ROMANORUM *antiquiſſimis nummis.*

Neque vero minorem forte dictis modo Græcarum urbium nummis, antiquitatem adhuc oſtentant ærei aliquot veteres ROMANORUM aut vicinorum nummi, antiqua pecudum, juxta [a] Plinium, & quidem, ut ea de re [b] Varro & [c] Plutarchus, quod viderunt jam eruditi, *Bovis, Suis,* & *Ovis* imaginibus ſignati: ut ſileam de obviis bicipitis *Jani, Roſtri Navis,* aut *Ratis,* quod de antiquis Urbis nummis tradiderunt itidem, ut notum, veteres. Quibus adnumerandi proinde veniunt, magnam utique vetuſtatem præ ſe ferentes, neque perinde obvii, *Librales Aſſes,* utpote omnium apud Romanos antiquiſſimi, eorumve *Semiſſes, Trientes, Quadranteſve,* cum *Jovis, Mercurii, Romæ, Herculis, Clavæ,* & *Manus Ceſtu* armatæ, in memoriam ſcilicet, quod monuerunt jam alii, veteris ejus cum Eryce pugnæ, ſacratique inde in eo tractu numinis; item *Equi, Canis, Delphini,* aliiſque adhuc ſymbolis, rudi & inconcinna arte, ut vel inde magnam antiquitatem colligas, ſignati. Accedunt, in quibus antiquas etiam litteras, quales a Pelaſgis in Latium primum illatas tradit Plinius, Græciſque proinde antiquis ſeu Jonicis ſimiles conſtat exſtitiſſe, & qua de re in proxima Diſſertatione, advertere itidem dabitur. Cujus autem ſignati in Latio vel Romæ Aeris originem, a [a] Plinio & cui acceſſit [b] Caſſiodorus, ad Servium Tullium, alibi [c] ad Numam; ab aliis, ut a veteri [d] Perſii interprete, ac [e] Iſidoro, a [f] Tertulliano præterea, quod ante diximus, ad Saturnum; a [g] Macrobio autem non ſolum, ſed ab [h] Athenæo jam ante, ad Janum referri haud ignoras: ut inde de vetuſtate ſignati id genus æris, quod in Italia, & quidem in Hetruria ac in Latio fuerit Servio Tullio ac ipſo Numa antiquius, liceat omnino ſtatuere. Mirari vero haud parum ſubiit, quod in præclaro ac noviſſimo opere, dum in his prælo ſubjiciendis verſor, à viro, qui tractatione ac peritia veterum nummorum forte parem hodie non habet, moneri video, an ſuperſint " multi Aſſes Librales, " hoc eſt duodecim unciarum, dicere: ſe non audere, quandoquidem ut ad- " dit continuo ibidem, nullum meminerit ſe ſupra Trientem vidiſſe, uncias " admodum quatuor; cæteris utpote ſua mole incommodis, conflatis ſtatim " eo tempore, quo monetæ pondus imminutum fuit. Quum tamen, ut alia mittam, exſtaret vulgatum ante annos aliquot in ipſa, quam is incolit, Galliarum Metropoli, S. Genovefæ Muſeum, & quod luſtrare eidem, ſi id non antea factum, nullo negotio licuit, in quo non *Aſſes* ſolum *Librales,* aut *Semiſſes* ſex Unciarum, ſed inſuper inſignis mole nummus *Quatruſſis* ſeu quatuor Aſſium

a Lib. VII. cap. 56.

In Muſeo S. Genovefæ p. 51.

a Lib. XXXII. cap. 3.
b Var. Lib. VII. cap. 32.
c Idem Lib. XXXIV. c. 1.
d In Satyr. 11.
e Origen. Lib. XVII. c. 7.
f Apolog. c. X.
g Saturn. Lib. I. cap. 7.
h Lib. XVI. p. 692.

1. Vaillant Præfat. ad Familias Romanas.

Aſſium Libralium, cum ſignato utrinque Boue, exſtant ſculpti ac deſcripti. In quo cæteroquin cimeliorum, priſci nempe Romanorum Latinorumue ſignati æris genere, nullibi plura, nec maiori delectus cura ac induſtria collecta ac diſpoſita videre mihi contigit, quam hic nouiſſime apud illuſtriſſimum Pembrochiæ Comitem, ac inter ea quidem *Aſſem* haud unum *Libralem* ſeu XII Unciarum, diuerſos etiam aliquantum ab iis, qui in vulgato S. Genouefæ Muſeo conſpiciuntur; aliquot præterea *Semiſſes*, VI nempe Unciarum, cum addito S *Semiſſis* nota. Ut de aliis ſingulis Libralis Aſſis partibus, *Triente* nempe quatuor Unciarum, *Quadrante* trium, *Sextante* duarum, & *Stipe Unciali* unius Unciæ, iam nihil dicam, aliiſue cuſis poſtea, belli nempe Punici primi & Secundi temporibus, *Sextantiariis* ſeu duarum Unciarum, *Uncialibus* unius, & *Semuncialibus* dimidiæ Unciæ Aſſibus. Immo prẹter quos, prægrandem etiam & oblongum quinque integrorum Aſſium Libralium ponderis, quique ab utraque parte ſignatum quoque præfert Bouem, ſingularem omnino nec viſum hactenus *Quinqueſſem* nummum intueri ibidem licuit, ſeu unius Libralis Aſſis pondere maiorem eo, ſiue *Quatruſſi*, qui proſtat, ut modo diximus, in laudato S. Genouefæ Pariſienſis Muſeo. Unde rem omnino lectori iucundiſſimam, & præterea ad faciendam inſignis nummorum id genus Romæ ſeu in Latio cuſorum, de qua hic agimus, antiquitatem, opportunam me facturum reor, ſi ſingulari omnino dicti Excellentiſſimi Comitis beneficio, memorati modo *Quinqueſſis* nummi, antiquariis hactenus ignoti, magnæ autem, ut ex adſpectu eius & tractatione licet continuo adſequi, vetuſtatis; dein duorum *Libralium Aſſium* ſeu XII Unciarum ponderis, nonnulla prẹterea typorum diuerſitate notabilium; *Semiſſis* præterea nota S inſigniti cum Equo & Rota; *Stipis Uncialis* cum pileato utrinque imberbi capite; *Trientis* inſuper cum quatuor punctis ſeu notis, quatuos Unciarum indicibus, in quo hinc Manus Ceſtu armata, illinc duæ Clauæ ſignantur, in memoriam dictæ paullo ante Herculis cum Eryce pugnæ, icones hic proferam:

Calon de S. Gen. uefæ. pag 4.



E

Æ



Æ







E



E

Qui proinde grauis æris, ſignati quamquam, *Quinqueſſis* nummis, uti Librales etiam Aſſes, ex eorum numero cenſendi ſunt, qui ante ſignatum Romæ argentum, non numerari, ſed adpendi adhuc conſueuerant: ut iſtud e Liuio, & qua de re paullo ante, conſtat, agente de ſtipendio militibus ex ærario primum perſoluto, anno V. C. CCCLII. atque ita multis annis poſt ſignatos Romæ ſub Rege Seruio nummos ęreos, *& quia nondum argentum ſignatum erat,* ÆS GRAUE PLAUSTRIS *quidam ad ærarium conuehentes, ſpecioſam etiam collationem faciebant.* Mitto quod pileatum in poſtremo nummo, ſeu *Stipe* Romanorum unciali, cuius is notam præfert, caput imberbe haud incommode referri poſſit ad illum VINDICIUM, qui ob detectam liberorum Bruti cum Tarquiniis coniurationem, pręter pecuniam ex ærario, libertate continuo & ciuitate eſt e publico donatus; & quidem, ut ab eo *Vindicta* quoque nomen ac ritus ea liberandi originem apud Romanos traxerit. Ut veriſimile videri poſſit, hunc honorem inſuper ei habitum, ut a quo libertas ac ſalus fuerat Urbi adſerta, effigies quoque eius cum indulti inde a Populo Romano beneficii memoria, publico & minimo cęteroquin tum urbis ære ſignaretur. Certe ea ætate cuſus ille nummus, quo Aſſis Libralis erat adhuc duodecim Unciarum; & Stipis proinde unius Unciæ. Neque enim petaſatus in eo nummo Mercurius, ſeu cum alato pileo; qualis cæteroquin in æreis id genus Romanorum nummis ſubinde cernitur. Sed quæcunque ſit hæc de nummo illo coniectura, de qua liberum ſit cuique iudicium; illud utique ex iis, quæ hactenus adtuli, mihi facile, ut ſpero, largientur viri veteris memoriæ haud plane negligentes vel ignari, non contemnendam utique, aut in aliis monumentis perinde obuiam etiamnum conſpici, adſurgentem ad duo annorum millia & ſeptingentos, aut ultra, in antiquis Græcis aut Romanis nummis, vetuſtatem. Liu. 4. cap. 60.

ANTIQUITATIS enim illud in Nummis beneficium ac *dignitatem,* DIUTURNITAS eorundem, quæ vel e modo dictis obuia, maxime arguit. Nummos utique non ſolum commerciorum ratio ac facilitas, ſed immortalitatis etiam ſtudium & cura inuenit; ſicut ſepulcrorum monumenta & elogia, ut de iis alicubi differentem Tullium videas. Nec enim alia cuſtodia memoriæ rerum geſtarum fidelior, ut quod de litteris ait in genere Liuius, ad Nummos potiori quodam iure referre mihi liceat. *Ob* DIUTURNITATEM *Nummorum* Tuſcul. lib. 1. cap. 4. Lib. VI. cap. 1.

Hæc æui veteris cuſtos famoſa vetuſtas. Lucan. lib. IV. v. 654.

Intellexere hoc (quod etiam hodie in publicis operibus aut ſolemnibus, ſequior ætas eſt feliciter æmulata) quicunque propagandi ad poſteros nominis, operiſue alicuius inſignis, immenſa quadam cupiditate flagrarunt. Hinc vultus ſuos, aut res geſtas, dignas ſæculorum memoria, Libris quidem, Columnis, Saxis, Cippis, Tropæis, Tabulis pictis, Cereis, Statuis, Gemmis, Toreumaſi, ſed tanquam iis non confiſi, aut velut intra certas quorundam locorum anguſtias coarctatis, Nummis quoque conſignari voluerunt; ut certiori quodam, ac ubique diffuſo & parabili æternitatis pignore, ſe ſuaque ab obliuione vindicarent. Hanc certe mentem aperte declarant illa Principum verba

Var. lib. VI. cap. 7. verba vel edicta apud Cassiodorum: *Verum hanc liberalitatem nostram alio decoras obsequio, ut signa cultus nostri metallis usualibus imprimatur,* MONETAMQUE *facis de nostris temporibus* FUTURA SÆCULA *commonere. O magna inventa prudentum!* Hæc nempe monumenta suæ formæ ac nominis, non tanquam cum vitæ tempore aut uno velut loco conclusa, sed velut cum omni posteritate ac ubiuis locorum superfutura relinquebant. Quo spectat Ducis illius Græci apud Athenæum, a nobili Antiquario adducti, consilium, qui ubi nummos ad perpetuam memoriam curasset spargi in campis & ruderibus Corinthi, tum demum, quasi voti iam reus, mortem tranquillius obiit. Inde etiam crebræ illæ ac solemnes, quæ occurrunt in nummis veterum formulæ, ÆTERNITATI AUGUSTI; ÆTERNÆ MEMORIÆ; PERPETUITATI AUG. & ROMÆ quoque ÆTERNÆ: quibus, quam Diuorum honoribus ac Templis nequidquam quærebant immortalitatem, his monumentis quodammodo sunt apud posteros, ac post tot longum sæculorum decursum, consequuti:

Seb. Erizzo Pigt. D. Cons. Sopr. le Medaglie.

Statius lib. II. Sylv. 2. v. 7.

Sic auferre rogis umbram conatur, & ingens
Certamen cum morte gerit, curasque fatigat
Artificum, inque OMNI *te quærit amare* METALLO.

2. Diuturnitatis *illius comparatio cum aliis monumentis antiquis.*

Nec vero eos hic vel ratio, vel euentus fefellit. Alia quippe opera in eorum gloriam incisa vel erecta, præclara quidem illa ac diuturna, materiæ tamen aut temporum iniuria, breuiori quodam annorum curriculo fuerunt obliterata. *Et tamen illis omnibus*, inquit Tertullianus in Apologetico, *& statuas defunditis, & imagines inscribitis, & titulos inciditis* IN ÆTERNITATEM. Magnificæ etiam sunt illæ voces, quibus extructiones ciuibus pro Republica defunctis decernendas statuit alicubi Cicero: *Erit igitur extructa moles opere magnifico, incisæ litteræ diuinæ virtutis testes sempiternæ; ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem estis consequuti.* Hæc ipsa tamen nonne demolita est, & obscurauit obliuio: inuidit aut aboleuit posteritas? *Templa, Theatra, Arcus, Tropæa*, (ut paucis rem hic potissimum obuiam complectar) quot aut qualia hodie supersunt? Nec de antiquissimis Græcorum *Tropæis* hic loquor, quæ olim non e Saxis, sed e vulgaribus lignis constitisse refert Diodorus, eo animo ne inimicitiarum monumenta essent diuturna. Quo spectat proinde id, quod de Thebanis apud Auctorem Rhetoricorum de Inuentione, vulgo Ciceronem, legitur; eos nempe, quod deuictis Lacedæmoniis Tropæum erexissent, apud Amphictyonas, hoc est apud commune Græciæ concilium, accusatos, quod scilicet *æternum inimicitiarum monumentum Græcos de Graiis statuere non oportet* Illa potius opera reputemus, quæ non *ad temporariam moram*, ut Theatrum Scauri, de quo magnifice adeo Plinius alicubi loquitur, sed ad *æternitatis destinationem* erant erecta; ut male tamen pleraque spem illam æternitatis implerunt, quorum nec rudera etiam aut vestigia a pluribus iam sæculis conspiciuntur; atque ita de quibus dici itidem potest, quod de antiquis Troiæ ruderibus aut monumentis, quæ Jul. Cæsar, uti ea de re supra, videre auebat, ait Lucanus: *etiam periere ruinæ.* *Librorum* veterum obnoxium tot iniuriis fatum, & deploratam sæpius, nec tamen satis unquam lugendam iacturam, quis illiteratus adeo aut nescit? aut ita ferreus quotidie non ingemiscit?

Cum Templis, Theatris, Arcubus &c. Libr. III. pag. 154. Tom. II.

De Inuent. lib. II. cap. 23.

L. XXXVI. cap. 15.

Lucan. IX. v. 969.

Cum Literis.

ſcit. Alexandrina incendia, & notam urbis calamitatem omitto: vel una Photii Bibliotheca, quantum ab annis nongentis circiter perierit inſignium in omni diſciplinarum genere librorum, nimis luculenter teſtatum facit. Unde & illa pluribus ante ſæculis querela diſertiſſimi rerum Romanarum ſcriptoris, qui ſi quæ in commentariis Pontificum, aliiſque publicis privatiſque erant monumentis, incenſa urbe pleraque tradit interiiſſe. Mitto, & qua de re in proxima Diſſertatione, quod vix ultra mille demum annos exſtent etiamnum, iique a paucis triti, abditi in aliquot Bibliothecarum forulis antiqui librorum codices. *Picturæ*, quæ vix ſæculorum aliquot edacitatem effigiunt, ita ad diuturnitatem memoriæ longe adhuc minus habent præſidii. Hinc obſoletas jam ævo ſuo inſignes aliquot pictas tabulas queritur non ſemel Pauſanias, in ea vetuſtorum operum, quam paſſim inſtituit, commemoratione. Ita Cicero Rempublicam ſuorum temporum confert alicubi picturæ non ſolum evaneſcenti vetuſtate, ſed coloribus etiam & extremis lineaments deſtitutæ. Apellis utique nomen novimus; *perfecta* ejus, ut eadem vocat Plinius, *opera* non videmus: neque enim ulli jam patet ad viſendum

Livius lib. VI. cap. 1.

Cum Pictis Tabulis.

Lib. I. pag. 29. & lib. VIII. p. 687.

Fragm. de Repubi.

Lib. XXIV. cap. 10.

Linea, quæ veterem longe fateatur Apellem.

Statius lib. IV. Sylv. VI. v. 19.

Non illa Venus Anadyomene, in qua, quod de ea ait Propertius, *ſummam ſibi ponit Apelles*, amatores amplius adlicit: non Alexander ille cum fulmine, mortali Alexandro felicior; non miles ejus, ac dein e præcipuis ſucceſſoribus, Antigonus, alibi quam in ejus Nummis conſpicuus: non alia denique decantata Protogenis, Parrhaſii, Zeuxidis, hoc eſt præſtantiſſimorum artificum, ſeu artis ipſius miracula, oculos hodie noſtros oblectant. Vix aliqua eorum veſtigia Romæ ſupererant ævo Petronii, qui conſpecta quædam id genus, ceu ſingulare ſpectaculum, commemorat: *in pinacothecam perveni, vario tabularum genere mirabilem: nam & Zeuxidis manus vidi, nondum vetuſtatis injuria victas, & Protogenis rudimenta cum ipſius naturæ veritate certantia, nec ſine quodam horrore tractavi. Jam vero Apellis, quem Græci Monocromum dicunt, etiam adoravi.* Ita illæ Porticus, quæ, ex picturæ in iiſdem varietate, haud apud Athenienſes ſolum, ſed apud Eleos quoque, nomen erant adeptæ: aut aliæ urbis Æternæ Porticus, Fora inſuper, Delubra; vel privatorum Villæ, quæ pictis id genus tabulis, aut velo tectorio inductis parietibus, erant oppletæ, a multis retro ſæculis, omni illo decoris & ornamenti genere ſunt deſtitutæ, ſeu verius cum iiſdem picturis ac tabulis funditus interierunt. Veteris equidem picturæ, quæ vel ſuperiori adhuc ſæculo in Thermis Titi ac Trajani, aut in Villa Hadriani Tiburtina viſebantur, reliquiæ: aut quas etiamnum in Hortis Aldobrandinis, Palatio Farneſiano, aut in Ceſtii Pyramide a te erudite illuſtrata, haud ſemel una inſpeximus: vel quæ nuper in Naſoniano ſepulcro feliciter repertæ, editæ itidem a diligenti antiquario P. Bellorio & explanatæ nunc proſtant, ſi verum fateri velimus, dolorem potius ac deſiderium, ob amiſſas injuria ac diuturnitate temporum mirificas præſtantiſſimæ artis tabulas, quam ſincerum gaudium, aut verum ſolatium adferunt. Quod experti itidem ſumus, dum apud ſummæ cum amplitudinis & elegantiæ, tum comitatis virum, Camillum de Maximis, inclyto dein Purpuratorum collegio adſcriptum, reſidua hac vel ſuperiori ætate veteris Picturæ monumenta, ſingulari induſtria & accurato ſtudio delineata, in-

Lib. III. Eleg. VII. v. 11.

Ποικίλη Pauſan. lib. I. pag. 29. & lib. V. pag. 380.

ſpicere ac verſare nobis haud ſemel in urbe licuit. Ne jam memoratum a te ad Ceſtii Pyramidem, Julii Mancini, Urbani VIII. Medici, Syntagma de Picturis veteris Romæ ineditum hactenus, hic tangam. Quod de *Ceris* ſimiliter, quibus effictæ olim ac ſtudioſe in atriis vulgo ſervatæ ac diſpoſitæ apud Romanos, Majorum, aut alias amicorum capitum imagines ſtatuendum eſt; nempe

Cum Ceris.

Ovid. Heroid. XIII. v. 152.

Quæ referat vultus eſt mihi CERA *tuos:*

Et de eo more cereas Majorum imagines in atriis diſponendi idem Naſo:

Faſt. lib. 1. v. 591. Lib. II. v. 83.

Perlege diſpoſitas generoſa per atria CERAS:

ac Statius:

Quid referam veteres CERÆQUE *æriſque figuras?*

Eas vero Cereas imagines eidem, immo majori adhuc, quam Pictæ Tabulæ, fato, ſeu temporum injuriæ obnoxias, vel ex earum omnium, quibus nobilium maxime apud Romanos atria aut villæ ornabantur, a multis ſæculis jactura, licet utique nobis colligere.

Item cum Statuis, Signis, Toreumaſi, aliiſque antiquis operibus.

Statuæ vero, *Signa, Toreumata, Anaglypta, Columnæ, Arcus Triumphales*, ut præſtantia ac diuturnitate materiæ ad memoriam æternitatis magis comparata, ſic propitio magis fato ſæculorum vim & oblivionem, aut edacitatem temporum, videntur eluſiſſe. Ac ſpirantia quidem Græcorum ſigna, ſeu ductos e marmore vultus quod adtinet, habet adhuc fateor hoc in genere Italia, & Roma vel maxime, unde priſtini in conquirendis iis undique ſtudii laudem tueatur, & hoſpitum advenarumque oculos, jucundo eorum adſpectu, expleat etiamnum ac oblectet.. Cujuſmodi equidem Laocoon Vaticanus, jam Plinii ævo pro ſupremo artis conatu habitus; Zethus & Amphion cum Dirce, Tauro, ac vinculo, ex uno ſimiliter lapide, ab illo quoque inter inſignia advecta Rhodo opera commemorati: ut veterem ac ſingularem nummum Romæ nunc conſpicuum, qui idem illud ſimulacrum exhibet, in altera autem parte Homeri caput, cum addito nomine ΟΜΗΡΟΣ, obiter hic tangam; indice mihi ejus rei, qui eum in urbe ac pro vetuſto ibidem habitum, vidit apud Franciſcum Ferroni, rerum antiquarum ſtudioſum ac peritum, his quoque artibus ac ſtudiis deditus Robert Sharp Scotus. Accedunt duobus illis admirandis in urbe vetuſti operis ſimulacris, Hercules cum Farneſianus, tum Capitolinus; Venus Medicea, e villa in urbe Medicea, ad ſacros dein Mediceæ in ſubjecta ei Hetruria Domus Penates tranſlata; Niobe cum liberis; Seneca & Gladiatores Boghefiani; illa M. Aurelii Statua Equeſtris ærea; aliaque complura ſingularis & admirabilis cujuſdam præſtantiæ ſigna aut ſimulacra, quæ ad publicum ſtuporem & exemplum etiamnum ſuperſunt. Sed præterquam quod multa in iis manca ſint & mutila, ut de Boryſthenitarum ſtatuis notat alicubi Dio Chryſoſtomus, quot & quanta ſunt, ſi cum veterum Statuarum numero & amplitudine conferantur? Certe de ſolis Statuis æneis notat alicubi Senator: *eas parem populum urbi dediſſe, quam natura procreavit*: alibi: *quidam copioſiſſimus populus ſtatuarum.* Tertullianus vero in Apologetico: *nondum enim ingenia Græcorum atque Tuſcorum fingendi ſimulacris urbem inundaverant.* At vide quid de Statuarum id genus, poſt Domitiani obi-

Lib. XXXVI. cap. 5. Ibidem.

Orat. XXXVI. pag. 438.

Caſſiodor. Var. lib. III. cap. 15. Ibid. lib. VII. cap. 13. Cap. 25.

tum

tum, fato, diſertiſſimus Orator & Conſul jam olim pronuntiarit : *illæ autem aureæ & innumerabiles ſtrage & ruina publico gaudio litaverunt.* Equidem mutilatæ ſubinde eædem, aut confractæ, in defuncti principis vel tyranni, quod Athenis ac Romæ haud ſemel contigiſſe accepimus, odium, ac ad abolendam omnem eorum memoriam; aut vero, quo in ærarii penuria, ſicut apud Syracuſanos factum memorat alibi idem, de quo paullo ante, Dio Pryſeenſis, nummi inde cuderentur. Adde, quum demptis Statuarum capitibus, & eraſis eorum, in quorum honorem illæ erant erectæ, nominibus, alia in eorundem locum ſunt ſuppoſita; uti a Rhodiis fieri ſolitum queritur alicubi Bithynus ille Orator: quod, eodem teſte, & aliunde etiam conſtat, Alcibiadis, qui alioquin ob mutilata Athenis ſimulacra fuerat capitis reus; tum Miltiadis quoque jam ante, & Themiſtoclis, juxta Pauſaniam, Statuis apud eoſdem Athenienſes contigerit. Unde etiam ſingulas conſecrari quidem ut æternas, obſervat dictus modo oris aurei Dio; eaſdem tamen cum vario fato, tum longinquitate temporis intercidere agnoſcit. Quod ipſum præclare tangit alicubi Euſebius, qui hominibus, ad ſolatium mortis & æternitatis contemplationem, quæſitas imagines, ſtatuas, ac monumenta id genus commemorat: quæ tamen omnia caduca & brevi eſſent interitura. Hinc apud alterum Dionem Mæcenas Auguſtum, ab aureis & argenteis ſtatuis erigendis dehortatur, quod parum illæ ſoleant eſſe diuturnæ: certe quas in genere, ac æreas proinde haud minus ac aureas, vel argenteas (ut de figulinis jam nihil dicam) tempeſtate, vi, vetuſtate interire, ait alicubi Cicero. Neque vero de Jove Olympio Phydiæ, aut Praxitelis Venere hic loquor; non de immenſa illa Statuarum multitudine, quarum mirabili arte, ac flagrante ſtudio ſe ſupra gentes alias extulerunt olim Græci homines: non de iis, quibus eorum exemplo, quaſque inde abſtulerant majores veſtri, quà jure, quà injuria, urbis fora, aut viæ publicæ, aut privatorum villæ, atria, aut Deorum ædes collucebant: non de innumerabilibus illis Numinum ſignis vel ſimulacris, quæ, etſi religione hominum, quod de iis alibi Tullius, conſecrata, eodem cum Diis ſuis fato periere. Illos ipſos ſidereos Coloſſos Solis, Neronis, Commodi, qui, quo cœlo propiores, æternitatis quoque ſpem minus dubiam, etſi vanam omnino, habere videbantur, aut plane interiiſſe, aut eorum aliquot laceros & diſſipatos artus jacentes intuemur. Quam veſaniam vel libidinem detruncandi jam olim hic in urbe ſtatuas, vigilum & cuſtodum eam in rem conſtitutorum opera, repreſſam, idque vel inter præcipuas *Comitivæ Romanæ* ita tum appellatæ curas exſtitiſſe, e Caſſiodoro, ſeu Theodorici Regis eam in rem edictis, licet apud eum intueri, & quidem: *Quia juſte tales perſequitur publicus dolor, qui decorem veterum fœdant, detruncatione membrorum, faciuntque illa in monumentis publicis, quæ debent pati.* Mitto direptas Urbis a non uno Cæſare Conſtantinopolitano Statuas; aut certis quibuſdam locis incluſam & definitam earum copiam, aliis ferme gentibus inconceſſam. Nummi vero integri magis, incorrupti, cum materiæ beneficio, tum artis compendio; amplitudine vero locorum, in quibus iidem eruuntur, numero præterea, & varietate longe hic præponderant. Quod poſtremum de cœlatis vetuſtis *Gemmis* vel *Annulis*, quorum haud exigua ſupereſt copia, licet ſimiliter ſtatuere: quæ cæteroquin ſingula, vel antiqui operis, vel artis ac venuſtatis, quæ paſſim in iis adhuc elucet, intuitu; vel eorum quoque, quæ in iis cælantur, argumento ac delectu, inter rara ac pretioſa antiquitatis cimelia meri-

Plin. Panegyr. cap. 52.

Orat. XXXVII. pag. 460.

Sueton. in Tiber. cap. 58.

Orat. XXXVII pag. 464.

Lib. V. pag. 431.

Orat. XXXVII pag. 460. & 464.

Vit. Conſtantin. lib. I. c. 2.

Lib. 211. pag. 460.

Philipp. IX. cap. 6.

In Verron. II. cap. 65.

Var. lib. VII. cap. 3.

Cum Gemmis & Annulis antiquis.

meritiſſime häberi ſolent ac recondi, & quandoque etiam inde ad publicam elegantiam, prout a viris induſtriis, Gorlæo, Liceto, Leonardo Agoſtini, & noviſſime ab eximio Begero noſtro, & hac quoque laude ornatiſſimo Jacobo de Wilde factum, depromi ac divulgari. Quibus vero præclaris priſcæ elegantiæ ac memoriæ monumentis, uti pluribus etiam, quæ modo adtigi, Signis vel Statuis, inſigne illud beneficium præſtant veteres Nummi; ut nempe ad quos referri etiam illa veterum *Gemmarum Annulorumve* cimelia debeant, ſeu, quorum expreſſæ ſint in iis effigies ac formæ, ſæpe ex ea veterum nummorum penu hodie demum conſtet. De *Lapidibus* vero, *Columnis, Cippis,* quibus vulgo inſcripta leguntur veterum Elogia, & impreſſa etiam, neque apud ſolos Ægyptios, antiquiſſima memoriæ monumenta, agemus alibi in hoc opere. Illud utique venuſtiſſimi Poëtæ haud ignoras:

Cum Lapidibus, Columnis.

Ovid. in Ponto lib. III. Eleg. 8.

Tabula conſumit ferrum, lapidemque vetuſtas.

Aut alterum vatis Burdegalenſis:

Auſon. Epigr. 35.

Miramur periiſſe homines, monumenta fatiſcunt:
Mens etiam ſaxis nominibuſque venit.

Ut certe conſulentibus ſubinde hic nobis antiqua illa Marmora, quæ nullo ævo, ullave carie ſeneſcere, aut conſumi poſſe videbantur, nullibi liqueat manifeſtius, quam verus ſaltem ille vates fuerit, qui & ſaxo multam nocere ſenectam adſeruit. Tale equidem non hic vendito iſtud, de quo hic agimus, monumentorum, Nummorum ſcilicet veterum, genus, in quod unum nihil ſenectæ, nihil flammis, nihil poſteritati liceat: denique,

Et ſaxo multa ſenectus nocet. Ovid. Faſt. V. v. 131.

Lucan. lib. IV. v. 812.

A quibus omne ævi ſenium ſua fama repellit.

Cicero pro Marcell. c. 4.

Veriſſime Suada Romana: *nihil eſt opera aut manu factum, quod aliquando non conficiat & conſumat vetuſtas.* Sempiternum ea ratione dicimus qua fatalis terminus, ſi non tolli funditus, aut duratio inexſtincta ſtatui; ad immenſum tamen tempus ætatis eadem videtur propagari. Adeo ut immortalem illam vitam, quam ſibi nequidquam ſecundus augurabatur Ptolemæus, ſolam hactenus eidem Nummi præſtiterint; in quibus ille ſe adhuc hodie conſpiciendum præbet. Incredibilem alias Nummorum veterum multitudinem, carie quoque, incendiis, aliiſque caſibus conſumptam, aut etiamnum ſepultam licet continuo ſtatuere: &, ſi eadem ad veterum ſignatam pecuniam ſubducatur, minimam illam & contemnendam omnino, magno Salmaſio id alicubi adſerenti, facile equidem largiar. At ſi rurſus eadem cum reſiduis aliis veterum monumentis conferatur: ſi veterum Nummorum, qui in Europa, Aſiaque, aut in Africa etiam reperti, aut quotidie adhuc e terræ viſceribus, bono priſcæ elegantiæ ac eruditionis fato, eruuntur, numerus reputetur: ſi antiquitatis eorundem ratio qualiſcunque habeatur; incredibilem adhuc quandam & prope infinitam illorum tum copiam, tum varietatem, omnes, qui vel mediocrem eorum uſum habent, & quibus inſtructas id genus cimeliis complures Gazas inſpicere ac verſare licuit, mirari ultro & ingenue fateri haud dubitabunt.

Athan. lib. XII. pag. 536.

Epiſt. IV. de Cruce.

Neque

III *Ob Argumenti* NOBILITATEM.

Neque vero *dignitatem* pretioſæ hujus penus ſingularem, rerum in ea contentarum NOBILITAS quædam præcipua & amplitudo minus arguit vel oſtentat. *Sacram artem* Statuariam vocat alicubi in deſcriptionibus ſuis, ille, qui Philoſtrato comes addi ſolet, [a] Calliſtratus. SACRAM MONETAM vero & Nummi ipſi continuo celebrant, & Conſtitutiones Imperatorum abunde conteſtantur. Hinc celebris jam olim [b] lex illa Cornelia, eaque [c] *nummaria* apud Ciceronem dicta, aliaque [d] decreta, perpetuo quodam gentium conſenſu ſtabilita, quibus a temerariis monetæ adulteratoribus immunis eadem vindicatur. Unde illud quoque Theoderici Gothorum Regis, ſed Urbis ac Italiæ tum Domini, & quidem addita ejus rei ratione, apud Caſſiodorum: *omnino* MONETÆ *debet integritas quæri, ubi &* VULTUS NOSTER IMPRIMITUR, *& generalis utilitas invenitur. Quidnam erit tutum, ſi* IN NOSTRA PECCETUR EFFIGIE, *& quem ſubjectus corde venerari debet,* MANU SACRILEGA *violare feſtinat?* Immo nec SACRAM ſolum, ſed DIVINAM etiam videas eandem nuncupatam ſub Chriſtianis Principibus; ut in antiquo illo libello incerti Auctoris, adjuncto veteri Notitiæ Imperii, qui augendi ærarii & conſervandæ monetæ rationem exſequitur; & in quo unum caput occurrit cum lemmate: *Felix inchoatio* SACRÆ DIVINÆQUE MONETÆ. Ne mirum forte videatur, ſi tanta Numinis illius veneratio Chriſtianorum adhuc mentibus inſidet; neque aliam videas ex omni Divarum ordine, tot aris coli, aut tot ſupplicum omnis ordinis ac ætatis votis fatigari. Hinc eadem Monetæ jam olim in nummis veterum, quæ Æquitatis effigies: ut ex æquo nempe religio utriuſque & reverentia traderetur. Mitto JUNONIS etiam & APOLLINIS MONETALIS expreſſa & adorata olim ſimulacra: quæ vel in iiſdem nummis adhuc hodie conſpicimus. Quam utique in verſandis iis ac ſervandis religionem, ſignati in iiſdem Principum ac Dominorum vultus, uti vel ex dictis eorum conſtitutionibus liquet, paſſim conciliarunt. Unde jam olim ingenioſiſſimus Vates, de ſimili Cæſaris imagine ad ſe tranſmiſſa:

[a] ἱερᾶς τέχνης &c. Pag. 868.

[b] Leg. IX. & XIX. D. de Leg. Corn. de Falſ.

[c] In Verrem 1. cap 42.

[d] *Vid.* Conſtit. de Veter. Num. Poteſt. Variar. lib. VII. cap. 32.

Ovid. Ex. Ponto lib. II. El. 8.

Argentum felix, omnique beatius auro,
Quod fuerit pretium cum rude, NUMEN *habet.*

Factum enim haud plane inconſulto, ut inter alias dominationis artes, hæc quoque ſit a Regibus paſſim ac Cæſaribus recepta: *ut imago Principum ſubjectos videretur paſcere per commercium, quorum conſilia invigilare non deſinunt pro ſalute cunctorum.* Ita colendam ſibi eorum imaginem facile ſinguli credidere, quorum nutu & auſpiciis florens reſpublica vel imperium, & incolumes privatorum fortunæ ſervabantur. Immo ea ratione proviſum, ut tanquam præſentes ubique & manifeſti in eorum etiam oculos continuo incurrerent, qui longius alias a Principum ſuorum conſpectu ſubmoti, in diverſis terrarum partibus, in eorum tutela ac imperio acquieſcebant. Quo etiam ſpectant illa ejuſdem Poëtæ, quamquam in longinquas & inhoſpitales oras relegati, Auguſtum, Liviam, ac Tiberium abſentes in argenteis eorum imaginibus ſeu nummis recolentis:

Caſſiodor. Var. lib. VI. cap. 7.

Ex Ponto lib. II. El. 8.

Nos quoque veſtra juvet, quod, qua licet, ora videmus:
Intrata eſt ſuperis quod domus una tribus.

Felices illi, qui non ſimulacra, ſed ipſos,
Quique Deûm coram corpora vera vident.
Quod quoniam nobis invidit inutile fatum,
Quos dedit ars, votis, effigiemque colo.

Leg. III. Cod. de Vet. Num. Pot. Hinc *æternales illos vultus violare*, religio quædam veterum (utinam pariter omnium recentium antiquariorum) mentes inceſſit. Unde ille apud Oneirocr. lib. II. cap. 33. Artemidorum Stratonicus putabat ſe Regem calcitraſſe, qui invenerat aureum ejus numiſma, quod ignarus forte calcaverat. Capitale equidem fuiſſe Tiberianis De Benef. l. III. cap. 26. in Tiber. cap. 58. temporibus, apud Senecam ac Suetonium legimus, illius Cæſaris effigiem, nummo vel annulo impreſſam, latrinæ aut lupanari intuliſſe. Quo referri etiam debet, ut obſervo, memorata a Dione in Excerptis a Cl. Valeſio editis, infelix Pag. 753. juvenis illius ex equeſtri ordine calamitas; qui ultimo ſupplicio deſtinatus ab Antonino Caracalla legitur, quod nummum ſignatum ejus imagine in lupanar intuliſſet. Immo quæ egregie inſuper illuſtrat, & qui doctorum virorum Lib. I. cap. 11. effugit ad dictos de Tiberio Auctores diligentiam, apud Philoſtratum in vita Apollonii locus; ubi in claro Pamphyliæ oppido, ſeu Aſpendi impietatis nonnemo damnatus legitur, qui ſervum verberibus adfecerat, ferentem forte drachmam, in qua expreſſa erat Tiberii effigies. Plures autem id genus omitto majeſtatis poſtulatos, ob imaginem Cæſarum promiſcuis minuſque decoris uſibus violatam; cui etiam diademata ſua ac tiaras ſoliti olim ſubjicere Orientis Reges: ut non de uno Arſacide ac Tigrane eſt a rerum Romanorum ſcriptoribus proditum. Quomodo inſuper, ut hoc addam, ſub Claudio imaginem Principis in annulo geſtare, paucis fuiſſe conceſſum tradit alicubi Pli- Lib. XXXIII. cap. 3. nius. Hinc etiam vultus nummis ſignare, inter præcipua olim Majeſtatis arcana receptum: quod Severum Claudio Albino ſingularis privilegii loco Lib. II. cap. 49. conceſſiſſe tradit Herodianus; ac inter præcipuos honores Helenæ matri a Lib. III. de Vit. Conſt. cap. 47. Conſtantino exhibitos refert Euſebius. Unde de Rufino imperium adfectante Claudianus:

In Rufin. lib. II. v. 341.

Et quod poſt vota daretur,
Inſcribi propriis aurum fatale figuris.

Exagitat nempe ibi veſanam Rufini illius ſuperbiam, qui ad ſupremum Cæſareæ Majeſtatis apicem nihil ſibi reliquum fecerat, quam ut nummis aureis ſuam imprimeret effigiem; quod tamen ea ætate a ſolis Romanorum Imperatoribus in toto orbe uſurpabatur. Eandem etiam veſaniam in Procopio, Auguſti faſtigium invadente, Valentiniani temporibus, notaverat jam ante Lib. XXVI. c. 7. Ammianus Marcellinus, qui tradit ejus adſeclas, *nullo præter petulantiam adjumento confiſos*, AUREOS *ſcilicet* NUMMOS *effigiatos in vultum novi Principis, aliaque ad illecebras aptantes.* Hanc enim unicam toto orbe Au- Goth. lib. III. cap. 33. guſti faſtigii prærogativam exſtitiſſe docet nos alter Procopius; nempe præter Romanorum Imperatorem, ſolis Francorum Regibus ſub Juſtiniano primum conceſſum, nummos aureos ſua ſignare effigie; non autem idem licuiſſe Perſarum, aliorumque Barbarorum Regibus, addita etiam ejus rei cauſſa. Locus hanc in rem eximius, & quem operæ pretium erit hic adſcribere, ubi narrat Francis e Germania profectis ſtabilem Galliarum poſſeſſionem adſeruiſſe Juſtinianum, & ab eo tempore Germanorum Reges Maſſilia & vicinis

vicinis locis potitos, Arelate Circenſibus præſediſſe; additque: ΝΟΜΙΣΜΑ ᾧ ΧΡΥΣΟΥΝ ἐκ τῶν ἐν Γάλλοις μετάλλων πεποίηνται, ἐ ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ (ΟΠΕΡ ΕΙΘΙΣΤΑΙ) χαραχτῆρα ἐνθέμενοι, ἀλλὰ τὴν σφετέραν αὐτῶν εἰκόνα· καίτοι νόμισμα μὲν ἀργυροῦν ὁ Περσῶν βασιλεὺς ᾧ βάλοιτο ποιεῖν εἴωθε· ΧΑΡΑΚΤΗΡΑ ᾧ ΙΔΙΟΝ ἐμβαλέσθαι ΣΤΑΤΗΡΙ ΧΡΥΣΩ ΟΥΤΕ ΤΟΝ ΑΥΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΑ ΘΕΜΙΣ, ΟΥΤΕ δὲ ΑΛΛΩΝΟΝΤΙΝΑΟΥΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΒΑΡΒΑΡΩΝ, καὶ ταῦτα μᾶλλον ὄντα χρυσᾶ κύριον· ἐπεὶ οὐδὲ τοῖς ξυμβάλλουσι περίεσθαι τὸ νόμισμα τοῦτο, εἴπερ τι εἶσιν, εἰ μὴ βαρβάρῳ τὴν ξυμβάλλουσαν ἢ ξυμβαίη· NUMMOS *autem* AUREOS *cudunt ex auro in Gallicis metallis, non* IMPERATORIS, UT FIERI SOLET, *ſed ſua ſignatos* EFFIGIE. *Monetam quidem argenteam* PERSARUM REX *arbitratu ſuo effingere conſuevit:* AUREAM *vero* NEQUE IPSI, NEQUE ALII CUIPIAM BARBARORUM REGI, *etſi auri domino,* SUA SIGNARE LICET EFFIGIE: *quandoquidem ad commercia nullus uſus ſit futurus talis nummi, etiamſi ea cum Barbaris ipſis habeantur.* Unde manifeſto licet eruere: primo, ſingularem hanc fuiſſe prærogativam Romanorum Cæſarum, nummos aureos ſua ſignare effigie: Secundo, eam Francorum Regibus, a Juſtiniano firmatis in poſſeſſione Galliarum, eximii privilegii loco, ab eodem Cæſare primum conceſſam: Tertio, nemini Barbarorum, ne quidem Regum Regi, vel iis etiam apud quos aurum naſcebatur, idem licuiſſe: Quarto, rationem hujus rei eam fuiſſe, quod nullus uſus futurus fuiſſet nummi ejuſmodi aurei cum Regum illorum effigie, cui nullus utpote in commercio locus, ne quidem ubi commercium erat cum Barbaris, in toto orbe Romano erat relictus. Hic poſtremorum verborum ſenſus, qui paullo obſcurior legitur in verſione Grotiana; ut, ſicut fieri ſolet in opere poſthumo, quædam ibi obrepſiſſe contra mentem aut ſcripturam viri magni exiſtimem. Vetus alias hæc illorum Galliæ tractuum exſtitit prærogativa, ut Romanorum Præfectis liceret in iis monetam auream & argenteam cudere: ſicut de Lugduni Præſidibus commemorat alicubi Strabo. Adde, quod Gothorum Reges Italia ac Roma potitos, ſuam quoque effigiem omnis monetæ generis impreſſiſſe, e Caſſiodori adductis jam ante locis, & quod vidit quoque clarus legum antiſtes, liqueat. Neque vero *Sacram* ſolum, uti eam olim & in hac ipſa nummorum penu dictam vidimus, hanc priſci ævi memoriam *æterni* ſcilicet illi *vultus*, ſicut alia quoque in iiſdem nummis contenta arguere mihi & comprobare videntur: & quidem (ut hic res prope innumerabiles jam mittam) Religio veterum, & univerſa ſacrorum apud eos ratio: Deorum nempe ſimulacra, Appellationes, Ædes, Sacerdotes, Victimæ, Feſta, Ludi, Agones, Vota pro iis Suſcepta, vel Soluta, oblata Soteria, Conſecrationes denique, & Divorum vel Heroum honoribus ſubinde culta defunctorum Regum, vel urbis aut gentis Conditorum, vel Benefactorum, aut Romanorum Principum memoria. Ampla utique & digna materia, quam haud ignobiles manus tractent!

Lib. IV. p. 192.

Lib. IV. pag. 192.

Variar. lib. VI. cap. 7. & lib. VII. cap. 32. Id. Gothofr. ad Leg. 11. C. de Vet. Num. Poteſt.

IV. *Ob* SPLENDOREM *&* AUCTORITATEM *veteres Nummos tractantium.*

Equidem hinc potiſſimum ſplendor eximius, & decus quoddam peculiare hujus nummorum tractationis continuo elucet. Quum enim pleraque alia venerandæ vetuſtatis monumenta, extolantur paſſim privatorum ſtudiis; neſcio quomodo ſupra aliorum faſtigium, hæc ipſa vel ſors ſua, vel dignitas evexit. Adeo ut ex quo elegantiores quæque artes ac diſciplinæ, e ſitu vetuſtatis erutæ, nitorem aliquem & cultum admiſere; nulla ex iis aut candidatos nobi-

nobiliores, aut patrocinium splendidius consequuta videatur. Ut certe, si honos alit artes, & gloria homines ad studia incenduntur; nulla jam hisce, de quibus agimus, potiora, & in majori quadam celebritate versari fatearis. Enimvero longa res foret, Cæsarum, Regum, Principum, illustrium toga & sago, ac amplissimi cujusque ordinis virorum nomina recensere, qui in Nummorum veterum delectum & curam certatim quasi incubuêre. Quot aut quam luculenta exempla hæc vestra ITALIA, harum artium parens & altrix suppeditat? Ita quidem intelligo, exstitisse avorum vestrorum memoria Domum MEDICEAM, æternam illam Musarum alumnam & hospitem, quæ ut humanitatem omnem & eruditionem sinu suo excepit ac aluit; ita prima quoque suam veterum Nummis dignitatem adseruit. Non meum illud solum, sed viri docti, neque tamen inclytæ illius Domus clientis vel familiaris, hac de re testimonium: *si* NUMMOS ANTIQUOS *in pretio primum habitos a* MEDICEIS *contendero, nemo repugnabit opinor.* Fidem his adstruit Philippus Cominæus, testis ut alienigena, ita oculatus & exceptione major, qui aliquot millium aureorum Numismatum, & argenteorum copiam quandam immensam, suo tempore jam a MEDICEIS collectam, ac Italiæ in hoc genere præstantissimam refert. Unde & hunc Urbis suæ principem, ac Mæcenatem quondam suum, LAURENTIUM MEDICEUM commendabat jam olim eo nomine, decus illud vestrum ac simul elegantiorum litterarum, Politianus: *Quamquam & vetustas Codicum, &* NUMISMATUM *fides, & in æs aut marmor incisæ antiquitates, quæ tu nobis, Laurenti, suppeditasti, plurimum etiam præter librorum varietatem, nostris commentationibus suffragantur.* Hæsit vero eadem vel crevit potius in FRANCISCO, Magno Hetruriæ Duce, sollicitudo; sub quo congestus ille seu adauctus nummorum veterum Thesaurus, cui parem in eo genere aut superiorem, si mitto Regiam Gallorum Gazam, haud alibi facile videas. Mansit hæc eadem in LEOPOLDO MEDICEO itidem Principe, & amplissimo dein Purpuratorum Patrum ordini adscripto; qui ut flagranti omnium præstantissimarum artium ac disciplinarum amore & assiduo patrocinio excellit; ita Nummiorum veterum peritia singulari, & facto eximio eorum delectu, se oblectat. Nihil famæ hic damus, sed documentis iis, quæ comitas ejus fastigio non minor mihi sæpius, nec coram solum, sed absenti etiam blande ac largiter suppeditavit. Neque vero defecit hæreditariæ hujus laudis cupido in COSMO III. MEDICEO; quo sospite, non salus solum ac beatitas Hetruriæ suæ feliciter est adserta; sed præclara insuper veterum ac insignium nummorum accessione locupletata, ac simul ad publicos usus ordinata decentius, avita & admirabilis Gaza illa Medicea. Hanc vero Domus MEDICEÆ gloriam feliciter æmulata est Domus ESTENSIS, Heroum an Musarum nescio utrum felicior parens; quæ id genus, ut de aliis sileam, veterum Cæsarum signatas ære, auro, vel argento effigies, suis quoque imaginibus inserendas credidit: usaque eam in rem superiori seculo opera Æneæ Vici Parmensis, qui inter primos Italorum, in æs affabre inciſos veteres nummos divulgavit. ALPHONSUM certe MUTINÆ Ducem, nuper admodum terris ereptum, memini collectos id genus a Majoribus nummos, præclaros & luculentos, summa cum peritiæ & delectationis significatione coram mihi visendos exhibuisse:

ITALORUM.

Laurent. Pig. Epist. Symbol. XVI.

Lib. VII. c. 9.

In Præfat. Miscellan.

Ut

Ut ducis implevit viſus veneranda vetuſtas. Lucan. lib. IX. v. 987.

Qua cæteroquin in conquirendis nummis cupiditate incenſos præterita ætate MANTUÆ Duces; ac direpta eorum in nota urbis Mantuæ, quæ hoc ſæculo contigit, ſtrage, locupletata inde præcipua Italiæ & Galliæ Cimeliarchia, ex inſculpta in iis, GONZAGARUM inſigni, Aquila, monuerunt dein alii, & a nobis haud ſemel, dum eadem inſpeximus, eſt etiam comprobatum. Geminum vero ſtudium in EUGENII IV. Romani Pontificis Purpurato Nepote celebraverat jam ante Æneas Silvius, PII II. nomine & dignitate celebrior: *Antonius* inquit, *S. Marci Cardinalis*, EUGENII QUARTI *Summi Pontificis Nepos, incredibile eſt* QUAM MULTA NUMISMATA *veterum conquiſierit Imperatorum & Principum: amator & hic vetuſtatis eſt.* In hujus quoque laudis ſocietatem venerunt ſuperiori ſæculo duorum itidem Pontificum, PAULI III. & GREGORII XIII. Nepotes, ALEXANDER FARNESIUS, & JACOBUS BUONCOMPAGNI; quorum ſtudio muſea inſtructiſſima omni id genus ſupellectile præcipua fama floruere, & florent etiamnum. E quibus autem illud, nempe Farneſianum, eruditiſſimi Fulvii cuſtodiæ & curæ feliciter eodem ævo creditum, facta mihi a Parmæ Duce RANUTIO II. datis eam in rem ad ejus in urbe Oratorem juſſis, facultate, ſingulari nec obvia alioquin felicitate, contemplari mihi, quod non ignoras, licuit. Idem vero Theſaurus ex urbe nuper Parmam tranſvectus, laudabili Filii ejus, aviti Principatus & decoris Heredis, FRANCISCI I. munificentia; ſtudio autem ac diligentia haud vulgari viri eximii Pauli Pedruſii, e Societate Jeſu Theologi, publice proſtare incepit, & quod opinari licet, totus mox proſtabit. Nec inferior in eo laudis genere alterius Romani Pontificis, ac Muſarum ſimul, quod monumenta ejus arguunt, Antiſtitis, Nepos, FRANCISCUS BARBERINUS; in quem omnia honoris, fortunæ, virtutis, ac doctrinæ ornamenta facto velut agmine confluxerunt. Quibus accedunt tres inſignes cum aliis decoribus, tum ſplendido quoque veterum nummorum apparatu, ex eodem ampliſſimo Purpuratorum ordine, FLAVIUS CHIGIUS, Pontificis itidem litterati nepos: CAMILLUS DE MAXIMIS, in quo antiquæ juxta & eruditæ artes præclarum hoſpitium ac præſidium habent; cujus autem exquiſita & ſelecta in omni, uti nummorum, ita aliorum veterum monumentorum genere cimelia haud ſemel una tecum, ejus oblectationis facultatem, eodem nobis cupide comiterque exhibente, conſpeximus. Tertius vero, CASPAR CARPINEUS, cujus nummos ſat multos, mole & elegantia conſpicuos, jam in lucem protulit & explanavit vir de Romanis antiquitatibus optime meritus, Jo. Petrus Bellorius; & noviſſime majori copia & apparatu his quoque ſtudiis egregie excultus, Philippus Buonarotti. Ne jam indictum hic ſinam, nuper in eundem ampliſſimum ordinem adlectum, HENRICUM NORISIUM, editis cum alterius argumenti, tum in hoc etiam doctrinæ genere ſingularis induſtriæ, ac eruditionis eximiæ operibus, ante delatam ſibi purpuram, dudum præfulgentem. Verum antequam hic alios adhuc memorem, hac aut ſuperiori ætate, præter alia natalium aut loci decora, ea quoque laude in Italia veſtra conſpicuos, haud omittendi continuo privatæ quamquam ſortis, qui in divulgandos priſcos id genus Nummos primi in Italia veſtra incubuere, *An-*

Vaillant. Præf. in Colon. Imper.

Not. ad Anton. Panormit. Apopht.

dreas Fulvius, cui editi hic in urbe, ſub LEONE X. Pontifice, primi veterum Numiſmatum operis, quamquam inſertis eidem paſſim fictis & adulterinis, laudem tribuit Antonius Auguſtinus; tum eadem ætate, & quorum ille itidem meminit, edito qualicunque illius induſtriæ in verſandis Imperatorum nummis ſpecimine, *Gabriel Simeoni* Florentinus, & Comes *Conſtantinus Landus*; majori autem cum induſtriæ ac famæ commendatione, & vulgatis etiam averſis nummorum partibus, *Jacobus* & *Octavius Strada*, quamquam, ut ea de re mox, extra Italiam, uterque tamen Italus, ille Mantuanus, hic civis Romanus: tum pulcherrime inciſis Auguſtorum & Auguſtarum, niſi quod harum fictos quarundam protulerit nummos, *Æneas Vicus* Parmenſis; mox adductis etiam ac illuſtratis, prout ea adſequutus eſt, pluribus Græcis Imperatorum nummis, cum averſis quoque eorum partibus, *Sebaſtianus Erizzo*; majori autem & eruditionis copia, & nummorum delectu ac nitore, in divino, uti a Scaligero dici alicubi meruit, Familiarum Romanarum opere verſatus, *Fulvius Urſinus*. Quo loco utique præteriri haud debet ſingularis *Pyrrhi Ligorii* Neapolitani, eaque pluribus, qui ſuperſunt etiamnum, & e quibus aliquot hic in CHRISTINÆ Reginæ Bibliotheca verſare ſubinde nobis licuit, libris, in colligendis, deſcribendis, delineandis, & pro captu explanandis veterum Inſcriptionum Numnorumve monumentis teſtata luculenter diligentia ac induſtria: de qua autem alius occurret opportunior agendi in proceſſu hujus operis locus. In quam autem claſſem non referendi continuo veniunt, hic obiter tamen indicandi, ne aliis forte ea in re adhuc imponant (ut mittam [a] *Antonium Gevaram* Hiſpanum, ſub CAROLO V. Imperatore Epiſcopum) ingenii & doctrinæ laude olim in urbe aut reliqua Italia florentes, *Jovianus Pontanus*, *Pomponius Lætus*, *Joannes Camers*, & *Cyriacus Anconitanus*; quos, ut falſarum auctores Inſcriptionum & Numiſmatum, ſed cum aliqua doctrinæ nota ac ſigno tangit præclarus utique id genus antiquitatum arbiter ac æſtimator, & de quo mox, Antonius Auguſtinus. Ut nunc obiter alios adducam, magna amplitudine & exiſtimatione viros, qui ſuperiori ſæculo, aut hac etiam ætate in Italia veſtra, in veteribus ac probæ notæ nummis colligendis, tractandiſve, ſingulare ſibi ſtudium ac haud vulgarem operam collocandam cenſuere. Cujuſmodi, ac e nobiliſſimo Patritiorum apud Venetos ordine, commemorandi veniunt, præter adductum modo inter primos hujus eruditæ elegantiæ præcones & adſertores, *Sebaſtianum Erizzo*, *Bernardus Lauredanus*, a viris præclaris [a] Sigonio ac [b] Mureto, non ſemel eo nomine laudatus; *Aloyſius Contarenus*: hac autem ætate, a viris harum antiquitatum eximie peritis celebrati, *Franciſcus* & *Petrus Mauroceni*, cujus poſtremi deſcripti exſtant a Cl. Patino nummi; *Bernardus Treviſanus*; *Hieronymus Corrarus*; *Marcus Ruzinus*; *Julius Juſtinianus*; *Petrus Grimani*; *Antonius Capellus*; aliaque totidem clariſſima Venetæ nobilitatis lumina. Quibus adnumerari itidem debent hujus aut præteritæ ætatis viri præclari, hiſce ſtudiis impenſe dediti, *Annibal Caro*, Picenus; *Carolus Molſa*, Mutinenſis; *Vincentius Pinelli*, Genuenſis; *Laurentius Pignorius*, & *Comes de Lazara*, Patavini; *Joſephus Maria Suareſius*, Epiſcopus Vaſionenſis; *Comes Franciſcus Moſcardus*, Veronenſis; *Marchiones Riccardi & Nicollini*, *Carolus Strozza*, *Apollonius Baſſettus*, Florentini; ac nuper in ejuſdem urbis Senatores a Magno Hetruriæ Duce adſcitus, laudatus paullo ante *Philippus Buonarotti*; eademque opera hiſce adnumerandus Mediceæ Gazæ cuſtos *Sebaſtianus Bianchi*

Dialog. XI. c. 26.

a De quo Ant. Auguſtinus Iuidem cap. 4.

Iuidem cap. 4.

a Dedicat. Livii & de Nominib. Romanor.

b Lib. IV. Ep. 10.

Bianchi; *Comites Cantelli*, & *Sanvitalis*, Parmenſes; *Jo. Bapt. Capponius*, Comes *Carolus Cæſar Malvaſia*, vel ſolo vulgato haud ita pridem præclaro Felſineorum monumentorum opere, nobilitatus; *Marchio Ferdinandus Coſpi*, & *Joannes Antonius Davia*, Romani Pontificis nuper ad Polonos Orator, totidem Bononienſes Patritii: *Franciſcus Septala*, & *Comes Franciſcus Mediobarbus Biragus*, locupletati Occonis Theſauri laude inclytus, Mediolanenſes; aliique haud pauci in Italia veſtra, quorum muſea cimeliis hiſce antiquis egregie inſtructa, ipſos vero peritos eorundem interpretes ac æſtimatores, licuit olim ac licet etiamnum intueri. Ut nunc taceam Muſis nuper ac urbi ereptum, præclarum omnis antiquæ ac recentis ſimul elegantiæ adſertorem ac vindicem, quod vel ex inſcripto ei a clariſſimi nominis viro Nicolao Heinſio, Italiæ, ſeu carminum a ſe in ea ſcriptorum ac editorum libro, abunde conſtat, Equitem *Caſſianum a Puteo*. Hujus autem memoriam nuper admodum a viro utrique noſtrum amiciſſimo Carolo Dati, aliquot annis ab ejus exceſſu celebratam, hoc exiguo carmine ſumus proſequuti:

Dum tua dilectos cineres, & buſta verenda,
Proſequitur juſto munere grata manus:
Dum PUTEUM *laudat, cunctis vel amabile nomen*
Gentibus, haud præceps nec ſimulatus amor:
Non ſunt, crede mihi, ſeri monumenta doloris,
Nec pietas dici deſidioſa poteſt.
Serta ferant, lacrymas & ſolum in funere præſtent;
Qui ſua privatim gaudia rapta dolent:
Aſt PUTEUM *conſtans, & publica cauſſa dolendi,*
In quo multa ſimul fata ſepulta jacent.
Præſidio viduata ſuo jacet orba vetuſtas,
Ipſa recens ætas, ipſa futura ſimul.
Ergo vetat quiſquam manibus dare lilia plenis,
Sera vel hæc eadem ſolvere juſta putet?
Æternis cauſſam lacrymis dedit ille peremptus,
Omne ævum in cujus funere flere datur.

Neque vero omittere inſuper hic licet, aut priſci & Romani quidem hujus peculii laude celebratum nuper in urbe *Franciſci Angeloni* Muſeum, idemque ſub nomine *Hiſtoriæ Auguſtæ*, ope veterum nummorum illuſtratæ, ab ipſomet, ejuſque familiari Jo. Petro Bellorio divulgatum: aut vero eximia nummorum ſupellectile ac peritia Romæ celebres etiamnum, dum ibi hæc olim primum vulgavimus, ac florentes, *Feliciam Rondanini*, Parentis ac Filii purpura, ſed ingenii, ſapientiæ, ac eruditionis dotibus longe magis fortunatam; *Joannem Braceſium*, Abbatem; & *Franciſcum Gottifredi*, Romanum Patritium, ſpectatæ adeo in hoc elegantiæ ac eruditionis genere fidei ac peritiæ, ut omnis Antiquariorum veſtratium natio faſces ei haud immerito ſubmitteret. Ne jam eadem adhuc laude nuper admodum hic in urbe celebres prætream, *Claudium Menetrium*, Cimeliarchii Barberini Præfectum, ac Symbolicæ Dianæ Epheſiæ illuſtratorem; *Franciſcum Camelum*, CHRISTINÆ Auguſtæ antiquarium: adde claros quoque his artibus, memoratum paullo ante *Jo. Petrum Bellorium*; ac vel edito rurſus auctoque ab eo Paruta, de antiquis

quis Siculorum numiſmatibus, & vulgato de priſcis Gemmis opere, *Leonardum Agoſtini*. A qua inſuper laude, uti optimarum ac elegantiorum artium ac diſciplinarum cultu & peritia haud vulgari, commendari audio hodiernum urbis Principem ac Pontificem, dum hæc denuo vulgamus, INNOCENTIUM XII.

Extra Italiam HISPANORUM.

Nec extra Italiam veſtram minus aut ſplendoris, aut dignitatis hæc veteris ævi memoria videtur etiam conſequuta. ALPHONSUM illum, non tam regni amplitudine, quam ingenii gloria celebrem, collecta per Italiam Cæſarum numiſmata, in eburnea arcula diligenter adſervaſſe, iiſdemque ſupra modum delectatum accepimus. Dignitate equidem inferiorem eadem dedit HISPANIA, ſed quem religio foret præterire hoc loco, *Antonium Auguſtinum*, Tarraconenſem Archiepiſcopum; quo nemo ſuperiori ſæculo felicius hanc ornavit provinciam, aut lucem eidem ac dignitatem luculentius adſeruit: nempe quod de Fabio Pictore alicubi Cicero, *& juris, & litterarum, & antiquitatis bene peritus*. Alios quoſdam dignatione præcipuos, *Martinum Arragonenſem*, Ducem Villæ Formoſæ; & *Ferdinandum Velaſco*, magnum nuper in Caſtilia Equitum Magiſtrum, addictos etiam huic elegantiæ, memorant eruditi aliquot Hiſpaniæ antiquarii. Ut tangam obiter hoc loco *Vincentii Laſtanoſæ*, cum laudatam abunde a peregrinis teſtibus, tum erudite adſertam vernaculo opere in omni hoc ſtudiorum genere induſtriam. Et cur in vicina vobis SICILIA mitto, aut Buteræ Principem, *Fabritium Francoforte*, Aurei Velleris Equitem, e cujus admirabili veterum nummorum Theſauro, longo annorum ſpatio congeſto, ingentes divitias hauſiſſe ſeſe fatetur Paruta, diligens patriorum Numiſmatum editor? *Jacobum* itidem *Bonanini*, Montalbani Ducem; ac *Vincentium Mirabellam*, ſuper claritatem natalium, plurimum laudis & famæ in hoc litterarum genere, editis monumentis conſequutos: aut denique *Antonium Chiaramonte*, *Joſephum* & *Franciſcum Faia*, ac eruditos *Catinenſium* vel *Panormitanorum* nummorum enarratores; alioſque ejuſdem tractus, amore & ſtudio antiquariæ hujus ſupellectilis haud leviter commendatos.

Anton Panorm. Alphonſ. Apophtheg.

In Bruto cap. XXI.

Vid. Muſeo de las Medagl. Hiſpan.

In quibuſdam Hiſpaniæ Itinerariis.

SICULORUM.

GERMANORUM.

GERMANIA vero RODOLPHUM II. & FERDINANDUM II. Cæſares; LEOPOLDUM præterea Archiducem nuper defunctum, præclaros utique & luculentos hujus memoriæ vindices ac æſtimatores vidit; ac videt etiamnum & ſuſpicit eadem incenſum cupiditate, LEOPOLDUM vere AUGUSTUM, & quod ſimul hæc æra de Cæſaribus ſubinde prædicant, vere OPTIMUM, ac TRIUMPHATOREM GENTIUM, uti in Pannonia nuper, BARBARARUM. Plures in eadem gente ſeſe offerunt, & primi quidem ab Auguſto faſtigii Proceres, geminæ laudis æmuli, ac inter alios terris nunc exempti, FRIDERICUS GULIELMUS BRANDENBURGICUS, & CAROLUS LUDOVICUS PALATINUS, Electores; & qui hanc quoque gloriæ ac felicitatis partem feliciter crevit ac adauget quotidie, magnis non Gazæ ſolum ſuæ, ſed horum ſtudiorum incrementis, FRIDERICUS III. Boruſſorum Rex, & Elector Brandenburgicus: de quibus autem ſingulis plura dicerem hoc loco, niſi in iis non adeo excelſi faſtigii Principum, quam Dominorum, in quorum clientela vitam agere mihi contigit, perſonam revererer. Neque vero alium magis idoneum hujus rei teſtem vel præconem, ſeu prædem verius ac ſponſorem licet adducere, quam vulgatum felicibus eorum auſpiciis, ac præclaro utique conſilio, antea PALATINUM,

TINUM, noviſſime autem BRANDENBURGICUM THESAURUM: utrumque autem ſingulari eximii Begeri noſtri, cui etiam utriuſque antiquariæ Gazæ cuſtodia fuit bono harum litterarum fato commiſſa, fide, induſtria ac eruditione editum ac illuſtratum. Neque hic prætereundus in Palatinatus vicinia avitæ ſtirpis Princeps, DURLACENSIS Marchio, quem ab annis aliquot, dum hoc opus ſecunda vice in lucem exiret, eadem in colligendis ordinandiſque veteribus nummis cura ac ſollicitudo feliciter inceſſit; & quam coram in ejus Aula, illoque nobis ejus fidem faciente, ſuſpeximus: ut ſciret nempe:

Quid Auſoniæ ſcriptum crepet igne monetæ. Statius lib. III. Sylv. 3.

Ne jam in eundem album referam minorum quidem gentium, nec ignobilia tamen Germaniæ ſuæ ornamenta: *Wolfgangum* nempe *Lazium* Viennenſem, FERDINANDI I. Hiſtoriographum & Archiatrum, ac eo potiſſimum opere, quod de Commentariis Rerum Græcarum eſt ab eo primum ſuperiori ſæculo anno CIↃ CICDLIV Vindebonæ vulgatum, cum variis antiquis Græcorum nummis, & aliquot Geographicis Hellados, quibus plures adhuc nummi inſeruntur, tabulis. Quo anno eluxit primum in Italia laudata jam ante *Æneæ Vici* in Romanis Cæſarum nummis effingendis ac divulgandis induſtria. Cui autem Lazio addere continuo licet *Jacobum Stradam*, de quo ſupra Mantuanum, quidem, ſed ejuſdem Ferdinandi Auguſti, juxta Lazium, Antiquarium; cujuſque etiam inedita complura veterum nummorum volumina, propria ipſius manu exarata, in Bibliotheca Vindebonenſi adhuc adſervari, docet Cl. Lambecius. Accedit alter *Octavius Strada*, civis Romanus, ut eum filius, paterni de nummis Cæſarum operis editor nuncupat, ac ſimul RUDOLPHI Imperatoris nobilis Aulicus & Antiquarius: aut e vicina quoque Auſtriæ Pannonia arceſſendus ingenii operibus eadem ætate nobilis, *Joannes Sambucus*, idemque inter primarios hujus memoriæ in Germania adſertores jure quodam ſuo referendus. Hos vero eodem ſæculo ſubſequutus eſt *Hubertus Goltzius*, non Belga, ut a multis habitus, quod in ea gente patronos ſeu Mæcenates nactus, collectiones ibidem ſuas antiquarias divulgavit; ſed Germanus, ac, uti ab Antonio Auguſtino etiam dicitur, Herbipolitanus. A quo autem ſingulari induſtria, cura, diligentia, collecta undique & æri primum inciſa, non ſolum liberæ adhuc urbis, (quamquam dubia hactenus in nonnullis fide) vel trium priorum ejus Cæſarum, aut deſcripta quoque ſequentium Imperatorum complura numiſmata; ſed Magnæ etiam, uti olim ea Italiæ pars dicebatur, Græciæ, Siciliæ præterea, Græciæ proprie dictæ, Inſularum, & aliorum Aſiæ aliquot locorum Nummi varii & inſignes primum in lucem editi, ab eoque ex parte etiam enarrati. Qua laude poſtea & tractatione harum antiquitatum, exeunte eodem ſæculo, aut ſequentis initio, cenſendi itidem e Germanis veniunt, & obiter hic commemorandi, aliis quoque laudibus inclytus *Marcus Velſerus*, Duumvir Auguſtanus; ac ſtirpe, & antiquaria id genus penu eodem in tractu nobilis, *Joannes a Schellenberg*, uterque Adolphi Occonis, Auguſtani Archiatri, ubere Cæſarianorum nummorum collectione celebris, Mæcenas: e noſtratibus autem, PALATINI nempe tum Septemviri a conſiliis, & qui haud uno eruditionis & ſcriptorum genere inclaruit, *Marquardus Freherus*. Neque vero in ea ſerie omit-

Bibliotheca Vindebon. lib. II. c. 8. p. 739.

Dialog. XL cap. 16.

mittendi, aut in Helvetia ineunte eodem ſæculo, *Jacobus Wölfius*, Tigurinus Patritius, e cujus divite omni genere veterum numiſmatum Theſauro, ſe Hebræorum nummorum ſupellectilem a ſe illuſtratam deprompſiſſe agnoſcit eruditus eorum interpres, ac ejuſdem urbis civis, *Gaſpar Waſerus* : aut magna nuper non Juliæ ſolum Academiæ, ſed litteratæ Germaniæ ornamenta, *Hermannus Conringius*, qui ſe *veterum nummorum Græcorum, Romanorum, aliorumque copias magno ſtudio collegiſſe*, in Epiſtola ad Cl. Hottingerum profitetur, & *Henricus Meibomius*. Adde, (ut Kilonenſi Academiæ præmatura morte haud ita pridem ereptum, *Joannem Danielem Majoris* Uratiſlavienſem ſileam,) ſuperſtites adhuc hodie in eadem gente, eoſque veterum nummorum peritia ac apparatu, aut ſcriptis etiam in eo genere commentationibus, inſignes viros; eum nempe, cujus luculentam penum antiquariam cupide haud ita dudum conſpeximus, Cœnobii Lucenſis Abbatem *Gerhardum*; *Carolum Velſerum*, & *Jo. Paulum Ebnerum*, Noricos Patritios; aut ipſius Noricorum Academiæ lumen; *Jo. Chriſtophorum Wagenſeilium*; aut urbi Bremæ a Secretis, his quoque ſtudiis conſpicuum, *Jo. Henricum Eggelingum*; aut ampliſſimæ Reipubl. Scafuſianæ Quæſtorem, *Tobiam Hollanderum a Berau* : aut inclytum veteris Rauracorum Lycei decus, & locuplete veterum nummorum muſeo inſtructum, quique plurimos rariſſimos in theſaurum Regis Galliarum intuliſſe a præſtantiſſimo Morello dicitur, *Sebaſtianum Feſchium*; aut editis etiam in hoc eruditæ antiquitatis genere lucubrationibus, collectiſve antiquis nummis claros, *Tenzelium*, *Olearios*, *Sagittarios*, *Vedelium*, alioſque. Neque enim omnes vel noſſe, vel recenſere etiam mihi nunc licet, qui vel munerum, vel natalium, vel eruditionis amplitudine, aut ingenii elegantia, hujus autem antiquitatis amore commendandi inter Germanos veniunt. Immo qua cupiditate incenſus etiamnum cernitur, non minus avito antiquæ proſapiæ ſplendore & illuſtri dignitate, quam incredibili in colligendis antiquis & ſelectis id genus nummis, quorum ingentem jam Theſaurum ſibi comparavit, ſtudio memorandus, *Comes a Schwartzenburg*; eorundem quoque cimeliorum indice, cuſtode, ac interprete adhibito, Andrea Morello Helvetio. A quo autem *Morello*, non deſcripta jam aut ſculpta unius Cimeliarchii, vel ſola Græcorum forte, aut vero Romanorum numiſmata; ſed in æs diligenter inciſos & enarratos omnes in genere, majorem utique eorum partem, antiquæ hujus memoriæ ſuperſtites adhuc, aut in præclaris Theſauris vel thecis latentes Græcorum juxta & Romanorum nummos, avide exſpectabat orbis litteratus: idque, fauſtis Auguſti Boruſſorum Regis FRIDERICI III. auſpiciis, ac domeſtico laudati modo illuſtriſſimi Comitis ac Mæcenatis patrocinio. Verum lugendo utique ac irreparabili horum ſtudiorum damno, dum me ad opus hoc meum recenſendum denuo & locupletandum comparo, acerbus venit nuntius, de præmaturo viri optimi ſimul ac præſtantiſſimi obitu. Quo non potui non intimius adfici, quod eum propius noſſe ac amare mihi a multis annis contigerat, ſuſceptique ab eo præclari adeo & immenſæ laudis ac utilitatis inſtituti impulſor, a longo ſat tempore, quod aliis quoque notum, ac ipſe alibi publice fecerat; magnaque inſuper ad majorem hujuſce mei operis illuſtrationem, e veterum ac inſignium nummorum ectypis, mihi ſubſidia ab eo fuerant pridem promiſſa. Cujus vero laudis ac induſtriæ ſingularis æmulum, immo pluribus editis in eo genere monumentis ſpectatum jam, & commendatiſſimi inde nominis, *Laurentium Begerum* noſtrum, licet jure

De Num. Hebraor. p. 6. 7.

Specim. p. 481.

Vid. Ep. III. in Specim. Morell.

jure optimo adnumerare. Nec reticendus hic Regius itidem Conſiliarius, ac urbis patriæ in Ducatu Cliviacenſi Veſaliæ Conſul, vir ampliſſimus *Joannes Huſſen*; qui accuratum pridem adgreſſus eſt, & paratum habet Commentarium *Rei nummariæ antiquæ*, ut eum inſcribit, *in pondere, materia, proportione, numero, pretio* &c. quem nimis diu premit, ac ut tandem in lucem emittat, publice hic compellandum duximus. Quæ hactenus eo lubentius hic adtigimus, ut vel inde quantum de omni hoc veteris elegantiæ genere merita ſit Germania noſtra, aut adhuc mereri intendat: quot & quales in ea patronos & cultores eadem antiquitatis ſtudia hactenus, & feliciter adeo promeruerit, cuivis conſtare deinceps poſſit.

Ne vero debitam aliis adhuc extra Italiam, & in remotis ab ea orbis Arctoi gentibus, hujus laudis ſocietatem ingrato obruam ſilentio, occurrit continuo, qui DANORUM ſolio nuper inſedit, FRIDERICUS III. præter alia decora, eruditus quoque his artibus, ac omnis hujus antiquitatis diligentiſſimus inveſtigator. Cujus utique rei luculentam omnibus fidem nunc facit vulgatum noviſſime ab eximio viro, *Oleagro Jacobæo*, MUSEUM REGIUM; ubi præter alia, quæ illud exornant, admiranda naturæ vel artis cimelia, nummi etiam non hujus ſolum aut ſuperioris ætatis, ſed veteres quoque haud ignobilem ſibi locum vindicant. Proſtant inſuper, & divulgatæ haud ita pridem viri eximii, *Otthonis Sperlingii*, Hafniæ, in Danorum metropoli, agentis, eruditæ & ad illuſtrandam rem veterum nummariam haud parum utiles commentationes. DANORUM.

BELGIUM vero Areſchotani Ducis, in colligendis antiquis nummis operam ac adtentionem ſingularem, Lipſii præconio jam olim laudatam, vidit ac ſuſpexit: quam autem ex vulgato eorum Theſauro, ac ſingulari, non *Jacobi* ſolum *Hemelarii*, Antverpienſis Canonici, ſed potiſſimum *Alberti Rubenii* induſtria illuſtrato, cuivis dein ſuſpicere licuit ac æſtimare. *Marcum Laurinum* præterea, Huberti Goltzii Mæcenatem, ob ſummam utique de his ſtudiis bene merendi voluntatem, non ab eodem ſolum, ſed etiam ab elegantis eruditionis Juriſconſulto haud perfunctorie commendatum novi: *Moriar*, inquit, *ſi præter te quemquam habemus reliquum, per quem aliquam Romanorum Reipublicæ imaginem poſſimus agnoſcere. Continget tibi haud ſcio an nemini, ut tua in conquirendis per omnem terrarum orbem* NUMISMATIBUS INDUSTRIA, *non grata modo eruditis hominibus, ſed etiam popularis futura ſit.* Sic alios inſuper ejuſdem tractus cum ſplendore munerum aut natalium, tum egregia in his ſtudiis facultate ſuperiori ſæculo præſtantes viros, vel ex idoneo ipſius Goltzii, clari quoque his artibus & monumentis, teſtimonio luculenter colligimus. Quibus certe adnumerare mihi liceat *Lævinum Torrentium*, omnis hujus elegantiæ litterate peritum, ut arguunt viri præclari & ampliſſimi ſacerdotii dignitate conſpicui monumenta: *Nicolaum Roccok* Equitem, Andrea Schotto perhibente, rei omnis antiquariæ ac numiſmatum peritiſſimum; tum haud parum nobilitatos his ſtudiis ac artibus, *Levinum Hulſium*; *Franciſcum Schwertium*; *Ludovicum Nonnium*; *Philippum*, & laudatum modo *Albertum*, *Rubenios*; *Gaſparem Gevartium*; *Schinkelium* præterea de *Valcour*; & eidem cœlo inſertos hæreditariæ hujus laudis conſortes, *Chiffletios*. Immo Belgarum Proceribus, hujus antiquariæ penus ſumme ſtudioſis ac peritis, accenſendus inſuper fato functus, Navarræ Prorex, *Dux Bournonvillæ*, arte juxta & marte inclytus; ut coram mirificum illius erga hæc cimelia ſtudium, neque vulgarem BELGARUM.

1. Rævard. Præfat. ad Leges XII. Tabularum.

garem

garem eorundem uſum, haud ſemel ſum expertus. Quo loco haud hic prætereundus alius ſtirpis itidem inter Belgii Hiſpani Dynaſtas, & ſplendore ampliſſimarum dignitatum inclytæ, *Princeps de Ligne*, incredibili quoque, ut audio, veterum nummorum ſtudio flagrans, nec vulgari eorundem uſu ac peritia commendandus. Neque vero defuerunt, aut deſunt etiamnum hac ætate in Fœderato Belgio, qui eaſdem antiquitates cupide colligerent & excolerent, aut uſum etiam eorum ac ſplendorem adſererent: cujuſmodi laudandi potiſſimum veniunt, clariſſimi nominis ac præclaris in litteras meritis inſignis *Nicolaus Heinſius*; *Joannes* præterea *Smetius*; *Jacobus Oiſelius*: *Joannes de Witt*: neque hic reticendus, ut omni alio priſcæ eruditionis & elegantiæ apparatu ac laude abundans, ita hujus antiquariæ mercis peritus quoque æſtimator, dum autem hoc opus recenſeo, magno litterarum damno, ad meliorem vitam tranſlatus, *Joannes Georgius Grævius*. Adde inter eos, qui ſuperſunt adhuc in eadem gente, ſummis in patria honoribus clarum, commendatiſſimi autem inter harum elegantiarum cultores ac interpretes nominis & famæ, *Gisbertum Cuperum*: collecta præterea, vulgataque ac explanata veterum & ſelectorum numiſmatum penu laudandum merito, *Jacobum de Wilde*; tum qui priſco huic æri plurimum quoque tribuit, exquiſita inſuper doctrina, *Jacobum Perizonium*; eodemque ſtudio in has artes accenſum, editis etiam luculentis illius induſtriæ ac inſtituti ſpeciminibus jam ſpectatum, *Petrum Burmannum*; & qui hac quoque laude illuſtrari voluit, *Jacobum Gronovium*.

GALLORUM. GALLIA vero, cui plurimum debere præclara hæc cimelia, & qui in iis verſandis illuſtrandiſve ſtudium aliquod ponunt, haud licet diffiteri, ut vetuſtiores nunc mittam Proceres, Regium Principem, GASTONEM AURELIANENSEM, florentem omni hac laude, in eamque ſerio incumbentem ſuſpexit. Ex hujus certe divite penu locupletatum primo Regium Cimeliarchium, immenſa dein ac admirabili præſtantiſſimorum in omni metallo & magnitudine nummorum veterum, tam Græcorum, quam Romanorum acceſſione amplificatum adeo, ut nihil quidem eo in genere par aut ſimile, Europa non ſolum, ſed reliquus, ut ſtatuere licet, orbis videat. Ut nunc de viris felicis memoriæ, nec de fæce, quod in enumerandis claris Oratoribus Tullio ſuo exprobrabat Atticus, hauſtis, *Gulielmo Choul*, noto ejus ad has antiquitates illuſtrandas, nec vulgaris laudis vel induſtriæ, opere; *Joſepho Scaligero*, in præclaris illis Emendationis Temporum, & Canonum Hagogicorum libris; *Paulo Petavio*, in edito rei antiquariæ ſpecimine; *de Begarris*, Gallorum tum celebri quoque antiquario, in collectionibus ejus & explanationibus veterum numiſmatum ab eo ſcriptis, neque tamen divulgatis; *Fabricio Peireskio*, celebratæ ac immortalis, in conquirendis, verſandis, & communicandis eruditæ cujuſvis antiquitatis monumentis, famæ viro; *Jacobo Sirmondo*, a quo Collegii apud Pariſienſes Claromontani numiſmata ſunt primum coacervata, quique neminem ſuo judicio vere doctum, citra veterum inſcriptionum & nummorum peritiam, ut id aliquoties in Gallia ab Ægidio Menagio, notæ eruditionis ac celebritatis viro, accepi, dicere erat ſolitus. Acceſſit mox, & qui cum eodem Sirmondo, de *Perperenorum* nummo, editis utriuſque ea de re libellis, diſceptavit, nobilis *Joannes Triſtanus Sanctamantius*, qui operoſiori, quam factum hactenus fuerat, apparatu, & ſingulari diligentiæ, induſtriæ, ac ſolertiæ laude, plures & præclaros utique Romanorum Cæſarum & Auguſtarum nummos protulit, & Græcos quidem plurimos, ampliſque

In Bruto c. 69.

pliſque ac eruditis commentationibus, & de quibus alius occurret dicendi locus, lingua vernacula explanavit. Primus utique, quam laudem ei haud denegandam fateberis, parum excultam antea a veſtratibus aliarumque gentium antiquariis, ac inde latentem adhuc in Græcis illis Cæſarianorum temporum nummis præclaram rerum ac antiquitatum ſylvam detexit, ac pro virili parte, etſi non pari ſemper ſucceſſu, aut eo dictionis, quem decuit, nitore, vel idoneo notationum delectu, plurimum illuſtravit. Neque minus hanc memoriam exornarunt nuper in eadem gente, quod coram nobis, dum haud una ibi legatione, & diviſis quidem temporum intervallis, ſumus defuncti, abunde conſtitit, viri vel eo nomine ſæculorum memoria digni. Quales equidem primo loco hic dicendi veniunt, duo Regii ſanguinis traduces, ætate quidem longe diſpares, incredibili vero in has antiquitates propenſione, haud minus ac ſanguinis jure hic conjungendi, HENRICUS BORBONIUS, Dux Vernolii, tum adhuc ſuperſtes, ſed jam octogenario major; ac generoſæ & erectæ ſupra ætatem indolis, LUDOVICUS AUGUSTUS BORBONIUS, Dux Cenomanienſium. Juvat enim meminiſſe, quam cupide ac humaniſſime ab utraque, illa HENRICI IV. hac LUDOVICI XIV. excelſa ſtirpe, ad eorum inſtructiſſima veterum nummorum penu Cimeliarchia non ſolum patuerit mihi aditus; ſed iidem etiam nummi ſingulatim ſint mihi ab iiſdem oſtenſi. Quod beneficium mihi quoque olim impertivit conſultiſſimus divini atque humani juris, *Gulielmus Lamonius*, Senatus, Pariſienſis Princeps, & poſt ejus fata, filius, paternæ virtutis gloriæque hæres; tum præterea inter Summos Ærarii Curatores adlectus, probatæ pridem fidei ac induſtriæ, mihique materna adfinitate coujunctus, illuſtris *Sevius*; aut non Ærarii ſolum, ſed præcipuarum regni curarum Adminiſter, fama fortunaque celeberrimus, *Joannes Baptiſta Colbertus*; hujuſque filius eodem laudis ſtudio haud parum incenſus, Marchio *de Segnelay*; aut qui ingenium illuſtre ſanctioribus dein ſtudiis dedidit, *Ludovicus Henricus Lomenius*, Briennæ Comes; aut merito inter ſupremi, quod aiunt, Conſilii Præſides adlectus, *Theodorus Bignonius*, magni Hieronymi filius; aut Æduorum Senatus, una cum *Jo. Baptiſta Lantino* & *Philiberto de la Mare*, lumen nuper ac ornamentum, *Boherius*. Equidem mea etiam exſpectatione majorem animo cepi voluptatem, cum viderem coram non ſemel, viros, cum auctoritate, tum ſapientia, aut ingenii laude florentes, omnem hanc ſupellectilem ex auro, argento, ære, elegantiorem ſtudioſe comparare; domos eadem habere inſtructas, quæ, quod de Principe Mamertinorum Tullius, non domino magis ornamento ſint, quam civitati. Neque vero opus apud te prædicare virum utrique noſtrum cum amicitia, tum ſtudiorum id genus communione, dum ſuperſtes eſſet, conjunctum, eundemque nuper Gallorum conſenſu Principem in hoc elegantiæ genere, *P. Seguinum*, D. Germani Altiſſiodorenſis Decanum; tum laudatum ab eodem, ei cognatione & amicitia junctum, *Stephanum Mazureum*, cujus ſtudio & diligentia deberi ait, ut plurimum, quidquid eſt pretio aut raritate apud Gallorum Antiquarios conſpicuum. Adde hiſce veterum monumentorum, ac inter ea nummorum quoque ſumme peritos, *Raphaelem Triquetrum du Freſne*, cujus exſtat de Numiſmatibus inferioris ævi Diſſertatio, & de Charondæ nummo ad eundem Seguinum Epiſtola, tum Seguini ad eum de Nummo Britannici: item alium *Carolum du Freſne*, ſed ſub nomine *Du Cange* vulgo notiorem, editis autem Byzantinorum Cæſarum

Sel. Num. p. 176. prim. edit

numiſmatibus, præter alia ſingularis diligentiæ ac eruditionis opera, clariſſimum : & qui denique quantum in veterum numiſmatum auctoritate ac fide foret ſitum, in Diſſertatione Hypatica, & Critica Baroniana, luculenter oſtendit, *Antonium Pagi*. Quibus accedunt non magis Gazæ & Bibliothecæ Regiæ cuſtodia, quam præclaris animi ac ingenii dotibus ſpectatus nuper *Carcavi*; & cui eadem admirabilis Gaza, poſt ejus obitum fuit feliciter credita, *Petrus Raiſſantius*; aut S. Genovefæ Canonicus, ac luculenta Muſei ejuſdem antiquarii editione nobilitatus, *Claudius de Molinet*. Adde veteris quondam Romanorum coloniæ, quod nummi ejus etiamnum nos docent, Nemauſi, duos cives, editis aliquot veterum nummorum explicationibus commendatos, *Gaillardum Guiranum*, Conſiliarium ibidem Regium, quique de nummis veterum peculiare inſuper opus, & cujus recenſet lemmata, a ſe confectum, ſed quod nec dum divulgatum novi, ibidem tradidit; & *Franciſcum Graverolum* J. C. haud ita pridem defunctum. Neque vero vulgarem laudem hic merentur, qui hanc ſpartam publicis monumentis, ac intento, dum viverent, ſtudio, egregie ac diligenter omnino, quamquam prior ferme extra Galliam, nuper exornarunt, *Carolus Patinus*, & *Jacobus Sponius*. Ne ſuperſtites tangam in eadem gente, hac etiam laude famaque illuſtres; vetuſtate nempe familiæ ac amplitudine muneris digniſſimum Senatus Pariſienſis Principem, *Achillem Harlæum*; tum vel ob inclytam Parentis in proſperis ac adverſis, Nicolai Foulketi, famam, haud hic prætereundum, *Comitem de Vaux*; aut ſupplicum Libellorum Magiſtrum, ac Regium rei judiciariæ in inferiori Neuſtria Præfectum, *Nicolaum Joſephum Foucautium*; cujus inſtructiſſimum hoc omni cimeliorum genere, ac e multis ditibus id Genus Gazis locupletatum theſaurum, uni in Gallia Regio inferiorem, præcipuis autem in Europa Cimeliarchiis merito comparandum, cum nuper in ipſa Gallia, eodem mihi luculentum ejus rei indicium faciente, percepi; & ex præmiſſa ad eum ab idoneo utique horum arbitro, & de quo mox, J. Vaillant operis ſui de Græcis Imperatorum Romanorum Nummis Epiſtola, licet aliis quoque adſequi. Cujus autem theſauri opportune cuſtos acceſſit, ſingulari itidem omnis hujus æris peritia, & Orientis linguarum cognitione clarus inſuper *Antonius Gallandus*: commemorandi ſimiliter, eadem & multiplicis doctrinæ laude, ac nummorum quoque veterum, nec Samaritanorum ſolum, de quibus jam ante, uſu ac tractatione merito celebratus, *Nicolaus Toinardus*: Regiæ vero, illiuſque admirabilis Gazæ cuſtodia digniſſimus *Oudinetus*; Regius præterea Rupefortii in Gallia Præfectus *Begon*; aut Maſſiliæ, *J. Petrus Rigord*; aut Senator Aquiſextenſis de *Maſangues*: iique tres poſtremi collectione & notitia omnis hujus antiquariæ ſupellectilis mihi ſæpe, dum noviſſime in Galliis agerem, commendati aut vero dictis etiam in hoc ſtudiorum ac eruditionis genere Diſſertationibus, ſed quos videre necdum mihi hactenus contigit, laudatus in eodem Galliarum tractu, Arelatenſis Patronus *Terrin*. Ne illos hic adhuc præteream, mihi in ſuperiori vel noviſſima adhuc illa mea in Galliam publica miſſione, notos, Apamienſem nuper Epiſcopum, nunc Marcelli Abbatem, *Franciſcum de Camps*, vulgata maximæ formæ Numiſmatum, ſeu *Medaglioni* vulgo, congerie, & Cl. Vaillant in eadem commentario celebratum; aut *Franciſcum de la Chaize*, e Societate Jeſu, Regi autem a Confeſſionibus, ſummum horum ſtudiorum amatorem; aut ex eorundem Sacerdotum ordine, ac editi elegantis de antiquis nummis libelli auctorem, *P. Joubertum*; aut ex

Vid. Vaillant. Præfat. ad Colon. Romanor.

eadem

eadem inſuper ſocietate, *P. Chamillard*; tum, qui ſolers ingenium, neque vulgari eruditione perpolitum ad has quoque antiquitates illuſtrandas contulit, *Joannem Harduinum*; aut adnumerandos hic inſuper cum D. Thomæ ad Luparam Canonicum, *Franciſcum Dronium*; tum eruditorum nuper quaquauerſum amicitia, editis etiam aliquot in hoc ſtudiorum genere ſpeciminibus, florentem, mihique amiciſſimum, *Abbatem Nicaſium*; aut e Patronorum Pariſienſium claſſe, vulgatiſque, quæ ad antiquitates haſce illuſtrandas pertinent, eruditis aliquot lucubrationibus, *Carolum Cæſarem Baudelot*. Neque vero ea laude defraudandi veniunt, qui vel de nummo GALLIENÆ AUGUSTÆ; vel de QUATUOR GORDIANIS, qui conſignentur in veteribus nummis; aut de MAGNIA URBICA, ac de NIGRINIANO, (ſed quas poſtremis necdum videre mihi contigit) commentationes diuulgarunt, *P. de Valemont, du Bos*, ac *Genebrier*. Adde denique ex Aſclepiadarum numero, poſt plures alios haud unius gentis Medicorum filios, nempe *Jacobum Stradam, Sambucum, Lazium, Piſonem, Occonem, Nonnium, Sauotum, Chiffletium, Capponi, Carradorum, Malpighium, Patinum, Sponium, Volckamerium, H. Meibomium, Danielem Maioris, Wedelium*, & de quibus mox, Britannos, *Charletonium, Sloane, Nicholas*, alioſque, (ut vix plures ex alio doctorum ordine, has antiquitates excoluerint, editiſue monumentis illuſtrarint) virum etſi poſtremo hic memoratum, inter primos tamen hac ætate & peritiſſimos veterum nummorum cultores ac interpretes iure ſuo referendum, de iis utique præclare ac luculenter haud uno opere meritum, ac merentem quotidie, *Joannem Vaillant*.

BRITANNIA quoque eiuſdem laudis gloriæque æmulatione incenſa, CAROLUM I. Regem, hac omni veterum elegantia ac memoria ſe oblectantem; *Buckinghamiæ* preterea *Ducem*, ac *Arundeliæ Comitem*, primarios Regni viros; *Robertum* item *Cottonum*, alioſque huius antiquæ ſupellectilis ſedulos ac indefeſſos ſcrutatores etiamnum recordatur. Hinc præclarum illud viri inter Britannos doctrina præſtantis de Jacobæis Hortis vulgatum alicubi teſtimonium: *quem locum, ſi vicinam Pinacothecam, Bibliothecæ celeberrimæ coniunctam, ſi* NUMISMATA ANTIQUA GRÆCA & ROMANA: *ſi ſtatuas & ſigna ex ære & marmore conſideres, non immerito Theſaurum antiquitatis, & τα μαλιστα inſtructiſſimum nominare potes*. Relictam vero a laudato modo *Cottono*, ac memoratam haud ſemel a doctiſſimo *Seldeno*, (qui quantum quoque priſcis nummis tribueret, abunde haud uno in opere oſtendit) penum nummariam licuit mihi Londini pridem, ubi publico nomine primum in eandem, ante plures annos, adpuli, beneficio Nepotis, auitæ laudis traducis, contemplari. Qua inſuper veterum nummorum ſupellectile inſtructum vidi *Clarendonii Comitem*; tum haud vulgari eorum æſtimatione iam accenſum, excellenti autem ac recondita doctrina illuſtrem, *Aſaphenſem* tum, nunc *Wigornienſem Epiſcopum Loyd*. Is utique exquiſitum Chronologiæ veteris opus, breui, quod ab eo pridem litteratus orbis impenſe flagitat, diuulgandum, ex hiſce quoque veterum nummorum ſubſidiis accurandum ſibi ac elaborandum vel maxime, præclaro utique & ſalutari conſilio, cenſuit. Quod autem (ut de præſtantiſſimo eius filio *Gulielmo Loyd*, variorum id genus & optimæ notæ cimeliorum poſſeſſore ac intelligente, nihil hic dicam) *Joannis Maſſon*, eruditi quoque & clari iam his artibus, quique doctiſſimo Antiſtiti eſt a ſacris domeſticis, in iis Latino ſermone, patrio quippe ſeu Anglico conſcriptis, donandis opera & calamo, lucem, Deo dante, publicam tandem adſpiciet. Quibus addendi omnino hic venturt ex eodem ſacro Britannicorum Antiſtitum ordine, inſigne hodie

BRITANNORUM.

Patritius Junius in Notis ad Epiſtol. Clementis ad Corinthios.

eorum

eorum lumen, *Eboracensis Archiepiscopus Sharpius*, ut omni alia laude, ita veterum ac præstantium nummorum copia usu, ac notitia haud vulgari inclytus; tum qui præter alia quoque decora, id genus cimeliis multum tribuit ac indulget, *Carleolensis Episcopus Gulielmus Nicholson.* E politico autem Britannicorum Procerum ordine, commemorare mihi insuper licet, aut *Comitem Peterborow*, dum supereſſet, primum Regis Jacobi II. Cameræ, ut aiunt, Præpositum; qui insigne e Gemmis Nummisque antiquis museum summo studio nec leuibus impensis ornauerat; aut *Excestrienſem Comitem*, nuper admodum, dum ex Italia mercibus id genus antiquariis, iisque luculentis, quibus capi inceperat, onustus in patriam redit, in Gallia defunctum: aut superstitem etiamnum in hac gente, ac ut diu superſit, & gentis & horum studiorum interest plurimum, *Pembrochiae Comitem.* Is enim non solum, ut de eo iam ante, singulari delectu ac industria collecta id genus veterum ac insignium nummorum, Græcorum imprimis, qui extra Cæsarianorum nummorum classem, iis quippe ut plurimum vetustiores, solent constitui, cimelia, maiori, quam alibi ferme videas, si unam vel alteram Gazam Regiam, aut Mediceam mittam, copia possidet; sed qui insuper rara, nec facile in iis obuia, qui ætatem in hisce antiquitatibus versandis & excutiendis triuere, seu quibus hoc opus hic labor est, felicitate, eadem, quod nobis haud semel effusa eius humanitate constitit, interpretari nouit & explanare. Huius quoque penus veterum nummariæ illustribus in Anglia cultoribus, adnumerandi insuper ex eius Proceribus, *Comites Winchelsey* & *Abingdonius*; quodque mihi abunde, dum in splendidis campestribus eius ædibus nuper agerem, constitit, *Vicecomes Weymouth*; & ampla veterum ac Romanorum potissimum nummorum collectione instructus. *Baro Haruey.* Neque defuerunt, aut desunt adhuc alii eruditæ huius mercis hic in Britannia æstimatores; sicut visus Londini ante plures annos, qum publico nomine primum iterumque ad Regem CAROLUM II. dein ad JACOBUM II. ablegarer, Fecialis Armiger *Ashmolius*; sed cuius museum veterum nummorum cimeliis egregie instructum, quodque videre mihi ac versare contigerat, ferali incendio consumptum dein dolui. Ut sileam de conspecto a me iisdem temporibus in Oxoniensi Bibliotheca, præclaro veterum numismatum promptuario; tum de laudatis ab huius memoriæ luculentis prœconibus, Vaillant ac Morello, tribus Britannis insignium nummorum possessoribus, *Medham*, *Falknero*, & *Gaillarth.* Ut iis nunc addam, qui Gazæ Mediceæ custodia olim inclaruit, ac de quo iam ante, *Fittonum*; aut eruditæ cum Cl. Sponio in Græcia Asiaque peregrinationis comitem, vulgatisque ab eo compluribus, quos inde retulit, Græcorum nummis merito laudandum, *Georgium Wehlerum*; eumque, qui e legatione quam feliciter obiit, Constantinopolitana, amplam quoque antiqui ac probi æris & argenti copiam domum retulit, inuicto Regi nuper a Secretis, idemque plurimis doctrinæ, fidei, ac probitatis abundat laudibus, ac mihi haud vulgati usu coniunctus, cum ante in Anglia, tum ubi uterque in Gallis publicam sustineremus eodem tempore personam, Eques Auratus *Trombal.* Accedunt insuper priscæ monetæ in hac Britanniæ metropoli cultoribus simul & exactoribus ex Equestri similiter ordine, eiusdem diligens omnino & solers indagator ac peritus quoque interpres, amicitia etiam & prædicatione clari his artibus Morelli iam notus, sed veterum nummorum Anglo-Saxonicorum & Anglo-Danorum collectione futurus breui notior, *Andreas Fontaine*: Equitis quoque ornatissimi præclaro ingenio, neq; vulgari eruditione filius, *Christophorus Wren*; ex Asclepiadarum præterea ordine

dine memorati jam paullo ante, Regiæ Societati a Secretis, pluribus autem artibus & doctrinis conſpicuus, *Hans Sloan*; & accurata harum antiquitatum tractatione ac intelligentia commendandus itidem, *Denton Nicholas*; ejuſdemque veteris memoriæ vel elegantiæ, non ſummi ſolum, ſed periti quoque & accurati æſtimatores, *Gul. Wotton*, & *Robertus Cuninghamius*, Scoto-Britannus.

Verum, ut miſſa longiori cultiſſimarum in Europa gentium, aut ex iis inſignium omnis ordinis virorum recenſione, in illuſtri & ſingulari omnino exemplo hic tandem conquieſcam, advocanda mihi jam erit, quæ huic quoque, quod jam ſupra indicavi, commentationi anſam dedit, CRISTINA AUGUSTA. Hæc enim, ut perpolitum ac ſubactum præclaris veterum Græcorum ac Romanorum artibus ac diſciplinis ingenium; ita mirificum quoque omnis hujus priſcæ earundem gentium elegantiæ ac memoriæ amorem ex ultimo Septentrione ſecum in urbem invexit. Quod ut documentis aliis, nec obſcura utique vel tacita hujus antiqui ac precioſi peculii commendatione luculenter declaravit, & oblata quavis ejus rei occaſione profitetur; ita incomparabilis id genus nummorum Theſaurus, flagrante ſtudio, nec levibus impenſis ab ea comparatus, ad memoriam poſteritatis loquetur. Eant nunc certe venuſti & elegantiores homines, ſi qui ex iis contemptu ac ludibrio has artes, ut minus decoras, aut quaſi in ſitu & ſqualore verſantes, etiamnum proſequuntur. Si tot enim ac tantis nominibus & exemplis non adſurgunt, nihil certe de hujus adtentionis ſtudiique, in excolenda tractandave omni hac penu antiquaria, DIGNITATE; de ſua vero exiſtimatione aut verecundia haud parum forte detrahere cenſebuntur.

SUEDORUM *Reginæ.*

Altera Commendatio A VOLUPTATE.

NEQUE vero inferiorem huic elegantiæ veteri commendationem, incredibilis quædam VOLUPTAS conciliat. Quam innoxia enim illa & multiplex, immo quam ſuavis & jucunda in Nummorum id genus contemplatione, vel ipſo adſpectu prodit ſeſe continuo ac oſtentat! Non hic ego illam intelligo, quæ ex MATERIÆ pretio vel pulchritudine demum percipitur; quæ alias vel ſola in Nummorum quoque tractatione, ſingulare quoddam habet lenocinium voluptatis. Feſtiva quidem illa apud Lucianum Mercurii ſollicitudo, qui dubius in quodam conſeſſu Deorum varii operis & metalli, an materiæ vel artis prærogativam in iis ſpectaret, a Jove reſponſum refert, æquiores quidem eſſe artis partes, auro tamen vel materiæ primas tribuendas. Mitto hæc aucupia, quibus aut vulgus, aut certe cum vulgo ſapientes animæ capiuntur; erectæ autem & cordatæ mentes moveri parum conſuevere: Ἐκπλήττει γὰρ ἰδιώτην μὲν τὸ τῆς ὕλης κάλλος, τεχνίτην δὲ τὸ τέχνης αὐτῆς, *obſtupefacit quidem idiotam materia, artificem autem artificii pulcritudo*, ut ait magnus Galenus in præclaro de Uſu Partium Commentario. Noſti utique, quod fictiles olim Deos & Heroas, antiquiſſimi Majores veſtri eadem religione coluerint, qua eorum poſteri aureos illos, æreos, & gemmeos quandoque (qualem Pompeii imaginem in triumpho ejus prælatam legimus) ſunt proſequuti. Unde ferrei antiquorum Laconum, aut coriacei etiam priſcorum Romanorum Nummi, quibus uſos etiam Lacedæmonios accepimus, vix minorem hodie gratiam aureis & argenteis recentiorum temporum, apud multos harum rerum æſtimatores conſequerentur. Quod de plumbeis etiam nummis dicendum

I. A MATERIA *Nummorum.*

In Jove Tragœdo.

Lib. V. p. 403. Ed. Gr. Baſil.

Plinius lib. XXXVII. c. 2.

est, (etsi eos e *mercium* numero, quæ emi vendique possent, eximat, ut supra vidimus, Ulpianus) cujusmodi adhuc superstant in Græcia olim, vel in Sicilia cusi, ac inter nummos etiam Familiarum Romanarum. Quamquam nec amovenda sit ab hoc loco, ut indecora aut minus opportuna omnis e Materia veterum nummorum delectatio; dum vel Electri veterum, vel Æris illius Corinthii, quo ad insaniam usque Romani, veteres delectabantur, obvius adhuc in nummis adspectus nonnunquam spectatur:

Leg. IX. §. 2. D. de Leg. Corn. de Falsi.

Æraque ab Isthmiacis auro potiora favillis.

Statius lib. II. Sylv. 2.

Laudat alicubi Plutarchus æris in statuis quibusdam colorem floridum, situi ac ærugini haud obnoxium. Talis utique in hac veteri Nummorum supellectile cum singularis cujusdam venustatis laude, spectatores sæpius adficit ac delectat. Ita ut hic quoque locum habeat, quod de cælatis operibus jam olim agnovit Plinius, *ut alibi ars, alibi materia esset in pretio:* immo utraque etiam manifesta & frequens in antiquo hoc peculio reperiatur.

De Pyth. Oracul. p. 395.

Lib. XXXIII. cap. 1.

II

Ob ARTIS *præstantiam.*

Potiores tamen partes illa ARTIS commendatio sibi vindicat hoc loco, quæ ut in omni elegantiæ genere spectabilis, ita hic quoque singularis & admiranda frequenter occurrit. Unde illud Plinii, *æs confusum auro & argento miscebatur, attamen* ARS PRETIOSIOR. Legisti procul dubio apud Dionem oris aurei, ut ille voluptatem ex conspectu statuæ Jovis Olympii magnifice alicubi extollit; ut non homines solum, sed bruta etiam illius spectaculo adfici, immo adflictis malorum oblivionem conciliari statuit; illamque virtutem incredibilem, non auro, vel ebori, ex quibus constabat illud Phidiæ miraculum, sed divinæ cujusdam artis præstantiæ continuo adscribit, *tale lumen* (ut Romanis cum verbis loquentem inducam) *& tanta gratia illi ab arte inerat.* Gemina plane in hunc sensum, & commendationem hujus simulacri apud Galenum legas loco supra laudato. Neque vero id continuo mirabitur, qui noverit haud aliam contemplationem, non hujus solum, sed omnium retro ætatum oculos vel mentes expleviſſe lubentius, quam ubi Ars suam cum Natura æmulationem, ad ejusdem non contemptum vel interitum, sed ad restaurationem potius & propagationem, omni opera convertit. Quo spectat illud elegantissimi Arbitri: *Protogenis rudimenta cum ipsius naturæ veritate certantia, non sine quodam horrore tractavi.* Unde factum, ut felix illa hujus almæ Parentis imitatio dicam, an provocatio, ad summum fastigium paulatim evecta, in varias quoque similitudinum formas, plasticam; statuariam; picturam; encausticam; cælandi, signandique artem, magno laudatissimarum gentium, sed Græcorum potissimum consensu ac peritia diffusa fuerit & traducta. Quum vero in quovis hujus memoriæ genere, singularis veterum vel industria, vel felicitas fuerit; hinc non immerito quidquid ex ea penu ad nostra usque tempora incolume transiit, summam jucundissimæ delectationis materiam præbet. In ea vero lauta, & beata supellectile, eo majori quoque voluptate, aut admiratione continuo perfundimur, quo Artis elegantiam major quædam, qualis etiam in Nummis frequenter occurrit, ejusdem subtilitas probat. Adeo ut non extra dubium sit omnino, quod apud Plinium juniorem nuper legebam, Statuas, Signa, Picturas hominum decoras, animalium quoque & arborum, nihil magis quam amplitudinem commendare. Nec enim aut Timanthi Cyclops, aut Myrmecidis quadrigæ;

Orat. XII. p. 269.

Lib. X. Epist 20.

drigæ; aut Callicratis formicæ; aut Pauſii tabellæ; aut Pyrrhi Achates, ſeu gemma, in qua novem Muſæ & Apollo cum cithara, aliaque opera, compendio minus quam præſtantia artis, apud veteres celebrantur, vel inferiorem æſtimationem mole ſua ſpectabilibus ſignis aut tabulis pictis conſecuta ſunt. Quo loco illud utique haud reticendum, quod quum ab Alyatti Lydorum Rege, dedicatum Delphis grandem craterem argenteum dixiſſet Herodotus, alterumque inſuper e ferro parvulum; addit continuo, hunc *inter omnia apud Delphos donaria* (quorum tamen ingentem fuiſſe ex auro & argento copiam aliunde conſtat) *ſpectatu maxime dignum exſtitiſſe*, Θῶμα ἄξιον πρὸς πάντων τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων. De Signis vero audiatur Cicero: *Erant præterea in ſacrario*, nempe Heii Mamertini, *duo ſigna* NON MAXIMA, *verum eximia venuſtate*. Ita Protogenis tabulam, magnæ quidem amplitudinis & elegantiæ, illis tamen Apellis ſummæ tenuitatis lineis potiſſimum nobilitatam legimus; & auctore eodem Plinio ſeniore, Phidiam non magis Jovis illius Olympii, aut Minervæ ingentia ſimulacra, quam in hujus ſcuto Amazonum vel Gigantum cum Diis prælia expreſſa, & in ſoleis Lapitharum & Centaurorum certamina commendarunt. Quod ipſum de præſtanti illo artifice tradit Imperator Julianus, cum non ſolum celebritatem conſequutum ex imagine Olympiaca, aut Athenienſi; verum etiam quod in exigua ſculptura magnæ artis opus incluſerat: qui & in eadem Epiſtola gemmam quandam ſingularis operis inſigniter laudat, in qua Alexander ex equo venans, ad unguis magnitudinem mirabiliter erat expreſſus. Idem quoque Theodoro præſtantiſſimo artifici evenſſe accepimus: *qui dum ipſe ſe ex ære fudit, præter ſimilitudinem mirabilem, fama magnæ ſubtilitatis celebratur.* Nempe, quod tangit ibidem Plinius, minoribus ſimulacris ſigniſque innumeram prope artificum multitudinem fuiſſe olim celebratam conſtat. Enimvero ſupremos quaſi artis conatus illa opera haud immerito judicarunt, in quibus plus intelligitur revera, quam pingitur; ac ut ejuſdem Auctoris verba huc detorqueam, quum ars ſumma ſit, ingenium tamen eſt ultra artem. *Mirus profecto homo*, inquit in ſimili argumento Madaurenſis Philoſophus, *imo Semi-Deus, vel certe Deus, qui magnæ artis ſubtilitate tantum efferavit argumentum.* Unde Gigantum oſſa, aut Solis, vel Commodi Coloſſea capita minus forte hodie nos delectant; quam expreſſa horum in Gemmis & Numiſmatibus, exigua quidem illa & tenuia, ſed ſingularis cujuſdam & divinæ præſtantiæ ſimulacra. Hinc de illis idem Plinius: *Gemmæ ſuperſunt, & in arcto coarctata rerum naturæ majeſtas, multis nulla ſui parte mirabilior, ad abſolutam rerum naturæque contemplationem una aliqua gemma ſufficiens.* Neque aliter commendatum alicubi a Galeno videas ſuæ ætatis artificem, a quo Phaëton cum quadrigis annulo ita erat ſcite inſculptus, ut cujuſque equi & frœnum, & os, & dentes ac pedes anteriores pulcre dignoſcerentur. Gemina vero plane hæc Nummorum laus, in quibus expreſſas juxta & coarctatas ſimilitudines varias, ſingulari cum voluptate, & induſtriæ non vulgaris commendatione, periti hujus arbitri & æſtimatores paſſim contemplantur:

Vid. Plin lib. XXXV. cap. 10 11. & lib. XXXVI. c. 5.

Lib. I. cap. 25.

In Verrem. IV. cap. 3.

Plin. lib. XXXV. c. 10.

Lib. XXXVI. cap. 5.

Epiſt. VIII. p. 377. Edit. ultima Lipſ.

Plin. lib. XXXIV. c. 8.

Apul Metam. lib. VIII.

Lib. XXXIV. cap. 8.

Lib. XVII. de Uſu Part. pag. 556. Ed. Græc. Baſil.

Tantus honos operi, fineſque incluſa per arctos
Majeſtas!

Statius lib. IV. Sylv. 6.

Quo referri poteſt illud Plutarchi: ὥσπερ ἐν ἢ τῶ νομίσματῶ ἀξία πλείων ἐν ὄγκῳ βραχυτάτῳ

In Phocione p. 743.

μεγαλύτατον δυνάμιν ἴσχει, *ſicut Nummi etiam æſtimatio magnam in exiguo pondere vim habet.* Adeo ut in præſtantiores ex iis Nummos, optime meo judicio cadat, quod de quodam Apellis opere olim dictum, *plura oſtendere verius quam promittere:* immo forte quidquid de vocali Memnonis ſigno; Hectoris apud Ilienſes ſtatua, ſpectatores ad tangendum provocante; Myronis & Praxitelis operibus, tanquam ſpirantibus ſingulis, apud [a] Plinium, aut utrumque [b] Philoſtratum, additumque eis [c] Calliſtratum legimus; & de quibus in genere divinus Vates.

a Lib. XXXVI cap. 8. Lio. XXXVI. c. 7.
b In Iconib. & Heroic. p. 635.
c Pag. 875.

Stabunt & Parii lapides, ſpirantia ſigna.

Hanc laudem certe plurimi ſibi vindicant etiamnum ſuperſtites Græcorum, & Siculorum vel imprimis, ac Italiæ veſtræ, ut *Neapolitanorum, Poſidoniaton, Veliton,* & *Tarentinorum* nummi, aliique venuſtate non minus, quam vetuſtate ſpectabiles. *Romanorum* vero ea laus quoque ſingularis, quorum nummi ab Auguſto ad Antoninorum uſque & Severi etiam Alexandri tempora, magna cum artis & elegantiæ admiratione, ac in omni metallorum genere varietate, (ne jam magnitudine quoque ſpectabiles tangam) intuentium oculos oblectant:

Statius lib. I. Sylv. 3.

Vidi artes, veterumque manus, variiſque metalla
Viva modis, labor eſt auri memorare figuras.

Infra eam ætatem venuſtas illa, ut fateor, defecit, & una quaſi cum Imperio Romano conſenuit; ita ut ab uſibus aliis potius, quam ab elegantia commendationem mereantur pleraque ſequentium Cæſarum Numiſmata. Nec omni tamen voluptate ſpectatorem plane defraudant, qui delectum aliquem in iis habendum meminerit, nec Nicomachum infeliciter fuerit æmulatus, *qui multas gemmas habuiſſe traditur, ſed nulla peritia electas.* Perierat Plinii ætate æris fundendi ſcientia, immo ars quoque argentum cælandi; nec minus proinde, eodem auctore, attritis etiam, & quæ diſcerni non poterant cælaturis, pretium & voluptas illa ætate conſtabant.

Plin. Lib. XXXVII. c. 1.
Lib. XXXIV. cap. 2.

III
Ob ILLUSTRIUM *virorum Imagines.*

Eandem tamen ex Nummis delectationem, præter *Materiæ,* aut *Artis* elegantiam, quam poſtremam non omnes forte perinde capiunt, tot ILLUSTRIUM *Imagines* in iis conſpicuæ, mirum in modum augent & extollunt. Nobilitata quidem legimus aliquot præſtantiſſimorum artificum opera, ſolis induſtriæ illecebris; niſi aliquis aut temulentæ mulieris, aut canis vel formicæ conſpectui, novum aliquod & ſingulare voluptatis genus ineſſe arbitretur. At quam decoræ, nec alibi etiam obviæ contemplationis ſpeciem Nummorum veterum tractatio, vel adſpectus præbet? Convenio hic ego te, OCTAVI jucundiſſime, utrum ſuavius aliquod ex omni veterum ſupellectile ſpectaculum, aut mente poſſit fingi, aut oculis uſurpari, quam tot veteris memoriæ Heroas, & illos Orbis olim Dominos, Nummorum beneficio ſuperſtites & ſpirantes videre; vultus ſaltem illorum & ora, poſt tot ſæculorum decurſum, coram adhuc intueri?

Plin. Lib. XXXIV. c. 8. & lib. XXXVI. cap. 4.

Claudian. in II. Conſulat. Stilich. v. 11.

Os ſacrum, quod in ære colis, miraris in auro
Cerne libens.

Rudera

Rudera utique varia, aut aliæ vetuſtatis reliquiæ, quæ certe non leuiter hic me delectant, præ hac tamen voluptate, ut ingenue fatear, vileſcere mihi quodammodo videntur. Haud ignoras utique OCTAUI iucundiſſime, quæ anxia veterum cura & ſollicitudo fuerit, ut præſtantium ciuium aut deceſſorum ſuorum imagines domi haberent expreſſas; ut illo amiſſæ virtutis vel ſolatio, vel recordatione ſe oblectarent non ſolum, ſed excitarent. Hinc illæ ſimilitudines, quæ primo, teſte Plinio, illuſtrem ob cauſam exprimi tantum ſolitæ, propagatæ paulatim diffuſius; ita ut clarorum hominum effigies in Templis, Atriis, Liminibus, Cubiculis, Bibliothecis, aliiſque publicis & priuatis locis certatim tandem intueri daretur; nempe Lib. xxxv. c. 4.

Tot ſaxa imitantia vultus,
Æraque, tot ſcripto viuentes lumine ceras. Statius lib. III. Sylu. 5. v. 94.

Adeo ut honorem illum, non clientes ſolum Patronis, Magiſtris diſcipuli aut Maioribus nepotes, ſed priuatis etiam Principes frequenter exhiberent: quod Varroni adhuc viuenti ab Aſinio Pollione primum tributum narrat idem Plinius; defunctis vero præclaris ciuibus ab ipſis quoque Cæſaribus ſubinde factitatum accepimus. Commemoratur certe inter alia Auguſti decora, quod memoriam illorum virorum, qui imperium populi Romani e minimo maximum reddidiſſent, impenſe coluerit, & ſtatuis aliaque ratione renouari curauerit. Quæ inſignium virorum veneratio Alexandrum Seuerum intimius adhuc adfecit; qui non ſolum deceſſorum ſuorum, ſed Ciceronis, Virgilii, aliorumque id genus Semonum imaginibus, non in foro, iam vel in atrio, aut vero in bibliotheca, ſed in ſecundo lario adſeruatis ſacra etiam facere conſueuerat. Haud minus flagrarunt hoc ſtudio, duo clariſſima litterarum ac urbis lumina, Varro & Atticus, qui præſtantium virorum imagines, libris ſuis complexi leguntur, ut poſteris iidem & ubique conſpiciendi traderentur. Nec te effugit, opinor, ut geminum illud ſtudium in Capitone ſuo extollat alter Plinius: *Eſt*, inquit *omnino Capitoni in uſu claros colere; mirum eſt, qua religione, quo ſtudio imagines Brutorum, Caſſiorum, Catonum domi, ut poteſt, habeat.* Unde factum noſti, ut *nobiles* dicti ſint *homines multarum imaginum*; *ignobiles* vero, qui *imagines non habebant*, nec *imagines maiorum* poterant oſtentare, ut de ſe non ſemel profitetur nouus homo Marius in hiſtoria Jugurthina. Neque enim promiſcuum fuiſſe *ius* illud *imaginum* apud Quirites veſtros, ſed curulium Magiſtratuum proprium; licet aliunde ex Tullio colligere, qui de ſua ædilitate loquens, conſequutum ſe docet, [a] *togam prætextam, ſellam curulem,* JUS IMAGINIS *ad memoriam poſteritatemque prodendæ*; & quomodo a Liuio de Anco Martio Rege dicitur, [b] *nobilemque una imagine Numæ eſſe.* Has autem imagines poſitas ſubinde in ultima ædium parte docuit nos præ aliis [c] Valerius Maximus. Ut iam nec mirum videatur, quod de Epicuri diſcipulis narrat alicubi idem [d] Tullius, eos Magiſtri imaginem in tabulis, annulis, poculis expreſſam habuiſſe. Quod ipſum quoque Meletio Antiochenſi Antiſtiti, contigiſſe obſeruo apud Chriſtianorum [e] Tullium; qui haud aliter eius imaginem in annulis, cælaturis, poculis, parietibus, ubique tandem, ab Antiochenſibus depictam aut cælatam commemorat. Lib. VII. cap. 30. Sueton. in Auguſt. c. 31. Lamprid. in Alex. Sev. c. 31. Plin. lib. XXXV. cap. 2. Lib. I. Ep. 17. a In Verrem. V. cap. 36. b Lib. I. cap. 34. c Lib. V. c. 8. d Lib. IV. de Finib. cap. 3. e Chryſoſt. Homil. LXXXVII. in S. Melet. T. V. pag. 538. Edit. Sauil.

Nec inanis utique ea VOLUPTAS, quæ in magnorum hominum contemplatione poſita, aut vacua pulcherrimo fructu cenſeri debet. Conſulere maiorum imagines Pætum ſuum iubet alicubi [a] Cicero, ut virtutis incitamentum, & gloriæ præmium. Audi eundem pro Archia: [b] *Quam multas nobis Imagines non ſolum ad intuendum, verum etiam ad imitandum fortiſſimorum virorum expreſſas ſcriptores & Græci & Latini reliquerunt; quas ego mihi ſemper in adminiſtranda*

2. *Illius* VOLUPTATIS *e nummis ad genus* ILLUSTRIUM *ratio.*

a Lib. IX. Ep. Fam. 21. b Cap. 14.

Republica proponens, animum & mentem meam ipſa cogitatione excellentium hominum conformabam. Princeps autem Romanæ hiſtoriæ in bello Jugurthino: *Nam*
Salluſt. cap. 4. *ſæpe audiui Q. Maximum, P. Scipionem, præterea ciuitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere, cum maiorum Imagines intuerentur, vehementiſſime ſibi animum ad virtutem accendi: ſcilicet non ceram illam; neque figuram tantam vim habere; ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere.* Un de laudatus ille paullo ante Alphonſus, Cæſaris adſpectu ex Nummis non oblectari ſe ſolum mirum in modum, ſed ad virtutem quoque continuo accendi prædicabat.

Meminiſti forte diſſerentem in Academiæ ſpatiis Ciceronem (libenter enim principis ingeniorum, tibique familiaris, auctoritate utor & exemplis) quantum adfici ſolitus fuerit conſpectu illorum locorum, in quibus clari homines mul-
De Finib. lib. V. cap. 1. tum fuerant verſati: *Venit enim,* inquit, *mihi Platonis in mentem, quem accepimus primum hic diſputare ſolitum; cuius etiam illi hortuli propinqui, non memoriam ſolum mihi adferunt, ſed ipſum videntur in conſpectu meo hic ponere: hic Speuſippus, hic Xenocrates, hic eius auditor Polemo, cuius ipſa illa ſeſſio fuit, quam*
Cap. 2. *videmus.* Fatetur etiam ibidem illud uſu venire, ut acrior quædam & adtentior, ob memoriam locorum, de claris viris ſubeat cogitatio; & refert ſe Metapontum aliquando profectum, non ante ad hoſpitem diuertiſſe, quam Pythagoræ locum, ubi vitam ediderat, eiuſdemque ſedem vidiſſet. Nec diuerſum tale quid ad Urbem adeuntibus quotidie contingit, ſi qui veteris memoriæ plane non ſunt incurioſi; qui, quod ille de Athenis, ita quocunque hic ingrediuntur, ſe, ut Tul-
Ibidem. lianis adhuc verbis utar, *in aliquam hiſtoriam veſtigium ponere* non ignorant: hac Scipio; hac Cæſar, curru Capitolium ingreſſi: hic Cicero pro Roſtris perorabat. Quod ſi tamen res accuratius ſubducatur, quis non illud imitationis ſtudium, quod in hoc ipſo ſpectaculi genere requirit ibidem Cicero, contemplationi vultus eorundem hominum, potius quam nudæ loci memoriæ, aut ſedilis adſpectui tribuat? quorum alterum nullum rei geſtæ veſtigium, aut aliquam viri notitiam præbet; alterum, ipſum auctorem præclari facinoris aut conſilii, vere in conſpectu ponit, *ſic vultus, ſic ora ferebat.* Quomodo alibi viſam a ſe Demoſthenis ex ære imaginem apud Brutum
Orator. cap. 31. idem commemorat: *Demoſthenes quidem, cuius nuper inter* IMAGINES *tuas ac tuorum (quod eum credo amares) cum ad te in Tuſculanum veniſſem, imaginem* EX ÆRE *vidi.* Neque enim quempiam opinor, thorax vel equus fortis ducis inſpectus (qui tamen ad victoriam momentum aliquod conferunt) ad bellicam virtutem accendent, ut ipſius ducis armati & equitantis poſita ob oculos effigies; neque etiam Pythagoræ ſedes, ut ſedentis eiuſdem in Nummis habitus, ſapientiæ amorem valebit excitare. Nec id diffitebitur omnino, qui expreſſam videt in monumentis id genus, ipſam antiquæ clarorum hominum virtutis, & magnitudinis imaginem: adde, cui e phyſiognomonum obſeruationibus ac ſcitis, de eorum indole ac moribus datur inde coniectare, aut etiam
Heroic. pag. 689. iudicium ferre. Quo in loco ſubit me recordatio Phœnicis illius apud Philoſtratum, qui in Vinitoris cuiuſdam deſcriptione, Palamedem, & reliquos belli Troiani Duces quaſi præſentes videre ſeſe & agnoſcere prædicabat. At certe luculentius Nummi id præſtant; in quibus non Athletas demum in Olympiis victores; non Rhetores forte, aut Sophiſtas; non de urbe ſolum aliqua bene meritos ciues, quibus ſtatuas, aut imagines olim decretas, apud Pauſaniam, alioſque legimus: ſed clariſſimos Reges, vel omnium ætatum Imperatores; populorum Duces, & Conditores gentium, licet etiamnum cupidis & adtentis oculis intueri.

Equi-

3. REGES *variarum gentium in antiquis nummis.*

Equidem ſpectantur hic etiamnum ex antiquis MACEDONUM REGIBUS haud unus, quod ſupra iam vidimus, *Amyntas*; neque unus etiam, uti ea de re ſuo loco in proceſſu huius operis dicetur, (ut de *Argeo*, quem memorat inſuper Goltzius, ſileam) *Alexander*, & *Perdiccas*; *Archelaus* præterea; *Ptolemæus Alorites*; *Philippus*; *Alexander Magnus*: poſt huius vero obitum, alter [a] *Philippus* eius frater, vulgo Aridæus; *Antipater*; *Caſſander*; *Demetrius* Poliorcetes; *Lyſimachus*; *Ptolemæus* Ceraunus; *Soſthenes*; *Antigonus* Gonatas; *Demetrius* Gonatæ Filius; *Antigonus* Tutor ſeu Doſon; poſterior *Philippus*; ultimuſque eorundem *Perſeus*: hoc eſt maior & præcipua Regum apud hoſce Macedonas ſeries. ÆGYPTIORUM vero, & quidem e *Macedonum* ſtirpe Reges, quique omnes dicti ſunt PTOLEMÆI, vel edita nuper a celebri Antiquario PTOLEMÆORUM HISTORIA in ſuperſtitibus adhuc eorum nummis conſpiciendos præbet: nempe qui *Soter* cæteroquin, *Philadelphus*, *Euergetes*, *Philopator*, *Epiphanes*, *Philometor*, *Alexander*, *Lathyrus*, *Auletes*, *Dionyſus*, appellati; *Soteris* tamen, *Euergetis Philopatoris*, *Philometoris*, & *Alexandri* cognomina demum in iis retinent. *Macedonum* vero, iuxta *Ptolemæos*, propago, ab eodem celebri Antiquario e nummis quoque eſt prolata; qui nempe apud Syros olim vicinaſque gentes regnarunt SELEUCIDÆ, præter intruſum in eorum ſeriem TRYPHONEM, & e Seleucidarum cognatione vel poſteris ACHÆUM; COMMAGENORUM vero, ANTIOCHOS. Adde cum ſignatis, quæ iidem & alii adhuc eorum numni exhibent, & quædam ex iis aliunde ignota, cognominibus: ut *Dei*, *Epiphanis*; (aut iuncta etiam *Dei Epiphanis*;) *Eupatoris*; *Soteris*; *Theopatoris*; *Euergetis*; *Nicatoris*; *Nicephori*; *Autocratoris*; *Philopatoris*; *Euſebis*; *Philadelphi*; *Philometoris*, *Callinici*; *Dionyſi*; *Magni*. Accedunt depicti in eorum nummis CARIÆ Reges, *Menander*, [a] apud Goltzium; [b] adde *Hecatomnus*; *Idrieus*; *Mauſſolus*; *Pixodarus*: LYDIÆ, *Athys*: *Pylæmon*, PAPHLAGONUM: PERGAMENORUM ut iam de *Heroë Eurypylo* ſileam, *Philetarus*: CYPRI *Euagoras*: PONTI vero vel BOSPORI, *Pharnaces*; *Mithridates Euergetes* & *Philoromæus*; *Mithridates Eupator*; *Pharnaces* eius Filius; *Aſander*; *Polemo* Pater & Filius; aliquot nomine *Sauromates*; *Eupator*: BITHYNORUM haud unus *Pryſias*; *Nicomedes Epiphanes*: CAPPADOCUM plures quoque *Ariarathes*; *Ariobarzanes*; *Archelaus*; iidemque *Euſebes*, *Philadelphi* & *Philopatores* in ſelectis eorum nummis nuncupati. Sic JUDÆORUM haud unus quoque *Herodes*; *Agrippa*; iique ſubinde cum *Ethnarchæ*, *Tetrarchæ*, & *Philoclaudii* appellationibus: ARABUM *Aretas*; *Mannus*: EDESSENORUM plures *Abgari*, cum Romanis etiam *Ælii* ac *Septimii* prænominibus, & *Magni* cognomine: ARMENIORUM *Tigranes*, idemque *Magnus* quoque, *Rex Regum*, & *Autocrator* in eius nummis: PARTHORUM vero *Arſaces*, *Vologeſes*; & quidem cum additis *Euergetis*, *Epiphanis*, *Philellenis*, *Juſti*, conſuetis inſuper *Magni*, ac *Regis Regum* titulis. Adeo ut iidem inſignes ARSACIDARUM nummi vicem nobis hodie præſtent illius gemmæ, quam diu a ſe quæſitam, quo eam continuo ad Traianum mitteret, teſtatur Plinius Junior: *quam ſibi* IMAGINEM PACORI, *&* QUIBUS INSIGNIBUS *ornatus fuiſſet, ſubtractam indicabat. Volui enim hanc quoque, ſi inueniri potuiſſet, ſimul mittere.* Neque vero hic prætereundi in nummis itidem ſignati, vel in *Africa* NUMIDIÆ Reges, *Jugurtha*, *Juba* Pater: vel MAURITANIÆ, *Bocchus*, *Juba* Filius: aut in *Europa*, THRACUM olim Reges, dictus ante *Lyſimachus*; *Seuthes*; *Rhœmetalces*; *Cotys* haud unus; neque unus *Rheſcyporis*; & ignotus aliunde *Iniuthimeus*: PÆONUM, *Audoleon*: EPIROTARUM,

a In Theſaur. b In Gall. Reg. Gaz. & Medicea.

Lib. X. Epiſt. 16.

a In Cimel. Illuſt. Comit. Pemb.

RUM, *Alexander* Neoptolemi Filius; *Pyrrhus*; ac poſtremus eorum Rex, *Alexander*: SICILIÆ denique vel SYRACUSANORUM *Gelo*; *Hiero I. Dionyſius*; *Agathocles*; *Hiero II*; *Hieronymus*: AGRIGENTINORUM, CATINENSIUM, & MESSENIORUM in eadem Sicilia Duces vel Tyranni, *Thero*; *Mamercus*; *Anaxilaus*. Quibus adnumerandi inſuper, qui in nummis ſequioris ævi comparent itidem GOTTHORUM Reges, *Theodoricus*; *Theodahatus*; *Athalaricus*, *Witiges*; *Baduilla*, ſeu *Totilas*; *Theodebertus*: VANDALORUM, *Hildericus*: HUNNORUM, *Attila*, ſeu *Ateula*. Adde WISIGOTHORUM in Hiſpania, vel in Gallia Narbonenſi; aut in Britannia, ANGLOSAXONUM vel ANGLODANICORUM prolatos e nummis eorum temporum a viris præſtantibus earundem gentium Reges. Ut de antiquiore ſileam BRITANNORUM Rege, de quo in rebus Claudii Dio Caſſius, [a] *Cunobilino*: aut eo adhuc vetuſtioribus, quorum nempe fit in Cæſaris Commentariis mentio, [b] *Litauico* ÆDUO: [c] ATREBATE *Comio*: ORGITORIGE Heluetio: aut apud [d] Ouidium, & [e] Strabonem, ac prout apud utrumque legi debet, *Donno*, ALPIUM Regulo: ARVERNORUM præterea Regibus *Bituco* & *Bituio*, qui nuper iuxta *Donnum* e Theſauris Brandenburgicis diuulgati ſunt ac illuſtrati. Inurbanus ſit oportet, & omnis expers innoxiæ voluptatis, qui ad tot REGUM omnis memoriæ, & præcipuarum priſci notique orbis gentium, conſpectum, tangi ſeſe continuo tacito gaudii ſenſu non agnoſcit. Nobilius certe & latius patens ſpectaculum fateberis, altero eiuſdem generis, quod commendat alicubi Cicero: qui depictas in tabulis imagines Siciliæ Regum ac Tyrannorum, tradit non ſolum [h] *artificio pictorum delectaſſe, ſed etiam commendatione hominum, & cognitione formarum*. De me equidem memini, ad inſolitum me tanquam & incredibile ſpectaculum exiliiſſe propemodum, quum id genus priſcos Heroas ac Reges; eos maxime, quos imperii amplitudo, vel rerum geſtarum fama præ aliis nobilitauit, in inſtructo cimeliis id genus theſauro CAROLI LUDOVICI PALATINI Electoris, & quibus dein locupletata eſt Auguſti BORUSSORUM Regis Gaza, videre mihi primum contigit.

a Lib. LX. p. 678.
b In Cimel. Ill. Comit. Pembroch.
c Lib. VII. cap. 38.
d Lib. IV. cap. 27.
e De Pont. lib. IV. El. 7.
f Lib. IV. pag. 204.
g Vol. I. pag. 310. & Vol. III. pag. 6.
h In Verrem. IV. cap. 55.

CONDITORES, BENEFACTORES, *ac* DUCES *Urbium aut Populorum.*

Accedunt hiſce pro HEROIBUS olim habiti & culti, antiquiſſimi urbium CONDITORES, BENEFACTORES, aut DUCES: *Theſeus*; *Meleager*; *Hector*; *Diomedes*; *Aiax Locrus*; *Aiax Telamonius*; *Ulyſſes*; *Æneas* cum *Anchiſe* & *Julo*; *Eurypylus*; *Alabandus* præterea; *Abderus*; *Byzas*; *Cyzicus*; *Docimus*; *Gortys*; *Meneſtheus*; *Nemauſus*; *Patreus*; *Pergamus*; *Phalanthus*; *Pitanes*; *Sardus*; *Solymus*; *Taras*; *Temnus*; *Tmolus*; *Tomus*, aliique plures, quos veteres & inſignes nummi a me aliquoties in Italia veſtra, & alibi in præclaris Cimeliarchiis inſpecti, aut aliunde iam noti, ad poſterritatis memoriam etiamnum tradunt. Mitto præterea

Item REGINÆ AMAZONES, *&c.*

clariſſimas, & e REGINARUM quidem vel AMAZONUM ſerie Feminas, *Phedram Smyrnam*, *Cumam*, *Myrinam*, *Nauſicaam*, *Amaſtrim*, *Berenicem*, *Arſinoem* non unam, *Jotapen*, *Pythonicen*, *Philiſtidem*, *Pythodorim*, *Cleopatras* aliquot, *Zenobiam*: earumque faſtigio minorem, nec minus tamen, celebratam, *Sappho*; & longe infra eius ætatem, *Heroida* quandam *Juliam Proclam*, aut ea vetuſtiorem in nummo Gazæ Brandenburgicæ, *Nicocliam*. Nec enim ſceptris ſolum & rebus geſtis inclytos, ſed pacis etiam & ingenii artibus ſpectatos vultus, Nummi aliquot ſelectiores nobis exhibent. Ita priſcos illos

LEGUMLATORES, PHILOSOPHI, POETÆ, *aliique viri artibus clari.*

LEGUMLATORES. *Minoa*; *Solonem*; *Zaleucum*; *Charondam*; (ſi fides habenda viro docto) *Pittacum*; *Lycurgum*; in vetuſtiſſimis Athenienſium, Locrorum, Catinenſium, Mytilenæorum, Laconum, & Metropolitarum in Jonia nummis adhuc hodie videmus expreſſos. Nec minori voluptate adſicient inſpecti in nummis Samiorum, *Pythagoras*: Tarentinorum, *Archytas*; Syracuſanorum, *Archimedes*; Megaren-

Megarenſium, *Euclides*; Laodicenorum, *Dracus*; Mytilenæorum, *Alcæus*; Teiorum, *Anacreon*; Coorum, *Hippocrates*; Colophoniorum, *Pytheus*; Pompeiopolitarum vero, & de quo nummo poſtea, *Chryſippus* & *Aratus*. Quibus accedit vulgatus inter Auguſti nummos a duobus præclaræ induſtriæ antiquariis, Patino ac Sponio, & a priore etiam peculiari commentatione illuſtratus, *Plato*. Neque vero hic omittendus ingeniorum Princeps *Homerus*, quem aliquot Amaſtrianorum, Smyrnæorum, & Chiorum nummi, ſed non uno vultu exhibent: ita ut præ viri vetuſtate, eundem ad artificis ingenium effictum, Plinio alicubi id adſerenti, fides omnino ſit præſtanda. Quod itidem de *Orpheo* lyram pulſante, eumque circumſtante volucrum & quadrupedum agmine, cum alibi, tum in præclaris Antonini Pii & M. Aurelii iiſque maximæ formæ nummis, quales in Gaza Gallorum Regia, & alibi videre mihi contigit, & e muſeo Patritii Veneti Soderini memorat etiam Cl. Sponius, facile equidem ſit arbitrari. Immo quod aliquot ſupra traditis *Heroum, Regum*, aut *Amazonum, Philoſophorum*, aliorumque antiquorum *Poëtarum* vultibus, quos veteres id genus nummi exhibent, accidiſſe, haud immerito ſtatuendum eſt: qui morem illum non Romæ ſolum receptum ex Plinio novi, ſed alibi etiam, & Athenis quidem, uſurpatum; ubi *Æſchyli* imaginem in Theatro diu poſt ejus obitum factam, docet Pauſanias. Id vero clarius alias tangit eximius Ciceronis locus, ubi argumentum e Deorum imaginibus petitum refellens, Academicos ita ulterius perſtringit: *Nam quid eſt, quod minus probari poſſit, quam omnium in me incidere* IMAGINES, HOMERI, *Archilochi*, ROMULI, NUMÆ, PYTHAGORÆ, PLATONIS, NEC EA FORMA, *qua illi fuerunt? Quomodo ergo, & quorum imagines!* ORPHEUM *poëtam docet Ariſtoteles nunquam fuiſſe, & hoc Orphicum carmen Pythagorii ferunt cujuſdam fuiſſe Cecropis. At* ORPHEUS, *id eſt imago ejus, ut vos vultis, in animum ſæpe incurrit.* Non piguit locum integrum adferre, quem ante dies paucos, oblata forte de hoc veterum more cum induſtrio urbis antiquario controverſia, obiter adlegaſſe memini. Neque vero illa Romana Suada, minus hodie, & ea quidem, qua olim in curia, vel pro Roſtris, Senatum Quiritives permulcebat, forma, ſe in veteri quoque *Magneſiorum* nummo conſpiciendam præbet. Ut intuentem adhuc hodie venerandos id genus vultus in Nummis æreis vel argenteis, ejuſdem Tullii rurſus cogitatio ſubierit, qui æream, quod paullo ante adtigi, *Demoſthenis* imaginem olim a ſe inſpectam profitetur: alibi vero, *Ariſtotelis*: unde in ſedecula poſita ſub illius imagine apud ſuum Atticum, tradit ſedere ſeſe malle, quam in aliorum ſella curuli. Immo *Ovidium*, quin etiam, & *Pollionem*, Menandri cujuſdam Parhaſii induſtria, ad noſtra uſque tempora in duobus æreis nummis feliciter tranſmiſit: quorum alterum in Gaza Chriſtinæ Auguſtæ; alterum, te comite, immo duce, apud Feliciam Rondanini, omni ornamentorum genere & de qua jam ante, laudatiſſimam matronam, inſpexi; quem inde quoque in noviſſima Naſonis ſui editione expreſſit vir, præter alia quibus clariſſimi jam nominis famam abunde adſeruit ac propagavit, decora, hujus quoque antiquitatis diligentiſſimus inveſtigator, Nicolaus Heinſius. Cui acceſſit poſtea nuperus *Ouidii* in uſum Galliarum Delphini editor; qui in ſingulis vulgati ab eo Poëtæ illius partibus, adductam a me ex hoc nummo *Naſonis* effigiem memorat ac adducit. Integrum vero, uti olim iam a me factum, hic habes, cum averſa nempe parte, qualem ille nummus inter ra-

Lib. XXXV. cap. 2.

Ibidem.

Lib. I. pag. 36. Ed. Wechel.

De Natur. Deor. lib. I. cap. 38.

Lib. IV. Ep. 9.

rissimos exhibet; ac proinde hinc cum elegantissimi Vatis capite, & inscriptione, OVIDIOS NAZΩN, *Ovidius Naso:* illinc, cum ignoto & barbaro capite, & epigraphe, MEN.....PAΣIOY, *Menandri* (quod eius nomen ex aliis etiam nummis, de quibus mox, elucescit) *Parhasii:*

Ut proinde levis terra sit huic *Menandro,* qui sacros vultus Musarum Venerumque omnium Sacerdotis intercidere non est passus, quos bona cum Augusti venia, omnes Musis Gratiisque initiati in sacrariis suis recondunt. Unde eidem Vati querenti jam olim:

Lib. I. Trist. El. v. 1. *Si quis habes nostros similes in imagine vultus,*

habere sese adhuc hodie cupide contestentur; & eo quidem studio, quo ipse commemorat suam gemmæ expressam ab amico imaginem,

Ibid. v. 5. *Effigiemque meam fulvo complexus in auro.*

Exstat quidem, ne id præteream hoc loco, apud Goltzium inter Augusti Tab. VI. n. XXIII. XXIV. nummos, unus inscriptus OVHIΔIOS ΠOΛΛIΩN KAIΣAPEΩN, *Vedius Pollio, Cæsariensium:* in aversa autem ejus parte templum octostylum, cum Caduceo præterea, & Capricorno, solitis Pacis & Augusti genituræ symbolis, ac eadem, quæ in adducto Ovidii Nasonis nummo, inscriptione, eaque non mutila, sed integra, MENANΔROS ΠAPAΣIOY *Menander Parhasii.* Quomodo inter præclara Augustæ Christinæ cimelia nummus insuper a me inspectus ab iisdem Cæsariensibus cusus, cum eadem etiam templi & caducei figura; in aversa eius parte, iisdemque integris nominibus, MENANΔROS ΠAPAΣIOY, in anteriori vero nummi area caput ignotum, & inscriptio ΠOΛΛIΩN KAIΣAPEΩN. *Pollio Cæsariensium:* quo capite autem signari *Asinium Pollionem* statuebat princeps tum urbis Antiquariorum, & a quo nummus ille cum reliqua præstantissimorum nummorum penu ad Reginam modo dictam, seu Heroida transiit, Franciscus Gottifredus. Nec mirum forte aut insolitum videri posset, hunc honorem huic Pollioni *Cæsareæ* in Palæstina tributum; quam urbem ab Herode magno conditam, vel restauratam verius, eoque nomine primum in Cæsaris Augusti honorem apellatam constat: illum vero Romæ *Pollionis* hospitio usum, & principem amiAntiq. lib. XV. cap. 13. corum eundem habuisse, apud Josephum legisse memini. Neque tamen desunt, quæ meum adsensum hic etiamnum cohibeant, & de quibus alibi. Alias alterius quoque *Pollionis* meminit non semel Josephus, huic Herodi itidem summe chari & venerandi; sed cui, utpote Pharisæo, nemo, ut opinor, hunc nummum, ejusdem vultu scilicet signatum, facile imputabit. Exstat vero, quod præterire hic non licet, in Gaza Medicea alius adhuc & singularis, qui hujus *Menandri Parhasii* filii itidem meminit, nummus: isque Vid. Num. Impp. Græc. Vaillare in Augusto p. 4. in eadem urbe Cæsarea & sub Augusto similiter percussus: in quo hinc ΠOΛΛIΩN KOTΠEΔIOS KAIΣAPEΩN *Pollio Cupedius Cæsariensium,* cum

Augusti

Auguſti capite; illinc caput barbatum, cum inſcriptione ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ *Menander Parhaſii.* Dubium vero, an ad illum in commemoratis modo nummis *Menandrum* ſpectet alius inſuper nummus Regiæ Gallorum Gazæ, in quo hinc caput Apollinis cum lyra, & loci nomine ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, illinc Mæandri gyrus, ac nomen ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡ *Menander Amicus Ceſaris*: ut de Aſiæ Proconſularis Tripolitanis, qui Mæandro, ſicut de iis Plinius, addicuntur, ibi agi; non de Syriaca ſeu Phœnicia Tripoli, ſat liqueat. Mitto duos alios *Menandros*, qui non jam *Parhaſii*, ſed quorum unus *Chreſimi*, alter *Uliadis* filius, dicuntur, & quibus dicatæ occurrunt a *Mylaſenſibus* in Caria, & a *Lebadæis* in Boeotia inſcriptiones a Cl. Sponio editæ. Lib. V. c. 31. Itin. Tom. III. p. 164. P. I. & p. II.

Ad dictam vero paullo ante veterum nummorum claſſem, qui non eadem ætate, qua vixerunt, ſignata in iis ingenii, doctrinæ, vel ſapientiæ laudibus inclyta olim nomina, exhibent, referri etiam debent Nummi illi ærei maximi, & rudioris ac minus vetuſti operis, vulgo *Contorniati* ab Antiquariis dicti; in quibus iidem, de quibus paullo ante, *Homerus, Pythagoras; Euclides*; *Socrates* præterea; *Diogenes; Milo; Terentius; Salluſtius*; *Virgilius*; *Horatius; Seneca; Apollonius Tyaneus*; *Apuleius*; aliique expreſſi jam olim conſpiciuntur. Amovendi vero continuo ex ea ſerie novitii illi, nec probi aut antiqui commatis nummi, qui in memoratis ſupra ab Antonio Auguſtino, vel Joviani Pontani, Pomponii Læti, Joannis Camertis, Cyriaci Anconitani, vel editis Romæ ſub Leone X. & Clemente VII. Pontificibus, Numiſmatum, aut vero Lugduni in Gallia ſub *Promptuarii Iconum* titulo, libris proſtant. Adde qui *Paduanorum* ſeu *Patavinorum* nomine, ab urbe nempe, in qua ante ſeſquiſæculum ſunt deinceps fabricati, vulgo nuncupantur; in quibus *Priamus*; *Hector*; *Achilles*; *Menelaus*; *Iphigenia*; *Dido*; *Scipio Africanus*; *Hannibal*; *Marcellus*; *Marius*; *Cicero*; *Mæcenas*; *Virgilius*; & *Auguſtæ* ſimiliter aliquot, quod ſupra jam adtigi, apud Æneam Vicum ſimiliter depictæ: ubi nempe nec veri, nec vetuſtatis ulla ſeſe offert commendatio. Quod, ut obvium alioquin rei veterum nummariæ vel leviter peritis, non denuo tangerem hoc loco, niſi tyronibus & minus in ea exercitatis fucum in his quotidie adhuc fieri; & nummos id genus publice etiam ſubinde a viris eruditis alioquin, ſed minus ad hæc adtentis, pro genuinis obtrudi improvide, etſi de pleriſque adulterinis illis ſeu fictitiis nummis id ſit dudum jam ab aliis monitum, haud ſemel animadvertiſſem. Hanc vero, ut ad rem, de qua hic agimus, redeam, voluptatem, ex omni illa contemplatione ortam, vel Fulvii Urſini Illuſtrium Imagines abunde prædicant; quorum pars præcipua ita e Nummis antiquis eſt expreſſa, ut altera parte locupletior, ex adductis obiter Græcorum, Barbarorum, aut Romanorum vultibus, erui adhuc poſſit, & ad publicam elegantiam exponi. Quod quum in prima & ſecunda hujus operis editione, ab annis compluribus obiter monuiſſem; contigit etiam ab eo tempore, ut magna eorum pars, e memoratis paullo ante veterum Heroum & Conditorum ſignatis in antiquis nummis, quos indicarant eorum collectores vel interpretes, imaginibus, ſit deinceps in editis rei hujus antiquariæ monumentis vel theſauris divulgata.

De Nummis vulgo Contorniatis, *& aliis confictis ſeu adulterinis.*

Majores autem veſtros, illos terrarum Rectores, nonne hic paſſim, & frequentius etiam in Nummis ſpectamus? *Ceſareos video vultus.* Illi ſunt utique, quorum conſpectu cupidi talium maxime ſe oblectant; immo quorum bene-

Romanorum IMPERATORES, AUGUSTÆ, *aut clari* DUCES *in Nummis.* Ovid. de Ponto lib. IV. Eleg. VIII.

beneficiò Roma priſcos civium ac Dominorum vultus ſibi adhuc læta ante oculos ponit:

Martial. lib. IV. Epygr. 25.

Et centum Dominos novæ monetæ

Hinc ei contemplari etiamnum & agnoſcere conceditur magnanimos ſuos ac fortunatos Imperatores, *Julium, Auguſtum, Traianum, Claudium Gotthicum, Probum*: truces & infauſtos, *Tiberium, Caligulam, Domitianum, Antoninum Caracallam, Maximinum, Aurelianum*: mites & beneficos, *Titum, Nervam, Pium, Marcum, Alexandrum*: mollem *Othonem*: illa vero non Cæſarei ſolum faſtigii, ſed generis humani propudia, & gladiatoribus vel cinædis quibuſvis turpiores, *Neronem, Commodum, Elagabalum*: univerſam denique Cæſarum ſeriem, familiam ſubinde, ac indolem:

Prudentius. Περὶ Στεφ. H. 11. v. 95.

En Cæſar agnoſcit ſuum
Gnoriſma nummis inditum:

ſicut cum eruditiſſimo amiciſſimoque Marquardo Gudio noſtro omnino legendum illo loco arbitror, ubi *Nomiſma nummis* hactenus legitur. Non aliter ac Libanius cornua imagini Jus appoſitas vocat, ut obſervo, τοῦτο τὸ γνώϱισμα τῆς Δίκης, *iſtud nempe Jus gnoriſma* ſeu *ſignum*. Sed hoc obiter. Nec vero AUGUSTARUM adſpectu, minus forte delectantur, dum obviæ eidem in Nummis occurrunt erecti vultus *Livia, Octavia*; infauſti, Neronis nempe, ſi non aliunde quoque, partu, *Agrippina*; inverecundi *Meſſalina, Poppæa*; *Fauſtina*; *Lucilla*; *Criſpina*; *Julia Domna*; probioris, *Plotina*; *Marciana*; *Matidia*; *Sabina*; *Mæſa*; *Mamæa*: ut alterius Romæ faſtigia hic non omittam, ſanctioris adhuc oris, *Helena* & *Eudoxia*. Mitto primos Conditores ſuos ac REGES in eadem Romanorum nummorum penu conſpicuos, *Romulum*; *Numam*; *Ancum Martium*; *Servium Tullium*; quorum autem duos priores ex ingenio artificum effictos, ſupra ex Cicerone tradidi, ac de duobus poſtremis licet ſimiliter ſtatuere. Verum ſequentium temporum ac Reipublicæ decora Nummi vere nobis repræſentant, *Quintos*; *Regulos*; *Paullos*; *Scipiones*; *Gracchos*; *Servilios*; & libertatis ipſius Numina, *Brutos*; *Catones*; *Caſſios*; ac nominis fortunæ & magnitudini pares, *Sullas, Pompeios*; & Quiritium olim amores, *Druſos*; *Germanicos*; & civium faſtigio majores, *Antonios, Lepidos*; *Agrippas*; quos pari ſtudio ac felicitate, qua olim illi ſupra laudato junioris Plinii familiari, colere etiamnum ac domi habere conceditur. Adeo ut hoc demum impleverint id genus Numiſmata, quod de Varronis opere has ipſas complexo Illuſtrium Romanorum imagines, augurabatur Plinius maior: *inventione muneris etiam Diis invidioſus, quando immortalitatem non ſolum dedit, verum etiam in omnes terras miſit, ut præſentes eſſe ubique & claudi poſſent.* Quis vero tam inficetus adeo & inurbanus, qui leve id Nummorum beneficium arbitretur, aut uſu carere pulcherrimæ voluptatis, præclarum forte & conſultum ducat?

De Natur. Deor. lib. I. cap. 38.

Lib. XXXV. cap. 9.

IV. *Ob alia* MONUMENTA *priſci ævi in Nummis.*

Nec tot alia memorabilia priſci ævi MONUMENTA, quibus præter Imagines id genus, Nummi veniunt inſigniti, leviori voluptate ſpectatorem continuo perfundunt. Hic enim non Sus forte, aut Pecus, Bos, vel Ratis, aut navis etiam Roſtrum duntaxat ſeſe offerunt; quibus notis ſignatos antiquiſſimos

quiſſimos Romanorum nummos accepimus, & quales verſare etiamnum, quod antea vidimus, conceditur. Longe potior voluptas ex Nummis florentis Reipublicæ, & ſequentium temporum, quales hodie tractamus, exſurgit; quam præter commemoratam ſupra antiquitatis commendationem, argumenti varietas & illecebræ abunde conciliant. Indignabatur quidem Zeuxis, quod argumenti novitatem, non artis præſtantiam in ipſius tabulis laudarent ſpectatores; quorum utrumque pari, ut jam intelligimus, jure, licet in Nummis id genus æſtimare. Quid jucundius enim homini veteris memoriæ vel leviter ſtudioſo, quam non hic tractare *pocula adorandæ robiginis*, ſed priſcos illos rerum dominos, modo ſacra facientes cum omni Sacrorum apparatu & ſupellectile; modo Vota Suſcipientes, eademve Solventes, pro ſalute Reipublicæ, aut Imperii æternitate; modo diſtribuentes donativa & Congiaria; modo Reliqua, ſeu Fiſco debita remittentes; modo Annonam procurantes; modo Circenſes, aut Sæculares Ludos, vario ſpectaculorum genere celebrantes; modo Templa, Portus, Fora, Thermas, Circos, Theatra, Vias, Aquæductus, Arcus, aliaque victura opera molientes, aut ampliantes; modo peragrantes, & reſtituentes Provincias; modo deducentes Colonias; modo Libertatem publicam adſerentes; modo Juſtitiæ, Concordiæ, Abundantiæ, Felicitati, Lætitiæ, Securitati, Tranquillitati denique Temporum, varia ratione conſulentes; omnibus denique Pacis artibus florentes intueri? Quid ſuavius iterum, quam eoſdem militari gloria conſpicuos, aut ad Expeditionem accinctos; aut proficiſcentes ad Exercitum, & adloquentes e ſuggeſtu milites; aut Fidei jusjurandum ab iis exigentes; aut Diſciplinam reſtaurantes; aut captivos Reges, & proſtratas ad ipſorum pedes Provincias conſpicientes; aut Regna adſignantes; aut erecta cernere in eorum honorem Tropæa; aut eoſdem ſublimes in Triumphali curru, & a Victoria coronatos; aut inter ſigna militaria, Gloriam ſæculi vel Romanorum diffundentes; aut gratulantem illis Adventum Romam, vel aliam quamvis Orbis partem: aut eos denique, poſt impletum mortalitatis terminum, DIVORUM honoribus videre decoratos? Mitto varium adhuc ſpectaculum, quod inſuper omnigena Nummorum non Romanorum ſolum, ſed Græcorum etiam potiſſimum ſupellex præbet: diverſas nempe Deorum, eaſque ſubinde minus notas, appellationes, & qua de re obiter jam ſupra, ſimulacra; cultum; Sacra; Sacerdotes; Feſta, ſeu dicatos iis Ludos & Agones; traditaſve de iiſdem Numinibus fabulas; adſcriptave illis ſingularia quædam facta. Adde vera antiquarum Urbium, ignotarum etiam ſubinde, & plura quandoque adſumpta ab iis nomina; earumve, vel ad Mare, vel ad Fluvios, vel ad Montes, ſitum; inſignia, Magiſtratus: Aſylorum, Sacræ, Neocori, Libertatis, Autonomiæ, ſeu ſuarum legum, jura; Metropoleos, Primatus, Communis gentis Concilii, Coloniæ aut Municipii, dignitatem, vel prærogativam: Æras præterea & Faſtos nobiliſſimarum gentium vel civitatum, ipſiuſque urbis Æternæ, in iis quoque conſignatos. Accedunt diverſorum Fluviorum nomina itidem ac figuræ; Provinciarum effigies; Animalium veræ, nec obviæ, adde fabuloſæ etiam vel monſtruoſæ alioquin formæ: Plantarum quarundam inſignium, ac deperditarum quoque imagines: varia Armorum genera: Legionum Romanarum nomina & inſignia: multiplices Veſtium, aut Capitis tegminum, eorumque tam virorum quam mulierum, & quidem Græcorum, Romanorum, aut Barbarorum ſpecies: Coronæ omnis generis: alia denique, quæ in progreſſu

Lucianus in Zeuxi.

Juvenal. Satyr. III. v. 148.

hujus operis adtingenda nobis venient. Quis autem non gemina voluptate adficiatur, in contemplanda expreſſa tot pulcherrimarum & reconditarum in Nummis rerum effigie? qua Lucianus olim Rhodi picturas in Porticu depictas adſpiciens, tangebatur; *quam ex contemplatione* inquit, *capiebam heroicas illas fabulas memoria repetens.* Ego equidem, quid honeſta ſit ac ſuavis animorum remiſſio non intelligo, ſi illam non provocat eiuſmodi contemplatio; quæ res tot Annalium, aliorumve, ſoluto vel ligato ſermone, veterum ſcriptorum curam & adtentionem meritas, nobis, & manifeſtius quandoque, ob oculos ponit: ubi denique

In Amoribus.

Suſpendit picta vultum mentemque tabella.

Horat. lib. II. Epiſt. I.

Immo quæ eo magis innoxia ex hoc monumentorum genere, quam ex iiſdem Annalibus eſt petenda; quo eiuſmodi delectatio, turpi ſpectaculo fœdæ voluptatis, ſævitiæ, inſaniæ eorundem temporum & hominum quandoque non inquinatur. Quo referri proinde debet illud Ciceronis pro Archia: *quod ſi non hic tantus fructus oſtenderetur, & ex his ſtudiis delectatio ſola peteretur, tamen, ut opinor, hanc animi remiſſionem humaniſſimam ac liberaliſſimam judicaretis.*

Cap. XVI.

DISSER-

DISSERTATIO SECUNDA
DE
PRÆSTANTIA ET USU
NUMISMATUM
ANTIQUORUM.

NEQUE vero laus ſua illi contemplationi ac decus eximium abunde conſtaret, niſi ex ea non ſolum mirifica quædam oblectatio, ſed UTILITAS etiam ſingularis emergeret. Hanc enim Philoſophiæ legem tradit elegánter Themiſtius, nihil omnino ſolius delectationis gratia perficere; ſed ubique cum eo quod iucundum eſt, utile quoque admiſcere. Neque ſapientis id ſolum, ſed artificum etiam proprium agnoſcit Tullius; qui negat Phidiam, Polycletum, Zeuxidem, ſuas artes ad voluptatem direxiſſe; & alibi etiam reliquias veteris memoriæ, ad nudam earum notitiam transferre, vocat curioſorum. Eam vero *Utilitatem*, multiplex illa tot rerum, quas modo enumeravi, in Nummis veterum ſupellex, & tot eximia conſignatæ in iis vetuſtatis veſtigia, vel me tacente, arguere ſatis & prædicare continuo videntur. Adeo quidem, ut hæc res nemini poſſit eſſe dubia, niſi qui eadem opera, omnem priſcæ ætatis notitiam, aut ſupervacuam, aut a ſe alienam putet. Immo eo felicius huius antiquæ ſupellectilis uſum & præſtantiam quiſque intelligit, quo magis interioribus veterum ſtudiis, & varietate quadam litterarum inſtructus, ad Nummorum id genus tractationem accedit. Ita enim lucem præclaræ aut reconditæ Antiquitati; priſcæ inter alia litteraturæ tam Phœnicum, quam Græcorum aut Romanorum; Civili quoque vel Naturali ſcientiæ; tum vel maxime Hiſtoriæ, Chronologiæ, ac Geographiæ antiquæ: adde Theologiæ Gentilium: Belli & Pacis ritibus, vel inſtrumentis; facem denique vel integritatem obſcuris aut corruptis veterum Auctorum locis, non aliunde certius aut luculentius peti fatebitur; denique eorum beneficio licere adhuc hodie,

Orat. V. p. 63. Ult. Edit.

De Finib. Lib. II. cap. 34.

Ibid. lib. V. cap. 2.

Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas.

Claudian IV. Conſ. Honor. v. 397.

UTILITAS nummorum AD LITTERARUM DOCTRINAM.

Ac primo quidem ipſa ſeſe offert LITTERARUM DOCTRINA, quocunque tandem *Technices*, aut *Exegetices* nomine, Grammaticorum filiis nuncupetur. Seu enim genuinas litterarum apud veteres formas ac ætates; ſeu earum vim & adfectiones varias; ſeu veram ipſam vocum ſcriptionem ac pro-

proprietatem conſulamus, non aliunde nobis certius, quam in Nummis aut Marmoribus antiquis præſidium occurrit. Nec certe ratio hic, aut eventus fallit. Subſidia quippe reliqua, dubiam ſemper tranſcriptorum Exemplarium fidem; hæc autem ſola primigeniam Autographorum dignitatem præ ſe ferunt. Norunt præterea, qui ſcriptos veterum libros verſant, quam corrupti ſint non ſolum, ſed recentiores plerique; haud multi admodum ſupra octingentorum, pauci utique ad mille vel ultra aliquantum annorum vetuſtatem adſurgant. Pandectas Florentinas; Virgilium cum Mediceum, tum Vaticanum; Terentium, Politiani judicio omnium Codicum a ſe inſpectorum antiquiſſimum; Verſionem LXX Interpretum, & Gloſſaria aliquot Bibliothecæ Palatinæ, magna quidem cum vetuſtatis veneratione Florentiæ, & hic in Urbe non ſemel inſpeximus. Adde venerabilem illum Alexandrinum Græcæ Seniorum verſionis codicem, quem non Theclæ, uti quidem ferebatur, manu, ſed antiqua tamen valde deſcriptum, in Bibliotheca Regia Londinenſi avidis oculis videre olim mihi licuit; ſicut eodem forte adhuc vetuſtiores membranas, apud illuſtrem & memoratum iam ante Cottonum, quibus Græca Geneſeos eorundem Interpretum verſio continetur, & de quibus exſtat illud magni Uſſerii Armachani adductum a viro præclaro iudicium: *liber hic MS. eſt longe vetuſtiſſimus, Vaticano & Alexandrino antiquior: quem ſæpius audivi Rev. Uſſerium affirmantem, eſſe omnium totius orbis antiquiſſimum, quantum conjicere poſſet.* Quibus addi inſuper poſſunt vetuſtiſſimus Evangeliorum & Actorum, quo uſus eſt olim Beza, quemque Cantabrigiæ, cui ille eum legavit olim vidimus, codex; tum antiquæ Pauli Epiſtolarum Membranæ, in Bibliotheca Gallorum Regia, quarum cum in ampliſſimi Sarravii ad illuſtrem Salmaſium Epiſtolis, tum a Simonio in Critica N. Teſtamenti facta occurrit haud ſemel mentio. Neque inſuper hic prætereundi antiquiſſimi in Bibliotheca Oxonienſi Bodleiana, Codices, mihi ab eruditiſſimo & Eccleſiaſticæ antiquitatis eximie perito, J. Erneſto Grabe noſtro, qui eos verſavit aliquoties, indicati; ut Regula Benedicti, quæ Auctori ſuo fere coæva, ac proinde ab annis mille & centum ſcripta creditur; tum Auguſtini liber de Trinitate; Beda in Epiſtolas Canonicas; liber de Computo Eccleſiaſtico, aliique nonnulli id genus ante mille aut nongentos circiter annos exarati. Mitto alios adhuc ſcriptos veterum Eccleſiæ Doctorum libros, eximiæ vetuſtatis; quos in variis, & Cœnobiorum quidem, Gallicis aut Italicis Bibliothecis, vel ipſi olim vidimus, vel ab aliis memoratos accepimus. Quos tamen ſingulos, paucis infra Juſtiniani ævum annis (ut largiamur aliquot illi coætaneos, vel paullo forte antiquiores) longe certe infra Nummorum vetuſtatem, qui ferme hic deficiunt, minus certe oblectant, vel erudiunt, ſcriptos, cuivis obvium fit ac manifeſtum. Unde ſola quædam hic ſupereſt ad primævam illam & incorruptam Nummorum ac Lapidum auctoritatem provocatio decretoria, a Criticis & Grammaticis maiorum gentium, haud ſemel feliciter uſurpata. Hinc viri eruditi & ſagacis, ſed plus æquo interdum iis confiſi, aut ad eos provocantis, de iiſdem ſententia: *Nummorum auctoritati ſcripta quæcunque teſtimonia concedere jus & ratio poſtulat*: alibi: *Adiecimus ſubinde veteres nummos, quorum teſtimonio adferri humanum certius nullum poteſt.* Quibus accedit illud accurati ſcriptoris, Sigonii nempe, de iiſdem iudicium: *lapidibus præterea vetuſtis, & maxime conſularibus Capitolinis,* NUMMISQUE ARGENTEIS, *quo in monumentorum genere incorruptam maxime latere veritatem animadverteram, &c.*

Walton. in Apparat. de Verſion. Græcor. num. 42.

Harduin. ult. cap. de num. Herodiad.

Idem Specim. Chronol. V. T. pag. 2.

In Livii Dedicatione Bern. Lauredano.

I.

Ad FORMAS Antiquæ LITTERATURÆ.

IN tradendis equidem aut explicandis LITTERARUM apud veteres FORMIS, præcipuum quoddam & ſingulare occurrit monumentorum id genus beneficium. Nec leve illud eſſe reputandum, doctiſſimorum hujus & ſuperioris ætatis virorum, quæ in eam rem indagandam haud ſegniter incubuit, induſtria, ac res ipſa loquitur. Hinc enim & indubiæ linguarum origines, & primæ, ac ſubinde mutatæ dein litterarum formationes, varia ætatum diſcrimina, plurimi quadratariorum errores, aliaque recondita eruditæ antiquitatis arcana feliciter eruuntur. Adeo, ut quæ in hoc genere a viris doctis aut præclare ſunt animadverſa; aut timide nonnunquam prodita; aut perperam etiam obſervata, lucem omnino e priſcis Nummis aut commendationem mutuentur.

1. *De Nummis cum litteris SAMARITICIS, vel PHOENICIIS.*

QUO autem loco, antequam de veteri Græcorum & Romanorum ſcriptura, e veteribus nummis illuſtrata, a nobis agatur, aliquid omnino de ASSYRIACIS ſeu Hebraicis hodiernis, & SAMARITICIS litteris, e quibus poſtremis illæ Græcorum, ac dein Romanorum profluxerint, vel obiter hic dicendum eſt. Et quidem eo opportunius, quod in ea, quæ necdum plane compoſita eſt, lite, de Sacro & primævo Veteris Fœderis ante Eſdram charactere, ejuſque recepto tum apud Hebræos uſu, pars utraque ad nummos continuo ſoleat provocare prout ea de re doctiſſimus Conringius: *pars utraque* EX NUMMIS *ſibi præſidium quærit, vetuſtatis palmam aliis Samaritanæ, aliis Aſſyriacæ litteræ,* NUMMORUM TESTIMONIO, *vindicantibus.* Horum certe potiſſimum fiducia ſupra jam memorati, ubi de illis Hebræorum nummis egimus, Poſtellus primum, dein Arias Montanus, Scaliger, aliique prementes eadem veſtigia, Druſius, Waſerus, Willalpandus, Jo. Morinus, Capellus, Voſſii pater & filius J. Gerardus & Iſaacus, Bochartus, Waltonus, Simonius, Ed. Bernardus, aliique magno numero, hodiernæ Samaritanorum ſcripturæ patrocinantur; immo omnem hanc litem, veterum nummorum, qui Samariticis litteris ſunt inſcripti, & quidem, ut ii ſtatuunt, ſub primis Hebræorum Regibus, diu ante Babylonicam captivitatem, cuſi, quos exhibent, fide, penitus confectam volunt: *quin extremæ inſaniæ & imperitiæ* eos continuo arguunt, qui aliter ſentiunt. Memini equidem, quum adoleſcens admodum de illo argumento, peculiari Diatriba, poſt principem harum litterarum virum, Joannem Buxtorfium, cum aliqua doctorum venia commentarer; doctiſſimum Bochartum, ad quem miſeram præcocem illum fœtum, vel ſolo Nummorum, cum Samariticis nempe litteris, teſtimonio, probari ſibi impugnatam tum a me Capelli, quam hic ſcripto ea de re recens in Batavia contra Buxtorfium edito adſeruerat, ſententiam, blandis alias

1 *De Nummis cum litteris Samaritis.*

De Num. Hebræor. cap. 1. pag. 3.

Scalig. Anim. ad Euſeb. pag. 117. & Epiſt. ad Ubert. ac Thompſon.

litteris significasse. Unde etiam omnes Nummos, seu Siclos, Assyriacis, quæ solæ Hebraicarum hodie nomen obtinent, litteris insignitos, quos proferunt quoque alterius sententiæ patroni, pro non vetustis aut bonæ notæ, iidem viri eruditi continuo amovent; ceu, quos Judæi postremis hisce sæculis finxerint; aut certe, qui post reditum e captivitate Babylonica, aut vero post gentis excidium, fuerint demum cusi. Neque improvide omnino in iisdem nummis seu Siclis cum Samariticis litteris, ac proinde ad firmandam & propugnandam eorum vetustatem, potissimum illius sententiæ, ut diximus, momentum ac robur viri præstantes sibi collocandum crediderunt. Haud enim idem ea in re præsidium iis præstare poterant, aut controversiam illam idonee transigere, quæ venditari cæteroquin hic ab iis solent, Talmudicorum aliquot, tum Eusebii, ut quibusdam placet, ac Hieronymi eam in rem testimonia. Priores enim, seu Talmudicos, alioſve Recutitorum Magistros quod attinet, alia nec minus vetusta e Talmude, pro Assyriacarum, quas vocant, litterarum apud Hebræos, quibus Lex fuerit primitus à Mose scripta, vetustate, a viris in hac litteratura summis, [a] Buxtorfio, & [b] Lightfootio, adde & ab ipso [c] Morino, sunt in medium adlata. Unde etiam idem in Mischna, *Assyriacam* illam dictam, non a gente quidem, sed quasi *beatam*, ab אשרי seu *beatitudinibus*, sunt commenti: & quod a præstantissimo insuper inter Talmudicos interpretes ac Magistros Maimonide tradi similiter observo: [d] *scripturam* nempe *eam, in qua*, ut ait, *Legem conscribimus, vocari* כתב אשורית *scripturam Assyriacam, sicut etiam vocatur scriptura, in quas Deus Legem conscripsit: ita autem dici ob excellentiam ab* אשרי beatitudines, *quasi* beatam *dixeris*. Etsi enim illa hujus vocis *Assyriacæ* scripturæ originatio, quod jam ab aliis viris [e] eruditis factum, merito sit explosa; quæ a gente *Assyria*, ubi illa primum, ac ita in Heberi familia obtinuit, omnino agnovere etiam alii e Talmudicis & Recutitorum Magistris, est deducenda; haud minus inde constat, quod eadem scriptura, non vero Samaritica, Legem a Mose datam, ab illis Hebræorum Magistris traditum sit ac adsertum. Neque etiam, ut hoc addam, si Legis ratio habeatur, ulla utique ratio satis valida dari posse videtur; cur ante ingressum Israëlitarum, & qui a Semo ducerent originem, in terram Chanaam, ubi Samariticus, juxta viros eruditos, seu Phœnicius character apud Chami posteros locum habuit, non Assyriacis potius seu Chaldæis, quæ hodiernæ Hebraicæ, litteris fuerit Lex a Mose scripta; ac eadem inde ab Esdra, post reditum e captivitate Babylonica, ubi eadem quoque scriptura obtinuit, similiter retenta. Quanta vero Eusebii, cujus nempe eam in rem testimonium adducitur, vel Hieronymi auctoritas ea in re sit habenda, ac an tanta utique esse debeat, ut eorum de antiqua apud Hebræos, ante & post captivitatem, litteratura judicio stare omnino oporteat, iis equidem, qui Eusebium parum, Hieronymum mediocriter Hebraice doctum, quod utrumque a viris eruditis, ac nuper, Hieronymum quod spectat, a doctissimo Jo. Clerico est abunde demonstratum; utrumque autem quarti demum, & postremum illius ferme exeuntis, aut etiam quinti sæculi scriptorem advertunt, statuendum relinquimus.

a Dissert. de Litter. Hebr. & Thes. Talm. in אשורית

b Hor. Hebr. in Matth. c. V. v. 18. T. II. Adde Miscell. cap. 30. T. V.

c Exercitat. de Pentat. Samarit.

d In Mischn. Massecoth. Jadim IV. 5.

e Vid. Lightf. ut supr. & Walton de Ling. Hebr. & Prolegom. 2 Polyg. pag. 21. Vid. Buxtorf. Thes. Talm. in אשורית

In Quæstionib. Hieronymianis.

De Eusebii eam in rem testimonio.

Verum quod ad Eusebium attinet, id utique hic non prætereundum, illius eam in rem verba, eaque tanquam e Chronico ejus deprompta, a viris doctis, qui factam illam litterarum ab Esdra mutationem tuentur, adduci, quæ id omnino itidem adstruunt. Quod inter alios factum a Cl. Waltono, qui Eu-

sebii

ſebii verba exſtare dicit in Chronico ad Annum Mundi 4740. nempe: *Fuit Eſdras eruditiſſimus Legis divinæ, & clarus omnium Judæorum magiſter, qui de captivitate regreſſi fuerint in Judæam.* Quæ utique verba leguntur in utroque Euſebiani Chronici libro, juxta verſionem Hieronymi. Ea vero, quæ continuo iis ſubdit vir præclarus, & citat juxta eum doctiſſimus Conringius, tanquam ibidem ab Euſebio prolata: *affirmaturque divinas Scripturas memoriter condidiſſe, &, ut Samaritanis non miſcerentur,* LITTERAS JUDAICAS COMMUTASSE, ea inquam, & quod moneri tamen oportuit, nuſpiam hodie in Euſebiano, quale a magno Scaligero editum eſt ac illuſtratum, & vulgo ſolet ab eruditis conſuli, Chronico leguntur; nec in Græcis etiam, quæ collegit ille e Syncello, Euſebianis: ullave inſuper ab eodem Scaligero facta ejus rei, in animadverſionibus ad illud Chronicon mentio. Etſi, & quod adverti inſuper meretur, illam Samaritici caracteris, quo ſcripta nempe fuerit Lex Moſi a Deo data, & qua uſi ſunt ab omni ævo Hebræi, antiquitatem, quam hæc verba egregie utique adſtruunt, præ aliis, ut jam antea vidimus, propugnaret idem Scaliger. Mitto, quod ea Euſebii verba ad illum Mundi annum 4740. referri haud debuerint a viro doctiſſimo, ni id typographico mendo ſit forte adſcribendum: quum ſuperiora, quæ de Eſdra dicuntur in ejus Chronico, referantur ad annum Abrahami 1558. ac proinde juxta Euſebium, ad annum ab Orbe condito 3508. numerus autem ille 4740. annorum, annis circiter 420. excedat tempus, ubi deſinit, hoc eſt in morte Magni Conſtantini, idem Chronicon. Quum vero conſulendi hic mihi in urbe illius Chronici, quam adornavit Arnaldus Pontacus, Vaſatenſis Epiſcopus, editionem facultas non daretur; an in ea forte memorata exſtarent Euſebii verba, rogatus a me ut hoc officium mihi Oxonii præſtaret, qui ibi tum agebat, eruditiſſimus Gulielmus Loyd filius, ab illo modo ſum edoctus; eam a ſe conſultam, & reperta ibi, ſed alio, ſeu Italico, quod aiunt, caractere addita prioribus eadem verba, quæ a Cl. Waltono aliiſque adduci vidimus: nempe *affirmaturque divinas Scripturas memoriter condidiſſe, & ut Samaritanis non miſcerentur, litteras Judaicas commutaſſe.* In Pontaci vero ad eadem verba adnotatis, id cum agnoſcere, nuſpiam in antiquis plurimiſque, qui ibi commemorantur, manuſcriptis illius Chronici codicibus, ea legi: „ nihilominus, quod addit, propter alia exemplaria, & quia Tertullianus, Ire„ næus, &c. & plerique veterum idem de Eſdra adſerunt; non eſſe quod „ novitatem vel abſurditatem cauſemur, & alienum ab Euſebii, ſententia „ cenſeamus. E quibus utique id liquet: primo, in pleriſque & optimæ notæ Chronici illius codicibus non exſtare eadem verba; haud immerito proinde a Scaligero, tanquam ab Euſebio aliena, e Chronico illo ablegata: ſecundo, ab ipſo Pontaco, eadem alio, ut diximus, caracteris genere expreſſa, tanquam quorum dubia ac incerta eſſet fides: tertio, conjecturis tantum hic niti Vaſatenſem Epiſcopum, & quidem petitis e ſimilibus veterum aliquot Auctorum locis, quæ tamen idem non adſtruunt, immo nullam omnino immutatarum ab Eſdra, & quidem Samaritanorum odio, litterarum Judaicarum mentionem faciunt; ſed uti mox e Tertulliani eam in rem verbis liquebit, reſtitutam demum ab Eſdra divinam Legis & Prophetarum ſcripturam tradunt. Unde mirari haud parum ſubit, eo tamen Euſebii, tanquam certiſſimo Auctoris illius teſtimonio, confidenter adeo uti ſententiæ illius de immutatis ab Eſdra litteris Judaicis patronos, viros alioquin graves ac eruditos:

Apparatu de Ling. Hebr. §. 30. pag. 21.

Chron. lib. 1. pag. 32. & lib. 11. pag. 131. Ed. Scalig.

De Num. Hebraor. cap. VI. pag. 49.

Pag. 53. & 169

In Euſ. Chron. Edit. Pontac. pag. 121. ad annum Abrahami 1558.

Pag. 409.

tos: quodque, si illud melioris notæ & antiqui Chronici Eusebiani codices præferrent, ab ejus interprete & interpolatore subinde, ut ipse agnoscit, Hieronymo, cujus clarissima extant alibi eam in rem verba, profectum, uti eidem præstantissimo Loyd videbatur, liceret omnino statuere.

Accedunt vero alia, quæ jam non hic tango, vel excutio, quæ ab alterius sententiæ vindicibus, pro adserenda litterarum Assyriacarum, seu quæ *quadratæ* ac Hebraicæ vulgo audiunt, & quibus exarata fuerit Lex Mosi a Deo data, scriptumve Vetus ante Esdram Instrumentum, adferri solent argumenta. Inter quæ haud nauci forte illud, quod vero utique magis consentaneum videatur statuere, restitutam ab Esdra, una cum veteri gentis traditionum tenacissimæ cultu, & Sacro Codice, eandem, qua ille olim fuit exaratus; scripturam quam uno Samaritanorum odio, eam ab illo fuisse continuo immutatam; prioremque, quæ a Deo fuerat velut consecrata, Samaritanis demum, quos eodem cum Gentilibus loco habuerunt, ut id a [a] Talmudicis & Mischnicis quidem Doctoribus; aliisque [b] Magistrorum coryphæis dicitur, relictam adfirmare. Id vero Ecclesiastici etiam & gravissimi, ubi nullus Montani hæresi locus, & quidem duobus ferme ante Hieronymum sæculis judicio, in quod nuper forte incidebam, Tertulliani nempe, firmari video: [c] *quemadmodum & Hierosolymis Babylonica expeditione deletis*, OMNE INSTRUMENTUM JUDAICÆ LITTERATURÆ *per Esdram constat* RESTAURATUM. Qua *Judaica Litteratura* veterem gentis scripturam debere quoque intelligi, licet utique arbitrari. Adeo, ut, quod paullo ante monui, in iis Hebræorum nummis, quos vetustos & ante captivitatem Babylonicam, sub primis Judæorum Regibus cusos iidem Samaritiçæ litteraturæ vindices contendunt, potissimam suæ illius sententiæ fiduciam collocent; ut eam inde demum luculenter adsertam comprobatamque existiment. Unde, & primus forte e Christianis Scriptoribus, (neque enim Nummorum testimonio usus eam in rem Eusebius, vel Hieronymus, immo nec ipsi olim Talmudici) Postellus: *Esse autem hujusmodi formas antiquas, argumento mihi fuere* NOMISMATA ARGENTEA, *magnam admodum antiquitatem repræsentantia, quæ excusa vidi apud Judæos*: ac, præter alios jam ante memoratos, ut in eo hic desinam, Cl. Waltonus: *Primum & præcipuum argumentum pro litteris Samariticis, & quod luce sua evidenter hoc probat (cui nemo nisi qui luscus, vel oculos claudit, adsentiri non possit) ductum est* EX ANTIQUIS SICLIS ET NUMISMATIS HEBRÆORUM *ante captivitatem cusis, immo ante desertionem Tribuum, ut infra patebit, in ruderibus Hierosolymitanis olim & hodie effossis*: dein: *Præter argumentum hoc reale, quod solum apud omnes haud pervicaces sufficeret*, &c.

a Mischn. de Siclis cap. 1. pag. 179. T. II. Ed. ult. Amstel. & de An. Sept. c. VIII. A. I. T. I.

b Maimonid. ad Misch. de Siclis pag. 179. T. II. & Bartenora ad Misch. de Sponsalibus c. IV. p. 379. T. III.

c De Cult. Femm. lib. 1. cap. 3.

In Libro de Duodecim Linguis.

In Polygl. Proleg. I. de Ling. Hebr. pag. 20.

Alia de Judaicis Nummis, cum litteris Samariticis.

Neque vero hujus rei, quæque hodie, propter eorum qui illam tuentur, auctoritatem ac numerum, pro transacta haberi ferme inter eruditos solet, arbitrium hic mihi, uti nec supra itidem in adferenda, aut abjudicanda omnino Judaicorum nummorum vetustate, tribuere constitui. Id solum æqui lectoris judicio expendendum relinquimus: Primo, quod de vera ac indubia Samariticorum id genus nummorum, ante captivitatem Babylonicam, & quidem sub primis Hebræorum Regibus, vetustate, constare omnino debeat; ut petitum inde argumentum ac robur, de promiscuo Samariticarum litterarum, sub primo Templo, apud Hebræos usu, firmum & inconcussum maneat. Id vero haud ex præjudicata a viris eruditis, qui fidem Judæorum, id genus

genus nummos venditantium, ut de Poſtello, Aria Montano, modo vidimus, aliiſque ſimiliter conſtat, hic ſequuntur, auctoritate ſtatuendum eſt; atque ita, & quod antea jam monui, qui uno ſententiæ de illa Samariticarum litterarum apud Hebræos antiquitate propugnanda ſtudio ducti, ad nummos id genus continuo provocant: re utique haud prius accurate ab iis expenſa, & quidem an tantam utique vetuſtatem, quæ iis ſub primis Hebræorum Regibus, Davide ac Salomone, atque ante Tribuum diviſionem, tribuitur, præ ſe ferant ac evincant iidem nummi. Accedit, quod antiqua Phœnicum in nummis, & de quibus paullo poſt, ſcriptura, a Samariticis illis, quos eoſdem penitus fuiſſe exiſtimant Scaliger, Bochartus, aliique, characteribus ſubinde haud parum diſcedat: neque vero illud, uti ab eruditiſſimo Ed. Bernardo factum paullo poſt liquebit, velut extra omne dubium ſtatui: nempe eaſdem illas litteras omnium primævas exſtitiſſe, quarumque origo ab Adamo ac dein a Noacho arceſſi omnino debeat; & quas *Alphabeti Moſaici* nomine indigitat Scaliger. Ad quam ſcripturam proinde, ut hoc addam, *Samariticam* vel *Phœniciam* referri continuo deberet, quod in Miſchna alicubi legitur, Deum tempore creationis, & quidem in veſpera Sabbati, inter res quaſdam alias, creaſſe ſcripturam, quæ erat in tabulis Decalogi, ipſaſque Tabulas. Quo loco & illud præterea dicendum eſt, ſingularem eſſe in ea re ejuſdem Scaligeri ſententiam: qui haud alias litteras a tempore Moſis ad excidium Templi & gentis apud Hebræos receptas contendit: eaſque omnes, quibus hodie Judæi ſacros libros, & omnia acta ſua conſcribunt, nuperas eſſe ac novitias, e Syriacis nempe depravatas; illas autem e Samariticis. Adeo ut nullam ille litterarum factam ab Eſdra mutationem, prout alii vetuſtatis Samaritici characteris aſſertores, agnoſcat; nec proinde vel Euſebii, (in cujus utique Chronico nullam ille factam ejus rei mentionem vidit) vel Hieronymi etiam, de quo ſilet, ea in re fide vel auctoritate nitatur. Neque vero illud etiam video, quomodo doctiſſimi, ſed minus, ut ipſe ingenue agnoſcit, in his litteris exercitati Conringii ſtare vel conciliari poſſit ſententia: dum hinc eandem immutatarum ab Eſdra litterarum aſſertionem, & quidem Euſebii, (de quo jam actum) potiſſimum ac Hieronymi teſtimonio tuetur; quorum iſte, Eſdram *alias litteras reperiſſe, quibus nunc utimur, cum ad illud uſque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint*, tradidit: illinc tamen idem vir doctiſſimus, (nec abs re omnino, uti ea de re poſtea) in quotidiano ac civili Judæorum poſt Eſdram uſu, eandem Samariticarum litterarum ſcripturam, a Judæis retentam ac adhibitam ſtatuit; litteras vero quadratas ſeu Aſſyriacas, *niſi demum poſt tempora Haſmonæorum*, hoc eſt quadringentis ferme poſt Eſdram annis, *immo forte poſt excidium gentis Romanum*, in promiſcuo ac civili Judæorum uſu receptas. Neque vero alia, quam dein amplectitur in eodem libro vir præclarus, etſi itidem, uti ea de re mox, haud a vero aliena ſententia, eum hic tuetur: nempe quod ex Eſdræ inſtituto, ad ſacras veteris codicis ſcriptiones ſolæ fuerint Aſſyriacæ, ſeu hodiernæ Hebraicæ, litteræ adhibitæ; ad civilem vero ſeu profanum uſum, retentæ a Judæis litteræ Samariticæ; ita ut Haſmonæorum quidem ævo duplices illas litteras liquido pateat ab iis adhibitas. Haud enim minus id ab Euſebii, juxta virum doctum, ac Hieronymi (ut de reliqua ejuſdem ſententiæ inter eruditos aſſertorum cohorte nihil dicam) ea de re verbis omnino diſcedit: qui alias litteras, ut modo vidimus, ab Eſdra tunc repertas, quibus uſi ſint poſtea Judæi; eas vero,

Animadv. in Euſeb. Chron. pag. 111.

Pirke Abot. cap. 5. §. 6 ſeu Capit. Patr. Miſch. T. IV. p. 469. ult. Ed.

De Num. Hebræor. cap. VI. pag. 48. &c.

Prolog. Galeat. in 1. lib. Reg.

Conring. de Num. Hebr. cap. V. pag. 42.

Ibidem cap. 9. pag. 78.

ſeu Samaritticas, quas iidem habuerint ante captivitatem Babylonicam, Samaritanis, ut nihil commune deinceps cum iis haberent Judæi, ſeu, ut iis, quæ verba Euſebio, ut vidimus, tribuunt, *non miſcerentur*, relictas obſervant: unumque proinde caracterem ſeu Aſſyriacum ab Eſdra, loco unius Samaritici ante captivitatem adhibiti, cum in ſacro, tum in promiſcuo ac civili Judæorum uſu receptum ſtatuunt. Geminum equidem ante captivitatem Babylonicam characterem apud Judæos, ſacrum nempe & profanum obtinuiſſe, tradunt eorum Magiſtri; ac tuentur inter Chriſtianos, Aſſyriacæ ſcripturæ, qua fuerit Lex data, & exaratus vetus Codex, adſertores: ſed ita ut unum illum profanum characterem Samariticum, in civili ac promiſcuo Judæorum uſu adhibitum velint; priori illo demum ad Sacri Codicis, aut Sacrorum Siclorum, ut ii quidem exiſtimant, ſcripturam relicto. Mitto, quod ipſe Conringius, an ante captivitatem idem duplicium litterarum apud Hebræos uſus ſimiliter obtinuerit, *ſibi duntaxat veriſimile* dicat; alibi vero, diverſum Sicli ſacri & profani ante eandem captivitatem a Judæis adhibiti, & quo nituntur ſententiæ pro vetuſtate Aſſyriacarum apud eos litterarum patroni, uſum impugnet. Accedit, quod dum eidem viro eximio *veriſimilior* videtur illorum ſententia, qui Aſſyriacis ſeu Hebraicis litteris hodiernis ſcriptam Legem exiſtimant; ab Eſdra vero idem quoque factum contendit, ſeu ſacro illo Aſſyriacarum litterarum charactere ſcriptam ac reſtitutam ab eo Legem, cum reliquis veteris Teſtamenti libris; Samaritica vero, juxta eundem Conringium, ſcriptura cum ante, tum poſt Eſdram, in promiſcuo ac civili Hebræorum uſu remanſerit: ita nullus prorſus factæ illi ab Eſdra litterarum apud Hebræos mutationi, quam idem tamen juxta Euſebium ſcilicet, Hieronymum, ac Talmudicos aliquot, ut vidimus, adſeruerat, locus fuerit relictus. Verum, & quod adtendi omnino hic meretur, quum ante, & poſt captivitatem Babylonicam, proferantur cuſi cum Samariticis litteris Hebræorum nummi, iique pro genuinis ex æquo a viris eruditis, qui Samariticarum litterarum apud Hebræos vetuſtatem propugnant, habiti; hinc utique de immutata omni illa ab Eſdra, juxta Hieronymum, ejuſdemque ſententiæ adſertores Talmudicos, aut Chriſtianos ſcriptura, ac vetuſtiori ſeu Samaritica, Samaritanis dein poſt captivitatem relicta, opinio plane corruit; aut vero labat omnino eorundem Nummorum fides: ita ut nihil certi inde in dijudicanda hac lite ſtatui poſſet ac definiri. Verum nolo equidem quod ante jam monui, me hujus litis, quam nempe uno nummorum teſtimonio tranſactam, ut paulo ante vidimus, volunt viri eruditi, arbitrum hic conſtituere: aut vero, quod nulli ante captivitatem Babylonicam cuſi ſint ab Hebræis nummi, ob illa, quæ eam in rem in ſuperiori Diſſertatione obiter adtigi, adfirmare; ſed contrariam ſententiam, ut magis veriſimilem, ſeu certam potius, præferre. Id tamen libere fateri hic haud verebor, e Judaicis illis, qui hactenus cum Samariticis litteris proſtant, & quos verſare mihi ſubinde licuit, nummis, minus dubiæ fidei ac vetuſtatis continuo viſos, qui poſt captivitatem demum, ut ex eorundem inſcriptionibus licet ſtatuere, ſignati occurrebant. Quo in genere autem æreos aliquot noviſſime inter laudata jam aliquoties illuſtriſſimi Comitis Pembrochiæ cimelia videre & tractare mihi, ejus beneficio, contigit, de quorum fide ac vetuſtate, nulla certe vel minima dubitandi anſa videbatur: e quibus autem aliquot hic proferre, ac interpretari, haud erit, ut opinor, inconſultum, vel ab hoc loco utique, quo de antiquis nummis agitur, alienum.

Ibidem p. 79.

Ibidem cap. X. pag. 95.

Ibid. cap. VI. pag. 50.

In



In tribus nempe illis nummis æreis Calix continuo cernitur, ſicut in aliis itidem Judaicis, qui Haſmonæorum ſimiliter ætate ſunt cuſi; cujus autem loco Urna cum Manna deſuper ſignatur, ut notum, in argenteis, qui circumferuntur vulgo, quæcunque ſit eorum fides, Hebræorum Siclis. Adſcriptis vero in una prioris nummi parte litteris, quæ ibi clariſſime leguntur, חרת ſeu *Libertas*, vel *Liberatio* innuitur; prout in alio nummo cum Samariticis itidem litteris, a viris harum rerum probe gnaris jam vulgato, ac, ut bene primus eum explicavit Cl. Hottinguerus, לחרות ירושלם hoc eſt *Liberationis* ſeu *Libertatis Hieroſolymorum*; non ut antea de eo Willalpandus, *Ad Scripturam Hieroſolymorum*. Quomodo explicari itidem debet ſimilis nummi cum adducto Pembrochiano inſcriptio, ſed minus accurate, ut videtur, expreſſa; quem e cimeliis præſtantiſſimi Jac. de Wilde, juxta alios quoſdam cum Samariticis litteris, in lucem protulit, ſed de qua nihil eſt auſus adfirmare, vir eruditiſſimus. Mitto duos alios adhuc cum eadem inſcriptione חרת ac typo nummos, inter eadem Pembrochiana cimelia. In altera vero ſignati ſupra nummi parte, folium Vitis, ſicut in aliis Judaicis itidem eorum temporum nummis conſpicitur; ac ubi ſequentes tantum litteræ comparent, eaſque legendo, Orientalium more, a dextra ad ſiniſtram, juxta alios id genus Samaritanorum nummos, שתים exeſis, ut apparet, in eo duabus litteris Samariticis *Tau* & *Jod*, ac prout eædem litteræ שתים חרת hoc eſt שתים חרת integræ occurrunt in ſequenti nummo: ut ſit tota prioris illius nummi inſcriptio, *Secundo Anno Liberationis*, nempe a Simeone Macchabæo partæ. In ſecundo vero nummo, Calix itidem, ac illud, ut modo dixi, שתים ſeu שתים exeſis in eo litteris שנת ſeu שנת nempe *Secundo Anno*; tum in altera nummi parte, folium quoque Vitis, & litteræ, quæ clare ibi comparent, ציון hoc eſt ציון *Tzion*, ſeu *Sion*. In tertio nummo Calix ſimiliter, cum litteris, ut ſupra, שנת ſeu שתים שנת deletis nempe ibi, quæ in ſuperiori nummo leguntur, *Jod* & *Mem*: in altera vero nummi parte folium rurſus Vitis, & exeſa priori littera, ſequentes leguntur צ, ut ita prior littera ם in dextra nummi parte, e ſuperiori nummo, ſeu *Tzadi* Samariticum ſuppleri omnino debeat; nempe quibus litteris itidem ציון *Tzion* deſignatur. Et hæc utique ex aliis Judaicis nummis cum *Samariticis*, quæ in iiſdem exſtant litteris, eæque haud parum ſubinde ab alia Samaritanorum ſcriptura, ut harum rerum peritis notum, diverſæ, facile, ut opinor, fidem invenient. Immo quibus Samariticis præclari illius Pembrochiani Cimeliarchii nummis a me hic adductis & explicatis, tres quoque ſimiles e lectiſſima veterum nummorum penu exhibuit mihi poſtea, hac & aliis paternis virtutis ac eruditionis laudibus abundans, Gulielmus Loyd filius. Quibus & illud, quod mihi familiaris ejus, & in Orientalium litteratura valde exercitatus, ac jam ſupra a me memoratus, Joannes Gagnier ſuis ad me litteris ſignificavit, monendum

De Num. Hebræor p. 144. Adde Cellar. Hiſt. Samar. pag. 241 & Relandum Diſſ. de Num. Samar. pag. 1 & 45.

Relandus ut ſupra p. 40.

eadem

eadem occaſione hic duxi: nempe diſcrimen illud, quod in Samariticis id genus nummis apparet, in quibus aut גאלה *Redemptio*, ſicut in nummo a me
Pag. 15. in ſuperiori Diſſertatione, & de quo is tum ad me ſcripſerat, memorato; vel ut in eo proxime hic adducto, eique ſimilibus aliis, חרות ſeu חרות *Libertas* legitur, inde, juxta magnum Antiſtitem Loyd, oriri; quod prior, ſeu *Redemptio* reſpiciat ad celebrem Templi dedicationem, a Juda Macchabæo factam, Anno ante Chriſtum CLXV. *Libertas* vero, ad primum Simeonis annum, quo reſtituta eſt Judæorum Reſpublica, cum immunitate a tributis; uti e Machabæorum libris, & Joſepho conſtet, Anno nempe Ante Chriſtum CXLIV.

1 Machab. XIII. v. 42. Antiq. lib. XIII. cap. II. pag. 446.

Continuatio ejuſdem argumenti.

Adeo ut nummorum id genus, aliorumve, de quibus ſupra obiter egimus, qui *Redemptionis* vel *Libertatis Iſraëlis* vel *Hieroſolymarum*, aut *Sionis* meminerunt, *Anni* etiam *Primi*, *Secundi*, *Quarti*, vel in aliis adhuc *Sexti*, quo ea contigerit, adſcripti, fide ac auctoritate conſtare omnino liqueat, Haſmonæorum utiq; temporibus, *Samariticas* litteras in civili ac vulgari Judæorum uſu adhibitas. Ut mittam plures inſuper *Haſmonæorum*, uti SIMEONIS aliorumque nominibus inſcriptos nummos, a me Pariſiis, quum noviſſime ibi Regio juſſu agerem, cum Samariticis itidem litteris inſpectos, & de quibus æri jam inciſis paratum habuit commentarium, commemoratus in priori Diſſertatione vir harum litterarum peritia inſignis Nicolaus Toinardus. Quod vere quidem a doctiſſimo Conringio ea de re paullo ante eſt adſertum; eorum vero ſententiam penitus convellit, qui nullos omnino dari vetuſtos nummos Judaicos, poſt captivitatem etiam, & Haſmonæorum temporibus, ſeu Samariticis proinde, ſeu Aſſyriacis vel quadratis litteris iidem ſint inſcripti, ex æquo ſtatuunt. Adde, quod iſtud de dictis nummis, cum Samaritanorum litteris, propius ad eorum e Talmudicis, aliiſve Hebræorum Magiſtris ſententiam accedit, qui legem Aſſyriacis litteris a Deo datam, ac demum apud Iſraëlitas conſcriptam ſtatuunt: eoſdem vero, cis Jordanem, ſcriptura dein uſos, & quidem in rebus profanis, qua Cuthæi, ſeu Samaritani, uti ſolent. Quam in rem, præter memorata jam a duobus harum litterarum Duumviris, Buxtorfio & Lightfootio, Talmudica aliorumve Magiſtrorum dicta; expreſſa exſtant, quæ noviſſime obſervare mihi licuit, duorum Miſchnæ celebrium apud Judæos Interpretum, Moſis vulgo Maimonidæ quæ jam paullo ante adduximus, & præterea ſequentia Obadiæ de Bartenora eam in rem verba, in vulgatis nuper ejus ad Miſchnam apud Batavos commentariis: nempe כתב עברי Scriptura Hebraica *eſt, qua uſi ſunt* CIS JORDANEM, *in qua etiamnum Cuthæi ſcribere ſolent. Iſraëlitæ vero hac ſcriptura uſi ſunt* IN REBUS PROFANIS. *Cæterum ea Scriptura, quæ hodie verſatur in manibus noſtris, eſt ea, quæ a tempore Regum inſculpta eſt: iſta vero Scriptura, in qua nos hodie librum Legis exarare ſolemus, vocatur* אשורי, *eſtque Scriptura* IN TABULIS CONSIGNATA, *& vocatur* אשורי *quia* מאשר *beata eſt.* In quibus, ut alia nunc mittam, tria notari omnino videas: unum, Iſraëlitas, poſt eorum demum ingreſſum in terram Chanaan, ac proinde *cis Jordanem*, Samariticis gentium illarum litteris uti cœpiſſe: & quidem ſecundo, *profanis* tantum *in rebus*, non proinde in Legis ſcriptionibus; tertio, *Legem* a Deo in *tabulis conſignatam* litteris Aſſyriacis, quæque inde quaſi *beatæ*, ſeu a Deo conſecratæ, fuerint, pro Magiſtrorum nempe illorum mente, appellatæ. Quæ utique quam aliena ſint ab eorum ſententia, quivis videt; qui Iſraëlitas Samariticis litteris perpetuo, atque ita ante, & poſt eorum ingreſſum in terram Chana-

In Miſch. Tractat. de Lotione Manuum cap. V. §. 6. pag. 490. Tom. VI. Ed. Amſt.

an,

an, & quidem tam in Sacris, quam in profanis rebus, uſûs; & Legem etiam a Deo ea ſcriptura datam, ac deinceps ſcribi apud eos ſolitam, contendunt. Sed quæ hactenus a nobis eam in rem monita, ultro ac lubenter eorum iudicio permittimus; qui præter interiorem harum Orientis litteratum notitiam, liberum inſuper, ut it ſupra iam adtigi, a præiudicata hiſce de rebus opinione animum, neque eum veterum nummorum tractationis omnino rudem, ad ferendam hic ſententiam conuertent. Qua ratione etiam factum, ut eadem hæc de eo argumento a me adnotata, viro, qui harum litterarum uſu & doctrina plane ſingulari, non omnium ſolum, quibus notus eſt, iudicio, ſed dedita pridem de eo fama, inter paucos hac ætate excellit, Petro Allixio, olim Eccleſiæ Pariſienſis Reformatæ Paſtori, nunc Salisburienſis Diœceſeos Theſaurario, dum ab eo opportune fueram conventus, legenda coram darem; paullo antequam prælo eadem ſubderentur: eumque in finem, quo ſuam de iis ſententiam, qua ſolet ac decet fide, libere & candide mihi ſignificaret. Haud parum vero ſum lætatus, dum ea luculento viri integerrimi doctiſſimique teſtimonio continuo probari cernerem; eamque ſententiam, qua Hieronymi potiſſimum auctoritate, immutatio litterarum Sammariticarum, quæ primigeniæ ſcilicet juxta eum fuerint Hebræorum litteræ, in Aſſyriacas ſeu Hebræas hodiernas, & tanquam ab Eſdra facta, ſtatuitur, iiſque, quæ adduxi hactenus, incommodis ac difficultatibus premitur, pariter ab illo conuelli intelligerem. Immo indicata etiam coram eius rei, quæ nempe Hieronymum, ut id ſtatueret, induxerit, origine; quam vero ut ipſe obiter ſcripto vellet conſignare, quo maior hiſce, a meritiſſima viri in hac litteratura ſummi fama ac notatione, auctoritas accederet, mihi id ab eo tum petenti, opportune & quidem vix dum elapſo ab ea inter nos collocutione biduo, miſſa ad me ſequenti epiſtola, indulſit.

Illuſtriſſimo & Ampliſſimo Viro, Domino

D. EZECHIELI SPANHEMIO,

Libero Baroni,

Et ad Sereniſſimam MAGNÆ BRITANNIÆ REGINAM, *a Sereniſſimo* BORUSSIÆ REGE

LEGATO EXTRAORDINARIO.

PETRUS ALLIX, S. P.

NON is ſum, Vir Illuſtriſſime, qui quod aliquam ſententiam ſequar, vel eo poſſim multum illi momenti addere; in ea potiſſimum cauſa, quæ tot Viros eruditione inſignes dividit. Verum cum flagites a me, ut qualecumque judicium meum apud Amplitudinem Tuam depromam, de duabus quæſtionibus, quæ ad hanc cauſam ſpectant, quam tanta eruditione, tamque rara modeſtia tractas, non poſſum quin tuæ voluntati obſequar. Hoc unum ab Amplitudine Tua expecto, ut ſi quæ a me proferantur alicujus in ea cauſa momenti, illa me ad lectionem eorum, quæ mecum communicare dignatus es, in integrum referre memineris.

Prima quæſtio, quam proponis, ſpectat auctoritatem Hieronymi, quam ſequuntur illi, quibus placet ab Eſdra Sacri Codicis characteres ex Samaritícis in Aſſyriacos fuiſſe mutatos. Ego ſane Hieronymi nomen inter veteres multum veneror. Verum quod in hac cauſa ille certum pronuntiat, non modo mihi incertum, ſed plane falſum videtur. Omnino vereor ne Judæo, a cujus ore pependit, in eo nimium tribuerit Vir Magnus. Nam ex eorum officina prodiit liber IV Eſdræ, a Judæo, inquam, facto Montaniſta, ſcriptus, qui ſupponit totam Bibliothecam ſacram in Excidio Hieroſolymorum periiſſe, atque adeo ab Eſdra, Deo dictante, fuiſſe reparatam; ſic ille cap. 14. quam ſententiam licet abſurdam ſecuti ſunt Irenæus, Clemens Alex. Tertullianus, ut alios jam mittam. Sic a Judæorum pleriſque poſtea creditum & concluſum ex Nehemiæ Libro cap. VIII, (hunc autem librum Eſdræ tribuunt ut ſecundum) Eſdram Sacrum Codicem Chaldaicè explanaſſe cum prælegeretur apud populum, immo ex voce מפרש verſ. 8. uſurpata, Targhumim ſuorum antiquitatem arceſſunt. Ita habetur in Talmude Babyl. Tit. Megillah c. 1. & hunc locum laudat author Jalkout ad locum Nehemiæ a me laudatum. Hoc ſemel poſito quid facilius, quid proclivius, quam credere characteres antiquos ab Eſdra fuiſſe mutatos in gratiam plebis, quæ Sacram linguam in captivitate dedidicerat, quod etiam admiſerunt Talmudicorum nonnulli, quos recenſet Morinus, aliis licet reclamantibus, ut probavit idem Morinus.

Atenim ne videar Hieronymo parum æquus, lubet id paulo accuratius expendere, quod ut certum ille pronuntiat. Quem authorem laudat ille Vir Magnus rei tam ſingularis teſtem? An Joſephum, qui res Samaritanorum pene ſolus inter veteres Hiſtoricos memorat? At Joſephus geſta Eſdræ referens, Lib. XI. c. 5. nil tale habet nec eorum aliquid, quæ nunc Judæi ab Eſdra docent fuiſſe profecta. Fatui certe ſimus, ſi Hieronymo, aut Judæo Barrabæ, ipſius Magiſtro, tantum tribuamus, ut illis de rebus, quæ pene octingentis ante illos Annis geſtæ ſunt, abſque ullo teſte aut ſacro, aut profano, fidem addamus. Quid quod centum poſt Joſephum annis ullam ab Eſdra in literis mutationem factam ſuiſſe negat Ribbi, contendens literis Aſſyriacis legem a Moſe fuiſſe primitus ſcriptam ut refert author En Jſraël ad cap. 1. Maſſech. Megillah.

Non modo quod Hieronymus ut certum aſſerit, teſte caret rei geſtæ pari aut ſuppari, ſed in ſe eſt abſurdiſſimum. Contigit excidium Hieroſolymæ Anno ante Chriſtum 586. Cyrus Anno ſui regni 1. id eſt Anno Ante Chriſtum 536. Judæis libertatem redeundi in patriam conceſſit. Ab hoc tempore ſub Aſſuero & Artaxerxe Samaritani Templi Hieroſolymorum reſtitutioni ſemet tum publice, tum per aulicos opponunt. Templo reſtaurato ſub Dario Notho, Judæis hoſtes infenſiſſimos illi ſe exhibere pergunt. Accedit Eſdras Hieroſolymam 7 Artaxerxis Mnemonis id eſt Anno ante Chr. 399, ad diſciplinam Eccleſiæ Judaicæ reſtituendam. Ac tum, ſi Deo placet, Codicis ſacri literas antiquas mutat, quas habebant Judæi in ſuo Pentateucho, & Aſſyriacas ſubſtituit. Credat Judæus Apella, non ego.

Cui bono hæc ab Eſdra facta fuiſſet litterarum immutatio? An, ut Samaritanis anſam Judæis inequitandi ſuppeditaret, tanquam novatoribus? An, quod Judæi Chaldaicis Characteribus jam eſſent magis aſſueti, quam illis characteribus quibus lex fuit deſcripta tempore ſui excidii? At illos 20 Artaxerxis Mnemonis Anno, id eſt a captivitate 200. annis, Hebraice loquentes audiit Nehemias, ut ipſe refert. An autem credibile eſt Libros ſacros ab iis non potuiſſe legi, qui linguam ſuam ſervarant incolumem? Quid magis abſurdum, quam fingere Danielem

niælem, aut ſequentes populi reducis præſides, qui poſt illum pene intra centum & quadraginta Annos floruerunt, nullam mutandi characteres veteres neceſſitatem percepiſſe, at illam demum apparuiſſe Eſdræ?

Novi Talmudicos hanc neceſſitatem mutandi characteres arceſſere ex apparitione facta Balthazari, ultimo Chaldæorum Regi, & ex ſcriptura, quam ſolus Daniel potuit explanare. Verum quis non judicat hæc eſſe vigilantium ſomnia, imo meras deliriationes? Certe ſi quis apud ſe reputet gentis Judaicæ, vel ipſis fatentibus, maximam partem etiam poſt libertatem a Cyro ipſis reſtitutam, in Babylonis provincia & finitimis locis hæſiſſe, non poterit, quin hanc characterum mutationem pro mera habeat fabula. Quid enim, an etiam Eſdras Codicum, qui inter Judæos captivos reperiebantur characteres mutavit, e Samaritanis quibus aſſueti erant in Aſſyriacos? Aut an illi Judæi, audita hac mutatione per Eſdram facta, veteres ſuos Codices abjecerunt, qui ipſis eſſent notiſſimi, ut novos characteres adoptarent, quibus antea neutiquam fuiſſent aſſueti? Conſtat enim illos Chaldaicos characteres, non vero Samaritanos in Codicibus ſuis poſt Chriſtum natum habuiſſe.

Memini Hieronymum paſſim exprobrare Judæis, quod illis doctrina temporum parum fuerit curatâ. Id in hoc articulo temporis, ſi alibi uſpiam, manifeſtum eſt. Neſcio quam Synagogam magnam apud reducem populum Judæorum fingunt, per quam Traditio fuerit ſervata. Baruch, inquiunt, a Jeremia traditionem accepit; a Bâruchο conſiſtorium Eſdræ accepit. Quinam fuerunt autem Eſdræ ſynagoga Magnâ? Aggæus, Zacharias, Malachias, Daniel, Ananias, Miſael, Azârias, Nehemias, Mardochæus, Bethſan, Zorobabel, & alii multi numero 120, quorum ultimus fuit Simeon Juſtus Sacerdos Magnus poſt Eſdram. Ita Maimonides in præfat. ad ſuum Jad Kazaka. Ο ἀνυπόστατον incredibilem in tanto, qualis fuit, Maimonides, viro! ſed ſuorum in Chronologia dictata ſequitur. Secunda illis poſt Templum reſtitutum generatione, ad Traditionem incolumem ſervandam neceſſaria ex Viris ſynagogæ magnæ fuit Simeon Juſtus. Cujus nomen fuit Iddo, filius Joſue, filii Jotſedeci, ſummus Sacerdos, cujus tempore Perſiæ regnum everſum eſt. Ita Ravad in ſuo libro de Traditione Judæorum, cum tamen conſtet ſub Jaddo, quem ille perperam vocat Iddo, Perſicum imperium corruiſſe, & Simeonem Juſtum, in Eccleſiaſtici libro memoratum, non niſi octava ætate a tempore Joſue filii Jotſedeci ſummo Sacerdotio fuiſſe functum, & Jaddo, non niſi interjecto Onia, Jaddi filio ſucceſſiſſe. Eſdras ad Sarajam, Summum Sacerdotem ſub Sedecia ſuam originem retulit, ſed ab illo fuit ſextus, cum æqualis fuerit Jochanani, filio Eliaſibi, qui fuit quintus a Saraja. Nunquam fuit ſummus Sacerdos, & ante Simeonem Juſtum fere centum annis ad plures iverat. Daniel cum ſociis Tertio Jehojakimi in Chaldæam abductus, poſt Tertium Cyri, non videtur amplius fuiſſe in vivis, atque adeo Eſdræ non potuit eſſe æqualis, nedum Mardochæo, qui poſt Nehemiam floruit. Verum nil curant Judæi, dummodo quæ fingunt in ſuorum gratiam, illis placeant, licet aliis ſumme ridicula videantur. Dolendum, quod apud eos qui ſacræ Scripturæ authoritati conſultum volunt, tales recutitorum næniæ, ut & alia bene multa de Eſdra eodem a Judæis calida mendacia prolata, haud minus Scripturæ authoritatem imminuentia, fidem invenerint.

Sed ab hac digreſſione redeo ad argumentum, quod eſt præ manibus. Ut nihil potuit perniciosius inveniri ad authoritatem veteris Codicis peſſumdandam, quam fabula, quam prodidit author Apocryphi 4. Eſdræ, ſic nihil ad ejuſdem codicis

dicis ſacri contemptum inſpirandum magis oportunum potuit profanis hominibus ſubminiſtrari, quam illud, quod pro certo nobis ingerit Hieronymus. Annon id triumphum paraſſet Samaritanis adverſus Judæos coram Ptolomæo Philometore Ægypti Rege, de divina lege litigantibus, ut habetur apud Joſephum Lib. 13. cap. 6?

At enim inquiet aliquis, quomodo igitur factum eſt, ut Samaritici Characteres nummis Judaicis poſt reditum e captivitate fuerint inſcripti, non vero illi characteres, quos Aſſyrios vocant? Ad hæc duo dicam, eos Judæos authores habens, qui ſe aliis, circa hanc commentitiam mutationem, tanquam ab Eſdra factam, opponunt.

Duplex fuit apud Judæos character; unus Sacer, quo libri ſacri conſcribebantur. Illeque magis ad Chaldaicum characterem acceſſit, quam Samaritanus, unde etiam videtur Philo Lib. 2. de vita Moſis legem Chaldaicè ſcriptam aſſerere. Alter vero fuit profanus. Profano illo characte re ſtatuunt exaratum fuiſſe Pentateuchum, quem ab Aſſaraddone miſſus ad gentes ethnicas inſtituendas in cultu Dei Iſraëlis Sacerdos Iſraëlita ſecum detulit. Eo characte re, qui non fuit ſacer [Nam ſacer ab Iſraelitis, æque ac lex ipſa, videtur fuiſſe neglectus] ſed profanus, Samaritani uſi ſunt, & adhuc utuntur: quippe qui alium a ſuo Sacerdote primitus non accepiſſent. Judæi illo characte re profano ut populari uſi ſunt in nummis, ſed ſacrum in Codice ſacro tranſcribendo ſervarunt. Profanum porro ipſis ante excidium apprime notum ſivernnt Judæi obliterari. Idque eorum Reipublicæ excidio, & totius gentis diſperſioni per orbem quin ſit tribuendum, nullus dubito; cum vel ipſum characterem ſacrum intelligere apud ipſos rarum fuerit IX ſeculo, unde illis in Arabicam linguam Pentateuchi transferendi nata eſt occaſio plane neceſſaria.

Rem quomodo illam explanavi, ita ſe habere intelliget, quicunque animum reflectet in gentes, unde orti ſunt, Samaritani. Fuerunt illi per multos annos gentium ex variis Aſſyriæ & Mediæ provinciis oriundarum colluvies, & tandem ad Judæorum religionem traducti, poſt longam in Samaria & locis vicinis moram. Quin ab initio plures inter illas gentes fuerint linguæ, aut ſaltem variæ dialecti, nemo jure ambiget. Ex mutuo igitur commercio, & ſtudio ejuſdem ſcripturæ tandem illas ad unam linguam, nempe Hebraicam cum Chaldaica mixtam efformandam deveniſſe eſt ſtatuendum, idque circa Darii & Artaxerxis tempora, quum abſque interprete apud Nehemiam illas egiſſe legimus, nec videmus Samaritanos poſtea alia lingua uſos.

Quid ſi minus placeat hæc Judæorum nonnullis probata reſponſio, alia ratione poſſe illi difficultati ſatisfieri arbitror, quam Judaici ſcriptores haud minus probant. Hos characteres Samaritanos volunt fuiſſe characteres, quibus in patria ſua utebantur gentes illæ, antequam eas Aſaraddon in regionem decem tribuum mitteret. Illis characteribus Sacerdos ab Aſaraddone miſſus, ut eas gentes Legem Dei doceret, legem deſcripſit, quippe cum ea ratione ab iſtis gentibus facilius potuerit legi. Sic illi characteres a Samaritanis uſurpati ſunt qui cum apud Chaldæos & Aſſyrios, ubi exulaverant Judæi ante reditum in patriam, eſſent vulgati, hinc etiam poſt reditum ab illis fuerunt uſurpati in nummis, quorum uſus fuit profanus, eoque magis quod ſic Judæorum cum aliis gentibus tum Vicinis tum remotioribus commercio conſuleretur.

Jam vero ex alia parte, an Judæi potuerint in Chaldæa linguæ ſuæ immemores fieri, aut characterum ſacrorum eſſe ignaris, expendat aliquis. Ut videmus

Joſiæ

Joſiæ tempore librum legis, Moſis manu deſcriptum, ſtatim lectum & intellectum; ita videmus eundem librum legis ab Eſdra lectum coram tota plebe: Quod qui factum neget publice ante Eſdræ adventum ſingulis annis, ille tum Joſuam & Zorobabelem, tum Prophetas Aggæum & Zachariam neglectæ legis debet accuſare. Lepidam ſane ſuppoſitionem, ex libro Legis reſtitutam fuiſſe aram & ſacrificia, & feſta ſolemnia, & tamen Legis librum fuiſſe ignotum, nec potuiſſe legi coram populo; quia ſcilicet nondum Eſdras Chaldaicos characteres Samaritanis ſubſtituerat. Apage tam abſurdam ſuppoſitionem, quippe quæ per pluſquam quinque generationes Judæos ſuam omnem religionem neglexiſſe, & apud ſe nullos Libros ſacros pro gentis more ſolemni legiſſe velit. Nec ſane aliquot Talmudicorum conſenſus in hac admittenda litterarum antiquarum in Aſſyriacas immutatione videtur eſſe magni momenti. In hunc errorem lapſi ſunt, dum veterum nummorum characteres a Samaritanis probe legi & ſibi ignotos eſſe perceperunt. Ad fabulas fingendas tum animum converterunt, & ex apparitione Balthazari facta, hanc mutationem divinitus factam plebi ſuæ perſuaſerunt.

Vereor ne ſim nimius in tam vana ſuppoſitione exagitanda. Unum tamen non poſſum quin expendam, quod Hieronymo ad Ezechielis 9. 4 videtur impoſuiſſe. Litera Thau ibi memorata, cum a variis interpretibus fuiſſet varie tranſlata, a Theodotione demum relicta eſt, ut ultima Hebraici Alphabeti Litera; quod cum retuliſſet Hieronymus, hæc addit. Et ut ad noſtra veniamus, antiquis Hebræorum literis, quibus uſque hodie utuntur Samaritani, extrema Thau litera crucis habet ſimilitudinem, quæ in Chriſtianorum frontibus pingitur. *Quis non credat hoc eſſe certiſſimum? Verum ſi Samariticas nummorum literas conſulamus, qui ſub Haſmonæorum regnis cuſi ſunt, Hieronymum hallucinatum eſſe conſtat, aut ex præcipiti aliquot nummorum inſpectione de conſtanti hujus literæ apud Samaritanos figura nimis leviter pronuntiaſſe. Nam Thau Samaritanum, in pleriſque antiquiſſimis nummis, non ad formam crucis ibi formatum eſt, qualem in ſuis frontibus pinxerunt Chriſtiani, ſed formam crucis, quam Sancti Andreæ vocant, refert. Quod ſi in nonnullis nummis ad formam crucis veræ effictum eſt, quod plures potuit habere cauſas ex uſu & monetariorum voluntate ortas, hinc tamen nullam certam conſequentiam ducere potuit Hieronymus, ut de hujus literæ antiquiori figura tam univerſaliter pronuntiaret. Atque equidem Juſtinus Martyr, qui cum Tryphone agens omnia V. T. loca rimatur, & omnes pene naturæ partes, ut crucis veſtigia quærat, nil tale affert, quale Hieronymus; cum tamen illum, origine licet Romanum, inter Samaritanos natum, & diu vixiſſe Sichemi conſtet.*

Facile eſſet, Vir Ampliſſime, ex variis lectionibus Pentateuchum Samaritanum, illis quæ ſupra expoſui ſemel poſitis, concludere ad illos valde corruptum perveniſſe, cum a Sacerdote quopiam Iſraëlita delatus eſt. Quod enim nonnulli putant Judaicos Interpretes, qui Pentateuchum Græce reddiderunt, Samariticum exemplar conſuluiſſe, ut Pentateuchi ſui errata emendarent, aut loca omiſſa ſupplerent, id plane contraria ratione eveniſſe arbitror; ſcilicet ſequenti tempore, ex Græca verſione Samaritanos ſui Codicis varia loca immutaſſe; Idque ut Judæis, qui ſolum Codicem Hebræum legebant, invidiam crearent, atque inſultarent. Verum id argumenti, quod eſt magnæ molis, aggredi, nec mihi eſt animus, nec ſi id excutere liberet, mihi ad illud præſtandum ſatis otii nunc ſuppetit, aliis ſtudiis immerſo. Unum his, quæ dixi, lubet tantum adjicere: Scilicet me eo confidentius hæc ad Amplitudinem tuam ſcribere, quod noverim tandem

aliquando reſipuiſſe in Gallia Viros eximios, quos Joh. Morini ſcripta in aliam ſententiam deduxerant. Id per literas ante aliquot annos mihi ſignificavit Vir Clariſſimus, & in hac eruditione æque ac in ſacra & Eccleſiaſtica Princeps, Ludovicus du Four, narrans quod jam pleroſque pudeat acquieviſſe eorum ſententiæ qui duas literas ש ש, *quæ in Nummis Haſmonæorum leguntur, putarint deſignare Siclum Salomonis, cum notent ſolummodo annum tertium illius Regis Haſmonæi, ſub quo cuſi ſunt, quod luce clarius patet illam ſeriem pene integram nummorum qui ſub his Regibus cuſi ſunt expendenti, cujus partem Cl. D. Toynard jam inciſam, Amplitudini Tuæ oſtendit, dum Lutetiæ ageres:*

Ad ſecundam tuam quæſtionem venio, quam breviori opera expediam. Igitur nullus dubito, quin pluribus ante captivitatem ſeculis Judæi ſignatis nummis uſi ſint. Id docet vox משבע *quæ ſignatam monetam arguit. Atque equidem quis mente concipiat, artem nummos cudendi apud Judæos tum ſero fuiſſe receptam, quorum Reges fuerunt potentiſſimi & ditiſſimi, & qui maximis cum Regibus, quales fuerunt Ægyptii, Aſſyrii, Babylonii, tanta commercia habuerunt? Per Tyrios, aut ex Ægypto hæc ars ad Græcos, fateor, pervenit, & a Græcis ad Occidentis cæteras partes. Verum cum Tyriis frequens fuit Judæorum commercium, quod nonniſi opera ſignatæ monetæ poteſt diu obtinere.*

Omnino ſi quis expendat tot ſpecies monetæ, quæ in ſacro Codice memorantur, tum aureæ, tum argenteæ, tum æreæ, & quarum nonnullæ apud Græcos ejuſdem ponderis fuerunt, qualis apud Hebræos, vix a ſe impetrare queat, quin etiam ante Reges nummos ſignatos fuiſſe apud Judæos ſibi perſuadeat. Vix enim abſque illa arte aliquid in commerciis tutum ſupereſt. Omnia fraudi patent, quam compeſcere, cum ad publicæ rei ſtatum ſpectet, ita etiam illi per nummorum ſignationem obviam itur, æque ac per ponderis curam.

Nullus niſi abſurdè dubitet, quin voces χρύσια, ἀργυρία, χαλκᾶ *in N. T. nummos ſignatos connotent. Cur igitur aliud in veteri codice, ubi frequenter occurrunt, aliud deſignarent ſcil. auream, argenteam, & æream pecuniam, ſed non ſignatam? Antiquiſſimis quidem temporibus ponderandi nummos mos obtinuit, ut patet ex Gen. 43. 21. verum ſi non eodem tempore ſignatos velimus, at ſaltem ſequentibus ſeculis ſignatos oportet fuiſſe, cum apud Athenæum & Macrobium, longe ante Servium Tullium, id eſt pluſquam 630 annis ante Chriſtum, pecuniam ſignatam fuiſſe in Italia legamus. Haud mihi conſultum videtur exacte tempus deſigere, quo moneta apud Judæos ſignari cæpit. Rariſſimi ſunt antiquarum gentium in Aſia, & in Aphrica nummi. Nec eorum qui exſtant inſcriptiones nos niſi difficillime juvare poſſunt in origine hujus artis apud Judæos indaganda. Quid ſi jam non extent niſi nummi ſub Macchabæorum regnis cuſi, vix tamen credendum tam ſero Judæorum gentem ſuos nummos ſignaſſe.*

Id tum apud Judæos, tum apud Chriſtianos eruditiores video eſſe in confeſſo. Imo nonnulli Siclos, qui jam cum literis Samariticis exſtant, volunt fuiſſe eoſdem Siclos, qui Deo ex ipſius lege pendebantur; in quo tamen non poſſum eorum acquieſcere ſententiæ. Nam arbitror illos Siclos, qui jam exſtant, & quorum nonnulli a viris eruditis typis exſcripti ſunt, poſt reditum ex captivitate ſub Haſmonæis cuſos, non vero tali forma obtinuiſſe ante captivitatem. Id mihi videntur demonſtrare Urna & ramus amygdali, quæ reſtaurationem ſtatus per Macchabæos factam deſignant, quale ſymbolum in nummis ſub Regum imperio cuſis, haud uſurpatum fuiſſe mihi perſuaſum eſt. Res pateret abſque dubio, ſi ex illis talentis tercentum, quæ ex ſepulcro Davidis legitur Hircanus ſub Antiocho

Sidete

Sidete deprompſiſſe, ſupereſſent aliqui nummi. Interim ſub judice lis ſit. Qualem habuerint hi nummi inſcriptionem, an ſemper eandem, an vero pro Regum arbitrio variam, pronuntiare arduum. Sat eſt, ſi agnoſcamus priorum Regum tempore, nullam aut hominis, aut fœminæ, aut aſtri figuram fuiſſe inſculptam, quod a graviſſimis ſcriptoribus etiam apud Romanenſes agnoſcitur. An Reges Iſraëlis, aut Reges Judæ, qui fuerunt idololatræ, aliter egerint, aut ſua capita, aut idolorum ſuorum imagines nummis inſcripſerint, diſputent illi, quibus incerta pro certis obtrudere mos eſt ac ludus. Ego ſane exiſtimo, ut Chriſti tempore Romana pecunia fuit in uſu apud Judæos, quia Romani imperio in illos fruebantur ſupremo, ita & factum ante captivitatis tempora, aut quum Ethnicis facti ſunt ſubditi, ut inter Joſuæ tempora & Samuelis, aut ubi cum vicinis commercia exercuerunt. Tum enim illos haud ſcrupuloſe expendiſſe cenſeo, quæ eſſet forma nummis inſcripta, quorum uſus fuit ad civilia negotia tranſigenda ut neceſſarius, ita etiam comparatus.

Huic Epiſtolæ finem hic impoſuiſſem, ni duo quæpiam circa hoc argumentum eſſent mihi adjicienda. Unum eſt, quod cum nummis veterum Regum Judæ nullam imaginem inſcriptam faiſſe omnes conſentiant, repertus tamen fuerit Vir eruditiſſimus in Hebraicis, in hoc regno ſcribens, qui locum Talmudis Hieroſolym. Sanhed. fol. 20. col. 2. ita reddidit Latine, ut Saulis Regis nummos ejus effigiem geſſiſſe ex eo concludat, quod M. Polus ad Luc. 20. poſtea tranſcripſit. Verum, ſi quis locum Talmudis conſulat, monetæ quidem Saulis mentionem ibi reperiet, ſed nullam plane effigiei Saulis. Nec aliter ſcripſit Maimonides in loco, quem Vir idem Clariſſ. laudat. Atque equidem Judæi volunt omnem formam humanam fuiſſe apud gentem ſuam vi Legis Divinæ vetitam. Id diſcas ex loco antiquiſſimi commentarii, qui dicitur Rabboth. Locum enim Geneſeos cap. 12 2. allegorice de nummis ab Abrahamo cum ſuo nomine cuſis intelligunt. Scilicet ferunt Abrahami & Saræ nomina eo modo fuiſſe nummis inſcripta, Senex & Vetula; *Iſaaci nummis inſcripta fuiſſe Iſaaci & Rebeccæ nomina hac ratione,* Juvenis & Juvencula. *Ibidem docent Davidis nummis inſcripta fuiſſe Pedum & Peram, prioris ejus vitæ monumenta. At Joſuæ nummis inſcriptum hinc quidem Taurum, illinc Unicornem; Mardochæi nummis inſcriptum hinc Saccum & Cinerem, illinc auream Coronam. Quantam fidem hæc mereantur, penes Amplitudinem tuam ſit Judicium. Ex illis ſaltem patet a Judæis non creditum artem cudendi nummos ſero apud majores ſuos receptam, quam vult Vir bene doctus, cujus Diſſertationem mihi legendam dediſti.*

Alterum eſt quod in his nummis Samaritico Charactere cuſis videtur poſſe negotium faceſſere, ſcil. Annus Seleucidarum illis adſcriptus. Hoc enim cum Judæorum ἀυτονομίᾳ non videtur ſatis congruere. Hanc Αὐτονομίαν obtinuerunt Anno Seleucidarum 177. ut teſtatur Author Libri I. Macchab. cap. 13. Id eſt A. Per. Jul. 4571. Ante Chr. 143. Quomodo igitur fit, ut poſtea Annus 224. Seleucidarum fuerit in nummis Judaicis notatus quod patet factum in I. Nummo quem exhibet Cl. Relandus? Verum huic difficultati facile ſatisfit, ſi dicatur Judæos etiam poſt Αὐτονομίαν hac Æra fuiſſe uſos, ut bene Relandus monuit. Certe illa uſi ſint ſub ipſo Romanorum imperio, imo ſub Muhammedanorum dominatione ante hos ſexcentos annos. Nam memini me illam æram vidiſſe in MS. codice τῶν Rabboth Damaſci tum ſcripto, & qui nunc eſt in Bibliotheca Rev. Epiſcopi Norwicenſis. Haud tamen Relandi dubitationem probare poſſum, circa exordium hujus æræ Seleucidarum, quæ eſt iſtis Haſmenæorum nummis

mis adſcripta. Nullum dubium eſt quin cum hi nummi in Judæa fuerint cuſi, ejuſdem Æræ Seleucidarum initium agnoſcant, qui conſtituitur in I. Libro Macchabæorum, adeo ut Anni Regum, qui notantur in Nummis, colligari debeant cum tali Seleucidarum anno, qui fluxit a menſe Niſan Anni Juliani ante Chriſtum CCCXII. *Periodi Jul.* 4402. *Id ſi pro incerto habeatur, tum omnino perit uſus nummorum iſtiuſmodi. Haud me latet Judæos ante aliquot ſecula varias fabulas commentos fuiſſe, ac ſi illius initium Æræ ductum fuiſſet ab Alexandri Sexto. Verum miror, quod illas non faſtidierit Relandus. Quid, an Talmudis compilatoribus major habenda eſt fides, quam Joſepho, qui non ſub Simeone Juſto, ut volunt Talmudici, ſed ſub Jaddo ipſius avo, Alexandrum Hieroſolymam veniſſe teſtatur? Audiebant homines ignari illam æram, quam vocant* מניין שטרות *dici æram bicornis, id eſt, Alexandri, quem ut hircum Daniel deſcripſerat. Hinc ipſo vivo initium habuiſſe commenti ſunt, eoque tempore, quo Hieroſolymam acceſſit. Fuit ille Annus ante Chriſtum* 332, *Alexandri quintus, ſed nulla talis æra inſignis apud Judæos; nam Euſebius teſtatur æram Seleucidarum initium habuiſſe ab eo Anno, quo Seleucus Babylonem occupavit, qui fuit Annus ante Chr.* 312. *Omnes obſervarunt Chronologi Secundi libri Macchabæorum authorem hanc æram non a menſe Niſan inchoare, ſed a M. Tiſri; at ille Author non ſcripſit in Judæa, ſed in Ægypto, & ab eodem Anno* 312 *ante Chr. illam inchoat. Hunc Judæi exules a patria ſecuti ſunt computum. Teſtis eſt Maimonides, qui de Jubil. Cap.* X. *Annum quo ſcribebat, qui fuit* 1107 *ab excidio Templi, docet eſſe Annum* 1487 *Æræ contractuum, & a Mundo Condito ex Judæorum computo Annum* 4936. *Hi Maimonidis numeri cum æra Seleucidarum Libri* II. *Macchabæorum recte conciliantur, licet certum ſit illum poſtponere excidium Templi, a quo non* 1107 *ſed tantum* 1106 *Annos debuit numerare, ut illi conſtaret ratio annorum Sabbathicorum, de quo eſt ſollicitus, quod agnoſcunt Judæorum eruditiſſimi. Qualecunque ſit hoc diſcrimen inter Authores circa hoc initium Epochæ Seleucidarum, hoc pro rato & fixo habendum eſt, non potuiſſe ullam illius diſcriminis rationem haberi in Judæa, & in nummis eos annos Seleucidarum notari, quales apud Judæos Palæſtinæ numerabantur, & quales ſecutus eſt Author* I. *Libri Macchabæorum. Hanc Cl. Viri dubitationem removere operæ pretium duxi, ut ſi quid auxilii ex Nummis Haſmonæorum poſſit arceſſi ad hiſtoriam horum Regum certius conſtituendam aut illuſtrandam, qui eos poſſident nummos alacrius illos expendant, & in rei Chronologicæ commoda illos ſatagant referre. Sed manum de tabula. Nec enim has quæſtiones evolvere animus eſt, quod majus otium requirit & majus ſtudium, aut cum quoquam contentionis ferram reciprocare, ſed unice tuis votis ſatisfacere, fuit animus, meumque Tuæ Amplitudini obſequium comprobare. Dabam Londini* 10. *Aug.* 1704.

2 *De Nummis* PHOENICIIS *ſeu* PUNICIS.

Judaicis vero ſeu Hebraicis nummis, cum adductis litteris *Samaritici* ſeu *Phœniciis*, prout eaſdem a viris doctiſſimis ſtatui & promiſcue appellari conſtat, addendi proinde, qui PHOENICII aut PUNICI nummi, iique tamen a Judaicis diverſi, dici vulgo ab antiquariis ſolent. Cujuſmodi cum Aſiatici aliquot *Tyri Sidonis*, &c. tum plures Africani ſeu *Carthaginienſes*; inter Hiſpanicos præterea nonnulli; ac in Sicilia *Panormi, Syracuſarum, Drepanon, Segeſtarum, Solontinon*, apud Parutam; in Regiis inſuper aliiſque opulentis Cimeliarchiis, ac in thecis antiquariorum nummariis, etiamnum conſpiciuntur.

Qui

Qui autem eo opportunius conſuli & tractari etiam merentur, quod inde liquido conſtare poſſe videatur, an quod quibuſdam eruditis, uti Poſtello, L. Vallæ, Druſio, Schindlero, & eorum ſectatoribus placuit, Phœnicum lingua cum Arabica eadem olim fuerit; an vero Hebraicæ adfinis: quod poſtremum ab Hieronymo olim & Auguſtino traditum; dein a Bernardo Aldreto, in opere Hiſpanico, de Hiſpaniæ & Africæ Antiquitatibus; tum a viro doctiſſimo, & qui plura ex eo, ut ipſemet agnoſcit, mutuatus eſt, Thoma Reineſio, in Diſſertatione de lingua Punica; plenius vero poſtea & operoſius a magno Bocharto eſt adſertum: immo an omnino iidem olim Phœnicii, ac Samaritici, de quibus modo egimus, & e quibus Græcorum juxta (& qua de re mox) ac Romanorum litteræ profluxere, characteres exſtiterint. Quod poſtremum utique a viris harum litterarum principibus, [a] Scaligero, [b] Bocharto, & noviſſime ab Ed. Bernardo, in eorum diagrammatis ea de re editis, non tradi ſolum, ſed velut certum & confeſſum, extra omne dubium poni cernimus. Quum autem vix alia aut vetuſtiora veteris Phœnicum ſcripturæ ſuperſint veſtigia; nec Moſchi Sidonii, aut Sanchoniatonis Berytii Phœnicia monumenta, vel Punicos Hannonis, aut Magonis Carthaginienſis, aut Regis Hyempſalis libros liceat hodie nobis adire; nec Punica apud Plautum Punicis litteris legantur expreſſa; haud immerito id genus veterum & inſignium nummorum, *Phœniciorum* nempe ſeu *Punicorum* fide, de omni hoc præclaro & recondito argumento ſtatui poſſe videtur. Quæ res autem magis foret explicata, ni iidem nummi Punici vel Phœnicii, ob variarum litterarum, quæ in iis occurrunt, abolitum pridem uſum, aut eaſdem litteras ſubinde vetuſtate exeſas; aut quod Libycæ interdum litteræ ſint paulatim Punicis Africanis immixtæ, in quadam adhuc obſcuritate verſarentur. Cui utique non medetur Alphabetum XXII Punicis litteris exaratum, quod apud Bernardum Aldretum memorati paullo ante operis lib. II. cap. I. exſtare obſervat doctiſſimus Reineſius, eaſque cum Phœniciis & Samaritanis apud Scaligerum plurimum convenire. Neque enim tale Alphabetum XXII litterarum Punicum ibi apud Aldretum loco indicato comparet, aut alibi in ejus libro, quem olim a me viſum ad ſuperiorem jam hujus operis editionem indicaueram; hic autem denuo beneficio illuſtriſſimi Pembrochiæ Comitis tractare mihi opportune licuit. In illo enim quod a Reineſio indicatur eam in rem capite, de Phœnicio quidem Alphabeto fit mentio, quale ſupra depicti Phœnicis caput ſcriptum in Bibliotheca Vaticana exſtare ab Angelo Roca tradi obſervat Aldretus; illud vero conſtare, ut continuo addit, e litteris Syriacis, quarum etiam Alphabetum ibi non e XXII, ſed e XXV litteris conflatum mox adducit. A quibus autem litteris Syriacis abire haud parum litteras Punicas, quantum e nummis aliquot Carthaginienſium apud Antonium Auguſtinum licet colligere, adductiſque inde exemplis, monet ibidem Aldretus. Memorat quidem ut dixi, eo loco nummos aliquot Punicos, quorum etiam mox adfert ectypa, e quibus aliquantum de forma litterarum Punicarum noſci poſſe, ſed minus quam optandum eſſet, profitetur; iiſdem cæteroquin Punicis litteris, quibus nummi illi ſunt deſcripti, quæque viginti duarum, ſi calculus earum ineatur, numerum ſuperant, non explicatis, aut tradito ibi ullo earundem Alphabeto; ſed tum uno jam indicato litterarum Syriacarum, tum altero litterarum Arabicarum, quo is harum cum litteris nummorum Punicis diſcrimen evinceret.

Varias Antiguedades de Eſpana Lib. II. cap. 2.

a Animad. ad Euſeb. p. 110.
b De Colon. Phœn. Lib. II. cap. 20.

Diſſertat. de Ling. Punic. cap. 12.

Lib. II. cap. 2.

È quibus autem Punicis vel Phœniciis nummis, sive qui in dictis supra Siciliæ apud Parutam locis, conspiciuntur, aut quos alibi versare nobis contigit, illud liquet omnino & comprobatur: Primo, quod vere monuit ibi quoque (ut modo diximus) Aldretus, aliique dein viri doctissimi, Reinesius ac Bochartus, diuersam utique ab Arabica fuisse linguam Punicam vel Phœniciam, diuersosque inprimis utriusque linguæ characteres exstitisse. Alterum, caracteres illos Phœnicios vel Punicos majori quidem ex parte, ad Samariticos, (etsi paullo aliter olim ea de re censuerim) quos omnino pro iisdem habuere, uti paullo ante vidimus, Scaliger, ejusque exemplo, Bochartus, Ed. Bernardus, aliique, accedere: ita tamen ut nonnulli a Samariticis illis seu Phœniciis, quos supra adduximus, abeant, & Assyriacos seu Hebraicos hodiernos potius referant; alii etiam ab utrisque discedant. Tales utique e priorum numero obviæ in nummis id genus Punicis aut Phœniciis, cum apud dictos paullo ante Aldretum, Parutam, ac in thecis antiquariorum, aut in illustribus cimeliarchiis, litteræ ע.ל.ח.י.א ac in nummo *Sidoniorum* Gazæ Gallorum Regiæ ac Mediceæ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΣΙΔΩΝΙΩΝ Η ל ע. qua voce Hebrais *arx* aut *clivus* denotatur. Exstant alii adhuc horum *Sidoniorum* eiusdem Gazæ Regiæ, cum Phœniciis litteris, & *Tyri* quoque nummus cum litteris צ ר ע non צ ר ש h. e. Συρίας, ut vidi placere viris eruditissimis, sed צר *Tsor*, ipsum *Tyri* in Veteri Fœdere nomen. Aliquod certe discrimen inter characteres, quos præferunt Punici *Africæ*, *Siciliæ*, aut *Hispaniæ* nummi, & eos, qui in Phœniciis *Tyri* & *Sidonis* numismatibus subinde conspiciuntur, obuersari, facile licet aduertere. Nec mirum utique aut insolitum videri debet, decursu temporis, & locorum mutatione, Phœniciis litteris contigisse, ut earum figuræ ab Afris seu Lybi-Phœnicibus interpolatæ, a prima origine, quod & Græcorum litteris, Phœniciarum quoque, & qua de re postea, traducibus contigisse liquet, aliquantum desciuerint. Ita ab Afris ex parte immutatam veterem Phœnicum linguam agnouit olim Hieronymus: *cum & Afri Phœnicum linguam nonnulla ex parte mutarint:* quem locum, ut obiter id tangam, male Augustino tribuit doctissimus [a] Reinesius, vere autem ante illum Hieronymo laudatus paullo ante [b] Aldretus, ac dein [c] Bochartus. Neque vero hic audiendi, qui aut Tabulam Eugubinam apud Gruterum, Punicis litteris exaratam, credidere, & quibus quodammodo suffragantem videas eundem [d] Reinesium; [e] alibi vero figuris Græcarum litterarum inuersis inscriptam eandem, ex aliorum sententia, statuentem; aut vero [f] qui formatas e Græcorum notis litteras, monente id eodem Reinesio, pro Phœniciis confidenter obtrusere. Quum vero de his olim agerem, optaueram equidem, superstite tum adhuc magno Bocharto, ut ad Punica illustranda, omni alio ingenii, eruditionis, & solertiæ apparatu abunde instructus, solo hoc Punicorum aut Phœniciorum nummorum præsidio non fuisset destitutus. Inde enim adsertam sibi luculenter in præclaro opere, Phœnicii sermonis cum Hebraico adfinitatem probasset ulterius; nec minorem utique curam impendisset primigeniis his & genuinis illius linguæ reliquiis illustrandis, quam sparsis aut interpolatis apud Græcos & Latinos auctores vocibus eruendis, & ad Hebraicos fontes, quod jam ex parte & pro viribus præstare adgressus fuerat, in memorato supra opere, nec a Bocharto, ut colligere licet, inspecto, Aldretus.

In Proleg. lib. 11. ad Galatas.
a Dissert. de Ling. Pun. cap. 23.
b Lib. 1. cap. 42.
c De Colon. Phœn. lib. 11. cap. 1.
d Ibid. de Ling. Pun. pag. 48. ult. Edit.
e Ibidem p. 57.
f Theseus Ambrosius Instructione della ling.
Lib. 11. c. 2.

Verum

Verum quo eorum utilitati & commodis, qui in Samariticos, vel Phœnicios aut Punicos id genus nummos ſubinde incidunt, conſulamus; idque eo magis, quod Samariticarum in iis litterarum forma ab ea, quæ in Pentateucho Samaritano, iiſve, quæ inde adduxerunt viri ſummi, Scaliger, Bochartus, aliique, Alphabetis, haud parum ſubinde abeat; inde haud unum Samariticæ illius ſeu Phœniciæ, juxta viros doctiſſimos, litteraturæ, cum in Samaritanorum ſcriptis, tum in Judaicis Phœniciiſve nummis obuiæ exemplar hic infra adponendum duximus. Id autem eo lubentius lectorem minus in his exercitatum adficiet, quod hæ ipſæ *Samaritanorum* litteræ, pro vetuſtiſſimis, quibus lex Moſi data eſt, & Vetus Teſtamentum ante Eſdram exaratum, vulgo, ut paullo ante vidimus, haberi ſoleant; tum præterea eædem, quod modo & jam paullo ante diximus, ſtatuantur, cum antiquis *Phœniciis*; & e quibus non aliæ ſolum Orientis vel Occidentis litteræ, ſed Græcorum vel maxime & Romanorum profluxerint. Unde concinnatis eam in rem a viro felici induſtria nec vulgari doctrina, Eduardo Bernardo, diagrammatis præfixum continuo illud ab eo lemma, *Orbis Eruditi Litteratura e Samaritico Charactere deducta:* inter ea autem diagrammata, primum ab eo deſcriptum cernitur, tanquam *Alphabetum Adami &c.* PHOENICUM & SAMARITANUM, *a nummis Judaicis, Africaniſque, & a Pentateucho Moſis.* E quo autem, & traditis jam ante ab eruditiſſimo Waltono diuerſis *Samariticarum* litterarum Alphabetis, ac uno inter alia e Numiſmatibus ſeu e nummis Judaicis collecto, liquido utique conſtare poteſt, non audiendum eſſe illuſtrem Scaligerum, dum in nummis Samariticas litteras eaſdem omnino ſtatuit, cum iis, quæ in Samaritanorum libris leguntur, & quidem *ſine ulla vel exigua mutatione:* ac præterea, dum eo, quod ab Origene ac Hieronymo dictum olim fuerat, *Tau* Samaritanum ſimile eſſe Cruci, *nihil falſius dici potuiſſe* obſervat. De qua autem poſtrema littera illa *Tau* Samaritica, Crucis, ut aiunt, decuſſatæ, (& de qua in ſuperiori ad me Epiſtola Cl. Allixius) formam plurimum referente, eaque, quod viderunt jam alii, paſſim in Samariticis nummis etiamnum obuia, miror a doctiſſimo Bocharto, in diagrammate Samariticarum ſeu Phœniciarum litterarum, quale poſt Scaligerum, & in quibuſdam litteris aliquantum ſubinde diuerſum adtulit, nihil omnino monitum. En vero cum Waltoni *Alphabetum Samariticum*, ut illud inſcripſit, *e Numiſmatibus*; tum quale, & ſubinde diuerſum, cum *e Nummis Judaicis & Africanis*, tum e Pentateucho Samaritico, ut modo vidimus, concinnauit eruditiſſimus Ed. Bernardus. Quo vero plenius ac certius de immutatis illis, ſeu haud parum diſſimilibus litteris *Samariticis* (quod animadverterat quoque vir harum litterarum bene peritus Joannes Morinus) conſtet, præmittuntur hiſce *Alphabetis*, adducta a Scaligero & a Bocharto *Phœniciarum* litterarum, quas pro iiſdem habent, & inter quæ nonnulla ſubinde varietas etiam cernitur, & *Hebraicarum* inſuper ſeu *Aſſyriacarum* litterarum diagrammata.

De variis litterarum Samariticarum vel Phœniciarum formis.

In Apparatu ad Polyglott. pag. 37.

Animad. ad Euſeb. p. 117.

Epiſt. IV. Hieron Alexandro.

Alphabetum Samaritanorum et Phœnicum

	Scaligeri Alpha Hebraicum	*Bocharti Phœnicio-Hebraicum*	*Walloni Samaritanum*	*Ed. Bernardi Abrahami, Phœnicum et Samaritanorum ante Arie. 559. è nummis Judaicis Asmonæi*	*Eorundem Babylonicum et Judaicum ex Asmonæis à Chr. 749*
א	𐤀	𐤀		1. 2. 3. 4. 5. 6.	א. א 1000.
ב	𐤁	𐤁			ב.ב.ב.
ג	𐤂	𐤂			ג.ג.ג.
ד	𐤃	𐤃			ד.ד.
ה	𐤄	𐤄			ה. ה.
ו	𐤅	𐤅			ו. ו.
ז	𐤆	𐤆			ז. ז.ז.
ח	𐤇	𐤇			ח.ח.ח.
ט	𐤈	𐤈			ט.ט.
י	𐤉	𐤉			י. י. י.
כ	𐤊	𐤊			כ.כ. 20. כ. 500
ל	𐤋	𐤋			ל.ל.ל.
מ	𐤌	𐤌			מ. ם. 600
נ	𐤍	𐤍			נ. ן. 700
ס	𐤎	𐤎			ס. ס.
ע	𐤏	𐤏			ע. ע. ע.
פ	𐤐	𐤐			פ. ף. 800
צ	𐤑	𐤑			צ. ץ. 900 צ.
ק	𐤒	𐤒			ק. ק.
ר	𐤓	𐤓			ר.ר.ר.
ש	𐤔	𐤔			ש. ש.
ת	𐤕	𐤕			ת. ת.

II. *Ad antiquas* GRÆCARUM LITTERARUM FORMAS *eruendas.*

Quo loco jam de antiquis GRÆCORUM LITTERIS, quæ a *Phœniciis* illis ſeu *Samariticis* ſtatuuntur profluxiſſe, dicendum eſt; & quæ vetus earum apud Græcos ratio fuerit, e priſcorum itidem Nummorum, qui haud pauci ad noſtra uſque tempora feliciter ſunt tranſmiſſi, fide ac auctoritate comprobandum. Unde continuo veteris illius Græcorum Alphabeti cum Phœnicio vel Samaritico collatio, a magnis viris, Scaligero inprimis & Bocharto jam inſtituta, procedet ſecurius; ut ſingularum litterarum apices & ductus originis ſuæ fidem omnino faciant. Quod utique a me olim in prioribus hujus operis editionibus monitum, occupauit haud ita pridem laudatus paullo ante Eduardus Bernardus, in memoratis illis deductæ e Samaritico Charactere aliarum orbis eruditi litteraturæ diagrammatis. Ibi enim poſt præmiſſum primum & antiquiſſimum, ut ibi ab eo dicitur, ab Adamo ſeu Orbe condito adductum modo Alphabetum, illudque, ut ibidem ait, *è Nummis Judaicis & Africanis* &c. erutum; aliaque continuo ibi addita, antiqua nempe Babyloniorum & Judæorum, Syrorum, Arabum, Brachmanum, & Malabarorum Alphabeta, priſcam quoque *Græcarum litterarum* formam ex Alphabeto *Phœnicum* ſeu *Samaritanorum* deductam, idque veteri nummorum fide, orbi erudito exhibere eadem opera adgreſſus eſt, & quidem ſub hoc lemmate: *Alphabetum Græcum Cadmi, ſive Jonicum, ante Chriſtum* 1500 *averſis litteris Phœnicum,* E NUMMIS *Siculis, Æginenſibus, Boeotis, Atticis, aliiſque.* Cui adduntur ab eodem duo alia & velut recentiora Græcorum Alphabeta: unum, *Græcum Simonidis melici, ſive Atticum, ante Chriſtum* 500, E NUMMIS *& Marmoribus variis*: alterum, *Græcum Alexandri Magni, a Chriſto* 330: ut de recentioribus jam Conſtantini Magni, aut Juſtiniani ævo adductis ibidem Græcorum Alphabetis nunc ſileam. Quibus equidem nihil dici poterat vel adferri illuſtrius, unde ſingulare quoddam veterum Nummorum beneficium, & incredibilis in hoc ipſo, quod hic illuſtrandum ſuſcepimus, argumento utilitas continuo eluceſceret. Quamobrem primo loco ſingulari induſtria concinnata illa a viro doctiſſimo Diagrammata, & quidem quæ ad hanc veterem Græcorum litteraturam e nummis antiquis illuſtrandam adtinent, huc adferenda omnino veniunt; eoque opportunius, quod ea in paucorum forte extra hunc orbem Britannicum manus vel notitiam devenerint. Verum, quia nonnulla in hoc præclaro alioquin viri eruditiſſimi inſtituto, adductiſque modo horum diagrammatum titulis ac verbis, & quæ ad rem, de qua hic agimus, indagandam penitius omnino adtinent, animaduertenda mihi occurrunt, quædam etiam propugnanda; ea proinde, citra ullam viri multiplici doctrina, cujuſque ſuperſtitis amicitiam colui, & defuncti memoriam etiamnum complector, offenſionem, adtingere hic & expendere obiter teneor.

Alphabeta Græcarum literarum ab Eduardo Bernardo concinnata

Alphabetum Græcum Cadmi, Sive Ionicum, ante Chr. 1500. ex versis literis Phœnicum, è nummis Siculis, Rhegiensibus, Bœotis, Atticis, aliisque.	*Græcum Simonidis melici, Sive Atticum, ante Christ. 500. è nummis & marmoribus variis.*	*Græcum Alexandri magni a Christ. 330.*	*Græcum vetustius magis AD. 306.*
Αλφα. Α.Α.Α. a. f. 1. ϜΝ	Αλφα. a. 1. ΛΑ.Α.Α.Α.	Α.ΑΑ.Α	Α.α
Βῆτα. Β. b. II. 2. ϑ	Βῆτα. b. 2. B.B.B.	B.B.B.	B.
Γάμμα. Γ. g. c. III. 3. ٦	Γάμμα. c: 3. Γ. Γ.	Γ.	Γ. Γ.
Δέλτα. Δ. d. dh. IIII. 4. ϒ	Δέλτα. d. 4. Δ.Δ.	Δ.Δ.Δ	Δ.α
Εῖ. E, ē, ĕ. Γ. 5. Ǝ	Εψιλόν, ει. e. 5. E E.	E.ЄE.Ɛ	Ɛ.ϵ.
Ϝάυ. F. ϛ. f. v. Γ. I 6. ⊀Z	Βαῦ ἐπιδήμ. 6. F. Ϛ. ϬϚ	Ϛ.ı, Fδηγάμμα	Ϛ
Ζῆτα. Z. z. ΓII. 7. X.Ϳ	Ζῆτα. z. ∂ϛ 7. Z	Z.Ⅎ.I.	Z.Z
Ἧτα. H. h. ch. X. ΓIII. 8. Ⱶ.Ⱶ	Ἧτα. ē. 8. H	H.H.I.H.	H.
Θῆτα. Θ. Hene. ΓIIIIg. Ꞵ.Ꞵ	Θῆτα. th. ∂. 9. O. Θ	Θ.Θ.⊗⊟	Θ
Ἰῶτα. ϳ. I. ϳ. i. Δ. 10. ⋋.⋌	Ἰῶτα. i. 10. I. ϳ.	I. Ɛ. I.I	I. ı.
Κάππα. K. K. ch. ΔΔ. 20. Ꝁ.Ꝁ	Κάππα. c. k. 20. K. K	K.K.Ⱪ.	K.K
Λάμβδα. ΛΛΛ. l. ΔΔΔ. 30. ∠	Λάμβδα. l. 30. Λ.Λ.Λ	Λ.Λ.Λ.	Λ.Λ
Μῦ. M. m. ΔΔΔΔ. 40. Ψ	Μῦ. m. 40. M.MM	M.MM.	M.
Νῦ. N. Σ. n. Γβ. 50. ⊐	Νῦ. n. 50. N.	N. ⌊M	N.
Ξῖμα. ⋿ x. flene ΓΔΔ. 60. ϒ	Ξῖ. x. 60. ⋿. Ξ.	Ξ.Ξ.Ξ.Ⅲ	ϛ.ϛ.I
Ὄ. ο. ŏ. ŏ. ΓΔΔΔ. 70. ⊽	Ὄμικρόν, οῦ ŏ. 70. o.	O. O.◇□	O.
Πῖ. p. ΓΙΙ. 80. ⊐	Πῖ. p. 80. Γ.Γ.ᒧΓ	Π.Π. Π.	Π.Π
Ϙόππα ἐπιδήμ. q. ΓΔ. 90. Ϙ	Κόππα ἐπιδήμ. 90. q. Ϙ. Ɛϛ. ϙ.	ϛ.ϛ.	ϛ.
Ῥῶ. r. ΓΙ. 100. ϒ	Ῥῶ. r. 100. ρ.	P.ᑭ	P.ᑭ
Σῖμα, σάν. s. ΓΔΔ. 200. ϟ	Σῖμα, σάν. s. 200. ξ. Σ. Ϲ.	Σ.C.S.⊏.	C.
Ταῦ. t. ΓΔΔΔ. 300. T	Ταῦ. t. 300. T. T.	T. T.	T.T.
Ὑψιλόν ῦ, υ. ΓΔΔΔΔ. 400. Ⱶ	Ὑψιλόν ῦ, υ. 400 Y.Y. Y.	Y.Y.Y.Y.	Y.Y
Φῖ. ph. f. ΓΔΔΔΔ. 500. Ⱶ	Φῖ. ph. f. 500. Φ.	Φ.Φ.Φ.Φ	Φ.Φ
Χῖ. ch. ΓΔΔΔΔ. 600. Ⱶ	Χῖ. ch. 600. X.X.	X	X.X
Ψῖ. ps. ΓΔΔΔΔ. 700. Ⱶ	Ψῖ. ps. 700. Ψ. Ψ	⊥.Ψ.	Ψ.
Ὦμέγα. ō. ΓΔΔΔΔ. 800. Ⱶ	Ὦμέγα. ō 800. Ω. ΩΠ	Ω.ω.ϛω	ω.ω
Σάν. Ϡ aspertum Th. Angl. HHH. 300. W	Σάν πέμπτον ἐπισημ. 900. ⅅ.	Ⅾ	Ⅾ
Ταῦ. T aspertum Th. Angl. HHHH. N 400.			

Notæ præcipuæ Græcorum. Ante Chr. 800.

Α ἄλφα & Ε ἐπίδαυρος & ΘΕ θήβη. ΛΘΕ ἀθῆναι. &c. *è nummis antiquis.*

Equidem id mirum videri continuo poſſet, quod illud *Cadmi Græcorum Alphabetum*, idem plane, cum *Jonico* exſtitiſſe, idque e duabus viginti litteris, quas ejuſdem Alphabeti diagramma exhibet, & quidem mille quingentis ante Chriſtum Servatorem annis, ſtatuat vir eruditiſſimus. Quamquam enim hic præeuntem habuiſſe videatur illuſtrem Scaligerum, a quo, *Ionicarum* itidem *litterarum* nomine, deſcriptum legitur vetus Græcorum Alphabetum, illudque cum Phœnicio ſimiliter collatum, in celebri ad Euſebium, de earundem *litterarum Ionicarum origine, digreſſione*; haud pauca tamen occurrebant, quæ in præmiſſis huic & ſequenti diagrammati a viro præſtante verbis, lectorem haud imperitum morari continuo poſſent; eaque potiſſimum, quæ de recentiori longe *Ionicarum litterarum* appellatione, ſunt, poſt Scaligeri fata, a conſummatiſſimæ eruditionis viro animaduerſa.

De Græco-Cadmi, ſeu Jonico, viri docti, e Nummis Antiquis Alphabeto.

Anim. ad Euſeb. Chron. pag. 110.

Salmaſ. Not. ad Inſcr. Herod. Attici.

Ac primo quidem antiquum illud Græcum Cadmi Alphabetum, ab eo, ſeu a Phœnicibus, qui cum illo venerant, in Græciam illatum, ſexdecim demum litteras per plura etiam ſæcula habuiſſe, memoratis, qui reliquas dein adiecerint, Græcis inuentoribus, ex antiquis probatiſque auctoribus, (quique id a vetuſtioribus hauſerant) Plinio, Tacito, Plutarcho, Irenæo, Mario Victorino, Euſebio, Caſſiodoro, Suida, apud eruditos conſtat, & obſervarunt jam harum litterarum principes, Scaliger ipſemet, ejuſque inſiſtentes veſtigiis, Salmaſius, Voſſius pater, Bochartus, aliique. Neque vero hic moror quod non ſexdecim, ſed ſeptemdecim litteras a Cadmo e Phœnice in Græciam adlatas unus tradat Iſidorus; aut vero, quod hoc ſexdecim Græcarum litterarum inuentum, non Cadmo, ſed vel eodem Cadmo antiquiori Cecropi Athenarum Regi; aut eo recentioribus, Lino Thebano, vel Palamedi, quod vel e Tacito liquet, alii e veteribus adſcribant: recentiorem certe Cadmi litterarum apud Græcos uſum contendat non Græculus ſolum Tzetzes, ſed eo haud parum antiquior & fide cæteroquin dignior, verum quem jure jam eo nomine caſtigarunt viri [a] doctiſſimi, [b] Joſephus. Quibus vero memoratis, ut hoc addam, primis apud Græcos litterarum auctoribus, adnumerandus adhuc venit hiſce vetuſtior, & mythicorum temporum Prometheus; qui nempe, inter plura a ſe in uſum hominum præclare & ſalubriter reperta, *litterarum* quoque *compoſitiones* ſibi in cognomine apud Æſchylum dramate tribuit. Verum ut ea laus Cadmo, &, qui cum eo in Græciam venerant, Phœnicibus, continuo adſcribatur, ſuadet omnino, cum præter memoratos paullo ante Auctores, [a] Ephorum præterea, [b] Diodorum, Clementem Alexandrinum, & Timæum apud [c] S. Empiricum, iis adhuc longe antiquioris Herodoti luculentum, de quo poſtea, teſtimonium: tum vel maxime inſtituta jam a viris magnis Græcarum litterarum cum Phœniciis collatio; & quæ hinc continuo eluceſcit, deducta inde illarum, Græcarum nempe, forma, ordo, ac nomina. Adde, quod inde etiam Φοινίκεια vel Φοινικικὰ γράμματα, ut vel ex Herodoto, & aliunde conſtat, *Phœniciæ* nempe dictæ ſint olim a Græcis eædem illæ antiquæ eorum *litteræ*. Quum vero non plures, quam ſexdecim fuiſſe per aliquot ſæcula Græcorum inductas illas a Cadmo litteras, ſit inſuper a dictis ſupra Auctoribus, & quarum etiam nonnulli eaſdem adferunt, traditum: hinc utique e XXII, quæ in illo Græco Cadmi Alphabeto, memorantur a viro eruditiſſimo litteris, tres continuo videas, Faῦ, Σαδδὶ, Κόππα, quæ non adeo, & qua de re mox, pro litteris (quamquam de littera ϙ Koph ſeu Κόππα, poſtea videbitur) ſunt habitæ: aliæ inſuper quatuor occurrant, Ζῆτα, Ἦτα, Θῆτα,

1 *Græcum* Cadmi *Alphabetum e* XVI *tantum litteris conſtitiſſe.*

Lib. 1. Orig. cap. 3.

Aonal. lib. XI. cap. 14. Chiliad. Sect. CCCCXCVII.

a Voſſius Art. Gram. lib. 1. cap. 10.

b Lib. 1 contr. Apion. pag. 1034.

Ἐξεῦρεν αὐτοῖς, γράμματα τε σωθῆναι. Prom. v. 459.

a Ap. Clem. Strom. lib. 1. pag. 306.

b Lib. III. pag. 200.

c. d. l. adv. Mathem. p. 11.

Lib. v. cap. 58. Diodor. lib. III. pag. 200. Plutarch. Symp. l. III. Qu. 3. Clem. Al. Strom. c. 1. S. Empir. d. l.

Θῆτα, Ξῖ, quæ longe recentiorum temporum auctores, & qua de re ſimiliter paullo poſt, nactæ a veteribus dicuntur : duæ etiam ex iis, Ζῆτα, Ἦτα, mille circiter poſt Cadmum, Græcumque hujus Alphabetum, annis, juxta Plinium, ſint eidem adjectæ.

Lib. VII. c. 56.

2 Jonicæ *Græcorum* Litteræ *quando dici cœptæ,*

Ionicum vero, prout a veteribus dicitur, viginti quatuor litterarum *Alphabetum*, poſt additas illas, diverſis auctoribus ac temporibus, octo litteras, multis demum poſt Cadmi Alphabetum ſæculis, & ſero quidem, juxta veteres Grammaticos, fuit completum & conſtitutum. Accedit, quod nec *Ionicum* Alphabetum dicendum cum viro eruditiſſimo videatur, quod a Cadmo e Phœnice in Græciam Europæam, & quidem in Bœotiam, non vero in Joniam illatum a veteribus traditur: immo quæ litteræ primo quidem *Phœniciæ*, quod inde a Cadmo ſint adlatæ; poſtea autem *Pelaſgicæ* (non proinde *Ionicæ*) quod Pelaſgi primi ſint iis uſi, fuerint dictæ, auctor eſt Diodorus. Adde, neque *Ionicas* etiam inde dicendas videri poſt additas quatuor, aut plures a Palamede, vel ab Epicharmo duas litteras; utroque Dorici generis, illo Argivo, ut de eo, hac ipſa in re, ſeu de primis apud Græcos litterarum inuentoribus, Tacitus; illo autem Siculo: aut vero poſt reliquas quatuor a Simonide Ceio, Dorici itidem, non Jonici generis, repertas. Neque enim audiendus hic Tzetzes, qui ex *Amorgino* Simonide, priori nempe illo Jamborum ſcriptore, & Amorgo, una e Cycladibus vel Sporadibus, juxta Strabonem, oriundo, *Samium* nobis Simonidem, Amorgini ſcilicet filium, (quod monuit jam magnus Salmaſius) finxit: & an eidem, an vero huic Ceio Simonidi tribuendum ſit duarum longarum litterarum, Ἦτα & Ωμέγα inuentum, fruſtra dubitat. Unde nec eadem hujus Tzetzis de utroque illo Simonide, Samio ſcilicet & Ceio ea in re hæſitatio, citra ullam cenſoriam notam tradi nuper ad Plinium a poſtremo ejus ac erudito illuſtratore debuit. Cujus autem poſterioris, Ceii nempe Simonidis temporibus, ac, ut eruditis quibuſdam placuit, Sami quidem in unum compactum & conſtitutum fuerit illud viginti quatuor litterarum Alphabetum; vix quingentis proinde ante Chriſtum annis, ſit illud *Ionicum* appellatum. Ea equidem eſt viri maximi de illa *Ionicarum litterarum* appellatione, tot ſæculis proinde Græco Cadmi, Alphabeto recentiori, ſententia. In qua tamen adſerenda, etſi eam iterato etiam ac nouis fultus præſidiis, velut inde paratior jam ac certior propugnet ὁ πάνυ, haud tamen iſtud ei ex voto ceſſiſſe, ſat manifeſto liquere mihi videtur. Mitto equidem, quod Simonidem melicum ſeu Lyricum, a quo repertæ fuerint quatuor, quibus completum fuit viginti quatuor litterarum Alphabetum, Græcorum litteræ, *Coum fuiſſe*, mox *Ceium* vel *Ceum* dixerit : de quo tamen ambigere non debuit, nec diverſas inſulas confundere; minus proinde in ſecundis ad eandem inſcriptionem curis, ubi alia a ſe de hoc Simonide in prioribus dicta, retractare ei libuit, e Strabone tamen nobis ſitum inſulæ Coos, quaſi ea lyrico illi patria exſtitiſſet, adnotare; quem Ceium reuera exſtitiſſe, vel e Cicerone noſſe potuit: *Simonides ille Ceius.* Quod vero priori loco viginti quatuor litterarum Grammaticam, *Ionicum* fuiſſe *inventum*, & quidem *recens a Simonide Coo vel Ceo*, (melius, juxta Ciceronem, *Ceio*, ſicut Græcis Κεῖος, quum *Ceus* vel juxta alios, *Cea* fuerit inſulæ nomen, *Ceius* gentile, etſi apud Poëtas, ut *Cea nænia* apud Horatium, ob metrum locum quoque habeat) indeque tradiderit eam a Jonibus repertam Harpocration, *propter* nempe *hunc Simonidem*, ſtatuit vir ſummus: in eo equidem haud parum fallitur. Quomodo

Annal. lib. XI. cap. 14.

Ad Inſcr. Herod. pag. 212.

Harduin. ad lib. VII. cap 56.

Salmaſ. ad Inſcript. Herod. pag. 32.

Addend. ad Inſcr. &c. pag. 228.

Ibid. pag. 32.

Addend. pag. 132.

De Oratore lib. II. cap. 86.

In Chron. Ox. ὁ Κεῖος pag. 200. & Tabula Sectione CCCCXCVIII. Σιμωνίδην τὸν Κεῖον.

Lib. IV. Od. 1.

modo enim id de hoc Simonide, quem, ſeu *Cous* etiam fuiſſet, ſeu, ut revera fuit, *Ceius*, Dorici extitiſſe, non *Ionici* generis agnoſcit, arbitrari continuo potuit; quique in Sicilia apud Hieronem, qui Syracuſis poſt Gelonem regnauit, vixiſſe fertur, & Dorica etiam lingua, quod vel fragmenta eius, quæ ſuperſunt, etiamnum arguunt, ſcripſerit.

Verum ab eo errore ſemet liberauit in poſterioribus ad eandem inſcriptionem adnotatis vir magnus; ubi quæſtione in primis dignum cenſet, cur completum a Simonide Ceo vel Coo, Dorici proinde, non Jonici generis, Alphabetum, *Ionicum* tamen ſit a veteribus appellatum. Id autem, quod diu ignoraverit, bono tandem fato a ſe nuper repertum, & quod ſua opera velit ſtudioſis innoteſcere, ibidem profitetur. Hoc enim ſingulare ac nouum, ſe e Tzetze, futili alias auctore, edoctum [a] mox tradit: nempe Calliſtratum quendam Samium, quod memorat ille Græculus, exſtitiſſe, qui Græcorum litteras, diuerſis auctoribus ac temporibus repertas, in unum coëgerit in Samo inſula & compegerit; unde illud viginti quatuor litterarum Alphabetum *Ionicum* poſtea, & *Samiacum*, ſit appellatum. An vero iſtud, de *Ionicis* nempe *litteris* inde primum dictis, vere ſit ab eo monitum, mox videbitur. Illud autem de Calliſtrato Samio, tanquam auctore illius viginti quatuor litterarum apud Græcos Alphabeti, fide antiqui auctoris Andronis, Epheſii nempe, Laërtio, Clementi Alexandrino, aliiſque priſcis Auctoribus vel Grammaticis memorati, non proinde leuioris ſolum & futilis, ut eum vocat, Græculi Tzetzis, e Suida, cujus ea de re verba poſtea a ſe obſeruata alio dein loco tangit, potuit comprobare vir ſummus. Id autem alterius adhuc, illiuſque luculenti ac vetuſtioris, immo temporibus hujus XXIV litterarum Alphabeti ab hoc Calliſtrato Samio, & quod inde quoque diſcimus, plene conſtituti propioris, Ephori nempe teſtimonio confirmare mihi ac illuſtrare nunc primum liceat. Exſtat vero illud in antiquiſſimis ac ineditis hactenus ad Homeri Iliada Scholiis, quæ complectitur codex vetuſtus Bibliothecæ nuper doctiſſimi Iſaaci Voſſii; quemque obuia ejus humanitate verſare olim Windſoræ, ubi publico mandato in comitatu Regis Britannorum Caroli II. tum agebam, mihi ante complures annos contigit. In iis utique inter alia a me ex eo codice obiter tum excerpta, hæc ad Iliados H. v. 183 ubi de ſorte Aiacis Telamonii agitur, certis nempe litterarum notis ſignata, quæ ubi e galea Agamemnonis exiiſſet, & oſtenſa eſſet aliis Græcorum Ducibus, ab iis non fuerit agnita, opportune adnotata reperio: ΟΥΧ ΟΙ ΑΥΤΟΙ γὰρ ἦσαν πρὸ Πάριδος ΤΟΙΣ ΕΛΛΗΣΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ· ἄλλαι δὲ καὶ τὰ τῶν στοιχείων ὀνόματα· ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣ ὁ ΣΑΜΙΟΣ ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν ΤΑΥΤΗΝ μετήνεγκε ΤΗΝ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΝ, καὶ παρέδωκεν Ἀθηναίοις, ὡς φησὶν ΕΦΟΡΟΣ· NEQUE *enim* IIDEM ERANT GRÆCIS GARACTERES *ante Paridem: diverſa etiam ipſa litterarum nomina.* CALLISTRATUS *autem* SAMIUS, *Peloponneſiaci belli temporibus*, HANC GRAMMATICAM, *ut ait* EPHORUS, *adtulit, & Athenienſibus tradidit.* Quod autem, non de conſtituto ſolum ab hoc Calliſtrato, Græco, quale dein obtinuit, eoque viginti quatuor litterarum, ut de eodem Andron apud Suidam, & Tzetzes, Alphabeto; ſed de immutatis etiam ab eo litterarum formis, ipſiſque litterarum nominibus, ibi ab Ephoro dictum traditur, jam, & qua de re poſtea, non hic tango. An vero inde, ſeu poſt impenſam ea in re ab hoc Calliſtrato in urbe Joniæ celebri, *Sami* nempe, operam, *Ionicum* primo, quod arbitratur vir maximus,

Addend p.228.

4 *De Calliſtrato Samio, auctore 24. Græcarum Litterarum Alphabeti.*

[a] Ibid. p. 229. & p. 235.

fuerit illud appellatum, haud continuo licet ſtatuere. *Joniæ* equidem *nobiliſſima urbs* a Cicerone dicta alicubi hæc Calliſtrati patria *Samus*; ipſi vero Samii, *non Jones* ſolum, ſed etiam ΠΡΩΤΟΙ ΙΩΝΩΝ, *Primi Jonum* vocantur in præclaro Regiæ Gallorum Gazæ nummo. Duo autem ſunt in adductis paullo ante, tanquam ab Ephoro, veterum ad Homerum Criticorum verbis; unde, (& de quo ſilent, qui illius cæteroquin meminerunt, cum ex Androne Suidas, tum Tzetzes,) Calliſtrati hujus Samii, & quando circiter nouum illud Græcorum Alphabetum fuerit ab eo concinnatum, ætas, quod ignorabatur hactenus, colligitur. Unum eſt, quod ἐπὶ τῶ Πελοποννησιακῶν, ſeu *belli Peloponneſiaci temporibus* id ab eo factum: alterum, quod ille hoc Alphabetum Athenienſibus tradidiſſe ibidem dicitur. Iſtud vero ſub Euclide Archonte demum contigiſſe, cum a priſcis ad Euripidis Phœniſſas Grammaticis; tum a Suida, quorum loca eam in rem iam adduxit vir maximus, refertur. Quum autem duo eo nomine Archontes Athenis exſtiterint: unus, anno ſecundo Olympiados LXXXVIII; alter, anno itidem ſecundo Olympiados XCIV, finito proinde iam bello Peloponneſiaco; de poſteriori Euclide id intelligendum ſtatuit idem Salmaſius. Quod equidem propius ad Euſebium accedit, qui trium ſolummodo annorum metachroniſmo, id anno primo Olympiados XCV contigiſſe dixerat, nempe; *Athenienſes* XXIV *litteris uti cæperunt, quum ante* XVI *tantum litteras haberent.* Quod in Græca illa Ἰσαγωγὴ Σωζυγικὴ a magno Scaligero concinnata, & Euſebianis poſtremo loco ab eodem addita, itidem legitur.

Ad Quinct. lib. I Ep. 1. cap. 8.

Schol. ad Phœn. p. 322. ed. P. Steph.

Salm. ad Inſcr. Herod. p. 232. 235.

Chron. p. 134.

pag. 369.

5 *Calliſtrato Samio antiquior* Jonicarum litterarum *appellatio.*

Verum jam ante belli Peloponneſiaci tempora, quibus demum ea Græcarum litterarum immutatio & conſtitutio, qualis dein obtinuit, facta a Calliſtrato Samio, ac ab eodem Athenienſibus tradita, ab Ephoro, ut vidimus, eoque temporibus illis proximo, dicitur, indictum illud Cadmeis ſeu Phœniciis *Jonicarum litterarum* nomen, vel ex Herodoti ea de re verbis, & quæ non ſatis adtendit ὁ πάνυ, manifeſto equidem liquet. Ubi enim illatas a Phœnicibus, qui cum Cadmo venerant, in Græciam primum litteras, & quæ antea apud Græcos, ut ei quidem videtur, non exſtiterant, tradidiſſet Herodotus: addit præterea Jonas, qui vicina iis loca tum incolerent, litteras a Phœnicibus edoctos, & forma quarundam immutata, iis deinceps uſos: ſparſaque ea de re ab iiſdem fama obtinuiſſe, ut *Phœniciæ*, quod revera Phœnices primi eas in Græciam intuliſſent, eædem *litteræ* vocarentur. Quibus mox ea ſubdit a viris magnis, & Scaligero ante alios, memorata: vidiſſe nempe ſe inciſas, non quidem in Aſia, ut ibi Scaliger, ſed in antiquis Thebanorum inſcriptionibus, in templo Iſmenii Apollinis, litteras, *magna ex parte Ionicis conſimiles*, τὰ πολλὰ ὁμοῖα ἐόντα τοῖς Ἰωνικοῖσι. E quibus utique licet continuo ſtatuere: primo, antiquioribus Herodoto temporibus, Phœnicias ſeu Cadmeas Græcorum litteras, a vicinis tum Jonibus receptas, ſparſamque ab iis per alias Græcorum gentes de iiſdem litteris, earumque auctoribus famam: tum alterum illud, recepto inde & vulgari jam Herodoti ætate uſu, *Jonicarum*, maxime immutata ab iis aliquantum, quod idem tradit, Phœniciarum illarum litterarum forma, nomen iis inditum: poſtremo, eaſdem illas *Jonicas litteras* fuiſſe Phoeniciis, iis nempe, quibus ſignati erant veteres Thebanorum tripodes, majori ex parte conſimiles. Hunc vero Herodotum, iam ante bellum Peloponneſiacum ſcripſiſſe Hiſtoriarum libros, vel ex Euſebio, aliiſque conſtat: quorum ille primo anno Olympiados LXXXIV. Athenis in concilio

Lib. V. c. 58.

Anim. ad Euſeb. p. 111.

cilio legiſſe eoſdem libros, a ſe proinde iam ante, & quidem in Jonia, ut ab aliis traditum, confectos, dicitur: a Dionyſio autem Halicarnaſſenſi, recenſetur alicubi inter ſcriptores ante bellum Peloponneſiacum, cuius autem belli initium incidit in primum Olympiados LXXXVII, ad quod tempus vitam alioquin perduxiſſe, cum ab eodem Dionyſio, tum præterea in libris Pamphylæ apud Gellium dicitur. Unde abunde, ut opinor, liquere poteſt, neutiquam Calliſtrato Samio, qui demum belli Peloponneſiaci, & extremis quidem temporibus, ut paullo ante vidimus, Græcum XXIV litterarum Alphabetum, immutatis etiam earum formis ac nominibus, plene tandem conſtituerit, illud *Ionicarum litterarum* nomen, quod ſtatuit vir maximus, eſſe tribuendum. Accedit, quod in eadem inſula Samo ſuos Hiſtoriarum libros condidiſſe feratur, Samio illo Calliſtrato antiquior, ut vidimus, Herodotus; ac proinde unde iſtud *Ionicarum litterarum* nomen vulgari uſu ibi iam receptum: non vero multis demum poſt annis primo inductum, licet omnino ſtatuere. Neque vero præteriri hic debet, id quod ex Androne a Suida relatum ſupra iam adtigi: primos nempe exſtitiſſe Samios, apud quos viginti quatuor litteræ ſint a memorato illo Calliſtrato Samio conſtitutæ. Quod ab Heſychio de *Samiis* itidem in genere traditur, tanquam iis, qui primi viginti quatuor litteras adhibuerint, earumque uſum apud Græcos inuexerint: & quo etiam reſpexerit, dum Samios πολυγραμμάτους, ſeu *multarum litterarum* vocat in Babyloniorum dramate Ariſtophanes. Quem tamen totidem XXIV litterarum numerum, non a Samiis, ſed a Simonide Ceio, poſt repertas nempe ab illo quatuor, ſicut iam ante a Palamede totidem, vel a coæuo eidem Simonidi Epicharmo, litteras; atque ita pridem ante dictum Calliſtratum, ut ex utriuſque, Simonidis nempe & huius Calliſtrati memorata ætate, paullo ante liquet, adimpletum tradant Plinius, Marius Victorinus, aliique. Plinius certe auctor eſt, poſt adlatas a Phœnice in Græciam ſexdecim litteras, aliaſque quatuor dein a Palamede additas, Θ Ξ Φ X *totidem poſt eum Simonidem melicum*, nempe Z H Ψ Ω, adjeciſſe, quibus proinde XXIV litterarum numerus eſt completus. Hinc etiam Marius Victorinus: *Græcos quoque* XVI *litteris uſos, ex quibus fuiſſe quinque vocales apud utroſque: his poſtea quaſdam a Palamede, & alias a Simonide adiectas,* IMPLESSE NUMERUM XXIV. Unde additas illas ab hoc Simonide litteras, eaſdem mox a Jonibus, ac inter eos a Samiis, apud quos hiſtorias ſuas conſcripſit, ut modo dicebamus, Herodotus, ac ubi *Ionicarum litterarum*, meminit, quas a Phœnicibus, immutata quarundam forma, vicini eorum Jones pridem acceperant, receptas, ſat, ut opinor, liquet; conſtituta tamen poſtea a Calliſtrato Samio plenius, ac ubique dein recepta Jonici illius XXIV Græcarum litterarum Alphabeti forma. Quo loco autem, ut hoc addam, per vicinos Boeotis Phœnicibus *Ionas*, intelligendi contintio veniunt dicti olim, quod aliunde notum, *Iones*, non Atticæ ſolum, ſed Peloponneſi etiam incolæ, antequam iidem in Aſiam tranſmigrarent; ubi *Ionum* poſtea & *Ioniæ* nomen genti ac regioni illi, quæ ita deinceps eſt appellata, eſt ab iis inditum.

Chron. p. 132.

Judicium de Thucyd. Hiſt.

Ibidem.

Lib. XV. c. 23.

In Σαμίων δήμῳ.

Lib. VII. c. 56.

Lib. I.

Vid. Herodot. lib. I. c. 145.

Id vero de antiqua *Ionicarum litterarum* appellatione, vel inde & clariſſime quidem adſtruitur; quod ſerius demum viginti illas quatuor Græcorum litteras, quibus pridem Jones ſint uſi, receperint Athenienſes, & quidem auctore Calliſtrato illo Samio; idque, quod iam viderat ὁ πάνυ, Euclide Archonte, ſit iam a priſcis Auctoribus, uti Ephoro, in antiquis ac inditis

6 *Jonicum* XXIV *litterarum Alphabetum ab Athenienſibus ſerius receptum.*

ditis ad Homerum scholiis, obseruatum. Adeo ut eodem Callistrato, & Archonte illo Euclide, seu Olympiade XCIV, aut iuxta Eusebium, XCV, antiquior omnino statuenda sit illa *Ionicarum litterarum* appellatio, neque inde demum, uti a viro incomparabili factum, ab illius Samii Callistrati temporibus, sed cuius ætatem ignorauerat, arcessenda. Quo referri itidem debet, id quod de Jonum litteris obseruat Plinius: *Gentium tacitus consensus primus omnium conspiravit, ut* JONUM LITTERIS *uterentur.* Inde vero inductum licet arbitrari eruditissimum hujus, de quo hic agimus, diagrammatis auctorem, ut antiquissimum illud & primæuum Græcarum litterarum Alphabetum, non *Cadmi* solum, sed *Ionicum* etiam dixerit: nempe quod a Jonibus pridem, immutata solum quarundam litterarum forma, quique illud a vicinis Phœnicibus habuerant, receptum, aperte tradit, ut vidimus, Herodotus; immo qui hasce *Jonum litteras*, antiquis Phœniciis seu Cadmeis haud dissimiles exstitisse ibidem docet. Adde, ut ex adductis Plinii verbis insuper constat, quod illud *Ionum* seu *Ionicarum litterarum* nomen inde sequutis ætatibus huic Græcorum Alphabeto remanserit. Quamquam neque istam *Ionicarum litterarum* appellationem, mille & quingentis annis, quod in diagrammatis lemmate legitur, obtinuisse vel inde liqueat: immo quod *Phœniciarum* primo, non vero *Ionicarum* litterarum nomen, & dicta quidem ea de re per Græcos fama, ac in eorum, quibus id beneficium acceptum ferebant, memoriam, a priscis illis Jonibus, ut ex Herodoto similiter vidimus, fuerit antiquitus inditum. Mitto quod eædem litteræ, iuxta Diodorum, ut paullo ante vidimus, primum quidem *Phœniciæ*, quod e Phœnice adlatæ; postea vero *Pelasgicæ*, quod Pelasgi, Bœotis quippe finitimi, primi sint iis usi, fuerint appellatæ.

Lib. VII. c. 57.

6

An e nummis Siculis, Æginensibus &c. probari possit tanta Cadmi *seu* Jonicarum litterarum *antiquitas.*

Quod vero idem vir eruditione præstans, tanquam e *nummis Siculis, Æginensibus, Bœotis, Atticis, aliisque*, utrumque illud de veteri Cadmi eodemque Jonico, ac e viginti duabus litteris constante *Græcorum*, & quidem 1500 ante Christum annis, *Alphabeto*, a se erutum, ibidem statuit; in eo utique insignem quandam veterum nummorum, & quidem præ omnibus aliis residuis adhuc prisci ævi monumentis, cum vetustatem, tum utilitatem simul abunde ostentat. Verum etsi utramque illam, & in hoc ipso veteris Græcorum litteraturæ argumento, nummorum veterum laudem ac præstantiam lubenter agnoscimus ac prædicamus; talem tamen ac tantam eorundem vetustatem, nec dum in iis a nobis obseruatam, ingenue equidem ac ultro haud diffitemur. Unde rem gratam omnino veteris huius memoriæ ac eruditionis studiosis & indagatoribus, ac ad faciendam lemmatis illius, quod ibi proponit, fidem valde opportunam, immo necessariam feciisset vir præclarus, si antiquissimos illos, quos ibi memorat, nummos adtulisset: maxime quum *Æginenses* inter alios ibi memoret, quales tamen hactenus nec a me, nec ab aliis harum elegantiarum promicondis inspectos, vel adductos adhuc noui, nisi unum vel alterum inter Cæsarianos demum & quidem sub Elagabalo, nummos. In capite equidem quorundam ad illa diagrammata adnotatorum, id demum, & quo rem a se in eorum lemmate traditam, aliquatenus adstrueret, obseruatum ab eorundem auctore vidimus: *Ante Christum* 800 *annis A.* Ἀϱχ., F Ε Ι Ἐπιδαυϱ., ΘΕ, Θῆβαι, ΑΘΕ, Ἀθῆναι, *e Nummis antiquis.* Sed e quibus *Achaicis, Atticis*, vel *Bœotis* nummis (neque enim ulla ibi *Siculorum*, vel *Æginensium*, quorum tamen in fronte diagrammatis, & prieri quidem

Vid. Hard. Num. Urb. III. p. 20. Vaill. Num. Impp. Græc. p. 125.

dem loco meminerat, ſit ab eodem mentio) primo non illa ante Chriſtum mille & quingentorum annorum, ſed *octingentorum* demum ſignata *Cadmearum* vel *Jonicarum* in iis litterarum vetuſtas traditur: immo nec eadem ex adductis ibi obiter illis nummorum inſcriptionibus ſeu litteris, quibus loca, ubi iidem ſunt cuſi, indicantur, liquido etiam eruitur. Neque enim illud A, ad urbem *Argos*; aut ΕΠ, ad *Epidaurum* denotandas, in iis nummis ſignata, eam *octingentorum* ante Chriſtum annorum ætatem, continuo, & qua de re paullo poſt, arguunt. Illud vero in pluribus vetuſtis *Athenienſium* nummis, qualeſque haud paucos videre ac verſare nobis contigit, eſt obuium, ut ΑΘΕ, pro ΑΘΗ ſeu ΑΘΗΝΑΙΩΝ inſcripti legantur iidem; idque pro veteri ac diu retento ab iis more, ut id eſt a Platone in Cratylo monitum, οὐδ' ἂν ἐχρώμεθα, ἀλλὰ τῷ παλαιῷ, *neque enim littera η antiquitus, ſed ε utebamur.* Accedit, quod littera Θ ſeu Θῆτα, non una e ſexdecim *Cadmei* Græcorum Alphabeti litteris fuerit, ſed a Palamede, vel iuxta Ariſtotelem, ab Epicharmo demum, teſte Plinio, ac proinde haud quingentis ante Chriſtum annis (Hieroni quippe, qui Syracuſis regnauit, iuxta Chronicon Oxonienſe ac Jamblichum coæuus Epicharmus) fuerit inducta: Athenienſes vero, poſt repertas etiam, ſeu adiectas Græco Cadmi Alphabeto octo litteras, & e quarum numero exſtitit illud Θῆτα, & conſtitutum inde ΧΧΙΥ litterarum Alphabetum, diu tamen, quod ex antiquis & ineditis etiam hactenus auctorum teſtimoniis ſupra jam illuſtrauimus, illud ſexdecim Cadmi litterarum dicantur retinuiſſe. Unde utique, veteri illo ac diu ſeruato Athenienſium more, non ΑΘΕ ſed ΑΤΗΕ ſeu ΑΤΗΕΝΑΙΟΝ (ΤΗ nempe loco Θ, Latinorum inſtar, quod e Plinio ac priſcis Grammaticis monuerunt jam viri ſummi) ſignati fuerint: quales autem, quod equidem ſciam, viſi hactenus non ſunt aut reperti, antiquiſſimi & quidem argentei eorum nummi. Æreos certe nummos ſerius haud parum, & ſub Callia demum Archonte, hoc eſt Olympiade LXXXI, & ita haud quingentis ante Chriſtum annis, Athenis cuſos obſeruant veteres ac eruditi ad Ariſtophanem Critici. In *Thebanorum* vero nummis, ſicut ii quandoque duabus litteris ΘΕ, qualem protulit indicato ſupra loco vir eximius, deſignati, ita ΘΕΒΗ ſubinde etiam ſunt inſcripti; atque ita tum cum littera Θ, diu poſt Græcum Cadmi ſexdecim litterarum alphabetum, ut vidimus, reperta: tum cum recentiori adhuc, ac Jonici demum ΧΧΙΥ litterarum alphabeti littera Η, non quidem pro adſpirationis nota, ſicut olim obtinuit, & in adducto paullo ante ΑΤΗ pro ΑΘ exemplo, ac ab antiquis Grammaticis eſt obſervatum; ſed pro littera Ἦτα, eaque a Simonide inducta: idque non *octingentis* proinde, ſed quingentis, ut de eo *Melico* in proximo diagrammate vir eruditiſſimus, immo paucioribus adhuc ante Chriſtum annis.

Lib. VII. c. 56.

Epoch. LVI. Vit. Pyth. lib. I. cap. 36.

Scaliger ad Euſeb. p. 111. Salmaſ. ad Inſcr. Herod. pag. 31.

Scol. ad Ran. pag. 147.

E quibus autem liquet, quod præter potiorem veterum, qui ea de re egerunt, auctorum fidem, in illud antiquiſſimum Græcum Cadmi Alphabetum, & quidem 1500 ante Chriſtum annis, quatuor litteras Ζῆτα, Ἦτα, Θῆτα, Ξῖ, retulit vir eruditiſſimus, multis demum poſt, & diverſis quidem cum ſæculis, tum auctoribus repertas. Quamquam priorem illam, e quatuor dictis modo litteris, Ζῆτα quod attinet, ea in re præeuntes habuerit non doctiſſimum ſolum Bochartum in adducto itidem Phœniciarum & Græcarum litterarum ab iis deductarum diagrammate; ſed cum inter veteres Grammaticos Iſidorum, qui eam quoque adnumerat inter ΧΥΙΙ litteras (tot enim ille, non ΧΥΙ demum refert) quas Cadmus e Phœnice in Græciam adtulerit: tum

7 *De Græcorum litteris* Cadmi Alphabeto *additis.*

De Colon. Phœn. lib. I. cap. 11.

potioris longe auctoritatis ac vetuſtatis ſcriptorem, Ariſtotelem, qui eam equidem apud Plinium inter octodecim, quot fuiſſe ſtatuit priſcas Græcorum litteras, refert. Verum haud inde utique (Iſidorum enim non hic moror) euincitur, eandem litteram Z, non unam fuiſſe, juxta eundem Ariſtotelem, e duabus litteris, quæ ſexdecim Cadmeis antiquiſſimis fuerint primum additæ. Adde, quod & Plinius eodem loco, ubi hoc de Ariſtotele retulit, recentiorem Cadmeis ſexdecim litteris, & a Simonide, ut hodie apud eum legitur, repertam demum litteram Z, alios Auctores ſequutus, memoret: tum quod eadem littera minus foret neceſſaria; una quippe ex adſpiratis conſonantibus, quarum loco tenues cum adſpirationis nota, ut a priſcis Grammaticis monitum, obtinuerint: tum denique quod eadem littera Z non exſtet inter priſcas illas ſexdecim litteras, quas e Phœnice in Græciam Cadmus, & e Græcis ſeu Pelaſgis Euander in Latium tranſtuliſſe a Mario Victorino dicitur: *Repertores litterarum Cadmus ex Phœnice in Græciam, & Euander ad nos tranſtulerunt* A B C D E I K L M N O P Q R S T *litteras numero* XVI: ubi autem a magno Salmaſio, ſublato Q, eius vice U poſtremo loco addita. Litteram Y certe inter quinque vocales, quas Græci olim, & Latini dein eorum exemplo habuerint, retulerat iam ante idem Victorinus. Unde etſi eandem litteram Y, ſeu Pythagoræ dictam, tanquam extra Alphabetum Phœnicium, recentiorem haud parum ſtatuant alii, eamque ſerius demum, & iuxta quatuor poſtremas, alphabeto Cadmi vel Palamedis a Simonide aut Epicharmo demum additas, ut doctiſſimus Bochartus; potior tamen videtur hic habenda eorum rato, & quidem ſummi in his litteris nominis, qui eandem litteram ϒ inter ſexdecim illatas in Græciam a Cadmo litteras, locum omnino habuiſſe contendunt. Præterquam enim, quod Ariſtoteles eam inter priſcas illas X & VIII Græcorum litteras, iis proinde ab Epicharmo, quas ibidem addit, adiectis vetuſtiores retulerit: Plinius utique inter octo, quas refert, litteras ſexdecim Cadmeis a Palamede, ac dein a Simonide adiectas; & e quibus conſtitit poſtea XXIV litterarum apud Græcos alphabetum, non recenſet, indeque eandem litteram Y prioribus illis ſexdecim adnumeraſſe omnino dicendus eſt. Unum vero, quod præterire non licet & latuit viros magnos, hic poteſt negotium faceſſere, quod litteram ϙ ſeu Κόππα vel Phœnicum *Coph*, in antiquis aliquot & ſingularibus Græcorum nummis, non, ut poſtea, *epiſemi* ſeu nonagenarii numeri, ſed litteræ K ſeu Κόππα vicem præſtare videas; in alio autem litteræ X eo ſono, quem apud Latinos habuit, ſeu Græcorum Κσ vel Ξ. Ut vel inde liquere poſſet, haud abs re omnino a viro eruditiſſimo eandem litteram ϙ *Coph* ſeu Κόππα in Cadmei Alphabeti, quo ſolo diu Græci ſunt olim uſi, diagrammate referri. Quamquam eandem litteram in antiquis illis & probæ notæ nummis obuiam, vicem, quod dixi, litteræ K ſeu Κόππα præſtare omnino liqueat; unde hanc poſtremam in Cadmeo ſexdecim litterarum alphabeto locum haud habuiſſe, ſed poſtea eam vice illius ϙ in Jonico Alphabeto receptam liceret ſtatuere; atque ita litteræ Y ſeu ϒψιλόν locum in illo veteri ſexdecim apud Græcos litterarum Alphabeto relictum. Sed de quibus præclaris omnino, qui hanc litteram ϙ præferunt, nummis, quique plenam eius rei fidem continuo faciant, mox, ubi veterem Græcorum in nummis ſcripturam indagabimus, agetur.

Lib. 7. cap. 56.

Lib. I.

De Colon. Phœn. lib. I. cap. 21.

Salmaſ. ad Inſcr. Herod. pag. 224, 225. I. G. Voſſius Art. Gram. lib. I. cap. 25.

E qui-

E quibus autem, quæ iam adtulimus, conſtare inſuper poteſt, quid de ſecundo diagrammate priſci Græcorum Alphabeti, a viro præſtantiſſimo itidem adducti, ſtatuendum ſit: nempe *Græcum Simonidis Melici, ſive Atticum, ante Chriſti* 500 E NUMMIS *& marmoribus variis.* Ubi equidem illud ſingulare continuo occurrit, quod auctor non ſolum noui Græcorum Alphabeti *Simonides melicus* ſeu lyricus ibi traditur; ſed idem illud *Atticum* dicitur; priori autem *Cadmi* ſeu *Jonico*, ut illud vocat, *Alphabeto* multis quidem ſæculis recentius. *Simonidem* vero *melicum* quod attinet, non adeo ei immutati vel conſtituti Græcorum Alphabeti, ſed trium quatuorue litterarum, poſt quatuor a Palamede antea, vel a coætaneo eidem Simonidi Epicharmo prioribus ſexdecim additas, inuentum tribuunt, qui ea de re agunt, veteres; nempe, iuxta Plinium, litteras Z (vel Ⅎ loco Z, juxta Suidam, & Salmaſium) H, Ψ, Ω, ita tamen ut nec ei concinnati & conſtituti viginti quatuor litterarum Alphabeti, laus, ſed Calliſtrato, quod poullo ante vidimus, Samio, tribuatur; etſi Samus, Jonum inſula nobilis, ſit πολυγράμματος ſeu *multarum litterarum*, ab Ariſtophane iam dicta. Unde non *Simonidis* huius *melici*, qui Dorici erat, qua de re iam ſupra, non Attici, aut vero Jonici generis, Alphabetum illud eſt dictum; ſed *Jonici* nomen, quod antea quoque, uti id vel ex Herodoto conſtare vidimus, obtinuerat, vel *Samii* dein retinuit; ac unde etiam illud Plinii antea jam adductum, tacitum gentium conſenſum primum omnium conſpiraſſe, *ut Jonum litteris uterentur.* Quomodo ſimiliter cur *Atticum* ibidem vocetur a viro eruditiſſimo, eo magis mirari etiam ſubit; quod *Atticæ litteræ* dictæ ſint a priſcis Grimmaticis, Harpocratione, & Heſychio, ut vere eſt a viro magno obſervatum, de antiquis ſexdecim Græcorum litteris, quæ non Simonidem, ſed tot ſæculis eo vetuſtiorem Cadmum auctorem habuerant: ſeu forte etiam id inuentum ad Cecropem, antiquiſſimum eorum Regem, cui & illud olim tributum quoque vel e Tacito conſtat, retulerint potius Athenienſes, & quo reſpexerit etiam, ut vidit jam vir ſummus, Heſychius, dum ait, Ἀττικὰ γράμματα, ἀρχαῖα, ἐπιχώρια· *Atticæ litteræ, antiquæ, vernaculæ.* Ad quas cæteroquin antiquas *Atticorum litteras* reſpicit quoque Demoſthenes eo loco, ubi priſcæ Athenienſium legis meminit, quæ ſua adhuc ætate in columna exſtaret ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς, *obſcuris litteris Atticis* exarata. Sic Athenis itidem, teſte Pauſania, in pariete Ædis Cereris, in qua exſtabant cum illius Deæ, tum filiæ Proſerpinæ & Jacchi facem præferentis ſigna, inſcriptum erat *Atticis litteris* γράμμασιν Ἀττικοῖς, ea eſſe Praxitelis opera. Quomodo utique illud fide veterum Auctorum comprobatum jam ante vidimus, & quod monuerant viri harum litterarum principes, Scaliger & Salmaſius: nempe poſt receptum etiam Jonicum XXIV litterarum Alphabetum, ſexdecim illis antiquis Cadmi litteris diu uſos fuiſſe Athenienſes, ac ſero iſtud demum, & quod primi ſupra ex ineditis ad Homerum ſcholiis vidimus, finito iam bello Peloponneſiaco, ab iis admiſſum. Adeo ut nec dum receptis apud Athenienſes, quæ in illo *Attico* viri eruditiſſimi Alphabeto comparent, litteris H pro ῆτα & Θ, ſcriberent iidem Attici: quod a priſcis Criticis, & in Farneſiana columna viæ Appiæ, etſi recentiorum temporum, Pii nempe Antonini, eſt a Scaligero primum obſervatum, ΤΕΙ pro ΤΗΙ, ΤΗΕΟΣ (Η nempe ibi non pro littera, ſed pro adſpirationis, quod ante diximus, nota) pro ΘΕΟΣ, & ΤΟΙ pro ΤΩΙ. Quo ſpectat inſuper, quod poſt admiſſam etiam ab Atticis, repertam a Palamede vel ab Epichar-

De ſecundo ac tertio Alphabeti Græci *diagrammate viri docti.*

Lib. VII. c. 56.

Not. ad Inſcr. Herod. p. 114.

An illud Atticum dici debuerit.

Salmaſ. ad Inſcr. Herod. pag. 31, 32.

Quidam Cecropem Athenienſem &c. ſexdecim litterarum formas reperiſſe.

Annal. XI. 14. Ad Inſcr. Herod. pag. 237. Adv. Neæram pag. 737. ed. Græc. Pariſ.

charmo litteram Θ, a littera tamen H, non pro adspiratione amplius, sed pro littera Ἦτα a Simonide adiecta, diu abstinuerint, ut e Platone notum, ac paullo ante vidimus, Athenienses, ac a Græcis ad Euripidem Criticis est similiter obsevatum: immo ex adductis jam ante, ac ab ipso horum diagrammaton auctore, Athenienſium nummis, ΑΘΕ non ΑΘΗ inscriptis, liquidum est ac manifestum. Adeo equidem, ut ea in re completi aut constituti Græcorum Alphabeti, nihil Simonidi cum veteribus Atticis commune fuerit. Unde etiam Jonicum XXIV litterarum alphabetum, non huius Simonidis, qui iam olim Olympiade LX clarus exstitisse apud Eusebium, verius alibi Olympiade LXXIII dicitur; sed recentioribus adhuc, quod antea vidimus, temporibus, & quidem primo demum anno Olympiadis XCV, aut triennio iam ante, iuxta veteres Grammaticos, sub Euclide nempe Archonte (ac proinde non *quingentis*, iuxta virum eruditissimum, sed vix quadringentis ante Christum annis) fuerit illud ab Athenienſibus receptum. Mitto vero, quod in illud suum Atticum, vel Simonidis 500 ante Christum annorum Alphabetum, tres litteras ab eo in superiore Cadmi Alphabeto traditas Ϝαυ nempe, Σαμπι, & Κόππα, in hoc posteriori, sed tanquam totidem *episema* recenseat vir præclarus; atque ita XXVII litterarum Alphabetum, uti antea a Scaligero factum, exhibeat. Eadem equidem tria *episema* in priscis Græcorum Alphabetis locum habuisse, e Mario Victorino, Beda, Rabano Mauro, aliisque monuerat iam idem Scaliger: ita tamen, ut non adeo litteras, quam numerorum notas exstitisse, tum ille, tum doctissimus Bochartus, quod iam supra diximus, obseruent. Unde utique nec in antiquis nummis vel marmoribus, e quibus conflatum illud *Simonidis*, vel *Atticum Alphabetum* in memorato diagrammate dicitur, ullam Græcarum XXIV litterarum tria illa *episema* vicem obtinere videas: nisi quod postremum ex iis ϙ Κόππα litteræ K seu Κάππα, aut X etiam Græcum, Latinorum X seu Κσ, in aliquot antiquis, iisque haud obviis vulgo nummis, locum præstare diximus. Ita tamen ut similis ejusdem litteræ ϙ usus fuerit apud Græcos postea abolitus; neque in nummis proinde aliisue eorum antiquis monumentis, nisi pro nota nonagenarii numeri, & quidem immutata aliquantum eius figura, qua de re mox, conspicuus; apud Latinos vero sub figura litteræ Q cum transuersa, non vero recta inferiori linea, retentus. Unde etiam neque plures sexdecim litteris in veteri Cadmeo Græcorum Alphabeto, ab Atticis etiam diu, præ aliis Græcorum gentibus, servatas; aut præter viginti quatuor, eoque communi olim gentium, teste Plinio, consensu receptas, nulla proinde dictorum modo ἐπισήμων ratione in eo numero habita, agnoscunt, quotquot eam rem adtigerunt prisci Auctores Græci & Latini, quibusque adstipulantur, consignata totidem huius rei monumenta, antiqui, iique magna adhuc copia superstites Græcorum nummi. De tertio autem viri doctissimi diagrammate, quo *Græcum Alexandri Magni ante Christum* 330 *annis Alphabetum* traditur; & quidem, quod e sequente rursus diagrammate liquet, usque ad Constantini M. tempora, per annos proinde circiter sexcentos & triginta sex, quibus primum post Constantii Chlori obitum Imperator declaratus est Constantinus, illud utique liquidum iis, qui vetera nummorum vel lapidum monumenta adtente versauerint, consignatas, accurata viri eruditissimi diligentia ac industria, Græcarum litterarum formas, in iis utique, sed pro variis temporum interuallis, etiamnum conspici.

Schol. Phœn. pag. 326.

De tribus in illo Græcorum Alphabeto episemis. Anim. ad Euseb. pag. 111. Ibid. p. 116.

Ut

Ut vero nunc propius adtingam, quæ e veteri Græcorum nummorum penu, ad illuſtrandam priſcam hanc eorundem litteraturam adtinent, id ante omnia tenendum eſt, haud unam ſemper exſtitiſſe litterarum apud Græcos formam, nec eandem, quam Cadmus e Phœnice inuexerat, perpetuo dein obtinuiſſe. Cuius equidem rei luculentum teſtimonium perhibet antiquiſſimus, qui de iiſdem litteris quidpiam tradiderit, Herodotus; quique ad ſuam uſque ætatem triplicem agnoſcit earundem litterarum, certe diuerſam aliquantum formam. Prima equidem & antiquiſſima, quæ a Cadmo e Phœnice in Græciam illata, quamque eandem fuiſſe cum litteris, quibus hactenus utebantur Phœnices, [a] idem docet. Altera, quam continuo [b] ſubdit, quum progreſſu temporis, una cum ſono modulus earundem litterarum Græcarum, ab ipſis Phœnicibus eſt immutatus. Tertia, [c] quum Jones haſce litteras a vicinis Phœnicibus edocti, earum nonnullis immutatis, mox per reliquam Græciam diſſeminarunt. Quam vero duplicem priſcarum illarum litterarum mutationem tantam non fuiſſe, ut a Cadmi primigenia litterarum forma eædem valde recederent, vel ex iis præterea liquet, quæ ibi mox tangit Herodotus, de viſis a ſe inciſis in tripodibus Thebanorum litteris Cadmeis quæ magna ex parte Jonicis eſſent conſimiles. Neque vero nunc valde laborandum puto, an illæ horum Tripodum inſcriptiones, quas temporibus, Laii, filii Oedipi, ac nepotum inciſas idem tradit, eadem forma fuerint, cum priſcis illis Cadmeis; ſeu quod contendit [d] vir maximus, ea forma, qua progreſſu, ut modo diximus, temporis, eædem fuerant aliquantum ab ipſis Phœnicibus immutatæ. Quum tamen idem vir magnus alibi dein in eodem libro, Jonicas litteras, præter aperta Herodoti ea de re verba, paulatim e primis illis & antiquiſſimis Phœniciis, quas in Græciam propagauit Cadmus; non ex iis proinde, ut antea verius agnouerat, quas progreſſu temporis dein aliquantum immutatas dixerat, profluxiſſe ſtatuit: quomodo non tres, ſed duæ tantum Græcarum litterarum formæ exſtitiſſent, prima *Cadmea*; altera pauliſper immutata, *Jonica*. Immo neque litterarum formas a Jonibus ſemel receptas, quod contendit etiam illuſtris Salmaſius, in eadem facie ad noſtra uſque tempora manſiſſe, nihilque in iis immutatum ſtatuendum eſt: quod vel veterum nummorum, qua de re mox, adde & lapidum conſpectus & tractatio, continuo redarguit. Antiquiores autem Græcorum litteras, a poſterioribus, Joniçis nempe, non numero ſolum, ſed forma etiam aliquantum diſcrepaſſe, plurium adhuc veterum auctorum fide liceret hic mihi comprobare. Ἀρχαίων certe γραμμάτων, *vetuſtarum litterarum* mentionem ſubinde apud grauiſſimos Auctores fieri videas, quibus inſcripta antiquiſſima aliquot Græcorum monumenta iidem conteſtantur. Illuſtre imprimis eius rei documentum, quod miror a viris magnis, qui hæc adtigere, prætermiſſum, apud Ariſtotelem legitur; ubi nempe tradit repertam Hypatis apud Ænianas Ætolos columnam *antiquis litteris inſcriptam*, ἔχουσαν ἐπιγραφὴν ἀρχαίοις γράμμασιν, quam dum vellent ſcire, cuius eſſet, Anianes, Athenas illam miſerint. Eius autem latores, ubi in Bœotiam veniſſent, cauſſamque profectionis ſuæ ibi apud hoſpites enarraſſent; illos ab iis continuo Thebas ad Iſmenium templum deductos; quod in eo repertam iri adfirmarent litterarum illarum inſcriptionem: exſtare enim illic quædam donaria antiqua, quæ ſimiles haberent litterarum formas: unde ferunt, ex iis indicio eorum facto, quæ illi noſſe cupiebant, verſus quoſdam ibi ab Ariſtotele adductos conſcripſiſſe. E quibus autem ver-

111 *De immutatis Græcarum litterarum formis e nummis.*

a Πρῶτα μὲν, τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες Herodot. lib. V. cap. 58.

b Μετὰ δὲ χρόνου προβαίνοντος, ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων. Ibidem.

c Ἴωνες δὲ παλαιὸν διδαχῇ παρὰ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματα, μεταρρυθμίσαντες σφέων ὀλίγα, ἐχρέωντο. Ibidem.

d Salmaſ. ad Inſc. Herod. pag. 33.

e Addent. pag. 229. 230.

Mirabil. Auſcult. cap. 180.

bis, licet utique colligere, respici ibi in ea narratione ad antiquas illas Thebanorum in eodem fano Ismenio inscriptiones, quarum facta loco paullo ante memorato apud Herodotum mentio; quæ nempe ex antiquis illis Cadmi seu Phœniciis litteris Thebas illatis, inde dein paulatim immutatis ab ipsis Phœnicibus, constarent, magnaque ex parte ad Jonicas ex iis deductas accederent. Lib. III. p. 76. Diodorus vero Siculus Aram tradit extare ad sinum Arabicum, Lib. IV. p. 259. cum inscriptione quadam antiquis & ignotis quidem litteris exarata. Idem alibi refert Argonautas Regi Libyæ æreum tripodem donasse, inscriptum antiquis litteris, & ad sua usque tempora permanentem apud Hesperitas. Sic alter eiusdem ætatis Auctor, Dionysius Halicarnassensis, docet L. Memmium adferentem, visum a se tripodem sacratum in Jovis templo, in quo inscriptum litteris antiquis oraculum legebatur. Adde, id quod in eodem libro obseruat de crateribus æreis in æde Jovis Dodonæi ab Ænea relictis, & quorum aliquot adhuc sua ætate extarent, qui *vetustis admodum inscriptionibus*, ἐπιγεγραῦς πάνυ ἀρχαίοις, muneris illius auctores proderent. Alio vero loco, columnam Græcis litteris inscriptam commemorat idem Auctor, qua fœdus cum Latinis continebatur, Romæ adhuc suo tempore superstitem in templo Dianæ, illudque Græcis caracteribus insignitum, quibus olim Græcia utebatur. Plutarchus vero in Alcmenæ sepulcro inscriptionem extare dicit litteris vetustissimis, ac ferme Ægyptiacis, quas vocat τὰς τύπους, seu *formas* illius Grammaticæ, quam Proteo regnante didicit Hercules. Dio Chrysostomus visum a se refert in templo Junonis Olympiæ, raptum Helenæ insculptum, καὶ ἐπίγραμμα ἐπιγεγραμμένον ἀρχαίοις γράμμασι, *& inscriptionem inscriptam antiquis litteris.* Accedat his Philostratus, qui Eretriensium antiqua apud Medos sepulcra, Græcis litteris, sed quales alibi non viderit, inscripta commemorat: γράφοντες δὲ Ἑλλήνων τρόπον· ποῦ Καὶ οἱ τάφοι δὲ οἱ ἀρχαῖοι σφῶν ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος γέγραπται· Καὶ τὰ γράμματα Ἑλλήνων μέν, ἀλλ' ὅπως τοῦτα ἰδεῖν φασι· *litteras Græco more scribunt: dein, & ipsorum antiqua sepulcra, ut Cajus Caji,* (nempe quod ibi ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος) *inscribuntur: & litteræ quidem sunt Græcæ, sed quales se non alibi vidisse aiunt.* Lib. VI. c. 119. Cui loco rursus lucem fœneratur Herodotus, qui tradit alicubi Græcos Eretrienses in Mediam sub Dario Hydaspis filio transportatos, ad sua usque tempora *linguam conservasse antiquam*, διαλέγονται τῷ ἀρχαίῳ γλώσσῃ. Hæc itaque Eretriensium colonia in illo tractu, Jonici XXIV litterarum Alphabeti, quale dein Callistrato, ut vidimus, Auctore, obtinuit apud Samios, admissione antiquior.

2 *Exempla illius Græcarum litterarum mutationis, e nummis.*

E quibus autem veterum Auctorum apud Græcos testimoniis illud iam constat, cum ante, tum post receptas a Jonibus Phœnicum litteras; & constitutum dein Sami earum, quod communi dein gentium consensu est receptum, Alphabetum, non semel earundem, variarum certe ex iis, litterarum formam apud Græcos immutatam. Cuius equidem rei vestigia, & cuiusmodi ferme eadem mutatio exstiterit, nullibi hodie certius ac in vetustioribus eius rei monumentis, quam in antiquis Græcorum nummis videas; ubi non una, sed diuersa variarum litterarum facies, ac, pro ætatum discrimine, multiplex eadem etiamnum occurrit; & qualem nupera quoque illa viri eruditissimi, de quibus paullo ante egimus, diagrammata exhibent. Quod ut propius nunc, & ex ipsis, quos versauimus hactenus, aut qui aliunde iam prostant, nummis, & quidem antiquioribus, primum euincamus, H olim apud veteres Græcos, & in Cadmeo litterarum per complura sæcula Alphabeto,

non

non litteram ἦτα, ſicut poſt eam a Simonide inductam, ſed adſpirationis notam demum fuiſſe, adſpiratis proinde vocibus præpoſitam, ut in HEKATON aliiſque, a priſcis Grammaticis obſervatum, & a Scaligero quoque monitum iam ſupra vidimus. Unde ab Athenienſibus quidem ſerius eandem litteram ἦτα, eiuſque loco ε, poſt eandem etiam repertam, ſerius ab iis adhibitam, e Platone, ac e nummis vel maxime AΘE pro AΘH inſcriptis, eſt itidem jam obſeruatum; ſed unde de inſigni quadam eorundem apud Athenienſes nummorum vetuſtate nihil certi ſtatui poſſe probauimus. At vero alia veterum illorum nummorum, qui alibi & extra Atticam cuſi, ratio habenda eſt, in quibus illud H, non litteram ἦτα, ſed adſpirationis notam, ſicut in Cadmeo Græcarum litterarum Alphabeto, ubi ἑπισήμου vicem demum præſtitit, continuo arguit. Tales utique antiqui *Himeræ* in Sicilia nummi, qui non IMEPA, vel IMFPAIΩN, ut alii ſequentium demum temporum, ubi ſublatum H pro adſpirationis nota, ſed HIMEPAION & HIMEPA, cuiuſmodi apud Parutam videas, ſunt inſcripti; quingentis proinde ac ſupra forte ante Chriſtum annis. Adde in *Selinuntiorum*, in eadem Sicilia, nummis, HYΨAΣ, pro ΥΨΑΣ in aliis itidem nummis obvium; fluvium nempe in eo tractu celebrem ac ſpecioſi pueri forma expreſſum: quod aliis Siculis familiare obſeruat alicubi Ælianus: ubi autem in priori nomine, H adſpirationis itidem munere fungitur. Ita extra Siciliam, in Bœotiæ oppidi *Iſmenes* nummo, HIΣMEN· apud Goltzium, in nummis vero poſteriorum temporum, & ſub Commodo Imp. cuſis, ſine eadem vetere adſpirationis nota, ICMENEIΩN. E quo priori autem nummo adſpirandam hanc vocem Ἰσμήνης, non, ut vulgo apud Pauſaniam, Stephanum, alioſque cum levi efferendam, & quod fruſtra ignoratione huius rei refingere voluit Nonnius, in ſuperiori huius operis editione erat jam a nobis monitum; ac inde ad Stephanum quoque eſt a poſtremo eius editore Berkelio obſeruatum. Adde, inſuper, quod in eadem veteri nummi illius epigraphe HIΣMEN· E ibi in poſtrema ſyllaba litteræ H ſeu ἦτα, nondum ſcilicet a Simonide inductæ, vicem præſtitit; prout Ἰσμήνη & Ἰσμηνίδ cum η̄ legitur apud Auctores. Quomodo itidem in aliis vetuſtis Siculorum nummis, MENAINΩN, in præclaro autem nummo Gazæ Brandenburgicæ, MENAINON, ante duas nempe longas illas litteras H & Ω reperta; apud Parutam vero, in alio dein eiuſdem oppidi nummo legitur MHNANINΩN·

Vetuſtiſſimi quoque Græci pro adſpiratione H *ſcribebant.*

Marius Victorinus lib. 1.

Sicilia pag. n. 2.

Ibid. p. 99. n. 10. 11.

Lib. II. Var. H. cap. 33.

Græciæ Tab. XVII.

Tab. CXXXVI. n. 2.

Inter antiquæ autem & primæue Græcorum ſcripturæ veſtigia referri quoque debent ſingulares aliquot & vetuſti nummi, in quibus, quod paullo ante dicebamus, loco litteræ K ſeu Κάππα, quæ poſtea in aliis eorundem locorum nummis obtinuit, antiquum ϙ ſeu *Coph* vel Κόππα ſignatum; non vero pro *epiſemo* ſeu *nonagenario* numero conſpicitur. Cuiuſmodi aliquot inſignes omnino vel eo nomine nummos, & eximiæ vetuſtatis, verſare nobis contigit; e quibus tres occurrunt in Cimeliarchio Auguſti Boruſſorum Regis, ac inde in Theſauro Brandenburgico, opportune iam diuulgati; nempe *Crotaniatarum* in Magna Græcia, qualem inſuper in Gaza Gallorum Regia, & hic in Muſeo Pembrochiano vidimus; duo autem *Syracuſanorum*, in Cimeliarchio Brandenburgico, accedente adhuc alio apud Parutam. Quibus autem eximium inſuper hic addemus e cimeliis Illuſtriſſimi, & magni harum antiquitatum vindicis ac æſtimatoris, Pembrochiæ Comitis, *Corinthiorum* nempe nummum, in quo Pegaſus, ſolitum urbis inſigne, & littera ϙ pro K ſimiliter occurrit: quod in aliis itidem *Corinthiorum* nummis bene iam obſerva-

3

De littera ϙ *Koph in antiquis aliquot Græcorum nummis.*

Theſ. Brandenb. p. 322.

Ibidem. p. 384.

Tab. XXXIV. n. 10.

Thes. Brand. Vol. 1. p. 313. seruauit eximius Begerus noster. In quibus autem singulis illud ϙ seu *Coph* vel Κόππα Phœnicium, vicem K seu Κάππα præstare omnino videas.

Accedit hisce vetustus ac singularis quoque Gazæ Regiæ Brandenburgensis nummus, qui similiter in editis jam eius Thesauris prostat, accurate vero ad nummi ipsius fidem, ac maiorem rei, de qua hic agitur, lucem hic etiam opportune vulgandus; nempe hinc cum capite Palladis galeato, illinc cum Gallo, retro Stella, & litteris A Q V P

Thes. Brand. Vol. 1. p. 357.



In quo equidem nummo visitur cum inflexa instar Latinorum Q, non uti in adductis modo nummis, cum recta inferiori linea, seu littera §, in aliis autem eius oppidi apud Goltzium nummis, ac alibi, vulgo AXVR. Ita ut littera Ϙ in hoc nummo, non iam simplicis litteræ *Koph* vel K, sed Latinorum instar, usurpati quoque olim a Græcis X, ante repertam a Simonide, ut de eo Suidas, litteram Ξ, locum obtineat. Quomodo eandem litteram X a Palamede vel, iuxta Aristotelem, ab Epicharmo, ut notum, Siculo, repertam pro littera Ξ, in antiquo Siciliæ oppidi, & ab Euboeis Chalcidensibus conditi nummo apud Parutam videas, NAXI nempe pro NAΞI seu *Naxi*, cuius apud Thucydidem, & antiquos Geographos fit mentio. Qua ratione etiam littera Ξ, non inter quatuor litteras, prout hodie apud Plinium legitur, a Palamede repertas, sed a Simonide verius, quod ei quoque tribuit Suidas, reponenda est; ac vere proinde apud Plinium, Z pro Ξ, ubi de inuentis a Palamede litteris agitur, ab illustri Salmasio, emendatum; qua de re autem nihil a postremo, erudito quamquam, Plinii editore monitum videas. Adde, quod vel ex adductis duobus illis insignibus nummis, AXVP & NAXI præterea constat, illud Latinorum X, haud minus ac reliquas eorum litteras, ab antiqua quoque Græcorum littera, quæ eundem sonum tum habuerit, profluxisse: quum alioquin loco KH, adspirata illa littera dicatur reperta, nempe ut XPONOΣ, pro antiquo illo KHPONOΣ diceretur; prout in veteri illo & insigni marmore exstare pridem monui, quo Homeri Apotheosis consignatur, & quod luculento commentario explanauit dein illustris Cuperus, mihi vero paucis ab eodem primum reperto annis, conspicere in Urbe Æterna licuit.

Tab. xciv. n. 2.

In Σιμωνίδης.

Ad Inscr. Herodis pag. 223.

licuit. E quibus autem adductis modo vetuſtis illis ac probæ notæ, cum Siculis, tum Græciæ nummis, cum eadem illa Phœnicia littera ϙ *Coph* vel Κόππα, liquere, quod ſupra iam monui, videtur, eandem in Cadmeo & antiquiſſimo Græcorum alphabeto locum *litteræ*, non vero, uti poſtea, *epiſemi* demum ſeu *nonagenarii* numeri notam impleuiſſe. Unde ſtatui equidem poſſet, etſi eadem inter octodecim antiquas Græcorum litteras, ab Ariſtotele, iuxta Plinium, enumeratas, non compareat, litteram Q a Mario Victorino haud male relatam inter eas, quas Cadmus e Phœnice in Græciam, & e Græcia porro in Latium intulerit Euander: neque proinde duo eiuſdem Victorini ea de re loca, expuncta nempe in iis illa littera ϙ, ſeu Q Latinorum, iuxta magnum Salmaſium, & cui adſenſum quoque meum olim præbueram, continuo refingenda, ut in utroque illius Grammatici loco, littera Y ſeu U reponatur. Quæ tamen littera ϙ poſtea, relicta ei *epiſemi* ſeu *nonagenarii* numeri nota, e litterarum apud Græcos numero, ſeu a Calliſtrato, de quo ſupra, Samio, ſeu potius ab alio iam ante, fuit ſublata: forma etiam, ut rurſus id e priſcis conſtat nummis, aliquantum immutata: nempe inſtar Latinorum q. Prout obuium illud utique cernimus in antiquis aliquot Syriæ Regum nummis, ut *Antiochi* vulgo *Grypi* apud Cl. Vaillant; in Theſauris autem Gallorum Regiis & alibi, q p hoc eſt C X C, aut A q p, C X C I; ac ſimiliter in nummis *Antiochenſium* ſub Claudio Imp. *Aſcalonitarum* ſub Domitiano; *Amiſenorum* & *Gazenſium* ſub Hadriano; *Chalcidenſium* ſub Commodo; ac *Trallianorum* etiam ſingulari nummo ſub Gordiano Pio apud illuſtrem Foucaultium, cum Z q h. e. X C V I I. Adeo ut tertio etiam a Chriſti Natali ſæculo, retentum adhuc fuerit illud q pro *nonagenarii* numeri nota; niſi quod ſubinde, ut in *Irenopolitarum* in Cilicia nummo, qui ſub eodem Gordiano percuſſus, ſignetur illud Ч, nempe adſcripta ibi loci æra B Ч P C X C I I. Meminit huius nummi Harduinus, ſed citra adſcriptam in eo urbis æram. Unde utraque illa *nonagenarii numeri* nota abeſſe non debuit a doctiſſimi Bernardi diagrammate Græcorum Alphabeti, ab Alexandri M. temporibus ad Conſtantini M. ætatem, in nummis antiquis & marmoribus obuii. Occurrit vero ſimilis priori illi q, primæ Alphabeti litteræ forma in vetuſto quodam *Athenarum*, quem in cimeliis Pembrochianis videre mihi contigit, nummo; quem etiam ſingulari magni horum ſtudiorum fautoris humanitate conſpiciendum hic damus; in quo ſolita in Athenienſium nummis Palladis & Noctuæ inſignia, cum epigraphe ϙΘE pro AΘE ſeu AΘENAIΩN, quæcunque tandem fuerit ita formatæ, quod alibi, quod equidem ſciam, haud viſitur, primæ huius litteræ ratio. Cui & alium inſuper hic addemus *Athenienſium* quoque ac eiuſdem Muſei Pembrochiani nummum argenteum, in quo litterarum AΘE· ac Palladis & Noctuæ typus rudis & inconcinnus, inſignem quandam illius vetuſtatem continuo arguit.

Ad Inſcr. Herod. pag. 225. 226.

Hiſt. Reg. Syriæ pag. 338. 339.

De Num. Urb. Ill. pag. 147.

De littera q *in nummo Athenienſium loco* A.



3 *De littera* O *pro* Ω *& forma litteræ* Γ *in antiquis nummis.*

Quibus vero antiquæ Græcorum scripturæ in vetustis id genus nummis vestigiis, ii quoque nummi accenseri debent, in quibus, nondum reperta scilicet a Simonide littera Ω, aut certe necdum eadem in Alphabeto Jonico XXIV litterarum recepta, ejus locum littera O demum obtinet; ut in plurimis antiquis Siculorum nummis, ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΝ, ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΟΝ, ΑΕΟΝΤΙΝΟΝ, ΑΙΠΑΡΑΙΟΝ, ΜΕΣΣΑΝΙΟΝ, ΚΑΤΑΝΑΙΟΝ, ΙΜΕΡΑΙΟΝ, aliisque; cuius loco in aliis dein recentioribus nummis eorundem locorum, ne quid mendi hic subesse, seu monetariorum errori, iuxta quosdam eruditos antiquarios demum tribuatur, Ω in ultima eorum syllaba, ut ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ &c. legitur. Adeo ut prius illud non antiquis solum Athenienſibus solemne fuerit, quibus ὦεγος, dictas olim ὄεγος observat Plato in Cratylo. Eiusdem vero, non ut vulgo rotundam, sed quadratam formam exhibet, quem in superiori Dissertatione adtulimus, antiquissimus primi *Amyntæ* Macedonum Regis nummus Gazæ Brandenburgicæ, AMIMTΠY inscriptus; quæ alioquin litteræ Π pro O forma, in recentioribus haud paullo hoc *Amynta*, quod vere ad eum observat eximius Begerus noster, Græcorum marmoribus, subinde etiamnum conspicitur: ita tamen ut ex adducto singulari illo nummo, & aliis eorundem ferme temporum monumentis, eam, ante receptum Jonicum XXIV litterarum Alphabetum, locum iam habuisse; ex recepto autem eius apud vetustiores Græcos usu, eam postea subinde renouatam, ab Atticis maxime in Aristophanis, Isocratis, ac Theophrasti imaginibus, omnino constare debeat. De littera M vero in eodem Regis illius *Amyntæ* nummo loco N signata, dicetur paullo infra. Exstat vero peculiaris, ut id præterea obseruo, litteræ Ω, figura in veteri *Rhodiorum* nummo, cum alibi a nobis inspecto, tum qui in Thesauris Brandenburgicis visitur, & inde iam diuulgatus.

Pag. 410. Ed. It. Steph.

Thes. Brand. Tom. III. p. 4.

Thes. Brand. Tom. I. pag.



Neque vero omitti hic debet proximæ eidem in Græco Latinoue Alphabeto litteræ Π antiqua in priscis nummis scriptura cum crure, ut de ea illustris Scaliger, impari Γ, cuiusmodi plurimi similiter inter alios exstant Siciliæ Urbium nummi, ut ΛΙΠΑΡΑΙΟΝ, ΔΡΕΠΑΝΩΝ, ΠΕΤΗΑΙΝΩΝ, ΠΟΛΥΡΗΝΙΟΝ, & *Syracusanorum* itidem, in quibus ΛΕΥΚΑΣΠΙΣ signatur, aliorumque; aut in Græcia, ut ΛΑΠΠΙΘΩΝ, in pulcherrimo Gazæ Brandenburgicæ nummo, ac similibus.

Anim. ad Euseb. pag. 115.

4 *De immutatis aliis Samii Alphabeti litteris.*

Plures vero, & notabiliores forte occurrunt etiamnum in eadem Græcorum nummorum penu aliarum quoque litterarum mutationes, vel plurium ejusdem litteræ receptæ in publicis monumentis, formæ; sed quæ a temporibus constituti & recepti passim Jonici XXIV litterarum Alphabeti demum sunt arcessendæ. In quem censum referri continuo potest Ξ pro Z, uti in Marmoribus Oxonienſibus, ita quoque insculptum in variis Græcorum nummis, qui diu ante, ac etiam Romanorum Imperatorum temporibus percussi; sicut ΒΥΞΑΝ, pro ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, aut ΞΕΥΣ in *Smyrnæ*, & *Syracusa-*

cluſanorum nummis Gazæ Brandenburgicæ, & apud Parutam. Adde in nummo *Apamenſium* Gazæ Mediceæ, cum adſcripta loci æra ϡΑΣ ubi ϡ pro Z, ſeu numero ſeptenario, nempe annis CCXXXVII ponitur; ac ſimiliter in Regum Syriæ nummis, uti *Demetrii Nicatoris*, & fratris *Antiochi Sidetis* annus inſcriptus ϡΞP ſeu CLXVII, ac ſimiliter *Antiochi Grypi* & matris *Cleopatræ*, ϡΠP & ϡϘP h. e. CLXXXVII & CXCVII. Sic ΚΥϡΙΚΗΝΩΝ in nummis Gazæ Brandenburgicæ, Mediceæ, & hic apud Equitem Auratum Trombal, ac alibi quoque obuium: ac unde male Ortelius illud ϡ in eadem voce, pro Ξ uſurpatum credidit, quaſi *Cyxicum* legi in iiſdem debeat. Quum tamen ϡ pro Z ibi poſitum, cuni ratio illius nominis ſatis arguat: tum obuia itidem in aliis adhuc nummis eius rei exempla, ut in vocibus ϡΗΝΩΝΟΣ, item ϡΟΣΙΜΟΣ ſicut legitur cum alibi, tum in duobus *Laodicenſium* nummis; quorum prior exſtabat in Gaza Chriſtinæ Reginæ; poſterior in nummo Appii Proconſulis, apud Cl. Seguinum. Quam in utroque illo nomine ſcripturam exhibent etiam antiqui lapides, ϡΗΝΩΝΟΣ & ϡΟΣΙΜΟΥ, ſimiliter inſcripti apud præſtantiſſimum Sponium; item ϡΟΙΛΟΣ & ϡΟΠΥΡΟΥ apud eundem: alibi etiam ΑϡΗΝΙΕΥΣ pro ΑΖΗΝΙΕΥΣ. Quamquam non diffiteor idem illud ϡ, non iam loco Z, ſed pro Ξ reperiri in nummo recentiori cuiuſdam *Alexandri*, quem inſpexi in memorata modo Chriſtinæ Auguſtæ Gaza, ΑΛΕϡΑΝΔΡΟΥ, tum in altero *Alexandri Severi* apud eundem Seguinum, ΑΥΤ. Μ. ΑΥΡ. ΣΕΥ. ΑΛΕϡΑΝΔΡΟΣ, ac in *Gabalorum* æra adſcripta in nummo Diadumeniani, ϡC anno CCLXIII. Confuſæ nempe duæ illæ litteræ Z & Ξ in ea voce, ob ſonum haud multo diuerſum; quod ea occaſione in aliis etiam litteris ſæpius contigiſſe in iiſdem nummis, paullo infra monebimus. Id caute tamen accipiendum, ne quis forte cum doctiſſimo Seldeno, alterum Ζῆτα ſolemne, multo recentius putet; quum frequens illius uſus in vetuſtis nummis ΑΙΖΑΝΕΙΤΩΝ, ΖΑΚΥΝΘΙΩΝ, ΖΕΦΥΡΙΕΩΝ, aliiſque, ut alia mittam, paſſim occurrat: immo quam litteram Ζῆτα Plinius iam a Palamede, belli proinde Traiani temporibus, repertam tradit: Bochartus autem inter priſcas XVI litteras, quas Græci a Phœnicibus acceperant, retulit. Adde nunc 3 pro Ξ, cum alibi in hac penu antiquaria, tum in nummo urbis Alexandrinæ Gazæ Mediceæ, Æ3AN pro ΑΛΕΞΑΝ ſeu *Alexandria*; alibi autem pro Σ ſeu C eorum temporum, ΑΝΑΖΑΡΒΟ3 in nummo Maximini Gazæ Gallorum Regiæ. Quæ autem, ut hoc addam, Græca littera 3, pro litteris Ξ, vel Σ, eadem cum Samaritica vel Phœnicia littera *Samech*, in adductis ſupra litteraturæ illius diagrammatis, originem adhuc ſuam in hiſce nummis retinuit.

Siciliæ Vab. LX. n. 76.

Vid. Vaill. Hiſt. Reg Syr. pag. 307.

Selec. num. p. 69.

Itin. Tom. III. p. 78. & 146. pag. 11. Ibid. p. 182. p. 1. & 76. 210. p. 11.

Notis Epoch. Syr. Diſſ. III. Sect. 3.

De Colon. Phœn. lib. I. cap. 10.

Falli præterea ex antiquis Græcorum nummis patebit eruditos, qui C altero Σίγμα vetuſtius ſtatuunt; quod ex quodam Agathonis apud Athenæum loco, a viris doctiſſimis, Scaligero in Euſebianis, & Iſaaco Voſſio ad Melam, opportune iam obſeruatum noui. Neque vero id tam Arcus Scythici argumento, quam indubia teſtium fide mihi fit manifeſtum; qui in lautiſſima illa, quæ bono litterarum fato etiamnum ſupereſt, Græcorum nummorum copia, Σ paſſim in antiquioribus obſeruo; alterum vero C rarius ante Domitiani, tempora uſurpatum, ſequentium demum ætatum proprium & peculiare, ut rarius poſtea prioris illius Σ veſtigia eadem Nummorum ſupellex præbeat. Quod quum in ſuperioribus harum Diſſertationum editionibus, ac prima etiam, quæ Romæ prodiit ante hoſce quadraginta annos, & quod excurrit,

5 *De Sigma per Σ, C, & Ɔ in nummis Græcis expreſſo.*

rit, esset totidem verbis a me monitum, id pluribus post annis a viro eruditoHarduin. p. 151. to, in opere de nummis antiquis urbium illustratis, renouatum haud illibenter vidi; etsi id tanquam primum a se obseruatum ibidem continuo adferat, unde etiam ab eruditis subinde laudem, me haud invito meruit: *Illud porro* C *pro* Σ, *quod semel monuisse* OPERÆ PRETIUM *fuerit, non fere occurrit in nummis ante Domitiani principatum: post illum, non aliter fere, veteri forma pingendi per* Σ, *e nummis prorsus ablegata.* Vid. Th. Smith. ad Monum. Palmyr. pag. 40. Quæ quam sint inter se similia, immo idem omnino, quod pridem ea de re notaueram, continuo innuant, quiuis, ut opinor, vel me tacente, intelligit; nisi quod pro postremis verbis viri eruditi, quibus a Domitiani temporibus antiquum illud Σ *e nummis prorsus ablegatum* adserit; ego *vix postea* illud in veteri nummorum supellectile exstare dixeram. Haud vero prius illud a me monitum ullatenus infirmat, ut nonnullis rei huius nummariæ studiosis ac peritis videbatur, quod ante Domitiani tempora, aliquot veteres nummi cum posteriori illo *Sigma* seu C inscripti, iique, sicut vetera etiam aliquot marmora, libera adhuc Republica, ac sine ulla Romanæ dominationis mentione, aut etiam sub prioribus Cæsaribus, uti sub Augusto, sint percussi. Neque enim *nusquam*, seu, quod tradit adhuc in adducto modo opere vir eruditus, *illud* C *pro* Σ NUSQUAM *Augusti ævo, nec ante Domitiani tempora in nummis lapidibusve occurrere notaueram:* Hard. Ibid. p. 275. qui nempe huius notæ nummos eorum temporum haud semel videram, sed *rarius* tantum, quod est longe verissimum, ante Domitiani tempora veteres Græcorum nummos, cum illa littera C, loco Σ, signatos; id quod sequentium demum temporum proprium & peculiare in iis exstitisset. Utrumque vero istud ipse nummorum veterum, qui tanto numero etiamnum supersunt, ante & post Domitiani tempora percussorum, & de quibus unice ibi a me agebatur, immo aliorum quoque monumentorum seu marmorum conspectus, abunde utique cuiuis, cui inspicere eadem & tractare contigit, manifestum facit. Unde, ne ad reconditos adhuc in Cimeliarchiis vel Museis diuersorum illorum temporum nummos recurrere mihi sit necesse, vel qui prostant hactenus in editis antiquariorum aut eruditorum collectionibus, Goltzii puta, Parutæ, Sponii, Patini, Vaillant, Morelli, Wilde, ipsius Thesauri Brandenburgici, aliisque Græci nummi, adde vulgata etiam hactenus antiqua Græcorum marmora in Gruteri, Reinesii, Oxonienſibus, dicti modo Sponii ac Fabretti Thesauris vel Syntagmatis, rem eam omnino conficiunt; de consueto nempe ac perpetuo ferme litteræ Σ in anterioribus Domitiani Imperatoris ætate monumentis, raro autem alterius *Sigma* C, certe præ priori illo in iis, usu: hoc autem *Sigma* C in iis, ab eadem huius Domitiani ætate passim, rarius autem cum priori illa forma Σ dein recepto. Accedit, quod antiqua illa forma litteræ Σ in Domitiani etiam nummis, cuiusmodi haud unum versare mihi licuit, sit retenta; & comprobent descripti a diligentibus antiquariis sub eodem Domitiano nummi, in quibus NIKAIEIΣ, ZEYΣ, MHΛIOΣ, ΞIΔΩNOΣ, ΣIKYΩNIΩN, aliique. Adeo ut certa notatione haud omnino nitatur ejusdem, de quo modo, viri eruditi adducta in alio eius opere de nummo Gazæ Gallorum Regiæ inscripto TYP. IEPAΣ ΘIΣ obseruatio: quod nempe vel *ipsa forma litteræ* Σ, *præter alia argumenta, vetet ad tempora Domitiani Imp. nummum referre.* Unde neque *e nummis prorsus ablegatum* illud Σ continuo, ut est a viro illo docto factum, dixeram: quum idem *Sigma* adhuc in Trajani & Plotinæ conjugis eius nummis subinde conVid. Vaillant. Num. Impp. Græcor. p. 14. &c.

Harduin. Specim. Chronol. V. T. p. 224.

spici,

ſpici, ut in ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ, ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ, ΚΑΡΥ-ΣΤΙΩΝ, ΣΕΠΦΩΡΗΝΩΝ, pauciſque id genus, & in ipſis ſubinde Græcis Trajani titulis ac nominibus haud ignoratem. Adde haud infrequenter in lapidibus antiquis, non huius Trajani ſolum, ſed ſucceſſorum quoque, Hadriani, M. Aurelii, Severi, ac filii Antonini temporibus; uti *Smyrnæorum* inter alios, in uno vel altero Marmore Oxonienſi, ac pluribus id genus apud diligentiſſimum Sponium ac alibi obuiis; immo adhuc ſub Trajano Decio, modo ſinguli earundem inſcriptionum apices ſint accurate ad ipſorum lapidum fidem ac typum deſcripti. Mitto inſuper, quod reperiantur etiam Græci nummi, in quibus illud C loco Σ cernitur, ſine ulla cæteroquin Romanæ dominationis nota; qui non ideo tamen, quod ſtatuere videbantur eruditi nonnulli nummorum veterum interpretes, Cæſarum imperio, & Domitiani quidem temporibus antiquiores ſunt habendi. Factum enim ſubinde, ut pro cudendæ monetæ, qua ſub Romanorum imperio plures Græcorum in Europa Aſiaque urbes gaudebant, facultate, aliquot nummi, ubi illud *Sigma* C comparet, ſubinde ſint ab iis cuſi, qui vice rerum tum potientis Imperatoris, vel *Senatum* demum, & quidem cum *Sancti* non ſolum, ſed *Dei* etiam elogio, ΙΕΡΟΣ aut ΘΕΟΣ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ, aut *Romam* etiam, ac ſimiliter ΘΕΑΝ, ſeu cum *Deæ* quoque appellatione conſignarent. Adde alios, qui ad Populum patrium, & ſtatum loci democraticum iiſdem a Romanis relictum, indicandum, ut ΔΗΜΟΣ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ac ſimiles: vel veterem loci conditorem ac heroa, ut *Herculem, Docimum, Eurypylum, Solymum, Tmolum,* alioſque id genus; *Heroidas* etiam ſubinde, ut cum antiquas, tum recentiores, *Nauſicaam, Proclam*; pluresque id genus nummos, qui, ut in priori Diſſertatione monui, quamquam nullam Romanæ dominationis notam, aut ſignatum Imperatoris Romani nomen vel vultum præferant, ſunt tamen, ut aliunde conſtat, ſub Romanis Cæſaribus, & quidem ſecundo ac tertio a Chriſto Servatoris Natali ſæculo, cuſi: in quibus autem, ubi locus litteræ *Sigma* datur, more illorum temporum, C pro Σ vulgo conſpicitur. Unde haud eo minus redarguendus eſt (uti jam olim monui, & nuper ad Manilium, primarium hodie litteratæ Galliæ decus, Huetius) doctiſſimus Valeſius, qui ad Ammianum Marcellinum, C tanquam vetuſtum Græcorum *Sigma* ab Agathone deſignari apud Athenæum credidit; & Scaligerum impugnat, refellentem Ciaconium, qui *Stibadium* dixerat ſimile arcui Scythico. *Stibadium* enim nihil aliud quidem, quam illud *Sigma* ſub figura C traditum, ſed infra Agathonis ætatem, ut ad illud Poëta non reſpexerit eo apud Athenæum loco; ſed verius ad antiquum Græcorum Σ, cuius etiam figura, quod monuerat pridem magnus Caſaubonus, arcui Scythico quadraret; non vero altera illa ſimilis Latino C, de qua ac de *Stibadio, Sigma* inde dicto, Martialis, & Domitiani proinde temporibus:

Pag. 47 & 50. §. 1. & p. 303. 304. p. 11. Itiner. T. III. p 98. p. 1.

Valeſius Not. ad lib. xxii. cap. 8.

Lib. x. p. 454.

Anim. ad Athenæum lib. x. cap. 10.

Accipe lunata ſcriptum teſtudine Sigma.

Lib. xiv. Epig. 57.

Quod ipſum Caſaubonus ſimiliter ac vere ſtatuit de Euripidis in Theſeo apud eundem Athenæum verſu, ubi *Sigma*, ſeu tertia in Græco Theſei nomine littera deſcribitur per βέρυχα εἰλιγμένον, ſeu *cincinnum contortum*: quod autem male iuxta eundem Caſaubonum, a viris magni nominis ac eruditionis, ad figuram illam τὸ *Sigma* C, loco Σ, referretur. Quomodo etiam illud Σ

Lib. x. p. 454.

exhibet antiquus *Phæstiorum* nummus apud Goltzium a me pridem indica-
Inscr. Græc. Tab. VII. tus, in cuius auersa parte ΘΕΣΕΥΣ heros ille inscribitur. Ut mirari proinde subeat, quod quum illustris Scaliger eadem illa Tragici verba, βάτραχος ἁλιγμῷ, ad figuram τοῦ *Sigma* Σ, non vero C, bene retulisset, ac similiter ad arcus Scythici traditam de eadem littera formam; quarto etiam loco, atque ita post antiquiores, ut ille quidem existimabat, S, dein Ϛ & Σ; in diagram-
Anim. ad Eus. p. 110. mate Græcarum litterarum a se prius adducto, figuram C pro Σὰν vel *Sigma* collocasset; in postremis tamen, ubi ea de re agit, ad eundem Eusebium ad-
Ibidem p. 117. notatis, haud eo minus statuat C vetustissimam esse τοῦ *Sigma* apud Græcos figuram, & quidem a simili *Stibadii* forma, quod inde sit a Martiali loco paullo ante adlato, dictum. Neque etiam audiendus ὁ πάνυ Salmasius, quamquam ille sat multis de antiquis Græcorum litteris, quod supra etiam vidimus, haud
Pag. 838. uno in loco egerit; quem alicubi in Solinianis adnotasse video: *Sigma Græcorum antiquissimum formatum, ut* C *Latinorum.* Quod neutiquam esset ab eo monitum, si in versandis diuersarum ætatum nummis ac marmoribus adtentionem aliquam ac studium peculiare posuisset. Adeo ut bene omnino & prouide a doctissimo Bernardo, in utroque memorato supra diagrammate, tum antiquissimi *Cadmei* seu *Jonici*, tum alterius etiam *Simonidis* vel *Attici*, ut ea vocat, Græcarum litterarum *Alphabeti*, eadem littera C pro Σὰν seu *Sigma* sit omissa, sola autem Ϛ seu Σ sit adscripta. Alioquin, & quod hic notandum est, idem illud C, non pro *Sigma*, sed pro Γάμμα, a vetustissimis olim Græcis subinde usurpatum, liquere adhuc potest ex antiquis *Gelensium*, & *Agrigentinorum* in [a] Sicilia nummis, in quibus CΓΑΑΣ promiscue, & ΓΕΛΑΣ in aliis ΑΚΡΑCΑΣ & ΑΚΡΑCΑΝΤΟΣ, C nempe in utroque *Agrigentinorum* nummo pro Γ, adhuc hodie legitur. Unde etiam lucem aliquam potest mutuari, quod C apud veteres Romanos, G serius recepti vicem impleuisse, quod viderunt iam eruditi Ausonius, Marius Victorinus, aliique tradidere; tum præter antiquissimas inscriptiones, sicut in Columna Duilliana, LECIONES, pro LEGIONES &c. nummi insuper fidem faciunt (id occupauit iam in Dialogis Ant. Augustinus) in quibus inter alia occurrit OCULNIUS, pro OGULNIUS. In quibus autem, quod præter institutum omnino, & eorum, qui hæc tanti non ducunt, iudicia immoremur, in caussa sunt virorum in his litteris principum diuersæ de antiquis Græcorum litteris minusque veræ subinde notationes; illæ autem ad veterum nummorum fidem ac scripturam, in qua tradenda ac illustranda iam versamur, tanquam certissima & antiquissima eiusdem rei monumenta, exigendæ continuo ac reuocandæ. Unde insuper nec præteriri hic debet, obuia rursus in nummis Græcorum alia eiusdem litteræ *Sigma* figura, nempe non hemicycli instar, aut rotundi C, vel contorti Ϛ, sed cum rectis lineis Γ: quale *Sigma* conspi-
Anim. ad Eus. p. 117. cuum in Imp. Philippi Junioris nummo adtulit Scaliger. Verum etsi frequentius occurrat illud in Cæsarianis tertii ferme a Christo sæculi nummis, in anterioribus tamen interdum visitur; ut cum in aliquot Antoninorum nummis, tum in Augusti quodam nummo æreo medii, quod aiunt, moduli, quem apud Cl. Seguinum olim vidi, quique postea cum tota eius penu antiquaria in Regiam transiit, a *Peparethiis* percusso; ubi ΣΕΒΑΣ pro ΣΕΒΑΣΤΟΣ cum Augusti capite, in anteriori area; in auersa autem caput barbatum cum inscr. ΠΕΠΑ seu ΠΕΠΑΡΗΘΙΩΝ; ac in altero Christinæ Reginæ sub eodem Augusto, ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΜΤΑΛΕΩΝ legitur. Adde in *Ascaloni-*

De littera C *in aliquot nummis Græcis pro* Γ.
[a] Paruta Tab. 68. n. 17. 18. & l. 80. n. 1.

calonitarum Regiæ Gallorum Gazæ nummo ſub Nerone, in quo hinc ΓΕ-ΒΑΣΤΟΣ, illinc ΑΣΚΑΛΩ cum adſcripta loci æra ΑΟΡ CLXXI, & obuio in iis Semiramidis typo; ac ſimiliter in alio eiuſdem urbis & Gazæ nummo, ΑΣΚΑΛΩ ΑΚΣ *Aſcalonitarum* CCXXI: quæ æra, deducto eius capite, iuxta doctiſſimum Noriſium, ab Urbe Condita DCL, incidit in annum Trajani undecimum. Occurrit quoque idem Σ in nummo eiuſdem Cimeliarchii Regii, qui nullam cæteroquin percuſſi nummi notam præfert; ubi hinc ΣΙΠΥΛΗΝΗ, Cybele nempe, tutelare inter alia *Smyrnæorum* numen, quod vel ex eorum cum Magnetibus Fœdere videas in Marmoribus Oxonienſibus, illinc vero cum altero *Sigma* antiquo ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ.

Ne Epiſt. Syr. Maud. Diſſ. V. cap. 4.

Pag. 12. p. 1.

6

Neque haſce ſolum Σ, C, Σ, pro *Sigma*, ſed etiam S Latinorum, a quibuſdam Græcis uſurpatum tradidit ut iam diximus; Scaliger, idque fide veteris nummi, inſcripti KAISAR SEMNOS AΔRIANOS. Verum eadem ratione non illud S ſolum, ſed R inſuper pro P, uti etiam, de quo mox, U, aliæque litteræ Latinorum, inter ſolemnes ac receptas Græcorum litteras referri ab eodem poterant, quæ ſubinde in Cæſarum, ſed ſequioris ferme ævi nummis etiamnum occurrunt. Idem vero de illa littera S, neque ut a quibuſdam ſolum Græcis, iuxta Scaligerum, ſed tanquam *Sigma* apud Græcos tum recepto, ab illuſtri Grotio in notis ad Excerpta e Tragicis antiquis ſtatui video; & quidem e verſu illo Euripidis apud Athenæum, de quo paullo ante, ubi tertia littera ſeu *Sigma* in voce ΘΗΣΕΥΣ ab eo dicitur:

An littera S in Græco Alphabeto locum habuerit.

Anim. ad Euſ. p. 116.

Lib. x. p. 454.

Τρίτον δ' βόστρυχός τις, ὡς εἰλιγμένος,
Tertia autem littera cincinni contorti inſtar:

Ad quæ autem verba notat ὁ πάνυ. *Apparet Sigma Græcum eam tunc notam habuiſſe Latinum* S, *quod & ex antiquis monumentis quibuſdam apparet.* Ita ut ab iis quidem eruditis abeat ibi vir ſummus, qui hæc Tragici verba, βόστρυχός τις εἰλιγμένος, ſeu *cincinnus contortus* retulerant, ut ſupra diximus, ad lunatam τὸ *Sigma* figuram C; ſed non eo felicius eadem de figura Latinorum S interpretatur, quam tunc Græci ſcilicet habuerint: quum de vero & antiquo Græcorum Σ longe verius, uti a Scaligero & Caſaubono factum vidimus; ſeu etiam rotundatis aliquantum ac eliſis, ut videtur longe doctiſſimo Huetio, eius litteræ Σ angulis, explicari omnino debeant. Quod vero adtinet quædam antiqua Græcorum monumenta, quorum ibi meminit illuſtris Grotius, noui equidem illud S ſubinde in aliquot Cæſarianis Græcorum nummis, minoris Latinorum s, ſeu ſenarii demum numeri, notam ibi implere: ſicut in *Gadarenſium* nummis Gazæ Mediceæ, & Regis Agrippæ, quales iam olim in hoc opere, & alia occaſione adtuli: quorum ille in L. Vero SKC h. e. *anno* CCXXVI, iuxta nummi a laudatiſſimo Noriſio dein adducti iconem (non ut conjeceram, nummo ipſo haud inſpecto, E loco S, ac proinde CCXXV) alter KS, ſeu anno XXVI dicuntur conſignati. Quomodo in alio M. Antonini nummo eiuſdem Gazæ Mediceæ occurrit caput Jouis Ammonis & inſcriptio ΔHMAPX. EΞOYC. Kς. *Tribunitiæ Poteſtatis Anno* XXVI. Ita duos alios *Antiochenſium* & *Tyriorum* nummos, cum SK, ſimiliter in priori, ſeu anno itidem XXVI; in altero SNC ſeu CCLVI, tradit idem Noriſius.

Grotius in Notis ad Excerpt. e Trag. &c. p. 957.

Not. ad Manilium p. 58.

Diſſ. III. de Epoch. Syr. Maud. c. IX. Sect. 1.

7

De littera ↀ pro S *ſenarii nota in aliquot nummis.*

Neque vero omitti hic debet ſingularis omnino litteræ ↀ ſeu R veluti Latinorum iacentis & ſupinæ, pro eadem numeri *ſenarii* nota, in duobus

Antio-

Antiochenſium nummis Cæſarianorum temporum, vulgatis jam in eximio eminentis doctrina & dignitate Noriſii opere. Prior, quem poſſidebat Pariſiis D. Thomæ ad Luparam Canonicus, hiſce ſtudiis valde deditus, Franciſcus Dron, hinc cum *Jovis Philii*, noti *Antiochenſium*, ac in illo Syriæ tractu numinis, barbato capite; illinc cum mulieris, ſeu *Antiochiæ* ſcopulo inſidentis cum palma, & ad pedes fluuii Orontis typo, circum, ANTIOXEΩN EΠI OΥAPOΥ *Antiochenſium Sub Varo*; ante mulierem vero ϛ K, ſeu anno XXVI: Alter e muſeo Apollonii Baſſetti, Magno Hetruriæ Duci a ſecretis, cum Claudii Imp. capite ac nominibus in anteriore area, in auerſa autem EΠI KAΣΣIOΥ ANTIOXEΩN ET ϛ q, *Sub Caſſio, Antiochenſium Anno* XCVI. Prior nempe ſub *Quinctilio Varo*, Auguſti temporibus; alter ſub *C. Caſſio Longino*, imperante Claudio, quod vel ex Joſepho conſtat, Syriæ Præſidibus: Quibus duos inſuper horum *Antiochenſium* nummos addere mihi nunc licet: unum, cum eadem ſenarii, ac eiuſdem anni, quo prior ille ſub *Varo*, percuſſi nota, eumque argenteum & inſignem Gazæ Gallorum Regiæ nummum, in quo hinc ΣEBAΣTOΥ KAIΣAPOΣ, *Auguſti Cæſaris*, cum eius capite; illinc, idem qui ſupra Antiochiæ typus, circum autem, ETOΥΣ ϛ K NIKHΣ *Anno* XXVI *Victoriæ*, nempe Actiacæ, ſeu Æræ Auguſtanæ, inde ab *Antiochenſibus*, quam adnotarunt iam celebres Chronologi & antiquarii, deductæ; Anno proinde V. C. DCCXLIX, quo Syriæ præerat Quinctilius Varus, ut e Joſepho iam monuerat ad hunc annum Petauius. Alter vero *Antiochenſium* nummus a me olim Romæ, cum ſelectis nonnullis aliis redemptus, qui Gazæ dein Palatinæ acceſſit, inde autem cum eodem Cimeliarchio in Regium Brandenburgicum tranſlatus, præſtantiſſimi eiuſdem Gazæ cuſtodis ac enarratoris opera iam proſtat. Exhibet vero ille hinc caput muliebre turritum, ſeu conſuetum in nummis id genus, & monuerunt iam eruditi antiquarii, loci Genium, cum nomine ANTIOXEΩN, illinc vero Aram accenſam, cum adſcripta æra ET ϛ KP Anno CXXVI, iuxta veram poſtremæ huius litteræ in eodem nummo ſignatæ, pro *ſenario* numero, quamque ſimiliter exhibent adducti modo illius urbis nummi, figuram, minus accurate antea expreſſam, ac proinde ad verum eius in nummo illo typum huc denuo diuulgandam:

De Epoch. Syr. Maced. Diſſ. III. cap. 4.

Antiq. lib. XV. cap. 14.

Antiq. lib. XVII. cap. 1.

Theſ. Brand. Vol. I. p. 510.



Quæ Æra autem *Antiochenſium*, non ad *Auguſtanam* modo dictam reſpicit ſed ad eam, quæ a reſtituta ſeu confirmata ſub Julio *Autonomia* initium cepit; Anno proinde V. C. DCCV, & incidit in annum Veſpaſiani IX; quomodo horum *Antiochenſium* nummus cum eodem Aræ accenſæ typo, & Æra ΔIP CXIV, occurrit in nummo Gazæ Regiæ Gallorum, & Mediceæ. Quæ ratio autem fuerit ita formatæ in his ſingularibus & genuinis omnino *Antiochenſium* nummis, huius litteræ ϛ pro nota *ſenarii*, & loco maioris S ratio, mihi equidem, ut ingenue fateor, haud liquet: maxime quum non deſint

deſint alii horum *Antiochenſium*, uti paullo ante iam vidimus, nummi, cum ordinarii ſenarii apud Græcos ς nota: qualem inſuper ſub Alexandro Severo in ſchedis optimi præſtantiſſimique Morelli noſtri adnotaſſe memini, ANTIOXEΩN MHTP. KOA. CMS. h. e. *Anno* CCXLVI. Illud equidem noui, apud Græcos promiſcuum fuiſſe olim ſubinde uſum duarum litterarum *Rho* & *Sigma*; ita ut prior poſterioris loco fuerit adhibita: neque id ab Atticis ſolum, quod obuium, ut ἄῤῥην, θάῤῥω, &c. quod poſtremum pro communi apud Græcos θάρσω, notat Moeris ſeu Eumoerides Atticiſta, in collectione inedita vocum Atticarum & Græcarum in genere, de qua ſupra: ſed etiam ab Eretrienſibus, quod vidit iam illuſtris Salmaſius, a quibus Πελαργοὶ, teſte Phrynicho, ſint dicti, qui πελαστοὶ vulgo audiebant. Quod apud Romanos quoque, ut Fabius iam olim monuit, & aliunde conſtat, obtinuit: ut qui *Valeſii*, *Fuſii*, *Papiſii*, ſint dein *Valerii*, *Furii*, *Papirii* appellati; & prout *arbos*, *labos*, *vapos*, ac ſimilia olim dicta, notat ibidem Fabius.

De Helleniſt. p. 429.

Inſt. lib. 1. c. 4.

Ut vero ad illuſtrem Grotium redeam, tradentem illud S, non ſenarii quidem numeri, ſed litteræ apud Græcos *Sigma*, notam exſtitiſſe, idque apparere in antiquis aliquot monumentis; haud diffiteor equidem exſtare veteres aliquot Græcos nummos, ubi illud *Sigma* ſeu Latinorum S conſpicitur; uti unus inter plures *Selinuntiorum* nummos apud [a] Parutam viſitur, cum littera S in media nummi area. Mitto alium *Meſſeniorum* in Sicilia rurſus, cum apud eundem [b] Parutam, tum in [c] Theſauris Brandenburgicis, cum averſa eadem Latinorum S, nempe MESSENION. Factum id vero, non quod illæ litteræ, ſicut in adducto a Scaligero Hadriani nummo, R, S, U, in antiquum Græcorum Alphabetum ſint olim relatæ; hoc enim veteres eorum nummi, & quidem eorundem *Selinuntiorum* & *Meſſeniorum* apud eundem Parutam, & alibi in præclaris cimeliarchiis etiamnum obuii, ſicuti antiqua etiam marmora, ſatis redarguunt; ſed ex frequenti utriuſque linguæ commercio & commixtione, & maxime Romani ſermonis ſimul ac imperii ſub Romanis amplitudine: qua ratione ΑΥΓΥCTOS, ANTΩNINOS, ZEYS, EUPUΠUΛOC, labente autem imperio, LEON BASILEUS ROMEON, aliaque id genus plurima in nummis eorum temporum conſignantur. Unde etiam non litteræ ſolum, ſed voces integræ Romanorum cum Græcis mixtæ nonnunquam & confuſæ, idque frequenter in Coloniarum Romanarum nummis, ut *Carrarum* in Meſopotamia, ſeu KAPPHNΩN ſub Trajano Decio, COL. AUR. KAP. KOMM. P. F. in altero Claudii, KAICAR ET CÆSAREÆ. Explicanda quoque inde nummi ſcriptura apud Goltzium ΦLIPENSE, quam is male ad *Philippopolim* refert. Spectat vero ad *Philippos*, aut familiari coloniarum more, *Philippenſem* Macedoniæ civitatem, cuius incolæ *Philippenſes*, ad quos exſtant D. Pauli & B. Polycarpi Epiſtolæ, & apud quos deductam a Julio, & renouatam ab Auguſto Coloniam liquet ex reſiduis urbis illius nummis inſcriptis, COL. AUG. JUL. PHILIPP. ſeu *Colonia Julia Auguſta Philippenſis*, ſicut in veteri marmore apud Cl. Sponium COL. JUL. PHILIPPENSIS, aut a Paulo J. C. in Digeſtis, *Coloni Philippenſes* & quidem iuris Italici, iuxta *Caſſandrenſes* in eadem Macedonia commemorantur. Quomodo in alio rariſſimo nummo Mediceo eiuſdem tractus, ſignato temporibus Nervæ aliiſque, COL. JUL. CASSANDREN. legitur; in aliis autem COLONIA AUGUSTA PATRENS. ſeu *Patrenſis*, & in nummo Antonini Pii, integro nomine apud illuſtrem Sevium, COL. CAES. ANTIO-

In Gaza Mediceæ. Tab. XXV. Græciæ.

Miſcell. p. 173.

Leg. VIII. Id. de Cenſu.

8 *De litteris & vocibus Romanis in recentioribus Græcorum nummis, & Romanorum Coloniis.*

[a] Pag. 99. n. 12.
[b] Pag. 19. n. 5.
[c] Theſ. Brand. Vol. I. p. 393.

CHENSIS; unde illustratur Capitolinus, qui in vita eiusdem Pii, *Antiochense oppidum* arsisse docet, a quo proinde illud instauratum hinc licet percipere. E priori autem nummo liquet, *Cassandrea*, sicuti etiam apud Liuium legitur, pro *Cassandria* apud Melam reponendum, secus quam existimabat vir doctissimus. En vero *Coloniæ* illius *Philippensis* nummum sub Claudio percussum, depromptum e museo viri Amplissimi Joachimi Camerarii nostri: qualem autem, & postrema de *Cassandrea* in superiori huius operis editione primi olim protulimus, ac dein ad Juliani Cæsares, ante vulgatum eundem a Cl. Patino, ac dein in præclaro de Nummis Coloniarum sub Imperatoribus opere, ubi idem ille nummus conspicitur.

In Anton. Pro cap. 9.
Lib. XLI. c. 11.
Lib. 11. cap. 3.
If. Voss. Observ. pag. 140.
Vaillant.

Alium eiusdem generis signatum ætate Vespasiani habet Gaza Medicea (quem male itidem eruditus illius custos ad *Philippopolim* referebat) & sub Augusto Goltzius. Unde utique D. Lucas luculenter illustratur, a quo eadem urbs Colonia vocatur in Actis, ἐκεῖθεν εἰς ΦΙΛΙΠΠΟΥΣ, ἥτις ἐστὶ ΠΡΩΤΗ τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλις ΚΟΛΩΝΙΑ, *Et illinc* PHILIPPOS, *quæ est* PRIMA *partis Macedoniæ civitas* COLONIA. Frequenter enim sub Romanorum imperio primariæ gentis urbes ac *Metropoles*, eædem & *Coloniæ*; sicut coniunctam passim nosti utramque loci prærogatiuam in nummis eiusdem Macedoniæ Metropoleos *Thessalonicæ*, *Antiochiæ* præterea, *Tyri*, *Sidonis*, *Damasci*, *Emesæ*, *Edessæ*, aliisque: idque callido Romanorum consilio, quo unius urbis fide, reliqua Prouinciæ seu gentis oppida in obsequio facilius continerentur. Sed qua de re alibi. Linguam autem originis seu Metropoleos Romæ, ut alias notum, & quod hic erat respiciendum, noui quidem inferebant Coloni; ita tamen ut simul veterem loci sermonem continuo non abolerent; sed modo uterque publico usu & commercio frequentaretur; modo etiam quædam utriusque, linguæ simul ac scripturæ, permixtio paulatim fieret. Ex quo equidem more, aliarum quoque gentium coloniis pridem recepto, nata illa cum dialectorum varietas & confusio; tum in primis Romanarum vocum in linguis exoticis Græca, Phœnicia, Syriaca, Arabica, aliisque frequentia. Qua ratione itidem factum, ut Romanæ id genus Coloniæ, in varias Europæ, Asiæ, Africæque regiones & prouincias deductæ, modo Romana & Metropoleos lingua, in earum nummis designentur, ut COL. AEL. CAPIT. *Colonia Aelia Capitolina*; ac similiter *Alexandria Troas*, *Berytus*, *Bostra*, *Cassandrea*, *Corinthus*, *Deultus*, *Heliopolis*, *Laodicea*, *Leptis*, *Oricos*, *Papia*, *Patræ*, *Pella*, *Ptolemais*, *Sepphoris*, *Sinope*, *Stobi* cum iure municipii, *Tyrus*, aliæque urbes Græco licet & peregrino sermone cæteroquin usæ: modo Græco seu vernaculo loci sermone eædem inscriptæ, ut ΕΜΙϹΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑϹ, sive *Colonia Emesa*; similiter *Edessa*, *Nesibis*, *Rhesæna*, *Thessalonica*, ac plures cum Græca itidem ΚΟΛΩΝΙΑΣ appellatione. Modo autem promiscue, cum Græca seu vernacula, tum aliquando Romana lingua

Cap. XVI. v. 12.

desig-

deſignantur in earum nummis id genus Coloniæ, uti COLONIA ANTIOCHEA vel ANTIOCHENSIS, & aliquando ΚΟΛ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, & ad illius exemplum Palæſtinæ *Cæſarea, Carræ, Damaſcus, Sidon,* aliæque: ita modo antiquæ ſeu vernaculæ, modo Romanæ linguæ uſum in publicis illis nummorum monumentis præferentes. Adde cum bilingui nonnunquam in eodem nummo inſcriptione, quod arguunt *Cretenſium* aliquot nummi apud clariſſimos antiquarios Triſtanum & Seguinum; ubi nempe una nummi area, Latina Trajani nomina exhibet; in auerſa autem parte, vel ΔΙΚΤΥΝΝΑ, vel ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ *Commune Cretenſium* ſignatur. Cuius generis etiam occurrunt antiqui aliquot Macedonum nummi, hinc MAKE ſeu ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ inſcripti, illinc AESILLAS, proprio viri nomine. Denique aliquando in eadem nummi area & inſcriptione, permixtis ſimul ex utraque lingua vocibus ac litteris, ut paullo ante in nummis *Carrenorum* & *Philippenſium* notabamus, & exemplum adhuc præbet *Damaſcus*, nempe COL. DAMA. METPO *Colonia Damaſcus Metropolis* in Treboniani Imp. nummo, quem vidimus in Gaza Reginæ Chriſtinæ; & in altero Æmiliani apud Patinum, ac inde apud Vaillant, inſignes antiquarios, ΔΑΜΑCCO COΛΟΝΙΑ ΜΗΤΡΟ. S C. ubi in priori *Damaſci* nomine jungi duo C C videas, quorum prius Græcum *Sigma*, alterum Latinum C denotat: in eodem autem ſignari Latinis litteris S. C. ſeu *Senatusconſulto*, ſicut in aliis ſubinde illius tractus urbium, ut *Antiochiæ*, aliarumque nummis. Sic libera adhuc Rep. adſcripta Latina *Procons.* & *Imperator.* nomina, cum Græcis *Laodiceæ* & *Apameæ* in Phrygia nominibus: AP. PULCHER PROCOS. vel M. TULLUS IMP. aut P. LENTULUS &c. & ΛΑΟ. vel ΑΠΑ, Græciſque Prætorum ibidem appellationibus. Quem autem morem utramque ſcripturam & linguam permiſcendi, noſti frequenter etiam obuium in lapidibus antiquis; ubi præter crebras Romanorum voces, periodi etiam integræ Græcis litteris conſignatæ non ſemel leguntur: aut vero eadem nonnunquam inſcriptio integra bilinguis occurrit, ſeu Græca Romanaque lingua; ut in duabus inſcriptionibus apud Cl. Sponium, una *Epheſina*, altera *Laodicenſi*. Qua ratione etiam factum, ut Latinorum U pro Græcorum Y, non ſolum in recentioribus Græcorum nummis paſſim receptum videas, ſignatis ætate Alexandri Severi, Philipporum, & ſequentium; ſed etiam in aliquot *Syracuſanorum* nummis, cum litteris ΣUPA aut ΣUR etiam apud Parutam; prius autem in Theſauris etiam Brandenburgicis, aliiſque, ac in alio ſimiliter ab iiſdem *Syracuſanis* percuſſo, ΑΕUΚΑΣΠΙΣ.

Tom. I. p. 409. Sel. Num. pag. 116.

Vid. Seguin. Sel. Num. pag. 69, 71. &c.

Itin. T. III. p. 138 & 145.

Pag 34. n. 5. Theſ. Brand. pag. 380.

Quomodo inſuper F Latinorum, loco Φ Græcorum, ut quidem videtur, crebro obſerves in nummis *Faliſcorum* Magnæ Græciæ & quidem Latio vicinæ, qui FAΛEIΩN paſſim inſcribuntur; ut F pro Φ in eo tractu vel inde liqueret uſurpatum. Niſi potius Digammatis Aeolici veſtigia in eadem vocis huius ſcriptura eruamus, quam conſtanter adeo præferunt omnes nummi huius urbis antiqui, quorum adhuc luculenta copia ſuppetit. *Faliſcorum* nempe conditor apud antiquos auctores, [a] Ovidium, [b] Plinium alioſque, & a quo gens ac terra denominata, Græcus gente ſeu Argiuus *Haleſus* ſeu Αλεισος, more autem veteri Græcorum H adſpiratis vocibus præponendi, Ηαλεισος, juxta Aeolas verò Digamma ſuum vocalibus cum lenibus, tum aſperis præmittentes Fάλεισος. Hinc Romanis antiquitus *Haleſii* & *Faleſii* dicta illa gens, poſtea vero, *Falerii* vel *Faliſci*, ut utroque illo nomine, alias haud unius gentis, eos nonnunquam vocat Liuius. Sciendum enim, cum H vulgo locum F, tum S vi-

9 *De littera F in Græcis nummis Faliſcorum, & quæ ratio ejus rei.*

[a] Amor. lib. III. El. 13.
[b] Cap. 11.

Lib. V. c. 19. &c. & lib. X. cap. 14.

S vicem R (quà de re paullo ante) occupasse in veteri Romanorum scriptura, ut narrant veteres Grammatici : unde iuxta Plinium, *Oppidum Formiæ, Hormiæ prius olim dictum* ; & cæteroquin, uti supra, *Valesii*, *Vetusii*, aliique. Adposite autem in hanc rem Seruius, qui ad illud Virgilii, *æquosque Falisco*s, hæc notat : *Falisco*s *Halesus* (non Haliscus) *condidit. Hi autem immutato* H *in* F *Falisci dicti sunt* ; *sicut Febris dicitur, quæ ante Hebris dicebatur. Nam posteritas in multis nominibus* F *pro* H *posuit.* Plana itaque omnia è Liuio, Plinio, Seruio, & priscæ Græcorum ac Romanorum scripturæ vestigiis ; unde factum ut non Romanis solum *Falerii*, & postea *Falisci*, sed Græcis Romanorum rerum scriptoribus illorum more, Φαλίσκοι vulgo sint appellati. Si vero Festum consulamus, *Falisco*s, non iam ab *Halesо*, sed a voce ἁλὸς seu *sale* deducentem, eundem rursus in Græca vocis scriptura usum agnosces Digammatis Æolici, vocali & quidem adspiratæ, consueto more, præpositi. Neque vero illud prætereundum, non Φαλίσκοις, ut vulgo apud auctores, sed ΦΑΛΕΙΟΥΣ constanter vocari hanc gentem in nummis antiquis. At norunt in veteri Geographia vel leviter exercitati, haud inconsuetum unius urbis aut gentis nomen, non uno modo prolatum videre, & quidem (quod huc inprimis facit) aliter ab incolis, aliter vero ab exteris unam eandemque gentem sæpenumero nuncupatam. Quomodo utique crebra occurrunt, & qua de re alibi, apud Stephanum exempla prædictæ varietatis in formatione τῶν ἐθνικῶν, (quam certe clarissime evincunt nummi antiqui) inde profectæ ; quod gentilitia illa nomina, modo peculiari loci & regionis typo, modo aliter apud extraneos, iuxta artem nempe & exempla similium formationum, efferrentur : alia nempe, ut sæpe innuit, τύπῳ τῆς χώρας, alia τῆς τύχης. Nihil itaque insolitum, ut vides, *Falerios* aut *Falisco*s, Romanis aliisque dictos, qui ΦΑΛΕΙΟΙ indigenis, seu κατὰ τὸ ἐπιχώριον vocabantur ; sicut id antiqui gentis nummi extra dubium ponunt. Quod in his *Falisci*s minus adhuc mirum, qui illud apud Strabonem legit, hoc loco utique non prætereundum, τοὺς Φαλίσκους, πάλιν ἰδιόγλωσσον, *Falisco*s, *urbem peculiari lingua utentem.* Et quod hic præterea notandum, eandem esse iuxta quosdam, quæ hodie vocatur indigenis *Galese* ; in qua voce, utique cum primi conditoris nomen, tum Æolici Digammatis in simplex Γάμμα sæpe conuerti olim soliti, ut vere alicubi, adductis variis eius rei ex Hesychio exemplis, obseruat magnus Salmasius, clara licet vestigia deprehendere. Neque vero mirabitur quispiam Æolicum illud Digamma ab iis retentum, quod Argiuus perhibeatur eorum conditor *Halesus*, Dorica proinde lingua verisimiliter usus. Vel una enim, ut opinor, sufficit hic Strabonis auctoritas, qui non solum illud *Faliscorum* τὸ ἰδιόγλωσσον obseruat, sed etiam alibi docet, non aliam esse Doricam dialectum, quam Æolicam antiquam, & non extra Isthmum solum, sed in Isthmo etiam positas gentes Æolicas fuisse. Ut mittam Pindarum, quod iam ad eum Geographi locum notauit magnus Casaubonus, Æolice se scribere profitentem, quem alias Dorico sermone usum constat. Et ad alia quidem properabam, quum occurrit rursus Æolici illius Digammatis vestigium in nummo ΓΑΣΤΙΩΝ, inscripto apud Goltzium ; quod plane Græcanicum negantem videas eius interpretem Nonnium, si quidem littera F, sit prorsus illis ignota ; unde pro Γαστίων legendum putat ΕΣΤΙΑΙΩΝ. Agnoscis utiq; mi OCTAVI, non cuiusuis esse, veterum illorum monumentorum, quibus tot erudita priscæ litteraturæ ac sapientiæ mysteria continentur, interpretationem

Lib. III. c. 5.

Ad Æneid. VII. 695.

Lib. VI pag. 226.

Not ad Inscr. Herod. p. 47. 48.

Plin. lib. III. c. 4. Solinus cap. 11.

Lib. VIII. pag. 333.

Olymp. Od. I. v. 164.

Græciæ Tab. XVII.

nem pro dignitate ſuſcipere, minus autem decere, ignorationem continuo in temeritatem vertere, obſcura quæuis aut incomperta ad lubitum mutandi vel refingendi. Quaſi vero liceret eadem arte graſſari in primaeua illa & incorrupta priſcæ ætatis monumenta, Nummos nempe & Lapides antiquos, (quod a viris magnis factum aliquoties nollem) qua uti ſolet gens Criticorum, in libros editos aut deſcriptos olim a librariis codices, multis proinde erroribus obnoxios. Et quam caſte adhuc, quam ſobrie, quanta cum cautela id ſibi indulgendum putant, non magiſtelli quidem aut e triuio Critici; ſed ii demum, qui nominis huius præſtantiam ac officium vere adſequuntur. Laudandus eſt quidem Nonnius ab egregia de hac antiquaria ſupellectile bene merendi voluntate, nec vulgari diligentia, licet non eadem continuo facultas fuerit, quidquid alii magnifice de illo ſentiant; ſicut ſubinde ac citra ullam viri eruditi contumeliam, ſed id omnino exigente ipſa rei, de qua agendum incumbit tractatione, videbitur. Unde ut ad Goltzianum nummum reuertamur, fruſtra in illo hanc vocem FAΣTIΩN expungere continuo voluit Nonnius, ob ignotum ſibi uſum illius Æolici Digammatis. Refertur nempe a Goltzio inter Boeotiæ urbes locus ſignati huius nummi, haud dubie ob adſcripta eadem Thebani Clypei & Canthari ſymbola, quæ in Thebarum aliorumque Boeotiæ locorum nummis vulgo conſpiciuntur. Æolica autem lingua uſos olim Boeotos, & Æolibus adſcribendos, niſi ex Strabone aliiſque conſtaret, vel unus Varro adhuc hodie argueret, cui *Æoles Boeoti* nuncupantur. Sed de his alibi opportunius. Quo loco autem omitti non debet Ꟍ inuerſum, ſeu Digamma a Claudio receptum in Romano Alphabeto, cuius Tacitus, Suetonius & Quintilianus meminere; quodque in ſingulari nummo eiuſdem Claudii etiamnum viſitur, quem huius antiquariæ ſupellectilis ſedulus indagator, P. Seguinus protulit pridem ac illuſtrauit. Mitto cæteroquin plura, quæ in Romanorum litteris poſſent ex Nummis erui, in quibus ex leui etiam litterarum diſcrimine A, E, V, ac ſimilibus, de ipſa ætate plurimarum Inſcriptionum, & omni ſcripturæ veteris ratione, ſecure poteſt pronuntiari. Ita errare ex iiſdem liquebit Pomponium, qui D de *Origine juris* tradit Appium Claudium; eumque non veterem illum, ſed recentiorem, litteram R inueniſſe; quod cum eodem longe antiquior *Romæ*, *Romuli* item, ac *Remi* appellatio, tum ætatum omnium Numiſmata ærea ac argentea omnino refellunt, ut iam monuit vir præclarus omnino Antonius Auguſtinus.

Lib. III. de L. L.

Select. Num. pag. 194.

Leg. 11. §. 36.

De Phœnicia ſcribendi ratione in Græcis aliquot nummis.

QUIBUS autem, quæ de antiquis *Græcarum litterarum*, quæ e Phœniciis profluxerint, *formis*, e reſiduis adhuc Græcorum nummis, aliiſue eorum monumentis ſunt hactenus a nobis adlata; unum præterea nec ingratum, ut opinor, *Phœniciæ* illius originis, in priſca etiam apud Græcos *ſcribendi ratione* documentum, e Nummis itidem addere mihi inſuper liceat. Notum Phœnices, iuxta morem Hebræis, Syris, Arabibus, Ægyptiis, teſte Herodoto, aliiſque Orientalibus uſitatum, dextra ſiniſtram verſus litterarum ductus inſtituiſſe. Eandem quoque ſcripturæ rationem in antiquis *Gotthorum* ſaxis, adnotauit antiquitatis patriæ reſtaurator Olaus Wormius. Id autem alias a Græcis omiſſum, ut motui naturali minus conſentaneum, aut aliis de cauſ-

Lib. II. c. 36.

Litter. Run. c. V. & XXV.

sis, quas nihil adtinet hoc loco commemorare. Antiquissima tamen illius Phœnicii moris vestigia nonnulla obseruarunt iam eruditi, in ea Græcorum scriptura βουστροφηδὸν dicta, quæ ex parte eam referebat, & qua Solonis olim Leges, & Inscriptio quædam Arcæ in Olympia a Corinthiis dedicatæ apud Lib. V. p. 310. Pausaniam, descripta leguntur. Aliud præterea huius rei exemplum idem au- Ibidem p. 338. ctor mihi submininistrat, qui antiquæ Agamemnonis Statuæ, nomen a dextra in lævam excurrentibus litteris inscriptum fuisse alibi obseruat. Sed clariora adhuc hodie, & genuina eiusdem scripturæ argumenta sese offerunt, in antiquissimis aliquot Græcorum Numnis, & Siculorum vel maxime apud Parutam, & in Regiis aut illustribus Gazis, vel thecis antiquariorum, in quibus ΝΩΙΣΟΚΛΥΣ pro Συρακοσίων, ΣΛΛΕΥ pro Γέλας, ΝΟΙΑϘΞΜΙ pro Ἱμεραίων, ΝΩΙΑΥΣΞΕΥΞΣ pro Σεγεσταίων, ΝΩΙΥΝΟΝΙΑΞΣ pro Σελινουντίων, ΝΑΥΙΜϘΟΝΑΠ pro Πανορμίται, ΑΝΙϘΑΜΑΧ pro Καμαρίνα, & in nummo Insulæ *Liparæ* Cimeliarchii Palatini, ΠΙΛ pro ΛΙΠ seu Λιπαραίων, ac in nummis Magnæ Græciæ ΛΥΛΧ pro ΚΑΥΛ seu Καυλωνίατων, ΛϘ seu Γαλείων, aliaque id genus Phœnicum more sinistrorsum non semel scripta occurrunt. Hoc autem non temere hic a me obseruari intelliget, qui præter Cadmeam litterarum Græcarum originem, Phœnices & colonos eorum Carthaginienses tot annos Siciliam inhabitasse, vel apud Thucydidem aut Diodorum legit; adeo ut nullibi plura illius linguæ aut gentis supersint vestigia. Quod ipsum de hac insula Vir Bochartus Præfat. Colon. Phœn. doctissimus in reconditæ eruditionis opere, alicubi adfirmat: *Itaque Phœnicum ibi vestigia pene tam multa, quam in ipsa Phœnice.* Alicubi quoque nonnulla eiusdem Scripturæ exempla sese offerunt, ut in quodam nummo Ephesiorum ΝΩΙΟΞΦΕ ΟΙΝΞΤΕΝΙΟ ϘΛΡ, Ἄρτεμις Ἐφεσίων, & quibusdam id genus; quod casu etiam nonnunquam aut incuria monetariorum potuisse contingere, haud difficulter largiar. Hinc saltem Nummos veterum tractantes, litterarum in iis apices & ductus diligenter excutere meminerint; ne quod aliquibus accidisse memini, pro Græcis litteris auersis, peregrinas nobis & exoticas confidenter obtrudant. Quæ res etiam fefellit virum de hac antiquitate optime Tom. II. pag. 168. alias meritum, Joannem Tristanum, qui in Nummo quodam *Cæsareæ* in Palæstina, *Coloniam* illam pro *Flauia*, *Alphæam* dictam comminiscitur, errore ex litteris ΑΛΦ in Nummo inuersis pro ΦΛΑ. seu *Flauia*; id enim nomen illi urbi adhæsisse, ob deductam in eam Coloniam a Vespasiano, quod vel Lib. V. cap. 13. Plinius docere illum potuisset, & alii Nummi cum adiuncta FLAVIAE appellatione, abunde arguunt, COL. PR. FLAVIA CAESAREA. Neque tamen ad similem *Flauiæ* appellationem referri continuo debent eædem litteræ ΑΛΦ in nummis *Tripolitarum* in Phœnicia, quod olim ad primum eorum conspectum conieceram; sed quibus veterem loci Aeram denotari, seu DXXXI, ex aliis eiusdem urbis nummis a me postea inspectis, & quos etiam in medium adtulere præstantes viri & antiquarii, abunde constitit. Alias vero, haud absimili cum Tristano errore, plurimos in tractandis Inscriptionibus Græcis versatos noui; dum vel in auersas id genus, aut inuersas etiam litteras incidunt, in quibus tradendis ad barbaras litteras parum opportune nonnulli confugerunt.

II. *De* FORMIS LATINARUM LITTERARUM *in Romanis Nummis.*

Haud vero a me iam exſpectas, OCTAVI nobiliſſime, ut de LITTERARUM LATINARUM origine, priſciſue earum FORMIS, adnotare hic multa e nummis antiquis ſimiliter adgrediar. Neque enim te eruditiſſimum, aut vero quemquam alium vel leviter eruditum fugit, eandem eſſe *Latinarum* litterarum quæ *Græcarum*, originem, Cadmeam nempe ſeu Phœniciam; eaſque e Græcia ab Euandro Arcade, ſeu in genere, iuxta Plinium, a Pelaſgis in Latium illatas. Hinc illud Marii Victorini: *Repertores litterarum Cadmus ex Phœnice in Græciam, & Euander ad nos tranſtulerunt &c. litteras numero* XVI. Eædem proinde cum antiquis Græcorum litteris numero, ordine, & poteſtate Latinorum litteræ; adde & *forma* propemodum iuxta Plinium; *veteres Græcas fuiſſe* EASDEM PENE, *quæ nunc ſunt Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ eſt hodie in Palatio*; qua de re adiri poteſt illuſtris Scaliger in Euſebianis, & qui in una vel altera Græcæ illius inſcriptionis littera ab eo diſcedit, magnus Salmaſius. Unde etiam contigit, ut ſicut ſexdecim antiquis illis ſeu Cadmeis Græcorum litteris, octo proceſſu temporis, neque ab uno inuentore, & qua de re ſupra, fuerint additæ; ita etiam ſeptem ad antiquas illas ſexdecim Latinorum litteras, a Græcis illatas, ſimiliter dein acceſſerint: de quibus videri poſſunt, qui ea de re egerunt, veteres Grammatici, Diomedes, Marius Victorinus, Priſcianus, Velius Longus; aut e recentioribus in magno & eruditiſſimo de Arte Grammatica opere vir ſummus J. G. Voſſius. Quod vero illæ Latinorum litteræ, non ætate ſolum Plinii, ad veteres Græcas, ſed antiquioribus etiam temporibus eo propius adhuc ad archetypa ſua accederent, non e priſcis ſolum lapidibus conſtat, quibus inſcripta veterum Romanorum elogia vel monumenta, ſed e nummis itidem, quorum aliqui etiam iis antiquitate longe præponderant. Cuiuſmodi in primis antiqui & librales Romanorum nummi, vel Trientes, qui uti in ſuperiori Diſſertatione obiter vidimus, ſub Regio Romanorum imperio, aut quidam forte iam ante percuſſi, antiqua & ignota cæteroquin nomina, Etruſca forte, Latinis litteris exhibent, ut IAIEDE, vel HATRI. Rudioris utique operis ſeu artificii & maioris antiquitatis veſtigia, iidem nummi omnino præferunt, (quod bene quoque iam adnotauit eruditus Muſei S. Genouefæ lingua Gallorum vernacula editor) præ iis nempe æreis, in quibus a Seruii Tullii temporibus, ut fertur, ſignatis, ROMA cernitur inſculpta. Sed expreſſa adhuc magis illius vetuſtatis, & cum Græcis litteris ſimilitudinis indicia oſtentat Æs libralis, cum in Theſauris Gallorum Regiis, tum in eodem Muſeo S. Genouefæ conſpicuus, cum bicipiti neque barbato tamen capite, & cum gemmata inſuper corona in Regio nummo; in auerſa autem parte Claua, cum litteris circum  Eundem vero inter præclara cimelia Pembrochiana videre etiam mihi contigit, & quidem cum integris ſeptem illis litteris, e quibus una ſeu deeſſe aut exeſa videbatur in nummo Regiæ Gallorum Gazæ; cum bouino præterea capite inſerto inter biceps caput virile; cum Delphino autem loco Clauæ in altera nummi parte. Quem proinde ſingularem omnino & inſigni vetuſtate memorabilem nummum iuuabit huc adferre; etſi in ea temporum illorum, ſeu vetuſti Latii, caligine,

Lib. VII. c. 56.

Ibidem c. 58.

Animadu. pag. 111.

Ad Inſcr. Herod. pag. 56.

de

de eo nihil certi occurrit hactenus, quod moneam; nisi quod in maritima urbe cusum eundem nummum, ex signato in eodem Delphino liceat omnino colligere.



III. *De* GOTTHICIS *aut* HISPANICIS *Nummis.*

Accedit quæ de *priscis* GOTTHORUM aut HISPANORUM *litteris*, non inutilis, aut iniucunda sese offert disquisitio. Quum enim plurimi Nummi cum ærei, tum argentei, rudioris alias operis, & ignotis ut plurimum litteris signati, occurrant, & in Hispania vel maxime; hinc non una de iis exstat Antiquariorum sententia. Antonius Augustinus, præter Punicos & Gotthicos Hispaniæ nummos, aliquot ex iis veteri patriæ linguæ charactere exaratos credidit. Olaus Wormius diuersam sententiam amplexus, eosdem a Gotthis in Hispania signatos, & clara litteraturæ Gotthicæ vel Runicæ argumenta præferre existimat. At rursus viri docti, qui non ita pridem in illustrandis Nummis patriis versati, Antonii Augustini prementes vestigia, omnes id genus peregrinis aut barbaris litteris insculptos, priscis Hispanicis adnumerant. Unde quum apud Liuium, *argenti Oscensis, & signati Oscensis*, ab Osca antiqua Urbe Hispaniæ denominati, mentionem non semel iniectam reperissent; Nummos illos argenteos in Hispania obuios, in quibus passim Eques cum jaculo decurrens cernitur, pro illo prisco *signato Oscensi* protulere. Rationes vero quibus nituntur, petitæ aut e numero, & multitudine nummorum, qui in Hispania effodiuntur; aut e characteribus ignotis; aut e communi illo in iis symbolo Equitis decurrentis. Hæc autem, ut ingenue fatear, percussos quidem in Hispania nummos id genus, sed non ab *Oscensibus* magis, quam a *Gotthis*, Hispaniæ per tot annos incolis, suadere mihi & evincere videntur. Potior illa auctoritas aliquanto, meo iudicio, quam ex *Oscæ* Nummis sub Augusto & Tiberio signatis, & ex Hispanico familiæ Afraniæ apud Fuluium Ursinum numismate ostentant, cum eadem capitis imberbis & decurrentis equitis in altera parte effigie, & ignotarum in iisdem seu Punicarum litterarum figura. Quod ipsum firmare videntur, quæ de non una litterarum forma apud Hispanos veteres, prisci auctores tradidere; ex quorum numero Strabo, illos nec uno scribendi genere, nec una lingua usos iam olim adseruit. Si tamen meum qualecunque iudicium liceat hic obiter interponere, aliquot ex iis ad *Punicos* veteris Hispaniæ nummos; plerosque autem

Dialog. VI.

Litter. Runic. cap. 10.

Vid. Museo de las Medall. Espan.

Lib. xxxiv. c. 10. 46.

Lib. III. pag. 139.

tem rudiores ad Gotthicos eiuſdem tractus referre conſultius exiſtimarem. Neque enim ſoli Gaditani, aut vicini tractus Nummi, Punicis accenſendi, ut ſtatuunt viri docti; quaſi Pœnorum in Hiſpania imperium & lingua non ulterius ſeſe diffuderit. Utriuſque vero veſtigia, non in Bætica ſolum, ſed Tarraconenſi etiam Provincia obſeruarunt eruditi, & vel una Carthago noua, Pœni Amilcaris in eadem opus, abunde comprobat. *Gotthis* vero adſcribendos pleroſque illos argenteos cum Equite decurrente, aut geminis ſymbolis, potius quam antiquis *Oſcenſibus*, multa ſuadere mihi videntur. Talia nempe, diuturna Gotthorum in Hiſpania ſedes, quæ litteras eorum & linguam in eandem, eamque numnorum id genus in illo tractu copiam inuexit, tum cum *Gotthicis* aliis Nummis Galliæ aut Italiæ conſenſus; plurimarum denique litterarum cum *Runicis* aut *Gotthicis* adfinitas. Neque obſtare debet haud diſſimilis figuræ, cum priſcis aliquot Hiſpaniæ nummis contemplatio; quum pateat ad inſtar bigatorum & denariorum veterum, aliorumque id genus priorum temporum, aureos & argenteos Gotthorum nummos paſſim percuſſos. Talium certe ingentem quandam copiam, cum alibi, tum maxime inter cimelia Palatina, nunc regia Brandenburgenſia verſare mihi pridem licuit. Neque tamen hæc a me adferuntur, ut me moroſum aut iniquum alterius ſententiæ patronis præbeam. Quo loco autem adducta ab eruditiſſimo Ed. Bernardo, uti aliarum quoque gentium, (ſicut de *Samariticis* ſeu *Phœniciis*, ac de *Græcis* inſuper ſupra vidimus) ita cum ROMANARUM litterarum, quæque Græcam omnino originem, utraque autem Samariticam arguerent, neque ea unius ætatis diagrammata; tum alia, quæ GOTTHICAS etiam, & RUNICAS litteras exhibent, hic opportune, nec citra leue eorum, quibus nummos veteres id genus litteris inſignitos verſare datur, beneficium, inſerenda duximus.

Bochart. de Colon. Phœnic. lib. I. cap. 3. 5.

Ed. Bernardi Alphabeta Latina Item Gothicum . . . Runicum.

Alphabetum Latinum ab Ianio quinque literis exceptis, ante Chr. sæc.	*Latinum A. D. 1.*	*Latinum A. D. 306.*	*Latinum A. D. 450.*	*Alphabetum Gothicum è Græco & Latino A. D. 388. Vsila autore.*	*Alphabetum Runicum è Gothico. A. D. 400.*
A. A. Λ.	ᚫ ᚪ	A. λ. ꞑ. ɑ.	A. ꞑ. ɑ.	ᚫ. ɑ. 1.	ᚷ. ᚫ. ᚫ. ᚪ. a ar. annus
B. B.	B.	B. b.	B. B. b.	B. B. 2.	B. b Biarkan. betula.
C. Γ ↄ K.	C. C.	C. C. c.	C. C. G.	Γ. Γ. 3.	ᚴ. ᛁ. c. cnesol
D. Δ ↄ Θ.	D.	D. D. d.	D. δ. δ. δ.	ɑ. ɑ. 4.	ᚦ. ᚠ. ᛏ. d Dusi. d Spectrum
E. Ē.	E. E. E.	E. E.	E. E. E.	E. E. 5.	ᚾ. ᛗ. ᛁ. i Stungenkis punctatum.
F. F. & φ.	F. F. F.	F. F.	F. F. F.	F. F. F. 6.	ᚠ. ᚠ. f fee opes.
·G. Γ.	G. G. G.	G. G.	C. C. G.	G. G.	ᚹ. f Stungen kaun. punctatum
H. H. ↄ X.	H. H	H. h. ɳ	H. h. ɳ.	H. H. 8.	ᚼ. A. Nisi. grandis
I. I.	I. I.	I. i.	I. J. I. I.	Θ. Θ. 9.	ᚺ. h. Stungenkis d. punctatum.
K. K.	K. K.	K.	K.	I. i. i. 10.	ᛁ. i. glacies.
L. Λ.	L. L. L.	L. l. l.	L. l. L.	K. K. 20.	ᛃ. i kaun.
M. M.	M. M.	M. ɱ. ∞	M. ɱ. ∞	λ. λ. λ. 30.	ᛇ. ᛈ. p pruriga.
N. N.	N.	N. N.	N. N. N. N.	M. M. M. 40.	ᛉ. c Cyprus
O. ↄ.	O.	O. O.	O. O.	N. N. 50.	ᛋ. m. Cyprus madur.
P. P. Π.	P. P. P.	P. p.	P. P. P.	ϱ. ϱ. O. 70.	ᚾ. ᚷ. n Cyprus homa
Q. q.	Q. Q.	Q. ℭ. q.	q. q. q.	Π. Π. 80.	ᚾ. ᚨ. n naud.
R. P.	R. R. R.	R. R. R.	R. R. R.	Q. Q. ɑ	ᛇ. ᚨ. o. necessitas ops.
S. ξ. ↄ ≡.	S. S. S.	S. ſ. S.	S. ſ. S.	R. R. 100.	ᛒ. ᚹ. o. ostium
T. T.	T. T.	T. T. T.	T. T. T.	S. S. 200.	ᛒ. ᚹ. Stungenis kaarkan. b punctatum.
·V. Ö ↄ Y ↄ Y.	V.	V. U. Ա. V	U. U. Vu	T. T. 300.	ᛞ.
·X. ⅄	X.	X. X.	X. X. X.	ᚢ. ᚢ. 400.	ᚱ. ᚱ. ᚦ. r ridh equitatus.
·Y.	Y.	Y.	Y. Y.	O. ω. w. v Q.	ᚺ. ᚺ. s fel. fel.
·Z. Z.	Z. Z	Z. Z.		X. X. 600.	ᛏ. ᛏ. t takna signum.
				Y. Y. w. ƀ spex	ᚢ. ᚢ. u ur. arcus
				Z. Z. 7.	ᚢ. ᚣ. w. Stugenkis u punctatum.
					ᚹ. w. Stugenkis. f punctatum

II.

Ad LITTERARUM ADFECTIONES *in antiquis Nummis.*

LITTERARUM etiam ADFECTIONES varias, in iis permutandis vel confundendis, ſuppeditant antiqui Nummi, quæ ad Scripturæ veteris rationem capiendam aut explicandam, immane quantum conferunt. Nec enim hic, quod vulgo nonnulli exiſtimant, caſui continuo aut errori adſcribi debent plurima, quæ in iis, a recepto hodie ſcribendi uſu aliena ſæpe videntur. Confuſas enim nonnunquam & permutatas diuerſas litteras apud ipſos veteres licet obſeruare, cum ex fontibus aliis; tum vel maxime ex ſcripturæ veteris veſtigiis; aut e recentioris additamentis; vel e ſono ac pronuntiatione litterarum inter ſe ſimilium & adfinium.

1. E ſcripturæ veteris veſtigiis:

Prius quod adtinet, ſeu ex *ſcripturæ veteris veſtigiis*, vidimus id in adductis iam ſupra exemplis E pro H in antiquis, neque unius ætatis, Athenienſium nummis, in quibus vulgo occurrunt primæ litteræ AΘE. pro AΘH· ſeu AΘHNAIΩN, quod mirabatur Goltzii commentator Nonnius. Neque vero id veteri ſolum *Athenienſium* more, ε pro η uſurpandi, quem tradiderat, ut vidimus, Plato; ſed etiam in Athenarum Regis ſeu Herois *Theſei* nomine ΘESEYS, in nummo, de quo ſupra, ab inſulanis *Phæſtiis* percuſſo; & in priſcis præterea *Thebanorum* nummis, etiam poſt litteram H iam in Græcorum Alphabeto receptam, qui ΘEBH pro ΘHBH ſunt inſcripti, retentum vidimus. Sic MENAINON, & MHNANINΩN, poſt litteras Ω ſimiliter & H a Simonide iam repertas; ac METPOΠOAEITΩN ſubinde, vulgo MHTPOΠOAEITΩN. Qua ratione etiam O, multis poſt admiſſum longum Ω ſæculis obuium, ſicuti HPOC in nummis *Antinoi*, & in alio *Pergamenorum* EYPYΠYAOC HPOC, ac in Græcis *Gordiani Pii* nummis, cum eius *Antonii* nomine, quod ANTΩNIOC, & ſubinde ANTONIOC in iis legitur: more alioquin veteri, ut id a Platone ſimiliter de Athenienſibus dictum oſtendimus. Optime itaque adnotauit Marius Victorinus, ante repertas litteras H & Ω, Græcos litteras E & O adhibuiſſe: unde etiam factum, ut poſt eaſdem litteras in communi uſu, & in Jonico XXIV litterarum Alphabeto receptas, ſubinde etiam, nec ab Atticis ſolum, maxime in publicis monumentis, antiquior ſcribendi ratio ſit uſurpata. Quo ſpectat H non pro littera, ſed iuxta primæuum eius apud Græcos uſum, pro adſpirationis nota, ut iam ante itidem vidimus, in antiquis aliquot Siciliæ & Græciæ nummis, ut in HIMEPA, HYΨAΣ, HIΣMENIΩN retenta. Sic Diphthongi quoque, iuxta antiquæ ſcripturæ veſtigia ſæpius omiſſæ, ut O pro OY, ſicut in tot ΣYPAKOΣIΩN nummis, qui adhuc ſuperſunt, cum apud Parutam, tum in antiquariis Gazis vel Muſeis, quique variis temporibus cuſi, neque aliter ſignantur: quum tamen gentile illud vulgo Συρακόσιοι apud Auctores, & urbs ipſa Συράκουσαι, ac inde a Romanis *Syracuſa* & *Syracuſani* fuerint dicti. Quod ſimiliter de *Selinuntiis*, itidem *Siculis*, ſtatuendum eſt; qui quum Σελινούντιοι vocentur apud Thucydidem, Diodorum, alioſque, idque iuxta analogiam Σελινοῦς, Σελινοῦντος, in eorum nummis tamen ΣEΛINONTIOI hactenus comparent. Eadem ratio, uti præ-

prætereà obſeruo, in nummis *Locrorum*, vulgo *Epicnemidiorum*, metropoleos ΟΠΟΝΤΙΩΝ, quum eadem urbs Ὀποῦς, gentile autem, uti apud Thucydidem, Strabonem, Stephanum, alioſque, Ὀπώντιος dicatur. Unde utique egregie illuſtratur, id quod apud Athenæum legitur, ubi poſt adductos Achæi Tragici verſus, in quibus Δικαίου pro Δικαίου nomen effertur, addit continuo:

Lib. XI. pag. 416. Caſaub. Anim. ad eum locum. ἐν τούτοις λείπει τὸ ϒ στοιχεῖον, ἐπεὶ πάντες οἱ ἀρχαῖοι (uti bene pro Ἀχαιοῖοι, ex Athenæi epitome emendat ὁ πάνυ) τοῦ ϒ ἀπεχρῶντο, ἀλλ' οὐχὶ νῦν ἐφ' οἷς νυνὶ κατέχεται δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὅτε τῷ Διφθόγγῳ ἐδήλου, διὸ τὸ ὂ μόνον γράφουσι. *In his deeſt poſtremum elementum* ϒ, *quoniam littera* ο *utebantur omnes antiqui, non ſolum ea vi, qua nunc pollet, ſed etiam cum Diphthongum* ου *ſignificat.* Id autem poſt conſtitutum Ionicum ΧΧΙV litterarum Alphabetum, haud eo minus, non ab Atticis ſolum, ſed a Doribus etiam Siculis retentum, ex ampliſſima illa *Syracuſanorum* nummorum, qui haud aliter efferuntur, copia, fit omnino manifeſtum. Ad quorum proinde exemplum, idque ſeu ob dialectum Doricam, ſeu

Idyll. XV. v. 90. ob metrum, Συρακοσίαις ἐπιτάτῃ apud *Syracuſanum* Theocritum, ac inde apud Maronem, *Syracoſio dignata eſt ludere verſu.* Neque aliter, Dores itidem, *Locri*, de quibus modo, *Opuntii*, ac de iis Pauſanias, ut obſeruo, ad

Lib. I. pag. 41. veterum nummorum fidem, Λοκροὺς τοὺς Ὀπουντίους· ſicut Boeoti quoque, quibus ii erant finitimi, quos ὁ ſimiliter pro ου adhibuiſſe, non ex Heſychio ſolum, quod monuit iam illuſtris Salmaſius, ſed ex ineditis adhuc Apollonii Dyſcoli, aliorumque veterum Grammaticorum in Bibliotheca Gallorum Regia, quæ verſare mihi nuper contigit, fragmentis liquet. Idem quoque apud Cretenſes Dores obtinuiſſe, conſtat etiamnum ex iis, quæ adhuc proſtant, fœderum ab iis ſancitorum tabulis; ſicut in fœdere inter *Hierapytnios* & *Prianſios*, duarum eiuſdem inſulæ ciuitatum, ubi inter alia ΚΑΤΑ ΤΟΣ ΝΟΜΟΣ

Marm. Oxon. p. 116. P. 1. ΤΟΣ ΕΚΑΤΕΡΗ ΚΕΙΜΕΝΟΣ legitur. Unde firmatur inſuper id quod a veteribus Grammaticis, de antiquo uſu apud Græcos illius litteræ ὁ pro υ, ut viderunt iam viri docti, eſt ſimiliter monitum; idque in Columna Farneſiana, temporibus Antoninorum, adhuc manifeſtum, ac in Gloſſariis etiam an-

Ad Inſcr. Herodis p. 37, 38. tiquis a ſe obſeruatum tradit alicubi ὁ πάνυ Salmaſius. Cuius autem rei, ὁ nempe pro υ ſcribendi, ſicut in adductis modo nummis & marmoribus, ac memorato apud Athenæum loco, obuia inſuper, & quæ magnum Caſaubonum haud fugit, ad Athenæum ratio: quod nempe litteram ο veteres pronuntiarent ου. Unde orta ſubinde litterarum in priſcis huiſce Græcorum monumentis permutatio, e vicino id genus litterarum *ſono*, de quo paullo poſt. Quomodo inſuper Ζ & Σ, poſt additas antiquis Cadmeis, & quæ dein in Græco ΧΧΙV litterarum Alphabeto ſunt receptæ, litteras, ſæpe in antiquis nummis confuſa vel promiſcua videas: uti Σ pro Ζ in voce ΣΕΤΣ ΣΕΡΑΠΙΣ in Græco Veſpaſiani nummo Gazæ Mediceæ; & in nummo ΑCΩΤΙΩΝ pro ΑΖΟΤΙΩΝ urbis Palæſtinæ, cum Juliæ Domnæ effigie, eoque cum apud

Tom. II. p. 95. Num. Urb. Ill. pag. 16. Vaill. Num. Græc. Impp. pag. 90. Triſtanum, ſed quem ille minus feliciter explicauit, ut iam vidit eruditiſſimus Harduinus, tum in cimeliis ampliſſimi Præſidis Bignonii. Ζ vero pro Σ locum viciſſim obtinet in *Smyrnæorum* nummis ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ ſubinde inſcriptis: cuiuſmodi aliquot ſub Auguſto ac Tiberio percuſſi, exſtant in Gaza Gallorum Regia, ac ſimiliter in Domitiæ nummo Cimeliarchii Medicei,

Theſ. Brand. Vol. III. p. 65. ac alterius etiam in Theſauris Brandenburgicis, in quo hinc ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ, illinc ΖΜΥΡ ſignatur. Id vero non monetarorium errore contigiſſe, abunde licet ex Luciano colligere, apud quem in feſtiuo litterarum Dialogo,

Sigma

Sigma queritur de illa vi ſibi facta a Ζῆτα in hac ipſa voce Σμυρναίων, δεῖ πᾶσαι, inquit, ἀφελομένῳ τιὸ Σμύρναι, *omnem mihi Smyrnam adimente.* Adde Sextum Empiricum, apud quem quæritur, an per ζ vel per σ̄, ſcribi debeant voces ὁμίλων & σμύρνα· Unde præter adductos modo nummos, eadem ſcriptura in voce ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ occurrit in una inſcriptione Græca apud Gruterum, quod eſt in Indice prætermiſſum, aliiſque quibuſdam Latinis ΖΜΥΡΝΑΕΟΡΥΜ; tum in una etiam Athletica, Romæ nuper cum geminis aliis reperta. Eiuſdem vero Ζ pro Σ exempla memini etiam me vidiſſe in nomine *Sozimi*, apud ampliſſimum Seuium, inſcripti in veteri nummo ΖΟΣΙΜΟΥ, ſicut alioquin in nummo Argivorum Gazæ Gallorum Regiæ, ΦΙΛΟΚΛΗΖ, pro ΦΙΛΟΚΛΗΣ. Ut præteream inſpecta illuſtri Burbequio *Amaſiæ* numiſmata, cum eadem ſcriptura. Non aliter ac illum Getarum quidem Deum, Pythagoræ vero famulum, modo Ζάμολξιν, modo Σάμολξιν etiam ſcriptum videas in codicibus antiquis. Græci nempe poſt additas id genus litteras prioribus ſexdecim vetuſtis, eaſdem poſtea antiquiorum loco haud infrequenter admiſere. Unde etiam x pro κ, & Ω pro ο, accedente vicino earundem litterarum ſono, in priſcis eorum nummis ſubinde adhibita. Cuius equidem x pro κ, aut viciſſim uſurpati exempla mihi ſuppeditant duo inediti veteres Grammatici, quorum unus eſt Arcadius in Bibliotheca Gallorum Regia, in quo Κιθὼν, ὁ χιθὼν alter Moeris ſeu Eumoeris Atticiſta, in collectionibus vocum Atticarum & Ελληνικῶν, quas verſare mihi nuper licuit: βύκῃν, Ἀττικῶς βύχῃν, Ἑλληνικῶς· Ut iſtud κ pro χ veteri more, de quo ſupra, ab Atticis, poſt receptum etiam Jonicum ΧΧΙΥ litterarum, ac inter eas litteram χ, Alphabetum, retentum adhuc liqueat. Quum viciſſim χ, ubi κ adhibuerunt alii Græci, dixerint poſtea ſubinde Attici; ſicut apud eundem Atticiſtam ac ineditum hactenus Moerim obſeruaui, Σχίνδαλμα, ἐν τῷ χ Ἀττικῶς σκίνδαλμα, Ἑλληνικῶς· Quomodo, ut obuiam ΝΕΟΧΟΡΩΝ in nummo *Sardianorum* apud Cl. Séguinum, & in aliis quandoque, ſcripturam, & ΧΑΙ pro ΚΑΙ in *Byzienorum* nummo Gazæ Mediceæ, cum Hadriani capite, quæ incuriæ monetariorum videntur adſcribenda; ut hæc, inquam, mittam, nata certe inde illa confuſio in ſcriptura urbis *Calchedonis*, quæ modo κ, modo χ præfert in ſcriptis codicibus, ac inde apud antiquos Auctores, qui ad eorum fidem ſunt deinceps diuulgati. Adde quomodo in uno etiam nummo Cimeliarchii vere Regii Brandenburgici ΧΑΛΚΗΔ· in aliis vero paſſim ΚΑΛΧ· ſeu ΚΑΛΧΗΔΟΝΙΩΝ legitur. Quod poſtremum etiam, veram eſſe & antiquam nominis huius urbis ſcripturam, quam exhibet itidem codex antiquus Canonum Eccleſiæ univerſalis a Cl. Juſtello vulgatus, olim tradidi: & profectum inde errorem librariorum monui, qui varios codices & auctores antiquos obſedit & adhuc obſidet, ubi Καρχηδονίων, ſeu *Carthaginienſium*, pro Καλχηδονίων, ſeu *Calchedoniorum*, procliui utique unius litteræ ρ & λ permutatione, facta non ſemel occurrit mentio. Quodque etiam haud ita pridem a me denuo, oblata eius rei occaſione alio in opere eſt adſertum, & adlatis eius rei e Theophraſto, Galeno, Æliano, Themiſtio, ac Juſtiniano Imp. exemplis eſt ibidem comprobatum. Neque vero hæc infirmare vel conuellere cenſendus eſt, quod ſolertiſſimo alioquin horum cimeliorum interpreti, cuiuſque laudi plurimum faueo, videbatur, unus ille indicatus paullo ante Gazæ Brandenburgicæ nummus ΚΑΔΚΗΔ inſcriptus, ut inde iſta cenſeatur antiqua & genuina huius urbis ſcriptura; altera vero ΚΑΛΧΗΔΟΝΙΩΝ ab *Hadriani* demum tempo-

Judicium Vocalium p. 48. T. I. Ed. L. Amſt.

Adv. Mathem. lib. I. pag. 36, 37.

Theſ. Grut. CCCXIV. 1.

Theſ. Brand. Vol. I. p. 489.

Orbis Romani p. 460, 461.

ribus nata: quod nempe eandem præferant nummi cum *Antinoi* effigie, ac sub sequutis dein Imperatoribus, *M. Aurelio, Severo, Geta, Alexandro Severo, Gordiano Pio*; & Augustis, *Julia Domna*, ac *Tranquillina*. Mitto enim, quod eius mutationis, ut quæ prius & per tot secula Χαλκηδών fuerit dicta, dein sub *Hadriano* ac ab eo demum tempore Καλχηδών dici cœperit, nulla idonea dari possit ratio, nec similia exempla in aliarum id genus urbium nummis hoc facile euincant; immo potius ut adserta tot nummis, qui sub dictis modo Imperatoribus sunt percussi, scriptura, unius nummi qui paullo aliter id urbis nomen extulit, auctoritati hic longe præponderet. Maxime, quum obuia subsit ratio, cur ob sonum vicinum, uti in adductis modo ΧΑΙ & ΝΕΟΧΟΡΟΥ exemplis, Χ loco Κ, Κ dein vice Χ, potuerit vel ultro, vel monetarii errore, in uno illo, qui hactenus eam scripturam exhibet, nummo signari. Accedunt, quique id rursus extra dubium ponunt, alii antiquiores nec vulgati hactenus insignes horum *Calchedoniorum* nummi, iique sine ulla Romanæ dominationis, cui iam ii subiacerent, nota in iis expressa. Cuiusmodi utique occurrit inter selecta præstantissimi Jac. de Wilde cimelia numnus, hinc cum capite muliebri velato, illinc Neptunus sedens cum Tridente, & inscr. ΒΥΖΑΝ ΚΑΛΧΑ. quo *Byzantiorum* nempe & *Calchedoniorum*, qui illis e regione positi, concordia designatur. Eandem quoque inscriptionem præfert, nempe ΒΥΖΑΣ ΧΑΛΚΑ. alius nummus a præstantissimo Baudelotio in erudito ac vernaculo opere vulgatus; in quo hinc caput barbatum cum diademate, illinc navis Prora, cum Ciconia. Quibus tres alios addere mihi insuper hic licet, antiquos itidem & singulares, huius urbis nummos, quos ex legatione Turcica, seu Byzantina secum in Angliam aduexit laudatus jam in priori Dissertatione, omni etiam laude dignus, Eques Auratus Trombal: qui autem singuli nummi ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΩΝ sunt itidem signati, sicut euincet sequens nec iniucundus, ut opinor, duorum ex iis conspectus: quantum equidem eorum typos vetustate attritos de quibus hic iam non agitur, sed cum integris & obviis ΚΑΛΧΑΔΩΝΙΩΝ litteris, adsequi licuit.

Sel. Num. Tab. VI. n. 63.

Utilité des Voyages pag. 605. T. II.

Frustra vero ad Herodotum (cui addi poterant Thucydides, Polybius, aliique) apud quem hodie Χαλκηδόνιοι scilicet legatur, hic recurri, præter indubiam eorum, quos modo indicaui vel adduxi, nummorum fidem, vel inde sat liquet; quod haud frequentiora infestent adhuc antiquos Auctores menda, idque librariorum, qui eos ad nos transmiserunt, incuria vel inscitia, quam in nominibus locorum propriis adducendis. Quæ proinde haud aliunde certius, & qua de re nos, Deo dante, in processu huius operis, quam ex hisce nummorum monumentis, domesticis utique & luculentis testibus, refingi continuo debent ac emendari. Adde, quod nec desint adhuc antiqui Auctores, iique Hadriani temporibus vetustiores, sicut, & qui unus hic instar plurium

plurium eſſe poteſt, Strabo, apud quem ſeu in antiquis eius codicibus, Καλχηδὼν & Καλχηδόνιοι, uti in nummis, legitur. Ut vero littera χ pro κ, ſic ω etiam pro ο, ob eandem & majorem adhuc *ſoni* adfinitatem, in antiquis quoque nmmmis quandoque obuia, ut in ΩΡΘΩΣΙΕΩΝ Hadriani, in Gaza Medicea, pro ΟΡΘΩΣΙΕΩΝ in aliis nummis cum eiuſdem, tum Regiæ Gallorum Gazæ, ſub Auguſto & Antonino vulgo Caracalla cuſis. ΕΙ vero pro Ι ſicut in marmoribus antiquis paſſim ΕΤΕΙΜΗΣΕ, ΤΕΙΜΗΣΑΝΤΕΣ in inſcriptione Herodis Attici ſimiliter, ΤΕΙΜΗCΑΤΕ, ΠΕΙΟΝΑ, & quæ plura ibi congerit vir ſummus, & paſſim alibi occurrunt: ita in hac etiam nummorum penu, ΝΕΙΚΗ, & ΝΕΙΚΟΠΟΛΙΣ, ΝΕΙΚΑΕΟΝ, ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, & quæ plura id genus.

Salmaſ. ad Inſcr. Herod. pag. 21.

Id vero aliunde inſuper liquidum, quod ut obiter paullo ante adtigimus, & memorata modo exempla id itidem comprobant, ex *ſono litterarum inter ſe adfinium*, frequentem & promiſcuam multarum litterarum commutationem cum alibi, tum maxime in priſcis hiſce Nummis, ut de lapidibus iam nihil dicam, licet etiamnum obſeruare. Unde monuit iam olim Quintilianus: *quæri ſolet in ſcribendo, præpoſitiones* SONUM *quem junctæ efficiunt, an quem ſeparatæ obſeruare conueniat:* alibi vero concludit: *ego (mihi quod conſuetudo obtinuit) ſic ſcribendum quoque iudico* I, *quomodo* SONAT. Ex *ſono* itaque promiſcuo, aut etiam medio, ut de litteris I & Y ait idem Fabius, ſeu cognatione variarum litterarum, nata crebro illa ſcripturæ varietas, quam non ſcripti ſolum codices antiqui, ſed haud paullo iiſdem vetuſtiores, & a quibus auctoritas hic demum petenda eſt, Nummi ac Lapides ſatis ſuperque arguunt. Ita id crebro accidiſſe videas in litteris Γ & Ν, quæ eundem omnino ſonum ante Κ efficiunt; unde in nummis ΑΝΚΥΡΑ, ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ, quæ ΑΓΚΥΡΑ & ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ ſcribi alioquin ſolent. Neque tamen, quod inde colligit eruditus urbium e Nummis illuſtrator, id neotericis demum placuit, ut ΑΓΚΥΡΑΝΩΝ vel ΑΓΚΥΡΑΣ, aut vero ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ ſcriberetur: quum eam ſcripturam præferant vetuſti codices, ad quorum fidem antiqui Auctores ſunt deſcripti, immo etiam ΣΥΓΚΛΗΤΟΝ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ exhibeat vetus lapis a Sponio editus: adeo ut utramque illam ſcribendi has voces rationem, ex eodem omnino ſono utriuſque illius litteræ Γ & Ν ante Κ profectam, olim obtinuiſſe omnino liqueat. Quod vero nullum omnino nummum reperiri, in quo legatur ΣΥΓΚΛΗΤΟΣ, ibidem tradit vir eruditus, id a Cl. Patino obſeruatum iam ante fuerat. Mitto quod ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ, ubi idem quoque ſonus litteræ Γ & Ν ante Χ, legatur in priſcis huius urbis nummis; neque aliter nomen eius in iis efferatur. Adde hiſce obuia in antiquiſſimis marmoribus, ſicut in Chronico Oxonienſi ſeu Arundelliano, ἐγ Κυβέλοις ἐγ Κιλαίναις ἐγ Καρίᾳ ut inde abunde liqueat, antiquum fuiſſe illum γ loco ν ante Κάππα ſcribendi apud Græcos morem. Mitto quod eadem *Ancyra* dicta aliquoties legatur Αγκύρα, ut apud Nicephorum Bryennium non ſemel; apud Joſephum autem, quod vidit illuſtris Scaliger, & qua de re alibi egimus, ἐν Αγκύρῃ pro Ἀγκύρῃ. Ita litteræ Γ & Κ promiſcua quandoque, ut in antiquis *Agrigentinorum* nummis apud Parutam ΑΓΡΑΓΑΣ & ΑΚΡΑΓΑΣ. Quum Κ cæteroquin in Γ conuerſum in eodem, de quo modo, antiquiſſimo Chronico videas, ut ἐγ pro ἐκ Μυτιλήνης, ac ſubinde in fine vocum, ut ab initio eiuſdem Chronici Ν in Μ, ἐμ Πάρῳ, paſſim autem in Fœdere Seleuci cum Smyr-

2 *Ex ſono litterarum adfinium.* Lib. I. cap. 7.

Ibidem.

Harduin. p. 44

Itin. Tom. III. p. 125.

In Indice ad Num. Impp. Rom.

Epoch. x. xxviii. xxxvii.

Lib. II. cap. 7. & 8. Antiq. lib. xvi. cap. 10. Epiſt. 1. ad Morell. p. 89.

Epoch. xxxvii.

Pag. 5. 6. 8. 10. 11. Smyrnæis, ac in Smyrnæorum Decreto in iisdem marmoribus Arundellianis, τὴμ πόλιν, τὴμ ἐυνοίαν, τὴμ πολιτείαν, ἰμ Μαγνησίᾳ, τῶμ pro τῶν, & δοίωμ. Ut proinde minus insolitum videri debeat in adducto supra insigni antiqui Amyntæ Regis nummo AMYMTA, pro AMYNTA. Quomodo à Jonibus μω per μ, quod Dores νω, dictum observat Apollonius Dyscolus in fragmentis ineditis Bibliothecæ Gallorum Regiæ. Quin etiam obiter commemoranda hic venit

Jul. lib. 1. c. 7. litterarum I & Y, medii, ut de iis Quintilianus, soni, cum alibi, tum in

Sicilia pag. 24 & 34. Thes. Brand. Vol. I. p. 512. antiquis quoque nummis subinde permutatio: unde ΣIPA pro ΣYRA seu ΣYPAKOΣIΩN videas aliquoties apud Parutam, & BHPITIΩN, pro BHPYTIΩN in Gaza Brandenburgica: ut non continuo id monetariorum incuriæ sit adscribendum. Sic etiam B & Π olim, ut apud Latinos, iuxta eundem

Iust. lib. 1. c. 4. Fabium, aut Φ, haud semel apud Græcos confusa; neque solum in Macedonica dialecto, qua Φερίγες, Φίλιππος dicebantur Βερίγες, Βίλιππος, sed &, monente alibi Stephano Byzantio, Βερεναῖδες Insulæ dictæ quoque Περεναῖδες regio vero Lampsacena Απαρνὶς prius, postea Ἀβαρνὶς nuncupata. Quod postremum etiam B pro Π ut Delphis peculiare, a quibus Βύσιος mensis pro Πύσιος dice-

Quæst. Græc. P. 392. retur, observat alicubi Plutarchus. Unde lucem posset etiam mutuari nummus a Cl. Seguino vulgatus cum inscriptione BPOYZHNΩN, quam is utique ad *Brysam* Bithyniæ referebat; sed cui notationi continuo obstat, quod urbis illius incolæ, non Βρυσηνοὶ, sed Βρυσιῆς fuerint dicti, sicut in antiquis nummis, qui vel ΠPOYCIEΩN ΠPOC ΘAAACCAN *Prusienses ad Mare* ut in præclaro nummo Gazæ Gallorum Regiæ, aut ΠPOYCIEΩN ΠPOC

Harduin. num. Urb. III p. 101. YΠIΩ *Prusienses ad Hypium*, non montem quidem, iuxta virum eruditum, sed,

a Bithyn. Perip. quod ex Cxylace, [a] Marciano, [b] Arriono, & aliunde constat, notissimum Bithyniæ fluuium. Ut alios *Prysæenses* iam mittam itidem Bithynos, qui ΠPOYCAEΩN

b In Peripl. P. Euxini. inscribuntur in alis nummis, i.que ad montem Olympum siti, sed qua de re alibi. Neque vero opus, ut cum Gabriele Cossartio, erudito e Societate Jesu Theologo, & cimeliarchii Collegii Claromontani Parisiis olim custode, in adducto paullo ante nummo, leui traiectione litterarum P & O, BOPYZHNΩN pro BPOYZHNΩN legatur; cui coniecturæ olim post præstantissimum Seguinum me fauisse obiter memini: quum Βριζὼ & Βριζηνῶν, urbis Phrygiæ, occurrat mentio in Actis Conciliorum; ad quam proinde, uti be-

Num. Urb. III. pag. 101. ne dein est a Clar. Harduino monitum, omnino referri debet hic nummus.

Continuatio eiusdem argumenti. Ad has vero, de quibus agimus hoc loco, similium inter se litterarum frequentes in Nummis permutationes, haud minus spectant crebra eius rei exempla, obuia in denariis & nummis Romanorum. Hinc nempe V pro B, sicut ostendit DANUUIUS in nummo pulcherrimo Trajani, & quod cæteroquin a Juliano Imp. iam olim obseruatum, ubi de littera OV seu U nomini eorum, qui prius Ενετοὶ dein *Veneti* sunt a Romanis appellati, subdit: *vocant*

Orat. II. p. 72. ult. Edit. *autem eam litteram* V, *qua pro* B *sæpius, propter spiritum, ut arbitror, & linguæ proprietatem utuntur*: ὀνομάζουσι δ' αὐτὸ Ου ἢ χεῖλαι ἀντὶ τοῦ Βῆτα πολλάκις, πρόσπνεύσεως, οἶμαι, τινὸς ἕνεκα, καὶ ἰδιότητος γλώττης. Quomodo etiam V pro B legitur in aureo magni Theodosii nummo, in quo ORUIS pro ORBIS, nempe GLORIA ORUIS TERRARUM. Sicut alias factum, ut B pro U sit quoque subinde adhibitum; ut MINERBÆ in Ichnographia veteris Romæ a Bellorio edita. Litteras vero U & O iam olim inuicem permutatas, tradidit Quin-

Inst. lib. I. c. 4. tilianus, & neque id in Græcis solum, sed in Latinis etiam nominibus. Hinc

utrum-

utrumque illud adhuc obuium in nummis aliquot Coloniæ LAUDICEON, & LAODICEON; unde adſeri poteſt vetus ſcriptura in Codice Juſtinianeo, ubi pro *Laudicenorum*, Alciatus, aliique eum ſequuti Juris interpretes, *Laodiceorum* omnino legendum hactenus putauerunt; & ita rurſus legenda in D. de Cenſibus *Laudicea*; non, ut ſcribitur, *Laodicia*; vel in *Laodiceam* neceſſario commutanda. *Laudiciæ* cæteroquin, uti *Laucoon* etiam & *Laumedon*, vulgo legi in veteribus libris adnotauit ad Hiſtoriam Auguſtam illuſtris Salmaſius; ſed ubi verius, & fide veterum nummorum, *Laudicea* legi debuit. Sic, adnotante rurſus Fabio, Ὀδυσεύς, Æolibus Ὑδεσεύς, unde Latinorum *Ulixes* vel *Ulyſſes*. Ita O viciſſim pro V, uti in nummis I Cæſaris, DIVOS JULIOS; in aliis ÆGYPTOS; & in denariis Gentium Romanarum, VOLTEIA, VOLCANO, eadem ratione, qua CONSOLES, HERCOLI aliquoties in ſaxis: ac prout illam litterarum O & V permutationem, quæ locum olim habuerit, obſeruat itidem Fabius, ut *Hecoba, notrix, Polixena* ſcriberentur. Adde X pro S; ut in nummo Gentis Seſtiæ SEXTIUS: niſi potius referendus ille ſit, non ad gentem *Seſtiam* patritiam, ſed ad *Sextiam* plebeiam, cuius mentio itidem occurrit in nummo Muſei Seguiniani C. SEX. ſeu *Caius Sextius*: ut liqueat etiam vere inter utramque gentem *Sextiam* & *Seſtiam* diſcrimen a Sigonio contra Robortellum alicubi adſertum, ac ſimiliter a nouiſſimo Familiarum Romanarum editore. Obuia equidem in lapidibus MILEX, TIGRIX: & Doribus olim familiare, ut non ſolum in ξυνιξ, Αιαξ, pro ξυνις, Αιας, ut iam monuit Salmaſius; ſed obuium apud Theocritum, ut in vocibus καθίξας, γελάξας, ἐργαξῇ, aliiſque. Atticis etiam, quod protritum, ab initio vocum, ξυμβάλλω, ξυμβολὴ, & ſimilium. Ut minus mirum videatur, ſi illas litteras S & X, ſæpe confuderit poſterior librariorum natio, & *luxu* pro *luſu*, aliaque id genus non ſemel in optimis auctoribus obtruſerit, quod notarunt iam eruditi. Quomodo alioquin ſignatur S poſt X, PAXS in quatuor Nummis æreis Galbæ, Vitellii, Veſpaſiani, & Domitiani, ſicut in lapidibus CAPPADOXS, FELIXS. Eandem quoque ſcripturam iam ante ſuppeditarant antiqui denarii apud Urſinum, inſcripti AXSIUS, ALEXSANDREA, & non ſolum in gente Egnatia MAXSUMUS, ſed etiam in denario Gentis Juliæ, qui deeſt in Fuluiana ac in poſtrema etiam Cl. Vaillant collectione; reperitur vero apud Chriſtinam Auguſtam, ut olim didici ex erudito æſtimatore huius elegantiæ Thoma Chiffletio, eidem Reginæ a ſacris. Neque minus obuia in Romanis nummis, & a Fabio etiam tradita litteræ B in P commutatio: ut FORTUNA OPSEQUENS in nummo Antonini Pii, & in marmoribus, APSENS, OPSIDES, OPTINENT, haud aliter ac PLEPS in inſcriptione Arcus Druſo & Germanico dicati, ac a diligentiſſimo Bellorio additi ad Ichnographiam veteris Romæ. Adde, & quod ſupra iam monui, ϙ *Koph*, unde Latinorum Q, pro C eiuſdem nempe apud Latinos ſoni, in in MERϙURIOS nomine ſignari in antiquaria ſupellectile à Cauſeo vulgata: idque a Begero noſtro iam obſeruatum. Sic E longum cum duobus E apud antiquiores ſcriptum repenes, ut FEELIX in nummo Syllæ. Ita geminum A in antiquis aliquot nummis unius producti vicem obtinet, uti in UAALA, UAARUS, inter denarios gentis Corneliæ; & geminatum I in nummo quodam Galbæ (quem iam viderat olim Politianus) UIIRTUS; ut liqueat quam vere ſit alicubi a Quintiliano monitum, vocalem producendam Romanos olim geminaſſe. Quod vero idem obſeruat, Ciceronis demum temporibus, &

Leg. 11. C. de Incolis.

Leg. VIII. §. 3.

Ad Capitol. in L. Vero cap. 7. & Lamprid. in Commod. c. 3.

Ibid. ut ſupra.

Ibidem.

Sel. Num. pag. 105.

Hellenift. pag. 67.

Inſt. lib. 1. c. 4.

Theſ. Brand. Vol. III. p 425.

Inſt. lib. 1. c. 7.

paullo infra, litteram s in medio geminatam, id certe aliis quoque litteris videas contigiſſe, ut quæ ea ætate geminari cœptæ, in antiqua ſcriptura vulgo cum una efferrentur; ſicut apparet in vetuſtis denariis, cum vocibus, SISENA, SULA, CINA, pro *Siſenna, Sulla, Cinna.* Sic iuxta aliam eiuſdem

Ibidem lib. I. cap. 5. Fabii obſervationem, diu *nempe ſeruatum, ne conſonantibus adſpiraretur, ut in* GRACCIS *&* TRIUMPIS; ita plane citra omnem adſpirationem ſcripta leguntur eadem nomina in antiquis denariis, GRACCUS, TRIUMPUS, ac præterea CILO, PILIPPUS, TAMPILUS, YPSÆUS, pro *Gracchus, Triumphus, Philippus, Tamphilus, Hypſæus*, ut vulgo poſtea receptum. Unde haud parum illuſtratur, id quod a Cicerone olim ea de re dictum:

Orator. c. 48. *Quin ego ipſe cum ſcirem ita majores locutos eſſe, ut nuſquam niſi in vocali, adſpiratione uterentur, loquebar ſic, ut* PULCROS, CETEGOS, TRIUMPOS, KARTAGINEM *dicerem.* More iterum veteris illius ſcripturæ, finales M & S, interceptas præferunt antiqui denarii; in quibus occurrunt, ALBINO. LICINIU. NASIDIU. CAPTU. pro *Albinus, Licinius, Naſidius, Captus*, & in nummo Coloniæ Romanæ in Sicilia, ASSORU, pro *Aſſorus.*

Ibidem. Quod Ciceronem rurſus illuſtrat, & ab eo viciſſim illuſtratur: *Quin etiam, quod jam ſubruſticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eadem erant poſtremæ duæ litteræ, quæ ſunt in* OPTUMUS, *poſtremam litteram detrahebant, niſi vocalis iuſequebatur* &c. *Ita enim loquebantur. Qui eſt* OMNIBU' *princeps*; non *omnibus princeps*, & *vita illa* DIGNU *locoque*, non *dignus*: cuiuſque rei exemplum alibi adhuc in verſu Ennii apud eundem

De Divinat. lib. I. cap. 20. Tullium videas, cuius poſtrema verba, *attulit* ARTUBU' *lumen.* Quam vero ἀφαίρεσιν litteræ ὁ in fine vocis, Aeolibus iam olim, e quorum dialecto conflatus eſt Romanorum ſermo, conſuetam fuiſſe liquet e priſcis Grammaticis, uti Σάκρατι, ἄχεϊ, μίχεϊ, quæ huius rei exempla, pro Σάκρατις, ἀχέος, μίχεος adduxit iam ὁ πάνυ Salmaſius. Quomodo ſimiliter ab Apollonio Dyſcolo,

Helleniſt. p. 97. quem verſare mihi nuper in Bibliotheca Gallorum Regia, ſicuti olim eidem viro ſummo, licuit, traditur ab Aeolibus dici ἄμμι & ὔμμε, pro communi ἡμῖν & ὑμῖν ex Alexi; σφὼ autem pro σφώ, e tertio Thebaidos apud Antimachum. Ut vel inde conſtet, e quo fonte profluxerit illa veterum Romanorum, ō maxime in fine vocum tollendi, eaque priſcorum inſuper nummorum auctoritate, ut vidimus, teſtata conſuetudo. Sic præterea Diphthongum EI in priſca Romanorum ſcriptura vulgo adhibitam loco I promiſcue, quod vulgo notum, abunde etiam euincunt elegantes iſtæ nummorum veterum reliquiæ, in quibus legas paſſim LEIBERTAS, EIDUS, PREIMUS, SERUEILIUS, OPEIMIUS, PLEBEI, PREIUER. ſeu *Preivernum*; quod & crebro occurrit in antiquis marmoribus, & vetuſtis inprimis Plebiſcitorum ac legum formulis. Ita pro Diphthongis, AE & OE, crebro AI & OI veteribus Romanis placuiſſe, cum aliunde ſatis, tum luculenter ex eadem penu conſtat antiquaria, in qua CAISAR, AIMILIUS, COILIUS, aliquoties ſeſe offerunt. Rurſus vero E ſimplex, loco Diphthongi AE, occurrit nonnunquam, ut videbam nuper in argenteo nummo Veſpaſiani apud illuſtriſſimum Colbertum, PACI. ORB. PERPET. AC. ET. ſeu *Perpetuæ ac Æternæ*, quamvis per me liceat id fabrili errori adſcribere. OU vero, loco V ſimplicis Romanis olim uſurpatum, arguunt itidem denarii antiqui cum ſcriptura FOULUIUS, FOURIUS, pro *Fulvius, Furius*, ſicut nonnunquam in Marmoribus JOUDEX, COURATOR, aliaque id genus. Promiſcua

miſcua etiam fuiſſe in veteri ſcribendi ratione, O & AU, expreſſa in antiquis denariis PLAUTIA, & PLOTIA, & Quirini educator FOSTULUS, in denario gentis Pompeiæ, alias *Fauſtulus*, apud auctores, luculenter adhuc conteſtantur. F vero pro PH, crebro uſurpatum paret in ſcriptura ſequioris ævi, ex duobus Nummis æreis maximis Chriſtinæ Auguſtæ, uno Numeriani, TRIUMFUS QUAD. altero Honorii, TRIUMFATOR GENT. BARBAR. & quo etiam referri debet nummus Helenæ Juliani Cæſaris coniugis a Cl. Triſtano deſcriptus, cum epigraphe ISIS FARIA. Immo eandem etiam ſcripturam præfert nummus Domitiani apud Occonem, JOUI JUVENI TRIUMFATORI; & Conſtantis Imperatoris nummus apud Savotum, OB UICTORIAM TRIUMFALEM: & poſtremo adhuc antiquior nummus æreus in muſeo Cl. Seguini inſcriptus II MM CC FFILIPPUS AUGG. nempe *duo Imperatores Cæſares Philippus Auguſti*, Pater & Filius. Nec aliam vulgo ſcripturam præferunt nummi Phocæ Imperatoris, niſi DN. FOCAS Ut illud iam magis obuium præteream, ob eundem quoque ſonum litteras K & C promiſcue adhibitas, quod vel nummi aliquot docent cum uoce KARTHAGO, & aureus Cari Imperatoris, in Gaza Gallorum Regis mihi nuper inſpectus, IMP. C. M. AUR. KARO: in alio C. M. AUR. KARUS AUG. in altera uero nummi area, KARINUS NOBIL. CAES.

Tom. III. pag. 734.

Compendia ſcribendi in Nummis.

Huc referri etiam debent *Compendia ſcribendi* apud veteres uſitata, ex peculiari quodam variarum litterarum inter ſe nexu. Talia certe plurima in vetuſtiſſimis Græcorum iuxta & Latinorum Nummis occurrunt, quibus ſcripturæ apud veteres ratio non parum etiam illuſtratur. Singularis id genus artificii ductus, maxime in aliquot *Tyri*, *Amiſi*, *Panormi*, aliiſque ineditis Græcorum Nummis notaui ſæpius, in quibus quinque & ſex litteræ in unam eleganter ſociatæ & contractæ ſeſe offerunt. Nec præter uſus alios, inanis ea obſeruatio illis videbitur, qui ex antiquis litterarum id genus compendiis, aut non intellectis, aut neglectis, plurimos librariorum errores paſſim in priſcos auctores irrepſiſſe, aut Inſcriptiones varias perperam hactenus traditas, compertum habent. Ita illud compendium litteræ ϖ pro ου diphtongo, non ſcripti ſolum Græcorum libri, ſed nummi etiam aliquot præferunt; ut recentiorum ſæculorum librariis origo illius imputari non debeat. In nummis certe Alexandri Severi reperitur ΤϖΧΗ ΚΑΡΧΗΔϖΝ· & in altero Gordiani ΜϖCΩNIOT IEPEOC NYCAEΩN, ut apud Erizzum videre licet; ac, ut præterea in minori quodam nummo æreo obſeruabam apud Cl. Seguinum, ΤϖΔΕ ΕΛΑΦΡΟΤΕΡΟΝ.

III.

Ad ORTHOGRAPHIAM *ex antiquis Nummis petendam.*

Verum præter has litterarum apud veteres cum FORMAS, tum ADFECTIONES varias, quibus nimium forte immoramur, ipsa vera & emendata scribendi ratio, vulgo ORTHOGRAPHIA, non aliunde rursus securius, quam ex Nummis aut Lapidibus est petenda. Nec enim alia supersunt, ut superius monebamus, monumenta, in quibus primæua veterum scriptura ad nostra usque tempora sit transmissa. Hinc de *Orthographiæ* apud veteres Latinos ratione agens Quintilianus, argumentum eiusdem inuictum petit ex scriptura Columnæ Rostratæ, *quod manifestum est etiam ex Columna Rostrata, quæ est Duellio in foro posita.* Unde hoc ipsum singulare Nummorum beneficium, & eruditi uno ore prædicant, & ii ipsi agnoscunt, qui monumenta id genus parcius alias adtigere. In Nominibus quidem propriis, aut appellationibus hominum & locorum tradendis, certa quædam & obuia iis ex nummis luxadfulget, aut præsens correctio est parata. Ita Reginæ Deorum, SISPITÆ cognomen adhæsisse, quod perperam quibusdam sollicitare placuit, aut in SICISPITAM transferre, rariora quædam Antonini Pii numismata ostendunt, cum inscriptione JUNONI SISPITÆ; qualia in Cimeliis cum Mediceis, tum Barberinis inspeximus, & ad cuius Aedem respicit Capitolinus in vita huius Cæsaris, qui tradit ab eo *templa Lanuuina* restituta. Dea enim Lanuuii hæc *Sispita*, ut vulgo notum. *Sispes* nempe antiquis idem quod *Sospes*; unde clare in hanc rem Festus; *Sispitam Junonem, quam vulgo Sospitam appellant, antiqui usurpabant.* Ita enim legendum, non *Sospitam* & *Sospitem*, ut libri editi, & postrema etiam editio ab eruditissimo Dacerio adornata vulgo præferunt, aperte hic nummus docet; quod iam olim occupasse Ursinum postea animadverti. Firmat hoc vetus inscriptio prius inedita, in qua non Junonis solum *Sispitæ*, sed Jovis etiam *Sispitis* mentio:

Inst. lib. 1. c. 7.

In Anton. Pio cap. 8.

M. AMIUS M. F. PAL. B'ALBUS
SACERDOS JUNONI REG. SISP
ITAE LANUMUIANAE FECIT
VIVENS ET AMIO JUNIO FILIO
SACERDOTE JOVI SISP.
ET AMINE MATRI PIISIM.
IN FR. P. XIIX. IN AGR. PED. XXVI.

In qua inscriptione, ut obiter hoc moneam, a me cum variis id genus ineditis olim ad Cl. Reinesium transmissa, vitiatum Familiæ nomen a descriptore, & AMPIUS pro AMIUS reponendum, in suis ad me litteris vir ille doctissimus contendebat. Quod tamen eruditissimo Marquardo Gudio nostro, optimo talium arbitro, diiudicandum olim reliquimus; qui in præclara illa, & brevi tandem proditura veterum Inscriptionum collectione, AMIUM & AMPIUM pro eadem Familia sæpe se obseruasse, mihi pridem indicavit. Ab ipso autem Reinesio vulgata dein eadem cum aliis, quas

quas a me acceperat, & ibi quoque agnoſcit eadem inſcriptio. Ex iis autem emendanda videtur vocis *Siſpitæ* ſcriptura cum apud Ciceronem, *Templum eſt a Senatu Junoni Soſpitæ reſtitutum*; tum apud Ouidium: De Divinat. lib. I.

Soſpita delubris dicitur aucta novis; Faſt. II. v. 56.

Præterea apud Liuium, qui eiuſdem *Soſpitæ Junonis* aliquoties meminit; & inſuper apud Silium Italicum: Lib. VIII. cap. 14 & l. XXIV. cap. 10.

Lauino generate, inquit, quem Soſpita Juno: Lib. XIII. v. 364.

Sicut apud Apuleium, *ſis meis extremis caſibus Juno Soſpita:* in quibus locis *Siſpitæ* vocem reponendam liqueret ex indubiis id genus nummorum lapidumve monumentis, ni *Siſpitæ*, antiquæ vocis loco, *Soſpitem*, ſeu potius *Soſpitam*, vulgo inualuiſſe innueret Feſtus. Neque tamen antiquos ſolum *Siſpitam* uſurpaſſe, quod ille videbatur indicare, ſignatum ſub Antonino Pio numiſma cum eadem ſcriptura ſatis ſuperque euincit. Ut mittam leuius illud, JUPPITER cum duplici P in nummis tradi; aut cognomen Herculis DEUSONIENSIS iuncta voce, non duabus DEUS ONIENSIS, ut exiſtimabat Goltzius, quod iam ad Sidonium vidit doctiſſimus Sirmondus. Mitto a locis petitas Deorum Dearumque appellationes, de quibus infra opportunior erit dicendi locus. Metam. lib. VI.

I. *Exempla ejus rei e Græcis Nummis.*

In Barbarorum vero Romanorumque Nominibus multa corrupta hactenus apud Auctores tradita, quæ veterum nummorum fide ſunt omnino reſtituenda: qualia ΜΙΘΡΑΔΑΤΗΣ, pro quo vulgo ille terror maiorum veſtrorum Μιθριδάτης apud Joſephum, Plutarchum, Appianum, Dionem, alioſque adhuc hodie legitur. Adnotauit id iam olim ad Dionem ex nummis vir doctus; neque tamen cum eo improbanda continuo Romana *Mithridatis* appellatio; ubi nec nummorum, nec lapidum, nec ſcriptorum librorum auctoritas eam conuellit; & quam præterea firmare videntur geminæ formationis exempla, quæ in iiſdem nummis Ακράγας, Κατάνη, Μασσαλία, *Agrigentum*, *Catana*, & *Maſſilia*, ſuppeditant. Græcam vero ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ſcripturam, præter nummos a me olim eam in rem adductos, adſtruunt inſuper antiquæ in inſula Delo inſcriptiones, quæ dein a Cl. Sponio viſæ ſunt ac diuulgatæ. Sic *Seleuci*, & *Demetrii* ΝΙΚΑΤΟΡΕΣ dicti ex nummis, ut recte Strabonis & Appiani codices præferunt; non vero *Nicanores*, ut cum apud Goltzium, tum apud Polybium, Joſephum, Diodorum, Juſtinum, alioſque vox illa (ſed qua de re alibi) etiamnum legitur. ΚΑΣΣΑΝΔΡΟΥ genuina itidem lectio ex eiuſdem nummis conſtat, non ΚΑΣΑΝΔΡΟΥ, ut præter alios, apud eundem Polybium, Joſephum præterea non ſemel minus accurate traditur. Thraciæ etiam Regis verum ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ, ſeu *Rhoemetalcis* nomen una cum vultu eruitur ex nummo Auguſti, a Triſtano iam ante, & a me in præclaris cimeliarchiis inſpecto, quod Ρυμπτάλκης apud Dionem, alioſque hactenus traditur. Unde & Ρυμπτώλκης Roberti Stephani ad Dionem, Capitolini *Rimethalces*, de Rege Boſporano, cuius loco verum nomen Ροιμετάλκας viſum a ſe, ſcriptum, aut ſculptum, ibi obſeruat Caſaubonus, eadem opera exulare iubentur. Ita alterius Regis Thraciæ, RHESCYPORIS nempe, genuinum nomen ΡΗΣΚΟΥΠΟΡΙΣ, ex rariſſimo eius nummo Cl. Seguinus, qui Itin. Tom. III. pag. 86. Lib. LIV. pag. 534. 545. &c. In Anton. Pio cap. 9. Select. Num. pag. 35.

veram illius scripturam apud Tacitum, corruptam apud Velleium & Suetonium arguit; in quo *Rhascupolis*, aut *Thrascypolis* (uti semel quoque apud Dionem, Θρασκύπολις) vulgo legebatur. Quibus addere mihi liceat Jul. Cæsarem, in cuius libris de Bello Civili idem nomen occurrit deprauatum, *ex Macedonia* C C. *quibus Rascipolis præerat*: item Lucanum,

Lib. XLVII. pag. 555. Lib. III. c. 4.

Lib. V. v. 55.

Et gelidæ dominum Rhasipolim oræ,

Ubi autem illustris Scaliger, proxime ad veri fidem, *Rhasciporem*, (nempe prout alibi apud Dionem Ῥασκύποριν) in margine libri, quem doctissimi Is. Vossii beneficio versare mihi olim contigit, legendum notauerat. Unde exemplo huius scilicet *Rascupolis*, Thraciæ Regum nomina sæpe ita terminasse, & apud Pausaniam proinde Ἀζηρύπολιν legendum, (quod alias ex Liuio constat) haud ita vere colligentem videbam eruditissimum Palmerium, in nouissimo Exercitationum ad Græcos Auctores opere. Tractus vero & gentis eiusdem Reginam ΡΟΔΟΠΗΝ, cum præclarus nummus Christinæ Augustæ, tum geminus nuper a Cl. Seguino vulgatus exhibet; unde alterius Thracicæ mulieris nomen apud duos amatoriæ fabulæ scriptores Heliodorum & Achillem Tatium nuper emendabam; ubi Ῥοδῶπις vulgo pro Ῥοδόπη legitur. Ipsum quoque Regi Regum *Vologesi* genuinum nomen restituere mihi liceat, auctoritate eximii & rarissimi nummi, Romæ non ita pridem reperti, in quo ΒΟΛΑΓΑCΟΥ scriptum occurrit: unde corrigendi iterum Josephus, Dio, Aristides, Jamblichus apud Photium, Stephanus, Zonaras aliique, apud quos vel Βολογάισης, vel Βολογίσης, vel Βολόγεσ, vel Βολόγεσος vocari solet; apud Lucianum & Xiphilinum Ὀυολόγεσος & Ὀυολόγαισος, nomine ad Romanam *Vologesis* appellationem formato. Ab eo autem denominata urbs *Vologessia* apud Ammianum, Stephano Βολογεσσιάς. De tota vero præclari illius nummi inscriptione paullo infra. *Abgari* etiam familiare Edessæ Regulorum nomen ΑΒΓΑΡΟΥ, non ut hodie apud Appianum Ἀχόαρος, vel apud Dionem & Herodianum, Ἀυγάρης scribendum, nec ut alii voluerunt, *Abagarus*, aut iuxta aliquot Taciti codices, *Abbarus*, nummi Antonini Pii, Severi, & Gordiani, in quibus ΑΒΓΑΡΟC ΒΑCΙΛΕΥC, abunde docent. Ut mittam inscriptionem a Sirmondo, in notis ad Sidonium vulgatam, cum eodem nomine Ἀβγάρης, & antiquissimum Eusebii codicem Bibliothecæ Mazarinæ, qui eandem huius nominis scripturam exhibet. Unde miror postremum Eusebii editorem, qui principatum hodie harum litterarum cum paucis tenet, & cui hæc eadem erant perspecta, eam quam olim Ἀγόαρος, vel Ἀχέαρος, ad Dionis Excerpta lectionem adseruerat, passim etiam in Eusebiano textu & in Adnotatis prætulisse; quamvis & alteram *Abgari* non contemnendam fateatur, & una etiam aut altera vice in contextum Eusebii admiserit. Neque enim video, cur promiscua Reguli illius scriptura in eodem Auctore tradi debuerit; aut cur Nummorum, Lapidum, & Codicum etiam vetustorum auctoritate firmata, pluribus libris manu exaratis iisque recentioribus, non debeat hic longe præponderare. Argumentum enim a voce quadam Arabica ἄχόαρος, quod *potentissimum* notat, non eam vim habere potest, ut indubia & coæua testimonia, quæ vulgo lites id genus solent decidere, & in tradendis priscæ scripturæ vestigiis, omnium confessione primas tenent. Ut mittam Orientalium, aut Barbarorum nomina Græce tradita, ab origine passim non nihil deflectere, ut sexcentis exemplis

Lib. XLVII. p. 341.

Lib. VII pag. 416.

Pag. 412.

Select. Num. pag. 150. Lib. II. p. 103. Lib. VIII.

Quom. Conse. Hist. pag. 615. 625.

Lib. XXIII. cap. 6.

plis probari id poſſet, & præter recentiores, a [a] Strabone & [b] Plutarcho iam olim obſeruatum noui. Emendanda vero Dionis Excerpta, in quibus Ἀιγάρου τοῦ τῆς Αὐδώσης ἄρχοντος, pro Ἀβγάρου τοῦ τῆς Ἐδέσσης ut alibi apud eundem Αὔγαρος, item nova editio Procopii, in qua Αὔγαρος Ἐδέσσης τοπάρχης vocatur, pro Ἄβγαρος Ἐδέσσης. Poſtremam hanc lectionem adſerunt itidem nummi haud vulgares, cum ſcriptura ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ, item ΕΔΕΣΣΗΝΩΝ, vel ΕΔΕΣΣΕΩΝ; quales in Theſauro Mediceo, aliiſque præclaris Gallorum ac Italorum cimeliis, videre etiamnum licet.

a Lib. XIII. p. 607. & lib XVII. p. 785.
b De Iſide pag. 475.
Bell. Perſic. lib. II. cap. 12.

Quo referendus etiam nummus vulgatus, ſed corrupte a Cl. Triſtano, cum inſcriptione ΜΗΤΡ. ΔΕCCΗΝΩΝ, & quem continuo tribuit cuidam ciuitati, ad Nili ſcilicet Cataractas & Æthopiæ confinia poſitæ, cuius unus Ariſtides meminerit ſub nomine Δώσης, & quam fuiſſe illius tractus *Metropolim*, liceat ex hoc nummo colligere. Vix crederem in magno & præclaro alias opere, ſecurius dormitaſſe nobilem antiquarium, & plura errorum portenta, quod illibenter dico, paucis adeo verbis congeſſiſſe. Mitto ſupinum errorem, de ſitu illius urbis ad Æthopiæ limites relegatæ; quæ nempe Ariſtidi Smyrna Romam terra proficiſcenti, ſuperato Helleſponto ac Hebro fluuio, ut narrat ipſe itineris rationem, occurrerat πρὸς τῷ καταῤῥάκτῃ, ubi æger decubuit aliquandiu, ita ut vix centeſima demum die (non vigeſima, ut deceptus a Cantero interprete Triſtanus exiſtimabat, qui pro ἑκατοστῇ legerit nempe εἰκοστῇ, tota rei narratione reclamante) qua domo diſceſſerat, Romam ſit ingreſſus. Credidit utique Triſtanus, non alium καταῤῥάκτου, quam de Nili *Cataractis* poſſe intelligi, & fugit eum communis illa appellatio, cum fluuiorum magno impetu e montibus deſilientium (quales illo Καταῤῥάκτης nomine in Creta, Pamphylia, Norico, alibi notaruut iam olim veteres Geographi, & quo nomine Marſyam, qua decliuis eſt & rectis aquis fertur, pridem vocauerat Herodotus) tum clauſtrorum quorundam, ſeu obicum, quibus vel arte, vel natura, fluminis alicuius alueus impeditur, aut confragoſus itidem redditur. Neque enim audiendus eſt vir ſummus, qui Solinum, *Cataractas* Nili, de eius *clauſtris* interpretantem, vel ideo falſi arguit, quod *Cataractæ* non dicantur de clauſtris id genus, ſed de torrentibus ipſis aut fluuiis, qui ruunt potius quam fluunt; quod pluribus nec uno loco Plinianarum Exercitationum conatur adſtruere: unde & caſtigantur eidem Gloſſæ antiquæ, quibus Καταῤῥάκτης *obex* explicatur. Sed quam dicam intendet nouo Xenophonti, graviſſimo nempe & elegantiſſimo auctori Arriano, qui diſerte illo καταῤῥάκτου nomine vocat, non Tigrim fluuium, ſed *obices* quoſdam, & *munitiones* in illo fluuio a Perſis ideo erectas, ut eorum frequentia difficilem per Tigrim nauigationem facerent, & ne quis nauali claſſe in eorum regionem penetraret; quos omnes obices ab Alexandro diſiectos docet, τὰς καταῤῥάκτους τὰς ἐν τῷ ποταμῷ ἀφανίζων. Conſule integrum locum, & fateberis haud omnia dicta è tripode, quæ ab Oraculis, adſeueranter quamquam, proferuntur. Bene itaque Gloſſæ Καταῤῥάκτου per *obicem* reddunt; quæ vox nempe Græcis promiſcue dicitur, tam de *fluuiis* cum impetu & fragore ex alto ruentibus; quam de *clauſtris* eorum ſeu *obicibus*, arte aut natura factis, quorum nempe opera præceps itidem aut confragoſus eorum curſus excitatur. Unde iam, ut ad Triſtanum & Ariſtidem redeam, neutiquam Δώση eo loco, qualis reuera nulla exſtabat eo nomine, ſed quod erat omnino obuium, Ἐδώση ibidem reponendum; quæ urbs in Macedonia ad Erigonum fluuium poſita, cuius Liuius aliique meminere, immo

Exerc. Plin. p. 298.
De Exped. Alex. lib. VII. cap. 7.

Lib. XV. c. 39. immo antiquorum Macedoniæ Regum sedes, Aristidi e Thracia Romam tendenti occurrebat; & a qua altera illa in Mesopotamia seu Oesrhoënana *Edessa* in nummis expressa, appellationem sortita est. Aperte id tradit Stephanus, & quidem, quod in primis hic notandum, *dictam eandem ob aquarum impetum, a Macedonica illa Edessa,* Ἔδεσσα πόλις Συρίας, ἀφ' ὗ τὸν τῶν ὑδάτων ῥύμην ὅτε κλυσθεῖσα ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδόσι. Quam postremam proinde adposite videas ab Aristide ad *cataractam* (quod idem infert) collocari; ut haud necesse fuerit vel Ortelio, qui in errorem induxit Tristanum, *Dessam* aliquam ex corrupto Aristidis loco colligere; vel Tristano, ad Nili *cataractas* continuo delabi, quos alio quidem tempore & alia occasione penetrarat idem Rhetor, sicuti liquet ex eius Ægyptiaca. Egregia utique & memoranda hoc loco instituti itineris ratio, Smyrna Romam terra proficiscentis; superato, ut diximus, Hellesponto, ac Hebro fluuio gelu concreto, aliisque molestiis, quas narrantem illum videas, deuoratis, ad Nili *cataractas* & Æthiopiæ confinia continuo progredi; ægrum aliquandiu ad ea loca decumbere; & tandem (en longas scilicet ambages tantæ ac tam impeditæ peregrinationis) vix vigesima die, qua domo discesserat, in Urbem æternam appellere. Vidistine unquam circumductum per maiora itinerum compendia ægrum & iam male adfectum viatorem? Ut certe mirari haud parum subeat, in editis nuper Cl. Holstenii ad Ortelium Adnotatis, non solum eruditissimo viro, & qui tam multum operæ ac utiliter quidem collocauit in Geographia antiqua illustranda, non subolusse hunc Ortelii errorem, ex corrupto Aristidis loco; sed insuper ab eodem lectorem ad Tristanum, optimum scilicet illius interpretem, remitti. Unde nollem etiam idem a clarissimi nominis, mihique, dum hac luce frueretur, amicissimo antiquario, factum; qui, iuxta Tristanum, de *Dessenis* scilicet in Ægypto prope Æthiopiam eundem nummum est interpretatus. Verum, ut ad nummum redeam, tam præclaræ obseruationis fontem, Ægyptiaca illa *Dessa,* ultra glacialem Oceanum, & omnes mundi fines relegata, legendum omnino in illo ΕΔΕCCΗΝΩΝ, sicut in similibus nummis corrupte ab Occone (quod ei in citandis Græcis nummis solenne est) adductis, sub eodem nomine ΔΕCCΗΝΩΝ. Id vero cum per se satis obuium, tum firmat etiam alius nummus Mediceus eiusdem Alexandri Severi, cum eadem turritæ & sedentis mulieris effigie, neque una sed duabus stellis, ac epigraphe ΜΗ. ΚΟ. ΕΔΕCCΗΝΩΝ, seu *Metropolis Colonia Edessenorum.* Neque enim solum vere *Metropolis* illius tractus, & *Abgarorum*, de quibus agebamus, Regia hæc *Edessa,* sed *Coloniæ* etiam dignitate ornata; ut liquet, & quod primi olim notauimus, cum ex hoc numismate, tum ex alio Musei Patiniani percusso sub Caracalla, & inscripto ΚΟ Α. ΕΔΕCC Α. Hinc præterea etiam emendanda corrupta huius vocis scriptura in Codice Justin. ubi *Ædessenæ Curiæ*, pro *Edessenæ* vulgo legitur. Illam vero Αὐγάρου genuinam lectionem, de qua paullo ante agebamus, nequidquam adseruit nuperus editor Epistolæ Constantini Porphyrogennetæ, ubi agit de vulgata illa Seruatoris imagine ad hunc *Abgarum* missa. Solemnem alias noui illam litterarum Β & V apud Græcos iuxta & Romanos, permutationem. Sed hac de re plus satis, qui utique fortunas Græciæ in ea positas non arbitramur.

In Ἔδεσσα.

Τῇ Δίωνι πρὸς τὴν καταῤῥάκτην Serm. Sacr. IV. pag. 538.

Pag. 575. 576. Tom. III.

Patin. Roman. Impp. Numis. P. 182. ult. ed.

Leg. V. Cod. de Chroot.

2 *Exempla e Romanis Nummis.*

Nec ignotum alias varia *illustrium Romanorum* nomina, apud Auctores antiquos passim ex nummis emendanda; ut *Mescinius,* non *Messinius*; *Arrius,*

non

non *Arius*; *S. Saranus*, non *Serranus*; *Aquinus*, non *Aquinius*; *Numidius Quadratus*, non *Vinidius*; *Naſſica*, *Meſſala*; cum duplicatis litteris; *Betilienus Baſſus*, pro *Bellienus*; *Tampius*, pro *T. Ampius*, aliaque id genus plurima, quæ in Ciceronis, Taciti, aliorumque codicibus corrupta ut plurimum leguntur, & ex parte iam adnotarunt eruditi nummorum collectores. Idem vero Cæſaribus aliquot beneficium nummi præſtant, quorum auctoritate *Hadrianus*, non *Adrianus*, ut vulgo tamen doctiſſimorum virorum editiones Hiſtoriæ Auguſtæ præferunt, *P. Helvius Pertinax*, non *P. Ælius*, aut *Helius*, ut præter alios ad Euſebium exiſtimat Pontacus; *Marcus Clodius Pupienus*, non *Caius Maximus Clodius Pupienus*, ut contendebat ad Capitolinum Salmaſius. Iis poſſunt accenſeri *Cælius Balbinus*, non *Clodius Balbinus*; *Opelius Macrinus*, non *Opilius*, aut iuxta alios *Popilius*; *Poſtumus*, non ut vulgo, *Poſthumius*; *Bonoſius*, non *Bonoſus*; *Vetranio*, non *Veteranio*, cui tamen patrocinabatur ad Ammianum doctiſſimus Valeſius, ſed quod in poſtremis ad eum Auctorem curis opportune retractauit: & alia quædam id genus, quæ ut in re magis obuia, præripuit nobis non unius antiquarii diligentia. Ita ex iiſdem nummis accepimus *Delmatium* Cæſarem, non *Dalmatium*, ut vulgo apud Auctores; Gordianum *Antonium*, non *Antoninum*; ut volebat Capitolinus. Quamquam ſcripſerit olim ad me Cl. Patinus, utrumque illud *Antonii* & *Antonini* nomen exſtare in Græcis huius Gordiani, quos penes ſe haberet, nummis: quum tamen, omnes, quos videre mihi hactenus contigit, *Antonii*, non vero *Antonini* nomen illi tribuant. Accedunt vero hiſce ex *Auguſtarum* ſerie *Matidia* non *Mattidia*; Julia *Soæmias*, non *Soemiamira*; *Otacilia*, non *Otacilla*, ſicuti vulgo deſcribitur; *Conſtantina*, Galli uxor, non *Conſtantia*, ut apud Zozimum tamen alioſque vocatur. Inde etiam eruitur, Gordiani Pii conjugem, *Furiam Sabiniam Tranquillinam*, non, ut vulgo hactenus, (ita enim olim ante complures annos monui, quod a præclaris antiquariis eſt dein quoque adſertum) *Sabiniam* fuiſſe nuncupatam: ut liquebat ex præclaris aliquot nummis mihi inſpectis, cum integra illa epigraphe, de qua erit adhuc alius dicendi locus. Sic vexatum eruditis nomen alterius Antonini, *Elagabalum* nempe ſcribendum, & apud Herodianum, alioſque reſtituendum, (ut viderunt iam alii) pro quo *Heliogabalum* vulgo, vel *Alagabalum* cum Onuphrio, obtruſere. De quo nomine non hic repetam, quæ in adnotatis ad Juliani Cæſares, contra doctiſſimorum virorum ſententiam, eſt a nobis monitum. Ipſa vero Romana Urbium, aut Regionum nomina, fœde paſſim in libris veterum corrupta, quam ex nummis, vel lucem, vel emendationem mutuentur, alibi ſuo loco, nec indiligenter, uti ſpero, a me docebitur. Ut iam alia hic non tangam, *adloqui*, & *adlocutio*, *adſignare*, *adferere*, *conlegium*, *fecunditas*, *felicitas*, ſine diphthongo, contra *ſæculum* (non, ut quibuſdam recentioribus Criticis placuit, *ſeculum*) Romanorum more ſcribenda. Ita certe nummi conſtanter, ADLOCUTIO; REGNA ADSIGNATA; ADSERTOR LIBERTATIS; COOP. IN CONL. ſeu Cooptatus in Conlegium; FECUNDITAS AUGUSTÆ; SÆCULI vel TEMPORUM vel AUGUSTI FELICITAS; SÆCULARES LUDI, aut SÆCULUM AUREUM, ſicut priorem ſcripturam præferunt etiam lapides; ADLECTI, ADTENDERE, non ut vulgo hodie *allecti attendere*. Sed leuiora hæc forte, & Grammaticis relinquenda: quæ ad pernoſcendam tamen veteris apud Græcos Romanoſque litteraturæ rationem & originem; varia ætatum

Ad lib. xv. c. 8.

Vid. Diſſ. de Num. Præſtant. pag. 163. & 325.

tatum, quibus eadem subinde est apud utramque gentem immutata discrimina; tum ad rectam & accuratam scribendi formam liquidius percipiendam, haud leve utique momentum, immo omnium antiquissimum & certissimum conferunt. Neque vero aliunde ignotum, quod in vernaculis linguis, & in Romana etiam, de omni illa genuinæ scripturæ ratione ac forma, integris voluminibus agere, præclaris omnium ætatum & gentium, altique etiam fastigii & magna celebritate viris, visum sit haud indecorum & inconsultum. Quod ubi Fabius, luculentis utique Cæsaris aut Ciceronis exemplis iuisset adsertum, addit præterea: *Aut ideo minus Messala nitidus, quia quosdam totos libellos, non de verbis modo singulis, sed etiam* DE LITTERIS *dedit. Non obstant hæ disciplinæ per illas euntibus, sed circa illas hærentibus.* Quod ne mihi iam contingat, aut in hisce Grammaticis præceptionibus eruendis vel illustrandis, situm omne vel præcipuum huiusce veterum nummorum tractationis studium aut emolumentum, quispiam arbitretur, ad alia iam, & alacrior quidem, progrediar; unde eadem ex umbra velut in solem ac puluerem educatur; seu diffusa per varias, easque nobilissimas etiam doctrinas posita ea in re opera & exercitatio, liquido & luculenter comprobetur.

Inst. lib. 1. c. 7.

DISSER-

DISSERTATIO TERTIA
DE
PRÆSTANTIA ET USU
NUMISMATUM
ANTIQUORUM.

QUOD ſub finem ſuperioris Diſſertationis modo innuebam, id mihi iam incumbere, ut omni tædio in tradendis Grammaticis præceptionibus, quas haud indiligens veterum nummorum tractatio ſuppeditaret, leuatum utcunque animum, ad nobiliorem aliquam magiſque dignam liberali ingenio contemplationem, opportune traducerem; id mihi nunc alacri ſtudio ac voluntate eſt omnino adimplendum. Neque vero aliunde certius aut luculentius id me conſequuturum reor, quodque ad hæc ſtudia excolenda, præclaris & ſalubribus artibus intentos magis adlicere poſſit ac inflammare; quam ſi inde initium ducam, unde conſtituti optimi in republica regiminis, aut vitæ ad iuſti & æqui nonnam inſtituendæ præcepta vel exempla deſumuntur.

I.
De CIVILI *aut* MORALI *Doctrina in* NUMMIS *contenta.*

Etenim ad ornandam CIVILEM, aut MORALEM DOCTRINAM, haud parum utique conferunt hi recondiri priſcæ memoriæ iuxta ac elegantiæ theſauri. Ridebunt hic forte homines, niſi indignentur lubentius, qui nempe veterem illam ſapientiæ cum ſtudiis eruditæ antiquitatis communionem ignorant. At ridebis ipſe viciſſim, OCTAUI præſtantiſſime, convicti ac depulſi toties erroris dementiam; qui aliter erga optimas artes adfectus, illis ducibus interiores diſciplinarum aditus penetrari haud difficulter, ut opinor, largieris. Noſti equidem præclaris olim vel gubernandæ Reipublicæ conſultis, vel morum magiſtris ac cenſoribus, varia placuiſſe ſubſidia, quibus ſingulis hominum ordinibus officii ſui leges inſpiciendas traderent. Hinc fabulis non ſolum, præceptis, legibus, ſed ſymbolis etiam quibuſdam, nobiliſſimam vitæ diſciplinam non ſemel leguntur complexi. Adeo quidem ut hæc poſtrema, tanquam ad imbuendos ſaluberrimis monitis animos eadem intuentium magis opportuna, in graviſſimarum rerum tractatione frequenter

etiam

etiam usurpasse videantur. Morem illum utique non Ægyptiis solum, sed Græcis aliisque familiarem, docet eximius apud Jamblichum locus. Quid autem sunt, obsecro, plurimi & memorabiles veterum Nummi, nisi totidem symbola, vel documenta potius, ad omnem vitæ usum feliciter comparata? Adeo quidem ut Æneam Vicum tradentem alicubi videas, quod nuper a clarissimi nominis viro, Christophoro Wagenseilio opportune monitum animaduerti, aliquos se novisse, quos solius rei nummariæ studium ad virtutem a perdita luxuria reuocauit. Et Romanorum quidem nummorum laus hæc, fateor, præcipua, qui primas etiam in hoc veteris memoriæ studio ac delectu, vulgo, quod nosti, apud vestrates antiquarios tenent. Quum enim in Græcorum aut Barbarorum nummis, vulgo situs, originis, religionis, priuilegiorum; & inde Numinum loci tutelarium, sacrorum, fanorum, agonum publicorum, iurium præterea aut dignitatum earundem urbium, partæ victoriæ præmiorum, aut insignium; animalium etiam & plantarum ibidem peculiarium, occurrant monumenta vel effigies: Romani, optimo & arcano quodam consilio, non hæc solum subinde, aut velut diurnos actus Principum, sed ipsam agendorum normam, promiscuis & quotidianis Nummorum usibus testatam consignatamque voluerunt.

De Vit. Pythag. c. 23.

Lib. 1. cap. 15.

Differt. de Re Monetali p. 87.

I.

Quid Nummi GRÆCI *ad utrumque conferant.*

Ad ciuilem Urbium vel Prouinciarum administrationem inde percipiendam.

Quamquam neque hic omnis ea laus priscis, qui etiamnum exstant, Græcorum nummis, etsi minus eadem continuo in oculos incurrat, sit statim abiudicanda. In iis enim cum ciuilis administrationis, iuxta quam propriis Magistratibus, etiam sub Romanorum dominatione, urbes nempe liberæ ac suis legibus suæ, regebantur: tum Curiæ vel Senatus eorundem locorum; aut vero Populi haud infrequens occurrit mentio. Unde utique discimus, quænam ex iisdem ciuitatibus, sub ΑΡΧΟΝΤΩΝ, ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ, ΠΡΥΤΑΝΕΩΝ, ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ, ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΩΝ, ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ, adde & ΣΟΦΙΣΤΩΝ, *Archonton, Strategon* seu *Prætorum, Prytanum, Pontificum*, interdum & *Asiarcharum, Stephanephorum, Scribarum* etiam & *Sophistarum*, quorum nomina & dignitas in nummis Græcarum id genus urbium consignantur, regimine neque illo perpetuo seu ἀεὶ βίῳ, ut Græci loquuntur, agerent. De quibus autem municipalibus, seu solemnibus Græcarum in Europa Asiaue urbium Magistratibus, quos designant, & ex iis quidem ΑΡΧΟΝΤΑΣ passim & ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣ, earum nummi, agetur alibi: uti de diuersis etiam Romanorum Rectoribus, quibus sub ΑΝΘΥΠΑΤΩΝ, ΠΡΕΣΒΕΥΤΩΝ, vel ΗΓΕΜΟΝΩΝ, aut etiam ΕΠΙΣΤΑΤΩΝ *Proconsulum, Legatorum*, & *Præsidum*, & *Præfectorum*, qui subinde etiam, & qua de re mox, in Græcis id genus nummis commemorantur, appellationibus, eædem urbes vel Provinciæ, in quibus illæ erant sitæ, obtemperare tenebantur. Adde nunc hisce, quæ ut paullo ante innuebam, ex iisdem urbibus, *Aristocratica*, seu *Curiæ* vel *Concilii* publici præcipua quadam auctoritate; quæ vero *Populari* administratione potissimum regerentur.

De Senatus vel Populi in iis regimine.

Ad illam enim referri debent, ut obseruo, plurimi Græcarum ciuitatum, ac in Asia potissimum, nummi, modo inscripti sub laureati aut velati muliebris

liebris capitis ſymbolo, ΒΟΥΛΗ, vel ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ, *Curia* ſeu *Concilium*, vel *Sanctum Concilium*; uti iſtud poſtremum occurrit in nummo *Aphrodiſienſium* Cilicum, item in duarum Phrygiæ urbium nummis, *Æzanitarum* & *Dionyſopolitarum*; ac in duabus itidem Lydiæ, *Themenothuritarum* & *Bageorum*, aliiſque. Ad quem autem Græcarum urbium morem reſpexiſſe continuo liquet Maronem, dum Tyrios, in condenda conſtituendaque Carthagine, *Magiſtratum* SANCTUMQUE SENATUM, (ſeu ΙΕΡΑΝ ΒΟΥΛΗΝ) *legiſſe* tradit. Neque mirum cuipiam videri debet, eo ΙΕΡΑΣ ſeu *Sanctæ* nomine dictam continuo Græcarum id genus urbium *Curiam* ſeu *Senatum*: quum illud ΙΕΡΑΣ ſeu *Sacræ* vel *Sanctæ* elogium, ipſis urbibus frequenter in Græcis earum nummis, & qua de re alibi, tribui conſtet. Adde quum Athenis, ut obſeruo, in ipſius Βουλῆς ſeu *Curiæ* ingreſſu, ΔΙΙ ΒΟΥΛΑΙΩ, *Joui Conſiliario*, cuius exſtabat ibi Ara, quod ex [a] Antiphonte, & [b] Demoſthene, ac [c] Ulpiano ad poſtremum hunc Oratorem, immo quod e priore inſuper liquet, Palladi etiam, notæ tutelari Athenarum Deæ, Βουλαίῃ, ſacra continuo, & quæ Εἰσιτήρια dicebantur, Senatores facere tenerentur. Cuius autem Jouis, ut obiter hoc addam, exſtat inſignis, & e maximorum genere nummus in Gaza Medicea, a *Mytilenæis* percuſſus, inſcriptus ΖΕΥΣ ΒΟΥΛΑΙΟΣ, in auerſa autem nummi parte, ΘΕΟΙ ΑΚΡΑΙΟΙ· ſed quod alterius loci. Sub eadem vero imberbis & laureati, quo ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ, ut mox liquidius conſtabit, capitis, interdum etiam diademate reuincti effigie, deſignatur itidem in aliis Græcarum urbium nummis, ΔΗΜΟΣ & ΙΕΡΟΣ ΔΗΜΟΣ, *Populus & Sanctus Populus*: quorum prius plurimi præferunt Græcarum urbium nummi: iſtud vero ſingulares nummi *Attaitarum*, & *Hierapolitarum* in Phrygia, *Trallianorum* in Lydia, & *Germenorum* in Helleſponto. Unde illud continuo eluceſcit, quæ, uti modo innuebam, præualeret tum iis in locis Reipublicæ forma & adminiſtratio, Optimatum, an Popularis: tum illud inſuper, iiſdem cultus & venerationis titulis, ΙΕΡΟΥ nempe vel ΙΕΡΑΣ, conſignatam publicis nummorum monumentis, aut *Bules* ſeu *Senatus* eorum locorum, aut vero *Populi* præualentem tum in iis poteſtatem. Accedit, quod reſarcitam quoque inter diſſentientes ſubinde in illis urbibus *Curiam*, & *Populum*, *Concordiam* notet ſingularis *Nicomedienſium* nummus, in quo duæ figuræ, una virilis, muliebris altera, dextras jungunt, circum, ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑΣ ΟΜΟΝΟΙΑ, *Nicomediæ Concordia*; ſupra autem ΒΟΥΛΗ, infra vero ΔΗΜΟΣ. Nihil autem in hiſtoria Græcarum id genus urbium, inter Optimates, ſeu earum *Bulen* (ut id nomen in ſuis ad Traianum litteris retinuit iunior Plinius) & *Populum* diſſenſionibus frequentius, ut noſti, occurrit, & quæ iiſdem locis fuerunt ut plurimum exitioſæ. Ex illa vero ΔΗΜΟΥ, non ſub imberbi ſolum, ſed barbato etiam capite ſignata ſubinde effigie, ſicuti in *Antiochenſium*, *Cotyaenſium* inſuper, & *Laodicenſium* in Phrygia nummis, illuſtratur id quod ab Ariſtophane dictum alicubi, de Δήμῳ ſeu *Populo* Athenienſium, ὁ δὲ Γέρων, *Senex autem*; ubi eruditi Critici: Γέροντα δὴ πάλιν εἶπεν, ὅτι ἀρχαῖόν ἐστι τῶν Ἀθηναίων Δῆμος· *Senem autem denuo vocat, quia antiquus Athenienſium Populus*. Quo habitu proinde depictum Athenis Δῆμον, & *Democratiam* in Porticu, iuxta Theſeum, ſicut Δῆμον etiam in Curia, tradit Pauſanias: quorum illud, ut obiter id tangam, vel ex Euripidis Supplicibus lucem aliquam mutuatur, ubi pro Populi imperio contra Regum ſeu Tyrannorum dominationem differentem videas Theſeum, & inde commoda enarrantem, ὅπως ὁ

In Gaza Reg. Gall.

Jura Magiſtratuſque legunt Æn. l. 1. v. 426.

[a] Orat. xvi. p. 160.
[b] Contr. Midiam p. 357.
[c] Ibidem.

In Gaza Gallor. Reg.

Lib. x. Epiſt. 85. & 111.

Equit. p. 322. Schol. Ibidem.

Lib. 1. p. 5. b.

Suppl. v. 443. ΔΗΜΟΣ ἀνθίστης χθονὸς, *ubi autem* POPULUS *princeps* seu *Dominus est terræ.* Illo cæteroquin Γέροντος nomine, Γερουσίαν *Senatum* designari continuo liquet; sicut in nummo Collegii Parisiensis Claromontani, IEPAΠOΛEITΩN ΓEPOYΣIA *Hierapolitarum*, in Phrygia nempe, *Senatus* seu *Seniorum Collegium*, prout vox ea Γερουσίας a Vitruuio, & a Liuio præterea, uti mox videbimus, redditur: eoque habitu cæteroquin, quo Dio Cassius depingi vulgo Γερουσίαν tradit. Ita in lapidibus quandoque, ut in Oxoniensibus marmoribus, τῶν ἐκ Γερουσίας Μαγνησίων, *eorum, qui e Senatu Magnesiæ*; & apud Euripidem, ἡ Γερουσία Φρυγῶν, *Phrygum Senatus* seu *Seniores*. Immo ut IEPA BOYΛH paullo ante, sic IEPA ΓEPOYΣIA legitur in inscriptione Eelusinia apud Cl. Sponium. Quæ tamen ΓEPOYΣIA, tanquam peculiare aliquod *Seniorum consilium*, & BOYΛH, distinguuntur subinde in antiquis id genus eiusdem urbis monumentis; sicut in inscriptione *Sardiana* ab eodem Sponio, sed ante a doctissimo Reinesio, diuulgata, H BOYΛH KAI O ΔHMOC KAI H ΓEPOYCIA, *Curia, & Populus, & Seniorum Collegium*; quibus addi potest Dio in [a] secunda Tarsica. Hinc iisdem *Sardibus*, ac unde memorata modo inscriptio illustratur, apud [b] Vitruuium, *Seniorum Collegium*, & Romanis litteris *Gerusia*, de ipsa domo iis ad inhabitandum data: *Croesi domum, quam* SARDIANI, *ciuibus ad requiescendum ætatis otio,* SENIORUM COLLEGIO GERUSIAM *dedicarunt*. Adde, de *Sanctiori Seniorum* apud Carthaginienses *Consilio*, seu IEPA eorum ΓEPOYΣIA, & a Βουλῇ seu *Senatu* quodammodo distincta, Liuium: [c] *Oratores ad pacem petendam mittunt triginta* SENIORUM *principes: id erat* SANCTIUS *apud illos* CONSILIUM, *maximaque ad ipsum* SENATUM *regendum vis*. Tres vero memoratos paullo ante nummos, quod attinet: priorem nempe *Bageorum*, in eo utique IEPA BOYΛH, cum laureato mulieris capite; in auersa, EPMOC, notus Lydiæ fluuius, qui in aliis etiam illius tractus oppidorum nummis, uti *Saittenorum*, *Temnitarum*, & *Smyrnæorum* signatur, addito autem loci nomine, BAΓHIΩN. Alter *Trallianorum*, hinc cum diademate reuincti capitis imberbis effigie, & inscr. IEPOC ΔHMOC in altera parte Vas ingens, solitum ludorum præmium, & voces TPAΛΛIANΩN ΠYΘIA. uterque autem nummus Regiæ Gallorum Gazæ, & ineditus hactenus. Tertius IEPAΠOΛITΩN in Phrygia, cum laureato & senili capite, ac inscriptione ΓEPOYCIA. in auersa vero vir equitans seu Cabirus cum elata Bipenni, ab eximio Morello in Specimine, e Museo præstantissimi Baudelotii iam diuulgatus; quemque in Collegio Claromontano exstare monuerat eruditissimus Harduinus. Quos autem tres nummos iuuabit hic uno obtutu Lectori conspiciendos dare:

Lib. LXVIII. p. 771.

Pag. 12. P. 1. Rhes. v. 400.

Itin. T. III. p. 141. P. 11.

Miscell. p. 317. Syntagm. pag. 508.

[a] οὐχ ὡς πρώην χωρὶς ἦν ὁδῆμος, ἡ χωρὶς ἡ βουλὴ, καὶ ὧν ἔτι καθ' αὐτὰς οἱ γέροντες.

Orat. XXXIV. p. 418. 419.

[b] Lib. IV. c. 8.

[c] Lib. XXX. c. 16.

Pag. 240.

Num. Urb. III. pag. 110.

E quibus

E quibus, ut hoc inſuper addam, prior nummus BAΓHIΩN, non ut idem a laudato modo Harduino profertur, BAΓHNΩN, eſt inſcriptus; prout conſtat ex illius ectypo mihi a Regiæ Gallorum Gazæ peritiſſimo ac humaniſſimo cuſtode Oudineto, cum nonnullis aliis, quas ab eo petieram, haud vulgarium nummorum iconibus, opportune tranſmiſſo; quique non BAΓHNΩN, vel ut conieceram, nummo haud viſo, BAΓAIΩN, ſed BAΓHIΩN omnino in eodem legi adſeruit. Βάγη nempe urbs Lydiæ, cuius mentio fit, quod iam vidit Harduinus, in notitia Eccleſiarum Antiqua; a qua autem, iuxta ſolemnem locorum id genus typum, ut ab Ἄρκη, Βάζκη, Δάφνη, Δίκτη, & ſimilibus, Ἀρκαῖος, Βαζκαῖος, Δαφναῖος, Δικταῖος, ſic Βαγαῖος factum ſtatuere licuit. Verum, quum haud una fuerit ratio formationis id genus Gentilium, de qua alibi accuratius agendi erit locus, ſicuti ſimilis urbium terminationis exempla id euincunt, ut Δίῤῥη, Μέμφη, Σίδη, a quibus Gentile, iuxta eundem Stephanum, alioſque factum Διῤῥίτης, Μεμφίτης, Σιδήτης, non Διῤῥαῖος &c. ita iuxta receptam Ἐθνικῶν id genus varietatem, fidem omnino meretur hic nummus, in quo loci Gentile, non BAΓAIΩN, vel BAΓHNΩN, ſed BAΓHIΩN effertur. Quamquam, quod diſſimulare non licet, occurrat alius eiuſdem urbis ſub Geta nummus, idemque in Iconum e nummis Appendice, Græcorum ſub Imperatoribus Numiſmatum, quam adornauit Cl. Vaillant recenſioni præmiſſa depictus, ac dein etiam inter Getæ nummos deſcriptus, cum nomine BAΓHNΩN. Quæ an vera ſit & genuina nummi, qui in illuſtris Foucaultii cimeliarchio exſtare ab eo dicitur, ſcriptura; aut ea forte ad eruditi Harduini fidem tradita; cum eidem celebri antiquario, tum inſigni illius penus nummariæ cuſtodi Antonio Galland, lubenter diiudicandum relinquimus. Ad priores autem illos nummos, qui BOYΛH, ſeu, ut hic *Bagæorum*, IEPA BOYΛH inſcribuntur, referri itidem debent duo inſignes omnino *Tarſi* & *Anazarbi* in Cilicia, & quos alibi haud ita pridem expendi ac illuſtraui, nummi KOINOBOYΛAION inſcripti.

Hard. Ind. p. 86.

Pag. 13. Ult. Ed. Amſtel. in fine Geograph. a S. Paulo.

Num. Græc. Impp. p. 117.

Orbis Roman. p. 419. &c.

Neque vero, & quod præteriri hic inſuper non debet, etſi ſuperiora iam ſatis, ut opinor, id redarguant, ΔHMOC & IEPOC ΔHMOC, ſignati in nummis Græcarum id genus urbium, quod exiſtimabat vir de hiſce cæteroquin ſtudiis præclare meritus,[a] ad *Populum Romanum* referri ullatenus debent: haud magis quam in aliis BOYΛH, vel IEPA BOYΛH, ad *Senatum Romanum*. Dicta quidem ſubinde Græcorum more, a Græcis quoque Romanarum rerum ſcriptoribus, uti [b] a Dione Caſſio, Βουλὴ de Romano *Senatu*: & ſimiliter ἄνασσα βουλή, de eodem, ut præterea obſeruo, in Græca [c] Regillæ inſcriptione, eaque ligato ſermone, & cum præmiſſo illo ἄνασσα, ſeu *dominæ* aut *Reginæ* elogio, quo eadem *Bule* continuo ab omnibus aliis ita vulgo dictis ſecerneretur: prout iſtud a viro ſummo moneri ibidem debuit Ab Athenæo vero dici alicubi videas, unde prius illud poſſet utcunque adſtrui, [c] οἰκουμένης δῆμον, τὴν Ῥώμην *orbis populum, Romam*. Neque tamen inde ſolo ΔHMOY, vel IEPOY ΔHMOY nomine ſignatus legitur in publicis olim Græcorum monumentis Romanus Populus, ſed ΔHMOΣ PΩMAIΩN. Cuius rei, ut alia mittam, fidem utique faciunt duo Græci nummi; unus Neronis in hoc ipſo Cl. Patini opere conſpicuus, in quo figura ſignata dextra ſcipioni innixa, ſiniſtra cornucopiæ tenens, cum inſcriptione, ΔHMOΣ PΩMAIΩN. Nollem vero virum vetere amicitia, & aliqua horum ſtudiorum communione mihi, dum viueret, coniunctum, hæſiſſe hic, ad quem *Populum Romanum* referri

Senatus & Populus Romanus, quomodo in Græcis nummis deſignantur.

a Patin. Num. Impp. pag. 6.

b Τῇ δὲ δὴ βουλῇ, *Senatoribus autem* Lib. LIII. p. 505.

c Inſcr. Regill. ed. Salm. p. 81. Lib. I. pag. 20.

Num. Impp. p. 91.

ferri deberet idem nummus; quia Græca scilicet erat eius inscriptio, indeque eum Byzantii in Thraciæ parte, quæ *Romania* dicitur, ac unde Constantinopolitani dicti fuerint *Romæi*, signatum statuisse. Sed parcendum hic viri præstantis manibus; nec opus utique, ut tali huic coniecturæ, quæ excidit eidem ad hæc minus tum adtento, pluribus refellendæ nunc immoremur. Alter vero nummus, cum Græco itidem ac integro *Populi Romani* nomine, a
Not. pag. 307. doctissimo Holstenio adducitur ad Stephanum, quemque sibi ab illustri Daniële Heinsio (ni potius id a Nicolao filio sit factum) ostensum refert, in quo circum caput muliebre laureatum, ΙΕΡΑΝ ΣΥΝΚΛΗΤΟΝ ΣΥΝΝΑΔΩΝ, in aversa autem, circum figuram mulieris stolatæ ΔΗΜΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ· ut ita in eodem nummo, suam cum erga *Senatum*, tum erga *Populum Romanum*, venerationem testati simul fuerint hi Phryges *Synnadenses*. *Senatus* enim Romani, ut notum, & qua de re mox, obuia illa ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ, & in
Vaillant. Num. Græc. Impp. pag. 14. hac ipsa nummorum supellectile, appellatio. Exstat vero, quod præterire hic non licet, descriptus in Claudio a celebri Antiquario, e museo ciuis Bononiensis nummus, in quo ΔΗΜΟΣ ΡΟΜΑΙΩΝ, *Populus Romanorum* Anno XIII. sed quo non *Romanos*, verum *Alexandrinos*, qui se ipsos ita nuncupent, & quidem auctore eius rei M. Antonio, designari obseruat vir eximius. Quod tamen alienum puto, & ad *Populum Romanum* ibi omnino respici, pro testato abunde pluribus nummorum vel lapidum monumentis, & sub Cæsarum quidem imperio, aliarum Romani imperii ciuitatum in eundem populum cultu. Neque alibi ab *Alexandrinis* usurpatum *Populi Romanorum* nomen, e priscis eorum monumentis probari posse arbitror, aut fit verisimile. Hæc autem firmat itidem ac illustrat adlata a Cl. Sponio inscriptio, a
Itin. Tom. III. pag. 196. Populo *Laodicensium* in honorem *Populi Romani* dicata: Ο ΔΗΜΟΣ Ο ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΛΥΚΩΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΤΟΝ ΓΕΓΟΝΟΤΑ ΣΩΤΗΡΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ, *Populus Laodicensium Ad Lycum, Populum Romanum. Qui Exstitit Servator & Benefactor.* Dicti nempe ibi Λαοδικεῖς πρὸς Λύκῳ, *Laodicenses*, vel ut in libris Iurisconsultorum & Imperatorum Constitutionibus, *Laodiceni*, iique *Ad Lycum* Phrygiæ fluuium; ad discrimen aliorum in Syria *Laodicensium* ΠΡΟΣ ΛΙΒΑΝΩ, vel ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ, *Ad Libanum*, vel *Ad Mare* in aliis insignibus nummis. Solis cæteroquin, ut superiora arguunt, ΔΗΜΟΥ, vel ΙΕΡΟΥ ΔΗΜΟΥ in nummis Græcarum id genus urbium nominibus, designatus demum earundem *Populus*, seu democratica, quæ tum in iis obtineret, Reipublicæ forma; sicuti in aliis ΒΟΥΛΗ, & ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ, notant, quod supra iam innui, *Curiæ*, seu *Publici Consilii* iisdem in locis præcipuam auctoritatem, ac aristocraticum quoddam seu optimatum regimen. Adde, quod utriusque etiam tam ΒΟΥΛΗΣ, quam ΔΗΜΟΥ, quandoque fiat in eodem nummo commemoratio; uti in adducto iam ante nummo, quo *Curiæ* & *Populi Nicomediensium* restituta traditur inter se *Concordia*. Quo spectat alioquin, & qui hanc ΔΗΜΟΥ in nummis id genus appellationem, de *Populo* earundem Græcarum urbium dictam luculenter arguit; Domitiani quidam nummus a *Smyrnæis* cusus, & in Gazam Gallorum Regiam illatus; ubi, cum ante plures annos in eadem Regia agerem, iuxta alios tum Smyrna itidem aduectos, est a me continuo visus: in quo, circum duas figuras viriles iunctis manibus, legebatur ΔΗΜΟC CΑΡΔΙΑΝΩΝ ΔΗΜΟC CΜΥΡΝΑΙΩΝ, *Populus Sardianorum*, *Populus Smyrnæorum*: ad resarcitæ nempe inter illas duas Lydiæ Joniæque urbes concordiæ fidem faciendam.

De

2. *De variis Prouinciarum Romanarum* RECTORIBUS *in Nummis Græcis.*

Neque vero in commemorandis ſolum propriis Magiſtratibus, aut eo, quod tum apud eos obtineret, Optimatum vel Populari regimine, hi, de quibus agimus, Græcarum urbium nummi immorantur: ſed inſuper, quibus ſub Romanorum imperio, RECTORIBUS eædem obtemperarent; quoue præterea, non obſequio duntaxat, ſed cultu & religione, *Romam* ipſam, *Senatum*, ac *Imperatores* proſequerentur, teſtatum reliquerunt. Hinc, prius quod adtinet, ex ea nummorum id genus penu, nec aliunde quandoque docemur, quænam ex iiſdem ciuitatibus, *Proconſulum, Legatorum Proprætore* vel *Auguſti, Præſidum* proprie dictorum, *Præfectorum* etiam imperio parerent. Ita plures *Achaiæ, Aſiæ, Bithyniæ, Cypri*, ac *Ciliciæ*, etiam ſignati in variis earum prouinciarum nummis ΑΝΘΥΠΑΤΟΙ ſeu *Proconſules*; nonnulli quoque ex iis, de quibus aliunde non conſtaret. Quomodo etiam ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙ, & quandoque ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΙ ΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, *Legati, Et Legati Proprætore Auguſti* occurrunt in nummis *Cappadociæ, Galatiæ*, & interdum *Thraciæ*; ſicut hanc quod adtinet, in nummo Hadriani ΒΙΖΥΗΝΩΝ, qualem vidi olim in Gaza Chriſtinæ Reginæ, & qualis etiamnum exſtat in Medicea, a me olim in ſuperiori editione huius operis, ſed alio loco iam adductus & deſcriptus, ΕΠ. ΕΙΤΕΙ ΡΟΥΦΟΥ ΠΡΕC. ΚΑΙ ΑΝΤΙ. ΤΟΥ CΕΒΑC. ΒΙΖΥΗΝΩΝ, *Sub Itio Rufo Legato Et Proprætore Auguſti, Bizyenorum.* Quo referri itidem debent plures illi *Syriæ* Rectores, qui a primis Cæſaribus, ad regendam illam prouinciam, quæ inter Cæſaris prouincias, non vero Populi, ut vel ex [a] Strabone ac [b] Dione Caſſio liquet, erat relata, ac inde ſub *Legatorum Proprætore* vel *Auguſti* nomine eidem præerant, miſſi, ſolo tamen nomine deſignantur in uariis *Antiochenſium*, tanquam, prouinciæ metropoleos, nummis, ſub Auguſto, Tiberio, Claudio, Nerone, Galba; ut *Varus, Silanus, Flaccus, Petronius, Caſſius, Ceſtius, Quadratus, Minucianus.* Quantum vero inde lucis ad hiſtoriam & annales illorum temporum, maxime in rebus Judaicis, a Chriſti Seruatoris Natali ad gentis illius excidium, vel ex impenſa ea m in rem a duobus doctiſſimis viris opera, Cardinali Noriſio, & Antonio Pagi in Critica Baroniana, eruditis conſtat; & qua de re nos alibi quoque. Accedunt, quæ ex iiſdem nummis, cum dictis *Proconſulum* aut *Legatorum Proprætore* vel *Auguſti* nominibus, eruuntur, factæ ſubinde id genus prouinciarum Cæſaris & Populi, quod agnoſcit etiam Dio, permutationes; ſed quod non eſt iam huius loci. *Præſidum* vero proprie dictorum, ſeu eodem ſenſu, (non quo vulgo pro *Rectoribus* in genere vox ea ſumitur) quo ΗΓΕΜΟΝΩΝ etiam apud Græcos, obuia in nummis urbium Thraciæ exempla, ut *Anchiali, Auguſtæ Trajanæ, Byzantii, Hadrianopoleos, Marcianopoleos, Pautaliæ, Perinthi, Philippopoleos, Plotinopoleos, Traianopoleos. Præſidialis* proinde iis temporibus *Thracia*, ſicut *Alpium* prouinciæ, *Aquitania, Corſica, Dacia, Dalmatia*, aliæque in marmoribus antiquis: pro nota nempe prouinciarum Populi Romani, ſed qua de re nos plenius alibi, in *Proconſulares, Prætorias*, & *Præſidiales*, cuius meminit in Alexandro Seuero Lampridius, diuiſione. *Præfectorum* vero ſeu Ἐπιτρόπων, qui ſubinde extra ordinem a Romanis miſſi, ad ordinandas Græcas in Aſia urbes, mentio quoque occurrit in his nummis; ut in *Ger-*

[a] Lib. XVII. p. 840.
[b] Lib. LIII. pag. 540.
In Diſſert. de Epoch. Syr. Maced.
Ut ſupra.
Cap. XXIV.

menon Helleſponti nummo ſub Seuero, quem e muſeo Franc. Gottifredi, ad Stephanum adduxit doctiſſimus Holſtenius, ſed minus accurate, ni mendum ſit typographicum, ΕΦΙΣΤΑΤΟΥ pro ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ, ut in eodem, qui poſtea cum tota Gottifredi Gaza ad Reginam Chriſtinam tranſierat, adnotare mihi licuit. Unde Dio Cocceianus illuſtratur, qui docet ſe *a Macrino Smyrnæ & Pergami Præfectum conſtitutum*, ἧς ὥσπερ (nempe τῆς περγάμου) καὶ τῆς Σμύρνης προσαχθεὶς ὑπὸ τῶ Μακρίνου ΕΠΙΣΤΑΤΗΣ. Quomodo alioquin ſub Seuero, quidam Annius *Pergamenorum* Ἐπιστάτης traditur, in nummo, maximi, ut aiunt, moduli Gazæ Mediceæ, inſcripto, ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ ΤΕΜ. ΑΝΝΙΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, quod de *Præfecto Templi Annio* interpretabatur eruditus Gazæ illius olim cuſtos, ac memoratus iam ante, P. Fitton Anglus.

Not. pag. 84.

Lib. LXXX. p. 909.

3. *De cultu* ROMAE *ac* SENATUS *in Nummis Græcarum urbium.*

Eædem vero Græcorum Urbes, ſuæ in *Romam*, *Senatum*, *Imperatores*, quorum illæ imperio ac dominationi ſuberant, pietatis veluti ac religioſi cultus monumenta, publico quoque ære haud infrequenter conſignarunt. Quod in leui cæteroquin & effuſa in adulationem gente minus utique mirum videbitur; nec a Græcorum alioquin moribus aut inſtitutis, omnino alienum. Ita ROMAM, orbis caput, tanquam cœleſte aliquod Numen, ſeu *terrarum* DEAM, *gentiumque* a Bilbilitano vate dictam, diuinis honoribus, templis, ſacerdotibus, ædituis, ipſa ΘΕΑΣ ΡΩΜΗΣ appellatione, quod plures Græcorum illarum ciuitatum nummi oſtendunt, ſibi condecorandam exiſtimarunt.

Martial. lib. XII. Ep. 8.

Quo autem referendum mihi videtur illud *nomen blaſphemiæ*, quod ſeptem capitibus inſcriptum geſtaſſe legitur beſtia in ſacro Reuelationum libro, & quod Hieronymus ac Proſper ad *Urbis Æternæ* appellationem retulerunt, Romæ cum alibi, tum in nummis eius itidem familiarem. Verum cum vix ante Antoninorum tempora eadem occurrat in monumentis antiquis, quorum æuo demum templum URBI AETERNÆ erectum accepimus; longe utique probabilius, immo extra dubium meo iudicio poſitum exiſtimarem, ad illud ΘΕΑΣ nomen reſpexiſſe Sacrum Scriptorem, ROMÆ pridem, ac potiſſimum a Græcorum in Aſia urbibus, ubi agebat D. Johannes, paſſim publico velut earum cultu conſecratum; ut vel clariſſime arguunt venerandæ iſtæ veterum nummorum reliquiæ. Hinc ARA etiam ROMÆ dicata in priſcis Elogiis, & Templa ab iiſdem ciuitatibus Aſiaticis erecta, ac primum omnium a *Smyrnæis*, ut ii eo nomine ſe efferunt apud Tacitum: *ſeque primos* TEMPLUM URBIS ROMÆ *ſtatuiſſe*, *M. Porcio Conſule &c. ſtante adhuc Punica urbe.* Sic de *Alabandenſibus* in Caria Liuius: *Alabandenſes* TEMPLUM URBIS ROMÆ *refeciſſe commemorauerunt, laudeſque anniuerſarias* EI DIUÆ *inſtituiſſe.* Templa vero Romæ ſimul & Auguſto decreta, obuia res cum aliunde, tum ex vulgari nummo, cum Templi effigie & inſcriptione ROM. ET AUG. Ac unde etiam Sacerdotum Romæ & Auguſti in iiſdem mentio ΙΕΡΕΩΣ ΘΕΑΣ ΡΩΜΗΣ ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ, *Sacerdotis Deæ Romæ Et Auguſti Seruatoris.* Ut non mirum proinde, ſi ſequutis adhuc ætatibus a Claudiano, ut *Dea* ſæpe Roma inuocetur, *ô Numen amicum!* aut *Diua potens*: alibi:

Apocal. XIII. Vol. XVII. 4.

Annal. IV. 56.

Lib. XLII. c. 6.

Thes. Grut. cap. 9.

In Conſ. Prob. & Olyb. v. 126. In Eutrop. v. 176.

O DEA

O DEA, *nec legum fas eſt occurrere matri:* In VI. Conſ. Honori v. 428. Bell. Get. v. 511.

Aut cur *tonare* eidem, quod paullo ante vidimus, dicatur; alibi etiam de Urbis Templo: *Conueniunt ad tecta* DEÆ. Neque SENATUM ipſum, tanquam ſummum non Populi ſolum Romani, ſed quod addit inſuper Cicero, *populorumque & gentium omnium ac Regum conſilium*, inferiore cultu ſibi proſequendum cenſuerunt. Eundem vero erga *Senatum Romanum* Græcarum illarum urbium cultum, teſtantur etiamnum plures earum nummi, maxime minoris Aſiæ, Phœniciæ inſuper, & Palæſtinæ; in iiſque non tantum ΙΕΡΑΣ ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ *Sacri Senatus*, quod ΙΕΡΑΣ elogium de earum *Bule* ſeu *Senatu* dictum quoque ab iis vidimus; ſed ſubinde etiam de Romano Senatu olim uſurpata ΘΕΟΥ ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ, *Dei Senatus*, nomenclatio. Ita eandem *Romæ* & *Senatui* ſimul tributam exhibet *Smyrnæorum* nummus Gazæ Mediceæ, in quo hinc caput muliebre galeatum, conſuetus Romæ in hac penu nummaria typus, cum inſcriptione ΘΕΑΝ ΡΩΜΗΝ, illinc caput Apollinis, ut videbatur Gazæ illius cuſtodi Fittonio, cum diademate, ΘΕΟΝ ΣΥΝΚΛΗΤΟΝ. Quomodo ΘΕΟΙ ΣΩΤΗΡΕΣ a Rege Pruſia, ut ex Polybio & Liuio notum, in limine Curiæ ſalutati *Senatores*; & a Themiſtio alicubi dictum, ἡ Σύγκλητος, ἀγορὰ θεῶν, *& Senatus, forum Deorum.* Quo loco præterire haud licet viſum a me in Reginæ Chriſtinæ cimeliis veterem nummum, in quo hinc cum laureati & imberbis capitis effigie, ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ, illinc cum galeato Romæ capite, ΘΕΑΝ ΡΩΜΗΝ ΚΑΛΗΝ *Deam Romam Pulchram* ſeu *Præclaram.* Quem erga *Romanum Senatum* Græcarum illarum urbium cultum, teſtantur etiamnum plures earum nummi, non liberæ ſolum Reipublicæ temporibus, ſed ſub Cæſarum etiam imperio, quod ex eorundem ſcriptura & typis, immo ipſis ſubinde locorum nominibus, eſt manifeſtum, percuſſi. Quamquam Σύγκλητον etiam, non de Romano ſolum *Senatu* a Græcis dictam, ſed ad eius exemplum, de illorum *Bule* ſeu *Curia* vel *Conſilio* quandoque appellatam, liceat omnino ſtatuere. Quo referendus etiam videtur *Smyrnæorum* nummus ſub Auguſto, inſcriptus, ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ ΚΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΑ, *Smyrnæorum Sacer Senatus Et Liber.* Antiochiæ certe Σύγκλητον de illius Orientis Metropoleos *Bule* ſeu Curia dictum, docet alicubi Antiochenſis oris aurei Johannes; ubi Antiochiam non inde ſolum laudandam tradit, οὐχ ὅτι ΣΥΝΚΛΗΤΟΝ ἔχει, καὶ Ὑπάτους ἀριθμεῖν ἔχομεν, *non quod* SENATUM *habet, & Conſules numerare poſſumus.* Verum ad SENATUM Romanum omnino reſpicere illas ΙΕΡΑΣ ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ, in plurimis Græcarum urbium nummis inſcriptiones, eaſque Cæſarianorum etiam temporum, aliunde conſtat, & quidem ex alio eorundem *Smyrnæorum* nummo Tiberii temporibus percuſſo, quique exſtat in Gaza Gallorum Regia, in quo ΣΕΒΑΣΤΗ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΙΕΡΟΝΥΜΟΣ *Auguſta*, (nempe *Liuia*) *Senatus Smyrnæorum Hieronymus*, urbis nempe Prætor vel Prytanis, ſignatis ibidem *Liuiæ* Auguſtæ & Romani *Senatus* capitibus; in auerſa autem parte Templum, & inſcriptio, ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙΟΥ *Auguſtus Tiberius Sub Petronio.* Qui autem inſignis *Smyrnæorum* nummus, illinc cum *Liuiæ* & *Senatus*, hinc cum *Tiberii* mentione, præclare certe illuſtrat, quæ apud Tacitum leguntur de certamine ciuitatum Aſiæ in ſtatuendo Templo *Tiberio, Matrique eius ac Senatui*, & prælatis inde,

In V. Conſ. Stil. v. 227.

Pro Domo c. 73.

Exc. Legat. XCVII. Lib. XLV. c. 1.

Orat. XLII. p. 138.

Chryſoſt. Serm. XXIV. in Eſa. Tom. V. ed. Savil.

Annal. IV. c. 15.

Ibid. cap. 56.

inde, quod alibi indicat, iisdem Smyrnæis: quam proinde victoriam, & Templi dedicationem proditam posterorum memoriæ voluerunt. Unde insuper elucescit, ac ipso facto probatur Tiberii moderatio, qua de admisso eiusmodi Templo, decreto ab urbibus Asiæ, in hunc modum alibi loquebatur: *placitum iam exemplum* (Augusti scilicet) *promptius secutus sum, quia cultui meo* SENATUS *veneratio adiungebatur.* Quomodo etiam exstat *Ilienſium* nummus in Reginæ Christinæ & Regiæ Gallorum thesauris, in quo hinc auersa *Augusti* & *Caii Caligulæ* capita, illinc Pallas inter Romam & Senatum media, ac epigraphe ΘΕΑ ΡΩΜΗ ΙΕΡΑ ϹΥΝΚΛΗΤΟΣ, *Dea Roma, Sanctus Senatus.* Quæ cæteroquin SANCTI seu SACRI appellatio ideo haud male amplissimo ordini conuenire videbatur, quod Senatus, ut aliunde notum, haberi non potuit, nisi in Templo & loco per Augures consecrato.

Ibid. cap. 37.

Cur Senatus *diuinis honoribus a Græcis cultus,*

Quamquam veram caussam tam honorificæ appellationis, vel DEI, vel SACRI SENATUS, passim a Græcis aut Asiaticis nuncupati, signati etiam publicis eorum monumentis, addita etiam dedicatione sacrarum ei Ædium, eruere liceat ex Polybio; qui tradit Senatum Romanum in præcipua veneratione fuisse apud Græcos & Reges Barbaros, quod solo eius nutu res Romanas regi existimarent, ita ut mere Aristocraticam, sicut innuit etiam alicubi Aristides, iudicarent formam Reipubl. Romanæ. Unde Nabis Laconum Tyrannus Flaminium compellans apud Liuium, & loquens de Lycurgo: *noster legumlator non in paucorum manu Rempubl. esse voluit, quem vos* SENATUM *appellatis.* Hinc idem Polybius in Excerptis, tradit omnes Asiæ populos Romam Legatos misisse, cum spes suas omnes in Senatu haberent sitas; hoc est iuxta Tullium, *Regum, populorum, nationum portus erat & refugium Senatus:* & in adductis paullo ante verbis, *summum Populi Romani populorumque omnium ac Regum consilium Senatus.* Idem alibi de illa Senatus auctoritate apud exteras gentes: *quæ nisi grauis erit apud socias & exteras nationes, ubi erit imperii nomen & dignitas?* Opinio autem illa & fiducia inde profecta, quod penes Senatum ius viderent mittendarum legationum, aut cum exteris legationibus Romam missis agendi; Pacis conciliandæ, aut belli indicendi; de reditibus præterea, aliisque impensis statuendi, ut innuit eodem loco supra adlegato grauissimus auctor Polybius. Quibus adiungere liceat hæc eiusdem Tullii de Deiotaro: *is Rex, quem Senatus hoc nomine sæpe honorificentissimis decretis appellauisset, quique illum* ORDINEM *ab adolescentia grauissimum* SANCTISSIMUMQUE *duxisset.* Eam vero *Senatus* auctoritatem non ideo plane sub Cæsaribus in prouinciis Romani imperii imminutam aut abolitam, inde quoque licet statuere; quod de earundem commodis aut controuersiis ad Senatum adhuc referretur; ibi earum legationes, aut querelæ de vicinis gentibus, aut de ipsis populi Romani magistratibus audirentur; & de præmiis aut pœnis, quæ meriti iidem forent, decerneretur. Quomodo nempe id a Nerone, sub initium principatus, prouisum refert Tacitus: *teneat antiqua munia* SENATUS, *Consulum tribunalibus Italia, &* PUBLICÆ PROUINCIÆ *adsisterent. Illi Patrum aditum præberent.* Quod exemplum sequuti, & diuturniore quidem ac salubriore instituto, moderati quique Imperatores, Traianus, Hadrianus, Antoninus Pius, Pertinax, Alexander Seuerus, aliique; quos Senatui summa omnia detulisse tradunt in Traiani Panegyrico Plinius, & in aliorum vitis Spartianus, Capitolinus, Lampridius. Immo prout Tacito

Lib. VI. c. 11.

Orat. in Romam p. 389.

Lib. XXXIV. c. 31.

Exc. Legat. XXV.

De Offic. lib. II. cap. 8.

Pro Domo c. 73.

In Verrem IV. cap. 25.

Lib. VI. c. 11.

Orat. pro Deiotaro cap. 3.

Annal. XVI. cap. 4.

ad

ad imperii faſtigium ab ampliſſimo Ordine euecto, decretum ab eodem apud Vopiſcum legitur: *Mitterentur præterea litteræ ad prouincias, ut ſcirent omnes ſocii, omneſque nationes, in antiquum ſtatum rediiſſe Rempublicam, &* SENATUM *principes legere, immo ipſum principem factum: leges a* SENATU *petendas; Senatui ſupplicaturos: pacem ac bella* SENATU *auctore tractanda.* In Tacito cap. XII. Accedit, quod illa ΙΕΡΑΣ vel ΘΕΟΥ ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ *Sacri* vel *Dei Senatus* appellatio, ut id paullo ante iam monui, frequentius occurrit in nummis urbium Proconſularis Aſiæ. Notum autem, quod iuxta Auguſti diuiſionem, qua nempe aliæ prouinciæ in Cæſaris, aliæ in Senatus Populique Romani poteſtate ſunt relictæ, e poſteriorum genere fuerit Proconſularis Aſia: ut proinde peculiari cultu & obſequio ſibi colendum Senatum, cuius annuo magiſtratu regebantur, illius proninciæ urbes continuo exiſtimarent. Unde factum iam adſequimur, cur DEUS vel SACER SENATUS ab obnoxiis Regibus dictus, ſicut a ciuitatibus, & cum ante, tum etiam aliquamdiu, poſt dominationem Cæſarum, in earundem nummis ſignetur. Qua ratione & DEOS vocat Senatores ætuo adhuc ſuo Claudianus:

En quales memini, turba verenda, Deos: VI. Conſ. Honor. Præf. v. 24.

Et SACER ORDO etiam appellatur a Theoderico apud Caſſiodorum: *conſtat eum de ſe præſumere, qui &* SACRI ORDINIS *cœpit faſtigia præuenire:* & SACER SENATUS itidem, ut in ſuperioribus nummis, apud Juuenalem: Var. lib. XIV. cap. 25.

Coniugium quæras, vel SACRI *in parte* SENATUS
Eſſe velis. Satyr. XI. v. 29.

Hinc & Apologeticum Juſtini inſcriptum, Imperatori Καὶ ἱερῷ τῷ Συγκλήτῳ *Sacroque Senatui* &c. Immo iam olim Horatius, *Patrum* SANCTO CONCILIO. Lib. I. Od. 5.

Ipſos autem CÆSARES, ceu ſupremos rerum dominos, aut præſens aliquod Numen, nemo mirabitur opinor ab illa adulatrice Græcorum gente, non fato ſolum functos, ſed adhuc ſuperſtites, diuinis honoribus ac appellationibus itidem cultos. *De ſimili Cæſarum apud Græcos cultu.* De AUGUSTO quidem notum, quod a Tranquillo traditur: *Templa, quamuis ſciret etiam Præconſulibus decerni ſolere, in nulla tamen prouincia, niſi communi* SUO ROMÆQUE *nomine recepit: nam in urbe quidem pertinaciſſime abſtinuit.* In Auguſto cap. LII. Qua de re autem paullo aliter Tacitus, dum inter alia quæ prudentes in Auguſto arguerent, tangit: *nihil* DEORUM *honoribus relictum, cum ſe* TEMPLIS & EFFIGIE NUMINUM, *per Flamines & Sacerdotes coli vellet.* Annal. I. c. 10. Quod firmat etiam Victor Schotti, ac de eodem Horatius:

Præſenti tibi maturos largimur honores,
Jurandaſque tuas per nomen ponimus aras. Lib. II. Epiſt. 1. v. 15.

Quam tamen DEI vel DOMINI etiam appellationem, ſibi præſenti tribui paſſum haud eſſe Auguſtum tradit Philo, neque tamen collatos ſibi ubique diuinos honores recuſaſſe, ut venerationem pararet imperio. Legat. ad Cajum p. 114. Seruius autem ad

illud Poëtæ de eodem Augusto: *Namque erit ille mihi semper Deus*: notat. *Id est & post mortem, & dum viuit. Alii Imperatores post mortem in numerum referunt Deorum: Augustus Templa viuus meruit.* Hinc ab Appiano idem Augustus, post finita bella ciuilia dicitur *oppidatim inter Deos tutelares consecratus*, ἐς αὐτὸν αἱ πόλεις τοῖς σωτῆρσι θεοῖς συνηδρύοντο. Unde non pauci Asiaticarum ciuitatum & Coloniarum obuii adhuc nummi, cum ΘΕΟΥ & DEI appellatione in honorem Augusti. Ab Asianis certe, nempe Proconsularis Asiæ, *Pergami*; & a Bithynis *Nicomediæ* eum Templa sibi fieri permisisse tradit Dio: fidemque adhuc faciunt præclari *Pergamenorum* nummi sub eo principe percussi, in quibus stat Augustus in Templo tetrastylo, circum autem ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΙ ΘΕΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ, *Pergameni Deum Augustum.* Inter plures autem id genus nummos Græcarum ciuitatum, qui ΘΕΟΥ appellationem Augusto tribuunt, adductus a me olim, quem in Collegii Claromontani museo videram, & ab eruditissimo Harduino, eius hodie custode, dein memoratus, *Amphipolitarum* in Macedonia nummus, cum inscriptione ΘΕΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, *Deus Cæsar Augustus.* Adde *Sidoniorum* in Phœnicia nummum in manuscriptis Goltzii libris, qui in Cimeliarchium Gallorum Regium, dum in ea Regia, ante plures annos agerem, sunt illati, in quo ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΗ ΘΕΑ, *Augustus Deus Augusta Dea*, cum Augusti & Liuiæ capitibus. Ita eadem LIUIA in nummo *Mytilenæorum* ac TIBERIUS filius, eadem *Deæ* ac *Dii* appellatione ornati, ΙΟΥ· ΘΕΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΜΥΤΙ. *Julia Dea Augusta Mytilenæorum*, illinc ΤΙ. ΘΕΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΜΥΤΙ. *Tiberius Augustus Mytilenæorum.* Quo simili ΘΕΟΥ & ΘΕΑΣ elogio, GERMANICUM & AGRIPPINAM conjugem, prosequuti sunt iidem *Mytilenæi*, ut videre licet in Græco eorum nummo apud Cl. Vaillant. Haud aliter ac idem GERMANICUS & frater DRUSUS, dicuntur in alio nummo, ΚΑΙΣΑΡΕΣ ΚΑΙ ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ *Cæsares Et Juniores Dei Philadelphi*; in auersa autem area, ΕΠ ΓΑΙΟΥ ΑΣΙΝΙΟΥ ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ, & in corona quercea, ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ, ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ, *Sub Caio Asinio Pollione, Proconsule, Sardianorum Commune Asiæ*

Ad Ecl. 1. v. 7.

Bell. Civ. l. V. p. 746.

Lib. LI. pag. 456.

De Num. Urb. Ill. p. 39.

Num. Græc. Impp. p. 10.

4. *De variis* Juribus & Priuilegiis *urbium, quæ in Græcis earum Nummis signantur.*

Neque vero minus ad ciuilem Græcarum id genus in Europa Asiaue urbium administrationem aut iurisdictionem adtinet, consignata itidem in pluribus & insignibus earum nummis, præcipuorum quorundam *Jurium* aut *Dignitatum*, quibus illæ fruerentur, memoria. Quo spectant proinde illæ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ & ΠΡΩΤΗΣ, *Metropoleos* & *Primæ*, tum ΙΕΡΑΣ vel ΑΣΥΛΟΥ, vel ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ, vel ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, vel ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ, vel ΚΟΙΝΟΥ gentis aut ΚΟΙΝΟΒΟΥΛΙΟΥ, ΝΕΩΚΟΡΟΥ, ΚΟΛΩΝΙΑΣ præterea, *Sacræ* nempe, *Asyli* seu *Inuiolati soli, Liberæ, Suis Legibus, Nauarchidos* seu *Classicæ, Communis, Communis Concilii, Ædituæ, Coloniæ*, & ex iis etiam aut magna eorum parte coniuncta subinde in antiqua illa Græcorum nummorum penu elogia & appellationes. Quibus nempe se passim efferunt in publicis illis nummorum monumentis plurimæ, neque unius gentis aut prouinciæ Romani orbis ciuitates. Quæ autem singula eo magis adtendi in

iis

iis merentur, quod magna earum rerum pars ſit aliunde ferme ignota, ac de iis inde nobis demum conſtet: eadem autem ad interiorem ciuilis eorundem locorum regiminis notitiam, & Romani imperii formam penitius indagandam: adde, ad interiorum litterarum, ſubinde etiam Eccleſiaſticarum, facem ac illuſtrationem, haud parum utique conferant. De ſingulis autem illis, quæ modo commemorauimus, contentis in ea præſtantium nummorum penu *iuribus* vel *priuilegiis*, non agimus hoc loco: quæ peculiarem utique nec protritam omnino operam flagitant; de quibus proinde agetur alibi a nobis, & in proceſſu huius operis, Deo adnuente, opportunius. Ut mittam, quod earum tractatione alibi ex parte ſim iam defunctus; ſicut de *Metropolibus* ac *Primatu* id genus urbium, peculiari ad celebrem Ulpiani de Aſiæ Proconſularis Metropolibus commentatione nec dum diuulgata; nuper vero ad aliam eiuſdem Ulpiani legem, ſeu verius Antonini Caracallæ conſtitutionem, de ciuitate omnibus in orbe Romano data, editis Exercitationibus: ubi de toto illo *liberarum* & *ſuis legibus* utentium ſeu Ἀστυνόμων in imperio Romano gentium vel ciuitatum iure, quæque eius ratio potiſſimum foret, haud indiligenter egimus; eamque rem e nummis id genus Græcorum antiquis, a liberæ Reipublicæ temporibus, ad Conſtantinianeum æuum, explanatam ac illuſtratam ibidem dedimus. Unde continuo haud leue nummorum id genus beneficium licuit agnoſcere; quorum opera, quæ Romanæ, in ſubiectis cæteroquin Romano imperio urbibus aut populis, iuriſdictionis ratio vel diuerſitas fuerit; quæ ex iis Romanarum legum ſubierant iugum, aut quæ ab eo remanſerint liberæ & exemptæ; liquido & publicarum velut tabularum fide comprobatur.

5. *De* Fœderibus, Societatibus & Concordia *in Græcarum Urbium nummis.*

Quo referri itidem debent, tradita in eadem Græcorum nummorum penu urbium id genus *Fœdera, Societates,* renouata cum vicinis non ſolum, ſed cum diſſitis etiam ſubinde populis vel ciuitatibus, *Concordia*; nempe ΚΟΙΝΩΝΙΑ, ΟΜΟΝΟΙΑ, adde & ΠΙΣΤΙΣ. Cuius nempe ΠΙΣΤΕΩΣ, ſeu illius, qua ſe *in fidem populi Romani dare* olim urbes aut gentes deuictæ, ac ſponte etiam nonnunquam, dicebantur; cuiuſque rei rationem ac momenta tradidit alicubi Polybius, exempla nobis ſuppeditant veteres Græcorum nummi. Talis eſt *Commagenorum* ſeu Euphratenſis Syriæ in præſtantiſſimi Morelli ſchedis a me olim, & ab erudito Auctore urbium e nummis illuſtratarum, qui eius quoque meminit, ibidem, ut opinari licet, viſus: in quo Ancora & nomen ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ, illinc duæ Manus iunctæ cum Caduceo, circum ΠΙCΤΙC, *Fides.* Quam in rem exſtat quoque, ut obſeruo, dignuſque qui penitius noſcatur, apud Goltzium nummus: in quo hinc, ut patebit ex ſequenti eius icone, caput Iouis barbatum, ſummi Fidei fœderibus ſanctæ aſſertoris ac vindicis, & quam inde in Capitolio vicinam Iouis Optimi Maximi eſſe voluerint, ut e Catone obſeruat in Officiis Cicero, veteres Romani; illinc vero Roma ſedens clypeo innixa, cum duobus iaculis, cuius autem capiti dextram vel coronam imponit mulier ſtans & ſemicincta, circum ΡΩΜΗ ΠΙΣΤΙΣ, infra ΛΟΚΡΩΝ, in medio ΝΕ. *Roma, Fides, Locrorum Neocororum.* Quem autem nummum, non ad *Locros* Magnæ Græciæ *Epizephyrios,*

Exc. Legat. XIII.

Harduin. pag. 25.

Magn. Græc. Tab. XXVII.

Lib. III. cap. 29.

iuxta

Num. Urb. Ill. pag. 198. iuxta Goltzium, ſed Græcos potius ſpectare bene iam vidit vir eruditiſſimus Harduinus: nempe, ut hoc addam, ad Græcos Ozolas Ætolis finitimos. Accedunt alii inſuper indices eiuſdem rei Græcorum nummi; ſicut unus *Amorianorum* in Phrygia, qualem vidi inter cimelia Chriſtinæ Auguſtæ, & qui a Cl. Num. Impp. p. 3. Patino eſt poſtea vulgatus; in quo hinc Romæ caput galeatum, cum elogio, de quo paullo ante, ΘΕΑ ΡΩΜΗ, *Dea Roma*; illinc duæ Manus iunctæ, cum dicto loci nomine ΑΜΟΡΙΑΝΩΝ.

Ad cuius vero nummi cum ΠΙΣΤΙΣ, & dextræ protenſæ, in poſteriori autem, cum dextrarum iunctarum ſymbolo, conſpectum, illud Medeæ apud Euripidem licet uſurpare:

Medc. v. 21. Βοᾷ μὲν ἔχνος, ἀναπαλεῖ ἡ ΔΕΞΙΑΣ,
ΠΙΣΤΙΝ μεγίστην, κἠ θεοὺς μαρτύρεται,

Clamat quidem juſiurandum, vocat & DEXTERAS, FIDEM *maximam, & Deos teſtatur. Societatem* vero & *Concordiam*, ΚΟΙΝΩΝΙΑΝ vel ΟΜΟΝΟΙΑΝ, eamue non intra ſolum unius gentis aut prouinciæ, ſed intra diſſitas etiam nonnunquam & diuerſarum gentium ciuitates, exhibent plures, quod noſti, Græcorum nummi. Maiorem equidem ſeu potiorem eorum partem videas ferme ad Proconſularis Aſiæ urbes ſpectare, uti inter *Miletum* & *Epheſum*; *Epheſum* & *Smyrnam*; *Epheſum* & *Pergamum*; *Epheſum* & *Sardes*; *Tralles* & *Epheſum*; *Coos* & *Mileſios*; *Laodiceam* & *Pergamum*; *Miletum* & *Smyrnam*; *Thyatiram* & *Smyrnam*; *Troadem* & *Smyrnam*: *Smyrnam* & *Laodiceam*; pluresque id genus, aut extra eandem Aſiam Proconſularem, inter *Nicomediam* & *Nicæam*, *Nicæam* & *Hadrianos*, in Bithynia; *Sidem* & *Pergam*, in Pamphylia; *Amiſum* & *Amaſiam*, in Ponto. Inter remotiores autem nec unius gentis vel prouinciæ ciuitates reſtitutam quoque ſeu ſtabilitam *Societatem* vel *Concor-*
Obſerv. p. 741. *diam*, quod ad Callimachum haud ita pridem monui, oſtentant inſignes aliquot minuſque obuii in præclaris Cimeliarchiis nummi, ut *Athenarum* & *Smyrnæ*; *Smyrnæ* & *Lacedæmonis*; *Smyrnæ* & *Nicomediæ*: quorum duorum poſtremorum, qui exſtant in theſauris Gallorum Regiis, & quidem e maximotum genere, icones hic lectori, haud iniucundo ut opinor, ſpectaculo, conſpiciendos damus. Prior autem cum Commodi capite in anteriori area, in auerſa autem Cybelen & Palladem, tutelaria, illam *Smyrnæ*, hanc *Lacedemonis*, numina, exhibet; circum ΟΜΟ. CMYP. ΛΑΚΕΔΑΙ. *Concordia Smyrneorum Lacedæmoniorum.* Alter verò ſub parente eius M Aurelio cuſus, ſedentem oſtendit Cybelen, & ſtantem Cererem, coram matre ſcilicet filiam, eamque *Nicomediæ*, quod aliunde conſtat, ſingulari religione cultam, circum ΟΜΟ. CMYP. ΝΕΙΚΟΜ. *Concordia Smyrnæorum Nicomedienſium.*

Ad

Ad quam autem in poſtremo nummo indicatam inter *Smyrnæos* & *Lacedæmonios* Concordiam, illud referre licet, quod a Plutarcho alicubi dicitur, Smyrnæos nempe in anguſtiis a Lacedæmoniis adiutos. Ita *Epheſiorum* alioquin & *Alexandrinorum* ſignatam in antiquis id genus nummis *Concordiam*, non iuxta virum doctiſſimum in obſeruationibus ad Catullum, ad *Alexandriam* Troados, ſed ad Ægyptiam omnino ſpectare, alibi haud ita pridem docui. Quin non duarum ſolum inter ſe urbium ΟΜΟΝΟΙΑΝ, ſed trium etiam ſubinde notant id genus nummi: ut *Epheſiorum, Pergamenorum, & Smyrnæorum*, in Antonino Pio Gazæ Mediceæ; aut *Pergamenorum, Epheſiorum*, & *Perinthiorum*, in Antonino Caracalla Reginæ Chriſtinæ. Ex hiſce autem cum illud liquet, cur vel a Dione oris aurei, illud *Concordiæ* ſtudium primariis Bithyniæ ac inter ſe æmulis urbibus, *Nicomediæ* ac *Niceæ*; item *Pryſæ* & *Apameæ*, de ſummis prouinciæ iuribus ac primatu inter ſe contendentibus, habitis apud eaſdem urbes eam in rem orationibus, commendatur; aut quod Ariſtides, peculiari eam in rem ad Aſiaticas ciuitates, *Epheſum* nempe, *Smyrnam*, *Pergamum*, de communibus Aſiæ templis & agonibus diſſidentes Oratione, ad concordiam adhortatur; [a] utque hac una inter ſe contentione decertent, quænam prima concordiam auſpicetur. Quam in rem exſtat illuſtris apud Dionyſium Halicarnaſſenſem locus, & qui e nummis viciſſim, qui magno adhuc numero illam Græcarum inter ſe urbium ΟΜΟΝΟΙΑΝ ſeu *Concordiam* etiamnum indicant, haud parum viciſſim illuſtratur. Nempe ubi ab eo traditur, peractis communibus gentis apud Græcos ſacris, feſtis, ludis, ſedentes Judices de ſimultatibus inter quaſdam ciuitates ortis agnouiſſe: eaſque de mutua inter ſe concordia, bellique contra barbaras gentes, communibus conſiliis & armis ſuſcipiendi, conſultaſſe. Accedit illud ex eadem hac nummorum penu obſeruandum, inde utique conſtare, licuiſſe ſub Romanorum imperio Græcis illis Aſiæ, ac nonnullis etiam Europæ urbibus, ut *Athenienſibus* & *Lacedæmoniis*, ſocietates & fœdera inter ſe paciſci: *Concordiam* illam, de qua modo egimus, quæ in mutua amicitiæ, beneuolentiæ, commerciorum, & diuinarum quadam ac humanarum rerum communione, quod ex antiquis inſuper fœderum id genus adhuc ſuperſtitum tabulis liquet, erat ſita, ſtabilire ac renouare; eamque, ad publicam & duraturam eius rei fidem, publico earundem urbium ære conſignare.

De Adulat. & Amici diſcrim. p. 64.

If. Voſſ. Obſer. ad Catull. p. 206

Obſerv. ad Callim. p. 741. 745.

Orat. xxxviii. Orat. &c.

Orat. πέρ. Ὁμονοι. τ. πόλ. p. 297 T. II.

[a] Ibid. p. 338.

Antiq. lib. iv. pag. 219.

6. Virtutum, *vel* Abundantiæ, *aut* Felicitatis *Publica symbola in Græcis nummis.*

Hisce autem, qui e Græcarum ciuitatum nummis, ad publicam earundem notitiam percipiuntur, usibus, accedent aliæ insuper Regiarum *Virtutum*, aut *Abundantiæ*, vel *Felicitatis*, ad Romanorum exemplum, subinde etiam expressa in Græcis illis Cæsarianorum temporum nummis, monumenta : ut id
Pag. 12. bene quoque est ab eximio Morello in ultima Speciminis sui editione obiter monitum. Ita Regina virtutum ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ, non eodem tamen, quo vulgo JUSTITIA in Romanis Imperatorum Nervæ, Hadriani, Pii, Seueri, & Alexandri Seueri nummis, nempe sub Mulieris dextra Pateram, siniſtra Hastam tenentis symbolo, depingitur: sed sub eodem, quo illa in alio Romano itidem Neruæ nummo, & vulgo alioquin ÆQUITAS in obuia Romanorum numismatum supellectile, sub Mulieris nempe cum Bilance & Cornucopiæ, ut in Macrini cuso a Mopseatis nummo, aut eiusdem Cornucopiæ loco, cum Sceptro stantis effigie; sicut in singulari Vespasiani nummo Regiæ Gallorum Gazæ. Qualem utique iam vulgauit horum cimeliorum diligentissimus inuestigator, utinam adhuc superstes, laudatus modo Morellus. Quo referri
Specim. Tab. XXI. pag. 108. itidem debet alius insignis eiusdem Gazæ nummus, idemque a præstantibus antiquariis, [a] Seguino, [b] Vaillant, & dicto etiam [c] Morello, iam memoratus, quo hinc Tiberii Imp. caput sine inscriptione, illinc Libra æquis lancibus, cum adscriptis circum nominibus, ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΠΥΘΟΔΩΡΙΣ ΚΟΤΤΟΣ, *Regina Pythodoris Cotyos*, quinti nempe huius nominis Thracum Regis, coniux. Signata vero ibi *Libra* cum *lancibus*, quod viderunt iam viri præclari, ad prædicandam Tiberii *iustitiam*, dum ab eo id impetrauit hæc *Regina Pythodoris*, ut in ultionem occisi per fraudem a Rhescuporide mariti, ipse in Senatu damnaretur, & Alexandriam delatus capite ibi lueret. Accedunt similiter, & iuxta consueta id genus in Romanorum nummis symbola, expressa subinde vel ΕΙΡΗΝΗ seu *Pax*, in Græcis Othonis, Titi, & Domitiani nummis: vel ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ, ac in Neruæ nummo, ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ ΔΗΜΟΥ, *Libertas Populi*, sicut in Romanis eius nummis subinde, LIBERTAS PUBLICA. Sic ΕΥΘΗΝΙΑ seu *Abundantia*, ac in aliis Regiæ Gallorum Gazæ nummis Titi, M. Aurelii, quandoque etiam addito Imperatoris nomine, ΚΛΑΥΔ. ΕΥΘΗΝΙΑ, & ΕΥΘΗΝΙΑ ΤΡΑΙΑΝΟΥ, *Claudii Abundantia, Abundantia Traiani*; haud aliter ac in Romanis Antonini Caracallæ, Elagabali, Alexandri Seueri, & aliorum Imperatorum nummis, ABUNDANTIA AUG. Ita ΚΡΑΤΗΣΙΣ sub typo Mulieris dextra Victoriolam, siniſtra Tropæum tenentis, in Ægyptiis seu Alexandrinis Neronis, Galbæ, & Othonis nummis signata; Alexandrina proinde, ut videtur, voce, qua VIRTUS vulgo in Cæsarianis Romanorum nummis, sub Victoriæ, aut figuræ stantis ante Tropæum effigie, pro *Fortitudinis* nempe symbolo, solet adumbrari: scilicet
Inst. lib. 1. pag. 116. iuxta illud Lactantii: *alia Virtutis sacra, quam eandem Bellonam vocant.* Neque enim hic audiendus est vir eruditus, sed nimius subinde singularium quarundam explicationum adsectator, qui in nummo Othonis Regiæ Gallorum Gazæ, in quo hinc ΚΡΑΤΗΣΙΣ cum dicto modo typo, Mulieris stantis cum
Harduin. in Specim. Chronol. V. T. Pag. 287. Victoriola ac Tropæo, illinc ΡΩΜΗ, eadem interpretatur, iuxta veterem Romanorum nummum, ROMÆ & IMPERIO. Neque enim id euincit, ut

[a] Select. Num. pag. 11.
[b] Num. Imppp. Præstant. pag. 48. P. 1.
[c] Specim. Tab. VIII. p. 92.
In Gaza Reg. Gall.

ΚΡΑ-

ΚΡΑΤΗΣΙΣ in nummis id genus, *Imperium* Romanum notet, quod οἱ κρατοῦντες ſubinde, ſicut a Juliano Auguſto, de *Imperatoribus* dicantur, vel Αὐτοκράτορες iidem vulgo a Græcis appellentur: quum & ignota cæteroquin ſit apud antiquos, qui ſuperſunt, Græcos auctores ea vox ΚΡΑΤΗΣΙΣ, & ei tributa in antiquis nummis ſymbola, eadem omnino ſint cum iis, quibus VIRTUS, militaris nempe, ſeu Fortitudo, ut VIRTUS EXERCITUS GALLICANI, in antiquis nummis deſignatur. Occurrit vero inter depicta ab eximio Wellero numiſmata, unum Othonis, in quo eadem ſtantis cum Victoria Mulieris effigies, & vox ΚΡΑCIS, ſed ut ſtatuere omnino licet, pro ΚΡΑΤΗCIC. Quibus accedunt alii Ægyptii itidem Cæſarum nummi, ut ex eorum typis & additis ſubinde Æræ litteris liquet; in quibus ΕΛΠIC CEBACTH L. IA *Spes Auguſta Anno XI.* in nummo Domitiani: aut in alio ejuſdem Cæſaris nummo, ΝΕΙΚΗ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΥ ΕΦΕ. *Victoria Domitiani Epheſiorum*; aut ΝΕΙΚΗ CEBACTH *Victoria Auguſta*, in Nerva; aut ΥΠΕΡ ΝΙΚΗC ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ, *Ob Victoriam Dominorum*, in duobus raris L. Veri & Lucillæ conjugis nummis. Ita ΤΥΧΗ ΣΕΒΑΣΤΗ, vel ΣΕΒΑΣΤΟΥ; haud aliter ac in Romanis etiam nummis, *Fortuna Auguſta*, vel *Auguſti*; ac præterea ipſarum ciuitatum, ſeu earundem *Genii*, frequenter in iiſdem conſignantur, ut ΤΥΧΗ ΑΔΙΚΗΝΕΩΝ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ, ΑΔΡΑΜΝΩΝ, ΒΟCΤΡΩΝ, ΓΕΡΑΣΩΝ, pluriumque id genus; quandoque etiam addita ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΝΙΚΑΙΕΩΝ, vel ΒΟCΤΡΩΝ. *Bonus Genius Nicæenſium* vel *Boſtrorum*; aut in Seueri quoque nummo, ΑΥΓ. ΔΟΜΝΑ ΤΥΧΗ. Quomodo nempe in Romanis itidem nummis GENIUS POPULI ROMANI, vel GENIO CÆSARIS, & in antiquis etiam inſcriptionibus GENIO D. N. SEUERI ALEXANDRI. Ita inſcripti quoque in præclaro *Laodicenſium* nummo, ΕΥΤΥΧΕΙΣ ΚΑΙΡΟΙ, ſicut FELICIA TEMPORA, aut TEMPORUM FELICITAS in variis Romanorum Cæſarum nummis. Adde duorum ſimul *Auguſtorum* celebratam inter ſe in Græcis itidem nummis *Concordiam*, ΟΜΟΝΟΙΑ CEBACTΩΝ, M. Aurelii & L. Veri, in præclaro nummo & e maximorum genere, cimeliis hiſce inſtructiſſimi Abbatis de Camps. Quibus accedat ΠΡΟΝΟΙΑ ſeu *Providentia* in Commodo; aut ΠΡΟΝΟΙΑ ΘΕΩΝ *Providentia Deorum*, in rariſſimo Peſcennii Nigri, qui exſtat nunc in Theſauris Gallorum Regiis, nummo.

Itiner. num. 4.

In Gaza Gall. Reg.

Ibidem.

Gruter. Theſ. CXXI. 1.

II. Ci-

II.

CIVILIS & MORALIS *doctrinæ præcepta vel ſymbola in* ROMANIS *Nummis.*

SICUT autem ex illo, quod modo adduximus, ſpecimine conſtare cuiuis, ut opinor, poteſt, haud carere illo ornamenti vel utilitatis genere veteres Græcorum nummos, unde ciuilis Græcarum illarum in Europa, Aſiaque potiſſimum urbium ſtatus & regiminis, conſiliique publici; aut cultus vel pietatis in Principem ratio, eluceſcit: ita haud diffiteri licet, ipſas Principum artes, officia, vitæ ad ſalutis publicæ & priuatæ laudis normam feliciter inſtituendæ præcepta, in priſcis ROMANORUM nummis præclare omnino, & luculenter conſpici. Hoc enim abunde tot præſtantiſſimarum *Virtutum* effigies paſſim in iis traditæ oſtendunt; aut publicæ etiam *Felicitatis*, quam iidem celebrant, commemoratio: quæ nihil aliud, quam pictura quædam loquens, (ut de poëſi alioquin dictum) veram optimi ſtatus, & vitæ laudabiliter actæ imaginem continuo ante oculos ponit. Unde illas ipſas regnandi artes an leges, una cum ſacris Cæſarum vultibus, in iis paſſim haud temere expreſſas intuemur; ut indiuiduam quandam illarum cum ſuprema poteſtate ſocietatem, iidem religioſe fouendam ſibi & retinendam ſcirent. Qua in re non minus adpoſite illæ *Virtutes*, quæ maxime Principes decent, & quibus publica ſalus potiſſimum incumbit, frequentius etiam conſignantur: ita ut qui JUSTITIAM, ÆQUITATEM, PIETATEM, CLEMENTIAM, FIDEM, CONSTANTIAM, INDULGENTIAM, LIBERALITATEM, MUNIFICENTIAM, PROUIDENTIAM, & bellicæ Virtutis argumenta crebro in nummis CÆSARUM legit; ſpeculum quoddam in iis Principum, & grauiſſimi muneris officia eadem opera agnoſcere ſeſe fatetur. Sed de his paullo infra. Ubi vero AUGUSTARUM nummos conſulet, ſolemnes Matronarum Virtutes ac præcipua decora, FECUNDITATEM, PUDICITIAM, PIETATEM, CONCORDIAM, eandem oculis & memoriæ illorum temporum opportune quoque ſubiecciſſe & commendaſſe veteres intelliget. Ut qui in frequentes id genus inſcriptiones ac effigies incidit, obuias in nummis Auguſtarum, eadem opera videat, quid ſæcula haud alias nimis verecunda, & vulgo fœdis adulationibus ſordida, laudandum tamen unice aut expetendum crediderint in ſequiore ſexu, cuiuſcunque tandem ſit faſtigii; immo quid præ cæteris deceat regales nurus. Id nempe, quod inter Metelli proſpera enumerat grauis Auctor: *Uxorem* PUDICITIA AC FECUNDITATE *conſpicuam conciliauit*; aut quo Agrippinæ Germanici coniugis elogium complexus eſt Annalium ſcriptor; *inſigni* FECUNDITATE, *præclara* PUDICITIA; & ubi eandem alibi cum altera Tiberii nuru contendit, *coniux Germanici Agrippina* FECUNDITATE *ac Fama* (pudicitiæ nempe) *Liuiam uxorem Druſi præcellebat*. Ut non mirum ſit FECUNDITATIS templum in Auguſtæ Poppææ gratiam olim in urbe erectum, aut quod uti ARA PUDICITIÆ ſubinde in nummis; ita eius ſacra & Sacerdotes occurrant in priſcis aliquot Auctorum Lapidumue monumentis. Equidem illud inſolitum forte ſæculi noſtri moribus vides hic mecum, mi OCTAVI, inter præcipuos nempe & ſolemnes Auguſtarum, hoc eſt primi inter mortales faſti-

I Virtutes *ſignatæ in nummis* Auguſtarum.

Valer. Max. l. VII. c. I.

Annal. I. c. 41.

Annal. II. cap. 43.

Annal. 15. c. 23.

In Plotinæ nummis.

faſtigii, titulos, non formam, non ingenium, non munificentiam, dotes certe haud contemnendas; non alia fortunæ aut animi bona; ſed unam ferme PUDICITIAM, aut in Coniugem liberoſue PIETATEM, vel FIDEM, crebro adeo celebrari. En rudium ſcilicet temporum, & minime urbanorum hominum ſimplicitatem! Quid non alia erant, primoribus non urbis tantum ſed orbis feminis, maiora aut antiquiora decora, queis earum fama apud præſentes, aut apud poſteros memoria nominis commendaretur? An ſola hæc illarum monumenta, digna, quod ille ait in alia cauſſa, quæ *ſculpta ſaxis, aut ære priſco manerent*? Itane hodie vulgari hac laude, adulatio publica erga rerum an hominum dominas, egregie tum perfuncta ſuo munere videretur? Adeò quidem ut nec in tacita *ſanctitatis* illius conſcientia (ſic enim vocabant eam Matronarum huius ordinis virtutem illo ævo) acquieſcendum ſibi crederent, ni publicis illa quoque tabulis, ad aliarum vel exemplum, vel infamiam traderetur. Ut mihi quidem iam haud ita mirum videatur, cur non alia magis quam PUDICITIÆ *laude* eminentiſſimam ſui ævi, Auguſtorum certe Matrem & Coniugem extollat non ſemel ipſe impudicitiæ præco & magiſter; aut de eadem alibi innuat.

Plures perſtitere Sanctitatem *Dominæ tueri.* Tacit. Ann. XII. c. 60.

Eſſe pudicarum te Veſtam, Livia, matrum.

De Ponto lib. III. Eleg. 1.

Cur denique Valerius Maximus Pudicitiam compellans, ut indiuiduam eiuſdem Liuiæ comitem: *Tu Palatii auguſtos Penates, ſacratiſſimum* JULIÆ *genialem torum aſſidua ſtatione celebras.* Illud certe videas ea teſtium ac Nummorum fide, conſtare illos abunde voluiſſe; ſcilicet non *Plebeiæ* ſolum, ne dum etiam *Patritiæ*, quibus erectæ olim Aræ ac ſacella, ſed AUGUSTÆ quoque PUDICITIÆ ſacra iam adeſſe. Non utique *aliam eſſe legem in ſolio, aliam priuato in toro*, ſicuti exiſtimabat Regia illa Coniux, apud Senecam Tragicum, ſed *inimica* FIDEI, *& hoſtis* PUDICITIÆ, haud minus ac ignobilis illa piſtoris uxor apud Apuleium. Eadem quoque CONCORDIÆ inter coniuges ratio habita: quæ hinc in earundem Auguſtarum nummis ſubinde quoque conſignatur: immo prout in ſingulari quodam Elagabali nummo, Veſta cernitur, quæ illius Principis & coniugis Juliæ Paulæ dextras iungit, cum memorabili inſcriptione, CONCORDIA ÆTERNA. E quibus autem, quæ de utraque hac virtute matronali, PUDICITIA & CONCORDIA innuunt iidem nummi, illuſtratur illud, qui eo reſpicere videtur, Tertulliani: *Denique apud ſeculum utrumque in bona diſciplina deputatur, aliud* CONCORDIÆ *nomine, aliud* PUDICITIÆ. Qui vero huic memoriæ Principum ſeu Dominorum ſuorum fortunam aut munia lubenter adeo commendabant, iidem quoque talibus auſpiciis Sæculo & Reipublicæ SECURITATEM, GLORIAM, LIBERTATEM, TRANQUILLITATEM, GAUDIUM, ROMAM RENASCENTEM, FELICIA TEMPORA, Imperio denique ÆTERNITATEM, fauſtis ominibus & repetitis votis augurabantur.

Lib. VI. c. 1.

Livius Lx. c. 23.

Ibidem.

Agam. v. 264.

Metam. lib. x.

In Muſeo Equitis Aurati Trombal.

De Monogram. cap. XV.

Non diffiteor equidem, deſtituiſſe non ſemel hæc auguria exitialem haud unius Neronis indolem, aut infauſtam plurium Fauſtinarum libidinem. Hinc non continuo tamen arguendus ampliſſimus Ordo, penes quem amiſſa etiam Republica, ſignandi æris facultas manſit, qui ſpes ſuas & vota monumentis id genus conſignabat; immo, qui his veluti tabulis, quum aliter per illorum temporum immanitatem non liceret, Principes & eorum Coniuges officii ſui, ſub commendationis ſpecie, frequenter admonere non dubitabat. Nec ea de re

2. *De Romanorum conſilio in iis nummorum Caſarianorum ſymbolis & inſcriptionibus.* Lib. III. pag. 644.

re sinit me dubitare, illustris apud Dionem locus, qui in vita Caligulæ refert eum habita ad Senatum Oratione, in qua Tiberii vitia perstringebat, & de se multa pollicebatur, Patres veritos ne mutarctur, Senatusconsulto jussisse eam quotannis recitari. Neque cum Nerone aliter se gesserunt Patres, qui ubi in

Annal. l. XIII. cap. 11. sua acta iurare Collegam prohibuisset, referente Tacito, acceptum id *magnis patrum laudibus, ut iuuenilis animus leuium quoque rerum gloria sublatus, maiores continuaret.* Unde rursus plane hic adposite Plinius, in præclaro Panegyrico:

Panegyr. c. 4. *Sed parendum est Senatusconsulto, quo ex utilitate publica placuit, ut Consulis voce sub titulo gratiarum agendarum, boni Principes quæ facerent, recognoscerent, mali, quæ facere deberent.* Agnoscis opinor idonea trium Consularium fide præclaram totius Ordinis mentem, & arcanam quandam huius instituti rationem. Spes nempe ei erat nonnulla posse vi blandæ huius artis

In Calig. c. 39. illam Caligularum, quam Suetonius hic vocat ἀδιατρεψίαν expugnari; & fore aliquando, ut vel verecundia immeritæ laudis, vel desiderio pulcherrimi præmii, vel reuerentia posterorum tangerentur. Recusasse certe Tiberium accepimus, delatum sibi Patrum judicio PATRIS PATRIÆ cognomen, quod

Sueton. in Tiber. c. 67. nec in nummis eius apparet; gnarus nempe quam male arduas tituli illius partes quandoque esset impleturus; immo ne tot parricidiorum reum aliquando se ipsum hac appellatione proderet. Opportune certe, ne audiret Senatus ob eandem illius Cæsaris monetæ impressam,

Æn. 1. v. 408. *Crudelis, tu quoque falsis*
Ludis imaginibus?

Nec alia mens Antonino Caracallæ, non dissimilis sæuitiæ Principi, quem

Pag. 742. refert Dio in Excerptis Constantinianeis, DEUM aut HERCULEM ea de caussa dici noluisse, quod nihil appellatione illa dignum agere in animum induxerat. Accedit, quod frequentius hæc publici gaudii argumenta, in optimorum Principum imaginibus occurrant; quæ in iis tanquam superstitum præmia, & sequentium simul incitamenta proponuntur. Ut nempe, *eorum virtutes posteri non solum legerent, sed etiam imitarentur:* quod ipsum de nobilissimorum olim ciuium titulis ac imaginibus aiebat vir prisci moris Tor-

Valer. Maxim. lib. V. cap. VIII. 3. quatus. Immo non defuere nonnunquam deterioribus Dominis, sua vel belli vel pacis decora, digna etiam quandoque, quæ hac publica ciuium gratulatione commendarentur.

3 *Virtutes* Civiles & Morales *in nummis Romanis Imperatorum.* Quod vero hic præcipuum, vel hinc petere iisdem licuit, quibus *inconsulta erat* cum Nerone *perpetua famæ & ÆTERNITATIS cupido,* quibus artibus demum ad eam sibi eniti liceret. Vidissent utique vel in Nummis illis, quos tractabant assidue, regia virtutum via id gloriæ fastigium demum adtingi: solas quippe vel veteri Romanorum lege, in iis consecrari meruisse; non autem Libidinem, Impudentiam, Contumeliam, quibus duabus postremis publici cultus monumenta erexisse Athenienses, (præter Clementem in Protreptico) refert simul & arguit Tullius. Adeo ut nec Dicæarchi illius rationem sibi habendam intelligerent, quem tradit Polybius ad expeditionem maritimam profecturum, duas excitasse aras, unam IMPIETATIS, alteram INIQUITATIS, iisque ut Deabus rem diuinam feciisse: nempe iuxta illud Poëtæ: *Improbitas fiet virtus.* Immo docuissent ipsos iidem, quos tam cupide sectabantur, Magistri, certa PROUIDENTIÆ DEORUM destinatione vocatum Principem, in quem felicia Orbis ac Imperiorum fata transferantur; unde bene ac sapienter de optimo Cæsare dixerit facundissimus Con-

Sueton. in Neron. cap. 55. Pag. 16. De Legib. l. 1 f. c. 11. Lib. XVII. pag. 772. Manil. lib. V. v. 499.

sul,

ſul, *iam te* PROUIDENTIA DEORUM *primum in locum prouexerat.* Non caſu proinde volui res mortalium; non ſemotam a rebus noſtris curam diuini numinis: eamque non unius tamen gentis, aut ſectæ, ſed tot *ſapientiſſimorum* alias hominum (Epicuri ſcilicet de grege) ſententiam, qui nullo Rectore moueri hunc orbem credidere, hoc publico & frequenti iudicio Principis gentium populi, & quidem auro, argento, æri toties inciſo, manifeſte ſatis luculenterque damnari: Plin. Paneg. cap. 11. Tacit. Annal. VI. cap. 22.

Quo pateat Mundum diuino numine verti,
Atque ipſum eſſe Deum, nec forte coiſſe Magiſtra. Manil. lib. V. v. 484.

Atque ita non poſſe amplius illam ſupremi Numinis Prouidentiam in res humanas impugnari: *An Dii nempe Immortales,* ut apud maiorem Senecam alicubi legitur, *humanarum rerum curam agant,* in controuerſia vel dubitatione hominum verſari, citra manifeſtam publicæ maieſtatis offenſionem, & impium non in Deum magis, quam in Patriam conatum. Si vero Mundus PROUIDENTIA regitur, (quod certe Globi illi, & Claui, & Inſcriptiones nummorum clariſſime iam conteſtantur, & nefas amplius dubitare) ergo adminiſtrandam OPTIMO PRINCIPI Rempublicam; ſicut etiam præclare colligebat decus olim Romanæ togæ: *Si regitur Prouidentia mundus, adminiſtranda certe bonis viris erit Reſpublica.* Neque alias ſupremum rerum humanarum arbitrium ab unius CÆSARIS nutu pendere; etſi ille rerum & gentium dominus, & princeps ac parens generis humani vulgo audiat; immo licet hic aperte verſetur ante oculos, Controv. III. Quintil. lib. XII. cap. 2.

Ponenduſque ſua totus ſub imagine mundus.

Globus orbis terrarum ſæpe in nummis Imperatorum.

Eſſe quippe alium JOUEM IMPERATOREM, cuius ſint auſpicia ſuis maiora; quibus ipſe reuerentiam & obſequium debeat; & cui idcirco, nec alii, teneatur legibus maieſtatis ac repetundarum. Eſſe vigilem gentis humanæ CUSTODEM, STATOREM, & CONSERUATOREM ac TUTATOREM AUGUSTI; in quem principis nempe & publica ſalus ſecure ac feliciter incumbit. DEOS itaque hominum, & quidem bonorum iuxta Symmachum, non vero homines Deorum eſſe CUSTODES; ac vel hinc reuinci eorum veſaniam, quos exagitat alicubi ſanctiſſimus Martyr; *non vident nefas eſſe, cogitare vel dicere homines eſſe Deorum* CUSTODES. Neque eo tamen ſecius flagitari ipſius AUGUSTI PROUIDENTIAM, qua vere ſacra vice, non Urbem, aut Italiam, ſed terras ac maria gubernat, Manil. lib. I. v. 111. Lib. VIII. Ep. 6. Justin. Apolog. II.

Qua regit AUGUSTIS *parentem legibus* ORBEM. Manil. lib. I. v. 8.

Cuius intuitu proinde non otioſus moderetur habenas imperiorum, ſed continuo ad clauum ſedeat, tanquam ORBIS RECTOR. Neque enim alia certior Principis effigies, quam periti Gubernatoris, iuxta eloquentiſſimum Philoſophorum, & proinde ad cuius imaginem in eodem formando continuo & lubenter ſeſe recurrere profitetur. Nempe prout de Romano Imperatore ait alicubi Philo: τὰς ὄιακας ἐγχειρίδεις, πηδαλιέχῃ τὸ κοινὸν ἀνθρώπων σκάφος, *adſumptis gubernaculis, communem regat hominum nauim.* Doceat proinde, ut verus gubernator (quæ non mea, ſed alterius longe diſertiſſimi viri verba ſunt) littora ac portus; quæ tempeſtatum ſigna; quid ſecundis flatibus, quid aduerſis ratis poſcat: denique *In nummis Didii Juliani & Caracallæ &c.* Plato in Politico p. 297. Legat. ad Caium p. 999. Quintil. Inſt. lib. XII. c. 11.

Queis regere immenſi ſummam, queis habere profundi
Endo manu validas potis eſt moderanter habenas? Lucretius lib. II. v. 194.

Subli-

Sublime enim iuxta & arduum esse illud regendi onus; vere Augustum Clauum, quem adfixus & hærens nusquam omittat prouidus RECTOR,

Æneid. V. 176. *Ipse gubernaclo Rector subit, ipse Magister:*

O nimium cœlo & pelago confise sereno. Non cœlo sereno nimium confisus; non turbido perculsus timidius; non fessos oculos, aut labentem dextram labori subducens; non alium patiens inire sua munia, qui incautum proiiciat in undas

Ibid. Æn. v. 870. *Præcipitem, ac socios nequidquam sæpe vocantem.*

Ibid. v. 860. Caueri posse infelicem casum, si non Clauo illi ut grauis nimium, aut aliud agens superincumbat; si premere & laxare habenas sponte potius, quam iussus norit; si non credat temere fallacibus auris; si præterita, instantia, futura expendat prouida mentis & luminum acie, non vero dimittat pari obliuione cum Vitellio, atque ideo haud dissimili cum illo exitu. Maxime vero si fixos oculos ad astra teneat; inde auguretur felicem cursum, æquatas auras, quietos fluctus, fida æquora, & BONÆ SPEI optatos tandem portus. Sic optimum certe AUGUREM decere; sic Clauum illum, aut Globum in RECTORIS dextra conspicuum & venerabilem gentibus, SECURITATEM quandam PERPETUAM, non ORBIS solum, aut REIPUBLICÆ, aut TEMPORUM, sed ipsius AUGUSTI continuo portendere, cuius SPONSOREM etiam ipsum habeat JOUEM. Sic Triremem illam velis ac remis gnauiter impulsam, aut BONO EUENTU facilem ei TRAIECTUM polliceri; aut post longam iactationem & grauissimas nonnunquam tempestates,

Tacit. Hist. III. c. 36.

Traiectus & Felicitas *in nummis per Triremem.*

Lucret. lib. V. v. 1225. *Summa etiam cum vis violenti per mare venti*

In nummo Constantini Junioris. ENDUPERATOREM CLASSIS *super æquora verrit,* mersatam, sed non demersam profundo, DIUINA OPE FELICITER emergere. Immo sic demum probari haud vanam SAPIENTIAM PROUIDENTISSIMI PRINCIPIS, a qua sola pendet tot vectorum vita & populorum salus; non vero fallacem illam, quam in Cæsare vix remigis, haud unquam munere RECTORIS defuncto laudabat impuri oris successor; *postquam ad* SAPIENTIAM PROUIDENTIAMQUE *flexit, nemo risui temperare.* Neque tamen minus debere ludibrium, qui non solum gubernaculum cum CLAUDIO improuide omittunt; sed pro clauo, aut clauam lubentius, aut thyrsum, aut citharam, aut rudem, aut quadrigarum non Triumphalium, sed Circensium habenas, maiorine flagitio an infamia, cum CAIO, NERONE, COMMODO adsumunt; & ad posterorum memoriam adpingi suis imaginibus haud dedignantur. Quasi nempe aut conficiendis solum belluis vel monstris vacare deberent, ipsi cum monstra vere ac portenta hominum, tum immanissimæ omnium belluæ, dignæ quæ ante alias caderent in arena: aut quasi non Præsidis, seu Agonotheræ, cum Hadriano, vel Alexandro Seuero, sed histrionis, citharoedi, aurigæ, arenatii partibus, in augusto illo theatro generis humani fungerentur.

Tacit. Annal. XIII. cap. 3.

Continuatio ejusdem argumenti. Si vero prouidus, hoc est dissimillimus ab iis RECTOR, Clauum etiam videat in FORTUNÆ manibus, non MULIEBRIS adeo vel REDUCIS etiam, quam MANENTIS illius aut OBSEQUENTIS trabalem sciat; quo vincta quodammodo arte & vigilantia Rectoris, instabiles suas vices dedisce re tandem cogatur. Hanc itaque legem esse Regiam, a se in auspicio muneris non tam æri, quam memori animo infigendam; *ut non dominationem & seruos, sed* RECTOREM & CIVES *cogitaret*: seu, quod

Tacit. Annal. XII. c. 11.

de

de Traiano Plinius; *cum ciuibus tuis, quaſi cum liberis parens viuis.* Ac proinde ne ſit *libertorum ſeruus,* quales exſtitiſſe pleroſque principes tradit idem Orator, qui liberorum eſſet non tam dominus, quam parens. Scilicet Cæſaribus, tanquam liberis regenda Patrimonii jura, quod dixit alius grauis Auctor, patriam permiſiſſe: hinc patrocinium ORBIS vel TUTELAM ſuſcipere ſeſe magis, quam imperium norit; ut nec irritum ſit augurium optimi vatis,

Paneg. c. 11.

Ibid. cap. 82.

Amm. Marcell. lib. XIV. c. 6.

Et penes AUGUSTOS *Patriæ* TUTELA *manebit.*

Ovid. Faſt. Lib. v. 571.

Cum VESPASIANO proinde opportunius, quam cum VITELLIO, audiat TUTELA hominum; non vero ſolum [a] Ægyptii REGIS TUTOR, cum M. LEPIDO: cum [b] Tito proinde vere agat *Tutorem Imperii*; cum Traiano, [c] diem ſuſcepti Imperii eum eſſe, quo TVTELAM generis humani in ſe feliciſſime tranſlatam intelligat; cum [d] Tiberio vel [e] Macrino, ſub initium Principatus, ſed utroque ſincerius apud Patres profiteatur, delatum ad ſe Imperium, cuius TUTELAM receperit, aut paratus ſit ſuſcipere. Alia enim iam erant Reipublicæ tempora, quam ea ad quæ reſpiciebat Tullius, dum alicubi exclamat; [f] *quis unquam tantis opibus, tantis rebus geſtis fuit, qui ſe populi Romani, victoris dominique omnium gentium* TUTOREM *dicere auderet.* Aderant, Marce Tulli, qui ſe utinam TUTORES ſemper, non DOMINOS cupidius nuncupaſſent; ubi ſemel in eorum procurationem, Deorum munere, an ira in res humanas iiſdem conceſſam, Orbis ſimul cum Urbe tranſierat.

TUTELA AUGUSTI *in nummis Veſpaſiani*

a In nummis Familiar. Roman.

b Sueton. in Tito cap. VI.

c Plin. lib. X. Epiſt. 103.

d Tacit. Annal. lib. I.

e Capitolin. in Macrin. cap. 6.

f Philipp. VI. cap. 5.

Primam itaque & præcipuam illius curam, ad DEOS AUSPICES prouidenter referendam a grato Principe, a quibus ille non unius Populi aut Prouinciæ, ſed totius quaſi generis humani conſtitutus eſt procurator. [g] *Manet vobis* inquiebat olim eximius Antiſtes ad laudatiſſimum Regem, *regnum adminiſtrandum, &* DEO AUSPICE PROCURANDUM. Non ergo RELIGIONEM ſumendam obtentui ab AUGUSTO, aut a PIO Principe, quicunque tandem ornetur illis nominibus; minus autem habendam ludibrio a PONTIFICE MAXIMO; cuius ſit PIETATI in PATRIOS ac SOSPITATORES DEOS, eorundem cultu & reuerentia præire; ſcientia ſimul ac prouiſu rerum diuinarum ac humanarum, venerandas partes AUGUSTI ſacrorum Præſidis implere. Hanc certam demum eſſe, cuius alias mentio in quadam Græca LEONIS Auguſti, IMPERII ac SACERDOTII CONCORDIAM, repetitam è memoria Heroïcorum temporum, ut liquet ex principe Philoſophorum, nec bene unquam aut ſalubriter in duobus Dominis cohærentem. Neque res diſſociabiles miſceri, ut qui in terris procurat nulli hominum dubias DEORUM vices, præſit eorundem miniſterio; aut ne cui SALUS incumbit totius REIPUBLICÆ, quod in ea præcipuum & maxime validum, importune ſubducatur. [a] Unum eſſe ROMÆ ET IMPERII corpus, unius animo, quod ille aiebat, regendum: non reſcindendum proinde in duas partes miſere lacerum, aut improuide diſiunctum. Neque tamen honorem illius SACERDOTII eſſe adeo firmamentum potentiæ, quam FIDEI etiam ſuæ ac MODERATIONIS in eo faſtigio documentum. Alienum itaque à SACERDOTE, nihil cum CAIO aut DOMITIANO Deorum honoribus relinquere; templis aut effigie Immortalium per SACERDOTES & FLAMINES coli mortalem velle; Miniſtrum ſe JOVIS CAPITOLINI ſimul & Collegam iactare; DARE SENATUI POPULOQUE ROMANO SUFFIMENTUM

g Remigius in Ep. ad Clodo.

DIS AUSPICIBUS *in nummo Seueri.*

RELIGIO AUG. *in nummis M. Aurelii.*

CONCORDIA IMPERII *in nummo Conſtantini, & in aliis juncta paſſim Imperii & ſacrorum inſignia.*

ROMÆ ET IMPERIO *in nummo Gentis* Caniniæ *apud Seguinum.*

a Tacit. Ann. I. cap. 12.

& se thure placari velle. Nec minus dedecere Sacerdotem, pollutas sanguine suorum ciuium manus; sed religiose eundem profiteri cum mitissimo Cæsare, PONTIFICATUM MAXIMUM se vel ideo capessere, ut puras illas seruet ac innocentes. Sacri etiam alterius honoris, TRIBUNITIÆ nempe POTESTATIS, debere eundem haud iniucunde meminisse: cuius beneficio non solum reliquis dignitatibus antecellat; sed, haud minus ac subiecta sibi oppida, ut INVIOLABILIS ET SACROSANCTUS Numinibus quodammodo æquetur. Æquum esse proinde, gratas illi POTESTATI vices rependere, coërcendo prauas dominationis cupiditates, non vero ut olim liberæ adhuc urbis temporibus, importunis subinde aut intempestiuis rogationibus, QUIETEM Urbis præpostere lacessendo. Decere potius vindicem & CUSTODEM plebis, cui *plenum* ÆQUI *ponderis pectus*, cum Bilance seu ÆQUITATE quadam uniuersæ vitæ & singularum actionum, assiduis in omni procuratione muneris ac negotii JUSTITIÆ officiis, commodis eius & utilitati consulere. Adde, debere eundem, *veluti* FRUGI *parentem*, *& prudentem*, *& diuitem*; non vero iuxta eum, qui omnium prodigorum ingenia superauit, Principem, ceu res inter se dissociabiles statuere, *aut frugi hominem esse, aut Cæsarem*: verum prouisu commeatuum, ac vigili ANNONÆ cura, effuso subinde pleno ac benigno copiæ cornu, seu FRUGIBUS ac ALIMENTIS Urbi ac Italiæ diffusis, ut verbis utar antiqui & optimi nummorum id genus interpretis, largiter ac opportune prospicere. Hinc viæ, quod ea in re de Optimo Principe dicit facundissimus Consul, recluſæ, portus patefacti: addam[2] nec diuersæ solum, sed longis marium ac terrarum spatiis dissitæ gentes, commerciis sociatæ, ac annonæ adfluentia nemini grauis, omnibus iucunda in Urbe exuberans. Ita vere SPEM PUBLICAM impleri, prout eam in pulcherrimo, & e maximorum genere M. Antonini nummo Gazæ Gallorum Regiæ, Modii nempe cum quatuor Spicis & Papauere, iisque totidem fecundæ Annonæ symbolis, signari continuo videas:

Suetoo.in Tito cap. 12.

In nummis aliquot Græcarum urbium ΑΣΥΛΟΣ ΚΑΙ ΙΕΡΟΣ.

Amm. Marcellin. l. xiv. c. 6.

Sueton. in Caligul. c. 37.

Aurea Fruges Italiæ *pleno diffudit copia cornu.*

Horat. lib. I. Epist. xii.

2 Plin. in Paneg. cap. 29.

In nummis Nervæ, Hadriani &c.

Quomodo insuper REMISSIS nonnunquam grauioribus Romanæ plebis, aut vero prouincialium oneribus, VEHICVLATIONIS puta, aut RELIQVORVM, salubri incendio debitorum Syngraphis potius quam corporibus abolitis vel incensis, & SVBLATA, non FISCI modo JVDAÏCI, sed cuiuscunque rei ac ordinis CALVMNIA, sic demum BEATÆ urbis TRANQVILLITATI, & ÆTERNÆ ciuium CONCORDIÆ ac SECVRITATI prouidere. Immo nec pane solum gradili, sed interdum optatis CIRCENSIBVS; Equestri DECVRSIONE; Græcorum QVINQVENNALIBVS; ac solito annorum decursu, SÆCVLARIBVS Quiritium LVDIS, HILARITATEM TEMPORVM augere ac recreare.

CONSV-

CONSVLEM enim ſeſe eſſe, idque non Faſtis ſolum, aut promiſcuis SENATVS-CONSVLTIS, ſed *uſualibus metallis* ad memoriam omnium temporum paſſim conſignari. Neque vero ſedem illam honoris a ſe ornari magis, quam ſibi inde victurum decus accedere; eum eſſe titulum, [a] AVGVSTI, *quem ſe decorare fatentur*; eum habitum, [b] quo Aulæ Curia iungitur; qui ſocios Proceres nectit cum PRINCIPE, ut de communione utriuſque muneris loquitur elegantiſſimus vates. Hinc PIETATIS SENATUS cum ſui ordinis Principe, immo cum ſuo PATRE felix & pulcherrimum certamen: hinc EQUESTRIS ORDINIS & POPULI ROMANI in fouendo & amando ſuo Conſule CONSENSUS, alacritas, ſtudium. Ita FELIX PROCESSUS CONSULIS, qui quaſi, ut de eo alicubi Hieronymus, *de ſubiectis hoſtibus triumpharet, Capitolinas adſcendit arces; quem plauſu & tripudio Populus Romanus excepit.* Quod vero Conſularem decet, norit etiam ſe CENSOREM PERPETUUM. Unum itaque in Senatu generis humani delectum præ cæteris AMPLIATOREM CIVIUM, corrigendis inſuper publicis moribus, æſtimandis ſingulorum fortunis, probandis omnium ordinum ingeniis: de quo etiam vere uſurpetur, [a] *vitam Principis* CENSURAM *eſſe, eamque* PERPETUAM: atque ita, iuxta laudatiſſimum Principem, [b] *Cenſuram ſuis temporibus de propriis moribus gerat*, ac ut de alio, eoque omni itidem laude digno Imperatore, dictum legimus: [c] *a te voluiſti incipere* CENSURAM. Turpe enim ſibi ac ignominioſum fore, ſi idem CENSOR ſit & auctor corrupti moris,

[d] *Delicti fies idem reprehenſor & auctor:*

Si [e] det veniam coruis, ut columbas vexet: ſi dum forte cum Planco vel Pullo, vis ſibi, aut vita CENSORIS deeſt, [f] *ſit eius* CENSURA, *neque Principi honori, nec Reip. uſui.* Neque tamen ſub *caluo* NERONE, alium exitum haberi poſſe grauiſſimi & ſanctiſſimi muneris, (licet ille *maximus & ſanctiſſimus* CENSOR audiat duorum Hiſpanorum præconio) dum ſolæ vigent artes graſſandi ad honores, adulatio fœda, & accuſatio turpior; eoſdem amittendi, probitas & fama proſpera; agendi cenſum cupiditas & rapina inſatiabilis; de vita & moribus ſingulorum ſtatuendi, publica libido ac væcordia Principis. Illud ergo de ſe & ſua CENSURA, ſed a Satyrico dictum putet,

FELICIA TEMPORA, *quæ te*
Moribus opponunt, habeat iam Roma pudorem.

Nec enim ſperandum ab eo, cui munitus ſemper aduerſus omnem pudorem vultus, ut POTESTATIS illius CENSORIÆ, ſeu morum præfecturæ, [a] in qua acquieuerunt duo primi Cæſares, & quam unus iam exercet, ſi non terrore, ſaltem verecundia coërceatur. Fruſtra ergo illum aut illi ſimiles caſuros in grauiſſimam alterius Cenſoris reprehenſionem: *cuius eſt pudoris, quinimo inuerecundiæ, cuius quod agere te videas, in eo alterum reprehendere? maledicti & criminis loco dare ea, quæ in te poſſint reciprocata viciſſitudine retorqueri.*

Si vero ab officiis liberæ quondam Reipublicæ conuertat oculos ad ſuum illud ſingulare CÆSARIS vel AUGUSTI faſtigium, intelliget continuo inſtrumenta illius ſecura eadem eſſe, quæ honeſta; exſpectatione rerum bonarum erigere ciuium animos (in bona enim opinione ſitam virtutem parentium, iuxta Principem Politicorum) SPEM proinde populorum de ſe conceptam,

De Conſulatu & Cenſura Imperatorum.

a Claud. in Pr. Conſ. Stil. l. II. v. 189.
b Idem de Mall. Theod. Conſul. v. 257 &c.

PATER SENATUS *in nummo Commodi.*

In nummis Conſtantini. Epiſtol. ad Marcellam.

In nummo Antonini Pii.

a Plin. Paneg. c. XLV.
b Lamprid. in Alex. Sev. cap. XL I.
c Latin. Pacat. in Theodoſ. Paneg. cap. XIII.
d Ovid. Heroid. Ep. XVII. v. 219.
e Juven. Sat. IV. v. 63.
f Vell. Paterc. lib. II. cap. 95.

De Domitiano. Quintil. Decl. lib. IV. Martial. lib. IV. Ep. 3.

Juvenal. Satyr. II. v. 38.

a Vid. Sueton. in Jul. Cæſ. c. LXXVI. & in Aug. c. XXVII. Arnob. contr. Gent. lib. II.

Officia Imperatorum *in eorum nummis contenta.* Ariſt. Pol. lib. III. c. 3.

ceptam, certa nec fallaci opinione CRESCENTIS virtutis augere; insignem lauro Apollinea CONCORDIAM AUGUSTORUM, MILITUM, EXERCITUUM, PROVINCIARUM, & sacram eorundem FIDEM, ut PUBLICA non minus quam priuata bona, tueri religiose; HONOREM ac VIRTUTEM, indiuidua utriusque communione, etiam ambitiose colere; opes denique Imperii, non ad cupiditatem priuatam, sed ad LARGITIONES in ciues & LIBERALITATES publicas, hoc est ad præclaram gratificandi facultatem conferre, idque dextris non parcentibus. Nullam quippe maiorem esse FELICITATEM AUGUSTI, ut dictum in præclaro Panegyrico, quam feciſſe FELICES: addam ego ex contemplatione huius monetæ, reputare locupletatas ab uno homine Tribus, immo audire LOCUPLETATOREM ORBIS TERRARUM: DATIS, iisq; repetitis CONGIARIIS inopiæ Plebis, & MUNIFICENTIÆ Principis eadem opera prouidere. Id enim esse Deorum muneribus uti sapienter, importunam pauperiem, semper publicæ exitiosam concordiæ, deportare in remotissimas insulas hominibus vacuas, non alere in ampliſſima & copioſiſſima terrarum urbe. Reputare insuper principem generis humani, non unam illam urbem, sed totum Reipublicæ corpus, ut ex Platone tradit etiam in [a] Officiis Tullius, suæ procurationi commissum. Haud frustra proinde delatum sibi præter alias supremi fastigii appellationes, PROCONSULIS etiam nomen. PROFECTIONEM proinde in subiectas Prouincias suscipere *cunctarum* PROVINCIARUM *parentem*; iacentes erigere: ductus in iis aquarum, deriuationes fluminum, moles oppositas fluctibus; PORTUS, VIAS, TEMPLA, aliaque publica opera, tanquam præsentem ubique Diuum, prouide & sollicite curare; illumque a subleuatis Prouinciis aut CIVITATIBUS ASIÆ RESTITUTIS desumptum, ASIÆ, AFRICÆ, ACHAIÆ, MACEDONIÆ, aliarumque RESTITUTORIS titulum, *Asiaticis, Africanis, Achaicis, Macedonicis*, ab iisdem vel CAPTIS vel DEVICTIS petitum, longe anteponere. *Præclarum* certe, in hanc laudis cum TRAJANO HADRIANO, PIO, MARCO, communionem venire, sub quibus *cunctæ floreant Prouinciæ*; ad quorum PROVIDENTIAM nunquam frustra *Prouincialium sollicitudinem confugisse*, si tacerent eorum Annales, loquerentur hæc monumenta in longos annos; quæ incendia, terræ motus, inundationes, aliaque incerta casuum, in GLORIAM SÆCULI & in FELICEM REPARATIONEM eorundem locorum vertisse illos, publice adhuc conteſtantur:

Ut sese pariter diffudit in omnia regni
Membra vigor, viuusque calor redit urbibus ægris.

Inde Principem easdem iacentes bellorum iniuria aut iniquitate fatorum deductis COLONIIS refouere, & communione Romani iuris; simul propagare ciuitates, & augere Romanum nomen:

Urbibus augere terras, iunctisque iuuencis
Mœnia subcinctus curuo describet aratro.

Sit certe hæc LAUS JULIA, ut felicibus auspiciis liceat CORINTHUM adire volentibus; vel ut feralis quondam Romano imperio CARTHAGO, iam nisi SALVIS AUGUSTIS FELIX & incolumis esse nec, si posset, etiam velit: nempe prout SALVA *Roma*, *quia* SALVUS *est* ALEXANDER. Neque tamen adeo reddere pristino nitori æmulas quondam ciuitates, aut late diffusas imperii partes, quam REDUCEM se votis poscentibus,

aut

LARGITIO *in nummo Constantii Christinæ Reginæ.*

Latin. Pacatus Paneg. Theodos. c. XXVII. *Locupletatas tribus, datumque congiarium populo.*

Plin. Paneg. Traj. cap XXV.

Vid. Arist. Polit. v. 1. c. 4.

a Lib. I. c. 25.

Proconsules *dicti quandoque Imperatores in eorum nummis.*

Symmach. lib. IV. Ep. 61.

Capitol. in Pio cap. VII: Amm. Marcell. lib. XIV.

Claudian. de Bell. Getico. v. 436.

Manil. lib. III. v. 553.

LAUS JULIA CORINTHUS *in nummis Cæsaris.*

Lampr. in Al. Sev. c. LVII.

aut ipſam arcem imperii, & caput rerum, URBEM RESTITUTAM. Æquum enim eſſe APOLLINEM, non ACTIUM iam vel PROPVGNATOREM, ſed SALUTAREM ac PALATINUM, ſuam ſeruare non ſolum, ſed ornare ſedem,

Et PALATINAS *videt æquus arces.*

Horat. Carm. Sæcul.

In PARENTIS itaque vel CONDITORIS laudem ac decus cum ROMULIS aut Camillis adoptari ([a] neque alias vulgo ab iis diſiuncta RESTITUTORUM nomina) dum multis caſibus, nec uno etiam funere defunctam, RESURGENTEM vel RENASCENTEM ROMAM, tanquam iterum recidiua Pergama, nouo & lætiori cultu exornat:

ROMULO CONDITORI, ET ROMULO AUGUSTO *in Nummis Antonini Pii & Hadriani.*

[b] SURGE *precor, veneranda Parens, & certa ſecundis*
Fide Deis, humilemque metum depone ſenectæ.

Quo vero PUBLICA ſimul & AUGUSTI SALUS inſiſtat pluribus munimentis, audiat ille non PATRIÆ ſolum, ſed LIBERORUM etiam PATER. Habeat itaque Filios, PRINCIPES JUVENTUTIS, [c] ſenum aliquando futuros, qui iam virili animo non minus ac toga, ſub eo magiſtro ponant imperii tyrocinia, ut quos BONO REIP. NATOS, non optet adeo, quam reddat patre meliores. Hinc ut NOBILISSIMOS decet, modo in SACERDOTIA COOPTATI; modo CONSULES DESIGNATI; modo conſortes TRIBUNITIÆ POTESTATIS; ceremoniis Deorum, ſaluti Reipublicæ, commodis Populi prouidere iam a teneris (velox enim fertur CÆSARIBUS ante pilos prudentia, & ante diem virtus) ac inuigilare adſueſcant. Sint hæc rudimenta [d] AUGUSTÆ SPEI, in quam ſurgunt opportune ORIENTES illi Aſcanii; [e] SPES ROMANORUM; in quam feliciter creſcit illa [f] PROPAGO IMPERII, ne alienis artibus & curis obſeſſum male & occupatum animum, ut degenerem ac imparem adferant aliquando ad ipſum AUGUSTI faſtigium. Ita tamen ne unquam in illis principatus meditamentis, terminos ætatis & conceſſa filiis cum [g] DOMITIANO egrediantur; ne cum illo domini ſui deſertore, [h] ſpreto Occidente, ORIENS colatur, [i] *exortus* licet, *uti æthereus ſol:* ſed, ut cum MARCO, [k] in ſummis Patris obſequiis, PIETATEM filii in auctorem ſuæ dignitatis, cum PERPETUA eiuſdem SECURITATE rependant.

Parentem vero non ſolum ſeſe vel Principem, ſed IMPERATOREM etiam meminiſſe: Bellicam proinde gloriam Pacis artibus miſcere, [l] *& paci bonum ac timendum armis*; ut dicat adhuc aliquis, intuens hic eius imagines non ſemel utraque lauru præfulgentes:

De Bellicis Artibus Imperatorum.

[m] *Et* MARTIS *vultus, &* APOLLINIS *eſſe putaui.*

Hinc illum videas, modo Caduceum cum MERCURIO PACIFERO præferre; modo haſtam cum VICTRICE MINERVA, aut cum MARTE PROPUGNATORE, vibrare: tum DISCIPLINAM, propriam decus Romani militis reſtaurare diligenter, tanquam conditorem eius firmatoremque, ut de Traiano loquitur [n] Plinius; ADLOCUTIONIBUS ardorem COHORTIUM, EXERCITUUM, ſignis & vexillis eorum circumdatum ulterius accendere; Coronis virtutem militum remunerari; VICTORIA duce, EXPEDITIONES adgredi militares; ita tamen ut eadem TERRA MARIQUE PARTA, & JANO CLAUSO, in PACE quadam ÆTERNA, non vero in æternis bellis, ORBIS TERRARUM requieſcat.

[a] Mamert. Paneg. Maximian. c. 5.
[b] Claudian. ad Roman. de Bello Get. v. 52.
[c] *Nunc iuuenem Princeps, dein-de futurum ſenem.* Ovid. de Art. Am. lib. I. v. 194.
[d] *In nummo Fl. Victoris.*
[e] *In nummo Maximi.*
[f] *In nummo Plautillæ.*
[g] Tacit. Hiſt. vi. cap. 86.
[h] Idem Ann. vi. cap. 46.
[i] Lucret. lib. iii. v. 105.
[k] Capitol. in M. Anton. cap. 6.
[l] *Hic paci bonum hic timendum armis.* Stat. lib. iii. Sylv. 3.
[m] Calpurn. Ecl. vii. ult. verſ.
[n] Lib. x. Ep. 38.

Lucan. lib. I. v. 61.

PAX *missa per* ORBEM.
Ferrea belligeri compescat limina JANI.

Quo sic diffusa per omnes terrarum angulos PAX AUGUSTA docear, unum esse hominem, qui MARTEM, non ULTOREM magis, quam PACATOREM seu PACIFERUM referat; cuius TUTELA, quod de Numa Liuius, per omne regni tempus haud minor PACIS quam Belli; cuius vigiliis & curis PACATUS ORBIS suam QVIETEM, sua imputet otia; & cui proinde ex æquo amorem ac venerationem debeat:

Lib. I. cap. 21.

Seneca Octau. v. 475.

ORBI QUIETEM, SÆCULO PACEM *suo:*
Hæc summa virtus; petitur hac cœlum via.

Hinc Caduceus inter Spicas in nummis Cæsarianis subinde obuius, qui PACEM ABUNDANTIÆ & fertilitatis parentem ac nutricem continuo indicet. Neque vero PACE inferius donum, tot REGNA, quod suo Heroi tribuit Curtius, aut reddita, aut dono data: non agros proinde, non urbes amicis vel supplicibus ARMENIIS aut PARTHIS vulgo a Cæsaribus concessas (neque hæc munera decebant rerum an orbis Dominos,) sed cupidius REGNA illis ADSIGNATA, & Regnis frequenter REGES DATOS:

Lib. X. cap. 5.

Claudian. in Eutrop. lib. I. v. 381.

His TRIBUIT REGES, *his obside fœdera sancit.*

Nunquam certe obuersatur mihi fastigium Romani Principis sublimius; nunquam Maiestas eius solito adhuc venerabilior, ac vere in apice suo posita; quam ubi in præclaris id genus nummis, illum intueor semper æmulo, nunc supplici Arsacidæ, regium capitis decus circumdare; ipsumque REGEM REGUM Roma non semel petitum ac DATUM,

Horat. lib. I. Epist. XII. v. 27.

Jus imperiumque Phraates
Cæsaris accepit genibus minor.

Nouum utique genus insolitæ LIBERALITATIS ac MUNIFICENTIÆ muneris loco, id quod nullum inter homines maius est aut nobilius donum, obuia manu largiri. O immensam propemodum exclamem, & cœlestis æmulam beneficentiæ laudem! ô raram summæ fortunæ MODERATIONEM, an MAGNIFICENTIAM! Tiaras ac Diademata, haud aliter quam laureas aut querneas Coronas, vel dare, vel restituere; pulcherrimum VICTORIÆ aut PARTHICÆ aut GERMANICÆ, aut DACICÆ præmium, per tot discrimina quæsitum, modo sociis, modo etiam victo & graui paullo ante hosti ultro concedere;

In nummis Tiberii & Commod.

Claudian. in n. Conf. Stilich. v. 184. &c.

Quoties hic prælia sumpsit
Pro sociis? quoties DONO *concessit amicis*
REGIBUS, *Ausonio quæsitas sanguine terras!*

Ubique vero domi ac foris, in Rescriptis ac Imaginibus, TRANQUILLITATEM animi & CONSTANTIAM omni perturbatione vacuam, firmo mentis & corporis habitu præ se ferre:

Statius lib. IV. Sylv. II. v. 42.

TRANQUILLUM *vultu, sed Maiestate serena,*
Mulcentem radios, submittentemque modeste;

Semita certe Tranquilla per virtutem patet unica vitæ. Juu. Satyr. X. v. 363.

metus certe, cupiditatis, aut iracundiæ adfectibus immoto. Virtutem enim unicam vere semitam tranquillæ vitæ, non Satyrici magis fide, aut MARCI exemplo, quam ipso usu rerum & arcano dominantium sensu probari. In CLEMENTIÆ vero ac INDULGENTIÆ fama, qua, si audimus gravem illum ac mitissimum Imperatorem, *non enim quidquam* IMPERATOREM *Romanum melius commendat gentibus*, & quæ *Imperatorum*, ut ab alio Scripto-

M. Antoninus apud Vulcat. in Auidio Cassio cap. XI.

re Hiſtoriæ Auguſtæ dicitur, *dos prima*, ſecurius adhuc præſidium, quam in muris CASTORUM, aut PRÆTORIANORUM FIDE reponere. Neque enim ſolum, uti apud Tacitum alicubi legitur, *nouum imperium inchoantibus utilem eſſe Clementiæ famam.* Hinc utique nec aliunde erumpere fauſtas illas & repetitas ſæpius in abſentem Patrum voces, ANTONINE CLEMENS, DII *te ſeruent.* Ultionem certe, ſolam exigui & infirmi animi voluptatem, probari non poſſe legitimis CÆSARIS hæredibus, quem non cœleſtes aliæ belli ac pacis artes, ſed agnoſcente Cæſare vix illo inferiore, ſola CLEMENTIA Deum fecit. Neque vel captandæ ciuium beneuolentiæ, vel ſecuritati retinendæ leue inſuper momentum conferre, blanda quadam ſpecie RESTITUTÆ LIBERTATIS, moleſtam Quiritium nepotibus ſeruitutis imaginem, ac intutum Principi tyrannidis odium opportune ſubducere. Sic poſſe, quod negabant apud Tacitum Tencteri, LIBERTATEM *ac* DOMINOS *miſceri*, quod utrumque (ſed quam pulchre!) confundunt non ſemel illorum imagines: neque enim ſub OPTIMO PRINCIPE, ut de eo ait Romanus Conſularis, res eſſe omnino diſſociabiles, Libertatem ac Principatum. Finem vero TUTELÆ illius vel Procurationis, non eſſe priuatum commodum, quod reüciebat Plato, nec leges concedunt, *ut enim* TUTELA, *ſic* PROCURATIO REIPUBLICÆ (quod præclare tradit ex Platone Cicero) *ad eorum utilitatem, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt*: neque ſuam proinde unius laudem aut voluptatem: ſed nobiliorem longe & latius diffuſam, quæ in lauta illa & copioſa Romanorum ſub Cæſaribus nummorum penu occurrit, GLORIAM nempe, & GAUDIUM ROMANORUM; LÆTITIAM FUNDATAM; REPARATIONEM TEMPORUM; UTILITATEM PUBLICAM; TELLUREM STABILEM aut STABILITAM; SALUTEM REIPUBLICÆ, PROVINCIARUM, immo GENERIS HUMANI; NOVUM SÆCULUM & FECUNDUM; ſiue etiam ÆTERNAM, non SÆCULI duntaxat, ſed IMPERII, immo AUGUSTI FELICITATEM. Non ergo *ſapientes ſolum decere*, quod aiebat grauis Auctor, ſed totam hanc memoriam aperte reclamare, *finem iuſti imperii*, UTILITATEM *obedientium &* SALUTEM *eſtimari*. Relinqui itaque Furiis ſuis exagitandum illud Cæſarum propudium, queri palam ſolitum de conditione ſuorum temporum, quod illa nullis publicis calamitatibus inſignirentur; qui ſui non memoriam, ſed obliuionem imminere proſperitate rerum inuerecunde profitebatur. An meminiſti Heroas apud Græcum vatem, nauem Deæ munus ingreſſos, ſollicite manibus remos intorquentes, quo velleris aurei opima ſcilicet ſpolia reportarent? Quam vero iucundius Principem videre, cui aurum a Deo infuſum ex Platonis ſententia, ſedentem ad Clauum Reipublicæ; quo ſecundo curſu AUREI SÆCULI beata & FELICIA TEMPORA, pulcherrimum certe donum generi mortalium daret;

Vopiſcus in Aurelian. cap. XLIV.
Hiſtor. IV. cap. 63.
Vulcatius in Avid. Caſſio c. XIII.
De M Antonino. Ibid. cap. X.
In nummis Vitellii.
Hiſtor. lib. IV. cap. 64.
Tacitus in Agricol. c. III.
TUTELA AUGUSTI *in nummis Veſpaſiani.*
De Officiis l. I. cap. 25.
Amm. Marcell. lib. XXX. cap. 8.
Sueton. in Caligul. c. XXXI.
SAEC. AUR. *in Nummis Hadriani.*

Hæc quibus AUREA *poſſunt*
SÆCULA *cantari, quibus & Deus ipſe canatur.*

Calpurn. Ecl. IV. v. 6.

Auream certe hanc eſſe AUGUSTI FORTUNAM, non quæ in priuato Principis lærario colitur, aut velut fauſtum imperii omen tranſit ad ſucceſſorem; ſed quam ubique diffuſam commendat PUBLICA Imperii FELICITAS. Mercedem autem tot beneficiorum, non Coronas ſolum aureas vel querneas, ob SERVATOS ſocios aut CIVES; etſi, quod a Seneca dicitur,

De Clementia cap. XIV.

tur, nullum sit ornamentum Principis fastigio dignius pulchriusque; adde non tantummodo ramum vel *L*auri, vel Palmæ, vel Oliuæ, ut DOMITORI GENTIUM BARBARARUM, aut FUNDATORI PACIS & QUIETIS; non TRIUMPHI duntaxat honorem, aut Statuas Equestres, Arcus, Tropæa, Columnas, Clypeos, præclara licet illa vel insignia GLORIÆ, vel MEMORIÆ præsidia, frequentia in iisdem nummis; sed potiora adhuc longe, Acclamationes Populorum frequentes, FELICEM illius, immo FELICISSIMUM ADVENTUM, quem venti quippe fugiunt & cœli nubila, ore adhuc magis & mente, quam sacrorum apparatu celebrantes; gratiorem omnibus laureis OPTIMI PRINCIPIS, aut PATRIS PATRIÆ appellationem: VOTA pro AUGUSTI SALUTE & incolumitate alacriter SUSCEPTA PRIMIS DECENNALIBUS, & SECUNDIS MULTIPLICATA cupidius; a cuius nempe SALUTE, velut filo, pendere statum Orbis Terrarum intelligunt, nec fictis proinde vocibus exclamant: AUGUSTE *Dî te nobis seruent, vestra* SALUS *nostra* SALUS: *vere dicimus; iure dicimus.* Eiusdem vero defuncti, communi summis & imis lege, pleni quidem annis, sed *quasi adolescentis* desideratum cum PIO apud præsentes nomen; MEMORIAM vero apud posteros FELICEM; ÆTERNITATEM in omnium semper animis ac ore victuri; & decretis a volentibus, non ab inuitis Patribus, immo miro omnium ordinum ac ætatum consensu (ut de PIO & MARCO referunt auctores) supremis DIVORUM honoribus, consecratam pristinæ virtutis famam:

Te fugiunt venti, te nubila cœli, Aduentumque tuum. Lucret. lib. I. v. 7. 8.

Cod. Th. lib. VII. Tit. XX. Leg. 11.

Capitolin. in Anton. Pio c. XII.

Ibidem cap. XIII. & in M. Anton. cap. XVIII. Horat. lib. II. Od. XIV.

O quæ cura Patrum! quæve Quiritium
Plenis honorum numeribus, tuas,
AUGUSTE, virtutes in ævum
Per titulos memoresque Fastos!

Neque enim illum modo proximum tempus, lucemque præsentium temporum (quod de Oratore suo Fabius, de Principe verius loquuntur & prædicant hæc monumenta,) sed omnem posteritatis memoriam, spatium vitæ honestæ & curriculum laudis existimare;

Inst. lib. XII. cap. 2.

Lucret. lib. II. v. 1165.

Et cum tempora temporibus præsentia confert
Præteritis,

addam & cum futuris lubentius. Hoc esse quippe apparatissimum solemne sui funeris, huic æri totiens commendatam & eodem ære quæsitam, ÆTERNAM ciuium ac sociorum MEMORIAM: neque adeo laudationes pro more susceptas ab hæredibus aut propinquis, quam in mortuum, TITUM puta ta aut illi similes, grates & laudes ultro congestas ab amplissimo ordine, *quantas ne viuo quidem unquam, atque præsenti.* Eas proinde inferias dissimillimo illius fratri, aut geminis eidem CAJIS, COMMODIS, aliisque relinquendas, quæ in *abolenda omni* MEMORIA, titulis & imaginibus delendis, ut iusta manibus eorum debita, magno Patrum consensu decernuntur. Hanc enim Tyrannorum certissimam esse infamiam, ut ubique famæ illorum monumenta diruantur, *ut Heracliani vocabulum nec priuatim, nec publice ulla* MEMORIA *teneat;* sed illacrymabiles iidem ignotique longa seu æterna nocte urgeantur. Inclytæ vero & iucundæ recordationis Principes, grauissimæ illius TUTELÆ oneribus feliciter ac ultro subinde, Dîs velut auspicibus (nempe PROVIDENTIA DEORUM QVIES AUGUSTORUM) liberati; vel AUGUSTA illa statione cum immortali laude ad obitum usque peracta

Sueton. in Tito cap. 11.

Idem Domitian. c. XXIII.

Lib. XV. Cod. Th. Tit. XIV. Leg. 13.

In nummis Dioclesiani & Maximiani, post abdicatum ab iis imperium.

peracta cœleſtem animam, quod ille dixit de laudatiſſimo CÆSARE, cœlo tandem reddant. Ibi vere iam AUGUSTI, neque antea certe BEATISSIMI, liberi inuidia, procul a contentionibus & vicibus rerum humanarum, famam in tuto collocatam intelligant; ibi conſequantur eam, quæ poſt fata, ut ea de re Fabius, præſtari verius ſolet ac lubentius, venerationem; & qua pridem

Inſtit. lib. 11. cap. 11.

Ecce Palatino creuit reuerentia monti.

Claudian VI. Conſ. Honor. v. 35.

Hic demum reperiant ſuauem illam REQUIEM OPTIMORUM MERITORUM; hic SIDERIBUS RECEPTI, cum illo deceſſore ſuo JULIO, primo auctore ſublimis illius, ante inter homines, mox inter cœlites faſtigii; vertantur in totidem ſidera, (quippe *ſunt ſtellæ Procerum ſimiles*) quæ auratis bis ſex radiis lucida, in clariſſima cœli parte fulgeant:

Manil lib. V v. 737.

Huc fortes animæ, dignataque nomina cœlo
Corporibus reſoluta ſuis, terræque remiſſa,
Huc migrant ex orbe.

Idem lib. I. v. 756.

Ibi denique, ex opinione eorundem temporum, non otioſi cum DIS GENITALIBUS ævum degant; ſed ut Propitii VOTIS mortalium adſuescant vocari; ut ULTORES, iurandas AURAS per eorum numina ſtatui ſibi videant; ut vigiles & CUSTODES, ex illo vertice orbem proſpiciant communem, cœleſtique ſcilicet PROVIDENTIA, quod humana vel precaria antea faciebant, rebus humanis fata decernant. Hæc omnia vero Princeps non hauriat ſolum in umbra vel porticu, nondum ipſe protractus in lucem ac verum diſcrimen; non a Doctoribus intempeſtiuæ nonnunquam cum Muſonio, inanis ut plurimum SAPIENTIÆ, certe nullo uſu rerum aut parte idonea publici muneris, fidem conſultorum & moderantium auctoritatem conſequutis. Hæc a Patribus audiat, e quibus AUGUSTI naſcuntur; intelligat ab uniuerſo illo Ordine, cuius conſiliis ÆTERNÆ URBIS incolumitas firmatur; æri videat inciſa, perpetuis SENATUS-CONSULTIS, ne unquam cogitet de abolendis ſanctis illis & immotus Principatus ſui legibus; ſciat denique SALUTAREM MONETAM inſeruire promiſcuis ſingulorum uſibus, ut ab omnibus officii ſui partes repoſci ex æquo & exſpectari intelligat:

Senatus Populuſque non diuiſis locis, ſed in una ſede Proputarum Deum dixit. Capitol. in M. Anton. c. 18.

Vid. Tacit. Hiſt. III. c. 81.

I nunc ARGENTUM, *& Marmor vetus, Æ*RAQVE *& artes*
Suſpice!

Horat. lib. V. Ep. VI. v. 17.

Quis enim caſſus adeo lumine, ipſam non tam Principum, quam Principatus imaginem haud agnoſcit in his Nummis? quis non videt hic Ænea felicior, cœlata in omni metallo vere fortia PATRIÆ PATRVM facta? ac proinde *neque animum pictura paſcit inani.*

Æn. I. v. 640.

Ibid. v. 464.

Dubius equidem pendeo, ſuauiſſime OCTAVI, an alibi Poëtarum fabulæ, vel Sapientum præcepta, vel Ægyptiorum hieroglyphica, obſcura illa aut vere inania ſimulacra, luculentius adumbrarint OPTIMI PRINCIPIS, & FELICIS REIPVBLICÆ effigiem & exemplar. Illud vero ſcio plurimum iiſdem vel Poëtis vel Sapientibus lucis & ſplendoris acceſſurum, ſi liberet hic in varia ſingularum Virtutum ſymbola accuratius inquirere. Jucunda utique nec inutilis pluribus artibus ac diſciplinis contemplatio; ſed quam ferme in antiquariorum libris vel theſauris obuiam, licet huius elegantiæ cupidis inde continuo petere. Monuiſſe obiter liceat, SPEM id Nummis, non herbam trifolii,

De aliis Spei, Fidei, Concordiæ, Caritatis, Mutuæ Munificentiæ &c ſymbolis in aliis Romanorum nummis.

Diagol. 11. trifolii, ut exiſtimabat Ant. Auguſtinus, ſed reuera lilium, ut monuerunt alii, opportuniori ſymbolo præferre; quod ex monumentis plaſticis Romæ nuper cum eodem illo SPEI habitu effoſſis, certo mihi denum licuit. Unde Oneirocr. lib. 1. cap. 29. lucem quoque mutuatur Artemidorus, eamque viciſſim commodat his nummis, qui coronas ex Liliis plexas, ut certum rem in ſpes differendi ac prolatandi augurium notat. FIDEM etiam & CONCORDIAM, duplicis Dextræ, illiuſque implicatæ ſymbolo, non immerito in iiſdem nummis ſignari: Verſ. 794. hoc eſt, *datas* FIDEI *manus*, ut in Thyeſte loquitur Seneca, & ante illum Ouidius:

Heroid. Epiſt. IV. v. 32. *Jura*, FIDES, *ubi nunc, commiſſaque* DEXTERA DEXTRÆ?

Tacit. Ann. XII. cap. 7. aut ſicut alibi innuit Annalium ſcriptor; *Mos eſt Regibus, quoties in ſocietatem coeant*, IMPLICARE DEXTRAS. Neque enim ſummum illud apud Romanos ſolum, ſed apud Barbaros quoque, & qua de re iam ante, pignus Fidei & Securitatis: ut rem alias obuiam egregie illuſtrat hic Joſephi locus, a-

Antiq. l. XVIII. cap. 2. gens de colloquio Artabani Parthorum Regis, & Romani Præſidis; *Et* DEXTRAM *dedit*, (ut Græca eius verba hic omittamus) *tanquam maximum confidentiæ argumentum apud omnes illos Barbaros; neque enim* FIDEM *fallet quiſquam ex iis, data ſemel* DEXTRA, *neque* FIDEM *habere dubitabit, tale ſecuritatis pignus ab iis nactus, a quibus iniuriam ſibi metuere potuerat.* Quod a Diodoro de Perſis dictum ſimiliter, & quidem Theſſalionis cuiuſdam exem-

Lib. XVI. pag. 533. plo adſertum, legitur: dum is ab Artaxerxe, ad quem miſſus a Mentore Sidoniorum duce fuerat, ut quod Rex ille verbis pollicebatur, dextræ ſtipulatione confirmaret, continuo petit: indignatus autem Rex, quod ei fides non haberetur, hominem truncari iuſſerat; dein vero, quod ille, cum ad ſupplium duceretur, Mentorem diceret, ideo, quod fidem dare ſuperſederit Artaxerxes, nihil eorum effecturum, quæ promiſerat, mutata ſententiæ dextram ei porrigit: additque Diodorus: ἔτι γὰρ ἡ πίστις βεβαιοῦται παρὰ τοῖς Πέρσαις, *hæc eſt certiſſima fides apud Perſas.* Quæ autem Joſephi ac Diodori eam in rem loca

Ad lib. XI. cap. 15. vidi poſtea ab eruditiſſimo Berneggero ad Juſtinum iam animaduerſa. Ut non mirum *renouari* DEXTRAS, pro Fidei aut Fœderis redintegratione uſurpaſſe Regem Regum apud Germanicum. Hinc iam olim a Numa, FI-

Tacit. Ann. II. cap. 58. Liv. Lib. I. cap. 21. DEI ſolemne inſtitutum, cui Flamines, manu ad digitos uſque inuoluta, rem diuinam facerent: immo hinc denique, ſicut alias corporis partes ſingulis nu-

Ad Æneid. III minibus, ita DEXTRAM FIDEI a Phyſicis conſecrari, notat Seruius. Sed hæc trita: illud non ita forte, hinc etiam morem illum vetuſtiſſimum iam olim promanaſſe, ut ad abſentes Legiones & Exercitus, tanquam præſens hoſ-

Hiſt. lib. I. cap. 54. pitii & concordiæ teſſera, DEXTRÆ mitterentur. Tacitus: *Miſerat ciuitas Lingonum*, VETERE INSTITUTO, *dona legionibus*, DEXTRAS, *hoſpitii inſigne*: alibi vero: *Centurionemque Siſennam* DEXTRAS, CONCORDIÆ

Hiſt. II. c. 8. *inſignia, Syriaci* EXERCITUS *nomine ad* PRÆTORIANOS *ferentem, variis artibus adgreſſus eſt.* Quæ mire certe illuſtrant plures illi Nummi, in quibus duæ Dextræ iunctæ, cum inſcriptione CONCORDIA, aut FIDES EXERCITUUM, vel PRÆTORIANORUM. Adde, aut ubi ſimiles Dextræ impoſitæ conſpiciuntur pertícis ſignorum militarium; aut Manus alioquin addita imagini Auguſti ab aliqua Colonia, cum in *Fidei* procul dubio ſymbolum, tum in *hoſpitii* id genus modo indicati memoriam:

Ut

Ut neque mirum cuipiam videatur, eodem ſymbolo implicatæ utriuſque Dextræ, AMOREM, PIETATEM, aut CARITATEM MUTUAM duorum AUGUSTORUM ſignari in obuiis Pupieni & Balbini, nummis; aut *Imperatoris* ac *Senatus*, in Commodi nummo inſcripto PIETATI SENATUS, hoc eſt, ut de Socero ſuo & illius coniuge loquitur idem Tacitus, *vixeruntque mira* CONCORDIA *per* MUTUAM CARITATEM. Illud forte magis inſolitum, PATIENTIAM Chriſti potius, quam Stagiritæ ſectatorum lauream, & vulgo priuatæ magis quam regiæ ſortis decus, commendari in gentili & ſupremi in terris faſtigii Principe. Id vero docet nummus Hadriani, a Cl. Seguino vulgatus, in quo ſedens occurrit cum patera & haſta mulier, inſcriptæ autem litteræ, PATIENTIA AUGUSTI. Ni forte, quod celebri antiquario viſum eſt, quum ante CLEMENTIA in eo nummo legeretur, ſublatis prioribus litteris, CLEM. eorum loco litteræ PATI ſint ſubſtitæ. Quo iure vero, aut qua fronte, eam ſibi *Patientiæ* laudem vindicare potuerit Hadrianus, non quærimus hoc loco; quam nota viri indoles parum ſedata, nec dolorum in extremis, nec iniuriarum unquam tolerans nimium videtur redarguere. Ut hoc inſuper dicam, MUNIFICENTIAM apud Romanos, eam Principum ſub Cæſaribus laudem proprie denotaſſe, quam in Muneribus, ſeu ſpectaculis edendis, & ſolemni ludorum apparatu publice oſtentabant, & quam in Officiis Tullius, *munerum largitionem* vocat, *indulgentiam* autem præter alios in Antonino Pio Capitolinus. Quæ res cum aliunde, tum maxime ex nummis Antonini Pii, & Seueri obuia, in quibus Leonis, vel Elephantis ſymbolo eadem exprimitur; & clarius adhuc ex præclaro & rariſſimo nummo Gordiani Pii, Gazæ Mediceæ, in quo Amphitheatrum, & homo Elephanti inſidens, pugnans cum Tauro ſignantur, addita inſcriptione; MUNIFICENTIA GORDIANI. Unde illuſtratur in Tito Suetonius: *& tamen nemine ante ſe* MUNIFICENTIA *minor,* AMPHITHEATRO *dedicato*: & quo referri proinde debent nummi Titi, in quibus octauo eius Conſulatu ſignatus Elephas, ſicut in inſigni aureo Gazæ Regiæ Boruſſorum, de quo paullo poſt, & in ſequenti argenteo ornatiſſimi Equitis Aurati, Andreæ Fontaine. Cui autem addemus inſignem illum modo memoratum quantiuis pretii Gordiani nummum; cuius iconem e Theſauris Mediceis, benigno Magni, iſſimo Maximi HETRURIÆ DUCIS iuſſu, ſtudio autem humaniſſimi peritiſſimique illius Gazæ cuſtodis, Sebaſtiani Bianchi, cum aliis adhuc præclaris & ſuo loco conſpiciendis nummorum ectypis ſumus nacti.

In Agricola cap. VI.

Sel. Num. p. 141.

Vaill. Not. ad Seg. Num.

Lib. II. c. 18.

Cap. X.

Cap. VII.

Ut

In quo præterea nummo Imperator desuper cum spectantium in Orchestra Senatorum turba, ab utroque autem Amphitheatri latere, hinc figura nuda iuxta Metam, illinc Ædicula signantur.

Lib. VII. Epist. 59. Ut vero Elephantum in dictis nummis, sic eo sensu *Leopardorum Munificentia* vocatur apud Symmachum: *sacras mihi litteras Julius Agens in rebus exhibuit*, LEOPARDORUM MUNIFICENTIAM *continentes*: alibi vero Lib. II. Epist. 46. cupit, MUNIFICENTIAM *Libycarum largitione mutari.* Ita etiam Arnobius: *nomine ab hoc effluunt causſæ, per quas nostra fulcitur salus, variarum* MUNIFICENTIA *voluptatum?* Cuius tamen vocis genuina illa nec alias arcana significatio non obseruata, eruditis aliquot in explicatione veterum Actorum non semel imposuit. Qua ratione, ut hoc addam, seu ad indicandum solemnem ad Ludos id genus quæsitum undique a Cæsaribus apparatum, *Magnificentiæ* quoque vox subinde in eorum nummis, qui ea occasione Specim. Tab. XVII. sunt percussi, adhibita; ut id monuit iam eximius Morellus, utinam adhuc noster, adducto singulari Commodi eam in rem nummo, cum inscriptione, MAGNIFICENTIÆ AUG. COS. VI. PP.

Adv Gentes lib. v. p. 416.



DISSER-

DISSERTATIO QUARTA
DE
PRÆSTANTIA ET USU
NUMISMATUM
ANTIQUORUM.

QUAMQUAM vix mihi fructus otii datus esse videatur, ad præclara utriusque nostrum studia pro dignitate celebranda, non committam tamen, ut quasi in limine suscepti operis inchoata a me tractatio conquiescat. Neque enim te fugit, eum in infinita quadam varietate literarum, tum in artibus aliis ac disciplinis versari hanc omnem memoriam, quæ mihi hic velut postliminio excitanda, & in noua quadam luce collocanda veniebat. Quando autem hoc oneris mihi semel impositi, & erecti exspectatione homines plura hic videntur a me flagitare; dabo operam, ut in hac etiam mea vel vitæ occupatione, vel otii penuria, quantum fieri poterit, nostris simul studiis & eorum obsequar voluntati. Tu vero, nobilissime OCTAUI, omnium optime iudicabis, an, quod ab initio operis suscipere ac polliceri visus sum, dum amplissima huic studio proemia, vel ad usum, vel ad delectationem proposita prædicaui, sim hoc labore nostro, nec mediocri quadam exercitatione consequutus:

Utilitas Nummorum
AD HISTORIAM ANIMALIUM.

Haud dubitas equidem, etsi forte id aliis minus ad hæc adtentis haud suboleat, NATURALI etiam SCIENTIÆ lumen aliquod ex antiquis nummis adfulgere; seu PROPRIETATES ANIMALIUM, ac FORMAS eorundem; seu PLANTARUM etiam FIGURAS, de quibus postea, consulamus.

I.

Ad PROPRIETATES ANIMALIUM *indicandas.*

Equidem videre passim licet in ea veterum Nummorum penu ANIMALIA, ob insitas singulis PROPRIETATES, peculiari quæque Numini olim

sacra. AQUILAM nempe & CAPRAM Jovi: illam, ut [a] *Regem avium*; ab Æschylo olim dictam, ac inde [b] *alatum Jovis*, Deorum nempe Regis, *canem* seu comitem assiduum nuncupatum haud semel ab eodem Tragico: hanc vero, ut eiusdem scilicet Jovis nutricem, eamque *Oleniam*, ab Oleno Achaiæ oppido, iuxta [c] Aratum & [d] Strabonem nuncupatam. PAVONEM vero *Junoni*, ob colorum varietatem & pulchritudinem, seu quod primo in insula Samo editi ac educati crederentur Pavones, dicatum, inde etiamnum in Græcis Junonis Samiæ, quod alicubi de iis tradit Athenæus, Romanorum vero cum JUNONIS REGINÆ elogio, nummis obuium cernimus. LEONEM autem MATRI MAGNÆ seu DEUM MATRI sacrum, ac inde Θῆρα Κυβέλης. *Cybelesferam* in veteri Epigrammate dictum; ipsam vero λεόντων ἑδρήν, *leonibus insidentem* a Sophocle, nempe tanquam nemorum ac montium Deam; inde quoque eam, aut leone vectam, aut bigis leonum insidentem, aut cum leone ad pedes, aut sedentem inter duos leones, exhibent passim veteres tam Græcorum, quam Romanorum nummi. Et quidem, ut hoc addam, e Græcis plurimi, qui in continentis Asiæ a Græcis dictæ, seu Proconsularis, urbibus cusi, erant huius *Phrygiæ*, ut aliunde notum, Deæ, ac *Sipylenæ* in antiquis etiam id genus nummis dictæ, simulacra exhibent; nempe *Laodiceæ*, *Smyrnæ*, *Magnesiæ*, *Sardibus*, *Cyzici*, *Clazomenis*, aliisque. Unde idem terrarum tractus seu Jonicus, Κόλπος Ῥέας, *Sinus Rheæ* vocatur ab Æschylo; idque, iuxta veteres ad eum Criticos, ἀπὸ τῆς ἐκεῖσε τιμῆς Ῥέας τιμᾶσθαι, *quod illic Rhea coleretur*. Cuius vero cultus hodie plura aut certiora testimonia frustra quæras alibi, quam in hisce veterum nummorum monumentis. Ut hoc addam de Cyzico, in furorem ira Deæ verso, apud Valerium Flaccum:

Adsuetum PHRYGIÆ DOMINAM *vectare per urbes,*
Oppressit iaculo redeuntem ad frena LEONEM.

Bacchus vero bigis TIGRIDUM, iuxta illud Horatii, *Bacche Pater, tuæ vexere Tigres*; aut PANTHERA vectus; aut Scyphum ad iacentem ad pedes *Pantherisscum* effundens, ideo in antiquis id genus nummis crebro conspicitur; quod vino scilicet eadem animalia delectentur; immo, iuxta Oppianum, non feræ, sed vinosæ mulieres fuerint, quæ scilicet in *Pantheras* seu Παρδάλεις, *vinosum* quippe, ut easdem paullo ante vocauerat, animal, conuersæ,

Θηροὶ φιλαχέστοιν ἀμήσατο παρδάλεαισι,
Feris vinosis exagitauit Pantheris.

Adeo etiam ut non alia arte in iis feris capiendis utantur venatores, quam adposito iis potu, e quo solent illæ continuo inebriari; quod fuse narrat idem Oppianus, & firmant insuper, qua de re consuli potest doctissimus Bochartus, Arabum scripta. Sed qua de re, seu *Pantherino* illo genere, Libero Patri sacro, agetur opportunius paullo infra. DRACONES autem *alatos* Cereri ideo, in priscis Græcorum & Romanorum nummis tribui, licet statuere; quod iidem e terra, seu e medullis corporum tabe consumptorum, iuxta Plutarchum, nasci crederentur: aut vero, fertilis anni & salubris augurium, iuxta Ælianum, portendere: Ut de iis, qui Ἀγαθοὶ Δαίμονες, *Boni Genii* sunt ab Ægyptiis & Phœnicibus culti, nihil iam dicam; & quales inde, ut nutritores & custodes, natis recens infantibus adpositi dicuntur, sicut Jamo apud Pindarum, aut nato ex Apolline & Creusa filio, apud Euripidem. De Æsculapio vero, cui Serpens, seu *Salutifer anguis* additus; aut vero ipse ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ ΣΩ-

[a] Οἰωνῶν βασιλεύς Agam. v 114.
[b] Διὸς δ' ἐστὶ πτηνὸς κύων Prom. v. 1010. Agam. v. 139.
[c] Phænom. v. 164.
[d] Lib. VIII. pag. 387.
[e] ἐπὶ τῷ νομίσματι τῶν Σαμίων ταώς ἐστιν.
[f] Anth. lib. I. c. XXVIII. Ep. 29.
[g] Philoct. v. 104.
Prom. v. 836.
Argon. lib. III. v. 23.
Lib. III. Od. 3.
Cyneg. lib. IV. v. 231.
Ibidem v. 319.
Hieroz. lib. III. cap. 7.
In Ag. & Cleomene p. 824.
De Animal. lib. XII. cap. 11.
Olymp. Od. VI. v 76. &c.
Jon. v. 22.

THP, ſub Serpentis cum ingentibus ſpiris effigie adumbratur, in eadem Græcorum & Romanorum nummorum penu, alibi in proceſſu huius operis dicetur. Sicut autem *Draconem* diuinitatis & ſalutis, ita PAGURUM ſapientiæ ſymbolum, qui brachiis expanſis Papilionem adprehendit, exhibent denarii Gentis Durmiæ, præter Græcos aliquot nummos apud Goltzium. CERUUM autem non Dianæ ſolum, quod vel in veteri nummorum ſupellectile, in quibus Dea Ἐλαφηβόλος bigis Ceruorum vecta; aut Ceruo etiam nonnunquam inequitans viſitur; ſed eiuſdem quoque fratri, ob curſus velocitatem ſacrum, prolatis aliquot nummis docuit iam elegans huius eruditæ mercis propola P. Seguinus: unde adpoſite admodum Ceruo *flammea veſtigia* tribuit Veronenſis vetter,

Inſ. Græc. Tab. VIII.

Flammea præuertet celeris veſtigia Ceruæ:

Catull. Epith. Thit. v. 337.

Gryphos etiam, alatos Equos, Apollini ſacros, haud magis ex [a] Philoſtrato, [b] Seruio, aliiſque, & qua de re infra, colligas; quam vel ex iiſdem ſignatis ab urbibus, quæ vulgo Apollini deuotæ, ut in nummo AKTIΩN, vel iunctis etiam cum tripode, in auerſa parte, ut in numiſmate KYTOPIΩN apud Goltzium; aut alias ex Galliem nummis, in quibus Gryphus depingitur cum epigraphe, APOLLINI CONS. AUG. ſeu *Conſeruatori Auguſti*. Adde Solem bigis *Gryphorum* vectum in veteri marmore apud Sponium. CORUUM præterea & DELPHINUM in eiuſdem Apollinis tutela exſtitiſſe, recte ad Manilium notauit illuſtris Scaliger, ex obuio Vitellii, illiuſque ut in eo ſignatur, Quindecemviri, Apollinis proinde Sacerdotis, nummo; in quo cernitur Tripus cum Coruo, in inferiori parte, & cum Delphino, in ſuperiori. De *Coruo* vero tanquam aui augurali, ſacrato Apollini, ut aliunde, ita ex Plutarcho liquet & Porphyrio. Sic NOCTUAM Mineruæ plerique Athenienſium, & coloniarum ab iis deductarum, uti Tarentinorum etiam nummi, adiudicant: de cuius tutelæ ratione vide diſſerentem alicubi Dionem Pruſæenſem, qui & eam a Phidia, Athenienſium decreto, Mineruæ ſimulacro additam ibidem obſeruat. *Noctuam* utique, ſapientiæ ſymbolum arguit præterea nummus aureus antea iam memoratus Conſtantini, in quo eadem in cippo, circum SAPIENTIA PRINCIPIS PROUIDENTISSIMI. Hinc *Noctua* impoſita columnæ Traiani in nummo eiuſdem Seguini, quo prouidentia illius principis, duraturo apud poſteros indicio, notaretur. Ut minus iam mirum videatur, ſub *Noctuæ* ſymbolo, eandem Mineruam apud Ægyptios depictam, quod tradit Philoſtratus. E ſculpta vero in Athenienſium nummis Noctua, factum, ut eo deinceps nomine ſeu γλαῦκες, *Noctuæ* dicerentur Athenienſium tetradrachmæ; quod vel ex Ariſtophane liquet,

[a] Vit. Apoll. lib. III. c. XIV.
[b] Ad Eclog. VIII. v. 27.

Inſ. Græc. Tab. II.

Miſcell. pag. 5.

[a] De Iſide p. 399.
[b] De Abſtin. lib. III. pag. 255.

Sel. Num. pag. 138.

Vit. Apoll. lib. II. cap. 9.

Γλαῦκες ὑμᾶς ὅποτ' ἐπιλείψουσι Λαυρεωτικαί,
Noctuæ vos nunquam relinquent Laureoticæ:

De Auib. pag. 549

& ad quem locum eruditi Critici: γλαῦκες, ἀντὶ τῶ νομίσματα, *Noctuæ, pro nummo.* Idem vero alibi obſeruant, non argenteis ſolum, quales illi tetradrachmi, ſed æreis etiam Athenienſium nummis inſculptam fuiſſe *Noctuam*; quod utrumque nummorum id genus tum argenteorum, tum æreorum in præclaris cimeliarchiis conſpectus etiamnum arguit. Quomodo itidem in Athenienſium *Diobolo* inſculptam fuiſſe *Noctuam* tradit Pollux immo in obolo quoque, qualis ſequens argenteus eorundem exiguæ molis nummus, & cum AΘE, veteri more, de quo in ſuperiori Diſſertatione, pro AΘH, inter cimelia Pembrochiana notabilis: & cui haud diſſimilem in libro vernaculo ſermone

Schol. ad Aves pag. 556.

Lib. IX. c. VI. pag. 434.

con-

Lib. IX. cap. VI. pag. 432. conscripto, protulit præstantissimus Boudelotius Gallus. Neque aliter vero, ut idem tradit, *Bouis* nomine dicta vetus Athenienſium moneta, quod bouem
Ibid. pag. 431. haberet insculptum: ita etiam *Pullus* seu πῶλος, moneta Corinthiaca, quod in
Ibid. pag. 435. ea sculptus foret Pegasus. COLUMBA vero ob salacitatem, Veneri, ut notum, sacra; seu ob fecunditatem, quod toto anno pariat, ut notant Græci
Schol. ad S. C. Theb. v. 300. Æschyli interpretes, seu quauis anni tempestate, iuxta Athenæum, quam proinde Veneri haud vulgo obuii Cypriorum nummi nonnulli addicunt; regio
Lib. IX. pag. 394. quippe, cum Deæ sacra, tum Columbis, ut ab Antiphane apud Athenæum di-
Lib. XIV. p. 655. citur, ferax. Quo referri etiam debent insignes *Erycinorum* in Sicilia, & duo
Tab. LXXXVIII. inter alios apud Parutam depicti, cum Columba, & præterea cum Veneris, ac biformis senis seu Jani laureati effigie,



Quibus autem nummis singularem quandam lucem fœnerantur duo præclari
Lib. IX. p. 394. V. H. lib. I. cap. 15. & de Animal. lib. IV. cap. 2. scriptores, Athenæus, ac Ælianus. E quibus nempe intelligimus festum fuisse apud Erycinos, dictum Ἀναγώγια, proficiscentis nempe Veneris, quod nullæ tum essent Columbæ, alioquin circa templum illius Deæ frequentes: alterum vero solemne dictum Καταγώγια, seu reuertentis Deæ, quo una Columba purpurea e mari præuolabat rursus ad Deæ fanum, sequebantur aliæ. Signant utique rei illius memoriam seu fabulam, cum *Columba* in priori nummo expressa in corona laurea; tum vel maxime hinc *Erycina*, illinc itidem *Columba*, in posteriori depictæ. Quo spectare obseruo alium nummum *Erycinorum* Gazæ Mediceæ, in quo illinc caput virile ornatum spolio leonino; hinc Pharetra, Claua, & Columba conspiciuntur: quorum illa ad Herculem Erycis in eo tractu victorem; hæc ad sacrum Veneri locum, & Festi ac Columbæ huius memoriam omnino sunt referenda. Alias eodem Καταγωγὶς nomine, sed alterius generis festum ab Ephesiis celebratum legas in Actis Martyris Timothei
Biblioth. pag. 1401. apud Photium. Mitto, quod Columbas Siculas tanquam valde elegantes, domi ali solitas tradat apud Athenæum Alexis; ac idem innuat quoque in au-
Lib. IX. p. 395. reo libello Theophrastus. Columbam cæteroquin fidei quoque seu concor-
Caract. de Blandit. • Rubeñ. Not. ad Croii Num. T. XLIV. n. 11. diæ conjugalis symbolum denotare in Faustinæ nummis, viderunt iam eru-
De Myster. Sect. V. cap. 8. diti antiquarii. Ita GALLUM auguralem esse auem in aliis Romanorum nummis, uti M. Antonii & M. Aurelii Imp. est itidem ab iis monitum. Hinc cor Galli in sacrificiis ad vaticinia adhiberi solitum, obseruat Jamblichus; Soli quippe, seu Apollini, ut monet alicubi Pausanias, sacri; quibus
Lib. V. pag. 338. addi possunt, quæ ibidem ad Jamblichum notat eruditissimus Gale. Adde,
Suppl. V. 210. Ζῆνα, ἥλιον ἐξαίσιον γὰρ ὡς ἀλεκτρυόνα. Schol. Ibid. quod Solem, Διὸς ὄρνιν, *Jouis alitem* vocat Æschylus; atque ideo, ut vereres ad eum Critici, *quod nos excitat, sicut Gallus.* Idem vero *Gallus* Mercurio etiam sacer in aliis Romanorum nummis videtur: qualis exstat sub M. Aurelio percussus, in quo Mercurius stans cum petaso, crumena, caduceo, solitis eius symbolis, infra Gallus, & inscriptio RELIG. AUG. seu *Religio Augusti*, ac similiter

ſimiliter in aliis monumentis antiquis, Gallus ſubinde Mercurio adpoſitus. Nempe tum quod Mercurio multa eſſent cum Sole, ut viderunt iam alii, communia; tum quaſi pugnax animal, Deo Ἐναγωνίῳ, *Agonium Præſidi*, qualis habebatur Mercurius, ſacratum; ac prout, *accendere cor gallorum*, pro excitare ad diſcordiam & pugnam, dixit alicubi, ut obſeruo, Æſchylus: ſeu denique tanquam diei & aduentantis Solis nuncius, ac vigil; ſymbolum proinde Deorum nuntii ac interpretis, ſeu Κήρυκος *Præconis* a Græcis Romaniſque cultus; nempe iuxta dictum modo Tragicum de Mercurio:

Vid. Pind. Pyth. Od. 11. v. vl. Orph Hymen. Minur.

Ἐξελᾶτ' ὠκὺς καρδίαν ἀλεκτόρων. Eumen. v. 864.

Κῆρυξ μέγιστε θεῶν ἄνω τε κἀκ κάτω,
Præco maxime ſuperorum & Inferorum

Æſchyl. Choeph v. 163.

ELEPHANTIS diuturnitas vitæ præ cæteris animalibus ab Ariſtotele, aliiſque tradita, ÆTERNITATIS nomine ac ſymbolo in nummis quoque Cæſarianis adumbratur. Quo referre etiam licet, quod tradente Suetonio, *ludis pro* ÆTERNITATE IMPERII *ſuſceptis notiſſimus*, ut mox addit, eques Romanus ELEPHANTO *ſuperſedens, per catadromum decucurrit*. Hinc Soli ſacrata, iuxta Philoſtratum, bellua; nec ignotus cæteroquin inſignis Regis Pori Elephas, cui idem Auctor torquem aureum ab Alexandro iniectum, eundemque ultra quadringentos annos refert vitam produxiſſe. Unde conſecratorum Imperatorum vel Auguſtarum idem animal, haud aliter ac Phœnix in Nummis Romanorum, ſymbolum exſtitit: cuiuſmodi præter alios, duos præclaros nec vulgo obuios, unum Domitiani, alterum Antonini Pii vidi in Gaza Gallorum Regia, cum qnadrigis Elephantum. Occurrunt præterea Elephantes lychnum ſeu facem proboſcide geſtantes, in præclaris aliquot nummis unius e Seleucidis, nempe Antiochi Dionyſi; miniſterio haud alieno a reliqua hujus animalis induſtria tot Scriptoribus decantata, & de qua inter alios Manilius:

In nummis Fauſtinæ Junioris & Imp. Philippi Patris. In Nerone cap. XI. Vit. Apollon. l. II. c. 6. Ibidem.

Cumque Elephante loqui, tantamque aptare loquendo
Artibus humanis varia ad ſpectacula molem.

Lib. IV. v. 236.

Certe ſpectaculo hic minus admirando, quam eoſdem videre funambulos in Theatris Romanorum; aut alias pila ludentes; aut in munere gladiatorio Germanici, ſolennibus epulis admotos, proboſcidum opera, ut moderatos conuiuas, cibum ac potum decenter ſibi miniſtrantes. Nota res ex [a] Seneca, [b] Plinio, [c] Suetonio, [d] Dione, [e] Æliano, aliiſque id genus probatis aut oculatis auctoribus: ut vel inde pateat, unde morem illum horum λευκοφόρων Elephantum acceperit Julius Cæſar, de quo diſerte tradit Suetonius, *adſcenditque ad lumina, quadraginta* ELEPHANTIS *dextra atque ſiniſtra* LYCHNYCHOS *geſtantibus*. Idem narrat Dio, quoad illos δαδούχους Elephantas, πολλῶν δὲ ΕΛΕΦΑΝΤΩΝ ΛΑΜΠΑΔΑΣ ΦΕΡΟΝΤΩΝ, ἐκομίσθη, *multis autem* ELEPHANTIS FACES FERENTIBUS *deductus eſt*; quamvis in eo diſſentiant, quod ille in Capitolium, hic domum a cœna deductum ea pompa Cæſarem narrent. Unde iam, opinor, minus erit ingratum, id genus λευκοφόρων Elephanta producere, qualem in vetere nummo cum Gaza & Brandenburgica & Medicea recondunt; tum ſuis & majorum meritis ampliſſimus Joachimus Camerarius noſter mihi ſubminiſtrauit, harum quoque lautitiarum cupidus ſectator:

a Epiſt. LXXXV. b Lib. VIII. c. 2. c In Ner. c. XI. In Galba c. 6. d Lib. LVI. p. 697. e De Anim. Lib. II. cap. 11. In Cæſare c. 73. Lib. XLIII. p. 214.

Editus est postea idem numinus, sed a nobis diu ante vulgatus, cum in Historia Regum Syriæ a Cl. Vaillant; tum in Thesauris Palatino & Brandenburgico, ab eximio eorum interprete Begero nostro. Neque vero mirum in Syriæ Regis nummo signatum videre Elephantem, qui apud veteres legit, successores Alexandri passim usos Elephantibus; & teste Agatharchide, institutam quondam Elephantum a Philadelpho venationem; aut vero apud Athenæum & Plutarchum obseruauit, Seleucum, inter huius Antiochi Decessores, sed per contumeliam, dictum Ἐλεφαντάρχην, ob copiam datorum illi Elephantum, aut singulare eius in illis alendis studium: haud aliter nempe ac de Rege Pegu in India memorant nonnulli, vocari illum Regem alborum Elephantum. Unde & Strabo illustratur, qui in regione Syriæ prope Apameam quingentos Elephantas ab eodem Seleuco alii solitos narrat; alibi, contracta cum Sandrocotto adfinitate, quinquaginta ab illo Elephantas accepisse. Ex quo nummo illud præterea colligas, Suetonio *Lychnuchos*, & Dioni λαμπάδας in simili Elephantum ministerio dictos, nihil aliud reuera, quam δᾶδας, seu *faces* exstitisse: quas utique voces, λυχνούχους, λαμπαδας, φανὸς, δᾶδας, promiscue veteribus usurpatas, ex [a] Athenæo discas & [b] Polluce. Hinc Alexis apud eundem Athenæum dicitur μετὰ λυχνούχου περιπολεῖν τὰς νυκτὸς, cum *lychnucho* seu *face noctu ambulare*. Neque debuit certe, ut obiter hoc addam, *lychnuchus* ille Ciceronis *ligneolus*, tantum negotii eruditis antiquariis facessere, in cuius explicatione æstuantes videas Smithium & Fortunium Licetum, ac postremum inprimis miras loci illius emendationes tentantem in opere de lucernis antiquorum postremæ editionis. At consuluissent Athenæum, qui expresse ξυλολυχνούχου, seu *lychnuchi ligneoli*, ut verbum sonat, dicit Alexin meminisse, neque illum dissimilem *Obeliscolychno*, cuius apud Theopompum fit mentio, & de quo videndus etiam Pollux. An vero felicius eidem Liceto, aliisque successerit, λυχνοφόρους, non iam Elephantas, sed Dracones ex Nummis antiquis itidem producere, infra alio loco discutietur. Cæteroquin tædas seu faces accensas, non iam in Elephantis proboscide conspicuas, sed Vulpium caudis adligatas, iuxta Samsonis factum, apud Ovidium legisti procul dubio:

Apud Photium Biblioth. 1322.

Lib. VI. p. 261. In Demetrio p. 990.

Lib. XVI. p. 752.

Lib. XV. p. 724.

a Lib. XV. p. 699, 700.

b Lib. VIII. c. 18. & L. X. c. 26.

Ibid. ut supra.

Ad Quinct. Fr. L. III. Ep. 7.

Lib. XV. p. 700.

Ut supra.

Cur igitur missæ vinctis ardentia tædis
Terga ferunt Vulpes, caussa docenda mihi.

Fast. l. IV. v. 681.

Unde & Vulpes Lycophroni ac Hesychio λαμπευλὶς dicta videtur, ut erudite obseruat doctissimus Bochartus. CAPRICORNUS, qui non tantum inter signa cœlestia, sed Augusti etiam sigilla & nummos locum inuenit, in iisdem & altero nummo Hadriani rariore, abundantiam & felicitatem notat. APES ob multiplicem industriam & mellis præstantiam, Sapientiæ etiam & Dignitatis symbola, plurimi Græcorum, Romanorumque nummi arguunt; quorum aliquos illustrauit dudum huius veteris elegantiæ optimus interpres, Petrus Bellorius. AQUILAM præterea mitto, perpetuum quoddam

Hier. a. l. XIII. c. XIII. p. 858. ed. Leyd.

dam Providentiæ, Divinitatis, & Imperii; geminas autem Aquilas, Orientis & Occidentis in iiſdem ſymbolum. Inde Aquila aut fulmini inſiſtens, aut illud unguibus tenens, in variis Siculorum, vel Macedonum etiam nummis: vel quam in ſummitate ſceptrorum ſignatam alii exhibent, idque more pridem recepto, uti de eo alicubi Ariſtophanes: Ἐπὶ τῶν σκήπτρων ἐκάθητο ὄρνις; *in ſceptris ſedit avis,* nempe *Aquila,* Rex avium; ac ubi eruditi Critici, ἐπεὶ εἰώθασιν ἐν τοῖς σκήπτροις ἐπὶ τῷ ἄκρῳ ἐκτυποῦν ὄρνιθας εἰς κόσμον, *quandoquidem ſoliti ſunt in ſummitate ſceptrorum effingere aves ad ornamentum*; ac prout Priamum cum aui in ſummitate ſceptri prodire apud Tragicos in ſcenam, tradit ibidem Comicus. Quod ab Aſſyriis pridem receptum refert Herodotus, apud quos ſine Aquila, aut alio quopiam inſigni, geſtare ſceptrum nefas fuerit; ab Hetruſcis vero ad Romanos quoque tranſiit, a quibus ad Romanorum Regem L. Tarquinium, delatum inter alia ſceptrum, quod in ſummitate Aquilam haberet, auctor eſt Dionyſius Halicarnaſſenſis. Eaſdem vero Aquilas leporum venatrices, quod ad ſymbola quoque vel auguria referre eruditis antiquariis placuit, ſignant ſubinde veteres nummi; ut *Agrigentinorum* & *Adrianitarum* in Sicilia; *Faliſcorum* & *Locrorum Epizephyriorum* in Magna Græcia; idque pro nota id genus Aquilarum, quæ λαγωτόνοι inde, ſeu *leporum interemptrices* apud Ariſtotelem dictæ, indole, de qua pridem Æſchylus, ſeu de duabus Aquilis grauida lepore veſcentibus, ait:

Avib. p. 565.

Lib. I. cap. 195.

Lib. III. p. 195.

Hiſt. Anim. l. IX. c. 3.

Βοσκόμενοι λαγίναν
Ἐγκύμονα φίλοιντο γένναν.

Agam. v. 120.

Veſcentes, leporinam Prægrauidam epulabantur ſobolem; & quod ſimiliter de Aquilis leporina carne paſtis tradit Epicrates Comicus apud Athenæum. A Dracone vero leporem ex Aquilæ unguibus eripi refert Nicander. Idem tamen Draconum ſeu Serpentum, quod Leporum, ab Aquilis nempe diſcerptorum, fatum conſpicitur itidem in aliis Græcorum nummis, uti *Chalcidenſium* in Eubœa cum apud Goltzium, tum in Theſauris Brandenburgicis; *Pydnæorum* in Macedonia; *Agrigentinorum* præterea, *Morgantinorum* in Sicilia, aliorumque: prout nota, & ab eruditis antiquariis iam indicata, veterum Auctorum, qui de Aquilarum cum Serpentibus pugna, aut iis in ſublime ab Aquila raptis agunt ſubinde teſtimonia. Idem quoque dicendum eſt de Piſcibus, uti Delphinis, quos ab Aquilis itidem quoque adprehenſos, videas in aliis, ut *Iſtrienorum* (non, ut vir eruditus, ΙΣΤΡΙΗΩΝ) nummis; qualis non apud Goltzium ſolum, ſed in cimeliis Brandenburgicis, Mediceis, aliiſque conſpicitur. *Haliaetum* vero, ſeu Aquilæ id genus a Græcis dictum, qui, iuxta Plinium, viſo in mari piſce ex alto in eum ruit, eo nummo deſignari, bene ad eum obſeruat eruditiſſimus Begerus noſter. Quorum Ἁλιαιετῶν Aquilarum, quæ iuxta mare & promontoria, ut de iis Ariſtoteles, degerent, meminit quoque Ariſtophanes, Ἁλιαίτους θ' ὑπαὶς, *Haliæetos & Vultures*; Critici vero ibidem, εἶδος ἀετοῦ ὁ ἁλιαίετος ἐν θαλάσσῃ διαιτώμενος. *Haliæetus, genus aquilæ degens in mari.* Adde nunc hiſce Phoenicem, æternæ & nouæ vitæ; Upupam, aut Ciconiam, in parentes pietatis, ac inde, iuxta Græcos Ariſtophanis Interpretes, in ſummitate ſceptrorum ſubinde depictas; Cornicem, Concordiæ; Bovem autem, fertilitatis, deductæue Coloniæ, ſeu, iuxta Clementem Alexandrinum, terræ, agriculturæ, & alimenti apud Ægyptios, ſymbolum. Etſi alias *Boues*, miſeriæ ſymbolum, ob perpetuos illius animalis labores; & in ſomnis viſos, malum portendere, duo

Lib. X. c. 3.

Thes. Brand. Vol. I. p. 428.

Hiſt. Anim. l. IX. c. 32.

Avib. p. 583.

Schol. Ariſtoph. Avid. p. 604.

Strom. l. V. p. 567.

ſomni-

Wild. Sel. Num. T. I. Paruta Tab. 70, & 104.

Hard. de Urb. Num. III. p. 222.

Amiq. lib. xvii. cap. 15. somniorum interpretes, cum Essæus apud Josephum, tum Astrampsichus in Oneirocriticis contendant. *Bouem* cæteroquin coronatum, susceptæ pacis apud Lib. xxiv. c. 1. Assyrios indicium exstitisse, obseruat Ammianus Marcellinus.

II.

Ad FORMAS ANIMALIUM *dignoscendas.*

FORMAS vero ANIMALIUM terrestrium, aëreorum, aquatilium, vulgo minus notas, aut de quibus dissentiunt nonnunquam prisci & recentiores naturæ consulti, iidem nummi subinde conspiciendas præbent.

I. HIPPOPOTAMI *in Nummis.*

HIPPOPOTAMUM equidem, ut ab eo ordiar, animal, quod notum, amLib. 1. pag. 31. phibium, ac inde tam χερσαῖον, *terrestre*, quam ποτάμιον, *fluuiatile* a Diodoro dictum; forma vero terrestre omnino, nonnulli exhibent cusi sub Romanis Imperatoribus nummi; qui satis arguunt, quare idem non *Equi* solum, sed *Bouis* a nonnullis veterum, ab aliis *Porci Marini* nomine nuncupetur. Ita enim in iis expressus est, ut cauda & dentibus Aprum; pedibus autem diuisis, seu bifidis, & mole corporis, Bouem referat: cætera fœdis simus, & ad [a] Aristotelis potius, quam ad [b] Herodoti, aut [c] Diodori descriptionem compa-

a Histor. Anim. lib. II. c. 4.
b Lib. II. cap. 71.
c Ut supra.

ratus. Neque tamen ad recentiorum aliquot, qui de animalibus sunt commentati, sententiam accedo, qui a sola magnitudine *Equi Marini* vel *Fluuiatilis* verius, nomen ei inditum statuunt: quum diserte Aristoteles, & iubam instar Equi, & vocem eiusdem seu hinnitum, interiora denique Equo & Asino similia referat: unde etiam *Hippopotami* nomen ei adhæsisse statuendum est. Accedit insuper alia maxillarum, ventris, ac pedum, nisi quod diuisæ sunt ungulæ, cum Equo similitudo, quam ei quoque tribuit Achilles Tatius:

Lib. II. p. 225. ἐστὶ μὲν ἵππῳ τὰ περὶ τὴν γαστέρα καὶ τοὺς πόδας, πλὴν ὅτι σχίζας τὰς ὁπλάς, *est quidem* EQUUS *quod ad ventrem ac pedes attinet, nisi quod diuisas habet ungulas.* Unde quoque de eadem bellua Calpurnius:

Eclog. VII. v. 63. &c.

Et EQUORUM *nomine dignum,*
Sed deforme pecus, quod in illo nascitur amni,
Qui fata riparum venientibus irrigat undis.

Sed præter Achillem illum, diligentem utique ac domesticum pictorem huius animalis, patebit res clarius ex sequenti eius schemate, obuio iam in cimeliis Antiquariorum.

In Nummo Otaciliæ Seueræ.

En iuxta optimos Auctores, caput huius belluæ rotundum & graue, resimum rostrum, cauda, Apri, iuba ac venter velut Equi, ungulæ instar Boum bifidæ non solum, ut vulgo Plinius, Ammianus, aliique etiam e recentioribus, sed

ſed pro tradito inſuper a Moſe inter id genus animalia *biſida* ac *diuiſa* diſcrimine, etiam diuiſæ. Sed notabilia hic eiuſdem Ammiani Marcellini verba, qui *ad ſpeciem Equorum* biſidas ungulas tribuebat huic feræ in poſtremis, quum hæc olim commentarer ac diuulgarem, doctiſſimorum virorum Lindenbrogii ac Valeſii editionibus; ac proinde loco in tam abſurdo mendo, vel corrupto, vel hiulco. Equidem novi Equum prodigii loco J. Cæſari natum, fiſſis in duas partes prioribus ungulis, ſi fides habenda eſt Dioni Caſſio. Sed hoc nihil ad Ammianum, cuius hæc verba vulgo ita diſtinguuntur in dictis editionibus: *Hippopotami quoque generantur in illis partibus, ultra animalia cuncta ratione carentia ſagaciſſimi,* AD SPECIEM EQUORUM *biſidas habentes ungulas, caudaſque breves.* Quis poſtrema hæc grauiſſimo Auctori credat excidiſſe? Unde loco *Equorum,* lubentius *Boum* legerem; adpoſite utique ad rei veritatem, & nummorum ſimul ac auctorum fidem. In eo enim non ad *Equorum,* ſed ad *Boum* ſpeciem accedit Hippopotamus, quod biſidas ſeu diuiſas habeat ungulas, in quo maxime ab Equis differt; ut bene notauit adductis paullo ante verbis Achilles Tatius. Sic Plinius: *maior in altitudine in eodem Nilo bellua Hippopotamus editur, uuguibus biſidis,* QUALES BOBUS. Et pridem Ariſtoteles: *Equo fluuiatili, quem gignit Ægyptus, juba Equi,* UNGULA QUALIS BOBUS, δίχηλον δὲ ἐστιν ὥσπερ βοῦς, ac iam ante Herodotus: δίχηλον, ὁπλαὶ βοὸς. *biſidum, ungulæ bouis.* Mole quoque corporis maximo Boui ſimilem tradit laudatus modo Achilles, non Heros quidem Phtius, ſed Alexandrinus Sophiſta. Adde poſtremo, quod de eodem animali, uti de eo explicandum deſcriptum a Jobo *behemoth* probauit doctiſſimus Bochartus, a diuino ſcriptore traditur: *fœnum ut Bos comedit.* Unde factum etiam, ut non tam inter *Equos,* quam inter *Boues* relatum fuerit a multis ſcriptoribus hoc animal. Verum, quod alibi huic Auctori haud ſemel contigit, ita hic quoque fieri potuit, ut habita ratione nominis huius feræ, aliorumque cum Equo communium, locus Ammiani ab aliquot iam ſæculis ſit interpolatus: cui acceſſit poſtea infelix Galenii in eodem ſupplendo induſtria. Agnouerat utique loci illius mendum doctiſſimus Valeſius, ſed non ſanauerat in priori eius editione: unde miſſa, quam modo adtuli, coniectura, leui diſtinctione eum iuuari poſſe olim monueram, nempe: *ultra animalia cuncta ratione carentia ſagaciſſimi, ad ſpeciem Equorum, biſidas habentes ungulas, caudaſque breues:* ut hæc *biſidas habentes ungulas,* neutiquam *ad ſpeciem Equorum* referantur, ſed ſingula ibi adlata, ſeiunctæ ſint proprietates huius animalis, quibus Equum iuxta, Bouem, & Aprum refert. Quæ autem non cenſoria adeo virgula notare, quam pro mira viri urbanitate, ſolito lepore tangere viſum eſt ei, qui poſtremæ Ammiani apud Batauos editioni nomen ſuum haud ita pridem præfixit. In ea equidem, quæ ſat multis poſt hæc a me vulgata annis in Gallia denuo prodiit, quæque dein, ut modo innui, eſt iterum recuſa, Ammiani editione, ita locum illum diſtinguendum & conſtituendum monuit doctiſſimus Valeſius, *ſagaciſſimi ad ſpeciem Equorum, biſidi, caudaſque breues:* ſeu, ut in ipſo contextu legitur ac diſtinguitur: *ultra animalia cuncta ratione carentia ſagaciſſimi ad ſpeciem Equorum, biſidas habentes ungulas, caudaſque breues.* Ut omnino, ſicut monitum a me antea fuerat, *biſidas habentes ungulas,* non ea reſpiciant, quæ præcedunt, *ad ſpeciem Equorum,* ſed ab iis, uti a me factum, omnino diſtinguantur. Mitto, quod & opportunior prorſus videatur adhibi-

Lib. xxvii. pag. 54.

Lib. viii. c. 25.

Hiſt. Anim. lib. ii. cap. 7.

Lib. ii. c. 71.

Hieroz. lib. xiv. cap. 15. Job. cap. xv. v. 11.

ta a me diſtinctio poſt verba, *ultra cuncta animalia ſagaciſſimi*; quod utique *ad ſpeciem Equorum* minus vere referri poſſe liquet: quum utique dentur animalia, quæ ſagacitate Equos longe ſuperant, ſicuti Elephanti, Vulpes, aliaque; ac prout cæteroquin ab Ariſtotele traditur, nonnulla ex iis animalibus, quæ carent ſanguine, animam habere ſagaciorem pluribus, quæ habent ſanguinem, ſicut Apes, & Formicarum genus.

De Partib. Anim. lib. II. cap. 4.

De ſignato Hippopotamo *in aliis Græcis & Romanis nummis.*

Frequentem vero eiuſdem *Hippopotami* figuram videas, non in Sæcularibus ſolum, & Romanis quidem Philippi Imp. & coniugis Otaciliæ nummis, ſed in aliis etiam Græcis, percuſſis in Ægypto; ut in duobus Mediceis ſub Claudio & Nerone minus obuiis, cum æra in priori L Γ *Anno* III; in poſteriore autem, L. ENNA. *Anno* IX. Quibus addi inſuper debent alii, in quibus Nilus adumbratur. Unus ille enim, ut notum, Hippopotamus ex portentoſis maxime fluuii illius, & quidem qua Sain urbem, iuxta Nicandrum, adluit, incolis: unde præter vulgaris honorem arundinis, quod ei cum fluminibus aliis ſolemne, & cornucopiæ, adiacens Hippopotamus, tanquam germanus illius & peculiaris fœtus, Parentem continuo arguit in aliquot nummis Traiani & Hadriani. In quibus nempe aut recumbenti, fluuiorum more, Nilo adiacet *Hippopotamus*; quandoque etiam addito altero Nili quoque incola, & de quo mox, *Crocodilo*; ſicut in poſteriore duobus ſequentibus nummis Gazæ Gallorum Regiæ, cum Hadriani effigie in anteriori utriuſque area:

Theſ. p. 40.

Exſtat quoque in eadem Gaza huius Hadriani nummus, in quo Nilus recumbens Sphingi innixus, circum autem pueruli quatuor, quorum unus Hippopotamo inſidet. Haud aliter ac circumſtantes etiam pueros præfert ſtatua Nili Vaticana; & eiusdem fluuii, uti a Diodoro alicubi dicitur πολυγόνου effigies apud Philoſtratum traditur, quos alias in Ægyptiis Nili picturis familiares notauit Heliodorus. Adde, quod de dicata a Veſpaſiano in Templo Pacis inſigni quadam Nili e biſalte ſtatua docet Plinius; ac ubi ſimul tangit, quid liberi illi Nili ſimulacris addi ſoliti, & quos alibi πάντας τῦ Νείλυ dictos legiſſe memini, denotarent: *argumento Nili* XVI *liberis circa ludentibus, per quos totidem cubita ſummi incrementi augentis ſe amnis intelliguntur.* Alioquin *Equos Marinos*, non ποταμίους ſeu *fluuiatiles*, unde *Hippopotamo* nomen, ſuperiori parte equina, inferiori autem in piſcem & quidem cum cauda flexuoſa deſinentes, ac inde, iuxta veteres Grammaticos, *Hippocampos* a Latinis quoque, uti & apud Plinium, quod vidit etiam ibi eruditiſſimus Harduinus, appellatos, ſpectare licet in auerſis maritimorum locorum nummis, ac in denariis Atratinorum gentis Sempronix apud Urſinum. Qualem etiam, eum-

Lib. I. pag. 9.

Icon. lib. I. p. 737.

Lib. IX.

Lib. XXXVI. cap. 7.

Nonius in *Hippocampi.* Lib. XXXVI. cap. 4.

que

que aliquantum a Fuluiano diuerſum, e Theſauris Mediceis protulit haud ita pridem in Hiſtoria Ptolemæorum Cl. Vaillant: in quo nempe hinc aduerſa M. Antonii & Cleopatræ capita; illinc iidem in quadrigis id genus *Hippocamporum* ſtantes conſpiciuntur, cum inſcriptione C ATRATINUS PRAEF. CLASS. F. C. *Præfectus Claſſis Fieri Curauit.* Eum autem, quod vel inde ratio illius nominis *Hippocampi*, marinis ills Equis, ut modo vidimus, inditi continuo eluceſcat, hic cælandum quoque duximus. Pag. 395.

Omitti vero hic nequit ſine nota inſignis error eruditi Antiquarii, qui ludis ſæcularibus a Philippo *Imp.* celebratis, hoc eſt millenario ab *u. c*, quo ſuperior nummus eſt percuſſus, cum feræ huius effigie, eandem nunquam antea Romæ ſpectatam confidenter adſeruit. Verum præter Capitolinum in Antonino Pio, Lampridium in Elagabalo, alioſque, Plinium & Ammianum Marcellinum conſulere potuiſſet, qui ædilitate Scauri (hoc eſt tribus & ultra ante Philippum ſæculis) primum Romæ conſpectum hoc animal, ac per plures dein ætates in urbem deductum tradunt. Ut mittam memoratos paullo ante Claudii & Neronis nummos Mediceos, alioſue ſub Hadriano cuſos, in quibus ſignatus pridem fuerat *Hippopotamus.* Adde quod Dionem errare itidem liqueat, ubi primum ſub Auguſto in conſecratione Heroi, Hippopotamum iuxta Rhinocerotem in urbe conſpectum & occiſum tradit; quam tamen belluam in ſolemnibus ludis ab Ædili Scauro Romæ editis viſam iam ante retulerunt, ut modo vidimus, Plinius & Ammianus Marcellinus. Quod vero addit idem Marcellinus, ſua ætate non potuiſſe eandem feram amplius inueniri; ei quoque videtur ſuffragari, ut ad eum adnotauit iam doctiſſimus Valeſius, Themiſtius: quamuis proxime ante Ammiani ætatem, Cari nempe & filiorum temporibus, decoraſſe adhuc Hippopotamum Amphitheatricas voluptates, liqueat ex adlatis paullo ante Calpurnii verbis. Neque vero ſequutis Ammianum ætatibus fefellit Editorum induſtriam qualiſcunque prædicata huius animalis ſagacitas.

J. Hemelar. ad Num. Amm. Tab. XII.

a In Anton. Pio cap. x.
b In Elagab. cap. XXVIII.
c Lib. VII. cap. 28.
d Lib. XXII. cap. 15.

Lib. LI. p. 460.

Orat. X. p. 140.

II.

CROCODILI *in Nummis.*

CROCODILOS vero, Niloticum itidem & amphibium, ſicut *Hippopotamus*, ſeu terreſtre & aquatile, [a] iuxta Herodotum, ac inde [b] ὑδρόχειρον ab aliis dictum animal, in præcipua quoque Amphitheatralis huius voluptatis parte apud Romanos exſtitiſſe, vel ex Symmacho liquet: [c] *præ cæteris autem, quæ Romana ſpectacula deſiderant,* CROCODILOS *functio theatralis flagitat.* Ut non mirum ſit proinde in nummis Cæſarum expreſſam itidem figuram huius animalis intueri; aut eius imaginé cum Nilum, tum Ægyptum frequenter in iis adumbrari, ut monuit iam olim Plinius. Res obuia cum aliunde, tum

De Crocodilis in ſpectaculis & nummis Romanorum.

a Lib. II. c. 68.
b Piſides in Hexaemero.
c Lib. X. Epiſt. 19.

ex

ex vulgatis iam numnis Augusti & Coloniæ Nemausensis, in memoriam regni illius ab hoc principe subacti: adde, & ex iis sub Traiano ac Hadriano percussis, quales exstant in præclaris Cimeliarchiis, in quibus, uti supra *Hippopotamus*, ita *Crocodilus* recumbenti Nilo adjacet; aut ubi Hadrianus, sicut in sequenti nummo Gazæ Gallorum Regiæ, *Crocodilum* pedibus calcans cernitur. Quod postremum referre forsan liceat ad dolorem, ob Antinoum, delicias eius, dum in Ægypto Hadrianus ageret, in Nilo (cujus autem fluuii Crocodilus, ut modo diximus, iuxta Hippopotamum, in nummis symbolum) in quem is inciderat, mortuum. Exstat hic itidem depictus, ille COL. NEM. seu *Coloniæ Nemausi* vel *Nemausensis* cum *Crocodilo*, sub Augusto nummus, cum altero illo Hadriani in Thesauris Gallorum Regiis.

Vid. Patin. Num Imp. in Hadriano, p. 152.

Neque vero piguit, obuium quamquam & familiarem in cimeliis ac libris antiquiorum nummum huc adferre; ut inde illustretur Hesychius, a quo traditur δενδρίτης Κροκόδειλος, *arboreus Crocodilus*: qualem utique haud male innuere videtur Crocodilus palmæ ibi adligatus; ut id quoque, haud ex inspecto quidem vel adducto eodem nummo, sed e duobus recentioribus Auctoribus, qui ab Augusto Crocodilum ad palmam arborem catena religatum in nummis eius cusum, cum hac inscriptione tradiderint, *Nemo Antea Religauit*, obseruat, quem postea consului, doctissimus Bochartus. Nempe, quod ibi continuo subdit vir illustri eruditione, ut doceret Augustus, Romanorum Imperatori, tam fuisse difficile Ægyptios sub iugum mittere, quam piscatori arduum est opus, Crocodilum vinculis constringere. Quamquam haud id omnino apud Ægyptios insolitum, catena nempe Crocodilum adligare, doceat, ut obseruo, Herodotus; qui tradit circa paludem Mœrios seu Mœridos, ut aliunde constat, ac Thebas, ubi sacri essent in primis Crocodili, ab utrisque incolis unum, qui mansuescat, ali Crocodilum; cuius autem primoribus pedibus catenam iidem adnectant.

Cuspin. Parall. Histor. l. III. c. 52. Ant. Augustin. Dial. VI. Sect. 9. Hieroz. l. V. c. 15.

Lib. II. cap. 69.

De Cicuribus Crocodilis, *& eorum cultu.*

Quomodo etiam, & quo cicures similiter fierent, educati in antris & puteis apud Diospolitas Ægyptios Crocodili, a quibus ii præcipua itidem religione culti, iuxta Stephanum Byzantium: εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι μικραὶ ἐν Αἰγύπτῳ τέσσαρες· ὧν ἐν τῇ μιᾷ ἱδρυσαμένοι ΤΟΥΣ ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟΥΣ, ἐν ἄντροις καὶ φρέασι σιβόντες, μήτε τῷ πολέμῳ ΓΕΝΟΜΕΝΟΙ, μήθ' ὑπὸ στρατοῦ λέγοντο: *Sunt item aliæ paruæ in Ægypto quatuor* urbes Diospoles, *in quarum una* CROCODILOS *cicurant, eos in antris & puteis colentes; qui tamen e fluuio non sunt, licet hoc maxime adfirmauerint.* Ubi in postremis verbis leui & obuia emendatione, γενομένους legendum monueram in superiori huius operis editione. Pro eo autem verbo in Xylandri editione γενόμενοι, habent priores editiones & scripti libri, γινόμενοι, ut ad eum Stephani a se multis post annis vulgati locum obseruat Berkelius; eandem etiam lectionem, quod idem monet, adferente ad Solinum τῷ πάνυ, & similiter manuscripto Perusino, ut in variis ex eo lectionibus ad calcem illius Berkelianæ editionis additur. Cui equidem lectioni,

In Διὸς πόλις.

lectioni, etſi de ea ſileat in notis, quas ad Xylandri editionem congeſſit eruditiſſimus Holſtenius; priori etiam lectioni a me tum adſertæ adhæreat nihilominus idem Berkelius; nempe ut dicatur ibi a Stephano, non fuiſſe e Nilo ortos, qui apud Dioſpolitas cicurabantur in puteis, Crocodilos, utut id maxime adfirmetur; nullaque inſuper procliuior dari poſſit, quam ex γενόμενοι in γενόμενοι oborta librariis mutatio; haud valde tamen, ob ſcriptorum librorum, quæ adducitur, auctoritatem, priori, inquam, lectioni repugnabo. Quamquam dari etiam alibi, quam in Nilo, fluuiatiles Crocodilos tradat Strabo; qui flumina Mauritaniæ ferre Crocodilos, & reliqua animalia, qualia in Nilo, obſeruat. Plinius autem, in monte inferioris Mauritaniæ lacum exſtare, a quo Nili originem arceſſat Rex Juba; cuiuſque rei argumentum ſit repertus ibi Crocodilus; iſque inde Cæſareæ, nobili olim in eo tractu, ut id ex eodem Plinio non ſolum, ſed ex nummis etiam liquet, Romanorum Coloniæ, ſacratus. Quem locum haud parum illuſtrat Dio Cocceianus, & qui proinde oportune memorari ibi ad Plinium potuit; a quo itidem in monte Mauritaniæ Atlante Nili fontem oriri dicitur; ut id euincatur ex Crocodilis, cæteriſque, quæ utrobique ſimiliter naſcuntur. Verum idem Plinius alibi quoque in Africa, ac ubi nullus Nilo aut fonti eius locus, Crocodilos obſeruat; uti in flumine Darat, ac præterea in flumine Bamboto in ora Æthiopum Daratitarum, quod *Crocodilis & Hippopotamis refertum* monet. Ut mittam quod ſimiliter de Nigro Æthiopiæ fluuio refert idem Plinius; de Gange autem, qui duo aleret Crocodilorum genera, Ælianus; de Hydaſpi vero Strabo, qui Alexandrum M. Crocodilos in eo vidiſſe memorat. Crocodilos etiam tangit alibi Stephanus, qui in fonte ſupra Calchedonium mare alerentur, *Ægyptiis*, quod addit Ethnicographus, *ſimiles*; & quorum inſuper, ut id iam eſt a viris doctiſſimus [a] Bocharto ac [b] Holſtenio monitum, apud [c] Antigonum in Mirabilibus fit mentio. Hos vero de altero illo *terreſtrium Crocodilorum*, ita a Græcis dictorum ſeu lacertarum genere, intelligendos contendunt iidem duo viri præclari; a quibus autem abit vir magnus ad Solinum, qui quod *fluuiatiles* iidem a Strabone dicantur, male cum mere *terreſtribus* ſeu χερσαίοις Crocodilis illis ſeu lacertis, quoſque in ſepibus & maceriis naſci apud Græcos Ionas tradit Herodotus, confundi exiſtimat. Cuiuſmodi autem terreſtris Crocodili ſeu lacertæ iconem exſtare in nummo Craſti Siciliæ oppidi, cenſuit eruditus olim Gazæ Mediceæ cuſtos, ac ſupra aliquoties memoratus Fitton. Ut mittam illud ſatis inſolitum, ut iuxta illam veterum librorum lectionem, *neque e fluuio*, ſeu Nilo, *guſtare* tantum dicantur adducto ante apud Stephanum loco, *Crocodili*; qui in eo cæteroquin *fluuio*, tanquam ποτάμιον ſeu Niloticum animal, noctes agerent, & per quatuor etiam hybernos menſes, nullo veſcentes cibo degere, ut de iis veteres, ſolerent. Sponte autem ſæuientes ſemper Crocodilos, quaſi pacto fœdere, per ſeptem ſolemnes dies ab omni ſæuitia deſciſcere ac plane miteſcere, quibus Memphis Apis natales celebrantur, tradit Plinius. Ex adducto autem illo Stephani loco de cicuratis & cultis apud Dioſpolitas Ægyptios Crocodilis, illuſtrandus obiter eruditiſſimus Clemens Alex. qui Dioſpoli in æde ſacra, præter alia expreſſum quoque Crocodilum narrat. Adde quod in genere de Ethnicorum idololatria ait ſanctiſſimus Martyr: CROCODILI *& cynocephali, & lapides, & ſerpentes a vobis colunturr*: ac iam ante eum Tertullianus: *Ægyptius olim Deo reus fuerat gentilis idololatriæ, Ibin & CROCO-*

Lib. xvii p. 816

Lib. v. cap. 9.

Lib. LXXXV. p. 856.

Lib. v. cap. 1.

Lib. viii. cap. 8. De Anim. l. xii. c. 41. Lib. xv. p. 696.

In voce Ζάρε-θα.

a Hieron. l. i. c. 9.
b Not. ad Steph. p. 125.
c Cap. CLXII. Pag. 312. ult. edit.

Lib. ii. cap. 69.

Lib. viii. c. 46.

Strom. l. v. p.

Cyprianus ad Demetrianum.

Adv. Marcion. l. i. c. 14.

DILUM *citius colens, quam Deum vivum.* Neque tamen Crocodilus, communis Ægyptiorum Deus, ſicuti quædam animalia, quæ ut toti genti ſacra recenſet alicubi Strabo; ſed iuxta Ouem, Lupum, Cynocephalum, Aquilam, Leonem, aliaque, topicus tantum quorundam Ægypti locorum, ut ex Luciano præterea diſcas, & ex adductis modo exemplis, cum Dioſpolitarum, tum incolarum circa paludem Mœridos ac Thebas, & in qua priori exſtitiſſe Arſinoem, Κροκοδειλόπολιν, *Crocodilorum urbem*, inde dictam, quod eximie in ea Crocodili colerentur, e Strabone & Stephano conſtat: nempe iuxta notum illud Satyrici:

Lib. XVII.

In Jove Tragoed. & de Aſtrolog.

Lib. XVII. pag. 811.

In Κροκοδείλων πόλις.

Qualia demens
Ægyptus portenta colat? CROCODILON adorat
Pars hæc: illa pavet ſaturam ſerpentibus Ibin.

Juven. Satyr. XV. v. 2, 3.

Quibus addi debent vel ex eodem Satyrico, quorum ille paullo poſt meminit, Crocodilorum itidem cultores Ombi Ægyptii: quum alii in Ægypto ſummo eos odio, ſicut circa Syenem & Elephantinem incolæ, proſequerentur; aut vero Tentyritarum, de quibus obuia apud veteres mentio, exemplo, internecinum cum Crocodilis bellum gererent. Quibus accedit Alexandrinus Antiſtes Athanaſius, qui repugnantes Ægyptiorum de ſuis Diis opiniones exagitat; quorum alii Crocodilum, Leonem, pro Diis colerent; alii execrationi haberent, eoſque venundarent. Equidem Crocodilum, impudentiæ ſymbolum apud Ægyptios exſtitiſſe, notat alicubi Clemens Alexandrinus.

Ibid. v. 35.

Strab. l. XVII. p. 814.

Plin. lib. VIII. cap. 25.

Lucian ut ſupr.

Ælian. de Anim. l. X. cap. 21.

Orat. contr. Gent. Sect. XXIII

Strom. l. V. p. 566.

Haud una Crocodilorum *ſpecies.*

Varia autem Crocodilorum apud Ægyptios nomina, neque unam ſpeciem exſtitiſſe, vel inde liquet, quod ſicut διπόδειπνος Heſychio Crocodilus ſuperiori nummo expreſſus; ita occurrebat mihi nuper apud Damaſcium in vita Iſidori, Σῦχις ὄνομα ᾧ Κροκοδείλῳ ἐστὶ θεός, *Suchis nomen & ſpecies Crocodili:* unde continuo emendabam Strabonem, a quo Σῦχος idem vocatur, & quem apud Arſinoitas cultum docet. Illam enim terminationem in iis Ægyptiis familiarem, cum aliunde conſtat; tum ex plerorumque locorum ita apud eos deſinentium terminatione a Stephano Byzantio frequenter indicata; unde Strabonis potius, quam Photii codices in ea voce emendandos liquet. At vero haud male ita dictos Crocodilos id genus liceret ſtatuere, quod non in paludibus ſolum, ſed etiam in antris ac ſpeluncis, Dioſpolitarum exemplo, ut paullo ante vidimus, iidem alerentur. סכה *Sucha* certe Hebræis (quibus multa cum Ægyptiorum ſermone communia) *antrum* & *ſpelunca*; unde & *Succhæos* ſeu Troglodytas, inter militantes Ægyptiorum Regi, a ſacro Chronicorum auctore commemoratos deduxit in ſuo Phaleg doctiſſimus Bochartus. Et hæc quidem olim notaueram: quum poſtea eundem Bochartum alibi tradentem vidi, Σῦχι vocari Coptice *Crocodilum*, quaſi κολυμβήτην, *natatorem* ſeu *virinatorem*; nomenque illud ab argumento inditum, quod in Arſinoite nomo a Crocodilopolitanis peculiari ritu conſecratus ab iis Crocodilus ita diceretur; & quidem in Crocodili illius memoriam qui Menam Regem, inſequentium canum metu, in Mœridem lacum ruentem dorſo exceptum, in ulteriorem ripam traiecerat. Qua de re proinde liberum ſit lectori iudicium, quam velit e duabus illis nominis huius σῦχι vel σῦχις, certæ Crocodilorum ſpeciei inditi, etymologiam & ſignificationem amplecti. Cæterum vel ex ſuperioribus nummis ſub Auguſto, Traiano, Hadriano, aliiſque id genus, in celebritate Sæcularium, ſub ſequentibus adhuc Cæſaribus, percuſſis,

In Photii Biblioth. p. 1049.

Lib. XVII. pag. 811.

II Chron. XII. 3.

Lib. IV. cap. 29.

Hieroz. I. V. c. 18

percuſſis, abunde liquet, quanta fuerit huius feræ apud veteres celebritas; unde & præcipua ludis Romanis, theatralibuſque voluptatibus feſtiuitas, quam Tentyritæ, ut ea de re Strabo, iis exhibebant, Crocodilos e piſcina in pegma quoddam viſendos trahentes, ac inde poſt ſpectaculum in piſcinam denuo demittentes. Adde, a quo animali nobiliſſimi Regni inſigne paſſim peti meruit: ac unde, quod modo vidimus, clara illius ciuitas Arſinoë dicta *urbs Crocodilorum*, aliàque haud procul Thebis Ægyptiis, iuxta eundem Strabonem. Haud aliter nempe ac *Equi* Theſſaliam; Arabiam *Cameli*; Africam *Leones* ac *Elephantes*; Syracuſas, Neapolim, Meſſinam, Tarentum, aliaſque maritimas ciuitates, *Delphini*; Athenas, & deductas ab iis Colonias, *Noctua*; Samum *Pauo*, &c. deſignare ſolent in nummis eorundem locorum, ut præcipui nempe illorum fœtus vel accolæ. Ut iam mittam Hiſpaniam, cuius index velut ac teſſera *Cuniculi*; ſicut liquet ex obuio nummo ſedentis cum oleæ ramo mulieris, & adſtante Cuniculo, peculiari Hiſpaniæ ſymbolo. Qui nummus optimus interpres *cuniculoſæ* Catulli *Celtiberiæ*; & mire inſuper illuſtrat, quæ de nomine ipſius Hiſpaniæ, velut a copia *cuniculorum* deducto, ex lingua Phœnicum erudite obſeruat doctiſſimus Bochartus, in præclaro opere de Coloniis Phœnicum. Verum hæc obiter, de quibus agetur accuratius ſuo loco; ubi nempe, ad Regiones ac Urbes e nummis antiquis illuſtrandas, nos huius operis ratio deduxerit.

Lib. XVII. pag 815.

Ibid. p. 811.

Phaleg. lib. III. cap. 7.

III.

De ELEPHANTIBUS *in Nummis.*

De Elephantibus, iiſq; Conſecrationis ſymbolo in Romanis nummis.

Neque vero minori voluptate adficiunt conſpicui ſæpe in iiſdem nummis, etſi aliunde ſat noti, ELEPHANTES: iique haud obuio cæteroquin ſpectaculo, modo biiuges, modo quadriiuges curribus iuncti; cæteroquin non terroris amplius, ſed totidem triumphalis pompæ, ſeu partæ inſignis de hoſtibus victoriæ; aut conſecratorum etiam Imperatorum vel Auguſtarum monumenta. Adde ſolemnis inde, quod viderunt iam eruditi antiquarii, totidem ſimulacrorum, quæ Diuos illos effingebant, per Circum tranſuectionis; aut vero eorundem adhuc ſuperſtitum, ſtati ad publicos ludos celebrandos proceſſus ductores. Quæ utique, iucundo adhuc & ſingulari ſpectaculo, nobis etiamnum ante oculos ponunt, inſignes cum quadrigis Elephantorum nummi; iique ſub Julio, Auguſto, Caligula, Nerone cum matre Agrippina, Veſpaſiano, Domitiano, Antonino Pio, Diocletiano, Maximiano, Maxentio ſignati; qui iam in libris antiquariorum, aut in præclaris Cimeliarchiis adhuc proſtant. Cuius generis ſingulares omnino nec alibi facile obuii, ſunt duo ſub poſtremis dictis modo Imperatoribus percuſſi: unus nempe ſub Diocletiano & Maximiano Herculio, Gazæ Mediceæ; alter Maxentii, a me olim e Theſauris Chriſtinæ Auguſtæ, in quibus eum conſpexeram, memoratus; uterque vero a doctiſſimo Noriſio vulgatus dein ac illuſtratus, ob libri tamen illius in Italia editi haud parabilem continuo in tranſalpinis oris copiam, hic denuo conſpicuus.

Diſſ. de Vſ. & Præſ. Num. pag. 750. De duob. num. Diocl. & Licin. p. 3. & 32.

Sic

Sic alii rursus Cæsariani nummi conspiciuntur cum bigis Elephantum, sicut Augusti & Faustinæ iunioris, in quorum postremo ÆTERNITAS legitur; haud aliter ac in singulari Philippi patris Imp. nummo, de quo mox, ubi spectatur Elephas cum sessore, & insc. ÆTERNITAS AUG. Philipporum nempe Patris & Filii. De quo autem *Æternitatis* symbolo per *Elephantem* adumbrato paullo ante iam egimus.

De Elephantibus *in Ludis aut triumphis Romanorum.*

Obuius vero subinde in aliis Romanorum nummis signatus singularis Elephas, in memoriam gladiatorii muneris, seu Circensis vel Amphitheatralis spectaculi, in quo vel plures simul, vel singuli interdum Elephantes, cum viris, vel cum aliis bestiis, aut inter se subinde commissi depugnabant; aut vero colludentes inconditis motibus, ac saltantes, seu, ut paullo ante diximus, funambuli, nouo utique & inusitato spectaculi genere, inducebantur. Utrumque tradit, neque uno loco, Plinius, & quidem, ut istud postremum in gladiatorio munere Germanici Cæsaris contigisse obseruet; ac prout de Romano equite sub Nerone, qui solemnibus ludis Elephanti superfedens per Catadromum decucurrerit, supra e Tranquillo vidimus. Idem vero in Galba: *Præter commissiones ludorum Floralium, nouum spectaculi genus*, ELEPHANTOS FUNAMBULOS *edidit*. Alterum vero, seu, cruento magis spectaculo, depugnantes cum viris aut bestiis Elephantas, aut eos alioquin per Circum actos & confossos; idque vel liberæ urbis temporibus, sub L. Metello Consule, & in Ædilitate curuli Claudii Pulchri, & Lucullorum, docet Plinius, ac in dedicatione Theatri Pompeiani Dio Cassius; tum sub Cæsaribus, Julio, Claudio, Nerone, contigisse memorat rursus Plinius; & sub Julio etiam post actos nempe ab eo tres triumphos, Suetonius præterea, Appianus, Dio. Ita post Seueri Imp. in urbem reditum, eiusque vertentibus tum Decennalibus, varia edita spectacula, in quibus multæ cæsæ sint bestiæ, atque inprimis Elephas & Crocotas tum primum in urbe visus, obseruat alibi idem Dio. Cuius utique rei ac moris luculenti adhuc testes insignes aliquot nummi; non quidem, ut visum quibusdam eruditis, inter J. Cæsaris nummos unus, in quo hinc Pontificatus insignia, illinc Elephas cum nomine CÆSAR, de quo consuli potest Cl. Tristanus: verum memorati iam ante, signatus in nummo Antonini Pii Elephas, & insignis ac e maximorum genere nummus Gordiani Mediceus, a nobis supra iam adductus, qui urbis Amphitheatrum exhiber, in eius autem area Elephantem cum sessore, illumque cum Tauro pugnantem; in utroque autem, & quo ludorum amphitheatralium, quod supra iam diximus, editio innuitur, MUNIFICENTIA AUG. Haud aliter nempe ac in dicta modo Ædilitate curuli Lucullorum, aduersus Tauros pugnasse in Circo Elephantem tradit Plinius. Quod spectaculum ludis Domitiani sæcularibus

Lib. VIII. c. 2. — In Nerone c. 12. — Cap. VI. — Lib. VIII. cap. 6. 7. — Lib. XXXIX. p. 108. — In Jul. Cæsar. cap. 39. — Bell. Civil. lib. II. p. 492. — Lib. XVIII. pag. 215. — Lib. LXVI. p. 860. — Tom. I. p. 30. — Lib. VIII. c. 7.

cularibus Romæ itidem exhibitum, e coæuo Poëta, qui & inde illuſtratur, liquet; a quo, ſimilis *de Tauro & Elephante* pugna, inter alia idgenus certamina celebratur. Quo referri etiam poteſt ſignatus Elephas in nummo Antonini Caracallæ a Tarſenſibus, cum urbis Ἀντωνινιανῆς *Antoninianæ* ab eo dictæ cognomine, percuſſo: ſeu inde, quod ut auctor eſt Dio Cocceianus, plures Elephantas ſecum duxerit idem Antoninus, ut hac in re Alexandrum vel potius Διόνυσον, ſeu *Bacchum* imitari videretur. Ne iam huc denuo adducam Antiochi Dionyſi, ſeu Bacchi nomine appellati, nummum, cum δαδόχῳ, ſeu *tædifero* Elephante, & ex ſimili miniſterio J. Cæſari olim adhibito, obiter illuſtratum. Adeo, ut qui olim in bellis cum Pyrrho, Carthaginienſibus, Antiocho, Romanis terrorem continuo, *Elephantorum* nempe, ut ea de re Liuii Epitome, *inuſitata facie territis*, & damnum haud leue intulerant: ſeu, de quibus ait, ſequentibus adhuc ſæculis, Rei Militaris apud Romanos ſcriptor: *Elephanti in præliis magnitudine corporum, barritus horrore, formæ ipſius nouitate, homines equoſque conturbant:* iidem poſtea totidem præcipua velut deuictorum hoſtium tropæa & inſignia, ac inde Circenſis vel Amphitheatralis ſpectaculi ludus iam facti, urbem deinceps ac populum Romanum oblectarent. Quum alioquin ad primum itidem Elephantum in Pori exercitu conſpectum, nouitate ſpectaculi territos quoque Alexandri milites tradit Curtius; ac ſimiliter in Antiochi Soteris, iuxta Lucianum, aduerſus Galatas pugna; ſed de quo alius occurret dicendi in hoc opere locus; ac ſimiliter de Elephantibus, aut Elephantum quadrigis, quæ ut nobiliſſima ac præcipua deuictorum hoſtium ſpolia, aut victoriarum inſtrumenta, in primi Seleuci ac Selucidarum dein aliquot nummis ſignantur. Quomodo eodem conſilio & exemplo, confecto a Romanis bello Tarentino, ducti primum Romæ in triumpho Elephanti; & qui dein, prout poſt enumeratam reliquam illius triumphi, quem duxit Martius Curius Dentatus, pompam, addit continuo Florus: *ſed nihil libentius Populus Romanus adſpexit, quam illas, quas timuerant, cum turribus ſuis* BELLUAS; *quæ non ſine ſenſu captiuitatis ſummiſſis ceruicibus victores equos ſequebantur:* anno Urbis Conditæ CCCCLXXXII. unde illuſtratur id quod a Juliano Africano dicitur in Geſtis, quæ Græce haud ita pridem cum veteribus aliis Tacticis e Typographia Gallorum Regia prodierunt: nempe *omnia quidem eximia e bellis ſpolia; nulla tamen dari ſplendidiora, quam quæ adfert Elephas:* πάντα μὲν ἐν σιμὰ τὰ ἐκ πολεμίων λάφυρα, σιμότεροι πάντων Ελέφας φέρει. Neque enim, quod continuo ibi additur, honorificus adeo Ducis hoſtium Clypeus, aut Lorica cæſi ſtrenui bellatoris, ſicut captus viuus Elephas, vel Regi victori Elephantis primitiæ. Qua ratione quoque, ut hoc addam, ob deuictos a Cæſarianis quartæ legionis in bello Africano contra Scipionem, Elephantas, eiuſdem legionis inſignia ſuo adhuc æuo Elephantas exſtitiſſe obſeruat Appianus. Ita ſignatus in denariis gentis Cæciliæ Elephas, in memoriam, ut vidit ibidem Urſinus, partæ dein a L. Metello Conſule inſignis de Pœnis in Sicilia victoriæ, actique inde triumphi. Neque tamen, quod cenſet ibidem eruditiſſimus Fuluius, & quem hic ſequutus eſt nouiſſimus ac præclarus Familiarum Romanarum editor ac interpres, ex alio Plinii loco, ſed corrupto, ut bene ad eum monuit Pincianus, primus ille Elephantas Romæ in triumpho duxit: quum id aperte, ut idem vidit, redarguat alibi Plinius, ac præter eum Seneca, & in adductis modo verbis Florus, qui tale ſpectaculum, in triumpho Curii Dentati de Pyrrho ac Tarentinis, primum Romæ viſum obſeruant.

Martial. Spect. Epigr. XXI.

In Gaza Reg. Gall. & Medicea. Lib. LXXVII p. 874.

Epitom. XIII. *Adde* Polyb. l. I. pag. 14. Veget. lib. III. cap. 24.

Lib. VII. c. 40. In Zenxide.

Lib. I. c. 18.

Veter. Mathemat. ed. Reg. Potol. p. 198.

Bell. Civ. l. II. pag. 488.

J. Vaillant. in Cæcilia p. 184. T. I.

Lib. VII. c. 43.

Lib. VIII. c. 6. De Brevit. Vitæ cap. 5.

Turbare tamen hic possent inscriptionis apud Gruterum verba, quæ ad confirmandam Fulvii de illo L. Metelli sententiam, in Patiniana Consularium nummorum editione adducuntur: ubi scilicet de hoc L. Metello inter alia dicitur: QUI PRIMUS ELEPHANTAS PRIMO PUNICO BELLO DUXIT IN TRIUMPHO. Verum totam illam inscriptionem haud esse genuinam vel antiquam, sed integram e Plinii ea de re, prout eadem edita prostabant, verbis descriptam, ex utriusque collatione licet continuo adsequi. Quod vere etiam & opportune in nouissima splendidissimaque Thesauri Gruteriani editione, quam modo, post hæc a me pridem adnotata, ab Halma nostro, cui res literaria plurimum debet ac debebit, sum nactus, ad eam monitum lubens video; idque similiter ab eruditissimo Harduino in adnotatis ad Plinium; etsi certissimam ex altero Plinii ea de re loco Pintiani emendationem, *plurimos* pro *primos*, minus ibidem probare videatur. Unde eadem quoque inscriptio, quæ Romæ iam ante cum aliis fuerat diuulgata, ac proinde præclarum diligentissimumque Fuluium latere non potuit, prouide tamen ab eo & caute est omissa; etsi valde alioquin ad confirmandam suam de illo Metelli facto, a quo scilicet primum Elephantes sint Romæ in triumpho ducti, sententiam opportuna.

Thes. Grut. ccccxxxvi.

Not. & Emend. p. 127. Tom. II

De Elephantibus *Loricatis.*

Neque vero hic prætereundus signatus in alio eiusdem gentis Cæciliæ nummo, ac in eiusdem L. Metelli, eiusque de Pœnis victoriæ & triumphi memoriam, *loricatus Elephas*; non quidem ita depictus in Familiarum Romanarum Fuluiana, Patiniana, aut nouissima Cl. Vaillant editione; sed a Patino alibi e nummo a Traiano Imperatore restituto vulgatus. Quam in rem tres cusos sub Cæsaribus nummos, in quibus loricatus itidem Elephas exhibetur, iuuabit hic intueri; priorem Titi aureum iam supra memoratum, e Regis Borussorum Gaza; reliquos duos, Seueri, & Philippi Patris, (de quo postremo alioquin nummo cum sessore præterea egimus paullo ante) ad ornandam Ludorum Sæcularium celebritatem, percussos:

Thes. Numism. p. 37.



Nota equidem sunt ac trita, quæ in genere narrantur de bellico huius animalis, qui in Oriente olim & Africa primum, ac dein in Italia quoque & Sicilia, Pyrrhi & Carthaginiensium temporibus, locum obtinuit, usu; immo qui subinde etiam a Romanis, in bellis Africanis & Hispanicis est inductus, uti ex variis Appiani locis constat. Illud vero opportunius licet hic intueri, factum inde, ut non minus quam homines, ferro etiam munitus Elephas in aciem procederet. Quum enim ob ingentem corporis molem, iaculorum ac telorum ictibus pateret hæc bellua, in qua tamen potissimam victoriæ fiduciam iidem Reges aut populi, qui eorum opera in bello utebantur, collocabant; hinc mos etiam ille est paulatim receptus, ut corpus huius animalis lorica e lamellis ferreis conserta præmuniretur. Tales utique Elephantes olim ab Antiocho Eupa-

Bell. Pun. p. 39, 40. Bell. Hispan. p. 280, 292.

Eupatore in aciem contra Judæos educti, ut notum ex Auctore Macchabæorum: Ἐλεάζαρ ὁ Σαυαρὰν ΕΝ ΤΩΝ ΘΗΡΙΩΝ ΤΕΘΩΡΑΚΙΣΜΕΝΟΝ ΘΩΡΑΚΙ βασιλικῷ, καὶ ὑπερέχων πάντα τὰ θηρία, καὶ ἄρξαι ἔδοξε τοῦτον εἶναι τὸν βασιλέα. *Videns vero Eleazar, dictus Saharan,* UNAM EX BESTIIS LORICATIS, *indutam* LORICA *Regia, quæ erat ſuperior omnibus aliis beſtiis, & viſa eſt illi Regem ferre.* Inſtructos eodem modo contra Cæſarem Scipionis Elephantas e belli Africani ſcriptore itidem diſcimus: *ornatuſque ac* LORICATUS ELEPHANTUS *quum eſſet, quæ pars eius corporis nuda ſine tegmine relinqueretur, ut eo tela conferrentur.* Τεθωρακισμένοι nempe Macchabæorum ſcriptori; iidem qui καταφρακτοι, *cataphracti* a Græcis, dein a Romanis quoque, ut vel ex variis Liuii locis conſtat, ſeu *loricati* ſunt dicti: equites nempe, qui lorica non pectus ſolum ac tergum, ſed reliquum corpus ſeptum haberent ac munitum; quique etium θωρακοφόροι inde, a Perſis autem *Clibanarii*, dicebantur: qua de re autem e Liuio, Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptoribus, Iuliano Imp. Ammiano Marcellino, Notitia Imperii, & aliunde nuper ad τὸν Παραβάτην eginus. Neque vero viros ſolum, ſed Equos etiam eiuſmodi *cataphractos*, ſeu loricis ſeptos ac munitos, ex Æliani Tacticis, ut Vegetium inſuper mittam, ibidem vidimus. Quod antiquitus iam apud Perſas inductum fuiſſe licet abunde ex Xenophonte colligere, qui *Equos omnes in Cyri* iunioris *exercitu, frontium pectorumque munimentis tectos* tradit. Ita de Equis id genus cataphractis iam olim Salluſtius: *Equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant*: ſicut eius ea de re verba ad Maronem, laminis id genus ferreis, ſquamarum inſtar, loricatum equum deſcribentem adducit Seruius:

Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam ſquamis auro conſerta tegebat.

Lib. II. c. VI. v. 43.

Cap. 72.

Lib. XXVI. c. 48. XXXVII. c. 40. 41.

Obſervad Julian. Imp. Orat. I. p. 243. 247. Lib. I. c. 2. Lib. III. c. 23.

Οἱ δὲ ἵπποι ἅπαντες οἱ μετὰ τούτων εἶχον ἐκ μετωπίδια καὶ προστερνίδια de Exped. Cyr. Li. c. VIII. II. 4.

Æneid. Lib. XI. v. 770.

Adeo etiam ut cataphractos id genus Equos, & quibus inſiderent clibanarii, contra Elephantas immitti ſolitos, tradat idem Vegetius. Ut haud mirum ſit proinde eodem munimenti genere protectos ſimiliter fuiſſe, telorum alioquin ictibus, ob ingentem corporis molem, patentes, ut paulo ante dictum, Elephantas. Quod de iis tradentem quoque video, de quo paullo ante facta eſt mentio, vulgatum nuper in Galliis cum aliis Tacticis ſcriptoribus Iulium Africanum, peculiari capite de requiſitis πρὸς Ἐλεφάντων μάχην, *ad pugnam Elephantorum*: ubi tradit eos olim magnum ad pugnam adiumentum adtuliſſe; additque, prout locus ille ab eruditiſſimo cultiſſimique ingenii viro Boiuino, in notis emendatur: τοὺς δὲ κατὰ ἐρήμους, ἀναλόγως πρὸς τὸ μέγεθος αὐχμαλωτίσαντες, τὰ τὶ πλεῖστα πλατέσι ΠΕΡΙΕΦΡΑΤΤΟΝ ΘΩΡΑΞΙΝ, *eos autem*, ſeu Elephantas, *ornabant conuenienter ad eorum magnitudinem, illos ſapientes, & maiori ex parte* MUNIEBANT LATIS LORICIS. Ita morem illum olim receptum fuiſſe, loricis ſquamatis, ſeu cum lamellis ferreis, e quibus eædem fierent, Elephantas protegendi, non ex Auctoribus ſolum antiquis diſcimus; ſed nobis opportune ante oculos ponit loricatus & quidem toto corpore, in adductis, modo nummis Elephas. Quo fiebat nempe, ut Elephantes ut plurimum illæſi e pugna diſcederent: prout id ex Heliodoro inſuper liquet; ὅσοι δὲ κατὰ δικαίαν ἀποφυγὴν, καὶ οὐδὲν δεδρακότες τοὺς Ἐλέφαντας; ἀνεχώρουν· τὸ γὰρ ΘΗΡΙΟΝ ΠΕΦΡΑΚΤΑΙ ΚΑΙ ΣΙΔΗΡΩ παραγόμενον εἰς μάχην· *Quicunque effugiebant nullo facinore edito, nec ullo detrimento Elephantis illato, diſcedebant*: BELLUA *enim* FERRO MUNITA ERT, *cum ad prælium*

Veter. Math. ed. Reg. p. 198.

Lib. IX. p. 449.

Ibidem p. 443. *prælium accedit.* Idem vero paullo ante de tota illa Cataphractorum Equitum & Equorum apud Persos armatura consulendus. Adde, quod non ferro iam, sed phaleris aureis toto corpore contextus dicatur Pori Indorum Regis apud Cur-
Lib. VIII. c. 9. tium Elephas: *longior ubi expeditio est, Elephanti vehunt currum, & tantarum* BELLUARUM CORPORA TOTA CONTEGUNT AURO.

IV.
CAMELI *in Nummis.*

Elephantibus comitem hic autem adiungemus CAMELUM, & ex eo potissimum genere, quod Græci DROMADES vocant. Quum enim vulgo notum sit ex veterum & recentiorum historiis ac monumentis, alios Camelos esse in Oriente, quibus ad onera ferenda utuntur, Saginarios nempe seu ἀχθοφόρους, & de quibus ait alicubi Synesius, *Camelos scabiosos, multorum etiam Asinorum onera sustinere:* alios autem, quibus ad equitandum, ac inde a cursu ob eo-
ὁ Κάμηλος γὰρ τοιοῦτος, ἢ χωρεῖσα, πολλῶν ὄντων ἀναπαύλας φορτία. Epist. XIII. rum velocitatem dictis, uti solent: ita hosce *Dromades* potissimum signari videas in antiquis aliquot Traiani, ut mox dicetur, iisque cum Græcis in Arabia cusis, tum Romanis nummis, cum inscriptione ARABIÆ, aut ARABIÆ ADQUISITÆ, vel ARABIA AUGUSTI PROUINCIA. Subactæ enim Arabiæ, quod viderunt iam eruditi antiquarii, ac erat utique obuium, *Camelus* erat in iis typus. Quum vero duplex Camelorum natale solum tradiderint veteres, *Bactrianos* nempe & *Arabicos*; id autem inter eos discrimen exstitisse obseruent, ut alii duo in dorso tubera, alii vero unum habeant; ita prius illud ad *Bactrianos Camelos* refert Plinius, posterius ad Arabicos: *Came-*
Lib. VIII. c. 18. *los inter armenta ponit Oriens, quorum duo genera Bactriæ & Arabiæ: differunt, quod illi bina habeant tubera in dorso, hi singula.* A quo abit, qui hoc
Cap. XLIX. inuertit, Plinii alioquin simia, Solinus: *Arabici bina tubera in dorso habent, singula Bactriani.* Id vero perperam a Solino fieri, obseruat ad Plinium Har-
Hieron. lib. 2. cap. 4. duinus, ac iam ante eum Bochartus, & quidem Aristotelis potissimum auctoritate, qui Plinio hic, ut illi existimant, præiuerit, dum de hisce duarum illarum gentium Camelis ait: Διαφέρουσι δὲ αἱ Βακτριαναὶ τῶν Ἀραβίων αἱ μὲν γὰρ δύο. ἔχουσι γίβους αἱ δὲ ἕνα μόνον, quasi nempe dixerit: *differunt autem Bactriæ Cameli ab Arabicis: illi enim duos habent gibbos; hi autem unum.* Quibus accedere videtur, ut obseruo, in Geoponicis, recens hic in Britannia viri eruditi opera denuo vulgatis, Didymus, qui ubi Camelum Bactrianam in montibus Indi-
Geopon. Lib. VI. cap. 22. cis a suibus feris prægnantem fieri tradidisset, addit continuo: ἐκ δὲ τῆς συὸς καὶ καμήλου τίκτεται ΚΑΜΗΛΟΣ ΔΙΚΥΡΤΟΣ, ὥσπερ ἐκ τῆς ἵππου καὶ ὄνου ὁ ἡμίονος. *Ex sue & Camelo* CAMELUS *procreatur cum* GEMINO TUBERE, *ut ex Equis & Asinis Mulus.* Quamquam Aristotelis ea de re verba, quibus innituntur viri eruditi, quod adtinet, nihil obstet, ut eorum sensus inuertatur; ut dixerit nempe differre Bactrianos Camelos & Arabicos: *hi enim* (Arabiæ nempe postremo loco commemorati) *duos habent gibbos*; *illi autem* (Bactriani nempe) *unum.* Solino utique suffragatur, & quod vidit iam Bochartus,
Lib. II. cap. 56. Diodorus, qui apud Arabas Camelorum genera tradit reperiri, qui habeant duplex tuberculum, ac inde δίτυλοι, seu *duplici gibbo præditi vocentur.* Accedunt nonnulli e recentioribus, hac aut superiori ætate Itinerum per Orientem susceptorum scriptoribus, ut Martinus Baumgarten, qui tradit itidem duo
Itiner. per Arabiam &c. esse Camelorum genera, unum Arabum, alterum Bactrianorum: *Primum habere*

bere duos gibbos in dorſo, & veloces vocari Dromadarios; Bactrianos vero cum uno ſolum gibbo, & ad ferenda onera eſſe opportunos. Idem etiam mihi coram nouiſſime adfirmauit, quum illum ea de re conſulerem, qui ea Orientis loca adcente perluſtrauit, ut ex editis iam, & luculentius ex iis, quæ mox in lucem adhuc prodibunt, peregrinationis illius commentariis ac monumentis conſtabit, Eques Auratus Chardin. Verum quum veteres eam in rem nummos continuo mihi adeundos cenſuerim, idem euicit omnino ſequens & pulcherrimus quidem Traiani nummus argenteus; quem a viris eximiis, Patino primum, ac dein Begero noſtro iam vulgatum, ſed ubi nihil ea de re ab iis monitum, hic opportune ad faciendam rei huius fidem, & accurate quidem ad nummi ipſius, qui exſtat in Regia Gaza Brandenburgica, denuo expreſſum, continuo ſubiiciam. Eſt autem Græcus Traiani nummus, in memoriam ſubactæ ab eo, quod ſi non aliunde, vel ex memoratis iam ante Romanis eius nummis conſtat, Arabiæ, ac inde inter Auguſtorum, ut ex iiſdem liquet, Prouincias relatæ; in ipſa etiam eius Metropoli *Boſtra*, ut arbitrari licet, ſignatus: quæ ab eo quoque NERVIÆ TRAIANÆ nomen, quod vel ſequens mox Commodi nummus arguit, aliarum id genus urbium more, continuo adſumpſit. In eo autem nummo Camelus ille Arabicus omnino δίκυρτος, ſeu cum duobus prominentibus in anteriori dorſi parte gibbis ſeu tuberibus cernitur. Idem quoque de utroque illo gibbo ſignato in Romanis huius Traiani nummis, ubi ARAB. ADQUIS. ſeu *Arabiæ Adquiſitæ* fit mentio, ſtatuendum videtur; licet dimidius demum Camelus ibi conſpiciatur, ſed cum gibbo in anteriori dorſi parte, non vero in medio dorſo, ſicut ubi cum uno tubere Cameli depinguntur.

Numiſm. Imp. pag. 139. Contin. Theſ. Brand. p. 648.



Signatus vero itidem Camelus in aliis duobus eiuſdem *Boſtræ* in Arabia nummis; unus, ſub Commodo Reginæ Chriſtinæ, inter cuius cimelia eum vidimus, a Patino vero itidem vulgatus, cum inſcriptione de qua modo, N. TPA. BOCTPA, ſeu *Nervia Trajana Boſtra:* alter, ſub Antonio Caracalla, apud Patinum itidem, in quo exeſa loci inſcriptio, ubi ille percuſſus, ſed quem *Boſtræ* quoque tribuit primæ notæ, qui illum itidem adduxit, Antiquarius. Neque vero mirum, Camelum, Arabiæ ſymbolum, in Antonini Caracallæ nummo conſpici; quum a patre eius Seuero domitam denuo Arabiam, ex Spartiano, & Aurelio Victore liqueat. In quibus autem duobus Arabum nummis, duplex ille, ut fateor, Cameli gibbus minus conſpicitur; ſeu id minus accuratæ eorum iconi imputari debeat; ſeu, quod in poſtremo, medium inter duos illos Cameli gibbos, minus inde conſpicuos, locum ſeſſor ſeu dromadarius occupet. Camelum fateor cum uno tantum tubere conſpicuum, eumque inſuper Arabicum, exhibent, ne quid hic ex nummorum monumentis eam in rem hic præteream, duo ſequentes itidem & priori quidem lo-

Num. Impp. pag. 212.

Ibidem. p. 243.

Vaillant in Append. Icon. ad Græc. Num. Impp.

In Seuero cap. 17. in Cæſarib. cap. xx.

co poſiti Romanorum gentium denarii: alter Æmiliæ, in quo ſupplex Ara-
Contin. Theſ. Brand. p. 531. bum REX ARETAS ſignatur; & quidem in denariis Gaze Brandenburgicæ, cum corona radiata Cameli dorſo impoſita, quæ in Fuluiana, Patiniana, aut nouiſſima Cl. Vaillant collectione non viſitur: alter vero in Gente Plautia, cum inſcriptione BACCHIUS JUDAEUS. Verum quibus inde lux
Vid. Bochar. Hieroz. lib. II. cap. 4. accedere etiam poteſt, quod dari promiſcue apud Arabas duo triaue Camelorum genera, nempe cum ad ferenda onera, tum ad prœlia & curſum comparata; eaque cum uno, aut cum duplici gibbo, ſit ab aliis Scriptoribus traditum; & quidem haud obſcure innuatur memorato paullo ante apud Diodorum loco, ubi de Arabia, ac animantium cicurum aut agreſtium in ea-
Lib. II. p. 96. dem prouentu, agens, dicitur: ΠΛΕΙΣΤΑ δὲ καὶ ἀξιοθεατότατα ΓΕΝΗ ΚΑΜΗΛΩΝ τρίχῃ ἥν τε ψιλῶν καὶ δασέων, καὶ ΔΙΠΛΟΥΝ ἀνατεταχότων τὸ κυρτὸν τοῦ νώτου βάχιν ΚΥΡΤΩΜΑ, καὶ ἀφ' οὗτο ΔΙΤΤΑΛΩΝ ὀνομαζομένων. *Sunt ibi* MULTA, *præque aliis eximia* CAMELORUM GENERA, *tum depilium, tum villoſorum, & quibus* DUPLUM, (non, ut ibi fidus alioquin interpres, *duplo maius*) TUBERCULUM *in tergo eminet: ac propterea* DUPLICI GIBBO *præditi vocantur.* Quæ autem ſingula e ſequentibus quatuor illorum nummorum modo memoratorum iconibus liquidius patebunt:

Id vero, quod duos hoſce adtinet Gentium Romanarum nummos, cum Arabicis, qui unum habent gibbum, Camelis, inde factum liceret cæteroquin opinari: quod non in Oriente ſeu Arabia ſignati ſint iidem nummi; ac proinde minus accurate ibi cum Bactrianis Camelis ſeu Sagmariis, aptis ad ferenda onera, ſint confuſi. Quales etiam erant Cameli, Romæ poſt obſidionem Luculli Cyzicenam viſi; quos nempe e Bactrianorum regione adduxerat Mithri-
In Lucullo p. 498. dates; ut id a Salluſtio iuxta Plutarchum, ac dein ab Ammiano Marcellino
Lib. XXIII. cap. 12. quoque traditur. Ab Arabibus vero, quod ex Leone Africano & Marmolio iam monuit Bochartus, *Raguahil* appellati. Priores vero Arabici illi Cameli,
Lib. XVI. c. 22. ſeu *Dromades*, & Δρόμαχες etiam, iuxta Didymum in Geoponicis, dicti, gracilioris iuxta eoſdem ac minoris ſtaturæ, quales depicti ſupra in Græcis Traiani & Antonini Caracallæ cuſis in Arabia nummis Cameli, præ Bactrianis illis Camelis ἀχθοφόροις, & qualem *Bactrium Camelum euormis magnitudins* vo-
In Vita Hilarionis. cat alicubi Hieronymus. Unde ptiores illi ad equitandum, & ad prœlia præterea, quod e ſacris profaniſque Auctoribus abunde conſtat, comparati; ut o-
Lib. XXXVIII. cap. 40. lim in Antiochi contra Romanos acie apud Liuium (quoſque ille *Dromades* appellari ibi obſeruat) & ſimiliter apud Appianum. Factum vero poſtea, ut
Syriac. p. 107. ed. ſicut de adductis paullo ante Elephantibus, aliiſque id genus Orientis animalibus conſtat, ac iam ſupra vidimus; ita ſub Nerone & Elagabalo commiſſas
In Nerone cap. XI. quoque in Circenſibus Camelorum Quadrigas doceant Suetonius ac Lam-
In Elagabal. c. XXII. pridius.

Exſtat

Exſtat vero, ut obſeruo, ſingularis apud Æſchylum locus, ubi non volocium iam *Arabicorum*, aut vero *Bactrianorum*, ſed *Indicorum Camelorum* meminit, & cui lux aliqua obiter eſt impertienda. Verba ſunt Argiuorum Regis ad quinquaginta Danai, filias, Ægypto tum Argos profugas, & unde ſe oriundas illæ eidem Regi iactauerant : *Æſchyli locus de velocibus Indorum* Camelis *illuſtratus*

Ινδὸς τ' ακούω νομάδας ΙΠΠΟΒΑΜΟΣΙΝ
Εἶναι ΚΑΜΗΛΟΙΣ ΑΣΤΡΑΒΙΖΟΥΣΑΣ, χθόνα
Παρ' Αἰθίοψιν ἀστυγειτονοῦσαν. Suppl. v. 292. &c.

Indas quoque Nomadas audio, CELERIBUS CAMELIS VEHI, *terram Æthiopibus vicinam incolentes.* Ita enim ibi, ut obiter id tangam, in ſecundo verſu ἀσεραβιζόντας legendum, non ἀσεραβιζάτας, bene iam monuit in notis ad hunc locum poſtremus ac eruditus Æſchyli editor ac interpres; & adſtruit etiam unus e ſcriptis Poëtæ illius codicibus, in Bibliotheca Gallorum Regia. Verbum vero ipſum, de quo ſilet ibi vir doctus, ἀσεραβίζω, inter μυήσεις huius Tragici voces reponendum eſt. Ασεράδες quidem obuia apud Auctores Atticos mentio de *mulo*; apud Græcos autem in genere, ut de ea re veteres Grammatici, de quouis etiam iumento κατατόκῳ, ſeu quod dorſo vehit: tum pro *clitella* quoque, ſeu *ſella* vel *ephippio*, cui inſident inequitantes id genus κατατόκοις animalibus. Hinc prius illud quod adtinet, Mœris, uti apud Photium dicitur, in ſcriptis autem codicibus Ευμαιρίδης Ἀτθικιστῇ nomine, in dictionibus Atticis ineditis: Ἀσεράδην, ἀττικῶς· Νοητόν. ἡμίονον, Ἑλληνικῶς. prout eandem quoque vocem explicant cum iunctis ſimul duabus hiſce vocibus, Græci ad hunc Æſchyli locum Critici. Exſtat vero apud Lucianum in Lexiphane, ἐπ' ἀσεράδας, ubi ſimiliter notant Græci interpretes nuper editi, & quos olim beneficio eorum poſſeſſoris doctiſſimi Iſ. Voſſii conſulere hic mihi in Anglia licuit, dici ἀσεράδιον, τὸ σάγμα, *ſellam* ſeu *clitellam*; & qui agitarent ſaginaria id genus animalia, ſeu agaſones, ἀσεραδιλάτας a nouarum vocum ſectatoribus (uti ibidem a Lexiphane factum) appellari: apud Athenienſes vero, ἀσεράδιον vocari, *mulum*, qui necdum iugum ſubierat; eorum vero agitatores ſeu *muliones*, ἀσεραδιλάτας. Quibus adde verbum ἀσεραδεύειν apud Platonem, ut de eo Pollux, pro *mulionem egere*. Hinc priori illa, eaque Attica, vocis ἀσεράδος, ſeu earum, quæ inde formantur, ſignificatione, de κατατόκοις animalibus, Καμήλους ἀσεραδίζοντας hic apud Athenienſem Tragicum, pro camelis *vectas*, ſeu *inſidentes* iis vel inequitantes dicitur. Unde emendandus continuo Heſychius, apud quem ἀσεραλίζειν, ὁμαλίζειν, ἰσάζειν, *complanare, dirigere*, legitur; & pro quo ἀσεραλίζειν emendabat demum, ut ex editione illius Lexicographi Batauа liquet, illuſtris Salmaſius. Verum ubi ἀσεραδίζειν omnino legendum, vel ex hoc Æſchyli loco conſtat; & obuium erat præterea ex voce, unde illud formatum eſt, ἀσεράδης, quæ continuo ibi apud Heſychium ſequitur: quæque, iuxta priorem illius apud eam verbi ἀσεραδίζειν pro ὁμαλίζειν ſignificationem, exſtat, ut obſeruo, apud Theophraſtum in Hiſtoria Plantarum: ſed quam non expreſſit in verſione doctiſſimus Gaza, nec adtigit, qui eam recenſuit, clariſſimi nominis D. Heinſius, pro *plano* nempe vel *æquali*. Verum de quo opportunius ad Æſchylum, vel ad ipſum Theophraſtum; neque enim id iam huius loci. Quod vero *Indorum Nomades* mulieres *Camelis* id genus *vehi* ibi dicitur; id more iam antiquitus recepto, ac vel e ſacra Patriarcharum hiſtoria obuio, in qua de Iſaaci vel Jacobi uxoribus ac ancillis, quæ Camelis vectæ longa itinera ſuſciperent, agitur. *Nomadas* vero *Indos* haud

vid. Harpocration. Heſychium Suidam in Ασεράδη. Pollux. lib. VII. cap. 33.

Ἀσεράδη δὲ λέγεται νοητόν. ἡμίονον. Schol. ad Suppl. v. 293.

Schol. Lucian. Tom. I. p. 37. edit. Amſtel.

Lib. VII. c. 31.

Ἔνιοι δὲ ἀσεράδη, μαλακόν.

Lib. I. cap. X. p. 52. ed. Heinſ.

Geneſ. XXIV. v. 61. & XXXI. v. 17.

haud minus ac Arabes memorant itidem, iuxta Æſchylum, veteres Geographi, uti haud uno loco Plinius: *Nomades quoque Indiæ vagantur.* Haud mirum vero dici hic ab eodem Tragico *Indos* illos *Æthiopibus vicinos*; quum ipſo *Indiæ* & *Indorum* nomine dictam olim a veteribus *Æthiopiam* ac *Æthiopas*, & confuſa ſæpe utriuſque gentis nomina, vel ex aliquot Virgilii, aliorumque Auctorum locis conſtet; immo in ipſa Arabia, quod iam ab illuſtri Scaligero monitum, collocata ſit olim ab aliquot Scriptoribus *India*. Adde, quod iuxta præcipuum ac luculentum rerum Æthiopicarum hac ætate Scriptorem, ampliſſimum Ludolfum, permulti dentur Auctores, qui ipſos *Arabie* & *Indiæ* populos, *Æthiopes* vocant. Ἱπποδάμειες autem *Cameli* ibi apud eundem Æſchylum dicti, qui nempe greſſum haberent equinum ſeu celerem; prout de iiſdem Arabibus, qui Xerxi militabant, ait Herodotus, ἦλαυνον πάντες καμήλους, ταχύτητι ἐ λειπομένους ἵππων, *Camelos omnes equitabant, equis pernicitate haud inferiores.* Immo a quibus Camelis ſeu Dromadibus, equos longe velocitate ſuperari, tradunt cum antiqui Auctores, & quorum ea de re loca congeſſit in præclaro opere magnus Bochartus, Strabo, Philoſtratus, Zoſimus; tum recentiores Leo Africanus, Marmolius, alique, qui ſua nobis itinera, Aſiatica nempe aut Africana, reliquere: puta eos unius diei ſpatio, conficere amplius centum paſſuum millia, idque modico viatico, ac decem dies per deſerta loca contiuuantes. Hinc non immerito Dromas a Talmudicis dictus גמלא פיתא, ſeu *Camelus volans*, & iuxta Gloſſam Magiſtrorum, qui eſt curſu velox inſtar auium volantium, ut obſeruat in Lexico ſuo Talmudico doctiſſimus Buxtorfius. Haud aliter nempe ac Græci & Romani celeres ſuos Equos nonnunquam *Pegaſos*, *Volucres*, *Aquilas*, aliſque id genus nominibus appellarunt (& qua de re infra) ac ſimiliter *volantes equos* dixit Silius Italicus:

Lib. VI. c. 17. & *Nomades Indos* lib. VII. cap. 2.

Sola India nigrum fert ebenum. Georg. IV. v. 116.

De Emend. Temp. l. VII. Comp. Æthiop.

Comment. ad Hiſt. Æthiop. lib. II. p. 228.

Lib. VII. c. 86.

Hieroz. lib. II. cap. 4.

In voce גמלא

Lib. XVI. c. 321.

Quiſquis ſuos currus, magnaque VOLANTIBUS *iidem*
Voce loquuntur EQUIS.

Quod Camelos alioquin ἱππόδαμειας hic a Tragico dictos, equi horreant, ut nec ſpeciem intueri, nec odorem ſuſtineant ſentire, ac inde a Cyro Camelos oppoſitos fuiſſe Lydorum equitatui; ut Ariſtotelem, Plinium, alioſque iam mittam, tradidit pridem Herodotus.

Lib. I. c. 80.

V.

De RHINOCEROTE *&* MONOCEROTE *in Nummis.*

De RHINOCEROTE haud ignota veterum ac recentiorum controuerſia; quorum alii fabuloſis eundem adnumerant; alii vero unûm, alii duo cornua, eademque modo in naribus, modo in capite, modo in humeris etiam poſita voluerunt. Viſum vero Romæ hoc animal Flauiorum temporibus, non ex Plinio ſolum, aut Martiali diſcimus; ſed præterea ex nummo Domitiani; ex quo patet luculenter, illud Sæcularibus ſub eo Ludis exhibitum, ac in eius rei memoriam ibi expreſſum, cum uno cornu e naribus, quod vel inditum ei a Græcis nomen ſatis arguebat, prominente. Unde mirari ſubit nuperum Hiſtoriæ Animalium ſcriptorem, qui cum duobus cornibus in his ipſis Domitiani nummis depictum refert. Sed eum in hunc errorem induxiſſe videtur Aldrouandus, & utrumque Pierius; qui hoc ipſum de duobus Rhinocerotis cornibus nummo illo expreſſis ante eos tradiderat: verum, quod

Jo. Jonſton. Hiſt. Quadrup. Artic. XI. P. 66. Hieroglyph. lib. II.

quod iam auguratus eſt Aldrouandus, Elephante nobis pro Rhinocerote obtruſo. Certe ſatis Pierum alioſque ei adſentientes redarguunt, cum productæ iam ante ſuperiori ſæculo huius nummi icones ab Antonio Auguſtino, & Sebaſtiano Erizzo, uiris clariſſimi nominis; tum ſequens eiuſdem effigies illis conſentanea, qualis ſpectatur in duobus hiſce Pembrokiani Cimeliarchii nummis, utroque ſingulari: primo nempe aureo: altero vero argenteo, & quidem ponderis duorum denariorum, quod rarum utique in hac & eorum quidem temporum ſuperſtite nummaria penu. Quibus vero æreum adhuc addam huius Domitiani cum ſignato itidem *Rhinocerote* nummum; unde utique magna feræ illius apud Romanos celebritas, quæ in omni metallorum genere ſignati meruerit, poteſt facile colligi: Equitis Aurati Andreæ Fontaine.

Ut omnino inde conſtare poſſit corruptum eſſe Martialis locum, qui geminum cornu *Rhinoceroti* in antiquis Poëtæ illius editionibus continuo tribuebat:

Namque grauem gemino cornu ſic extulit Urſum. De Spectacul. Epigr. XXIV.

Verum ubi pro *urſum* primus illuſtris Douza *Urum* legendum ſtatuit, ſuffragantibus dein aliis eruditis, ac editionibus Batavis: & quidem, ut ea verba *grauem gemino cornu*, non ad *Rhinocerota*, ſed ad *Urum* referantur. Ὁ πάνυ vero Bochartus, reiecta hac emendatione, & quæ ei continuo additur, explicatione; quod nempe, ut ei videtur, Urus ingens bellua, *grauis* propter *geminum cornu* dici non poſſit, nec cæteroquin fieri, ut animal Elephanti pene par, a Rhinocerote facile fuerit ſublatum. Unde legendum putat, *graui geminum cornu ſic extulit Urſum*, ut nempe *geminum Urſum*, id eſt *duos Urſos*, non ſimul, ſed per vices oblatos, vel ſimul oblatos, per vices extulerit Rhinoceros; niſi malit quis, quod addit, *Geticum urſum*, vel *Scythicum* ibidem legere pro *geminum*. Mitto, quam ille ibi inſuper adfert, nec minus reiicit, Scaligeri ſententiam, qui Rhinocerotem ſtatuit eſſe *gemino cornu*; nempe altero puſillo in fronte, altero in naribus robuſtiſſimo, quo audaciſſime pugnet ac vincat Elephantem. Verum cum puſillum illud in fronte Rhinocerotis cornu vere explodit ibidem Bochartus; tum, utut ſit, illo cornu, vel tuberculis in fronte, non ſublatum a Rhinocerote, ſed unico, quod in nare habuit, Urſum. Quod ut vere eſt a viro doctiſſimo monitum; ita illud de *Urſo gemino*, & per vices quidem in altum ſublato a Rhinocerote; ſingulari illius ſpectaculi, quod a Domitiano exhibitum prædicat ibi Martialis, nouitati minus utique eſt conſentaneum. Dum vero addit vir magnus, fieri non poſſe, ut ingens & Elephanto pene par bellua, Urus nempe a Rhinocerote ſit ſublatus; idem tamen paulo poſt de Monocerote a Scriptore Arabum Damir, cui ille plurimum tribuit, dici obſeruat, quod ille cornu, (quod non in nare, ut Rhinoceros, ſed in fronte gerit) transfixum ſæpe ſublimem tollat Elephantem; & de eodem Monocerote ab alio Scriptore Arabe tradi, feram eſſe, quæ ſuo cornu fert Elephantem. Dum vero ibidem præterea tangit *grauem gemino cornu Urum* commode dici non poſſe, quod nihil cornuum gravitas ad Uri pondus conferat; haud adtendit ad eam, quam paucis ante verbis adtulit de Rhinocerotis *graui cornu*, ut legendum Hieroz. l. III. c. 26.

Hieroz. l. III. cap. 36. p. 937. ed. Lugd. Bat.

apud Martialem contendit, explicationem; nempe *graui* ibi, id est, ~~αἱρέῃ~~, *atroci, diro, molesto, infesto*: & quo itidem sensu, *grauem gemino cornu Urum*, dici omnino ab eodem Poëta potuit. Sed ne his pluribus immorer, illud utique certo statuendum est, haud impingere potuisse Martialem, testem illius spectaculi, & visi in eo Rhinocerotis, qualem modo adductus Domitiani nummus exhibet, oculatum, ut geminum ibi cornu Rhinoceroti tribueret; quique etiam unum cornu duntaxat alio loco eidem feræ largitur:

De spectacul. Epigr. xi. *Quantus erat cornu, cui pila Taurus erat.*

Lib. ix. c. 572. Ut proinde haud opus sit Plinium, Pausaniam, qui visos a se *Rhinocerotas, Æthiopicos*, ut ille eosdem vocat, *tauros* memorat, Ælianum, præterea, Oppianum, Dionem Cassium, aliosque testes huc advocare, ut unicornem fuisse, sicuti ille a Tertulliano etiam haud uno loco dicitur, hanc feram continuo statuamus. Neque vero sub Domitiano primum, immo ne sub Augusto quidem, ut existimat Dio, & innuit quoque Suetonius, sed iam ante in Pompeii Indis exhibitus Rhinoceros, iuxta Plinium, & dein, quod ille continuo addit, *sæpe visus*. Unde etiam sequutis quoque post Domitianum temporibns, ornasse non semel hoc animal Romanas ludorum editiones; aut alioquin illud in urbe visum, liquet aliunde, ex Capitolino in [a] Antonino Pio, (iuxta veteres eiusdem editiones & scriptos codices) & [b] Gordiano, ac Lampridio in [c] Elagabalo. Immo sub Traiano etiam eandem feram Romæ conspectam, fidem facit nummus ab Occone descriptus, quinto illius Augusti consulatu. Ut pateat inde luculenter, quam vere non a Plinio solum, ut modo vidimus; sed dein ab Æliano quoque sit adsertum, formam illius belluæ, Romanis fuisse notissimam: quippe apud quos sæpe fuerit in amphitreatis visa. Si fides vero habenda est Pyrrho Ligorio, traditur ab eodem in uno Domitiani nummo Rhinoceros cum Elephante, ut videbam nuper in antiquariis eius collectionibus, & de quibus mox, ineditis; quæ exstant Romæ in Bibliotheca Augustæ Christinæ.

Non utique destinabatur Rhinoceros Unicornu, nec Monoceros bicornis.

adv. Judæos. c. xi. adv. Marcion lib. iii. c. 18.

Lib. xxi. c. 463.

In Augusto c. 43.

Lib. viii. c. 20.

a Cap. 50.

b Cap. 33.

c Cap. 28.

De Animal. Lib. xvii. c. 44.

De Monocerote *in nummo apud Pyrr. Ligorium.*

De Quadrup. solidiped. capit. vi. p. 192.

Laurent. Catelanus l. de Unicornu.

Th. Reinesius Var. Lect. Lib. ii. c. 2.

Exercitat. cont. Cardan. ccv.

Neque vero in iisdem collectionibus diuersum ab eo MONOCEROTA memini me vidisse, quem a se tamen in nummo veteri inspectum apud hunc ipsum Ligorium testatur Aldrouandus, Bacchi cantharo humi stanti cornu inferentem, cum inscriptione, NYΣΣEΩN. Suspicatur vero percussum illum fuisse ab Indis *Nysæis*, in Bacchi sui cultum, ac memoriam victoriarum Alexandri Magni, & reperti in eo tractu id genus Unicornis. Eundem quoque nummum vulgauit Medicus quidam Gallus scripto vernaculo, ac eidem Alexandro Indorum triumphatori tribuit; paulo tamen aliter expressa nummi epigraphe, NYKEΩN. Vir autem doctissimus, magnum lumen Germaniæ nostræ literatæ, Thomas Reinesius, recentem illum nummum statuit, peculiari illi destinata commentatione in variæ eruditionis opere. In ea autem id agit pluribus, ut eundem adscribat non Indicæ illi *Nysæ*, sed haud paulo viciniori *Nicææ*, sitæ in Liguriæ & Galliæ finibus; ac legendam proinde auguretur inscriptionem NIKAIEΩN. Fundus ei huius obseruationis Iulius Scaliger, qui in ea urbe visum a se narrat cornu huius *Monocerotis*; unde quoque illud ab eodem Heroë Scaligero, aut ab alio forte conscio geminæ voluptatis, ad perpetuam rei memoriam æri inciſum putat superiori sæculo, ac intuitu Græcorum illius urbis aboriginum, signatum Græco illo nomine NIKAIEΩN. Neque dubitat vir eruditissimus hanc suam de nummo illo sententiam, ut extra omnem contentionis aleam proponere; immo pro

pro qua paratus ſit forti animo, *tanquam Danais pro navibus Aiax* depugnare. Non vero is ego ſum, quibus digiti pruriant hanc pugnæ aleam ſubeundi; aut vero, qui geſtiam inde capere ſolatium, quod cum victus ero, cum Aiace ferar decertaſſe. „Optaſſem equidem mihi copiam fieri illius nummi, aut iconis inde expreſſæ; ut de eo liceret certius aliquid ſtatuere; maxime de ætate illius & occaſione, qua ille percuſſus fuit; & an ad remota illa Alexandri M. tempora, aut ad alia eum ſubſequuta; an vero ad elapſum modo ſæculum omnino referri debeat. Sed non licuit mihi hactenus Galli Medici ſcriptum conſulere, quo huius nummi iconem dedit inſpiciendam; aut eundem, quod iam innui, in penu antiquaria Pyrrhi Ligorii a me Romæ inſpecta obſeruare, a quo primum nummi huius notitia videtur dimanaſſe.

Judicium de operibus antiquariis Pyrrhi Ligorii *ineditis.*

Illud tamen in Lectoris gratiam, & ad maiorem quandam lucem huius rei, haud alienum erit præmonere: magnam utique fuiſſe ſuperiori ſæculo, quod tu non ignoras, Pyrrhi huius Ligorii in colligendis undique reſiduis priſci ævi monumentis diligentiam, ac in iiſdem delineandis, deſcribendis, in certum ordinem redigendis, & pro captu etiam interpretandis, incredibilem quandam neque ſatis unquam prædicandam ſedulitatem. Hinc optimos illius induſtriæ præcones nactus eſt iam olim ſibi coniunctos arcta id genus ſtudiorum communione, Antonium Auguſtinum, Fuluium Urſinum, Onuphrium Panuinium, Annibalem Caro, & his ætate proximum Laurentium Pignorium, omnia clariſſimæ famæ nomina. Sed certiores adhuc eius rei teſtes exſtant Herculei viri lucubrationes antiquariæ etiamnum ſuperſtites, in quadraginta & plura volumina digeſtæ; quæ integræ adhuc in Taurinenſi Bibliotheca, & Romæ magna ſui parte, in ſupellectile libraria Chriſtinæ Auguſtæ, Farneſiana, & Barberina, inſtar præſtantiſſimi cuiuſdam Theſauri, adſeruabantur. Complectuntur vero illæ, tum conſueto litterarum ordine, & libris totidem, Geographicam locorum hominumque priſci ævi enarrationem, inſertis paſſim Lapidum ac Nummorum monumentis; tum præterea Commentarios ſingulares in Græcorum & Cæſarum aliquot Nummos: ac inſuper Tractatus quoſdam peculiares, ad illuſtrationem Romanæ omniſque remotæ antiquitatis comparatos: De Religione & Diis Gentilium; Heroibus & Viris Illuſtribus; Ponderibus; Menſuris; Statuis; Monetis; Funeribus; Re Nautica; Veſtiaria; Claris Familiabus Romanorum; de eorum Magiſtratibus: ac tandem de diſtinctis quibuſdam Tiburis, Villæ Hadrianæ, aliorumque id genus vel rituum vel locorum explicationibus. Dum vero eaſdem fama & commendatione eruditorum huius, ac ſuperioris ſæculi mihi pridem notas, obiter verſare licuit aliquoties, facile deprehendi multas latere in iis optimas priſci ævi reliquias, quibus vel maxime, prioribus Inſcriptionum aut Nummorum veterum collectionibus, ingens & præclara quædam acceſſio fieri poſſet; ac inde in omne litterarum & doctrinæ genus utilitas non leuis redundare. Multa enim id genus hodie etiam haud amplius obuia, ibi recondi aduerſus iniuriam temporum; multa etiam ab aliis ſecus aut properanter deſcripta, accuratius ibi aut fidelius, quam vulgo in editis ea de re libris legi; præter conſpicuam ſingularis cuiuſdam in colligendis iis, ac ubi opus fuit delineandis, induſtriæ laudem. Sed neque illud viciſſim diſſimulabo, plura paſſim occurriſſe congeſta in tam vaſta mole, quæ aut dubiæ fidei, aut confeſſæ videbantur nouitatis; magnam inprimis Nummorum ſegetem, ipſa

locorum

locorum aut inscriptionum notatione quam oppido singularem. Et quidem erratum videbam frequentius in Græcis id genus monumentis vel tradendis, vel explicandis; adiunctas certe iisdem interpretationes, nullum ferme usum Græcarum aut interiorum alias literarum manifesto nimis arguere. Varia eius rei exempla possem huc adferre, quæ subinde sese mihi ac dolenti quidem ingerebant; & quæ suo loco nonnunquam ac ordine, sed cum pace eius viri, cuius ossa quiescant molliter, lectorum oculis subiiciemus. Siue itaque fatum illud sit omnium vastarum collectionum, in quibus vulgo πολλὰ μὲν ἰδεῖν, πολλὰ δ' ἀγεῖν, sive ea sit consuetæ humani ingenii pluribus intenti imbecillitas; sive fucus ab aliis bono ac diligenti viro subinde factus sit; sive nimio omnia vetera ac noua promiscue congerendi studio laborarit; siue reuera maiore animo, ac labore improbiori, quam idoneo prouisu priscæ eruditionis & solertiæ illius iudicatricis instructus, rem tantam sit adgressus; id certo mihi constat, quod nec fidem ubique decoquat, nec ubique mereatur, ac in amplissima messe,

Infelix lolium, ac steriles dominentur auenæ.

Unde etiam, si mei voti res esset, mallem ego a viris eruditis ac in literis id genus subactis, spicilegia inde colligi bonæ frugis magna fide & cura, publico usui eximie profutura; ex quo, (uti post hæc olim a me monita, subinde a Cl. Holstenio in suis ad Stephanum, quæ postea prodierunt, Notis factum) sua Ligorio sedulitatis ac industriæ laus maneret illibata; quam ut tota illa qualis extat farrago promeretur; quæ vel incautis posset imponere, auidis ad quamcunque ciborum nouitatem; vel etiam, ut licet subuereri, auctoris sui celebritati ac meritissimis alias laudibus, haud parum valeret detrahere. Atque candidum hoc meum de immensis laboribus Pyrrhi huius Ligorii iudicium, probatum quoque tuo calculo, citra ullam eius contumeliam prolatum velim; neque certe in alium finem, quam ut inde constet, quousque fidei eius ac auctoritati, quam maximam publica iam illi fama conciliauit, sit tribuendum, de qua hic etiam quæstio vertebatur, & forte sæpius in processu operis mentio erit facienda.

Iterum de Nummo cum Monocerote.

Alterum vero hic monendum quoque videbatur, quod nihil traditum videam a doctissimo Reinesio, de altera nummi illius parte, qui istum MONOCEROTA nobis repræsentat. Illud tamen valde fuisset opportunum, ut inde lux maior adfulgeret, quando, aut qua occasione idem ille sit percussus. Proximum est, viros doctos, sed in id genus antiquitatibus parum exercitatos, ad *Nysam* Indicam leui fundamento confugisse, & ad victorias ab Alexandro Magno de illa gente reportatas; qua in re haud difficulter Cl. Reinesio adsentimur. Multa quidem exstant & teruntur manibus Procerum ac antiquariorum Herois huius numismata, proba illa quidem & genuina; sed quæ expeditionum eius Indicarum meminerint, fateor me nondum reperisse. Unde neque audiendus præstans antiquarius, qui in æreo Antonini Caracallæ nummo, in quo Pan cornutus & capripes cum Hirco cernitur, legit NYCAIEΩN, quod Gentile nusquam legitur, pro NYCAEΩN, ac præterea eundem *Nysæ* adscribit, de qua Philostratus, in limite Syriæ & Ægypti, ubi Bacchi templum fuerit magnificentissimum. Verum haud in eo utique terrarum tractu, collocatur a Philostrato eadem *Nysa*, & Bacchi in ea Templum; sed in India quidem inter Caucasum & Cophinum fluuium, in monte *Nysa*, unde Bacchus dictus sit *Nyseus*: ad quam autem *Nysam* referri

Patin. Num. Impp. p. 245.

Vit. Apollon. l. II. c. IV.

non

non debuit a viro in verſandis hiſce cimeliis exercitato memoratus ab eo Caracallæ nummus. Quum vero præter *Nyſam* hanc Indicam, alias, & quidem nouem urbes eiuſdem nominis Stephanus Byzantinus commemoret, ſitas in Eubœa, Thracia, Caria, Arabia, Ægypto, aliiſque, & plures adhuc e Ptolemæo ac aliunde colligas, haud neceſſe fuit proinde delabi ad ultimos terrarum Indos, & percuſſos inde cum Græca loci appellatione nummos accerſere: e quo utique terrarum tractu nemo Græcis id genus nummis penum ſuam antiquariam locupletandam hactenus credidit. Accedit opportune, quod ſiue antiquus ſit ac genuinus nummus ille cum Monocerote a viris doctis e Ligorio deſumptus; ſiue ad veteris alicuius normam nouo ſignatus metallo, certe NYΣΣEΩN leui aut obuio errore legerint iidem, aut eum obtruſerint, pro NYΣAEΩN. quomodo, ut obiter hoc dicam, Νύσσα pro Νύσα male alicubi apud Athenæum legitur. Occurrunt enim plures nummi, quod videtur etiam fugiſſe virum doctiſſimum, & optimæ quidem notæ, cum hac inſcriptione NYΣAEΩN. Percuſſi vero illi, præter indicatos ſub aliis Cæſaribus in nouiſſimo Cl. Vaillant opere, ſub Traiano inſuper, Hadriano, Pio, Marco, Commodo, Tranquillina nummos; iique modo cum Deo Luno, modo cum Baccho ſcyphum effundente & pantheriſco; modo cum Diana, Mercurio, Hercule; modo cum Quadrigis, ſignatoque in iis raptu Proſerpinæ. Ad quam vero *Nyſam* referri iidem continuo debeant, & an ad unam ſinguli, an ad diuerſas, haud ita liquet: niſi quod nummos cum raptu Proſerpinæ, ad *Nyſam* Cariæ omnino ſpectare, ex alio & inſigni quodam nummo NYΣAEΩN itidem inſcripto, cum ſolemnis in raptus illius, ſeu nuptiarum Ditis & Proſerpinæ memoriam, feſti commemoratione, alibi abunde euicerim. Plures vero nummos, qui *Lunum* exhibent, ad eandem Cariæ *Nyſam* adtinere, vel inde liquet; quod familiaris eſſet Dei Luni ſeu Μηνὸς a Græcis, ut notum, dicti, in illo terrarum tractu cultus, Cariæ, puta, Phrygiæ, Piſidiæ; unde Μηνὸς Κώμη, ſeu *Luni* huius *vicum* appellatum, in Phrygia obſeruant Strabo ac Athenæus, in quo autem Μηνὸς Καρὸς, (non, ut apud Strabonem, Κάρου) ſeu *Luni Caris* templum fuerit. Quæ firmant alii *Synnadenſium* in Phrygia, uti *Saittenorum* in Lydia; *Coloniæ Antiochenſis*; *Comanenſium* præterea, & *Sagalaſſenorum* in Piſidia, qui eundem Deum *Lunum* ſignant, ſuperſtites adhuc nummi. Etſi eos olim, fide ſimilis nummi, in quo eadem inſcriptio cum figura huius Luni, infra vero Bouini capitis, *Nyſæ* Euboicæ tranſcribendos exiſtimauerim. Quod utique de illo nummo ſub Valeriano percuſſo, vere, e primo eius obtuitu, conieceram; quem cum aliis nouiſſime tum vulgauerat Cl. Seguinus: quod ille ingenioſe ad varias Bicornis Lunæ cum Tauro ſimilitudines; ego omnino ad *Euboeam* referebam, cuius ſymbolum paſſim in nummis noueram, ſimile Tauri caput, & in qua Stephanus urbem huius nominis *Nyſam* tradit exſtitiſſe. Quo ſpectare etiam memineram nummos huius Alexandri, probos illos neque dubiæ fidei, cum adiunctis variis id genus ſymbolis *Bouini* capitis, *Sphingis*, *Roſæ*, ut vulgo creditur, *Pegaſi*, quæ nempe ab Euboicis, Chiis, Rhodus, Corinthiis, ſignatos eoſdem arguunt. Sed res patebit clarius ex ſequenti *Nyſeorum* nummo apud Cl. Seguinum, cum Dei Luni effigie.

Epiſt. II. ad Morellum.

Lib. XII. pag. 580.

Lib. II. p. 43.

Select. Numiſ. pag. 94.

Ibidem.



Ac distinctionem itaque *Nysæ* Euboicæ, ab aliis urbibus ὁμωνύμοις, additum familiare Insulæ, ac unde ei nomen, symbolum *Bouini capitis*: sicut vulgo in nummis urbium Trinacriæ, seu Siciliæ, eam tria crura, notum regionis insigne, solent denotare. Neque mirabitur quisquam eundem *Masculi Lunæ*, ut eum vocat Tertullianus, cultum, apud hanc quoque *Nysam* obtinuisse; quem non apud Carrenos solum in Mesopotamia, aut apud Ægyptios etiam, ut aliunde constat, sed apud Græcos itidem obtinuisse, iam ante vidimus. Sed quod non est huius loci. An vero nummus ille, de quo agimus, descriptus a viris doctis, cum *Monocerote* cornu cantharo inferente (modo constaret de illius nummi εὐθυπρόσωπα) ad hanc, vel aliam *Nysam* referri debeat, haud ita licet adfirmare. Ob Bacchi tamen memoriam, Cantharo, ut volebat etiam Aldrouandus, abunde indicatam, idem Thracum *Nysæ* haud incommode potest adscribi; apud quos Liberi Patris cultum familiarem, haud minus quam apud *Nysæos* Indos, probant alia monumenta illius tractus, cum iisdem Canthari, pluribusue symbolis huius Bacchi. Gemini nempe aliarum in Thracia urbium nummi, ut *Coloniæ Deulti*, *Maronitarum*, *Pautaliæ*, *Philippopolitarum*, in quibus Lyæus ille aut cum Cantharo itidem, aut hedera coronatus, cum racemo, aut cum aliis cæteroquin solitis eius signis vel symbolis cernitur. Bacchi certe familiarem in Thracia cultum, cum præter alia, eius mysteria, ut de eo veteres, a Thrace Orpheo scilicet reperta, seu, ut de Thracia in genere Pomponius Mela: *Montes interior attollit, Hæmon, & Rhodopen, & Orbelon,* SACRIS LIBERI PATRIS, *& cætu Mænadum, Orpheo primum initiante, celebratos.* Sed magis adhuc faciunt ad nummum, de quo agitur, cum Monocerote scilicet insculpto, qui Cantharo cornu suum inserat, ii nummi, in quibus alia animalia e cyathis id genus bibentia conspiciuntur. Talis nummus *Ilienſium* Mediceus, item apud Abbatem Bracesium, iuxta Cl. Vaillant, in quo hinc Commodi effigies, illinc Aquila, bibens e cyatho, cum adstante Ganymede, & inscriptione ΙΛΙΕΩΝ. Hæc vero, si non probant omnino nummi, de quo agitur, antiquitatem, (quod neque hic intendimus) illud saltem euincunt haud incommode, neque illius inscriptionem, neque symbolum etiam animalis cyatho cornu inserentis, nouum alias esse aut insolitum in priscis id genus monumentis: multo minus opus fuisse recedere adeo a lectione ΝΤΣΛΕΩΝ, aut ad alteram ΝΙΚΑΙΕΩΝ confugere; quum eandem istam ΝΤΣΛΕΩΝ præferant alias optimi & antiqui nummi. Unde liquet etiam, quam minus adhuc sit necesse, alteram illam coniecturam ΚΥΚΕΩΝ, seu de *potu miscello* hic amplecti, cum ab omni usu eiusmodi inscriptionum plus satis alienam, tum merito ab eodem doctissimo Reinesio prolatam valde dubitanter. Alias plures quoque occurrunt nummi ΝΙΚΑΙΕΩΝ *Nicæe* nempe, non Liguriæ, sed Bithyniæ, & (quod hic non minus adposite) cum signato etiam Patris Liberi in iisdem cultu; in quibus ille eorundem ΚΤΙΣΤΗΣ seu *Conditor* inscribitur; & quomodo περπάτως illius urbis vocatur alicubi a Dione Chrysostomo. Addam & illud insuper, haud nouum esse, ut quotidie e-

Apolog. cap. xv.

Lib. II. c. II.

Num. Græc. Imper. p. 69.

Orat. XXXIX. pag. 485.

ruantur

ruantur monumenta priſci æui, & ipſius etiam Herois Alexandri, haud antea viſa vel comperta: neque continuo proinde ſuſpecta ſit aut labans eorundem fides, ut colligere videbatur vir eruditiſſimus. An vero nulla plane mentio ſit huius *Monocerotis* apud Ariſtotelem, ut idem cenſet, nondum ita liquere mihi videtur. Dubium certe illud in ancipiti reliquit Cæſar Scaliger, annon eum forte nomine τοῦ ἰνδικοῦ Μονοκέρωτος, *Aſini Indici Monocerotis* deſignarit Stagirita. Eaſdem certe legas *Monocerotis* vel *Aſini Indici* deſcriptiones apud Cteſiam, Plinium, Ælianum, ut non diffitentur viri docti. Et quamuis quæ vulgo figura *Monocerotis* deſcribitur, ab Aſinina ſatis recedat, ut haud difficulter concedam Cl. Reineſio; & nuper ad Plinium id quoque tradenti eruditiſſimo Harduino; nihilominus vel ſolus ille *mugitus grauis* ſeu aſininus, quem ei tribuit Plinius, facile impellere potuiſſet Ariſtotelem, ut eidem *Aſini Monocerotis* ſeu *Unicornis* appellationem tribueret. Firmare id poſſet luculenter exemplum *Hippopotami* ſuperius adlati; cui cum alias figura ab Equina ſatis ſit diuerſa, & magis ad Bouinam accedat, ob hinnitus tamen aut ſoni cum Equo ſimilitudinem, *Equi* etiam nomen inditum agnoſcit Ariſtoteles.

Ad lib. VIII. cap. 31. Ibidem.

Neque vero ignotum fuiſſe veteribus aliquem id genus *Monocerota*, non ex clariſſimis ſolum apud Gentiles ſcriptoribus liquere videbatur, ſed quod aliquanto maioris erat auctoritatis, ex priſca ſacrorum librorum fide, certe haud contemnendo LXX Græcorum Interpretum teſtimonio, qui illud Hebræorum ראם *Reem* conſtanter per vocem Μονοκέρωτος reddunt, ſemel autem ab Aquila, ut iam vidimus Ῥινοκέρωτος. quo utroque tamen nomine *Unicorne* animal innuitur; illius quidem, ut de eo paſſim auctores, cum uno in fronte cornu; huius vero in naribus. Adde, quod e Latinis Patribus, non ab Hieronymo primum, ut videtur ſtatuere doctiſſimus Bochartus, ſed a Tertulliano iam ante, & duobus quidem locis, ubi τῷ *Reem* facta eſt a Moſe mentio, illud per *Unicornem* redditur. Ut mittam quod ab eodem viro magno idem animal, ſæpius in Veteri Fœdere memoratum רים *Reem*, modo *bicornis Caprea*, modo *Unicornis Oryx* ſtatuatur: quæ quam parum conueniant, aut nihil equidem certi de eo nos doceant, quiuis inde intelligit. Quod vero ea voce *Reem*, non iam *Unicorne* aliquod animal, ſed *bicornem Urum* deſignari ſtatuit alius vir doctus, & ad quem accedit in commentario Hebraïco noviſſime edito vir harum litterarum eximie peritus; eo quidem videtur incommodo laborare, quod animal illud eſſet, ut iam monuit ὁ πάνυ Bochartus, a J. Cæſare primum, tanquam in intimis ſylvæ Hercyniæ receſſibus deliteſcens, memoratum; priſcis autem Græcis, multo magis Judæis & in reliquo Oriente, etſi *boum ſylueſtrium*, facta ſit ſubinde apud veteres mentio, ignotum. Accedit, quod ab omnium veterum ſacræ Scripturæ interpretum (ut denſam recentiorum phalangem nunc mittam) quorum non ſpernenda omnino videtur hic auctoritas, illud recedat, qui de *Unicorni* animali, ſiue iam dictus ita proprie *Monoceros*, vel *Aſinus Indicus*, ſiue *Rhinoceros*, ſiue etiam, ut aliquid doctiſſimo Bocharto largiamur, non *Caprea* quidem bicornis, & utroque cornu obuios feriens, ſed *Oryx* forte illud explicant. Id vero inſuper e dictis hactenus percipitur, & hiſce, in quibus nunc verſamur, conſentaneum: haud mirum nempe fore vel inſolitum, ſi expreſſa eſſet in aliquo veteri nummo, qualis ille a viris doctis, & de quo hic agimus, adductus, figura vel memoria animalis huius *Unicornis*. Equidem videas haud infrequenter inſolitas

An ignotus Veteribus Monoceros? Job xxxix. 9.

Hieron. lib. III. cap 27. Deut. xxxiii. v. 17 Adv. Judæos c. 11. & adv. Marcion. Lib. cap. 18. Bochartus ut ſupra Boxius Animad. ad V. Teſtam. Guſſetus in voce רים

id

id genus feras, aut minus obuias, ad memoriam posterorum, aut ad spectaculi nouitatem, frequenter in iisdem consignari: quod iam indicauimus *Hippopotami*, *Crocodili*, & *Unicornis* etiam *Rhinocerotis* exemplo, ulterius adhuc euincetur. Sed quæcunque sit tandem constans illa veterum Græcorum, Arabum, Hebræorum, Romanorum, ut de recentioribus etiam sileam, traditio de *Monocerote* seu *Unicorni* ita proprie dicto, aut de vi eius salutari, quam hic in medio relinquimus; illud certe constat, male alias hunc *Unicornem*, cum memorato iam ante *Rhinocerote*, a claris Scriptoribus confundi; quod viderunt iam eruditi. Et hæc obiter ad maiorem quandam lucem illius, in qua versamur, disquisitionis; nulla me cæteroquin cum viris doctis & harum litterarum principibus committendi prurigine, qua utique non laboramus; neque alias quadam de nummo a nobis haud inspecto, cum signato iu eo *Monocerote*, certo aliquid statuendi fiducia. Sed vel ita illis, & argumento fuit inseruiendum. Quibus & addere hoc liceat forte a me animaduersum, ad Plinium nempe, ubi *Orsæi Indi simias candentes toto corpore venari dicuntur*; a nouissimo eius & erudito interprete adnotari. " Indos Nysæos hoc loco in-
" telligendos putat Aldrouandus, idque colligit ex Ligorii nummo, cuius e-
" pigraphen legit NYΣΣEΩN, cum *Monocerote*, in aucrsa parte. Viri (nem-
" pe Aldrouandi:) errorem in hac epigraphe legenda detegit Spanhemius de
" Usu Nummorum pag. 138. post Reinesium lib. XI. Var. Lect. cap. 2."
Ac Reinesium quidem quod attinet, id a me monitum ibidem, ut superiora, eaque iam olim edita, arguunt, viderat Harduinus; ac præterea, abiudicatum quidem ab eodem Reinesio *Nysæ* illi Indicæ, cui eum Aldrouandus tribuerat, hunc nummum; sed alio errore ad *Nicæam*, eamque non illam olim nobilem Bithyniæ urbem, sed ad aliam sitam in Galliæ & Liguriæ finibus retulisse euudem nummum, ut supra diximus, Reinesium; aut vero pro NYΣAEΩN, in eo KYKEΩN, de *potu* scilicet *miscello* ab eo lectum.

Lib. VIII. c. 21.

Hard. in Not. Ibid.

VI.

ALCES *in Nummis.*

Haud minus vero e nostro quoque Septentrione, quam ex Oriente ac Meridie, quæsita est tandem in solemnibus Romanorum spectaculis celebritas. Testes præ aliis ALCES, feræ olim Hercyniæ sylue, quas ad Amphitheatrales pompas a Gordiano cum pluribus id genus destinatas, Philippus successor Ludis Sæcularibus exhibuit. Capitolinus: *Fuerant sub Gordiano Romæ Elephanti* XXXII. ALCES X. *Tigres* X. *Leones mansueti* LX. *Leopardi mansueti* XXX. *Hyænæ* X. *Gladiatorum Fiscalium paria mille*, *Hippopotamus unus*, *Rhinoceros unus*, *Archoleontes* X. *Camelopardali* X. *Onagri* XX. *Equi feri* XL. *Et cætera animalia innumera & diuersa, quæ omnia Philippus Ludis Sæcularibus vel dedit, vel occidit.* Unde etiam inter nummos Philippi Filii sæculares, aliquos cum *Alce*, aut *Cerua* descripserunt diligentes Antiquarii: neque tamen inde producta eius icone. Unum videas apud Erizzo, cum figura insoliti animalis; quod ille quidem, & incertum & hirco simile contentus fuit obiter indicare; ego vero ad *Alcem* illorum temporum referre non dubitarem.

In Gordiano III. c. 33.

Occo p. 447. & Biragi p. 350. Discors. Sopr. le Medagl. p. 542.

Multa

Multa ſunt, quæ me mouent, ut hanc fuiſſe veterum *Alcem* exiſtimem, de qua tot ſunt alias ac tam variæ ſcriptorum noſtri ac priſci ævi diſſenſiones, quas hic meas non facio. Neque vero illæ ſolum occurrunt de nomine, aut de aliqua proprietate huius animalis, ut paullo ante de *Hippopotamo*, aut *Rhinocerote* videbamus, ſed de tota eius figura; quam nempe alii *Capræ*, alii *Jumento*, alii *Ceruo*, alii *Mulo* etiam conſimilem faciunt. Contulit obiter inter ſe ea diſſidia, puta Julii Cæſaris, Plinii, ac Pauſaniæ, magnus Solini interpres; neque quidquam præterea. Minus adhuc moror turbam recentiorum, qui non aliam vulgo *Alcem*, quam *Elend* dictam noſtratibus, nonnullis *Magnum Animal*, volunt agnoſcere. Nec enim me illorum numerus iunctæque umbone phalanges deterrent; quin feram hanc in ſuperiori nummo depictam, pro vera veterum *Alce* auſim haud cunctanter venditare. Primum illud eſt, quod modo ex Capitolino conſtabat; nempe hac ſolemnitate Milliaris Sæculi a Philippis celebrata, *Alces* quoque exhibitas. Inſcriptio autem nummi hinc Philippum, illinc SÆCVLARES AVGG. Patris nempe & Filii arguit, & memoriam ſpectaculi id genus Circenſis. Nec vero ad aliud iſte nummus referri poteſt ſecurius, quam ad *Alcem*; ſi conſulas totam ſeriem deſcriptorum Animalium, quæ ut præcipuas eorundem Sæcularium celebritates, tum diuerſis data miſſionibus, commemorat Capitolinus. Alterum, vix notam hactenus Romanis feram, quantum licet aliunde colligere, meruiſſe maxime ſignari ad recordationem illius feſtiuitatis; ſicut de *Rhinocerote* ſub Domitiano; *de Hyæna* vero, *Hippopotamo*, *Elephante*, *Crocodilo*, *Leone* etiam, aliiſque vulgo iam notis, videmus ex eadem nummorum penu contigiſſe. Certe ſequutis inde temporibus, inductas ſæpius ad ſpectacula Romanorum *Alces*, ut adſpectu & raritate ſingulares, docet præterea Calpurnius; ubi inuſitatas ac ſolemnes Cari & liberorum eius deſcribit Editiones,

Salmaſ. Plin. Exerc. p. 164.

Ut ſupra in Gordiano in cap. 32.

In Gordian. Trib. cap. 3. & 33.

Ordine quid referam, vidi genus omne ferarum,
Hic niueos Lepores, & non ſine cornibus Apros,
Manticoram, & ſyluis etiam, quibus editur, ALCEN.

Eclog. VII. v. 57. &c.

Per *ſyluas* nempe, Hercyniam videtur innuere, quarum incolæ olim *Alces*, iuxta Cæſarem. Tertium vero & præcipuum, occurrere non pauca in hac figura cum *Alce* veterum communia, in quantum patitur incerta & diuerſiſſima illorum de hoc animali narratio. Vides utique illius, iuxta Cæſarem, ad primum ſtatim adſpectum, *conſimilem Capris figuram, & eandem magnitudine antecedentem*; imo etiam aliquo modo, iuxta Plinium, reliquam corporis formam a iumento haud alienam. Nam quod adſunt cornua & crura cum nodis & articulis, quæ in *Alce* Cæſar haud agnoſcit, in eo liquet ex Plinio ac Solino, eum vel *Alcen* cum *Machli* ei haud diſſimili confudiſſe, de qua iſti tradunt nullum illum ſuffraginum flexum; aut vero fœminam cum mari miſcuiſſe, cui priori ſolum cornua demit Pauſanias. Nec mirum præterea,

Bell. Gall. lib. VI. Lib. VIII. cap. 15.

Lib. IX. pag. 573.

terea, si de fera adhuc Romanis parum nota, secus quædam, aut inter se diuersa, antiquiores scriptores tradiderint; quod iisdem in aliis magis obuiis accidisse, neque tu ignoras, & vel adlata paullo ante exempla *Hippopotami*, *Monocerotis*, aliorumque id genus satis arguunt.

Et hæc olim in superiori editione ante complures annos notaueram; quum eadem omnino de hac veterum ALCE, & quidem occasione nummi cum incerto quodam animali, quem protulerat Erizzo, a me monita, aliena vero ab iis, quæ de illa fera hactenus in scriptis, hac aut superiori ætate, Historiæ Animalium commentariis traduntur; eadem, inquam, a nupero, de quo paullo ante, ac erudito Plinii interprete adserta & confirmata, etsi tanquam id primus viderit, omissa proinde omni a me pridem eam in rem notatorum mentione, haud illibenter tamen agnoscere mihi licuit. Eadem utique ibi ab eo reposita, quæ de animali vulgo *Elend* olim notaueram: nempe non congruere ei Alcis formam, quam Cæsar, nummique veteres repræsentant: in Notis vero & Emendationibus, ad quas Lectorem ibi remittit; Confudisse Cæsarem Alcen cum Achli, (seu Machli) nec diuersa prodere vetustos scriptores de fera sibi haud explorata mirum debere videri, cum de obuiis etiam sæpenumero inter se dissideant: Alces certe decem a Philippo Imp. ludis sæcularibus exhibitas fuisse, testatur Julius Capitolinus in Gordiano tertio pag. 164. Figuræ nummos repræsentant, quibus signatæ ex feræ, ad perennem celebritatis recordationem. Nam in uno ex nummis, qui in Cimelio Parisiensi seruatur (Collegii nempe Claremontani) cuius similem alterum profert Erizzo pag. 542. ubi animalis incerti, hirco similis, iconem ibi signari dixit, NOS ALCEM ESSE cælatam ideirco CONTENDIMUS, quod ad aliam nullam ex iis feris, quas Capitolinus enumerat, referri merito ea forma possit. Esse autem, ut Cæsar dixit, consimilem Capris figuram, eadem magnitudine antecedentem: esse aures proceras, esse crura cum nodis & articulis, ut de Alce, non de Achli (seu Machli) censuit Plinius." Quæ autem ideo hic erant a me adducenda, ut eadem de hac *Alce*, contra huius aut superioris ætatis historiæ Animalium Scriptores, & quidem accedente fide veteris nummi, primum a me adnotata, viri illius eruditi & sagacis calculo ac testimonio, iisdemque rationum vel auctoritatum a me adductarum momentis, plane comprobari Lector intelligeret; indeque suum quoque adsensum iis eo lubentius citiusue accommodaret. Palmarium vero illud, (ut olim adhuc id eam in rem a me additum, hic reponam) quod *Alcen Capræ* haud absimilem Cæsar agnoscat, ac eadem maiorem: quorum utrumque figuræ huius adspectus satis, meo iudicio, ante oculos ponit. Unde liquet etiam haud opus nunc esse emendatione illustris Salmasii, qui loco iam ante indicato *Capras* hic apud Cæsarem in *Capreas* mutat; cum ad priores magis, quam ad posteriores accedat superior effigies. Neque illam mutationem euincit addita mox a Cæsare *pellium varietas*, quam præmissa ab eodem *Capreæ* figura per se satis indicasset; ut non fuisset necesse proinde Cæsari eadem distinguere, *habere consimilem Capreis figuram, & varietatem pellium*. Alias apud Comicum, *Caprigenum genus*, de *Capreis* dictum videas.

Hard. ad Plin. lib. VIII cap. XV. pag. 154. Tom. II. Sect XXXIII. p. 257. Tom. II.

Qui varie valent:
Caprigenum hominum non placet mihi, neque
Pantherinum genus.

Plaut. Epidici Act. I. Sc. I.

Illud

Illud enim *Caprigenum genus* de *Capreis* ibi intelligendum, non de *Capris* ſatis liquet, in quibus utique haud occurrit illa varietas pellium, ad quam adludit Comicus. Cur vero recentiores *magnum* ſuum *Animal*, ſeu Germanorum *Elend*, *Alcis* nomine indigitarint; eandemque cum *Alce* veterum ſtatuant, ipſi viderint. Numquam certe feras tota ſpecie, ut liquet, diuerſas in unam eandemque, ſicut in unum nomen tam facile ſociabunt; facilius certe, *jungentur iam Gryphes equis*. Vel ſola inſuper ab iis prolata iconum huius feræ diuerſitas in quantum iis fides ſit habenda, ſatis arguit. Sed non ſcribimus hic Hiſtoriam Animalium; aut vero tantum nobis otii, ut de iis inter ſe, aut quod factu difficile, cum veteribus conciliandis, multum iam laboremus.

VI.

De CAPRINI *generis Animalibus Sylueſtribus.*

Alias ſelecta quædam e CAPRINO genere Animalia, neque vulgo obuia nobis eadem ſupellex antiquaria ſubminiſtrat. Quamuis enim, quod tradit alicubi Plinius, in omnibus animalibus placida & fera reperiantur, CAPRÆ *tamen in plurimas ſimilitudines transfigurantur*: dari enim, quod addit ibidem, *Capreas, Rupicapras, Ibices, Oryges, Damas, Pygargos, Strepſicerotes, multaque alia haud diſſimilia; quorum illa Alpes, hæc tranſmarini ſitus*, (nempe non Africa ſolum proprie a Romanis dicta, vel Libya, ſed vicina etiam Sicilia, Creta, Aſia, mittant. Idem vero Plinius alibi tangit varia cornuum genera, quæ data ſunt id genus animalibus, uti ramoſa *Capreis*, ſed parua; conuoluta in anfractum, *Arietum* generi; *Rupicapris*, in dorſum adunca; *Damis*, in aduerſum; erecta, rugarum ambitu contorta, & in leue faſtigium exacuta, *Strepſiceroti*; mox, aliis adunca, aliis reduncа. Exſtant vero plures etiamnum & ſingulares quidem nummi, partim Siculi, Cretenſes, partim Romani, & in celebritate Circenſium aut decennalibus, de quibus Trebellius Pollio, ſub Gallieno potiſſimum percuſſi, qui haud unum e CAPRIGENO illo diſſimilium animalium genere nobis etiamnum oſtentant.

Lib. VIII. c. 53.

Lib. XI. c. 37.

In Gallien. cap. III. & VII.

Equidem, ut a Siculis illis nummis ordiar, occurrit *Hennæ*, urbis Siculæ, (ita enim non *Ennæ*, ut vulgo, ſcribendum, vel ex antiquo & Romano eiuſdem urbis nummo, MVN. HENNÆ *Municipium Hennæ*, de quo alibi, liquere poteſt) apud Parutam, cum inſcriptione ΔAMATHP in una, & ENNA (E nempe adſpirato) in altera parte:

Tab. 80. n. 1.

Cererem in priori nummi area ſignatam non ſolum, ſed inſcriptam haud mirabitur, qui hanc urbem fano & ſimulacro eiuſdem Deæ nobilem apud [a] Ciceronem, [b] Strabonem, alioſque haud ignorat; & iſtam inſuper apud Melam, *Famam habet ob* CERERIS *Templum*, HENNA. Unde & HENNAEA

a In Verrem. IV. cap. 49.
b Lib. VI. pag. 272.

NAEA CERES (sicut in antiquis eius codicibus legi, non *Ennæa*, ad eum monuit magnum Musarum Latinarum decus, Nicolaus Heinsius)

Hennæ Cereri proles optata virebat.

De Rapt. Proserp. lib. 1. v. 122.

Neque Doricæ etiam dialecti causam in hac voce ΔΑΜΑΤΗΡ requiret, qui nouit eam Siculis consuetam; haud aliam certe quærendam in urbe Syracusanorum colonia, quos, more consueto Coloniarum, Metropoleos suæ Corinthi dialecto usos constat. Animal autem, qnod exhibet auersa nummi area, e Caprino simul ac Ceruino genere satis arguit magnitudo instar Cerui, varietas pellis, Caprina cornua, barba seu villus e mento pendens, pedes denique bisulci. Quamuis enim nostrates *Capreæ* ac *Damæ* vulgo minores occurrant; at notum aliunde plures dari maiores, & Ceruo magnitudine pares. Tales utique Aforum vulgares illæ *Gazellæ*, iuxta vocem Arabicam غزال de quibus inter alios consuli potest Marmolius, & firmant insuper aliæ voces, quibus promiscue *Capream*, *Damam* & *Cervum* notant, ut liquet ex Arabum Lexicographis, & vidit harum litterarum decus Bochartus. Neque etiam minores ex eodem *Caprearum* aut *Damarum* genere, quia veteribus *Hippelaphi*, *Tragelaphi*, & *Pygargi*, nuncupantur. *Hippelapho* certe seu *Equicervo* haud dissimilem figuram tribuit Aristoteles; formam nempe Equi & Cerui, unde illi nomen; villum instar barbæ e mento pendentem; magnitudinem Cerui; cornua Capris proxima; pedes bisulcos. Obstat vero iuba tenuis a capite ad armos, quam eidem *Hippelapho* Aristoteles, ac unde ei equinum nomen, quæ in depicta huius animalis apud Parutam icone non comparet; & contra, obuia in eo maculosa, Damarum instar, de qua silet Philosophus, pellis varietas. Mitto quod apud Arachotas, gentem Indiæ vicinam, reperiri demum *Hippelaphum* ibidem tradit. *Tragelaphum* vero seu *Hircocervum*, cum hircina proinde barba, non alibi quam iuxta Phasin amnem exstare, auctor est Plinius: sed quem in Syria ac Arabia etiam reperiri monet, ut olim iam monui, & alii quoque viderant, Diodorus. *Tragelaphum* vero a se Parisiis visum, qui cornua plane ceruina haberet, mentum promissa hirsutum barba, villosos armos, eumque pro *Hirco Barbariæ* ostensum memorat ad Solinum ὁ πάνυ. An vero *Hippelaphum* & *Tragelaphum*, pro eodem animali, sumere debuerint Volaterranus, Gesnerus, atque eorum auctoritate, ut liquere videtur, ad dictum Plinii locum nouissimus ec eruditus eius adnotator, expendere iam haud vacat. Multa quidem habuisse utrumque animal inter se communia, ex Aristotelis de *Hippelapho* narratione liquere videtur; ita tamen ut idem omnino animal exstitisse utroque illo nomine dictum, haud inde liceat statuere. A quibus utique Auctoribus abit Bellonius, qui *Hippelaphum*, ut sui generis animal, & a *Tragelapho* diuersum tradit. *Hippelapho* certe iubam equinam a capite ad armos tribuit Philosophus: *Tragelapho* vero *villosos* tantum armos, seu armorum *villum* [a] Plinius ac [b] Solinus, & testis oculatus, [c] Salmasius. Ne vero ad PYGARGUM referri possit superior effigies obstare videtur, quod ab albis natibus nomen hoc fuerit ei inditum, ut ex antiquo Juuenalis Scholiaste obseruarunt iam viri docti. Eædem enim hic maculæ, quæ ut reliquum animalis illius corpus, ita nates eius quoque obumbrant. Idem alioquin *Pygargus* inter *Caprearum* genera a veteribus recensetur, ut obseruarunt etiam viri doctissimi Gesnerus, & Bochartus, & quidem Plinius iam olim, loco supra adducto, ubi de variis syluestrium Caprearum generibus agit: *sunt & Damæ, & PYGARGI, & Strepsicerotes.* Unde eosdem

Hieroz. lib. III. cap. 20.

Hist. Anim. lib. II. cap. 1.

Lib. VIII. cap. 33.

Lib. II. pag. 134.

Salmas. Plin. Exerc. p. 262.

Hard. ad Plin. lib. VIII. c. 33.

Observ. lib. I. cap. 54.

a Ut supra.
b Cap. XIX.
c Ut supra.

Ad Satyr. XI. v. 138.

Lib. VIII. cap. 53.

eoſdem etiam cum *Capreis, Ceruis, Hinnulis,* coniungunt Herodotus ac Ælianus. De priori mox: poſterior autem: Ἄτολμα ἢ νεβροί, καὶ πρόχεις, καὶ ζόρκάδες τε, καὶ ΠΥΓΑΡΓΟΙ· *Timida autem animalia ſunt Hinnuli, & Cerui, & Capreæ, & Pygargy.* Adde, quod animal fuerit in Africa obuium, teſte Herodoto: καὶ τὰς Νομάδας δέ ἐσι τοιῶν ὧδέ ἐν, ἀλλ' ἀλλαὶ τάδε ΠΥΓΑΡΓΟΙ. καὶ ζορκάδες, καὶ βουβάλιδες, καὶ ὄνοι· *Quorum nihil apud* Afros *Paſtorales eſt, ſed alia, velut* Pygargi, *& Capreæ, & Bubali, & Aſini.* Nota autem abunde vetuſta & perpetua Africæ & Siciliæ commercia, vicinia, linguæ communione, coloniarum frequentia, introducta continuo & ſtabilita. Unde & cum aliarum rerum, tum animalium etiam rariorum facilis vectura, & quæ ad rei memoriam, quod alias ſolemne, nummis etiam conſignari meruit. Hinc Plinius quoque *Pygargos* refert inter ea animalia, quæ *trauſmarini ſitus mittunt.* Non par autem hic vel *Hippelaphorum,* vel *Tragelaphorum* ſeu *Hircoceruorum* ratio; quorum poſtremos multi, quamuis immerito, ut vel ſuperiora arguunt, fabuloſis adnumerant. Adeo ut his miſſis, figuram ſuperiori nummo expreſſam, ſimpliciter e maiorum Damarum, ſeu Gazellarum, quas vocant, & quibus adhuc hodie Africam feracem eſſe conſtat, genere, ſtatuere continuo liceat.

De Animal. lib. VII. c. 19.

Lib. IV. c. 191.

Ut ſupra lib. VIII. c. 53.

VII.

De Capris Mambrinis *aliiſque adhuc* Caprini, *vel* Ouilli *generis Animalibus in Nummis.*

Aliam vero Capram haud vulgarem, eique inequitantem, cum cornu ad os admoto, nudum ſeſſorem exhibent apud eundem Parutam ſequentes *Himeræ,* urbis itidem Siculæ, nummi.

Tab. LXIV. n. 6. & LXVI. 13.

Capra hæc, ut cernis, cum prolixo cornu in tergum reiecto, in priori vero nummo cum aure longa & demiſſa, iumenti inſtar ſeſſorem ferens, & ad curſum comparata. Hanc autem continuo fatearis ex earum genere, quas in Oriente tradunt reperiri, cum longis auribus, & quidem palmæ longitudine, quibus iumenti aut cameli loco vehi ſoleant tenuiores homines, & quibus vulgo Mambrinæ aut Caprarum Indicarum inditum eſt nomen. De longis ac demiſſis auribus fidem faciet Ariſtoteles: ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ τὰ πρόβατα τὰς οὐρὰς ἔχει τὸ πλάτος πήχεως, ΤΑ δὲ ΩΤΑ αἱ ΑΙΓΕΣ πιθαμῆς καὶ παλαιστῆς, καὶ εἶναι συμβάλλουσι τὰ ὦτα κάτω ἀλλήλοις· *In Syria Oues ſunt cauda lata, ad cubiti menſuram;* Capræ Auriculis *menſura palmari & dodrantali, ac nonnullæ etiam, quibus inferne aures inter ſe coeunt,* ut bene poſtrema hæc reddit Bochartus, minus autem accurate Gaza, *ac nonnullis demiſſis, ita ut ſpectent ad terram.* Jumenti autem vicem præſtare illas *Capras,* docebit

Hiſt. Anim. lib. VIII. cap. 28.

Hieroz. lib. III. cap. 19.

bit Leo Africanus: *Ego quondam iuuenili feruore ductus, horum animaliuni dorsa insidens, ad quartam milliaris partem delatus fui.* Clarius autem scriptor Italus apud Gesnerum, & quæ loca iam adtulit laudatus modo Bocharus: CAPRA MAMBRINA *in regione Damiata dicta, fert equitantem; sellam, frenum, & cætera, quibus equi instrui solent, admittit.* Neque vero, ut hoc addam, in Syria solum & vicinis locis, sed in Africa etiam reperiri tradunt *Capras* id genus, quas vulgo *Adimmayn* vocant; & quo referenda videtur superioribus nummis expressa, ob viciniam & commercia utriusque gentis Siculæ & Africanæ. A Marmolio certe, luculento scriptore rerum Africanarum, describitur ADIMMAYN, animal cicur instar Arietis, Vituli magnitudine cum demissis itidem & longis auribus, infantes sessores admittere, ac ultra milliare deferre. Quo referendum etiam prouerbium Arabum, a doctissimo Bocharto commemoratum, *Capellæ post Camelos*, de angustia nempe post copiam; quod ubi Camelis solerent vehi, redacti sint ad Caprarum vecturam. Neque vero eam insuetam omnino aliis gentibus, certe in ludis Equestribus & militiæ rudimentis, tyronibus ac pueris frequentatam, ex Anthologia & Iuuenali obseruauit idem Bochartus. Ut non mirum etiam sit, Hirco insidentem videre Cupidinem in denario Gentis Fonteiæ. Pernicitatem vero eiusmodi *Caprarum*, quam superior Capra ad cursum incitata videtur etiam arguere, adtigit quoque Oppianus:

Ut supra.

Cyneget. lib. II. v. 326. &c.

Αγρῶν δ' αὖτε πόλις, πεφύασιν τε παναίγεα φῦλα.
Οὐ πολλὸν τόσσον εἶσι, λασίων τε χιμαίρων
Μείζονες, ἀλλὰ θέων κεφαλαὶ, θυραφὶν μάχεσθαι.
Caprarum vero etiam sunt, Ouiumque admodum fera
Non multum hisce nostris Ouibus hirsutisque CAPRIS
Maiores, sed ad currendum pernices valde & ad pugnandum.

Lib. VIII. cap. 53. Sic inter Capras syluestres, *Ibices* mirandæ pernicitatis docet Plinius. Unicornem vero eandem *Capram* supra depictam non mirabitur, qui vel *Orygem*, Capreæ genus unicornis, vel Capras syluestres, seu *Rupicapras*, cum uno cornu e media fronte ac dorsum versus reflexo, in Carpatho monte, Segestana, Bulgaria reperiri obseruabit apud veteres, aut recentiores Historiæ Animalium scriptores; cuius generis etiam animalia vel *Reem*, vel *Carcand*, seu *Charsan* Arabibus dicta docet supra laudatus Bochartus, quem consulere poterit eruditus Lector. Sic Unicornu etiam animal in Æthiopia obuium describit commemoratus aliquoties Marmolius, instar iumenti cum hircina barba, & cornu in media fronte longitudinis trium pedum.

Hieroz. lib. III. cap. 26.

De aliis Caprini generis animalibus Hino Fero, Ibice.

Occurrunt adhuc alia in præclaris veterum nummis signata in iis, singularia e CAPRINO itidem genere animalia; qualia videas cum in sequenti nummo Pembrochiani Cimeliarchii, cum Ioue sedente in priori nummi area; tum in duobus, qui ei hic adduntur, e lectissimo Museo ornatissimi Equitis, & alibi iam memorati, Andreæ Fontaine, a me depromptis.



Signata

Signata in priori nummo dimidia fera ad ſaltum parata, cum magnis cornibus in dorſum reiectis, ac parallelis, & cum hircina præterea barba, ad FERUM in Creta HIRCUM, quem a ſe viſum deſcribit Bellonius, cuiuſque haud diſſimilem iconem profert, referenda continuo videtur. Quod ſuadet etiam Iouis Cretenſis expreſſa in priori nummi parte, effigies, qualis utique in aliis Cretenſium nummis cernitur. Niſi IBICEM potius appellare eandem libeat, in Romanorum ſpectaculis, ut vel ex Capitolino liquet, olim viſum; & cui reiecta itidem magna in dorſum cornua, & hircinam barbam tribui, docent depictæ eius icones apud Hiſtoriæ animalium conditores. Adeo etiam ut eundem *Ibicem*, a Bellonio *Hirci feri* nomine deſcribi cenſuerit Jonſtonus. A quibus tamen abit nuperus ac eruditus Plinii interpres, qui *Rupicapris* quidem, non vero *Ibicibus*, cornua in tergum reiecta adſcribit; hiſce vero in anteriorem partem proiecta & aduncа; ſed a quo hic recedunt alii, qui de eodem *Ibice* agunt, ſcriptores, non Latini ſolum, ſed Arabes, ut Damir, a magno Bocharto eam in rem adductus. E quibus præterea, variiſque de Ibice *locis* in Veteri Fœdere, uti in eo vox יעל *Iaal* a veteri Interprete, & qua de re adeundus eſt idem Bochartus, redditur; liquet, non Alpium ſolum, ut e Plinio colligunt viri docti, & iuxta eos idem Cl. Harduinus, ſed aliorum quoque editorum in Oriente & alibi montium incolam eſſe *Ibicem*; eumque *Capræ* in Libya *feræ*, ab aliis *Capri montani*, aut *Hirci rupicolæ* nominibus appellatum. Duo vero ſacrata DIANÆ in additis ſupra duobus nummis animalia; quorum prius maculis diſtinctum habet corpus, cum erectis aliquantum a tergo cornibus; alterum ſine maculis, & cum cornibus, ut ea de re Plinius, reduncis, ſeu retrorſum reiectis; utraque vero ſine hircina barba, ad Ceruini generis animalia referri continuo debent.

Obſer. lib. v. c. 13.

In Gordian. Trib. cap. 111.

Vid. Jonſton. Hiſt. Quadrup. Tab. xxv. & xxvIII. Ibid. cap. 53. Hard. ad lib. VIII. cap. 53. p. 241. Tom. II.

Hieroz. lib. II. cap. 23.

Sed en tibi adhuc tres apud memoratum iam ante Parutam nummos, quibus peculiare rurſus *Arietis* & *Capreæ* genus deſignatur.

Tab. v. n. 45.

Geminum priori nummum poſſidet Gaza Medicea, & cuius ſignatum priori parte animal, ARIETI aut HIRCOCERVO tribuebat eruditus eius Cuſtos. Quod poſtremum firmare poſſet Bellonius, cui *Tragelaphus*, de quo paullo ante, ſeu *Hircoceruus*, animal ſine barba, cum cornibus Caprinis, ſed contortis, ſicut Arieti, & quod præterea ore, anteriore frontis parte, & auribus, Arietem referret. Sed obſtant præter alia, cum pili longi ac nigri, quos eiuſdem colli ſuperiori inferiorique parti tribuit, ut barbatus videatur, idem Bellonius; ac inſuper circa ſtomachum, armos, pectus, iuxta eam, quam profert, effigiem; tum autem Plinii, & aliorum diuerſa de *Tragelapho* traditio, quæ nec Bellonii, ut videtur, figuræ, minime autem ei, quæ in ſuperiori nummo expreſſa, poteſt competere. Plinius ubi de Ceruis egiſſet, continuo ſubdit: *Eadem eſt ſpecie, barba tantum & armorum villo diſtans, quem Tragelaphum vocant; non alibi quam iuxta Phaſim amnem naſcens*; & qua de re

Obſeru. lib. I. cap. 54.

Lib. VIII. c. 55.

iam

iam ſupra. Barbam itaque, quod non facit Bellonius, & armorum villum in *Tragelapho* agnoſcit, cætera Ceruo ſimilem; unde Græcum quoque *Hircocerui* nomen eſt illi inditum. Alius proinde ab hoc Panormitanorum animale, quod ſine barba & illo armorum villo, ac præterea cum cornu, non Ceruino, ſed Arietis inſtar retorto. Aliud vero *Hircocerui* genus deſcribit Nicolaus Menardus: animal nempe Ceruo ſimile magnitudine, capite, ore, agilitate, pilis, cornibus autem in tergum reflexis, inque extremo contortis, pedibus ingenti Hirco ſimile, & quod in remotis Africæ partibus reperiri tradit. At nec Arietinum aut Ouinum caput illi adſcribit, quorum utrumque præfert ſuperior nummus. Scilicet quemadmodum in *Caprarum* genere, aliæ ad *Ceruorum* naturam ac formam accedunt; ita aliæ rurſus ad *Ouium* figuram, cum quibus alias magna prioribus ſocietas, & commercia, quam in rem plura congeſſit Bochartus, intercedit; unde & communes Hebræis aliiſque Orientalibus voces, quibus utrumque animal deſignatur. Ita *Muſmones* in Sardinia reperiri obſeruat Strabo, Arietes, nempe, quibus pilus caprinus loco lanæ. Ne vero idem ſuperius Panormitanorum animal cum hoc *Muſmone* ſtatuamus, (quod alias ſuadere poſſet Inſulæ vicinia, & ouinum ſeu arietinum caput) obſtat rurſus maculis, non pilis diſtincta pellis; & qua denuo Africanum CAPREÆ genus nobis adumbratur, haud alienum etiam ab iis animalibus, quæ hodie vulgo *Barbariæ Damas* indigitant. Neque vero valde priori nummo diſſimilis figura alterius animalis ſuperius etiam poſtremo loco depicti, cum cornu Arietino, & Capreoli itidem pelle maculis diſtincta, a venatore adprehenſi & quale Siculo Gelonis nummo acceptum ferimus. Communis nempe aliis quoque animalibus illa cum *Capreis* aut *Capreolis* pellium varietas. Hinc Plinius alicubi inter Indiæ animalia refert, *& feram nomine Axin, Hinnuli pelle, pluribus candidioribuſque maculis*, &c.

Hieroz. lib. II. cap. 42.

Lib. VI. p. 225.

Lib. VIII. cap. 21.

Arietes Sylveſtres & Cerva Cornuta *in nummis*

Agmen vero hic claudant, dum in hoc *Caprino, Ouillo*, vel *Ceruino* animalium genere, e nummis antiquis illuſtrando, verſamur, peculiaris adhuc ARIES, ſignatus ibidem in alio Panormitanorum nummo apud Parutam; ac obuia inſuper CERVA CORNIBUS inſignis inter Salonniæ, Gallieni coniugis, numiſmata.

Paruta Sicilia Tab. V. n. 44.

Priorem iconem haud dubito referre ad *Sylueſtres* illos *Arietes*, quales apud paſtorales Afros exſtare tradit Herodotus: Καὶ βασσάρας, καὶ ὕαινας, καὶ ὕστριχας, καὶ ΚΡΙΟΙ ΑΓΡΙΟΙ, *Et baſſaria, & hyænæ, & hyſtriches, &* ARIETES SYLVESTRES. Namque haud aliter ac Αἴγαγρι una voce apud Oppianum, & apud Heſychium, ac in veterum Gloſſis dicti, ſeu αἶγες ἄγριαι *Capreæ Sylueſtres*, quibus ferax eadem Africa. In poſteriore vero icone, ſeu CERVA CORNUTA, ne multum hic immorer, fecit Cl. Triſtani diligentia, a quo iam obſeruata, quæ peti ea de re poterant, e poëtarum fabulis, puta Cerua Telephi, Herculis, & quæ Iphigeniæ loco ſubſtituta, quas χρυσοκέρως *cum aureis cornibus*, vulgo nobis deſcribunt Pindarus, Sophocles, Euripides, aliique

Lib. IV. c. 191.

Cyneg. lib. II. v. 338.

Tom. III. p. 101.

aliique. Quibus addi poteſt Phrixi Cerua, iuxta Valerium Flaccum;

Ipſa comes, ſætis fulgens, & cornibus aureis: Lib. VI. v. 71.

Nota autem lis, quam eo nomine Sophocli, grauiſſimo alias Auctori, intendit Ariſtoteles; quod Ceruæ nempe cornua tribuat, qui alibi Ceruis feminis cornua adimit. Atticis autem τῷ ἔλαφον, pro *Cerua* uſurpari, obſeruarunt iam eruditi; atque ita Ariſtotelis aliorumque Auctorum loca, qui Ceruis eo genere prolatis cornua quandoque tribuunt eſſe explicanda: & qua de re nos haud ita pridem ad Callimachum. Haud aliter certe ac τῷ ἵππον, τῷ κάμηλον, paſſim de *equitatu* in genere in aciem miſſo, & de *camelis* promiſcue dicunt idem Attici; quod ad *equos*, aut ad *camelos feminas* nemo utique reſtringendum ſtatuit; & quomodo inſuper πάρδαλιν, vel τίγριν apud Græcos, ut *Pantheram*, ac *Tigres* apud Romanos, aliaque familiaria in Orientis linguis femininæ terminationis animalia promiſcue de utroque ſexu dici conſtat. Repertas vero nonnunquam *cornigeras Ceruas* teſtantur cum Guntherus tum Julius Scaliger; & poſtremus quidem ſuis temporibus ſeruatum adhuc captæ id genus Ceruæ caput. Quibus accedat cornuta itidem Cerua, quam in Cherſoneſo Cimbrica a Duce Holſatiæ ante triginta annos, quum hæc ſcriberet, captam, & ab eruditiſſimo Morhofio eleganti carmine deſcriptam tradit ad Heſiodum, magnum litterarum hac ætate decus, J. G. Græuius.

De part. Animal. lib. III. cap. 2. In Hymn. Dian. v. 102. Obſerv. p. 203. Poetices l. III. cap. 9. Lect. Heſiod. v. 881.

VIII.

De PANTHERINI *generis animalibus in Nummis.*

Capras vero ſeu *Caprigenum* genus, de quo paullo ante agebamus, excipere poterit PANTHERINUM, quod cum *Caprigeno*, ob varietatem pellium coniungentem ſupra vidimus Comicum. Plura autem huius generis animalia ſignata occurrunt in antiquis nummis, quibus ea Libero Patri adiunguntur: cuiuſque rei ratio petita ex natura & indole animalis, vino inprimis dediti, & *vinoſi* inde ab Oppiano dicti, cum aliunde iam nota, tum ſupra etiam obiter indicari debuit. Hinc mos ille veterum in Bacchi ſimulacris PANTHERISCUM ad pedes eius ſtatuendi, in quem Lyæus ille vinum e Scypho, quem dextra tenet, continuo effundit; ſiniſtra autem Thyrſum geſtat. Cuiuſmodi plures exſtant etiamnum, iique inſuper mole & elegantia, ac notatione locorum ſpectabiles inprimis nummi. Sed de quibus, ac de Herone, qui agens de verſatilibus ſcenis, in iis illo habitu depictum Liberum Patrem tradit, agetur alibi opportunius; ubi ad Religionem Gentilium, in nummis eorum antiquis teſtatam, nos huius operis inſtitutum deduxerit. Familiares equidem haud in Africa ſolum, unde dictæ *Africanæ*, vel *Libycæ*, ſed in Aſia quoque *Panthera*, & quidem præter Syriam, de qua Plinius, in Caria potiſſimum ac Lycia, ut liquet ex Agatharebide apud Photium, ac præterea ex Æliano, cui πάρδαλις Καρικὴ καὶ Λυκιακὴ, *Panthera Carica & Lyciaca dicitur*. Adde, & in vicina Pamphylia apud Philoſtratum; aut quas *Græcas* in genere vocat ad Ciceronem Cœlius; aut *in Barbaria capi* in genere tradit alibi Tullius. Inde vero petita in Romanorum ſpectaculis celebritas & frequentia, de qua conſuli poſſunt dictis locis Plinius, & Cœlii ad Ciceronem, Ciliciæ tum Proconſulem, accuratæ eo nomine ac ſollicitæ preces. Hinc *Pantheram* etiam, ut præcipuum in Amphitheatricis Romanorum ſpectaculis animal commemorat alicubi, ut obſeruo, & qui inde illuſtratur, Tertullianus:

Cyneg. lib. III. v. 80. Περὶ Αὐτοματ. Vet. Mathem. ed. Reg. Pariſ. pag. 246. Lib. VIII. cap. 17. Bibliotb. p. 11. De Anim. lib. XVII. cap. 45. Vit. Apollon. lib. II. cap. 1. Lib. VIII. Ep. 6. 9. Ibidem.

De Cult. Femin. lib. 1. c. 7. *non tamen video Circi furoribus, aut* ARENÆ *atrocitatibus, aut Scenæ turpitudinibus Chriſtianum adſici oportere : quia Deus & Equum, &* PANTHERAM, *& vocem Homini dedit.* Ubi nempe per *Equum*, Circenſe; per *Pantheram*, Arenæ ſeu Amphitheatrale; per *Hominem* vero, Scenicum ſpectaculum deſignari quiuis videt. Ad quas proinde celebritates referri debet, ac unde inſuper dicatum Libero Patri apud veteres illud Pantherinum genus luculenter denuo adſcribitur, *Pardi, Pantheræ*, in Romanis Gallieni Imperatoris nummis, cum ſolemni illa epigraphe, ſignatæ LIBERO P. CONS. AUG. ſeu *Libero Patri Conſeruatori Auguſti*. Quum enim ſolo ſexu aut co-

Lib. VIII. cap. 17. lore diſtingui *Pardos* & *Pantheras* tradat Plinius, & quidem ut *Pardi* mares fuerint, *Pantheræ* autem feminæ; id utique nobis etiamnum ante oculos ponunt, utriuſque ſexus obuii in antiquis illis nummis, quod in iis obſeruare mihi licuit, *Pardi* & *Pantheræ*. Id vero ſequentes nummorum icones, prior *Pardi*, ſequentes duæ *Pantheræ* feminæ clariſſime oſtendunt : quorum priorem nummum *Pardi*, & tertium & quartum cum *Panthera*, & *Pantheriſco*, cimelia Pembrochiana & Equitis Andreæ Fontaine; ſecundum vero, cum Panthera itidem accurate ad fidem nummi depicta, Regia Boruſſorum Gaza mihi ſuppeditarunt :



Ut ſi quis inde abunde, ut opinor liqueat, cur ab Orientalibus *Namer*, a Romanis *Variæ*, quod idem notat, dictæ ſint eædem feræ; idque commune fuiſſe *Pardis* & *Pantheris*; & quod de poſtremis nominatum tangit Plinius:

Ut ſupra. *Pantheris in candido breues macularum oculi.* Neque errare vel decipi ea in re potuit Plinius, & ea quidem ætate, qua nihil in Romanorum ſpectaculis celebrius vel frequentius huius *Pantherini* generis animalibus conſpiciebatur. Neque proinde eos hic moror, etſi haud ignobilis inter eruditos nominis, qui magnum quoddam inter παρδάλεις & *Pantheras*; aut inter πανθήρας, *Pardos, Pantheras*, & *Pantheriſcos* diſcrimen ſtatuunt: aut vero qui *Pantherina* illius generis animalia, cum *Tigridibus* confundunt; vel *Pardos*, aut *Pantheras*, pro *Leopardis*, aut viciſſim, obtrudunt. Id quidem obiter hic indicare, haud ſuperuacaneum puto, ita ſignari ſubinde in nummis hiſce antiquis, aut in vulgatis inde iconibus, uti vel in adducendis alibi *Teiorum, Tianorum* & *Smyrnæorum* nummis, *Pantheras*, aut in aliis etiam, *Tigres*; ut non continuo eædem maculis illis diſtinctum corpus, ullamue pellis varietatem præferre videantur: quibus illas tamen, vel *virgatis*, ſicut *Tigres*; uel *orbiculatis*, ſicut *Pardos, Pantheras* aut *Pantheriſcos*, conſtat fuiſſe inſignitas. Unde factum etiam, ut vulgo antiquariorum anteſignani obuias in nummis id genus feras, promiſcue ſoleant de *Tigridibus*, *Pantheris*, aut *Leopardis* interpretari. Quod tamen ſubinde redarguunt alii veteres nummi, uti in adductis paullo ante ico-

Ut ſupra. nibus; in quibus illos, quos vocat Plinius, *macularum oculos*, ſeu *Pantherarum* vel *Pantheriſcorum orbiculatas maculas*; ſola autem minori corporis mole diuerſos ab iis *Pantheriſcos*, iiſdem cæteroquin maculis conſpicuos, licet in aliis

aliis quoque nummis intueri. *Tigres* vero oblongis ſeu *virgatis* tæniis, quas illis veteres Auctores tribuunt, ornatas, & cum *Pardis* proinde *Pantheris*, vel *Pantheriſcis*, ut a præſtantibus antiquariis fieri alioquin conſueuit, non confundendas, ſi non aliunde conſtaret, ex aliis certe id genus monumentis continuo liqueret. Quomodo Cantharo inſiſtens *Tigris* cernitur in veteri marmore, inter præclara cimelia Brandeburgica, ab eximio eorum interprete Begero noſtro, iam diuulgata. Cuius autem præclari cimelii novam & accuratam iconem, ad maiorem huius rei lucem hic ſubiiciendam duximus: addita ſimul Ægyptii ſub Hadriano nummi icone, cum ſignata in eodem virgata itidem *Tigride*.

Theſ. Brand. Vol. III. pag. 403.



IX.

De HYAENA *in Nummis.*

Caprigeni vero & Pantherini generis animalibus aliud adhuc ſingulare, & varium itidem animal, erſi a Pantheris alioquin formidatum, e nummis itidem haud vulgo obuiis, addere hic inſuper iuuabit. HYAENAM dico, quam exſtare in Philippi Senioris nummis, occaſione Ludorum Sæcularium ab eo celebratorum percuſſis, & in quibus ludis præter alias ſingulares feras, *Hyænas* etiam decem occiſas refert Capitolinus, monuerunt diligentes antiquarii; ſed nuſpiam adhuc, quod mihi equidem conſtet, producta inde eius icone. Eam proinde iuuabit hic proferre, ſignatam in alterius Imperatoris, Gallieni nempe, nummis; e quibus alias etiam feras modo adtulimus, & quos nuper admodum hic in Britannia repertos, inter cimelia illuſtriſſimi Pembrochiæ Comitis, & præſtantiſſimi Equitis, Andreæ Fontaine, verſare nobis licuit:

In Gordiano III. c. xxxiii.



Hyænam nempe *Lupo* ſimilem, etſi humiliorem aliquanto, ſed nihilo breuiorem, maculis præterea nigris conſperſam, tradunt, qui de ea egere veteres aut recentiores; & qualem etiam nobis ante oculos ponunt ſuperiores nummi. Neque enim ea *Pantheram*, *Tigrem*, aut varium aliquod *Caprini* generis animal deſignari, vel ex adlatis paullo ante id genus ferarum iconibus liquet.

Ab

Cyneg. lib. III. v. 12. Ab ea vero pellis varietate, unde ϛικτὰὶ ἔαιναι, *pictæ Hyænæ* ab Oppiano dictæ, eandem eſſe feram, quæ צבוע *tzeboa* in Veteri Fœdere dicitur, idque a colorum varietate, contendit doctiſſimus Bochartus; vere proinde per ναίνας eandem vocem apud Jeremiam reddi a LXX Interpretibus. Immo inde alibi in eodem ſacro Fœdere, uti apud Samuelem, הצבעים *hatzeboim*, maculoſum ſerpentis genus denotari, ex Hebræorum Lexicographis docet alio loco idem ὁ πάνυ, neque ab ea explicatione abit locus e Talmude a Cl. Buxtorfio in hac voce adductus. Verum a Bocharto diſcedit, ut video, nuperus ac eruditiſſimus Auctor Commentarii de Lingua Ebræorum in Batauia editi, qui negat adducto Jeremiæ loco צבוע de *Hyæna* dici, ſed de aui, ut ait, *digitata*, ſeu cum rapacibus unguibus; additque parum maculoſam eſſe *Hyænam*, ſicut id ab ampliſſimo Ludolfo traditum; ut inde haud fiat veriſimile a varietate macularum, nomen *Hyænæ* ab Hebræis inditum. Eo tamen nomine *Hyænam* in lingua Arabica deſignari agnoſcit ibidem vir doctus; & quidem iiſdem litteris, niſi quod *tſade* initiale ſubinde apud eos, ut ibi obſeruat doctiſſimus Bochartus, δελτάζῃ, nempe *dſabuon*; & quam cæteroquin ad eandem quoque vocem Hebraicam צבוע retulit in Lexico, cuius alioquin ibidem meminit vir doctus, Caſtellus. In qua autem Arabum lingua multa etiamnum latere Hebraica linguæ veſtigia haud diffitebitur, opinor. Accedit illud palmarium, & de quo ibidem ſilet, quod eam vocem צבוע apud Jeremiam, per ἔαιναι reddiderint iam olim LXX Interpretes; ſolus forte, quod obſeruo, hic ab iis recedat, Alexandrinus Codex, qui λῃϛῶν ſeu *latronum*, ſicut Arabica etiam verſio, hic profert; aliter vero apud eos legerit, ut hoc addam, Chryſoſtomus, a quo iiſdem, quibus illi apud Jeremiam in aliis codicibus Seniores, verbis, σπήλαιον ἔαίνης *ſpeluncam hyænæ*, templum Hieroſolymitanum factum alicubi innuitur: ac ſimiliter, quod iam paullo ante vidimus, vetus Interpres, qui apud Samuelem הצבעים de *hyæna* quoque explicat. Ut proinde non primus ſit Bochartus, qui eam vocem Hebraicam *tſeboa* ad *Hyænam* retulerit: immo probante id etiam, qui a viro docto memoratur eam in rem paullo ante, celeberrimo Ludolfo. Varietatem vero macularum, unde dicta fuerit ab Hebræis & Arabibus *Hyæna*, confirmant alia veterum inſuper Auctorum Græcorum loca; ut quod ϛικταὶ ἔαιναι, quod modo vidimus, dictæ ſint ab Oppiano ac præterea, *eius cutis undique cæruleis vittis conſperſa*,

Κυανέῃς ἐκάτερθεν ἐποίτερμα ταινίῃσιν

& ab oculato teſte Busbequio de ea tradatur: *pellem habet lupo ſimilem, niſi quod pili ſit humilioris, &* GRANDIBUS MACULIS NIGRIS *diſtinguatur.* An vero *Hyæna* veterum eadem fuerit cum fera vulgo *Ciuetta*, aut *Zibetho*, quod peculiari capite contendit Bellonius, ſilet idem, qui alioquin multis de hoc animali agit, laudatus modo Bochartus. A Bellonio vero ea in re abeunt Jul. Scaliger, Geſnerus, Busbequius, aliique; quod tamen denuo propugnare adgreſſus eſt, peculiari ea de re commentatione, Petrus Caſtellus Romanus, nempe *de Hyæna Odorifera Zibethum gignente, quæ Ciuetta vulgo dicitur*, Meſſinæ in Sicilia primum vulgata, & quam Hiſtoriæ ſuæ Quadrupedum adnectendam ſibi cenſuit J. Jonſtonus. Sed quæ diſquiſitio non eſt iam huius loci. Ne dicam, quod a traditis huius *Hyænæ*, in adductis Gallieni nummis iconibus recedat haud parum illa figura *Ciuette*, quam adtulit Bellonius, quamque eſſe veterum *Hyænam* exiſtimat. Ut mittam inſuper, quæ de ſingulari & magica vi huius animalis refert Plinius, aliaque ſingularia; ſicut id quod de

Jerem. XII. v. 9.

Homil. XVII. de Statuis p. Tom. V. edit. Sauil. II Sam. V. 18.

Com. Hiſt. Æthiop. p. 21.

Cyneg. lib. III v. 288.

Obſerv. lib. II. cap. 20.

venatu

Gouſſetus Com. de Ling. Ebræor. p. 708.

Hieroz. lib. III. cap. II. p. I. II Sam. V. 18.

Hieroz. lib. III cap. 7. P. II.

venatu eius a dextris aut a ſiniſtris obſeruat, quibus gemina leguntur in Geoponicis a Zoroaſtre tradita, & quod uno verbo in nuperis ad Plinium adnotatis indicari meruit. Lib. xv. c. 1.

X. *De* Bisonte.

Bisontis alias caput, bouis feri ac ſetoſi, neque inſueti etiam in Romanorum ſpectaculis, ut vel ex Xiphilino liquet, ex duobus nummis *Andriorum* memini protuliſſe in ſua Veſontione Cl. Chiffletium, præter alia viri decora, his quoque antiquitatis ſtudiis deditum. Lib. lxxvi. pag. 860.



In priore quidem Taurum vides cornupetam, cum inſcriptione ΑΝΔΡΙΩΝ, quod de loco ſignati nummi accepit Chiffletius; in poſteriore vero caput Tauri feri ac villoſi cum Lyra, ac villis utrinque; in altera autem nummi parte, caput inuenile ſine ulla inſcriptione. An vero utroque illo nummo *Biſon* ſit ab *Andriis* expreſſus, quod exiſtimabat Chiffletius, fateor haud mihi continuo perſuaſum. Equidem obuius, & unicus quidem occurrit apud Goltzium nummus horum *Andriorum*, illinc cum Pallade & Noctua; hinc cum ordinario Tauro ante Aram accenſam, & proinde ad victimam parato.



Nihil habet hic Taurus a vulgari diuerſum, & ab ordinariis iconibus huius animalis, neque conſonum ſetoſis illis ac iubatis Tauris Sylueſtribus, quos *Biſontes* antiqui nuncuparunt. Accedit, mirum videri poſſe, quid huic Græcæ Cycladum Inſulæ commune ſit cum *Biſonte*, quem ſolum Hercyniæ ſyluæ & plagæ Septentrionalis hoſpitem, Plinius, Solinus aliique e recentioribus tradunt; niſi ſcirem in Thracia poni quoque ab Oppiano; & præterea Pauſaniam de *Biſontis* æreo capite Delphos miſſo a Dropione Pæoniorum Rege, & poſita ibi e regione ab *Andriis* loricata *Andrei* conditoris ſui ſtatua, nonnulla quæ Chiffletius refert, commemorare. Alias vero in Pæonia, non *Biſontem* quidem, ſed Bonacum aut Bonasum, Bouem itidem ferum & cum iuba equina obuium refert Ariſtoteles, cui ſuperior effigies poſſet eadem ratione adoptari; ni cornua in ſe flexa & contorta, acumine terram ſpectantia, cum Philoſophus, tum Plinius *Bonoſo* tribuerent. Quo ſpectare præterea obſeruo cum verum huius *Biſontis*, ſeu feri Bouis caput, in veteri horum *Delphorum* nummo apud Goltzium, & de quo ſilet, ut ſæpe, eius interpres Nonnius; tum ſingularem nummum argenteum inter cimelia Pem- Βίσωνες Oppian. Cynег. l. v. 160. Lib. x. p. 631. Hiſt. Anim. lib. ix. c. 45. Ibid. lib. ii. cap. 1. Lib. viii. c. 15.

brochiana opportune a me visum, in quo sine loci alioquin, ubi ille sit percussus, nomine, hinc caput imberbe & laureatum cernitur; illinc simile *Bisontis* caput : sive idem nummus sit Delphis quoque, iuxta priorem cusus; sive ab *Andriis*, in memoriam *Andrii* sui conditoris, seu statuæ eius Delphos ab iis, ut vidimus, missæ, ac e regione ærei *Bisontis* capitis ab iisdem, quod simiUt supra. liter tradit Pausanias, positæ.

Exstat cæteroquin apud Suidam locus, optimus adducti supra *Andriorum*, hinc cum Pallade, illinc cum Tauro nummi interpres. Docet enim ille Mineruam Taurobolum ab his *Andriis* cultam, occasione Tauri apud eos exilientis; ut postea vidi Nonnium quoque obseruasse, non indicato tamen Suidæ loco. Exstat vero ille in voce Ταυροβόλος, & quem erit operæ pretium huc adferre: *Etiam Minerua Taurobolos in* ANDRO *colitur. Anthropius enim dato Atridis* TAURO, *jussit ubicunque is e naui exiliisset, ædem Mineruæ condere, & sic eos prospera nauigatione usuros. Ille vero in* ANDRO *exiliit*: Καὶ Ἀθήνα ἡ Ταυροβόλος ἐν Ἄνδρῳ· ὁ γὰρ ἄνθρωπος δὸς; ΤΑΥΡΟΝ τοῖς Ατρείδαις, ἱκλευσιν ὅτως ἂν ἐκ τῆς νεὼς ἀλῆται, ἱδρύσασθαι Ἀθήναν. Καὶ ὅτως ἐυπλεύσωσιν· ὁ δὲ ΕΝ ΑΝΔΡΩ ἐξήλασε. Nihil hic ut vides, de *Bisonte*, sed omnia de ordinario Tauro, plane ad fidem superioris nummi. Neque etiam reperiri apud *Andrios Bisontes*, vel Pausanias, vel alii referunt; sed tantum misso aliunde Delphos capite æreo bouis illius feri ac indomiti, positam ab *Andriis* e regione sui conditoris, ad indicandam viri ferociam ac robur, loricatam statuam. Sed ne in similem errorem inducat viri sagacis alias ac eruditi auctoritas, sciendum priorem illum Nummum a Cl. Chiffletio prolatum, & paullo ante expressum, neutiquam ad *Andrios* vel *Bisontem* spectare. Prior enim ille nummus non cum Tauro indomito, ut ille censuit, sed cum Vacca & lactente vitulo, ad *Apolloniam* Illyrici urbem est referendus. *Dyrrachii* enim & *Apolloniæ* solita illa symbola, utraque nummi parte signata. ΑΝΔΡΙΩΝ autem non loci (quod in errorem induxit Cl. Chiffletium) sed Prætoris aut Magistratus ibi nomen, sicut alterum ΘΕΟΦΙΛΟΥ, sub quibus nummus est percussus; & cui genuinum plane cum iisdem symbolis ac nominibus videas inter *Apolloniæ* num-
Græciæ Tab. II mos apud Goltzium nempe in cnius priori parte legitur itidem ΑΝΔΡΙΩΝ, in altera ΘΕΟΦΙΛΟΥ, & loci nomen ΑΠΩΛ. seu *Apolloniæ*. Omissas autem nonnunquam obseruo in utriusque, cum *Dyrrachiæ*, tum *Apolloniæ* nummis solitas illas loci ΔΥΡ. aut ΑΠΟΛ. initiales litteras (quas præfert nummus Goltzianus). adscriptis solum, præter consueta insignia, Prætorum nominibus, ΑΝΔΡΙΩΝ, ΑΡΙΣΤΩΝ ΑΙΑΣ, ΦΙΛΩΝ, ΘΕΟΦΙΛΟΥ, & aliis id genus. Utrumque autem symbolum, tum Vaccæ cum lactente vitulo, tum quadratæ arcolæ cum fructibus, ab antiqua patria seu Corcyræis, quorum erant Co-
Ibid. Tab. I. loniæ *Dyrrachium* & *Apollonia*, iuxta notum Coloniarum morem, & de quo nos alibi, est desumptum: sicuti eadem omnino videas in nummis *Corcyræorum*

ræorum apud Goltzium ſymbola, & quibus decantatos illos Alcinoi in terra Phæacum ſeu *Corcyræorum* hortos deſignari, haud male conieciſſe videtur ſagax & eruditus id genus cimeliorum interpres Begerus noſter. Poſterior autem nummus ſupra adductus cum Tauri iubati capite, ac pendentibus utrinque vittis, ad *Euboeam* ſpectat, ut vel ex Goltzio liquet aliiſque obuiis nummis illius Inſulæ. Theſ. Brand. Vol I. pag. 455 456. Græciæ Inſul. Tab. IX.

XI.

De DRACONIBUS *alatis, barbatis, aliiſue.*

DRACONES alatos & coronatos exhibent aliquot Nummi ſelectiores, quorum cum Aquilis & Elephantibus pugnæ Nicander & Plinius meminere; & quos diuerſos proinde ab iis intelligimus, quos alias *Chamædracontes* veteres nuncuparunt. Duos certe cum alatos, tum coronatos & barbatos *Dracones* videas currum ducentes in rariſſimo Traiani nummo Mediceo; quem ſignatum in Ægypto, ex ipſius nummi adſpectu, & additis aliis ſymbolis, liquet. Frequentes enim illos Nummos mitto, cum obuio *Draconum* alatorum miniſterio, in quibus nempe mœſta frugum Mater dracones vehiculum ducentes regit, plane iuxta Claudiani deſcriptionem libris de Raptu Filiæ: Theſ. pag. 32. Lib. VIII. cap. 11.

ſinuoſa Draconum
Membra regens, volucri qui peruia nubila tractu.

De Rapt. Proſerp. lib. I. v. 179.

Volucres illi quidem, non autem, ut cenſuiſſe videtur ὁ πάνυ Bochartus, ſemper alati iidem, iuxta veteres Auctores vel nummos, habiti; quales nempe Libycos Scorpiones alicubi deſcribit Geographus, πτηνοὺς ſimul & ἀπτέρους, & quorum etiam Lucianus meminit, niſi quod membraneas alas inſtar cicadarum aut veſpertilionum, quod a Strabone itidem factum, iis tribuat. Quod de volucribus in Ægypto Serpentibus fuerat iam ante ab Herodoto monitum. Alatos tamen eoſdem Cereris Dracones exhibent etiam ſubinde veteres nummi. Utriuſque generis, cum volucrium ſine alis, tum alatorum ſimul hic habes effigia; prioris quidem duo, unum *Ulpiæ Serdicæ*, in nummo Antonini Caracallæ; alterum Alexandri Seueri ab *Erytræis*, quod Græca inſcriptio itidem docet, in Jonia percuſſo, ſub *Prætore Attalo Lucio*, utraque in Regia Gallorum gaza. Alterius vero generis, ſeu Alatos Dracones vel Serpentes, cum alibi, tum in præclaro *Nicæenſium* nummo Cardinalis Carpegnæ videas, & cui haud diſſimilis exſtat in dictis modo Theſauris Regiis, cum inſcriptione ΘΕΑ ΝΙΚΑΙΕΙC, *Dea, Nicæenſes*: Hieroz. lib. II. c. 24. p. 11. Strab. l. XVII. pag. 830. De Dipſadib. p. 483. Lib. XV. p. 303. Lib. II. c. 75.

Alatos

Lib. 11. c. 75. *Alatos* etiam Serpentes non alibi, quam in Arabia reperiri tradidit iam olim
Ill. cap. 107. Herodotus, cui uicinam Æthiopibus Ægyptum addit Joſephus: tales vero
Antiq. lib. 11. cap. 10. nuſpiam quidem a ſe uiſos, exſtare tamen, credit Pauſanias. An vero fabu-
Lib. IX. p. 579. loſum ſtatuendum ſit omne hoc *volucrium* aut *alatorum* etiam *Serpentum* & *Draconum* genus, quæcunque veterum aut recentiorum occurrant ea de re teſtimonia, ipſi viderint, qui hoc ſibi diſquirendum putant: aut vero citra hunc
Heroic. l. III. c. 14. p. 11. laborem, magno Bocharto adſenſum haud difficulter præbeant: cui alis, iiſque cartilagineis, tam vaſtam molem attolli poſſe, parum & merito quidem, fit veriſimile. Equidem continuo in hanc fictorum claſſem, Draconem illum cum humano capite referas, depictum in nummo quodam quem vidiſſe memini, *Amphipolitarum*. Familiares nempe olim in Macedonia, cuius incolæ hi *Amphipolitæ*, Dracones, magnitudine ſimul ac manſueta natura ſingulares:
In Pſeudom. ut de *Pellæis* obſeruat Lucianus, & unde natam contendit illam fabulam de Olympiadis cum Dracone concubitu, & nato inde Alexandro. Cuius rei expreſſa exſtat memoria in quodam nummo ex eorum genere, quos vulgo *Crotoniatas* vocant Antiquarii, in quo Olympias in lectiſternio decumbit inter duos ſerpentes. Eo refert etiam Nonnius nummum Macedonum apud Goltzium, in quo mulier feminuda eſcam Serpenti porrigit: quod vulgatum alias Salutis ſymbolum in priſcis id genus monumentis. Neque diuerſus a manſuetis illis Draconibus Aiacis Locrenſis Draco domeſticus ac cicur, inſtar ca-
Heroic. p. 680. nis illi adhærens, ut tradit Philoſtratus. Sacri quippe Dracones Heroibus, ut aliunde liquet ex Plutarcho in Cleomene, & quidem, eodem auctore, quod
Pag. 824. T. I. nati Serpentes ex hominum medullis crederentur: ut id quoque apud Origi-
Lib. V. p. 203. nem contra Celſum legitur. Iſte vero Draco *Amphipolitarum* cum humano capite, ſingularis adhuc magis & mirandus. Si exſtarent hodie libri illi, quos de hac primaria Macedonum urbe Zoilum ſcripſiſſe auctor eſt Suidas, tum vibicibus illis, quas optimo vatum voluit inurere hic flagellator, libenter careremus; tum haberemus forte hoc ſymbolum magis explicatum. Neque ſic minus licebit ſtatuere, Oraculum procul dubio id habitum illius ciuitatis quo miniſterio frequenter videas functos id genus Æſculapios, aut Apollines.
De Aſtrologia rom. 1. Pauſan. lib. I. pag. 633. Hinc apud Delphos Draco ſub Tripode vocem edens, iuxta Lucianum; ſicut alias a communi Græcorum Tripos aureus ad eoſdem miſſus Serpenti ex ære inſiſtens. Hinc plures etiam illi nummi, in quibus occurrunt Tripodes Dracone uel Serpente inuoluti, ſicut *Troadis*, *Nicomediæ*, *Amaſtrianorum*, *Myndiorum*, *Lylibæi*, *Crotonis*, aliorumque locorum; aliquando etiam ſupra Tripodem erecti. Neque enim illa Pythii ſolum Serpentis vulgaria ſymbola; ſed domeſtici etiam earum urbium vates, quos videre adhuc licet in præclaris Cimeliarchiis. Quo ſpectat eximie mos ille Arabum, quem refert Phi-
Vit. Apollon. lib. I. cap. 4. loſtratus; qui a brutis animantibus captabant auguria, Draconum corde vel hepate in cibis adſumpto. Ut illum etiam Draconum in veterum auguriis uſum haud immerito obſeruatum ab Origene videam in præclaro opere
Lib. IV. p. 225. contra Celſum; ὁ δὲ Δράκων ἐστὶ καὶ ἐκ τούτου χρῶνται τῷ ζώῳ οἱ οἰωνοσκόποι, *Draco autem, quandoquidem & illo animali utuntur Augures.* Hinc Ælianus: ἴδιον δὲ
De Anim. l. XI. cap. 16. ἄρα τῶν Δρακόντων ἡ μαντική, *propria quin etiam Draconum ars diuinandi.* Apollo autem idem cum Æſculapio, iuxta Macrobium; immo ut id ab Apollodoro
Saturn. lib. V. cap. 20. libris περὶ θεῶν tradi idem docet: quod Æſculapius diuinationibus & auguriis præeſt: additaque eius rei cauſſa: *ſiquidem medicinæ atque diuinationum conſociatæ ſunt diſciplinæ.* Hinc vero ſacri utrique Deo Dracones & Ser-

pentes;

pentes; ac proinde iidem modo vaticiniorum, modo ſalutis ſymbola in priſcis id genus nummorum monumentis.

Cuius equidem rei illuſtre omnino exemplum præbet Pellæus ille Draco, Æſculapium ſcilicet referens, idemque edens oracula; cuius nempe caput e linteis, humana itidem forma, arte cuiuſdam impoſtoris Alexandri, non illius ſolum Paphlagonibus, ſed Romanis etiam aliiſque mire illuſit aliquandiu. Legiſti procul dubio non ſemel apud Lucianum lepidam renati illius Æſculapii narrationem; quam præclare certe illuſtrat nummus alicubi a Goltzio deſcriptus, ABONOTEIXITΩN ΓΛΑΥΚΩΝ, ſeu verius, ad ſimilis nummi, qui exſtat in cimeliis illuſtris apud Gallos Harlæi, a nobis autem haud ita pridem diuulgati, ac Luciani præterea fidem, ΓΛΥΚΩΝ. *Abonoteichus* enim, ſeu *Aboni Murus* vel *Caſtrum*, urbs Paphlagonum haud obſcura, & Luciano in hac hiſtoria, ſicut Suidæ aliiſque, τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος, patria callidi impoſtoris, & ſedes præclari ſcilicet Oraculi. A duobus autem illis vocibus Ἀβώνου τεῖχος, ſive *Aboni Caſtrum* (frequenter enim pro *Caſtro* ſumi vocem τεῖχος, aliunde etiam liquet) factum gentile nummo expreſſum Ἀβωνοτειχίτης, vel ut in aliis, Ἀβωνοτειχήτης, ſicut vulgo promiſcue hæc ſumi ſupra monuimus. Haud aliter nempe ac ab Ἀγοραίου τεῖχος (quod male apud Stephanum in nuperis etiam editionibus, etſi pridem id a me ac vere monitum, Ἀγοραῖον) item Γορδίου τεῖχος, Ἐλαίου τεῖχος, Helleſponti quoque ac Lyciæ Arcibus, aliiſque id genus, deducta itidem gentilitia Ἀγοραιοτειχίτης, Γορδιοτειχίτης, Ἐλαιοτειχίτης. Sic urbs in tractu vicino Mœſiæ dicta non Græcis iam, ſed Romanis vocibus apud Sozomenum, Καστρομαρίου, πόλις τῆς Μυσίας, *Caſtra Martis, urbs Myſiæ*. Sed mercamur ulterius de venuſtiſſimo ſcriptore Luciano, & illo ſimul, quod præ manibus nobis eſt, argumento. Memineram ſcilicet, me ſingularem loci eiuſdem nummum, & ad hanc forte hiſtrioniam referendum, adnotaſſe inter alios rariores illuſtris Urbis Antiquarii Franciſci Gottifredi, qui iam Chriſtinæ Auguſtæ Gazam exornant. Non anxie mihi fuit laborandum, ut illius iconem, & plurium aliquot rariorum ab obuia viri comitate iam abſens impetrarem; quibus noua huius operis editio ornatior in lucem prodiret, & ego iiſdem nummis aliquam lucem viciſſim impertirer. Exhibet vero iſte, de quo iam agimus, hinc ANTONINI PII effigiem; illinc duos Serpentes, quorum alter iacentis caput lambit aut ſugit, & nomen ABΩNOTEIXEITΩN. Cui duos inſuper, qui ad eandem huius, non iam Epidaurii, de quo paullo poſt, ſed Paphlagonii Draconis hiſtrioniam ſpectant, eoſque inſignes valde & quantiuis pretii nummos, quique illud ΓΛΥΚΩΝΟΣ nomen, diuinitus ſcilicet inditum, ei tribuunt, iuuabit, ut uno eorum obtutu ſe oblectet hic lector, ſimul addere. Prior nempe eſt ſub Antonino Pio itidem percuſſus, & a nobis, quod paullo ante monui, alibi iam diuulgatus, cum nominibus ABΩNOTEIXITΩN ΓΛΥΚΩΝ *Abonoteichitarum Glucon:* alter vero Regiæ nunc Gallorum Gazæ, a diligentiſſimo Sponio, libro ſermone vernaculo, nec proinde omnibus harum elegantiarum cupidis noto aut trito, editus. Qui autem nummus ab iiſdem *Abonoteichitis*, ſicut duo priores nummi, eſt percuſſus, ſed qui *Ionopolitæ*, mutato nomine, iam vocarentur; quod præſtigiator ille Alexander ab Imperatore, ut ex eodem Luciano liquet, flagitauerat, quoque dein in Actis Conſiliorum, & in Nouellis Juſtiniani appellantur. Eſt vero ille nummus ſub L. Vero, cuius nomen & caput præfert in anteriori area, ſignatus, IΩNOΠOΛEITΩN ΓΛΥΚΩΝ, *Ionopolitarum Glucon.*

De Glucone *Serpente, ficto Abonoteichitarum Oraculo.* In Pſeudomanti.

Obſerv. ad Callimach. p. 396.

Hiſt. Eccl. lib. IX. cap. 5.

Recherches d'Antiquité pag. 525.

Concil. Calched. Act III. Nov. XXIX. cap. 1.

Posteriorem hunc *Jonopolitarum*, sicut priorem *Abonoteichitarum*, inscriptum nummum memorat quoque & explanat vir eruditissimus in opere de nummis urbium illustratis; ubi ab eo omissam nollem omnem optimi Sponii, qui primus eum protulit ac illustrauit, mentionem. Ut de me equidem fileam, qui pridem in superioris huius operis editione, de tota huius impostoris Alexandri seu *Gluconis* histrionia, ex antiquis horum *Abonoteichitarum* nummis illustrata, haud perfunctorie iam egeram. Neque vero, & quod a me similiter olim monitum, id hic prætereundum; referri a Luciano huius impostura narrationem ad M. Aurelii tempora, cui bello Germanico cum Marcomannis & Quadis depugnanti, redditum ab hoc impostore oraculum refert; & insuper ab eodem Pseudomanti adscitum generum Rutilianum, per eadem Marci tempora celebrem. Quum tamen priores nummi ab *Abonoteichitis* percussi, siue cum uno, siue cum duobus Serpentibus, non *Marci* sed decessoris *Pii* vultum præferant. Talis etiam alius Musei Patiniani, sed qui nihil ad hanc histrioniam, cum Bacchi scyphum in os Pantherisci effundentis, & de quo alibi, effigie, ab his *Abonoteichitis* itidem sub Pio Imp. signatus. Fide autem maxime eorundem nummorum, qui aut sub Pio, aut sub Vero ab iisdem *Abonoteichitis* percussi conspiciuntur, omnino statuendum est, incepisse iam sub Pio hanc histrioniam, quæ sub Marco tandem & Vero incrementa & exitum habuerit. Illud utique colligas ex tota Luciani narratione, per multos annos fabulam illam egisse Pseudomantin Alexandrum; eumque demum prope septuagenarium, & orbi adhuc cum suo Glucone illudentem, e viuis discessisse. Occurrit alioquin alterius ΓΛΥΚΩΝΟΣ, illiusque ΘΕΟΛΟΓΟΥ ibidem dicti, mentio in præclaro, & e maximorum genere, Regiæ Gallorum Gazæ nummo, a Pergamenis, cum Q. Herennii Etrusci icone, signato. Quomodo in hac ipsa huius *Alexandri Gluconis* impostura, is adytum ingressus, & præconis ac Θεολόγου, in citandis, qui diuinum illud oraculum consuluerant, responsis, usus ab eodem Luciano dicitur. Cur vero haud unus iam ille renatus Æsculapius, sed duo Serpentes occurrant in priori depicto paullo ante nummo; aut cur unus desuper alterius iacentis caput lambat quasi aut sugat, equidem haud facile licet diuinare? Dracones quidem Pellæos, non solum immani magnitudine, sed ita mansuetos & familiares narrat in hac ipsa historia Lucianus, ut infantum etiam more lac è papilla sugerent. Ex horum autem genere erat Draco ille, futurus breui Tutelaris *Abonoteichitarum* Æsculapius, paucis autem obolis Pellæ a præstigiatore illo Alexandro redemptus. At vero hic iam non mulierem, sed alterum sibi haud dissimilem Serpentem vel Draconem lambit, capiti eius instar ἐπῳδῆς cuiusdam ut mihi quidem videtur, adplicitus. Notus vero ac sæpe a veteribus traditus ille ἐπῳδὴν mos, incantationes nempe ad vulnerum curationem auribus

Hardoin. pag. 130.

Numism. Imperat. p. 178.

Pag. 759. edit Amstel.

vulgo

vulgo inſinuandi, ac ut Arnobius loquitur: *Sonos auribus infundere dulciores, non medicinam vulneribus admouere.* Unde ſalutares id genus ἐπῳδαὶ, ſiue ad aurem incantationes, ad animæ quoque & adfectuum curationem tranſlatæ a Zamolxide, & eius exemplo, cum a Socrate, tum a Zenonis ſequacibus, dogmata ſua ſeu Oracula ita inſinuare ſolitis; ut de prioribus frequenter apud Platonicos legas, & eorum Magiſtrum; de poſterioribus vero, ut alios mittam, vel fidem faciet Satyricus: Adv. Gent. lib. I. pag. 36. In Phædone pag. 78. T. I. H. Steph.

Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto. Perſius Satyr. V. verſ. 86.

Hinc tranſlatæ eædem a ſacris Oratoribus, ad ſalutaria ac diuina Oracula, credentium auribus percepta aut percipienda, quibus & Chriſtus ipſe ἐπῳδὸς nonnunquam, ut Clementi, & Oracula eius inſtar ἐπῳδῆς cuiuſdam per aures ad animæ curationem demiſſa, ut non ſemel Chriſtianorum Tullio, vocantur. Immo, quod huc inprimis facit, notum iis, qui ſcriptores antiquos verſarunt, habitos vulgo ſerpentes cum ἐπῳδαῖς illis, ſeu incantationibus obnoxios; tum eoſdem etiam aures lambendo, vaticinandi peritiam inſpirantes. Prius quidem, cum ex Dauidis, tum ex Orphei, Ariſtotelis, aliorumque teſtimoniis; ac Marſorum, aut Ægyptiorum more vulgo eruditis notum. Hinc nempe ſurda Aſpis & aurem obturans dicta Regio vati; *ſicut* ASPIDIS *ſurdæ obturantis* AUREM SUAM, *ne muſſitantium aurem audiat, & diuini incantationem verbi.* Poſterius autem Heleni & Caſſandræ exemplo docent Græci Poëtarum Interpretes, ac inter alios ad Euripidem: Ελθόντες ὄφεις ἢ τὰ αὐτῶν περιλείξαντες ὦτα, ὤξυκόους ἐργάσαντο τὰς τῶν θεῶν ἀκοὰς βολάς, ἢ μάντεις ἄκρους ἦναι, *Accedentes* SERPENTES, *& eorum* AURES CIRCUMLINGENTES, *auditum illorum adeo exacuerunt, ut ſoli conſilia Deorum audirent, &* PRÆSTANTISSIMI VATES *euaderent.* Ita etiam, ut hæc iam ad nummi noſtri interpretationem conferamus, gemino ſymbolo expreſſi in eo duo Serpentes occurrunt, quorum alter iacentis capiti admotus, hanc illi vaticinandi peritiam inſpirantis vicem præſtat. Famam ſcilicet de proximo Apollinis & Æſculapii aduentu apud *Abonoteichitas* commouerat præſtigiator ille Alexander, & ſub tempus illius Epiphaniæ, utriuſque nomen & laudes decantabat, ut tradit in hac hiſtoria Lucianus. Apollini autem, non minus ac filio Æſculapio, ſacri, ut ſupra videbamus, Serpentes vel Dracones, iique vaticiniorum periti, & ſalutis largitores. Unde etiam ab illa utriuſque Dei communione, eundem Apollinem, ut verum quoque Ἐπῳδὸν deſcribit Dio Chryſoſtomus, nempe ὑγίειαν ἐμπνέοντα ταῖς ψυχαῖς καὶ σώμασιν, *ſalutem inſpirantem animabus & corporibus.* Ex quibus iam liceat mihi colligere, percuſſum hunc nummum ab *Abonoteichitis*, ut illo ſymbolo utrumque Deum mox aduenturum adumbrarent; Apollinem nempe Æſculapii filii aures lambendo, vaticinandi peritiam illi inſpirantem, qua proſpiceret ciuibus, & felicis aduentus, ac diuinitatis ſuæ fidem omnibus faceret. Plana utique ex ſuperioribus omnia, & cum Luciniani, ut mihi quidem videtur, narratione adprime conſentanea. Quo commode referri poſſunt, quæ de Melampode tradunt varii auctores, ac inter alios Plinius: *Qui credit iſta & Melampodi profecto* AURES LAMBENDO *dediſſe intellectum auium ſermonis* DRACONES *non abnuet:* tum quod a Græcis ad Pindarum Criticis, de eodem Melampode ſimiliter traditur; ac præterea de Alcmæonis Clypeo, Draconem ideo fuiſſe inſculptum, *quod animal ſit ad auguria opportunum,* ὅτι ἐπιτήδειον πρὸς τὰς οἰωνοὺς τὸ ζῶον. Ut mittam quod apud Ariſtophanem legitur, duos Dracones, in templo Orat. XXXVII. Lib. X. cap. 49. Schol. Pyth. VIII. v. 66. In Pluto p. 76.

plo Athenis palpebras circumlingentes Pluti, quo facto visum recuperat; ut ita non auditum solum, sed visum etiam exacuendi, optimi haberentur auspices id genus Dracones. Ex hisce autem adductis hactenus nummis, cum huius Paphlagonii seu præstigatoris Alexandri, sub Pellæi Draconis effigie & *Gluconis* nomine, abunde liquet, id eum ex parte consequutum, quod ab Imperatore inuerecunde contendebat; ut nempe nummis imprimeretur cum

Lucian. in Pseudomant. pag. 782. edit. Amstel. tom. 1.

sua, tum Draconis sui effigies; ἢ ΝΟΜΙΣΜΑ καινὸν ἐγκεχαραγμένον τῇ μὲν ΤΟΥ ΓΛΥΚΩΝΟΣ, κατὰ θατέρα δὲ Αλεξάνδρου, *utque* ΝΥΜΙΣΜΑ *nouum signaretur, altera quidem in parte* GLUCONIS *imagine, altera Alexandri.* Id vero omnino obtinuisse, quod alio loco Lucianus iam ante tradiderat, eum nempe GLUCONIS *nomine diuinitus insignitum, imaginibus & simulacris, cum æreis, tum argenteis expressum:* Γεγραπται τε ἐπ' αὐτῷ καὶ εἰκόνες, ἢ ξόανα τὰ μὲν ἐκ χαλκοῦ, τὰ δὲ ἐξ ἀργύρου εἰκασμένα, ἢ ὄνομα γε τοῦ Θεοῦ ἐπιτέθειται ΓΛΥΚΩΝ.

De mixtis ex Homine *&* Serpente *figuris in aliis nummis.* Tom. II. pag. 201. Num. Impp. pag. 302.

Haud vero ab hoc commento insignis istius impostoris abludens quoque illa capitis imberbis effigies, reliqua in Serpentem desinens, eumque in multos gyros circumflexum, in nummo *Nicomediæ* signato sub Caracalla, quem vulgauit Cl. Tristanus, & qualem etiam possidet, ac inter eius cimelia olim inspeximus, magnus horum studiorum fautor & admirator, anitæ stirpis in Germania Princeps, Durlacensis Marchio. Cui etiam haud dissimilem eorundem *Nicomediensium* nummum in Tranquillina vulgauit eximius Patinus. Neque vero hic prætercundus alius, & singularis omnino *Tarsensium* in Cilicia nummus, signatus sub Alexandro Seuero, qui exstat in Thesauris Gallorum Regus; in quo duo, sicuti in superiori *Abonoteichitarum* nummo, inusitata omnino magnitudine Dracones conspiciuntur, cum inscriptione ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ Α. Μ. Κ. Γ. Π. *Alexandri Tarsi Metropoleos Præstantissimæ* (prout tres illas litteras in urbis illius, & *Anazarbi,* alterius Ciliciæ Metropoleos nummis, alibi explicamus) *Maximæ Ciliciæ, Decreto Prytanis,* vel *Prytanum.* Dicta nempe ibi, ut obiter id tangam, ab hoc Alexandro Imperatore, *Alexandri* seu *Alexandrea Tarsus,* more huic urbi consueto, quo, ut ex aliis eius nummis obuium, *Hadriana, Seueriana, Antoniniana, & Macriniana* fuerat iam ante appellata. Verum cum insignem hunc *Tarsensium* nummum; tum priori loco duos illos modo memoratos *Nicomediensium,* qui Tutelares id genus locorum Genios, mixta Draconum & humana effigie conspicuos ostentant, hic adponere, haud erit, ut opinor, inconsultum; huic certe, de quo hic agimus argumento penitius illustrando valde opportunum.

Orbis Romon. pag. 422.

De Æsculapii sub Serpentis figura in urbem Romam aduentu.

Neque vero nouum iam aut fictum cum priori illo GLUCONE, sed verum scilicet ac genuinum ÆSCULAPIUM, eumque non sub solita barbati

bati ſenis effigie, cum baculo, quem ut de eo Poëta, *nexibus ambit Serpens*, ſed Deum ipſum in Serpentem verſum exhibet nobis alius non minus inſignis eiuſdem Pii Antonini nummus. Mole certe, raritate, elegantia, inter primos ille numerandus, & luculentum Braceſiani in urbe Aeterna, quum illum olim ederem, nunc Regii Gallorum Cimeliarchii ornamentum; cui geminum quoque exſtat in diuite Gaza Cardinalis Buoncompagni. Ovid. Metam. xv. verſ. 659.

Præclarum utique, mi OCTAVI, penus huius antiquariæ monumentum, quod notam alias ex Liuio, Ouidio, Valerio, Plinio, Plutarcho, Claudiano, aliiſque Epidaurii huius aduenæ narrationem venuſte adeo repræſentat: qui Romam ſcilicet Epidauro, valetudinis cauſſa, ſolemni legatione accerſitus, ſub Draconis ſeu Serpentis effigie, Urbi ſalutem, Tiberinæ vero inſulæ nomen ſimul adtuliſſe ac tutelam eſt habitus. Sacra enim non ſolum inde Æſculapio hæc Inſula, ut notum, ac inde etiam ab Halicarnaſſenſi Dionyſio dicta νῆσος ἐυμεγέθης Ασκληπιῷ ἱερὸς, *Inſula valde magna, Æſculapio ſacra*; immo inde etiam *Inſula Æſculapii*, ut apud Suetonium, ac alibi a Romanis, vel, quod idem, *Pæonii* aut *Epidaurici Serpentis* vulgo nuncupata. Unde non *peregrini Medici*, ſicut Toxaris apud Athenienſes Diuis eo nomine adſcriptus, ſed quaſi indigenæ vicem Urbi Aeternæ deinceps præſtiterit hic Medicorum Parens. En vero ibi Inſula, Templa, Tiberis ad Deum conuerſus, ipſe *in Serpente Deus*, *erigens* ſe, quique *puppe caput*, ut de eo Ouidius, *præfert*, quo certam ſibi in poſterum ſtabilemque ſedem circumſpiceret: luculentus denique Poëtæ commentarius: Antiq. lib. V. p. 288. In Claudio cap. XXV. Lucian. in Scytha ab initio Metam. xv. 670. Ibidem v. 727. 777.

> *Jamque caput rerum, Romanam intrauerat urbem.* Ibidem. 737. &c.
> *Erigitur* SERPENS, *ſummoque accliuia malo*
> *Colla mouet: ſedeſque ſibi circumſpicit aptas.*
> *Scinditur in geminas partes circumfluus amnis,*
> INSULA *nomen habet, laterumque a parte duorum*
> *Porrigit æquales media Tellure lacertos.*
> *Huc ſe de Latia penu Phœbeius* ANGUIS
> *Contulit:*

Quo reſpexit etiam præter Auguſtinum de Ciuitate Dei, Africanus alter, a quo ex Epidauro nihil aliud aduectum niſi colubrum prolixitatis immenſæ ridet: alibi vero: ÆSCULAPIUS, *inquitis, Epidauro bonis valetudinibus præſidens, & Tiberina in Inſula conſtitutus.* Salutares nempe vulgo Deorum, ſed maxime huius Soteris vel Serpentis Epiphaniæ, qui raro quidem, ſed nunquam ſine magno ipſorum bono viſus Epidauriis credebatur, ut narrat in huius rei commemoratione Valerius Maximus: ſcilicet Lib. III. c. 22. Arnob. lib. II. 250. Lib. I. c. VIII. §. 2. De Ponto lib. II. Epiſt. 8.

> *Præſentes aliquid proſit habere Deos.*

Unde ΣΩΤΗΡΟΣ etiam ei nomen in nummis horum Epidauriorum, ſub eadem Draconis forma tributum videas, ſicut in aliis ΚΩΙΩΝ ΔΡΑΚΩΝ,

Insul. Tab. xx. aut ΚΩΙΩΝ ΣΩΤΗΡ, non apud Goltzium solum, sed etiam in nummo Regiæ Gallorum Gazæ. Quo spectare etiam obseruo nummum magnitudine itidem & præstantia singularem, olim a nobis inter eiusdem Regii Thesauri nummos descriptum ac memoratum, qui hinc Alexandrum Seuerum, hinc Serpentem præferebat, ac in auersa parte Serpentem cum Ara & Arbore, ac inscriptione ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΝ. Quo autem fato factum sit, ut idem nummus, iuxta quosdam alios, hodie non conspiciatur in eadem Gaza, quod nuper mihi dum in illa Regia denuo agerem, constitit, haud equidem noui. Haud mirum vero, si ille modo *Draconis*, modo *Serpentis Epidaurii* nominibus designetur. Neque enim Serpentis solum, sed peculiares etiam Draconis notas præferre nonnunquam videas, barbam puta, palearia, & coronam cristatam, sicut in denario gentis Aciliæ. Haud insuetum vero huic salutari Deo, sua quoque præsentia alias beare ciuitates, liquet ex Philostrato in vita Apol-
Lib. I. cap. 8. lonii, & dictis *Coorum* nummis, aliorumque locorum, uti *Nicæensium*, in quibus idem ΣΩΤΗΡ, ut paullo ante dictum, inscribitur. Ut non mirum proinde, si laboranti Urbi Æternæ suam quoque operam præsens ac manifestus voluerit scilicet impertiri, quæ a *Roma* huius Æsculapii filia nomen suum
Ad Eclog. ix. v. 10. deriuabat, iuxta Marinum Lupercorum Poëtam, ut docet alicubi Seruius. Unde quoque haud aliam mercedem nauatæ operæ. quam in eadem stabilem sibi sedem, & quidem extra ægrorum turbam voluit deligere. Ut ita Plutar-
Quæstion. Rom. p. 286. Tom. II. chus hinc lucem mutuetur, qui Æsculapii fana Romæ extra urbem, (sicut in hac Insula) apud Græcos vero in locis puris & sublimibus docet exstitisse. Multo minus adhuc Draconis speciem, in eodem hospite Epidaurio mirabitur; qui hanc illi familiarem videt passim in iisdem nummorum monumentis.
Lib. IX. pag. 601. *Dracones* nempe omnes sacri Æsculapio, ut obseruat Pausanias; si tamen excipias illum Erichthonium, quem Athenis ad pedem Mineruæ simulacri exsculptum alibi idem Auctor refert; & firmant quoque præclari Athenienssium nummi, qui idem illud Palladis signum, cum iacente ad pedes Dracone repræsentant. Unde huic etiam Deæ Draconem sacratum statuit alicubi Plu-
De Iside pag. 379. tarchus; quem Apollini alias, ac barbato eius filio vulgo adserunt, uti hactenus vidimus, prisca hæc monumenta. Sed mirare mecum obiter fatum illius *Insulæ Serpentis Epidaurici*, ut quæ salutis quondam ara & sedes Roma-
In Insulam conjectus est Serpentis Epidaurici, Lib. I. Ep. 7. nis exstiterit, eadem postea, ut ex Sidonio liquet aliisque, sub Christianis Imperatoribus rei capitalis accusatorum carcer exstiterit & carnificina. Plures vero mitto aliarum urbium Tutelares id genus *Dracones* & Pseudomantes, qualis etiam Lanuuinus ille, obuius vulgo in denariis Gentium Romanarum, & de quo Propertius,

Lib. IV. Eleg. 8. *Lanuuium annosi vetus est tutela Draconis.*

De aliis Tutelarium, *seu* Geniorum *simulacris in Nummis.* Haud minoris erit operæ pretium, referre adhuc in hanc tutelarium ac insignium omnino *Draconum* censum, alios insuper, *perque sinus crebros & magna volumina*, haud aliter ac Pamphlagonius vel Epidaurius, de quibus modo, tortuosos Serpentes, quos in præclaris aliorum locorum nummis intueri etiamnum licet:

Primus ex iis a *Samiis*, qui *Jonum* ſæpe *Primi* in Græcis eius urbis nummis leguntur inſcripti, cuſus eſt, ac a me nuper ad Callimachum, una cum *Abonoteichitarum* nummo, ac Serpente *Glucone*, adductus. De ea autem urbe *Samo*, & quæ una erat in ea Inſula, ſicut & in *Chio*, *Coo*, *Andro*, *Teno*, quod obſeruat alicubi Galenus, ciuitas, id tradit Ælianus, eam priſcis temporibus valde deſertam, & feris beſtiis, iisque maximis abundaſſe, quæ Νειάδες (Heraclidi Νηίδες) dictæ. Alterum nummum in Seuero Imp. adtulit Ill. Erizzo, ſed ita ut nec ſenſum, nec locum ſignati nummi ſit adſequutus. ΠΑΥΤΑΛΙΑ nempe in eo inſcripta, urbs Thraciæ aut in eius confinio, haud obſcura, non vero incerta Græciæ prouincia; ſed quæ corrupte apud Stephanum, alioſque Παυταλία, vel Παυλαλία legitur; unde cauſam crederem obortam ignorantiæ nobilis antiquarii, niſi hanc viderem frequentem eius in tradendis aut explicandis Græcis nummis, parum felicem, quod citra eius contumeliam dictum velim, induſtriam. Occurrunt vero alii quoque eiuſdem urbis, cum M. Aurelii, tum Getæ nummi, inſcripti ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ, unde corrigendum iterum Stephani Παυλαλιώτων. Dicta quoque eadem urbs *Ulpia Pautalia* ab æuo Ulpii Traiani; ſicut id rurſus conſtat ex præclaris aliquot nummis, ſignatis in honorem Fauſtinæ Junioris & Caracallæ, cum epigraphe ΟΥΛΠΙΑC ΠΑΥΤΑΛΙΑC, quales & in Gaza Medicea, & in Regia Pariſienſi, & in Muſeo Cl. Seguini mihi vidiſſe contigit. Geminum quoque notabam nuper in nummo Getæ apud Leonardum Agoſtini, celebrem Urbis Antiquarium, in quo Aquila cum fugientibus ac exeſis litteris, quales tamen adſequebar, ΟΥΛΠΙΑC itidem ΠΑΥΤΑΛΙΑC. Ea nempe ratione, qua alia eiuſdem Thraciæ urbs *Topirus*, & Daciæ *Serdica*, & præterea *Nicopolis*, *Anchialus*, *Mitylenæ*, aliæque nobiles ciuitates, ULPIÆ itidem vocantur in ſelectis aliquot Nummis Seueri, Caracallæ, Getæ, Gordiani & aliorum: ΟΥΛΠΙΑC ΝΙΚΟΠΟΛΕΩC, ΟΥΛΠΙΑC ΤΟΠΕΙΡΟΥ, ΟΥΛΠΙΑC CΕΡΔΙΚΗC, ΟΥΛΠΙΑΝΩΝ ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ, & ΟΥΛΠΙΑC CΕΟΥ. ΜΥΤΙΛΗΝΗC. Sed de hac appellatione & loco obiter. Sicut vero alii nummi huius urbis *Pautaliæ* modo adlegati, vel patrium amnem, ſolita cultum ab accolis religione; vel Bacchum cum thyrſo & cyatho; vel Cybelen leonibus vectam, grata & ſolemnia Thracum Numina, repræſentant; vel Salutem quoque, familiari ſymbolo, Serpente inuolutam, cui illa eſcam porrigit; ita iſte ſupra depictus Draconem, tutelarem ſcilicet loci Genium, haud minus quam alii ſuperiores nummi ante prolati, omnino videtur mihi arguere. Magnitudine certe ille ſimul & ſpirarum flexu haud minus ſingularis, & lingua exſerta quaſi alter Glucon, ad fundenda itidem Oracula accinctus. Et hæc quidem in ſuperiori huius operis editione, ad eximium hunc *Ulpiæ Pautaliæ* nummum ſub Seuero Imp. cuſum, a me fuerant adnotata: quum præter unum Fauſtinæ iunioris a Cl. Triſtano iam indicatum, in editis dein, multis

Obſerv. p. 396.

De Medicam. Facult. lib. ix. De Animal. lib. xvii. cap. 38.

poſt

Not. pag. 248. post annis, ab eruditissimo Holstenio ad Stephanum notis, memoratos aliquot eiusdem loci nummos obseruare mihi licuit; ac inter alios illum sub Seuero cusum, quem modo vidimus, cum Serpente in spiras circumuoluto & erecto. Ut mittam descriptos nuper a celebri antiquario, in Græcorum sub Romanis Cæsaribus numismatum collectione, similes quoque huius *Pautaliæ* nummos. Quod vel obiter hic monendum fuit, ne qui hæc ante complures annos a me vulgata non adtendit, eorum scrinia compilasse me immerito arguat. Paria vero cum eiusmodi Dracone vel Serpente, facientes suppeditasse mihi Regiam Gallorum Gazam ibibem quoque tradideram, in duobus nempe, qui supra quoque sunt depicti, nummis, & qui a Cl. Patino seorsim in Caracalla & Gordiano Pio fuerunt dein diuulgati. Prior nempe *Hadrianopolitarum*, secundæ Thraciarum Prouinciæ, iuxta Ammianum Marcellinum, & *Uscudama* ante dicti oppidi: alter vero *Dionysopolitarum*, urbis Ponticæ, seu Scythiæ illius inter sex Thraciæ Prouincias relatæ, & cuius celebriora oppida *Dionysopolim* & *Tomum* recenset ibidem Ammianus Quomodo etiam *Draco* itidem plures ingens gyros spectatur in nummo Gordiani Pii vel Tertii Medicco, cum inscriptione ΤΟΜΕΩϹ ΜΗΤΡΟ ΠΟΝΤΟΥ *Tomi Metropoleos Ponti*. Ut haud mirum sit eadem *Serpentis* aut *Draconis* symbola præferre utramque hanc vicinam, & Ponticam urbem. Apollinem alioquin & Bacchum, tutelare utriusque loci Numen, signant earundem urbium nummi apud Goltzium; & *Tomi* quidem Apollinem, utpote coloniæ Milesiorum, a quibus Apollo cultus; *Dionysopolis* vero, Bacchum, cuius nomine dictam eandem, & ipsa loci appellatio, & exul in iisdem oris poëta alicubi retulit. Unicum præterea horum *Dionysopolitarum* nummum memini me vidisse in penu antiquaria Collegii Claromantani Parisiensis a Sirmondo collecta, & quidem inter numismata Alexandri Seueri. Istud vero olim a me obseruatum, eiusdem postea penus antiquariæ, ac in eodem Collegio custodis, de

Vaillant. Numism. Græc. Imperat.

Num. Imper. p. 241. 295. Lib. xxvi. c. 4.

Num. Urb. Ill. pag. 240. postremo hoc *Dionysopolitarum* nummo in eo recondito, eruditissimi nempe Harduini testimonio est comprobatum. Neque vero ab hisce diuersus Draco vel Serpens, sinuans itidem immensa volumina, in alio nummo eiusdem tractus, & sub eodem Gordiano, a *Callatianis*, Ponti itidem accolis, qui a Cl. Patino similiter editus, exstat nunc in Thesauris Gallorum Regiis: aut qualem exhibet inter cimelia Christinæ Augustæ rarissimus nummus *Marcianopolitarum*, cum Alexandri Seueri & Mamææ Matris capitibus in priori nummi parte. Geminum quoque itidem vidi exstare in Regia Gallorum Gaza, cum effigie Caracallæ & Matris similiter Juliæ Domnæ, ac inscriptione ΕΠΙ ΚΟΥΙΝΤΙΛΙΑΝΟΥ ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Sub Quintiliano Marcianopolitarum*. *Marcianopolis* vero Mysiæ secundæ, seu unius quoque e sex Thraciarum apud Ammianum Prouinciis ciuitas, a *sorore Traiani Principis*, Marciana nempe, quod ille ibidem subdit, & aliunde notum, *cognominata*. Cui insuper addi potest insignis *Nicæensium* in Bithynia nummus eiusdem Thesauri Regii, idemque inter Juliæ Mæsæ nummos a Cl. Patino olim editus, cum simili Serpentis in plures gyros circumuoluti effigie. Haud vero arbitror frustra me hactenus laborasse, in commemorandis tam præclaris & vulgo reconditis antiquitatis monumentis, quæ tot singulares id genus Dracones & Serpentes signant. Hinc utique non leue illud, sed eximium quoddam beneficium præstare videas haud vulgares id genus Nummos (& cuius generis Ægyptii aliquot, adhuc infra adducentur,) quod ex iis etiam

Lib. xxvi. c. 4.

Num. Imp. pag. 340.

unice

unice exigendum magnus Bochartus, cum ſuis ad me litteris, tum alicubi in præclaro opere agnoſcit: *Ex* NUMMIS, inquit, *id genus, cum depictis* DRACONIBUS, *figura eorundem & magnitudo erui poteſt, quorum minimi quinque cubitorum, maximi quadraginta traduntur.* Adde præter molem illam, qua Dracones vulgo a Serpentibus diſtinguuntur, duo alia inſuper tradita fuiſſe inter utroſque a veteribus diſcrimina; quæ in ſuperioribus aliquot nummorum, quas modo adtulimus, iconibus continuo videas; criſtam nempe, & ſub mento barbam. De criſta quidem, id tradente Juba parum videtur Plinio veriſimile; quod tamen mari Draconi, uti & barbam, tribuit alioquin Ælianus; ἔχει γὰρ μὲν ὁ δράκων ὁ ἄρρην τὸν λόφον, καὶ πώγωνα δασείαν, *criſtam quidem habet mas Draco, & barbam hirſutam.* Utrumque certe, criſtatum & barbatum Draconem exhibet adductus paullo ante *Ulpiæ Pautaliæ* nummus. Accedit unde liqueat, quæ fides Auctoribus ſit præſtanda; quorum alii rictum oris magnum ſeu hiatum vulgo Draconibus tribuunt, & quidem ut ceruos etiam integros, aut ſeſſores cum equis deuorare ſubinde ab iis dicantur; alii vero, paruum os Draconibus ineſſe ſtatuunt. Mitto quod Draconibus etiam aut Serpentibus pedes quoque adſcripſerint e veteribus nonnulli; ſed quod ut fabuloſum omnino, merito eſt a Recentioribus, ac inter alios, a laudato Bocharto exploſum; & quales utique nuſquam cum pedibus, nempe Dracones vel Serpentes, conſpiciuntur in tot veterum, in quibus iidem ſignantur, nummis. Exſtat quidem alicubi apud Æſchylum, ut obſeruo, δίπους ὄφις, *bipes Serpens* ſed qui ibi de Ægyptio Præcone, miſſo ad rapiendas virgines Danaides, in Argiuorum terram profugas, ab iiſdem dicitur. Iſtud vero inſuper ex iis nummis modo adductis, colligas, in *Macedonia, Thracia, Paphlagonia, Myſia, Ponto, Bithynia, Cilicia,* vicinis regionibus, haud alios locorum Genios & Cuſtodes gratiores id genus Draconibus exſtitiſſe. Conſulto enim omitto plures Græciæ Aſiæque nummos, in quibus illi eandem loci tutelam ac ſalutem videntur arguere, & ad quos reſpexit Maro,

Lib. VIII. c. 13.
Lib. VIII. c. 13
Hieroz. lib. III c. 14. P. II.
Suppl. v. 902.

Incertus Geniumne loci, famulumne parentis
Eſſe putet.

Æneid. v. 97.

Ubi audiatur Seruii gloſſa: *quia nullus locus ſine* GENIO *eſt:* ac, ut additur in aliis Seruii codicibus, *qui per* ANGUEM *plerumque oſtenditur. Perſius: Pinge duos angues; pueri ſacer eſt locus.* Quales etiam duos Angues videas, aut arcum & pharetam amplectentes, in Nummis ΚΡΗΤΑΙΩΝ aut ASIÆ RECEPTÆ: aut vincientes duo ligna, in nummo *Cyzicenorum*; aut obuoluios inſtar circuli cum duobus in in medio torquibus, in Romano numiſmate; aut coronatos coſdem cum Caduceo, Cornucopiæ, Palma, in nummo Otaciliæ Ægyptio.

In Gaza Medicea.

Etenim Ægyptiorum imprimis hanc fuiſſe de *Serpentibus* ac *Draconibus* opinionem, ut diuini aliquid illorum naturæ tribuerent, docuit iam olim Philo Byblienſis apud Euſebium. Unde quod loci Genium ac Tutelam, eorum ſymbolis adumbrarent, præter alia monumenta, arguunt plures inediti eorum nummi, percuſſi ſub Cæſaribus, Nerua, Traiano, Hadriano, Pio, aliiſque; in quibus aut Draconei id genus coronati; aut iidem cum Caduceo, Siſtro, Spica; aut etiam cum venerabili illorum Serapide depinguntur. Quo nomine etiam ΑΓΑΘΟΙΔΑΙΜΟΝΕΣ, ſeu *Boni Genii* iiſdem nuncupati, ut obſeruabam nuper in præclaro nummo Ægyptio Cimeliarchi Regii Pariſien-

Dracones Ἀγαθοὶ Δαίμονες *in nummis Ægyptiis.*

sis; in quo illinc Neronis effigies, hinc Draco coronatus, cum inscriptione aliquantum exesa, NEO. AΓAΘ. ΔAIM. seu Νέος Ἀγαθὸς Δαίμων, *Nouus Bonus Genius*. Idem vero nummus aliquot annis, post hæc olim a me adnotata, a clarissimi nominis inter Gallos antiquario P. Seguino editus est ac illustratus. A quo autem præteriri non debuit, quod de Elagabalo Imperatore narrat, & qui inde haud parum illustratur, Lampridius: *Ægyptios* DRACUNCULOS *Romæ habuit, quo illi* AGATHODAEMONAS *vocant*. Ut inde certe liqueat, quod alioquin ad eum Lampridii locum monuit iam ὁ πάνυ Casaubonus, non solis Phœnicibus ita appellatum Draconum genus, de quo aiebat Philo modo laudatus, Φοίνικες ὁ αὐτὸ ΑΓΑΘΟΝ ΔΑΙΜΟΝΑ καλοῦσιν, *Phœnices vero ipsum* BONUM GENIUM *vocant*; quomodo & Seruius interpretatur, ΑΓΑΘΟΙ ΔΑΙΜΟΝΕΣ, *quos Latini* GENIOS *vocant*. Tales utique duo illi Dracones, qui olim erranti Alexandro cum ductoribus & toto exercitu, ac inopi consilii vix duces repente leguntur exstitisse, qui incolumem ad Ammonis Oraculi sedem ducerent reducerentue. Rem, aut si mauis, fabulam narrantem Arrianum nosti; quod alias non Draconibus, sed Coruis (auguralibus scilicet auibus) tribuit Strabo. Frequentes scilicet in veteri Ægyptiorum Theologia *Dæmones* seu *Genii*, iique in *Bonos* & *Malos* seu beneficos & maleficos, distincti. Hinc ex priorum genere ἡ ἀγαθοποιὸς τοῦ Ὀσίριδος δύναμις, *benefica Osiridis vis*, apud Jamblichum dicitur. Unde ad Græcos quoque eadem *de Bonis Malisue Geniis* opinio, si non iam ante a Phœnicibus, dimanauit. Ita *Mali Genii* seu Κακοῦ Δαίμονος, facta iam olim apud Æschylum mentio; qui una etiam voce, ut Ἀγαθοδαίμονες, sic Κακοδαίμονες a Porphyrio sunt dicti. Quales tamen *Malos Genios* haud dari tradit Menander Comicus apud b Clementem Alexandrinum & c Stobæum; sed *Bonum Deum* omnino esse habendum. Quomodo etiam a d Jamblicho omnes *Dii Boni* & *Bonorum Auctores* dicuntur, opinionem vero de *Bonis* & *Maleficis Diis* a Genethliacis profectam. Idem vero dari *Bonos* & *Malos Genios* passim agnoscit; nec esse cuiusuis hominis dicere, qui *Boni Genii*, qui *Mali*; aut quibus indiciis illi ab inuicem pernoscantur. Unde etiam factum, ut ad horum *Bonorum Geniorum* seu Ἀγαθοδαιμόνων discrimen, primus Deus, non Ἀγαθὸς solum, a sanioribus Gentilium, sed etiam Ἀγαθότης Ἀγαθοτήτων, *Bonitas Bonitatum*, uti præter alios a Simplicio ad Epictetum, dicatur. Mitto Ἀγαθὸς Δαίμονας de animabus virorum fortium in bello defunctorum a Tito apud Josephum dici. Δαίμονες certe alibi apud eundem, uti & passim apud Poëtas Græcos, pro *manibus* dicti.

In Elagabalo cap. XXVIII.

Euseb. Præpar. Evang. lib. I.

Ad Georg. III.

Exped. Alex. lib. III. c. 3. Lib. XVII. p. 814.

De Myster. lib. I. Sect. VI. p. 179.

Pers. v. 350.

a De Abstin. lib. II. & apud Theodoret. & Cur. Græc. Adf. Serm. III. p. 516. Tom. IV.

b Strom. lib. V. pag. 610.

c Ecl. de Ner. Natur.

d De Myster. Sect. I. p. 30. Ibid. Sect. IV. p. 116. &c.

Cap. XXVII. p. 250. ed. Cl. Salmas.

Bell Jud. lib. VII. cap. I. Ibidem lib. V. cap. 19.

De Aspide *in nummis.*

Verum inter coronatos ab Ægyptiis Dracones ac Serpentes, eosque antiquis nummis insculptos, nonnullos adhuc videas, quos haud male ad ASPIDES, notas utique in eo tractu, referunt eruditi Antiquarii, & cuius generis unam hic exprimendam duximus, signatam in Ægyptio Faustinæ senioris nummo:

E ma-



E maiorum nempe *Aſpidum* genere, quibus haud iniuria ut vides, tumidam ceruicem ac latum corpus cum [a] Nicander, tum [b] Lucanus tribuunt; neque male eaſdem ad Ammiani deſcriptionem comparatas, [c] *quas omnes magnitudine & decore* ASPIS *facile ſupereminens, nunquam ſponte ſua fluenta egreditur Nili.* Neque tamen unius magnitudinis *Aſpis* apud Ægyptios, cuius duo genera [a] Strabo, tria [b] Galenus, plura quoque [c] Ælianus recenſet, & quidem quaſdam trium quatuorue cubitorum; ad quas proinde haud male ſuperior videtur referenda. Præcipuo vero honore cultam *Aſpidem* apud Ægyptios, ceu diuinæ potentiæ ſymbolum, præter eundem Aelianum, id alio loco tradentem, liquet alias ex Plutarcho; ut non mirum ſit proinde ſolitis Cereris inſignibus, Papauere nempe ac Spica, eandem hic ornatam intueri. Quis vero fœcundam frugibus regionem ignorat? aut eius Metropolim (in qua proculdubio percuſſus hic, & ſimiles nummi) cum aliis rebus, tum frugum copia, ſiue ut [b] Ammianus de ea loquitur, *alimentorum uberi copia circumfluere* non audiuit? Unde, ut alia mittam, cum inſertam Juſtini legem Codici [a] Theodoſiano ac [b] Juſtinianeo, de *Frumento Alexandrino*, & alibi in eodem Codice Theodoſiano, *Alexandrini Status*, ſeu commeatus frumentarii ex Alexandria Conſtantinopolim deferri ſoliti factam mentionem haud ignoras. Quo ſpectant naues illæ σιταγωγοὶ apud Lucianum, quas ſimiliter ex Ægypto in Italiam commeatum eiuſmodi docet tranſportaſſe, μίαν τῶν ἀπ' Αἰγύπτου εἰς Ἰταλίαν σιταγωγῶν. Ut certe haud alio ſit opus interprete, cur eadem urbs vulgo in antiquis nummis, ſub ſymbolo ſedentis Mulieris cum Cornucopiæ, & duabus aut pluribus Spicis adumbretur. De addito autem ſuperiori *Aſpidi*, præter Cereris inſignia, peculiari capitis ornamento, agemus paullo infra.

a Ther. p. 14.
b Lib. IX. v. 701.
c L. XXII. c. 15.

a Lib. XVII. p. 823.
b De Theriac. p. 460. Græc. ed. Baſil.
c De Anim. lib. XVI. cap. 39. Iuſd. lib. XVI. cap. 5. De Iſid. & Oſirid. p. 380.

Lib. XXII. cap. 16.

a Lib. XIV. C. Th. Tit. XXVI.
b lib. XI. C. Juſt. Tit. XXVII

In Nauigio p. 491. Tom. II.

Sicuti vero pro *Geniis*, *Oraculis*, diuinæ potentiæ ac virtutis ſymbolis habitos vulgo Ægyptios *Dracones* ac *Serpentes* haud aliunde luculentius conſtat, quam ex hac ipſa Numnorum ſupellectile; ſic aliis quoque gentibus frequentata eo nomine ac publico ære itidem ſignata eadem *Draconum* ac *Serpentum* ſymbola, abunde ſupra videbamus. Nec fruſtra Arabes quoque ab iis auguria captantes iam ante diximus; quos utique auguriorum non ſtudioſos ſolum, ſed inuentores perhibet Clemens Alexandrinus. Hinc *Draconem* quoque ſpiris variis inuolutum ſuppeditat apud Ligorium, in inedito opere, nummus Arabum ΔΟΥΜΑΘΗΝΩΝ. Neque Romani, ut iam vidimus, alieni ab ea religione. Unde factum, ut ſequentibus etiam ſæculis, inter ſigna Romanorum militaria, præter Aquilas, recepti etiam fuerint depicti *Dracones*; qui ſummitati haſtarum aptati, non minus in acie & in caſtris, quam ciues in urbibus defenderent ſcilicet ac tutarentur. Rex ex Vegetio, Ammiano, Claudiano aliiſque iam nota. Volucres certe non minus ac priores illi, de quibus paullo ante agebamus,

Alia adhuc de Draconibus *in nummis.*

Strom. lib. I. p. 306.

Claudian. 111. Conſ. Honorii.

Hi volucres tollunt Aquilas, hi picta Draconum
Colla leuant, multuſque tumet per nubila Serpens.

Quom. Contor. Hiſtor. p. 622. 623. ed. Amſtel.

Quo loco ſubiit mihi opportune Luciani memoria, qui ridet alicubi ſcriptoris belli Parthici ineptias, tradentis, a Parthis Dracones (non effictos iam ſed viuos) contis adfixos & in altum ſublatos, procul in hoſtes coniectos, unde magna Romanorum ſtrages orta eſſet. Tradit vero ibidem Lucianus, *Dracones* Parthis ſignum eſſe multitudinis (hoc eſt militaris apud eos ordinis nomen) & quidem inde dictum, quod mille circiter Dracones viuos unus Draco regere ſoleat. Neque tamen carere plane exemplo haud abſimile factum, ut teſtes alios mittam, liquet mihi ex Galeno, qui tradit virum quendam Carthiginienſem in prœlio cum Romanis, ſerpentibus ſeu venenatis beſtiis plenas ollas in hoſtes immiſiſſe, & ita incautos multos oppreſſiſſe: neque enim tela eiuſmodi in hoſtes mitti ſolita. Alias Aquila Draconem unguibus tenens, ut liquet ex Joſepho, inſigne olim fuit Spartanorum: quo ſignatæ erant illorum ad agnatos ſuos Judæos litteræ. Unde Aquilam etiam videas in Nummo horum *Lacedæmoniorum* Mediceo. Neque diuerſum ab eo fuiſſe ſymbolum *Tyranorum* Ponti incolarum, arguit adhuc hodie eorum nummus, in quo Aquila ſimiliter Draconem in gyrum circumflexum ore geſtat, cum inſcript. ΤΥΡΑΝΩΝ. Aquilam alias ac Serpentem mutuo ſe reſpicientes exhibent nummi *Nicomediæ* percuſſi cum effigie Commodi. Non alatum iam vero ac ſublimem, ſed iacentem ac proſtratum Draconem, myſticum nempe illum, repræſentant nummi Chriſtianorum aliquot Cæſarum, Valentiniani Junioris, Libii Seueri, Heraclii, & aliorum, de quibus alio loco.

De Theriac. ad Piſon. p. 460. ed. Græc. Baſil.

Antiq. lib. XII. cap. 8.

XII.

De DELPHINIS *in Nummis.*

Manil. lib. V. v. 347.

Ne ſolum vero vel propitios, vel infeſtos illos Aeris, Siluarum aut Nili etiam incolas commemoremus, DELPHINOS vero Φιλανθρώπους *& Oceani Cælique decus* prætereamus ingrati, quos tamen magna nummorum copia, haud minus ac Siculum vel Carpathium pelagus, conſpiciendos præbet. Neque vero obuios ibi hoſpites, aut aliunde ſatis notos, fruſtra me credas adlegaſſe. Negat enim Bellonius, tales eſſe *Delphinos*, quales viſuntur in Marmoribus & Numiſmatibus antiquis; repando nempe corpore, & dorſo incuruo; etſi in reliquis figuram conſentire fateatur. Plinius vero poſtremam illam repandi & inflexi dorſi formam iiſdem tribuit. Mirum autem, ut hoc dicam in limine, & vix ulli, opinor, quam Bellonio credibile, tot ac tam variis vetuſtatis monumentis male expreſſam figuram huius piſcis, obuiam paſſim & familiarem in iiſdem locis, in quibus illa auro, argento, ære cælabatur. Innumeri vero ſunt, in quibus, ut paullo ante monebamus, vel capita exornat Urbium & Inſularum Siciliæ, Græciæ, Aſiæque *Delphinus*; vel occurrit ille Neptuni Tridenti inuolutus; vel ubi modo ſinguli, modo plures etiam numero ſignant auerſam nummi partem. Cuinam vero perſuadebit Bellonius, in hunc errorem conſtanter adeo tot littorum accolas coniuraſſe, familiari obtuitu facile reuincendum? Sed non hic opus eſt ea defenſione. Nummos enim & Bellonium, alioſque ab eo diſſentientes expedire licet haud difficili,

Lib. IX. c. 8.

cili, ut opinor, negotio. Signatus nempe nummis *Delphinus* haud uno habitu; idemque modo quietus & fixus; modo frequentius ſalientis & vectoris inſtar. Qualem etiam vulgo depictum in iis videas, cum inflexo capite, repando ſeu incuruo corpore, cauda vero prominente & erecta; ſcilicet dum veluti Chori in ſpeciem ludit per undas, *laſciuaque iactat corpora*; prout χορευταὶ, *Saltatores* ab Anacreonte, & καλλίχορoι Δέλφινες, *pulchras choreas exercentes Delphini* dicuntur ab Euripide. Obuia huius rei exempla ſuppeditant magna copia nummi locorum maritimorum, iique præ ceteris, in quibus ſeſſorem habent, cuius generis nonnulli paullo infra adducentur, *Delphini*. Aliquando vero quietior Delphinus, & tum citra illam repandi corporis, aut ſublatæ caudæ iactationem depingitur; ſicut ille in nummo Vitellii, Tripodi innixus, mox quoque commemorandus. Falſus ergo Bellonius, qui eodem ſemper habitu depictum in Nummis *Delphinum* credidit; aut repandum eiuſmodi inflexum corpus omnino ei ſalienti & ab undis exilienti detraxit; ac ita monumentis id genus, quæ ut plurimum tales nobis Delphinos repræſentant, fidem omnem voluit derogare. Præter enim luculentam veterum ac oculatorum teſtium nubem, quibus frequenter conſpecta forma repandi illius dorſi; unde & *curui Delphines* vocantur Ouidio; neque nos voluptatis illius fuimus inexpertes, cum nuper in nauigatione Melitenſi, Siculum littus legeremus. Etſi minus conſulto quoque Plinius, aliique nonnulli recentiores, ob inſpectos tantum ſalientes id genus Delphinos, aut eoſdem in priſcis aliquot monumentis depictos ea forma, perpetuam, neque aliam, quam incurui & repandi corporis figuram iiſdem continuo tribuunt. Delphinos alias id genus Tridente paſſim circumuolutos videas in nummis locorum mari adiacentium, Serpentum nempe inſtar tortuoſos; qualis, præter quamplures id genus, occurrit in nummo *Byzantiorum* Theſauri Brandenburgici, & apud Goltzium in nummo *Teni*, unius e Cycladibus. Eorundem vero Inſulariorum nummum protulit quoque Triſtanus, ſignatum ætate Alexandri Seueri; qui tamen non *Delphinum*, ſed eius inſtar, Serpentem Tridenti inuolutum exhibet: quod ad *Neptunum Medicum*, cultum in ea Inſula refert nobilis Antiquarius; quam & Serpentibus olim abnndaſſe tradidit Heſychius Mileſius, & Ὀφιοῦσσα quondam dictam Stephanus; quibus addere licet Antimachum, iuxta veteres ac eruditos ad Ariſtophanem Criticos. Quæ certe ſatis idonea mihi videntur teſtimonia, cur non audeam continuo oculorum aciem temere deſiderare in viro haud parum perſpicace in contemplatione id genus monumentorum; atque ita in eo nummo, Serpentis loco, *Delphinum* Tridenti inuolutum, familiare Inſulariis & quidem his *Teniis*, ſicut maritimis aliis urbibus, ſymbolum adfirmare: quod alias cum ſitus loci, tum productus a Goltzio nummus potuiſſet alioquin arguere. Adde alium quoque in Regia Gallorum Gaza nummum horum ΤΗΝΙΩΝ, in quo hinc caput iuuenile cum cornu arietino; illinc ſtans ante Aram Neptunus cum Delphino ac Tridente. Verum Triſtanum continuo abſoluit idem omnino *Teniorum* nummus, nuper a Cl. Vaillant inter Alexandri Seueri numiſmata itidem deſcriptus, qui Serpentem Tridenti implicatum præfert. Quomodo alibi quoque adduci a Triſtano videas Herculii Maximiani nummum, in quo præter Aquilam cum corona Clauæ inſiſtentem, & duas Spicas, ſimilis que Tridens cum circumuoluto Serpente, uti vulgo Æſculapii baculus, cernitur. Prout nempe, mutatis vicibus, Tridentem Apollini a *Tarſenſibus* tributum legas apud Dio-

Od. 12. Helen. v. 1470.

Metam. lib. 11. v. 265.

Lib. 11. cap. 8.

T. II. p. 411

Schol. Pluti p. 75.

Pag. 140.

Tom. III. p. 374.

Orat. xxxiii. p. 394. nem Chryſoſtomum, quod non debuit ibi viro magno negotium faceſſere. Haud magis utique, quam Ioui *Tridentem*; *Fulmen* Palladi; Apollini *Hederam*; Baccho *Radios*; Iſidi *Lunam*; *Arcum* & *Pharetram* Veneri; Serapidi iuncta *Iouis*, *Solis*, *Plutonis*, aliorumue Numinum ſymbola, tributa ſpectare, in priſcis id genus monumentis; qua de re alibi. Alias vero Anticyris, teLib. x. p. 682. ſte Pauſania, urbis inſigne occurrebat, Delphino altero pede inſiſtens cum Tridente Neptunus; qualis nempe in Tarentinorum nummis loci conditor Taras vulgo depingitur. Ex iiſdem vero monumentis ſimiliter colligas ea, quæ de reliqua figura huius piſcium Regis, Plinius aliique veteres tradidere; roſtrum nempe ſimum, oris ſciſſuram longam, rictum latum, oculos magnos, pinnas in ventre ac dorſo, ac duas in cauda veluti lunatas. Unde eOlymp. Od. iv. v. 29. tiam δελφίνων ἐλαχυπτερύγων, *delphinorum paruas alas habentium* meminit Pindarus. Immo non figuram magis, quam naturam manſueti huius hominum ac puerorum amatoris, diſcas ex adlatis modo iconibus, cum ſeſſore puero: quam rem alias tot teſtibus & exemplis firmant vulgo auctores, ut ab incredulis etiam fidem videantur extorquere. Ut minus iam mirum videatur, Philoſtorg. Eccl. Hiſt. l. 2. quod tradit Philoſtorgius, non Citharoedum nempe aliquem, ſed Lucianum martyrem a Delphino depoſitum apud urbem Bithyniæ, *Helenopolim*. Hic vero olim a me obiter, neque, ut ingenue fateor, valde opportune, adducti ſunt veteris Græcorum Epigrammatis, quodque ineditum credidi, duo priores verſus: ſed quos, & emendatius iam ante a doctiſſimo parente Gronouio, in diatriba ad Statium, primo ſtudiorum eius, ut ibi dicitur, ſpecimine, vulgatos, a filio Jacobo, etſi id alieno plane loco, monitum poſtea animaduerti. Cuius equidem cenſoriæ notationis, quæ cæteroquin cum haud vulgari mea laude, huiuſque operis, quod nunc denuo recenſendum ac locupletandum hic ſuſcepi, eſt ibidem coniuncta, condigna a me haberetur gratia; ſi non eadem aliquam plagii accuſationem ſecum ferret, a qua me vel ſola diuerſa eorundem verſuum lectio in parentis eius ad Statium diatriba, & quam, de antiquis tum nummis commentanti, conſulendi nulla mihi occaſio ſuberat, debuiſſet omnino abſoluere. Et de quo forte, neque enim id tanti videbatur, tacuiſſem: neque enim querelarum me vel amor delectat, vel ulla utique tuendæ famæ ratio aut neceſſitas ſuberat, ni nuper admodum alterius plagii me & doctiſſimum Bentleium publice, ac atrocibus quidem, etſi nullo facto dictoue unquam a nobis læſus, verbis, inſimulaſſet; nempe quod *graſſatione nefanda, & per furta teterrima* (hi ſunt enim humanitatis ſtudia in celeberrimo Lyceo profitentis floſculi) Callimachi Fragmenta fuiſſent nuper ad nouam illius Poëtæ editionem contractata, quæ iam ad Helladium monuerat Meurſius; ac proinde ab ea *fœditate*, qua inde, ego ſcilicet & Bentleius, turpiter inquinamur, ſint continuo *liberanda*. Mitto equidem an tanti illud erat, ut etiam eius facto, de quo ibi agitur, reis & conuictis, inde atrox illa *nefandæ graſſationis, & teterrimorum furtorum* infamia, & publice quidem, quæſita etiam capitalis adeo delationis occaſione, continuo inurenda videretur. Si vero immerentibus plane & nihil a Meurſio ea in re, cuius nullæ utique exſtant in Callimachum commentationes, alicubi præreptum aut occupatum gnaris, (ut ſancte omnino de me poſſum profiteri, ac licet de Cl. Bentleio ſimiliter opinari) aut quum in eam rem forte incumberent, id ullatenus ad animum reuocantibus; ſed qui ex iiſdem, unde ille, & qui omnibus paterent, fontibus hauſerant, ac

forte

forte ad edita iam Callimachi Fragmenta, unde eadem poſſent quandoque locupletari, retulerant, id, & truculenter adeo, impingitur : quid de eiuſmodi delatoris candore, æquitate, modeſtia ſit ſtatuendum, cuiuis expendendum relinquimus. Verum neque ille vulgares id genus laudes, quas a ſe procul pridem ablegauit, ſectatur; nec ut quidquam inde mihi, aut vero exquiſita doctrina Bentleio decedat, eſt utique nobis laborandum. Unde, ut ad inſtitutum hic de Delphinorum φιλοπαίδων amoribus ſermonem redeam, nota in primis ex Plinio, Æliano, adde & [a] Plutarcho, [b] Athenæo, aliiſque Delphini illius apud *Jaſenſes* hiſtoria; qui exſtincti pueri deſiderio, a quo ſe conſcendi patiebatur, mox contabuit. In cuius ſingularis adfectus memoriam, ſignatum proinde nummis *Jaſenſium* Delphino inſidentem puerum tradit alicubi præter Ælianum, Plutarchus: τὸ πάθος ἐνίσημον ΙΑΣΕΥΣΙ τὸ χάραγμα ΝΟΜΙΣΜΑΤΟΣ ἐϛι ΠΑΙΣ ὑπὲρ ΔΕΛΦΙΝΟΥ ὀχούμενος, *huius adfectus monumentum* JASENSIBUS *eſt* MONETÆ SIGNUM, PUER DELPHINO *vectus.* Exſtat quidem ſingularis in Theſauris Gallorum Regiis nummus, ut hoc addam, recens in eos tum illatus, quum ante annos aliquot in eadem Regia agerem, ac a me tum inſpectus, ab his *Jaſenſibus* in Caria ſub Domitiano cuſus, & cum eius icone in priori nummi parte; in altera vero, non cum puero illo, quem veheret Delphinus, ſed cum nuda muliere & gentili nomine ΙΑΣΕΩΝ. Horum vero, ut id obiter adhuc tangam, quod haud frequens alias occurrat eorundem *Jaſenſium* apud veteres Auctores mentio, duo laudabilia inſtituta commemorat libello de Politiis Heraclides. Neque vero minus adludunt ad innoxios id genus *Delphinorum* amores, alii nummi eximiæ vetuſtatis, in quibus eos itidem hominum, & maxime puerorum vectores aut colluſores cernimus. Tales cum vulgo priſci *Tarentinorum, Brundiſinorum, Piſauriorum,* nummi; tum alterius rarioris *Aliſarnæ,* urbis in Troade, in quibus homo Delphino vectus, cum Victoria & Corona: ſed ſingulares imprimis hanc in rem & frequentes *Corinthiorum* nummi variæ magnitudinis, & nonnulli maxime cuſi ſub Diuis fratribus, Marco & Vero, in quibus modo Puer inſidens Delphino; modo ſupra eundem erectus; modo etiam Delphinus iacet ſub arbore, cui incumbit Puerulus dormiens: cuiuſmodi etiam plures, ac ſub Sabina inſuper, Hadriano, Commodo, Seuero, Caracalla, percuſſos nummos videre in primis datur in Regia Gallorum Gaza, & Medicea.

[a] De Solert. Anim. p. 984.
[b] lib. xiii. p. 606.
Lib. xiii. p. 606.
De Solert. Animal. p. 984.
In Iulia Domna Reg. Sued.

Neque mirus adeo tibi videbitur, non iam in mari vector, ſed adiacens etiam in terra incumbente deſuper puero Delphinus; qui apud iuniorem Plinium blandos legiſti procul dubio Delphini & Hipponenſis cuiuſdam pueri amores, & hæc inter alia: *Incredibile (tam verum tamen quam priora,) Delphinum geſtatorem colluſoremque puerorum, in terram quoque extrahi ſolitum, areniſque ſiccatum, ubi incaluiſſet, in mare reuolui.* Equidem non familiare ſolum noſti horum *Corinthiorum* ſignum, Arionem nempe Delphino inſidentem, ut præter alios notauit quoque Dio Chryſoſtomus; ſed geminos id ge-

Lib. IX. Ep. 33.
Orat. XXXVII. pag. 455.

nus casus narrantes, [a] Plutarchum, [b] Pausaniam, [c] Athenæum, unde nummi superiores possunt illustrari; & [d] Lucianum præterea, qui puerum quendam mortuum, in Isthmum a Delphino deportatum narrat; Palæmonem nempe, quod aliunde, & e nummis quidem obuium, Melicertæ filium. Quin præter decantatum illum Citharoedum, aut vulgares id genus pueros, addere hic licet, haud absimilem Icadii ipsius Apollinis filii nauigationem, Delphini tergo delati prope Parnassum incolumis. Signant adhuc rei memoriam nummi *Delphorum*, cum figura *Delphino* insidentis pueri; tum sacratus inde Apollini *Delphinus*; ut liquet tum ex Vitellii & Vespasiani nummis, in quorum auersa parte Tripus Delphino impositus, cum inscriptione AUGUR; tum ex obuio eiusdem Vitellii. Quindecemuiri nummo, in quo Cortina Apollinis Delphici cum *Delphino* itidem superincumbente, infra vero Coruo. Cuius autem nummi, ut mittam aliorum de eodem coniecturas, optimum interpretem Seruium, adduxit iam eruditus Areschotanorum nummorum explicator Rubenius; ut haud opus sit id hic denuo retractare. Præter *Delphinum* vero, *Coruus*, ut obiter hoc addam, in eodem nummo conspicuus, tanquam sacratus Apollini, ut supra ex Plutarcho & Porphyrio notabamus, & bene etiam monuit Tristanus; non autem *Cornix* hic statuenda, ut dubitabant tamen viri docti, & cum iis idem ille peritus alias ac modo laudatus veteris huius memoriæ enarrator. Gemino nempe errore, quem in Celso arguit alicubi Origenes, e *Coruo*, cuius mentio in sacra diluuii historia, *Cornicem* similiter faciente: τὸν Κόρακα εἰς Κορώνην μεθέλητε, *Coruum in Cornicem mutauit*. Ut vero ad *Delphinos* id genus φιλαθρώπους seu φιλοπαίδας redeamus, neque mirum proinde blandi huius puerorum & cantus amatoris sessorem videre nonnunquam Cupidinem; sicut præter denarios Gentis *Cordiæ* & *Lucretiæ* apud Ursinum, ac nummum Augusti cum selectis aliis a Cl. Seguino vulgatum, in sequente numismate hactenus inedito:

[a] Sapient. Conuiv. p. 161. & de Solert. Anim. p. 984.
[b] Lib. III. p. 212. & IX. p. 634.
[c] Lib. XIII. pag. 606.
[d] In Nauigio Tom. II. pag. 500. ed Amst.
Goltz. Tab. Græc. VIII.
Not. ad Num. Duc. Arent. Tab. XXIV.
Lib. IV. p. 192.
Scl. Num. pag. 106.

In Gaza Reginæ Christinæ.

Percussus ille *Nicomediæ*, temporibus Commodi, in quo similiter occurrit Delphino insidens puer iste Dioneus: qualem etiam videas in nummo *Perinthiorum* signato sub Elagabalo, & nonnunquam in gemmis antiquis. Ut iam illam præteream, inspectam mihi apud vestratem Leonardum Agostini, in qua Cupido occurrebat, non Delphino quidem, sed vehiculo insidens, quod trahebant duo Delphini: haud aliter nempe ac in vetere & præclaro Tarentinorum nummo Regiæ Gazæ Brandenburgicæ. Ac plane adposite ad superiores huius Cupidinis Delphino insidentis imagines, legas olim adlusisse Palladam, in veteri Epigrammate,

In eadem Gaza vid. Thes. Brand. T. I. p. 103.
Ibid. p. 327.

Γυμνὸς Ἔρως Δίφῳ τῦτο γελᾷ, κ᾽ μείλιχός ἐςιν,
Οὐ χδ ἔχῃ τόξον κ᾽ πυρφόρα βέλη.
Οὐδὲ μάτην παλάμαις κατέχῃ Δελφῖνα κ᾽ αὐλόν,
Τῷ μὲν χδ γαίαν τῷ δ᾽ θάλατταν ἔχει.

Anth. lib. IV. c. XII. Ep. 56.

Nudus

Nudus Amor ea de cauſſa ridet, ac blandus eſt. Non enim arcum habet, aut ardentes ſagittas. Neque fruſtra manibus Delphinum cohibet, ac florem: Illo enim Terram, hoc Mare tenet. Si floris loco, flagellum dextræ huius ſeſſoris tribuas, eundem continuo fatearis in ſuperiori nummo ac illa imagine depictum, nudum nempe, inermem, & ſiniſtra Delphinum, cui inſidet, cohibentem: haud aliter nempe ac ſeminudas Nereides, Delphinorum quoque tergis inequitantes deſcribit alicubi Lucianus. Sic alius adhuc Fauſtinæ nummus occurrit in eadem Auguſtæ Chriſtinæ Gaza, in quo Venus cum pomo & haſta, Cupido ſupra Delphinum; a ſiniſtra autem parte monſtrum aliquod conſpiciuntur. Alium quoque, eundemque præclarum *Laodiceorum* nummum poſſidet Gaza Medicea, qui hinc nudam exhibet Venerem, ornandis capillis intentam, Cupidinem etiam cum pharetra & ſagitta; illinc vero Delphinum. Quæ utique haud leuiter firmant Urſini coniecturam, ad Veneris mari ortæ intuitum priores illos denarios Gentium Romanarum referentis: aut vero parum illuſtrant, quæ de hoc ἐπαφροδίτῳ piſce dixit ingenioſiſſimus vates: Dialog. Marin. Ultim. p. 160. Tom. I.

Seu fuit occultis felix in amoribus index,
Lesbida cum Domino, ſeu tulit ille Lyram. Faſtor. lib. VI. v. 81.

Quis vero huic marinæ originis puero, non credat magis adpoſitum vectorem *Delphinum*, quam vel *Hircum* forte, aut etiam *Tigrim*? quibus tamen inequitantem videas Cupidinem in denario Gentis *Fonteiæ* apud Urſinum, ac præterea in nummo quodam M. Aurelii Mediceo: aut *Pantheram*, cui inſidentem illum exhibet *Corcyræorum* nummus in Gaza Gallorum Regia, cum Veneris icone in altera nummi parte. Neque aliter Matrem eius Παν-δήμου, *Capro* quoque impoſitam legas apud Pauſaniam; unde prior denarius gentis Fonteiæ poteſt obiter illuſtrari. Cæteroquin haud aliena ab hac manſueta *Delphinorum* indole, quæ de iiſdem ad naues placide accurrentibus, ac apud eas corpora ſaltu iactantibus, ſocios etiam ſe iis ac duces præbentibus, vulgo narrant auctores, auriti ſimul & oculati. Audi de nauium adpulſu facundiſſimum Chriſtianorum Tullium: Δελφῖναι δὲ πολλῇ παιζόντων γαλήνῃ, καὶ πολλάκις ἐκ τῶν πλοίων τὰς κεφαλὰς ἐμβαπτόντων. *Delphinis placido tranquilloque mari ludentibus, ac ſæpenumero apud ipſa nauis latera ſalientibus, capite in undas deiecto.* Qua de re etiam exſtant Græca Philippi & Bianoris Epigrammata in Anthologia. Huc autem ſpectat inter alios præclarus Alexandri Seueri nummus, in quo media Nauis cum velo; ad cuius latus, duo Delphini occurrunt coronam ſuſtinentes, & inſcr. ΤΑΡCΟΥ ΜΗΤΡ. ΑΑΡ. CΕΟΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡ. *Tarſi Metropoleos, Hadrianæ, Seueriane*; *Alexandri*, pro conſuetis nempe & traditis iam ante petitis ab Imperatorum nominibus, huius urbis appellationibus. Lib. V. p. 392. Hom. 1. p. 1. Tom. V. ed. Sauil. Lib. 1. cap. XI. Ep. 3. 6.

XIII.

De Pelamidibus *aliiſque quibuſdam Piſcibus in Nummis.*

Exſtitit vero Pelamidum celebrata olim apud Byzantium piſcatio, de cuius ratione præter Ariſtotelem, ac Plinium, prolixe differit Strabo; qui ex ea copioſum reditum Byzantinis Romaniſque prouenire commemorat. Tales autem occurrunt nonnunquam in priſcis *Byzantinorum* nummis, qui vul- Lib. VII. pag. 320.

Tom. I. pag. 536. go duos, vel tres id genus piſces præferunt, ut bene coniecit Triſtanus, ex Sabinæ Auguſtæ nummo Byzantino, a ſe quidem non inſpecto, ſed deſcripto tantum ab Occone, ſub mentione duorum piſcium; qualem utique videas in ſequenti nummo *Plautillæ*, Muſei Gallorum Regii, hic quoque tuis & legentium oculis ſubiiciendum, ac prout in *Lucillæ* & *Criſpinæ* Auguſtarum nummis ii inſuper comparent.

Merebantur equidem hi piſces ſignari in nummo ſuæ Metropoleos ſeu *matris*, Lib. VII. pag. 393. ut feſtiue Archeſtratus apud Athenæum, & quod vidit iam Triſtanus, ingentis cuiuſdam Θυννὸς, ſeu *Pelamidis* Μητρόπολιν vocat Byzantium. Quomodo nempe alibi, ut hoc addam, ab Euthydemo Athenienſi apud eundem dicitur,

Lib. III. pag. 116. Θυννῶν δ' ὡραίων Βυζάντιον ἔπλετο μήτηρ.

Thynnorum vero adultorum mater eſt Byzantium.

aut, ac unde hæc illuſtrantur, μητρόπολιν τῶν καρπῶν, *metropolim*, ſeu *matrem frugum*, Athenas vocat haud uno loco Ariſtides. Ut mittam quod eandem Panathen. pag. 282 & 342. urbem, *Sapientiæ Metropolim*, dixit in Juliani Imp. Panegyrico Libanius. Unde patet etiam, cur hos piſces Oppianus *ſobolem Euxini maris* indigitarit:

Halieut. lib. V. 504. Φῦλα δὲ ΠΗΛΑΜΥΔΩΝ ὅτε μιν χθὼν ἔτι θαλάσσης Εὐξείνης.

aut cur magnam piſcatorum multitudinem inde Tarenti & Byzantii exſtitiſſe, Lib. IV. c. 4. obſeruet in Politicis Ariſtoteles. Erudite vero & ingenioſe Triſtanus, veteris Tom. I. p. 357. illius oraculi de Byzantio (cuius Stephanus Byzantius, Euſtathius, aliique meminere) verſum extremum,

Ἔνθα ἰχθὺς ἔλαφός τε νέμει βόσκονται ἐπ' αὐτῷ,

Ubi piſcis nempe & ceruus paſcentur in eodem paſcuo, de *Pelamide* & *Cornu Byzantino* explicauit; duce utique Strabone, cui Κέρας iſtud dictum ſimile *Cornui Ceruino*, & in cuius anguſtia *Pelamides*, eodem authore, vulgo capiuntur. Alias apud Sinopenſes quoque frequentem fuiſſe *Pelamidum* piſca- Lib. XII. p. 545. tionem alibi tradit idem Strabo.

An vero commemorabo hic etiamnum quatuor Piſces, expreſſos in præclaro quodam Neronis nummo, & quem iam excuſſere nobiles Antiquarii, POLYPUM, SEPIAM, CAMMARUM & POMPILUM?

Erizzo

Erizzo ad denotandam Neronis impietatem, ſæuitiam, libidines, ſignatum hunc nummum credit; cui certe ſuffragari non poſſum. Si Lucano enim forte, aut vero Perſio etiam licuit, ut viderunt iam viri docti, Neronem oblique ſub laudum inuolucris perſtringere; non proinde exiſtimabimus, nummum auctoritate publica & florentis illius Principis imagine percuſſum eum in finem, ut vitia eius ac infamia illo ære ſignarentur. Triſtanus aliquanto opportunius refert ad natales Claudiæ Neroni e Poppæa genitæ, & feſtum illud Amphidromia, quinto a natali die celebrari ſolitum; quo inter cætera *Polypi, Sepiæ,* aliique id genus piſces mitti a propinquis & familiaribus conſueuerant, ſicuti ab Athenæo e Comicis antiquis, aliiſque eſt obſeruatum. Sed obſtare videtur, (ut iam vidit Triſtanus) tum quod mos ille Græcus foret; nummus autem vel Romæ, vel certe in Romana Colonia ſit percuſſus, ut liquet ex Latina epigraphe anteriori nummi parte adſcripta: tum illud inſuper, quod vulgo non Cæſarum, ſed Auguſtarum vultus præferant nummi illi, qui fecunditatem domus Auguſtæ ſolebant indicare. Neque tamen alienum crederem, ad fecunditatem Poppææ reſpexiſſe, qui nummum cælandum curauere; quam & Nero *ultra mortale gaudium accepiſſe* dicitur apud Tacitum, & Senatus votis, ſupplicationibus, Templo etiam Fecunditati decreto proſequutus. Opportune itaque in huius Fecunditatis memoriam, & incredibile illud Neronis gaudium inde conceptum, ſignati videntur ii Piſces; quos Fecunditatis præcipuæ obſeruant, ut viderunt iam alii, Ariſtoteles, Athenæus, Plinius.

Diſcorſ. Sopr. le Medaglie.

Tom. I. p. 213.

Lib. VIII. pag. 370.

Anal. xv. c. 23.

Neque vero hic prætereundus Piſcis alius ſingularis, quem in nummo *Lopaduſſe,* Africi maris Inſulæ, ſignatum videre licet apud Goltzium.

Inſul. Tab. XXXVIII.

Piſcis, eſt ut vides, ex aculeatorum genere, cum aculeis nempe a ceruice ad caudam, & porrecto ac peculiari quodam roſtro. Qualis autem ſit, neque indicat Goltzii interpres Nonnius; neque certiores reddunt Neoterici, qui de Piſcibus ſcripſere, Rondeletius, Saluianus, Geſnerus, aliique, apud quos ei ſimilem vix facile reperias. At mox illud ſuboluit, ad APRINUM ſeu PORCINUM piſcis genus omnino referendum; quale cum marinum, tum fluuiatile

fluuiatile agnoſcunt antiqui auctores, Ariſtoteles, Athenæus, Plinius, & plures alii. Sicut enim obuii *Elephanti*, *Leones*, *Boues*, *Equi*, *Canes*, *Aſini*, *Vituli*, *Vulpes*, *Lepores*, aliique id genus, cum terreſtres, tum aquatiles; ita *Porci* etiam, iique & *ſylueſtres*, & *domeſtici*; cui proinde aquatilium *Suum* generi ſuperior piſcis videtur nobis adſcribendus. Certe & *Aprinum*, quod præfert roſtrum, & ſetæ inſtar *Apri* a capite ad caudem porrectæ, omnino illud arguunt; ut haud immerito idem ſtatui poſſit cum eo Piſce, qui ΚΑΠΡΟΣ, ſeu APER, apud [a] Ariſtotelem ac [b] Athenæum vocatur. Obſtare forte illud poſſet, quod non marinum, ſed fluuiatilem videatur eum ſtatuere Philoſophus; dum illum in Acheloo amne generari obſeruat: & ex eodem Plinius, apud quem *Caper* vocatur, qui Ariſtoteli Κάπρος, manifeſto librariorum errore, quibus potius, quam eruditiſſimo Auctori prauam Græcæ illius vocis exdicationem licet utique tranſcribere. En utriuſque verba, & Ariſtotelis quidem: ὅταν γὰρ ἀφιᾶσιν, ὥσπερ γρύλλισμόν τινα Ο ΚΑΠΡΟΣ ὁ ὑπὸ τοῦ Ἀχελῴου, hoc eſt, Gaza interprete, *his enim quaſi grunitus quidam emittitur.* APER *etiam piſcis, quem amnis Achelous gignit, vocalis habitus eſt.* Sic Plinius; *Et is qui* CAPER (legendum APER) *vocatur in Acheloo amne grunnitum habet.* At vero nihil obſtat, cur non & *Aprum*, piſcem maris incolam ſtatuamus, quem Philemon Comicus apud Athenæum cum *Scauro* & *Glauciſco*, marinis piſcibus coniungit, & apud Argiuos frequentem docet:

[a] Hiſt. Anim. lib. IV. cap. 9.
[b] Lib. VII. p. 288.
Ut ſupra
Lib. XI. cap. 51.

Εἰ δ' ἐλαῦσιν ἄρτι Σκάρον, ἢ 'κ τῆς Ἀττικῆς
Γλαυκίσκον, ὦ Ζεῦ σῶτερ, ἢ 'ξ Ἄργους ΚΑΠΡΟΝ.
Quod ſi mihi tum datus fuiſſet Scaurus, aut ex Attica
Glauciſcus, ô Jupiter ſeruator, vel ab Argis APER.

Lib. VII. pag. 288.

Argos quidem ad Inachum fluuium ſita, ſed mari ſatis vicina, unde facilis marinorum *Aprorum* prouentus. Quum autem hæc olim in ſuperiori huius operis editione iiſdem verbis monuiſſem, vir eruditus in luculenta, quam multis poſt annis ſummo ſtudio adgreſſus eſt, ac perpetuis notis illuſtrauit, Plinii editione, quum *Caper* in contextu retinuiſſet, obſeruat continuo ibidem: *Græcam vocem* Κάπρος *Latina inflexione donat. Alii* APRUM *dicere ſatius putarent. Sumpta hæc quoque ex Ariſt. loco cit. Etſi fluuiatilis Acheloique incola, piſcis hic dicatur, eſſe tamen eundem cum* PORCO MARINO ARBITROR. Priorem notationis huius partem quod adtinet; quum Græcorum Κάπρος & Latinorum *Caper* diuerſiſſima ſint animalia, & qui Græcis Κάπρος, Latinis *Aper* diceretur; non equidem video, quæ ratio ſubeſſe potuerit, ut hic lectori ſuo illuderet Plinius, & pro obuia voce *Aper*, mallet Græcam vocem Latina inflexione donare, quæ a vera ſignificatione illius vocis cum continuo, maxime ſi Græcæ Linguæ imperitus, abduceret. Cætera autem quam cum iis, a me pridem ad hunc Plinii de hoc piſce adnotatis, & quidem eo in opere, quod ſubinde in iiſdem ad Plinium notis memorat vir eruditiſſimus, communionem habeant, haud illibenter omnino videre mihi licuit. Idem vero alibi, de quo paullo ante, Athenæus, dubitari docet ab Epicharmo, annon *Sues* iidem ſint cum *Apro*,

Hard. Not. ad Plin. lib. XI. cap. 51.

Lib. VII. pag. 316.

Χαλκίδες τε ΤΕΣ τε ἴεραξες τ' ἀ δ' αἰόλον Κύων,

additque Athenæus, εἰ μὴ ἄρα ὅτι αἱ αὐταί εἰσι ΤΩ ΚΑΠΡΩ, *Chalcides & Sues Milui, ac pinguis Canis: niſi forte* SUES *iidem ſint cum* APRO. Marini itidem ii piſces, quos ibi cum *Suibus* complectitur. Male autem Dalechampius, qui bene priori apud Athenæum loco Κάπρον piſcem per *Aprum* verterat,

rat, ibi per *Capriſcum* reddit, ſicut alio apud eundem auctorem loco, quo ille iuxta Ariſtotelem, inter Piſces vocem ſolum edere obſeruat ΚΑΠΡΟΝ δὲ τὸν ποτάμιον χοῖρον, APRUM, (non *Capriſcum*) & *fluuiatilem Porcum*; quem locum citat etiam alicubi Euſtathius, ubi plures vocales Piſces enumerat. Sic male Homeri interpres *Caprum* vertit, ubi de *Apris* Erymanthiis poëtæ ſermo, ac de venatrice Diana Lib. VIII. p. 331. Ad Odyſſ. III. p. 1720.

Ἢ κεῖ Ταΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον,
Τερπομένη ΚΑΠΡΟΙΣΙ δὲ ὠκείῃς ἐλάφοισι,
Aut per Taygetum excelſum, aut Erymanthum
Seſe oblectans CAPRIS (*pro* APRIS) *& velocibus ceruis.* Odyſſ. Z. v. 103.

Ut nunc mittam, quod dicto apud Athenæum loco, pro Κάπρον, legendum Σκάρον, cenſet ad eum ὁ πάνυ, &, quem, ducem ibidem habuit, Euſtathius. Nec prætereundus hic Heſychius, qui *Aprum* hunc eundem cum *Phagro*, marino itidem piſce, exiſtimauit, ut eius verba hodie præferunt Κάπρος, σύαγρος, ὗς ἄγριος, ἢ τὸν Φάγρον ἰχθύν. *Aper, Syager, Sus ſilueſtris, vel Phagrum piſcem.* Mirum equidem, ut ingenue fateor, quod diuerſos piſces *Aprum* & *Phagrum*, pro uno eodemque nobis obtrudat eruditiſſimus Grammaticus; quum diſerte veteres accurate eoſdem diſtinguant. Neque etiam ſi aliqua occurrat inter eos adfinitas, continuo nomen & genus idem utriuſque eſt ſtatuendum. Quin de *Phagro* agens Athenæus, plures recenſet Piſces, quos ei ſimiles narrant auctores; puta *Erythrinum, Hepatum, Chromin, Anthiam*, alioſque id genus, nulla *Apri* facta ibi mentione, de quo tamen ille, ut vidimus, non uno agit loco. Strabo etiam inter piſces Nili peculiares, *Porcum* & *Phagrum*, ſed ut diuerſos recenſet; Χοῖρος καὶ Φαγρώδης, ὃν καὶ φάγρον καλοῦσιν. *Porcus & Phagrorius, quem Phagrum etiam vocant.* De *Phagro* certe Nilotico teſtis luculentus Plutarchus, qui eum una cum Nilo apparere, ac optatum illius incrementum nunciare alicubi refert. Ex his autem modo adlatis omnino liquet, corruptum eſſe Heſychii locum, quem intactum reliquere noui editores, eundemque continuo ita reſtituendum, Κάπρος, σύαγρος, ὗς ἄγριος, ἢ τὸν Ἀργεῖον ἰχθύν. *Aper* nempe celebris apud Argiuos piſcis, ut ſupra ex Athenæo vidimus, & firmat præterea Euſtathius, qui haud parum hanc noſtram emendationem adſerit: Ἱστορεῖται δὲ καὶ εἶδος ἰχθύος ΕΝ ΑΡΓΕΙ ΚΑΠΡΟΣ εἶναι, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ ἐξ Ἀττικῆς Γλαυκίσκον, ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ ΚΑΠΡΟΝ· *Fertur autem & certa eſſe piſcium ſpecies*, nempe APER *apud Argos*; *ſicut indicat & illud* tritum: *Ex Attica Glauciſcum*, EX ARGIS APRUM. Adludit, ut vides, ad ſuperiorem Philemonis verſum citatum ab Athenæo, ac ſimul ad peruulgatum apud veteres prouerbium de optimis piſcibus, *Glauciſcus* nempe *ex Attica*, & *Aper ab Argis*. Ignari autem huius rei librarii, Ἀργεῖον ἰχθύν, vel ſi mauis ἐξ Ἄργους, in notum ſibi piſcem φάγρον ἰχθύν mutanda credidere. Certe maiora lectionum portenta in optimum auctorem irrepſiſſe, vel ea, quæ poſtremo prodiit eius apud Batauos editio, ſatis euincit, & quæ longe plura adhuc in eodem reſtant emaculanda: cuius rei luculenta liceret hic mihi dare ſpecimina, qui aliquam operam in emendatione Grammaticorum Coryphæi etiam vix adoleſcens olim poſueram, fauente tum his conatibus eoſdemque promouente magno Salmaſio. Sed hæc alterius loci. Cæteroquin idem Heſychius alibi, φαγώδης, ἰχθὺς ποιὸς, pro quo φάγρος reponunt viri docti in nuperis adnotatis. At vero conſtare poſſe illam vocem φαγωδὸς, ſeu verius φαγρωδὸς, liquere videtur ex ſuperiori Strabonis loco, ubi hunc piſcem utroque φαγρω- Ad Iliad. pag. 853.

ἐλὺς & φάλαξ nomine dictum docet. Sed quod hic præcipue spectandum occurrebat, illud utique liquidum, cum *marinos*, tum *fluuiatiles Porcos* veteres agnouisse, & quidem priores cum mole spectabiles, tum aculeatis, & periculosis spinis armatos; quæ certe haud male cum superiori effigie quadrare videntur. Plinius: *Apion maximum piscium esse tradit* PORCUM, *quem Lacedæmonii Orthragoniscum vocant*; *grunnire eum cum capiatur.* Idem alibi: *inter venena sunt piscium* PORCI MARINI, *spinæ in dorso, cruciatu magno læsorum.* Non autem hic moror recentiores, qui de Piscibus scripsere; quos in tradenda vel *Apri*, vel *Porci* aquatilis, veteribus commemorati figura grauiter inter se dissentire videas, diuersasque ac multum inter se dissimiles nobis obtrudere; ut ex Gesnero, ac productis a Rondeletio & Bellonio iconibus constare poterit. Cautior, ut verum fatear, Rondeletius, qui Piscem quendam pro *Apro*, cuius Aristoteles meminit, sed dubitanter exhibet, in quo rostrum quidem superiori *Lopadoussiorum* haud valde dissimile; sed cuius in reliquis figura squamosa & orbicularis haud perinde conuenit, immo ab ea longe satis recedit. Quæ dubitatio aut dissensio neotericorum non mira adeo iis videbitur, qui & veteres etiam aliquos huc suspensos & incertos obseruat; ex Athenæo certe haud liquido constare, an Υες & Ταυλοι, idem sit piscis genus, & quod locus supra a nobis adlegatus satis innuit, an rursus Υες illi seu *Sues*, iidem sint cum *Apro*. Unde non continuo accedo vestrati Saluiano, qui unum & eundem piscem omnino statuit, qui Græcis dictus Κάπρος, Καπρίσκος, Υς, & Μῦς, Latinis autem, *Caper*, *Aper*, *Porcus*, *Sus*, & *Mus*; neque vero alium ab eo pisce, quem vestrates *pesce balestra* solent nuncupare. Quod certe, ut alia mittam, vel satis refellit adlatus supra Athenæi locus, quo iuxta Aristotelem, *Aprum* & *fluuiatilem Porcum* distinguit. Ne iam ulterius perstringam illum errorem, quo ipse Saluianus aliique pro Κάπρῳ & Καπρίσκῳ, ex corrupto aut certe vitioso Plinii loco, *Caprum* & *Capriscum* nobis obtrusere; quæ utique *Caprina* nomina non quidem Κάπρῳ, quæ vox Græcis, quod obuium, *Aprum* seu *Porcum syluestrem* sonat, sed Τράγῳ pisci quadrare poterant, cuius apud Aristotelem ac Athenæum occurrit mentio. Ut mittam, quod pro marino Καπρίσκῳ, *porculi marini*, illiusque Siluro simillimi, meminerit alibi Plinius.

Lib. XXXI. cap. cap. 2.

Lib. XXXII. c. 5.

Lib. VII. pag. 326.

Ibidem lib. v.

Hist. Anim. lib. VIII. c. 30.

Lib. XI. cap. 5.

XIV.

De Piscibus PHOCA *&* PHOCAENA.

In quem autem nummorum censum, qui singulares nobis Pisces, & quidem subinde ad indicandam loci originem vel situm, exhibent, referendi quoque eximii *Phocæensium* in Æolidos & Joniæ confinio nummi, qui PHOCAM piscem, seu verius uti mox dicetur, ΦΩΚΑΙΝΑΝ in iis habent insculptam. Unum eius generis nummum, in quo lupus piscem discerpete cernitur, diuulgauit Cl. Sponius, cum inscriptione ΕΠ. CT. ΚΛ. CKPEIBΩNIANOT ΦΩΚΑΙΕΩΝ, *Sub Prætore Claudio Scriboniano, Phocæensium.* Similem vero lupi piscem discerpentis typum videre mihi licuit in Alexandri Seueri nummo Regiæ Gallorum Gazæ, inscripto ΕΠΙ. C. M. ANT. ΘΕΟΔΟCIANOT TO BΦΩΚΑΕΩΝ, *sub Prætore Marco Antonio Theodosiano Bis. Phocæensium.* De nomine equidem huius urbis ΦΩΚΕΑ & ΦΩΚΑΙΑ, ac gentilis ΦΩΚΑΙΕΩΝ vel ΦΩΚΑΕΩΝ, quæ in nummis illius loci subinde occurrunt, alibi iam egimus,

Itin. Tom. III. pag. 191.

mus, eamque rem cum ex antiquis illis monumentis, tum ex priſcis Auctoribus explicatam ibidem dedimus. Qua occaſione facta ibi a nobis obiter eſt mentio, deducti iam olim illius urbis nominis a Φώκη, ſeu *Phoca* piſce; quique ad denotandam illius appellationis originem, in vetuſtis aliquot *Phocæenſium* nummis ſignatus perhiberetur. Iſtud vero, quod viderat Cl. Sponius, luculento inſuper antiqui Auctoris, Heraclidis teſtimonio confirmauimus; cuius nempe hæc ſunt ea de re verba: ΦΩΚΕΑΝ, οἱ μὲν ἀπὸ Φώκης ἡγεμόνος ὀνόμασαν οἱ δέ τινες ΦΩΚΗΝ εἰς τὸ ξηρὸν εἶδον ἐκβαίνουσαν, PHOCAEAM, *ſunt qui a Phoco duce nuncupatam volunt; vel etiam, ab iis, qui* PHOCAM *in ſiccum egreſſam viderant.* Unde ſat liquet, non id Sponio primum in mentem veniſſe, quod exiſtimabat, qui hanc eius de *Phocâ* in nummo *Phocæenſium*, quem vulgauerat, ſignata explicationem reiicit, vir erudirus in opere de nummis urbium illuſtratis. Quod vero ille piſcem in eodem inſculptum, *vitulo marino*, qui vulgo Græcis Φώκη, tam, quam eſt ouis ouo, ſimilem ſtatuit; id utique haud illibenter ei concedimus, Aliena enim haud parum ab illo piſce, & quæ ad Delphinum accedit, tradita eius in nummis horum *Phocæenſium* figura. Verum eadem omnino, quod viderat iam eximius Begerus noſter, cum piſce ΦΩΚΑΙΝΑ dicto in iis comparet; uti vel ſequens illius nummi a Cl. Sponio adducti effigies, & cui ſimilem dixi exſtare in Theſauris Gallorum Regiis, cuſum ſub Alexandro Seuero, continuo comprobat.

Epiſt. ad Beger. Theſ. Brand. Tom. I. p. 495. & alib. ad Obſerv. in Callim. p. 755.

De Politiis.

Hard. p. 534.

Theſ. Brand. Tom. I. p. 494.

Quod Ariſtotelis præterea ac Plinii de eodem piſce teſtimonia luculenter adſtruunt: Prior quidem: ὁμοίως δὲ ΔΕΛΦΙΝΙ καὶ Η ΦΩΚΑΙΝΑ, καὶ γὰρ ὅμοιον ΟΜΟΙΟΝ ΔΕΛΦΙΝΙ μικρῷ γίνεται δὲ ἐν τῷ Πόντῳ ἁλισκέται δὲ Φώκαινα Δελφῖνος ἔστι γὰρ τὸ μὲγεθος ἔλαττον εὐρύτερον δὲ ἐν τῷ νώτῳ πολλοὶ δὲ ΔΕΛΦΙΝΩΝ τὸ γένος εἶναί φασι ΤΗΝ ΦΩΚΑΙΝΑΝ. *Similiter etiam iuxta Delphinum Phocæna* (nempe quod ad eorum partus) *Eſt enim* SIMILIS *paruo* DELPHINO: *naſcitur autem in Ponto. Differt vero Phocæna a Delphino, quod magnitudine ſit inferior, dorſo vero latior. Multi autem e* DELPHINORUM *genere*, PHOCAENAM *eſſe dicunt.* Quibus de forma huius φωκαίνης conſona tradit Plinius: DELPHINORUM *ſimilitudinem habent, qui vocantur* TURSIONES (ſeu ΦΩΚΑΙΝΑΙ). Quod vero non Φώκαιναν, quam per *Turſionem* reddit ibidem Plinius, & eius exemplo interpres Ariſtotelis Gaza, quique de Piſcibus ſunt commentati; non vero Φώκην, ſeu *Vitulum Marinum*, a quo, iuxta alios Auctores, deductum urbis *Phoceæ* vel *Phocææ* nomen tradit, ut paullo ante vidimus, Heraclides; id vel e maioris nominis adfinitate Φώκης cum *Phoceæ* (ita enim quandoque in nummis ΦΩΚΕΑ) urbis nomine factum licet arbitrari; aut vero quod confuſæ ſubinde fuerint hæ Φώκης & Φωκαίνης, licet diuerſiſſimorum alioquin piſcium, voces. Certe Φωκαίνης vocem in alio Ariſtotelis loco obuiam, (pro quo Φαλαίνης alii legunt) *de vitulo marino* ac proinde de Φώκῃ ſeu *Phoca*, explicauit alibi Plinius: *Sed ex Ponto nulla intrat beſtia maleſi-*

Hiſtor. Anim. lib. VI. c. 22

Lib. IX. cap. 9.

maleſica, præter VITULOS, *& paruos Delphinos:* quæ deſumpta ex illis Philoſophi verbis, ut viderunt iam[a] qui de Piſcibus egere viri docti, & iuxta eos nouiſſimus ac eruditus[b] Plinii interpres; [c] ἔξω γὰρ Φωκαίνης καὶ Δελφῖνος οὐδὲν ἔστιν ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ ὁ Δελφὶς μικρός· *extra enim* PHOCAENAM *& Delphinum nullum magnum animal* (quodpræceſſerat) *eſt in Ponto: eſt etiam paruus Delphin.* Id vero ab Heraclide aliiſue ſimiliter factum licet ſtatuere, qui a *Phoca* piſce, quod ille tradit; in ſiccum egreſſo, & mox, uti id in nummis illis ſignatur, a cane diſcerpto, *Phoceæ* aut *Phocææ* (utroque enim modo in nummis eius legitur) nomen inditum cenſuerunt. Id certe liquidum in memoratis *Phocæenſium* nummis, non quidem dictam proprie Φώκην *Phocam,* ſeu *Vitulum marinum,* ſignari; ſed Φώκαιναν, *Phocænam* piſcem, ſeu *Turſionem,* Delphino, iuxta Ariſtotelem ac Plinium, ſimillimum. Accedit inſuper inſtar caniculæ roſtrum, in eadem illa piſcis huius icone e vetere nummo expreſſa, obuium; quod in eodem *Turſione* ſeu Φωκαίνῃ reperiri tradit Plinius.

a Geſner. Rondeletius &c.
b Hard. Not. & Emend. Sect. xxxi. lib. ix. pag. 370. T. II.
c Hiſt. Anim. lib. viii. c. 13.
Libr. ix. c. 10.



DISSER-

DISSERTATIO QUINTA
DE
PRÆSTANTIA ET USU
NUMISMATUM
ANTIQUORUM.

NEQUE vero ingrata aut inutili prorſus commentatione perfunctus mihi videor, dum quæ in veterum nummorum tractatione, ad illuſtrandam quomodocumque ANIMALIUM hiſtoriam, vel naturam adtinere videbantur, perſcrutari modo ac indicare ſum adgreſſus. Unde inſtituti operis ratio eò me iam deduceret, ut quod paullo ante receperam, ad irrigandas ex iiſdem fontibus nobilium aliquot minuſue hodie obuiarum PLANTARUM areolas, meam quoque operam ſtudiumque nunc conuerterem. Quod antequam adgrediar, de commentitiis adhuc & FABULOSIS veterum ANIMALIBUS, ad pleniorem ſuſcepti huius argumenti notitiam, erunt quædam adhuc mihi in hac peculiari eam in rem Diſſertatione enarranda. In quam equidem claſſem referre continuo licet CAPRICORNUM, ALATAM SPHINGEM, STYMPHALIDEM, HARPYAM, SCYLLAM, CHIMÆRAM, CERBERUM, HYDRAM, PEGASUM, GRYPHEM, PHOENICEM, CENTAURUM, MINOTAURUM, aliaque inſuper portentoſa e diuerſis Belluarum ac Hominum formis conflata ſubinde ſimulacra:

Σύμμικτον εἶδος, κἀποφώλιον βρέφος

Mixtam ſpeciem, & monſtruoſum fœtum: vel ut Grotius poſtremam vocem legit, τέρας, *oſtentum.* Quæ utique haud magis inter Poëtarum commenta, quam inter myſteria Gentilium, locum frequenter habuere: quorum autem figuram varie nonnunquam ab Auctoribus traditam, minuſue aliunde explicatam, aut cæteroquin ignotam, nummi veteres, neque ii paſſim obuii, ſubinde ob oculos ponunt. Euripid. ap. Plutarch. in Theſeo p. 6. Excerpt. Tragic. p. 424.

I.
De CAPRICORNO *in Nummis.*

CAPRICORNI equidem vulgaris apud antiquos effigies Capri nempe cum cauda piſcis conuoluta ex monumentis id genus continuo eruitur, unde etiam *Caper piſcis* alicubi a Manilio dicitur: CAPER *Brumam, genituſque ad ſidera* PISCIS. Signatus autem ille vulgo, quod tralatitium, in Auguſti nummis; & cauſſam eius rei adferente Suetonio, quod natus eſſet illo ſidere magnamque inde fati ſui ac ſchematis fiduciam haberet. Hinc orta de nata- Lib. II. v. 658. In Auguſt. cap. XIV.

li Augusti, eiusdemque horoscopo, graues inter principes huius ætatis Chronologorum dissidia ac velitationes; aliis ad vetus Kalendarium, aliis ad emendatum seu Julianum, natalem eius diem referentibus: unde de horoscopante sidere diuersæ oriebantur sententiæ, & inexplicabiles quidam nodi. In iis vero soluendis haud infeliciter videtur laborasse Gothefredus Vendelinus, dum, referente ac probante Alberto Rubenio, in Genethliaco schemate Augusti, sortem Fortunæ Capricornum docet obtinuisse; vel ut ipse potius Vendelinus, sæculi nostri Ptolemæus eidem Rubenio dictus, suam ea de re sententiam promit: *natum Augustum cum Horoscopo surgentis Virginis, natumque eundem, sidere* CAPRICORNI *quintam sub terris domum Fortunæ signante.* Hinc adposite omnino, quod iam vidit idem eruditus huius memoriæ interpres Rubenius, addita plerumque *Capricorno* in numnis Augustæis iisque omnis etiam metalli, solita Fortunæ insignia, nauis Gubernaculum, Orbis Globus, Cornucopiæ; cuiusmodi obuii passim prostant in cimeliis & libris Antiquariorum; neque proinde ad faciendam eius rei fidem a nobis hic adducendi. Haud tamen præterire nobis licet in alia hic ire, quod forte nuper obseruare mihi licuit, [a] virum eruditione ac ingenio præstantem, qui *Capricornum* nempe in his Augusti nummis, sicut in eo quem ibi adducit, Lucii Cæsaris eius ex filia nepotis, nihil nisi abundantiam terra marique indicare existimat; tametsi quod addit continuo, Antiquarii de Natali Augusti accipiunt, de quo frustra inter se disceptant, a Suetonio, ut alias dicturus est, decepti. Qua de re tamen alibi hactenus ab eo actum, & quid antiquariis vel Suetonio fraudi hic fuerit demonstratum, haud equidem puto. Neque certe, ut libere dicam, video, quomodo id manifesto tradenti Suetonio, nempe tantam fiduciam fati sui habuisse Augustum, ut schema suum vulgauerit, NUMMUMQUE ARGENTEUM *sideris* CAPRICORNI, *quo natus est,* PERCUSSERIT; id vero adhuc comprobantibus plurimis, nec argenteis solum, sed aureis insuper & æreis, ut modo vidimus & monuit quoque Cl. Patinus, huius Augusti nummis, fides possit ullatenus derogari. Quibus accedunt insuper, ut viderunt iam præclari ac diligentes Antiquarii, cum antiqua & insignis Gemma Augustæi, in augustis inuicti Cæsaris Thesauris, erudita commentatione a laudato modo Rubenio illustrata, in qua Romæ & Augusto supra positus in orbiculo Capricornus; tum [a] Germanicus Cæsar, [b] Manilius, [c] Gellius, qui, præter Tranquillum, natum sub hoc sidere Augustum itidem tradidere. Quod etiam, etsi haud vere omnino minusue accurate esset ab iisdem Auctoribus proclitum, non minus ideo hanc fuisse eorum de hoc Augusti horoscopo sententiam, immo ipsius Augusti nummos inde eo sidere percutientis, extra omnem dubii aleam positum, e superstitibus adhuc & coæuis illis nummis & monumentis, constaret. Neque parum hæc firmat vel illustrat illud Julii Firmici a Tristano iam obseruatum: *in prima* CAPRICORNI *parte quicumque habuerit horoscopum,* REX *erit, aut* IMPERATOR. Quæ utique abunde fidem faciunt, cur nata inde Augusto, & quam testatam consignatamque publicis id genus monumentis voluerit, de suo schemate fiducia. Quam in rem quoque, non in Romanis solum, sed longe etiam ab urbe dissitarum Romani orbis ciuitatum sub eo Principe nummis signatus itidem cum Cornucopiæ *Capricornus*; uti a *Cæsarienſibus* in Palæstina. Unde etiam liquet, cur ille Ἀγαθόδαιμων, in huius fausti natalis seu veri, seu ita crediti memoriam, ac fausti ominis ergo, in aliis quoque vel posterorum eiusdem Augusti num-

Epist. de Natali Die Augusti.

Ibidem. Goth. Vendel. Epist. ad Alb. Ruben.

Vid. Goltz. in nummis Augusti. Patin. ad Sueton. Augustum c. xciv. a Hardum. de Num. Herodiad. pag. 8. edit.

In Augusto c. xciv.

Ad Sueton. in Aug. c. xciv.

a Phænomen

b Lib. iv. v. 508. 509.

c Lib. xv. c. 7.

Tom. I. p. 142.

nummis, uti in illo Lucii Cæſaris nepotis, cuius ante Harduinum facta fuerat a Triſtano mentio, conſpiciatur; vel in aliis inſuper Cæſarianis, uti Veſpaſiani, Titi, Domitiani, & quidem præclaris quibuſdam Hadriani ac Antonini Pii nummis, inſcriptis FELICITAS.AUG: cur denique *Felix* Manilio dictus ſit *Capricornus*: Tom. I. p. 142.

quid enim mirabitur ille Lib. II. p. 505. 508.
Maius, in AUGUSTI FELIX *quum fulſerit* ORTUM.

Ita etiam geminos id genus *Capricornos*, ut luculentos duorum Cæſarum felicitatis indices videas in nummo aureo Veſpaſiani ac Titi; ſicut & in altero Auguſti æreo, cum illa ſupremæ felicitatis laude ſeruatorum ciuium, ſeu OB CIVES SER.

Exſtat quoque ſingularis & æreus Domitiani nummus in Theſauris Gallorum Regiis, in quo Capricornus itidem cum Cornucopiæ, & inſcr. AUGUSTUS IMP. XX. Ut mittam eam terra mariquẽ abundantiam, quam *Capricorno* cum ſimili *Cornucopiæ*, in illis Auguſti vel nepotis eius Lucii nummis, ſignari demum contendit vir eruditus, aliis vulgo ſymbolis vel inſignibus in ea Cæſarianorum nummorum penu, mulieris puta utraque manu Cornucopiæ effundentis, aut in Græcis cum ΕΥΘΗΝΙΑΣ nomine, ſub Cereris effigie cum ſpicis, adumbrari. Occurrit vero idem *Capricornus* & ſimiliter cum *Cornucopiæ*, in ſingularibus etiam, & ſignatis poſt Auguſtum, Græcis in Europa Aſiaue nummis, ut *Maronitarum* in Thracia, ſub Hadriano, aut cum Globo, *Anazarbi* in Cilicia, cum Juliæ Corneliæ Paulæ, Elagabali coniugis effigie: quæ equidem quam cum ſignatis, qui eadem ſymbola præferunt ſub Auguſto, nummis communionem habeant, quiuis, ut opinor, videt. Quo referre itidem licet conſpicuum in aliorum adhuc Imperatorum nummis *Capricornum*; ut *Commagenorum*, & *Zeugmateon* in Euphratenſi Syria. Neque enim ſitus eorum locorum intuitu id factum, fuiſſe, partim ſcilicet montoſi, partim fluuiatilis, ut de *Capricorno* expreſſo inde in his *Zeugmateon* nummis exiſtimauit notabilis antiquarius, ſtatuendum eſt; aut alioquin, quod ſub ſideris illius tutela agerent eædem urbes. Sub Ariete enim Syria, ſignato inde paſſim in antiquis Antiochenſium nummis; ſub Piſcibus vero Euphrates, (ad quem *Commagenorum* ditio, & oppidum *Zeugma* adiacebat,) quod vel e Manilio liquet, *Piſcibus Euphrates, datus eſt*. *Capricornus* autem, non Orientalis, ſed Occidentalis plagæ ſeu Heſperiæ aſtrum vulgo habitum eſt; ac unde ab Horatio dici alicubi meruit, *tyrannus Heſperiæ Capricornus undæ*: a Manilio autem: Triſtan. Com. T. II. p. 193. Lib. IV. v. 798. Lib. IV. Od. 17.

Tu CAPRICORNE *regis, quidquid ſub ſole cadente.* Lib. IV. v. 789.

Idem vero de *Anazarbo* cum ſignato in eius nummo Capricorno, quod de *Commagene* dicendum eſt; quæ, iuxta Ciliciam, cuius altera eſt, ac in dicto etiam nummo vocatur, *Metropolis*, non *Capricorno*, ſed *Aquario*, ut ea de re rurſus Manilius, ſubiacebat. Adeo ut ad receptum illud, maxime ab Auguſti natali, & ſui inde ſchemati fiducia, fauſtum fortunati imperii, omni- Ibid. v. 797.

que

que bonorum copia circumfluentis omen, liceat signatum in locorum illorum nummis *Capricornum* continuo referre. Cuius utique rei fidem facient tres sequentes nummorum icones: prioris, e præclaris illustrissimi, & nunquam satis laudandi, Pembrochiæ Comitis cimeliis, a me deprompti; in quo hinc Græcis nominibus *Antiochi Regis Epiphanis*, & *Magni* insuper, etsi uno tum *Commagenorum* regno potientis, in eo appellati effigies; illinc in corona *Capricornus*, & *Commagenorum*, a quibus percussus inde nummus, appellatio. Alter vero in Museo huius nummariæ penus summi studiosi ac periti, Christophoro Vreed, hic nuper a me forte inspectus; in quo hinc capitis imberbis effigies; illinc Capricornus globum tenens, retro Stella, quo felix illud, de quo paullo ante Manilius, quo fulserit Augustus, Astrum indicatur; inscriptio autem loci hactenus parum nota, certe quem nuspiam alibi legere mihi hactenus contigit, ΑΓΟΥΣΤΑΝΩΝ *Agustanorum*. Exstat quidem hodie inter urbes Siculas, haud procul Syracusis, & quam me lustrasse olim in itinere Siculo memini, quæ *Agosta* vulgo dicitur: sed cuius nulla occurrit apud veteres Auctores mentio. Haud eo minus utrumque, cum nummi insigne, tum loci nomen, in Augusti honorem ac memoriam cusum, vel inditum, licet omnino arbitrari. Tertius vero nummus a *Panormitanis* Siculis signatus est, & quidem, sicut in eo inscribitur DD PROCOS. *Decreto Proconsulis*, cum addito consueto Siciliæ typo, & radiato præterea Augusti capite.



II.

De SPHINGE *in Nummis.*

De SPHINGE, in qua tradenda non omnes Oedipi fuere, res magis anceps videri posset, quid de ea sit omnino statuendum. Hanc enim inter Ægyptiorum inuenta Antiquarii vulgo referunt; quod tamen ab Agatharchidis apud Photium, Diodori, Strabonis, Plinii, aliorumque constanti relatione alienum; qui eas inter veras *Simias* recensent, & ex Æthiopia in Ægyptum deferri contendunt. His accedit recentior, & oculatus quidem testis Philostorgius, qui ubi varia *Simiarum* genera, Αιγοπιθήκων, Αρκτοπιθήκων, Κυνοκεφάλων, *Capris* nempe, *Ursis*, *Leonibus*, aut *Canibus* similium enarrasset, in illo ipso terrarum tractu familiarium; in eandem etiam *Simiarum* classem refert *Sphingem* a se visam, ad muliebrem formam accedentem. Sed operæ pretium erit audire auctorem ipsum hoc adserentem in illo Historiæ Ecclesiasticæ compendio, quod primus diuulgauit magnum hac ætate litteratæ Jurisprudentiæ decus, Jac. Gothofredus: Καὶ μὴν Η ΣΦΙΓΞ γίνεται τις ΠΙΘΗΚΩΝ (αὐτὸ γὰρ ΘΕΑΣΑΜΕΝΟΣ ΓΡΑΦΩ) ἧς τὸ μὲν ἄλλο σῶμα λέοντι ὅμοιον, ὡς τοῖς ἄλλοις Πιθήκοις, τὸ δὲ σῆμεῖον ἄχρι γε αὐτοῦ τοῦ τραχήλου ἐφίλωται, μάζας δὲ γυναικὸς ἔχει ἐξωθρῶ τινὰς

Lib. II. cap. II.

τινὸς βεχχίδ. κεγχρειώδες ἐπανασήματ. ἅπαν δὲ κύκλῳ τὸ γεγυμνωμένον τὸ σῶματ. πεφθέντ. ἢ εἰς πολλήν τινα ἐυχρίατειαν ἀνθρωποφανεῖ ὄντι τὰ δὲ μέσῳ χρώματι (leg. Goth. συναρπαζομένης) συναρμοζομένης τότε πρόσωπον ἡμιγρωζύλωται μᾶλλον, ἢ εἰς γυναικεῖα ἔλκει μορφήν. *Sed &* SPHINX SIMIÆ *genus eſt,* (*id quod* CONSPICATUS SCRIBO) *cuius quidem reliquum corpus hirſutum eſt, ut aliarum Simiarum: pectus vero ad collum ipſum uſque glabrum eſt; mammas muliebres habet; rubra quadam tenuique, quæ milio ſimilis eſt, papula totum corpus, qua nudatum eſt, in orbem percurrente, multumque decoris & gratiæ colori, qui in medio humano ſimilis eſt, conciliante; facies vero rotunda pluſculum eſt, & in muliebrem formam vergit.* Additque in ſequentibus, Græcanicam de hac *Sphinge* narrationem inde natam, quod Thebas ab Ægypto delatum hoc animal, ferum in primis & ab Oedipo interfectum, fabulæ locum dederit, alaſque ob motus celeritatem eidem tributas; muliebre pectus, ob ſimilitudinem; & leoninum corpus, propter innatam feritatem; ſermonem vero illius animalis ad humanum accedentem, ſed ſono obſcuro, ad ænigmaticum detortum. Neque mirum id eſſe, nam & multa alia Græcis (non *Gentilibus* hoc loco, ut vertit doctiſſimus interpres) morem eſſe in fabulam vertere: & ille hactenus. In eo itaque diſcrimen ſtatuendum, quod fabuloſæ omnino illæ fuerint Græcorum *Sphinges*, ſicuti notat etiam Palæphatus; qualis nempe, teſte Apollodoro, faciem mulieris, pedes & pectus leonis, ac pennas auis haberet; ſeu iuxta Auſonianam deſcriptionem *volucris pennis, pedibus leo, ore puella,* in obuiis cum Auguſti, & Chiorum nummis; tum in aliis ſimulachris Dianæ Epheſinæ, aut in Galea Palladis, vulgo occurrit: quum Ægyptias *Sphinges* ab iis diuerſas, ac ἀπτέρους *ſine alis*, cum ex auctoritate veterum, tum ex monumentis in Urbe paſſim adhuc obuiis, ac inſuper ex nummis etiam aliquot liceat obſeruare. Quod pridem a me monitum, ne longius abeam, abunde adſtruunt ſignata *Sphingum* id genus Ægyptiarum & ἀπτέρων in poſtremo, quo Brandenburgica cimelia vere Regia traduntur & illuſtrantur, opere. Quibus accedit Ægyptii, & quidem luculenti ſcriptoris, Clementis nempe teſtimonium; qui nullas utique alas *Shingibus*, ſed totum corpus leonis, faciem autem hominis tribuit.

De Incredibil. cap. VII. lib. III. c. V. §. 8.

Theſ. Brand. Vol. III. pag. 369. 370.

Stromat. lib. V. pag. 567.

Ita ut hinc errare pateat, tum qui non alias niſi alatas *Sphinges* credidere; tum qui inde omne hoc animantium genus continuo fabuloſum ſtatuunt. Nec iuuat, quod vulgo tradunt Antiquarii, ex Virgine ac Leone fictum ideo ab Ægyptiis, ut Nili ſui incrementa hoc veluti ſymbolo adumbrarent. Notum enim, cum feracem monſtris, vel ignotis alibi animalibus Ægyptum, & vicinam Æthiopiam, ut Strabo, Plinius, Ammianus Marcellinus, aliique obſeruarunt, & iuxta eoſdem Theophylactus Simocatta qui in ſpecie de Nili animalibus ἀνθρωπομόρφοις multa veteres tradit commemoraſſe; tum e media rerum natura, & obuiis in ea gente animalibus, ſymbola ac figuras virtutum ac rerum cœleſtium vulgo Ægyptios deſumpſiſſe. Nec diffiteor tamen, illam mixturam hominis & beſtiæ, Ægyptiis olim familiarem, ut præ aliis docet eximius apud Porphyrium locus, qui in aureo libello tradit volucrum & ferarum permixta ab iis cum hominibus corpora, ut oſtenderent ex Deorum ſententia, hanc quandam inter ſe communionem alere. Hinc Iſis ſub forma Leonis itidem, & cum facie muliebri occurrit nonnunquam in nummis Ægyptiorum, ſicuti in quodam Antonini Pii, quem ſeruat Gaza Medicea. Ut mittam petitæ quoque ab aliis gentibus mixturæ illius humanæ & ferinæ ex-

Non omnes Sphinges fabuloſæ.

Hiſtor. lib. VII. cap. 16.

De Abſtin. lib. IV. pag. 372.

empla; ſicut adducti ſupra duo *Nicomedienſium* nummi euincunt, in quibus Dracones cum humano capite viſuntur. Sed ut modo e Philoſtorgio, Simocatta, aliiſque notabamus, cum Æthiopiæ, Arabiæ, tum Ægypti vel in primis Nili familiares habiti accolæ id genus ἀνθρωπόμορφα, ſeu *ambiguæ hominum & belluarum formæ*, apud Tacitum; unde & propter nouitatem animalium, iucundam in eo tractu terrarum ſuſcepiſſe peregrinationem iam olim Seuerum, refert in eius vita Spartianus, Æthiopiam quidem, ceu natale ſolum, & cui alibi, iuxta Agatharchidem, Diodorum, Strabonem, Trigloyditicam addidit, *Sphingibus* id genus tribuit Plinius: *Lynces vulgo frequentes, & SPHINGES, fuſco pede, mammis in pectore geminis, Æthiopia generat, multaque alia monſtris ſimilia.* Ad quæ autem de *Sphingibus* verba, noviſſimus ac eruditus Plinii editor ac interpres Harduinus obſeruat ſimiliter, non omnino fabulis accenſeri *Sphingas* oportere, ut multi putant: adductiſque ea de re, præter memoratos Agatharchidem ac Strabonem, Philoſtorgii, tanquam oculati teſtis, quæ ſupra adtulimus, hanc in rem verbis, ad ea dein, quæ de illo argumento, in ſuperiori huius operis editione fueram commentatus, ac ubi eundem Philoſtorgii locum protuleram, lectorem continuo remittit. Accedit alius eiuſdem Plinii locus, ubi a Troglodytis inter alias merces ex Aduliton apud eos emporio deferri ſolitas, refert; *rhinoceroton cornua, hippopotamorum coria, chelym teſtudinum, SPHINGIA mancipia.* Id autem a Plinii ſimia, Solino nempe, ſimiliter adſertum de *Sphingibus*, tanquam e *Simiarum* genere: *inter Simias habentur & SPHINGES*; ac ubi erudite, ut ſolet, ὁ πάνυ, *Spinturnicia* apud [a] Plautum & [b] Ammianum Marcellinum inde ab eo illuſtratum, de *Sphingibus* & Σφιγγίοις, ſeu *exilibus Sphingibus*, explicanda obſeruat. Quibus ad illuſtrandum hanc de *Sphingibus* id genus, apud Solinum, ſeu *Sphingiis* apud Plinium, hoc eſt Græcorum Σφιγγίων mentionem, addi poterat opportune Luciani, ſed male ab interpretibus acceptus, de iiſdem locus; ubi de homine, qui ſe lucelli alicuius ſpe, etſi alterum pedem in Charontis cymba propemodum habeat, ad magnatum lubitum trahendum huc illuc, quaſi aureo collari illigatum præbeat, addit, οἷα τ' ἐστὶ τὰ τῶν τρυφώντων ΣΦΙΓΓΙΑ, *qualia ſunt luxuriantium diuitum* SPHINGIA, mox καὶ τὰ κυρτάλια, ac ubi priorem vocem Σφιγγία, non utique per *torques* & *monilia*, quod ab interpretibus, & a Cl. Bootio factum, ſed de *exilibus Sphingibus* omnino explicanda viderunt iam ad eum locum, & erat utique vel ex adducto Plinii loco obuium, qui conſuli ibidem poſſunt viri doctiſſimi, Palmerius, Bochartus, & Græuius. Poſtremam vocem κυρτάλια quod adtinet, maior de ea inter eoſdem lis; dum non de *armillis* ſeu *moralibus* ex *corallio*, iuxta Bootium, ſed de *paruis pueris*, vel *puellis* aut *pupis*, iuxta Salmaſium; aut quod Bocharto videbatur, nec improbante inſigni nuper optimarum litterarum ornamento, Græuio mutata voce κυρτάλια in παρδάλια, vel περδάλια de *pardaliis* aut *pantheris* eandem vocem ſunt interpretati. Quum vero eo loco omnino de animalculo agi liqueat, quæ, agnoſcente id etiam ad eundem laudato modo Græuio, ad lubitum, inſtar exilis *Simiæ* ſeu σφιγγίου, dicerentur; a voce vero κυρτάλια longius inſuper recedat vox παρδάλια vel περδάλια de *pordaliis* ſeu *pantheris*; neque etiam, quod equidem ſciam, alibi apud Græcos Auctores obuia: adde, nec eadem illa animalia, exilium *Simiarum* inſtar, vulgo Gallis, ut bene ibi Palmerius, *genuches* & *apajoux*, aureo collari vincta, magnatum aut beatiorum hominum luſus ac delicias facere ſoleant: hinc utique aliud hic

Annal. lib. 11. c. 14.

In Seuer. cap. XVII.

lib. VIII. §. 30.

Plura de hoc argumento Spanhemius lib. de præſt. numiſm. p. 210. Tom. II.

Lib. VI. §. 34.

Cap. XXVII.

Salmaſ. ad Solin. p. 267.

[a] Mel. Act. 1. Sc. 1. v. 41.

[b] Lib. XXII. cap. 15.

Apolog. pro Merc. Cond. p. 481. T. I. ed. Amſtel.

In Not. ad Lucian. p. 971. Tom. I.

hic querendum videbatur. Unde leuiori utique emendatione & ad locum hunc magis opportuna, κολόβας vel forte κλάβας, aliam nempe *Simiarum* cauda carentium ſpeciem, legendum hic coniiciebam; prout hanc vocem κολόβας e Callimacho, ac proinde e verſu aliquo, nec dum inter eius fragmenta, a me, vel ab excellenti doctrina Bentleio, ad Battiadem illum obſeruato; poſtremam autem e Gloſſis antiquis adfert alibi & explicat ad Solinum ὁ πάνυ. Ut eo magis mirari ſubeat, quod quum ille antea in eodem opere, ad dictum Luciani locum de hac voce κυβέλια reſpiceret, de eo tamen nihil ſit ab eo monitum; ſed eadem retenta & explicata, idque ut olim a ſe iam obſeruatum, de *paruis puellis* ſeu *pupis* & imagunculis cereis: quæ certe ab hoc Luciani loco omnino ſunt aliena. Salmaſ. p. 267.

In eandem vero *Simiarum*, id genus ſingularium & cum *Sphingibus* adnumeratarum claſſem, quibuſque multa ſint cum homine & leone communia, Κῆβος etiam, aliis Κήπος, relatos a veteribus noui, Agatharchide, Ariſtotele, Diodoro, Strabone, Plinio, Galeno, aliiſque. Κῆβος certe inter *Simias* referentem videas præter Ariſtotelem, qui eos *Simias* eſſe cum cauda tradit, Proclum in Chreſtomathia apud Photium: ὁ ΚΗΒΟΣ ἔστι δὲ πίθηκος οὐρὰν ἔχων. CEBUS *eſt autem, Simiæ ſpecies.* Heſychius ſimiliter: Κῆβος, ζῷον ὅμοιον Πιθήκῳ, *Cepus animal ſimile Simiæ.* Hinc eos etiam cum *Simiis*, ut præterea obſeruo, ac uti ab Ariſtotele etiam factum, coniungit Galenus in eximio tractatu de Uſu Partium; ubi docet cur inferior maxilla, magna quidem Suibus, Aſinis, Bobus, Equis contigerit, ἐλαχίστη δ' ἀνθρώποις, καὶ ΠΙΘΗΚΟΙΣ, καὶ ΚΗΒΟΙΣ, καὶ Λυγξίν, *minor vero hominibus, & SIMIIS, & CEBIS, & lyncibus.* Alibi vero eundem Galenum legas cum Simiam, tum Cynocephalum, Satyrum, Lyncem, commemorantem, ὥσπερ καὶ ὅλως ἀνθρώπου Πιθήκου, Κυνοκέφαλον, ἢ Σάτυρον, ἢ Λύγκα, *ubi vero plane Simia indigeas, Cynocephalum, aut Satyrum, aut Lyncem* deſumendum. In quæ magni Auctoris verba quum incidiſſem, per *Satyrum*, ad animal *Cebo* ſimile ibi eum reſpexiſſe, liquere mihi videbatur ex ſuperiore loco, ubi eadem animantia, excepto Cynocephalo, coniunxerat. Quomodo ab Ariſtotele itidem factum, ubi quædam animalia tradit natura eſſe ambigua inter hominem & quadrupedes, εἶτα πίθηκοι, καὶ ΚΗΒΟΙ, καὶ Κυνοκέφαλοι, *ſicuti Simiæ, & CEBI, & Cynocephali.* Neque aliter etiam Strabo, qui non ſolum alicubi *Sphinges, Cynocephalos, & Cebos* vel *Cepos* itidem coniungit, Σφίγγες, καὶ Κυνοκέφαλοι, καὶ ΚΗΠΟΙ, *& Sphinges, & Cynocephali, & CEBI vel CEPI*; ſed clare alibi cultum docet apud Memphitas Babylonios *Cebum*, non iam, ut priores alibi ab eo memoratos, leonina facie, ſed Satyro ſimili: ὅτι δὲ Ο ΚΗΠΟΣ τὸ μὲν πρόσωπον ἔοικε ΣΑΤΥΡΩ τ' ἄλλα δ' ἡμιῶν καὶ ἄρκτου μεταξύ· *eſt autem* CEBUS *facie quidem* SATYRO *ſimilis, cætera vero inter canem & urſum.* Unde etiam docemur haud unam fuiſſe horum Κήβων vel Κήπων ſpeciem; aliam quippe leonina facie, & pantherino corpore, ſeu vario, quod iis priori loco tribuit Strabo; aliam vero facie Satyrum referente, & *Satyri* proinde nomine a Galeno, ut videtur poſtremo loco deſignatam. Quo reſpexiſſe videtur etiam Plinius, dum ſimiliter iuxta Galenum, Cynocephalos, Satyros & Sphinges alicubi coniungit, *efferatior Cynocephalis natura, ſicut mitiſſima* SATYRIS *&* SPHINGIBUS. Immo unde Solino etiam lux accedit, qui inter Simias, & ad quem locum nihil monuit ὁ πάνυ, *Satyros* itidem memorat: *ſunt, & quos vocant,* SATYRI *facie, admodum grata, geſticulatis motibus inquieti.* An vero, quod contendit in ſuis

De Cebis, *Sphingum genere.*

Hiſt. Animal. lib. II. c. 8.

Cod. CCXXXIV.

Lib. XI. p. 485. ed. Graec. Baſil.

Anatomic. lib. VI. pag. 167.

Hiſt. Anim. lib. II. cap. 8.

Lib. XVI. p. 755

Lib. XVII. pag. 812.

Lib. VIII. c. 14

Cap. XVII.

ad

Not. ad Plin. lib. VIII. cap. 19.

ad Plinium a se editum adnotatis Cl. Harduinus, magnum inter Κῆβος & Κήπος discrimen statuendum sit: quod priores seu Κῆβοι e *Simiarum*, & quidem caudatarum fuerint genere; diuersi autem plane, & qui cum iis confundi non debeant, fuerint Κῆποι, de eo utique haud ambigendi solum, sed aliter etiam statuendi haud una subest ratio. Inter *Simiarum* enim genera, Κήβους promiscue & Κήπους relatos, vel ex adductis modo Strabonis, verbis liquet, qui cum Sphingibus & Cynocephalis, totidem quoque *Simiarum* speciebus, Κήβους, vel ut alii eius codices præferunt, Κήπους coniungit. Sic in adducto supra Hesychii loco, Κῆπος itidem *animal Simiæ simile* dicitur. Adde, quod non una etiam facies Κήπους, sed aliis leonina, aliis Satyri, Simiarum itidem generis, aperte, ut vidimus, ab eodem Strabone tribuitur. Quibus accedunt adducta modo Galeni & indicta aliis eruditis ea de re loca, quæ similia quoque de Κήβοις & *Satyris*, ut vidimus, referunt: ac præterea quod apud Aristotelem haud alia nisi Κήβων, nulla vero diuersorum ab iis Κήπων occurrat mentio: quod denique obuia sit illa apud Græcos, & de qua iam supra, litterarum β & π, ob adfinem earum sonum, permutatio. Ut proinde haud immerito Reip. litterariæ inter Gallos triumuiris, [a] Casaubono, [b] Salmasio, & Bocharto, etsi nota iis esset diuersa illa veterum Auctorum de eo *Simiarum* genere traditio, promiscue tamen Κήβων, Κήπων & Καίβων, eas a Græcis dici usum est. Quod adstruit insuper adducta earundem vocum ab Hebræorum קוף *Koph*, *Simia*, a Bocharto haud dubia omnino, uti equidem existimo, adnotatio; immerito proinde ab Harduino, dicto ante loco, explosa; sed quod iam ante a Salmasio factum fuerat: quum tamen a veteribus Agatharchide, Diodoro, qui id ab eo mutuatus est, & Æliano, istud de hoc animali Κήπῳ, seu *horto*, tanquam a varietate colorum ita dicto, fuerit proditum. In qua cæteroquin Hebræorum voce קוף *Kop* vel *Koph* de *Simia*, etsi de eo sileat Bochartus, vocis. Græcorum Κίχλη de eodem animali, latere vestigia, haud male licet opinari. Mitto quod Κῆβον vel Κήπον, de *Simiæ* specie a Græcis dictum, ab Æthiopum *Ceb* aut *Cep*, e quorum regione aductum sit hoc animal, profluxisse censet ad Solinum, sed quod nullo cæteroquin auctore vel testimonio firmat, vir maximus; neque etiam ex adductis Æthiopicis, Simiarum nominibus, a linguæ & rerum illius gentis callentissimo inter Europos, Ludolfo, liqueat.

a Not. ad Strabon. p. 264.
b ad Solin. p. 276.
Cellier. l. III. c. 30.
ad Solin. p. 276.
Ibidem
in Histor. Aethiop. lib. I. cap. 10.

Sicuti vero inter diuersa illa *Simiarum* genera, *Cebi* isti vel *Cepi*, ad leoninam, aut vero ad Satyrorum formam accedebant; ita *Sphinges* rursus magis ad muliebrem, ut supra tradentem Philostorgium, testem oculatum, videbamus; ac unde factum, ut virgines seu muliebri capite priscæ illarum effigies ære aut marmore, passim adhuc, inter antiqua Urbis cimelia, uti & alibi adhuc, conspiciantur insculptæ. Neque vero hæc euertunt aliquot nummi, sub Cæsaribus signati, & ad Ægyptum spectantes, cum vulgatis etiam Græcorum *Sphingibus*, non virgineis solum, sed alatis; quale eiusmodi Παρθένον πτερὸν *virgineus ales*, ut Euripidi alicubi vocatur, & apud Sophoclem, πτερόεσσα κόρα, *alata virgo*, spectatur in veteri nummo, cum inscriptione ÆGYPTOS, sed qui Romæ proculdubio percussus, non vero in Ægypto, ut existimabat Tristanus, sub Græco *Sphingis* habitu vulgo notiori, Prouinciam illam veris alias *Sphingibus* abundantem designauit.

Phœniss. v. 813.
Oedip. Tyr. v. 516.
To. I. p. 388.

Sed

Sed ut demus aliquot id genus in Ægypto etiam percuſſos, quales utique occurrunt, fabuloſas pro veris *Sphingibus* obtrudentes, cuius generis etiam ſuppeditat Menſa Iſiaca; non hæc ideo tot aliis veterum auctorum ac monumentorum teſtimoniis, diuerſas apud Ægyptios & vicinos Æthiopas *Sphinges* ſeu *Simias* tradentibus, omnem continuo fidem valebunt derogare.

Cur alatæ Sphinges in nummis Chiorum.

Alatas quidam illas Græcorum *Sphinges* quod ſpectat, mirantur docti antiquarii, cur eas paſſim in *Chiorum* nummis videamus expreſſas; quum nemo id veterum dixerit, & *Sphingem* in Thebano tantum agro habitaſſe fabuleniur. Quaſi vero fons & ratio omnium ſymbolorum aut inſignium, quæ occurrunt etiamnum in veteri illa ſupellectile, indicari aut erui hodie poſſent; aut vero res ejuſmodi continuo dent nobis explicatas, pauci illi, qui ſuperſunt, priſcæ hiſtoriæ aut locorum enarratores. Mirentur vero iidem haud minori iure, cur illo *Sphingis* ſignaculo uſum quoque olim Auguſtum conſtet. Quod a Suetonio, Plinio, ac Dione obſeruatum, non ſolum arguunt adhuc hodie huius Cæſaris nummi, & ſignatus, ut Fuluio videtur, in gente Cariſia denarius cum *Sphinge*, ſed expreſſa eadem cum Auguſto ac reliqua eius progenie, in incomparabili illo Cimelio Regiæ Gallorum Gazæ, de quo poſt Triſtanum egit Albertus Rubenius eo opere, cuius editione præclare meritum dicerem de his noſtris ſtudiis J. Georgium Græuium, ni ille propriis ingenii ac doctrinæ bonis diues, iis etiam litteras ac eruditos large liberaliterque demeritus foret. Cæterum en hic quoque Sigilli illius, ſeu *Sphingis* in nummo Auguſti occurrentis effigies, etſi ab aliis iam haud ſemel tradita, hic tamen haud prætereunda, eaque conſpicua in ſequenti nummo, e Muſeo præſtantiſſimi Chriſtophoro Vreed.

Ut vero ad *Chiorum* Sphingem revertamur, quid vero obſtat, cur non ſtatuamus continuo, eandem tanquam fortitudinis & induſtriæ, iuxta[a] Plutarchum, [b] Clementem, adde & [c] Syneſium apud veteres ſymbolum, cum ab Auguſto, tum a Chiis uſurpatam eſſe? Nota certe abunde ex ſcriptoribus antiquis, Thucydide, Diodoro, Strabone, aliiſque horum Inſulariorum cum potentia mari quondam formidabilis, tum ſingularis etiam virtus ac induſtria; adeo ut omnium Ioniæ inſularum nobiliſſima haud immerito Stephano nuncupetur. Adde, quod Minerua, tradente id Herodoto, πολιοῦχος eſſet eorum ſeu tutelaris, haud minus ac Athenarum, Dea. Niſi potius & illud placeat, Sphingem,

a Bruti ratione uti p. 988.
b Strom. l. v. p. 567.
c de Regno p. 8.
in χῖος Lib. 1. cap. 160.

tanquam in ænigmaticæ cuiuſdam & Oraculis allegoriiſque inuolutæ ſapientiæ ſymbolum, a Chiis adhibitam. Neque id ſolum Ægyptiorum exemplo, quibus vulgo *Sphinges* ideo ante Templa poſitæ, quod iuxta eundem Clementem, doctrina de Deo eſſet ænigmatica & obſcura; ſed & recepto quoque apud alias Græciæ aut Aſiæ urbes more. Sic a Phlegonte iam olim obſeruatum, ut e Stephano Byzantio diſcimus, in priſcis *Gergithiorum* Troadis Nummis, cum *Sibyllam*, tum *Sphingem* expreſſam; ἀφ' ἧς Γεργιθία ἡ χρησμολόγος ΣΙΒΥΛΛΑ, ἥτις ἐν τετύπωται ἐν ΤΩ ΝΟΜΙΣΜΑΤΙ τῶν Γεργιθίων, αὐτή τε καὶ Η ΣΦΙΓΞ, ὡς φλέγων ἐν Ολυμπιάδων πρώτῃ. *Hinc Gergithia fatidica* SIBYLLA, *quæ uti &* SPHINX, *in Gergithiorum* NUMISMATE *impreſſa eſt, ut tradit Phlegon in prima Olympiade.* Inde vero explicandus mihi videtur denarius Gentis Cariſiæ, qui hinc caput muliebre, illinc *Sphingem* exhibet.

Stromat. lib. v. pag. 561.

In voce Γέργις.



Haud alia nempe eſt illa mulier, de qua ſilet Fuluius, quam *Sibylla Phrygia*, quam recepto, ut e Phlegonte audiuimus, more, una cum *Sphinge* exprimendam curauit Triumuir Monetalis Cariſius; ita ut etiam ad ſignum Auguſto familiare reſpexerit, quod monuerat Urſinus. Quam etiam meam de hac *Sibilla Phrygia* in hoc nummo expreſſa ſententiam, ſuo probaſſe calculo in nouiſſima Fuluiani operis Familiarum Romanarum recenſione ac interpretatione Cl. Vaillant lubens video. Nota autem non *Phrygia* ſolum, ſed *Erythræa* etiam *Sibylla*; quas duas ſolas, non autem decem vult exſtitiſſe Martianus Capella, & poſtremam hanc *Erythræam* eandem cum *Cumana* contendit. Hæc autem de *Sibylla* & *Sphinge*, quæ in indicatis vel adductis modo nummis ſignantur, præclare illuſtrat Græcus Euripidis interpres, Sphingem illam Thebanam, a Socrate pro Vate aut Sibylla aliqua traditam narrans; Σωκράτης ὁ ἐγχώριον αὐτὸν φασὶ χρησμολόγον, δύσγνωστα μαντευόμενον. *Socrates vero tradit, Vatem illam fuiſſe indigenam, obſcura proferentem Oracula.* Id vero de ſignata paſſim in nummis *Chiorum Sphinge* licet quoque ſtatuere. Mitto quod *Erythræ*, & *Chios*, vicinæ olim eſſent & ſociæ urbes, ut cum aliunde conſtat, tum ex errore Ammiani Marcellini, qui quod de Chio dixit Homerus; nempe ſuperpoſitum illi montem Mimanta, id tanquam de *Erythris* ab eodem dictum refert, loci vicinia procul dubio deceptus; imo ut id erudite iam ad Ammianum monuit doctiſſimus Valeſius, quod de *Erythris* Mimanta ſuppoſitis, alibi quoque ab Homero dicitur. Nota vero celebris *Prodici Chii* de virtute ac vitio fabulis & allegoriis inuoluta tractatio, & quam diſerte Clemens refert inter illuſtria ænigmatum & allegoriarum exempla, quibus veritatem ſacris litteris contentam, a Græcis Barbariſque frequenter traditam ſatis fuſe oſtendit. Adeo etiam, ut breui poſt factam doctoris illius *Chii*, eiuſdemque allegoricæ doctrinæ mentionem, *Sphingum* uſurpata eam in rem apud Ægyptios ſymbola, eodem loco moneat eruditiſſimus Patrum. Cui ſententiæ de hac ænigmatica *Chiorum Sphinge*, videtur & hoc non parum ſuffragari; iactaſſe ſe inprimis hanc Inſulam veri Fabularum & Allegoriarum parentis

Not. ad Gent. Caria. p. 233. Tom. I.

Schol. Phœniſſ. v. 45.

Lib. xxi. c. 14.

Strom. lib. v. pag. 561.

rentis natalibus; unde & ſignatam accepimus illius Urbis monetam, illinc cum *Sphinge*, hinc cum *Homeri* effigie: cuius generis nummi nonnulli, uti olim memineram, adhuc proſtant, & qualem quoque adſeruabat Gaza Palatina, nunc Brandenburgica; ex iis autem, bono iam horum cimeliorum fato, nuper quoque ab eximio Begero noſtro diuulgatum. Cui notationi de hac *Sphinge* in Chiorum nummis ſignata, a me olim traditæ, accedere lubens video virum ſagacem ac eruditum, dum inſculptam a Chiis Sphingem ſtatuit, ad deſignandam illius ænigmatis perplexitatem, quod Homero a pueris piſcatoribus propoſitum narrat Herodotus. Dum vero in eo verſor, occurrit mihi forte alia Cl. Triſtani ea de re coniectura: nempe ideo videri ſibi ſignatam in *Chiorum* nummis *Sphingem*, tanquam peculiarem notam ab iis impreſſam doliis illis aut vaſis, quibus forte vina Mareotica ab Ægypto delata continebantur; & quidem ad diſtinctionem, ut exiſtimat, vinorum, quibus alias ferax erat eadem inſula. Optaſſem equidem, ne excidiſſet nobili ac erudito antiquario inanis adeo ac omnino indigna reliqua viri ſolertia & accuratione obſeruatio. Quaſi vero copioſo præſtantiſſimi vini prouentu non abunde fuerit nobilitata hæc inſula, (quod præter veterum teſtium nubem, *Chia* illa fictilia, quorum Athenæus meminit, & in iiſdem *Chiorum* nummis vulgo cum *Sphinge* expreſſa, continuo arguunt, nec diffitetur Triſtanus,) ut neceſſe habuerit a peregrinis, & quidem Ægyptiacis vinis celebritatem quærere monumentis id genus? Galenus certe, inter ea vina, quæ antequam aucta Romanorum potentia celebratum fuiſſet Falernum, pro præſtantiſſimis habita commemorat, tria recenſet Aſiatica, *Chium* ſeu *Aruiſium*, a loco Inſulæ ubi naſcitur, *Lesbium*, & *Tmolitum* a colle Tmolo, nulla ibi *Mareotici* facta mentione. Immo idem paullo ante monuerat, in tantum vinum Falernum eo præſtare, quod vulgo in cauponis venale proſtat, in quantum vino, quod in Ægypto naſcitur. Eandem vero *Chio* & quidem *Aruiſio* vino, præ aliis Aſiaticis aut Inſularibus, palmam tribuunt eruditi illi conuiuæ apud Athenæum. Unde licet colligere, non quidem caruiſſe haud incelebri vino Mareotico Ægyptum, ſicuti Cl. Barthio videbatur, quem iure eo nomine perſtringit Triſtanus; neque rurſus eam fuiſſe huius vini Ægyptiaci præ aliis præſtantiam, ut Chii multum de eo debuerint eſſe ſolliciti, quibus longe optimum & commendatiſſimum domi naſcebatur. Aut quaſi etiam (ut demus his Inſularibus frequentatam vini Ægyptiaci vecturam) ideo *Sphinx* non ſolum fuerit continuo imprimenda vaſis vino ſcilicet Mareotico onuſtis; ſed digna res utique viſa eſſet, quæ publice moneta nobiliſſimæ illius urbis, ad poſteritatis memoriam perpetuo ſignaretur? Quidni eadem ratione Alexandrum, potatorem utique ſtrenuum, *Sphinge* pro ſignaculo uſum dicat; ac illius proinde nummis additam nonnunquam, ut videmus, *Sphingem*, (quæ percuſſi alioquin a Chiis nummi in iis indicium) in memoriam ſcilicet aut cuſtodiam vini illius Mareotici quo forte præ aliis delectaretur? Haud aliter nempe ac frumentum in quodam Indiæ loco repertum, ſigillo ſuo hunc Heroa obſignaſſe, quod iumentis impoſitum ad mare veheretur, apud Arrianum legiſſe memini. Neque vero ideo Auguſtum, *Sphingem* ſigilli loco dicet uſurpaſſe; quem non Mareoticis, ſed Rheticis vinis maxime delectatum Tranquillus refert. Aut quaſi denique non liceat nobis, aliquanto magis probabiliter, imo certe confidenter ſtatuere; vel ad fortitudinis ac induſtriæ; vel quod paullo ante monui, ad ænigmaticæ cuiuſdam & Oraculis

Thef. Brand. Vol. I. p. 419.

Harduin num. Urb. Ill. p. 537.

Tom. I. p. 389.

De Antidot. lib. 1. p. 427.

Lib. 1. pag 31

Exped. Alex. M. lib. VI. c. 23.

In Auguſto c. LXXVII.

allego

allegoriisque inuolutæ sapientiæ studium indicandum, familiare in eam rem & sibi haud male conueniens *Sphingis* symbolum, *Chios* olim opportune usurpasse. Sed quæcunque tamen fuerit eius rei ratio, certe *Sphingem* signatam uidi in omnibus ferme, quotquot versare mihi hactenus licuit, nobilis illius Insulæ numismatibus. Quo loco notandus obiter error viri docti, qui Chios in numismate, *patria Harpyiarum* imagine usos tradit: quales tamen *Harpyiæ* nusquam in eorum nummis, qui sat magno numero adhuc prostant, sed *Sphinges* demum, eæque vere *patria* Chiorum *imago*, conspiciuntur. Occurrit alioquin alius Gazensium, de quo paullo post nummus, in quo *Sphinx* simul ac *Harpyia* signantur. Chiorum autem cum solita in iis *Sphinge* præclari inprimis ac minus obuii, occurrunt in Cimeliarchio cum Brandenburgico, tum Mediceo nummi, & in posteriori quidem nonnulli cum monetæ pretio, nempe ΑCCΑΡΙΑ ΤΡΙΑ, aut etiam ΟΒΟΛΟΣ, & præterea cum singularis cuiusdam raritatis epigraphe, ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ ΧΙΟΣ, *Stephanephorus* seu *Coronigera Chios*. Cuius appellationis rationem, ut obiter hoc dicam, non adsequebatur in hac memoria versatissimus alioquin Cimeliarcha Mediceus, Petrus Fitton; qui a vini & frumenti copia, Cornucopiæ & Amphoræ symbolis in eodem nummo expressa, *Stephanephorum* seu *Coronigeram* dictam hanc urbem existimabat. Alia enim longe caussa huius nomenclationis, quam cum aliunde, puta e Platone, Athenæo, Philostrato; tum inprimis ex Marmore Aurundelliano, & nummo quodam veteri, quem videbam nuper in Regia Gaza Parisiensi, præcipui magistratus constat exstitisse, cui Religionis & sacrorum cura incumbebat: qua de re consulendi ad utrumque illud antiquitatis monumentum Cl. Viri [a] Seldenus ac [b] Tristanus. Unde Στεφανηφόρος etiam ac Ἱερεὺς *Stephanephori* & *Sacerdotis* coniunctæ passim in antiquis marmoribus appellationes: sed qua de re alibi. Mitto quod Agones ipsi dicti subinde [a] Στεφανηφόροι; immo ipsi quoque curules [b] Equi post obtentam ab iis victoriam, coronati; & victoria ipsa στεφανηφόρος, ac apud Euripidem, Νίκας στεφανηφόρε, *victoriæ coronam adferens certamen*. Illud vero singulare habet superior Nummus Mediceus, quod non iam præsidi sacrorum, aut in agone victori, sed ipsi etiam urbi tribuatur hoc nomen ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ· ad instar nempe earum urbium, quæ ΝΕΩΚΟΡΩΝ appellationem, ædituis & sacrorum curatoribus propriam, ad se quoque deriuarunt, & continuo in publicis Nummorum aliisque monumentis, loci aut Gentis nomini adscripserunt; ut obuia passim huius rei exempla contestantur. Sed hæc obiter. Vidi tamen, sed quod me iam fugit a quo id factum, etsi id publice alicubi legatur, qui priorem illam in hoc nummo vocem ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ ΧΙΟΣ, de viri nomine seu *Prætoris Chiorum* explicandam credidit: sed quod pluribus hic refellere, & alienum præterea ab hoc loco, superuacaneum puto. Verum istud de eorundem Chiorum nummis adhuc addendum est, exstare apud Thucydidem, Chii numismatis, tanquam peculiaris apud eos nummi seu monetæ mentionem, & cuius ea de re verbis lux aliqua, quam ei denegauit Latinus interpres, est simul impertienda. Nempe ubi dicuntur e Chio profectæ Peloponnesiorum naues, & quidem ἐκπεπλεύκασι δυοῖν ἡμέραιν, καὶ λαβόντες σῖτα ἐκ τῆς χίου ΤΡΕΙΣ ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΑΣ ἕκας καὶ ΧΙΑΣ· ἐν τρίτῃ δὲ ταχέων ἀνῃρέθησαν ἐκ τῆς Χίου πελάγει· quæ ibi reddit interpres: *cum duorum dierum cibaria sumpsissent, & singuli* (milites) *a Chiis accepissent* TRES TSSARACHOSTAS CHIAS, *tertio die ex Chio soluentes, in al-*

J. Laurenb. de Inf. Chio.

a Ad Marm. Oxon. p. 39. P. I.
b Tom. II. pag. 595.
a Andocid. adverf. Alcibiad. p. 290. & 308.
b Theocrit. Idyll XVI. v 47.
c Electr. v. 861.

Lib. VIII. pag. 564. H. St. & Oxon. c. 101.

tum

tum vela fecerunt. Ubi mirari itaque ſubit, cur τεσσαρακοστὰς; Græca voce verterit, cuius in nupera Oxonienſi Thucydidis editione Græco contextui eſt addita interpretatio, Æmilius Portus, *teſſaracoſtas*, pro *quadrageſima*; & quum de nautico ſtipendio omnino ibi agi liqueret, poſt *Chias*, non addiderit *drachmas*, ut de vero loci illius ſenſu continuo lectori conſtaret. Id ſolum ad hanc vocem *Chias*, notat ibi Græcus Scholiaſtes: χίας· ἀρχαῖα νομίσματα, ἐπιχώρια, *Chias; antiqui nummi illius loci.* In æreis quidem *Chiorum*, qui adhuc ſuperſunt, nummis, ſignari paullo ante vidimus ἐπιχώρια id genus *Chiorum* numiſmata, nempe ΑCCAPIA, ΤΡΙΑ & ΟΒΟΛΟC in aliis etiam, uti in nummo Regiæ Gallorum Gazæ, ΤΕΤΡΑΧΑΛΚΟΝ, quæ nummorum illorum pretium continuo indicant. Quum vero, ut loci ratio oſtendit, & viderant alioquin interpretes, cum de nauium viatico, eoque ad duos dies, tum de nautico ſtipendio ibi agatur, eoque, ut ſtatuere licet &, prout alibi quoque ſubinde legitur, menſtruo; haud aliter quam de *quadraginta & tribus drachmis*, explicanda eſſe eadem verba liquet, quas a *Chiis* acciperent ſinguli nautæ ſeu milites earundem nauium, quæ ad expeditionem in Helleſpontum contra Athenienſes proficiſcebantur. Athenis quidem menſtruum ſingulorum nautarum aut militum, qui eorum triremes conſcenderent, ſtipendium ordinarium erant tres oboli, ſeu media drachmæ pars, ut id ex Alcibiadis ad Tiſſaphernem verbis apud Thucydidem liquet; quandoque etiam, ut in apparatu belli Siculi duplicatum ſtipendium, & drachma in diem data, quod alio loco docet idem[a] Auctor; & alicubi etiam[b] Demoſthenes. Quomodo[c] Tiſſaphernes Peloponneſiorum nautis, ſed ad exiguum tempus, & donec Perſarum Rex iuſſerit, ſe drachmam Atticam in diem daturum profitetur. Verum quum hæ Peloponneſiorum naues, ad ſuppetias *Chiis* contra Athenienſes, a quibus ii defecerant, ferendas, & quidem Chiis inſtantibus, eſſent a ſociis miſſæ; ditiſſimi autem Græcorum, ut id alio apud Thucydidem loco dicitur, haberentur iidem Chii; haud mirum utique ſi dimidia ferme parte maius fuerit, quod iidem auxiliaribus Peloponneſiacis illis nautis ſeu militibus ſtipendium perſoluere tum tenerentur. Ut mittam, quod non *Atticæ*, ſed *Chiæ* drachmæ ibidem, ut vidimus, dicuntur; notum autem ſit, ſed quod non eſt iam huius loci, haud unius ponderis fuiſſe veteres Græcorum drachmas, maiores alias, alias minores. Neque vero, ut ad *Sphinges* redeam, in *Chiorum* ſolum nummis alatæ Græcorum Sphinges, ſed duæ inſuper ſimul depictæ in ſingulari *Aradiorum*, Phœniciæ urbis nummo, Domitiani temporibus cuſo, cum Vaſe in medio, & duabus Palmæ ramis. Eum vero a celebri antiquario nuper admodum, cum aliis ſelectis Græcis Imperatorum nummis, ac iam ante a doctiſſimo Noriſio, qui eius iconem ab eo impetrauerat, ſed alia occaſione, ob adſcriptam nempe in eodem æram, de qua non ſumus iam ſolliciti, vulgatum, ob ſculptam vero in eo duplicem illam Sphingem, hic denuo adponendum duximus.

[a] L. VI. p. 435.
[b] de Cor. Trierarch. p. 677.
[c] Thucyd. lib. VI. pag. 568.

Lib. VIII. p. 577. ed. H. St.

Lib. VIII. pag. 577.

J. Vaillant App. Icon. ad Num. Græc. Imper. Epoch. Syr. Maced. Duſt. IV. Sect. 3.

Eandem vero Græcorum ſeu Thebanam *Sphingem* quod adtinet, omittere hic non licet eruditam doctiſſimi Bocharti notationem: *Sphingem* nempe Φίκα a Bœotis dictam (ut liquet ex antiquis Grammaticis, Heſychio autem Βίκα & Φίγα) de muliere ſagaci & per gryphos ac ænigmata ſui ſæculi ingenia exercente, a voce Phœnicia פקה aut *Phikea*, aut *Phika*, quæ *apertum* ac *videntem* notat: unde & *Picus*, inſignis olim apud Aborigenes vates ſit nuncupatus. Poſt hæc vero a me olim adnotata, incidi nuper in aliam viri eruditiſſimi de nomine huius *Sphingis* traditam haud ita pridem originem: nempe a voce Phœnicia ספר quæ, ſi confundatur, Orientalium more פ & ב ſæpe miſcentium, in כבר, *perplexum* & *homicidam* ſimul notat; quod utrumque huic Thebanorum *Sphingi* adprime conveniat. Quod vero Bœoti, ut ibidem additur, iuxta Heſiodi Scholiaſten, Φίκα dixerint, non Σφίγξ, & inde montem, ubi Sphinx illa inſedit, Φίκιον Pauſanias; id in recentiore & corrupto Bœotorum ſermone locum habere potuiſſe, qui perperam Σ ante Φ detraxerint: quum Σφίγξ dixerint omnes alii Græci. Quod ut ingenioſe a viro eruditiſſimo de origine huius vocis, petita e Phœnicum itidem lingua, obſeruatum lubens fateor; ita liquidius forte id procederet, ſi geminam illam *perplexi* ſeu *ænigmatici* ſermonis, & *effuſi ſanguinis* ſeu *cædium*, quibus Sphinx agrum Thebanum cruentauit, ſignificationem, non duæ diuerſæ Phœnicum voces, etſi confundi cædem ob adfinem litterarum ב & פ ſonum potuerint, ſed una tantum innueret. Accedit, quod non unus Heſiodi Græcus interpres Φίκα *Sphingem*, vel Φίκιον montem vocat, quem illa inſedit, (utrumque enim id ab eo Scholiaſte, & [a] eodem quidem loco, ac altero inſuper ad [b] Scutum Herculis dicitur) ſed pridem alibi ipſe [c] Heſiodus, Φίκιον ἀκρόταλον, *Ad Phicium ſummum*, ac præterea [d] Apollodorus, [e] Plutarchus, [f] Stephanus, [g] Palæphatus in antiquis eius codicibus: immo unde & per Φίκειον τέρας, *Phicium monſtrum*, quod iam viderat ὁ πάνυ Bochartus, *Sphinga* deſignat alicubi Lycophron; ſed ubi Σφίκειον pro Φίκειον, etſi ea mutatione, ut e ſuperioribus liquet, haud opus foret, repoſuit in nouiſſima ac luculenta illius fatidici poëmatis editione eruditiſſimus Potterus. Adde Feſtum: *Picati appellantur, quorum pedes formati ſunt in ſpeciem* SPHINGUM, *quod eas Dorii* PHICAS *vocant*: & Heſychius, Φίγα, Φίκα, Σφίγξ. Non ergo illud corruptum, aut recentium demum Boeotorum continuo cum viro eruditiſſimo ſtatuendum eſt, uniuſque forte Scholiaſtis Heſiodi auctoritate nixum, qui Φίκα, ſublato Σ, non Σφίγξ dixerit; aut montem agri Thebani, quem illa inhabitaret, Φίκιον, vel, quod idem eſt, Φίκειον appellarit. Accedit quod horum Bœotorum dialectus in multis, a communi Græcorum ſermone, iam a priſcis temporibus abierit; ut vel ex Ariſtophane, ac priſcis inſuper & ineditis etiam Apollodori Dyſcoli, & Arcadii, in Bibliotheca Gallorum Regia Grammaticis præceptionibus, a me olim viſis & excuſſis, liquet. Adde Boeotiam, ſeu in ea Thebanum agrum, domicilium huius *Sphingis* habitum; factum proinde in eodem tractu, ut qui eum inhabitarunt Phœnices, & a quibus præter litteras, voces etiam plurimæ cum ritibus in Græciam illatæ, pro Phœnicio, *Pikea*, vel *Pika*, aut *Picecha*, de *Sphinge*; Φίκα, *Pika*, ac montem, eius ſedem, Φίκιον, quod utrumque a commemoratis paullo ante antiquis Auctoribus traditum, dixerint continuo Bœoti. Sed qua de re liberum utique lectori arbitrium libenter, ac ultro relinquimus: nempe, vel hanc magni Bocharti, his, quas modo adtulimus, aucto-

Colon. Phœn. lib. 1. c. 16.

J. Clericus ad Heſiod. Theogon. p. 61. 62.

a Schol. Theogon. v. 325. b Κτιτὸς ὄρος τῆς Θεσπιάδος ἐπωνύμως δὲ καὶ τὸ Σφιγγὸς ἦν Φίκα ἐκάλουν οἱ Θεσπιεῖς. Schol. ad Scut. Herc. v. 33.

c Scut. Herc. v. 33.

d Lib. III. c. V. § 8.

e Brutæ ratione uti p. 988.

f In Φίκιον.

g Vid. Not. ad cap. VII.

h In Caſſandr. v. 1465.

auctoritatibus & rationibus fultam; vel alteram Cl. Clerici, de *Sphingis* voce & origine, utraque Phœnicia, ſententiam amplectendi.

III.

De SIRENIBUS *in Nummis.*

SIRENUM vero genuina illa, quam iis veteres adſcribunt, forma ex nummis demum eruitur; ſuperior nempe Virginis, reliqua, non in piſcem, ut vulgo, ſed in Avem deſinens, iuxta Ouidianam deſcriptionem,

Pluma, pedeſque auium, cum Virginis ora geratis. Metam. v. verſ. 553.

Pridem autem ab Euripide: πτεροφόροι νεανίδες παρθένοι, *Alas ferentes iuuenes Virgines*: ac unde ἀρπυιόγυναι, ſeu *auiformes* dicuntur alicubi, iuxta eius Scholiaſten, a Lycophrone. Errat vero omnino Aldrouandus, qui adſerit obiter Grammaticos Græcos, a pectore ad ſuperiora, auis vel paſſeris effigiem; inferiori vero parte, formam Virginis illis tribuiſſe: plane contra nummorum & auctorum veterum fidem. Vellem ut Grammatticorum illorum loca adtuliſſet; quum & Euſtathius & veteres Apollonii Rhodii, Lycophronis; aliorumue veterum poëtarum interpretes, aut Mythographi nequaquam id tradant, nec ab Homeri, Orphei, Euripidis, Apollonii, Ouidii. aliorumque deſcriptione diſcedant. Sed facilis fuit hic lapſus Viro præſtanti, qui omnibus aliis præſidiis potius, quam Græcis litteris, inſtructus, adprime tamen inſtituto operi neceſſariis, præclarum alias & victurum opus adgreſſus mihi videtur. Errat enim grauius idem Aldrouandus, quum volucres id genus *Sirenas* haud plane fabuloſas cenſet, earumque uiſa ſuperioribus ſæculis in Neapolitanis oris ueſtigia, qubuſdam id tradentibus credit. Nimis certe credulus hic fuit, & Luciano confidentior; qui inſtituta quadam cum *Sirenibus* comparatione, continuo hanc addit cautelam, *ſi unquam tamen exſtiterint*, εἴ τινες ἄρα ἐγένοντο. Quis enim neſcit, tres illius nominis Virgines Siculas, in totidem canora monſtra a Peëtis conuerſas, fabulæ locum dediſſe? quod præter alios docere illum potuiſſet Seruius; *ſecundum fabulam tres in parte Virgines fuerunt, in parte volucres, Acheloi fluminis & Calliopes Muſæ filiæ. Secundum veritatem meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes, quoniam eos ducebant ad egeſtatem, his fictæ ſunt inferre naufragia.* Quod vero tradit idem doctiſſimus Grammaticus, unam voce, alteram tibia, tertiam lyra cecinisſe, firmant adhuc ex parte nummi antiqui Neapolitanorum, in quibus Parthenope Siren cum Tibia viſitur; qualis ille qui in Gentis Petroniæ Fuluianæ collectione occurrit.

Ad Lycophr. v. 653. & ibi Schol.

In Nigrino p. 22.

Ad Æneid. v. 864.

Hinc nempe Auguſti effigies, a quo inſtaurata Neapolis: illinc ut iam vidit Urſinus, *Siren Parthenope.* Notum etiam gallinaceos pedes *Sirenibus* a quibuſdam ex antiquis tribui: ſicut inter alios a Fulgentio: *Sirenes volatiles, & inde gallinaceos pedes, quia libidinis adfectus, omnia quæ habet, ſpargit.* Mythol. lib. 2.

Bene

Bene vero doctissimus Bochartus, & erat alioquin obuium, nomen illud *Sirenes*, ab Hebræorum vel Phœnicium שיר *Sir*, seu *Cantico*, videtur deriuasse. Dicta quidem a Græcis de auiculæ genere, uti apud Hesychium, Σειρὼ (non, ut hodie ibi, Σείρη) ὀρνιθάριόν τι ποιόν, *Siren, exigua quædam auicula*; cui addi potest, ad Lycophronem Tzetzes: εἰσὶ δὲ καὶ ΣΕΙΡΗΝΕΣ καὶ ζωάρια μικρὰ ταῖς μελίσσαις ὅμοια, *sunt vero etiam* SIRENES *animalcula exigua, apibus similia*; quod & alibi adhuc ab eo dicitur. Verum a quo auiculæ, & quidem instar Apis genere, inditum illud alatis & canoris superna parte virginibus nomen haud licet utique statuere. Alteri vero auiculæ, *merulæ* nempe, similes cruribus *Sirenas* tradit antiquus auctor Anaxilaus apud Athenæum:

Hieroz. lib. IV. cap. 8. P. 11.

Ad vers. 653.

Ad vers. 1460.

Lib. XIII. pag. 859.

Η θεανὼ δέ, οὐχὶ ΣΕΙΡΗΝ ἔστιν ἀποστιλπνὸν,
Βλέμμα καὶ φωνὴ γυναικὸς, τὰ σκέλη δὲ ΚΟΣΥΚΟΥ.

Uerum Theano, nonne SIREN *ipsa est glabro corpore, cui feminæ adspectus, & vox, crura vero qualia* MERULÆ? Alas equidem *Sirenibus* cum Musis, unius ex iis, [a] Terpsichores nempe, aut, iuxta alios, [b] Calliopes, vel [c] Melpomenes, & Acheloi, aut vero uti ab aliis rursus, [d] Tethyos filiabus, communes statuunt veteres: unde [e] Porphyrius: τὰς Μούσας δὲ ἐπτέρωται, καὶ τὰ Σειρῆνας, *Musis alas dederunt, uti & Serenibus.* Imperator vero Julianus, post memoratum infaustum Marsyæ, cum Apolline nempe, de tibia, & Thamyris Thracis cum Musis de cantu certamen, addit continuo: τί γὰρ δεῖ ΤΑΣ ΣΕΙΡΗΝΑΣ λέγειν ὧν ἔτι τὸ πτερὸν ὑπὸ τῷ μετώπῳ φέρουσιν αἱ νικήσασαι· *Quid enim* SIRENAS *memorem, quarum adhuc alam in fronte gestant, quæ cantu vicerunt?* Quæ tamen in fronte ala, in adducto paullo ante nummo Parthenopes Sirenis non comparet; sed ubi eadem tibiam inflare continuo cernitur. Unde iuxta Seruium, de quo paullo ante, & iuniorem Plutarchum, tradit similiter Heraclitus seu Heraclides: nempe totidem eas fuisse meretrices, quæ instrumentis musicis, uti & vocis suauitate, ad eas accedentium facultates abligurichant. Adde vero Ausonium, de hoc Sirenum cum Musis certamine:

[a] Tzetz. ad Lycoph. v. 712.
[b] Serv. ad Æn. V. v. 864.
[c] Hygin. Fab. ext. 1.
[d] Tzetz. ad Lycoph. ut supra.
[e] De Abstin. lib. III. Epist. XLI. p. 410. ult. edit.

Vid. Tzetz. ad Lycoph. v. 653.

περὶ Ἀπίστων cap. XIV.

Eidyll. XI. v. 11.

Tres volucres, tres semideæ, tres semi puellæ,
Ter tribus ad palmam iussæ certare Camœnis,
Ore, manu, flatu: buxo, fide, voce canentes.

Quomodo ea, quæ *flatu* seu buxo, nempe tibia e buxo, canere fingebatur *Siren*, depicta, ut iam vidimus, in superiori gentis Petroniæ nummo. Id vero de duabus ex iis *Sirenibus*, & quidem cantu ob Orpheo victis, dicit ipsemet, seu qui nomen eius adsumpsit, in Argonauticis Orpheus, seu Onomacritus,

Vers. 1283.

Καὶ ἣ μὲν λύρας, ἣ δ' ἂν χέλυν ἔμβαλε χειρῶν.

Et hæc quidem tibias, illa vero chelyn e manibus eiecit, nempe omissa tertiæ Sirenis mentione, quæ ore caneret. Quamquam quum tres tantum id genus Sirenas, præter Ausonium, additis etiam earum nominibus memorant veteres Grammatici; octo tamen easdem iuxta veteres exstitisse, atque ita uno solum numero, Musis inferiores, tradit in Timæum Platonis Proclus. Haud victrices alioquin, quod tradit, ut vidimus, Julianus, sed cantu victas a Musis Sirenas, alii, qua de re mox, Auctores fabulantur. *Sirenem* cæteroquin infra sellam sedentis mulieris spectare licet in nummo quodam Demetrii Soteris Mediceo; si fides habenda erudito nuper admirandis Magni

In Tim. lib. III. pag. 204.

Ducis

Ducis præpoſito. Recentium vero pictorum errorem in piſcem eas conuertentium, refellere poterant pictores antiqui apud Ælianum; quem iam ante Antonium Auguſtinum iugulaſſe animaduerti veſtratem Annibalem Caro, plurimæ elegantiæ virum, in vernaculis Epiſtolis. Unde nollem amiciſſimum virum, & cui hæc antiquitatis ſtudia plurimum debent, vulgato illo errore deceptum, nummum Gentis, ut exiſtimat, Coſſutiæ primum a ſe editum, in quo ſuperne mulier, infra piſcis, ad *Sirenem* detorſiſſe.

De Animal. lib. XVII. c. 22

Patin. Famil. Rom. p. 97.

Nereidos nempe alicuius figuram continuo hic agnoſcis, cuius generis, uti & haud diſſimilem *Amphitrytes*, ac *Tritonum* videmus paſſim in antiquis Græcorum & Romanorum nummis. Conſentanea iis quoque Syriæ illius *Dercetos* effigies, quæ dimidia itidem parte mulier, a femoribus autem ad pedes piſcis, a Luciano commemoratur. Hinc frequentes etiam eiuſmodi figuræ, Mulieris nempe ſcopulo inſidentis, & parte inferiori aquis immerſæ, in priſcis Syriæ ac Meſopotamiæ nummis occurrunt, de quibus alibi. In eundem etiam errorem incidiſſe obſeruo veſtratem Fortunium Licetum, qui in opere de reconditis veterum Lucernis nouiſſimæ reuiſionis, eiuſmodi Nereida vaſi inſidentem, ſuperne nempe mulierem, infra vero piſcem, de *Sirene Parthenope* accepit; cuius tamen longe aliam figuram paullo ante in denario gentis Petroniæ vidimus. Equidem (ne quid diſſimulem) popularem illum errorem, implumes vulgo *Sirenes* tradentium, tueri forte illud poſſet, quod apud Pauſaniam legitur: eas nempe, Junonis ſuaſu, Muſas in cantus certamen prouocare auſas, victis vero iiſdem continuo pennas a Muſis, ex alis conuulſas, quæ de iis coronas ſibi fecerint; quod poſtremum tradit itidem ad Lycophronem Tzetzes. Id quod aqud Stephanum Byzantium ac Suidam paullo aliter refertur: *Sirenas* nempe, ſuſcepto cum Muſis in Creta certamine, cantu inferiores deprehenſas, præ dolore plumas abieciſſe, ſeſeque in mare, quod de iis ab Orpheo demum victis, in eius, ſeu quæ nomen illius hodie circumferunt, Argonauticis dicitur, dediſſe præcipites; indeque vicinum locum *Apteræ* ſeu *Implumis* nomen ſcilicet conſequutum. Iſtud autem de *Aptera* urbe in Creta, in cuius nempe vicinia id certamen Sirenum cum Muſis contigerit, & ob pennas inde prioribus ademptas, ita appellata tradit ad dictum modo Lycophronis locum Tzetzes. Cui rei aut fabulæ poſſet ſuffragari ſingularis, qui exſtat in Gaza Medicea illius urbis nummus; hinc cum capite muliebri & nomine ΑΠΤΕΡΑΙΩΝ, hinc cum figura quadam ſtante, ſed obſcura, ob nummum iniuria temporis male acceptum, & quam ad *Sirenem* eiuſmodi implumem forte liceret cum Cimeliarcha Mediceo referre. Sed neque eadem deſinens in piſcem, ut vulgo *Siren* hodie, ſed apud imperitos vel minus cautos, traditur, ac præterea plumis abiectis, vel ademptis. Adde, quod & potior ſit hic longe Auctorum & monumentorum veterum ratio; a quibus haud aliter, quam alatæ id genus *Sirenes* effinguntur: tum quod haud aliæ earum ſedes, quam in Siciliæ & Magnæ Græciæ ſeu Italiæ

Lib. VI. c. 35.

Lib. IX. p. 594. Ad verſ. 958.

In voce Ἄπτερα.

Verſ. 1178.

Ad verſ. 1181.

oris vulgo adsignentur, etiamsi Ἀιτωλὸς, ἢ Κουρῆτις, *Ætolis* seu *Curetis*, hoc est *Acarnania* dicatur alicubi a Lycophrone, quod Acheloi, ut diximus fluuii in illis regionibus noti, filiæ habitæ fuerint *Sirenes*.

Vers. 671.

De voce Σειρῆνας *apud* LXX. *Interpretes.*

Cur vero per vocem Σειρῆνας reddantur aliquoties a LXX Senioribus varia in veteri Fœdere loca, ubi de animalibus in desertis locis, & procul a mari degentibus agitur, & quibus *Dracones* ac *Struthiones* in Hebræo contextu designari soleant, quibusque nihil esset omnino cum *Sirenibus* commune, miratur haud immerito doctissimus Bochartus. Haud male vero id inde factum existimat, quod θρηνητικὰ *lugubria*, seu lugubris cantus *animalia*, ut vel e quodam Michææ loco liquet, haberentur *Dracones* & *Struthiones*; id quod de *Sirenibus* similiter crediderint Seniores: etsi, ut continuo addit, contra quod de iis Poëtæ tradiderint, qui lætum potius & iucundum cantum, quo victores nempe adlicerent, iis tribuant. Quamquam *lugubrem* quoque seu θρηνητικὴν itidem *Sirenum* cantum notet Lycophron, de ferali Cassandriæ sermone, & quam *nigræ Sphingis vocem* imitatam ab initio dixerat,

Hieroz. lib. VI. cap. 8. P. II.

Cap. I. v. 8.

Vers. 7.

Vers. 1464.

Σειρὴν ἐξάρξει λύγδιον μέλος.

Sirenes gemens postremum melos cecinit: quod tamen ibi Tzetzes, præter claram verborum illorum mentem, de suaui & illecebroso sermone interpretatur: quum eo ibi sensu *luctuosus Sirenes cantus* possit intelligi, quo calamitates & exitium illud Cassandræ melos portendebat; & quomodo φθόγγον ὀλοφῶον, *vocem perniciosam*, de *cantu Sirenum* dicit in Argonauticis Orpheus seu Onomocrates. Verum haud eo minus mirari subit, non quidem quod notæ fuerint Græcis Alexandriæ Bibliorum interpretibus Græcorum *Sirenes*, quarum præter Homerum, & alios antiquos Græcorum Poëtas, à Rhodio quidem, sed Alexandriæ similiter ac iisdem circiter, ubi in eam veteris Fœderis versionem incubuisse feruntur Seniores, seu vero Alexandrini iidem fuerint, temporibus, poëma suum condente Apollonio, fit quoque mentio; sed quod duas tresue Hebræorum voces צִיִּים יַעֲנָה תַּנִּים *tziim*, *iaana* & *thannim*, de diuersis longe animantibus, uti *draconum* aut *cetorum*, & *struthionum* ac *thoum*, per *Sirenas* iidem, & præterea duobus locis [a] Syrus interpres, quod monuit iam Bochartus, reddiderint; semel autem [b] iuxta eundem Syrum Interpretem Vulgatus, ac eo quidem loco, ubi תַּנִּים *thannim* Hebræus codex, LXX autem habent ἔχινοι *echini* seu *erinacei*; Aquila vero, ut hoc addam, Symmachus, & Theodotion, cum Syro interprete, Σειρῆνας. Unde illustratur hæc Hesychii glossa: Σειρῆνες· οἱ μὲν ἔξω γυναῖκας φασὶ μελῳδούσας· ὁ δὲ Ἀκύλας, στρουθοκάμηλον, *Sirenes: externi quidem*, (seu *Ethnici scriptores* ut bene ibi Salmasius) *mulieres dicunt esse cantatrices*; *Aquila autem, struthiocamelos.* Unde liceret utique statuere, ignotam fuisse iisdem Interpretibus traditam a Græcis fabulosam de *Sirenibus*, ut alatis virginibus, iisque ad mare, non vero desertis in locis, agentibus, narrationem; eaque voce proinde aliud omnino animalis, & quidem θρηνητικὸν, seu *lugubris* genus, & quod proinde de *ulula* vel *noctua* alii e veteribus ac recentioribus, & de quibus consuli potest laudatus Bochartus, explicant, sit ab iis intellectum. Nisi illud forte placeat eosdem ea in re deceptos, quod Σειρῆνες in στρουθούς, uti paullo ante vidimus, desinere subinde sint dictæ, *passeres* nempe, non vero *struthiones*: maxime quum unica etiam voce στρουθῶν, uti vere istud obseruat idem Bochartus, a veteribus Græcis de iis, quæ postea στρουθοκάμηλοι, *Struthiocameli*, Gallis *Autruches*, diuersissimi proinde auis seu animalis genus, sunt deinceps appellatæ. Quo loco insuper

Argon. lib. IV. v. 895.

a Esa. XIII. 22. Jerem. lib. 39.

b Esa. XIII. 22.

In Not. ad Hesych. edit. Batau.

Hieroz. l. b. II. cap. 14. P. II.

inſuper illud præterea, nec utique hinc alienum, monere liceat; quod quum apud Alexandrinum Cyrillum, legatur ad Michææ dictum ante locum, Σειρῆνας in S. Scriptura, (nempe in verſione ℣ LXX) vocari ἀηδόνας ſeu *luſcinias*, aues canoras, quæ abrepto a fluctibus nido lugubre melos fundant & lamententur; hæc Bochartus de *halcyonibus*, in quas proinde eam vocem ἀηδόνας ibi mutat, dici demum poſſe cenſeat. Quod equidem de *halcyonibus*, ut littoteis auibus, ibique parientibus, &, ob fœtus fluctibus abreptos, lugentibus, ut apud Poëtas antiquos obuium, vere omnino monuit vir magnus; ita idem de luctuoſo etiam *luſciniarum*, earumque in ſcopulis ſimiliter, ob raptos pullos lugubre melos fundentium, cantu erat quoque apud veteres Tragicos, alioſque paſſim Poëtas contritum. Æſchylus, ut unum vel alterum e pluribus id gentis locis adducam:

Cap. 1. v. 8.

Hieroz. ut ſupra.

Κιρκηλάτης τ' ἀηδόνος
Ἡ τε ἀπὸ χώρων πολαμῶν τε νηγρομία
Πάσθη νέον εἵκτον ἡθέων.

Suppl. v. 64.

Luſciniæque a circo (ſeu *accipitre*) *fugatæ, quæ a locis & fluuiis prohibita Plangit recentem luctum nidorum.* Neque aliter de ſedente in nido ad Simoentis ripas *luſcinia*, ibiqut lugente, quos amiſit, liberos [a] Euripides in Rheſo; dictaque inde ibi παιδολέτωρ, non *liberorum interfectrix* cum Cantero interprete, ut alibi quidem eo ſenſu hæc vox legitur, ſed quæ *liberos amiſit*, ut apud Sophoclem [b] τεκνολέτειρα ἀηδών eodem ſenſu dicitur. Ita in *ſcopulis* canere dicitur *luſcinia* apud [c] Moſchum; & cum *halcyone* coniungitur, ob lugubrem utriuſque cantum, in veteri [d] Epigrammate:

[a] Παιδολέτωρ Μελισσεὺς ἀηδὼν μέριμνα. Euripid. Rheſ. v. 549.

Αἰεὶ δ' βαρύδακρυς ἐπὶ πήλαις μὲν ΑΗΔΩΝ
Μεμιγμένη δ' βυθοῖς ΑΛΚΥΩΝΙΣ βλέπεται.
Semper autem hæc grauiter lacrymans. In cippis quidem LUSCINIA
Conquerens vero in profunditatibus HACYONIS *apparet.*

[b] Ἔστιν ἐν σκοπέλοις ἀηδὼν. Idyll. 111.

[c] Idyll. 111.

[d] Anth. lib. 1. c. xxxi. Ep. 9

Unde etiam ἀηδόνιος νόμος de *cantu lugubri* apud [e] Ariſtophanem dicitur; & quomodo, ut præterea obſeruo, pro Ἰαονίοισι νόμοις, *Jonicis* ſeu *Græcis cantibus* apud [f] Æſchylum, eodem loco modo adducto, ubi de luſciniæ planctu agitur, ἀηδονίοισι νόμοις, *luſciniæ* ſeu *lugubribus cantibus* legitur in codicibus aliquot, quos olim verſauimus, huius Tragici antiquis, & legendum etiam ibidem cenſuit vir Græcus & Græce adprime eruditus, Franciſcus Portus. Quibus autem, quæ de *Sirenibus*, tanquam canoris, maxime & abruptos fluctibus pullos lugentibus, dictis ἀηδόσι ſeu *luſciniis*, tradit loco paullo ante memorato Cyrillus, addi inſuper illud debet, & ad quod reſpexerit Alexandrinus ille antiſtes, deſignatas quoque ſubinde a Poetis ob ſuauitatem cantus *Sirenas* nomine ἀηδόνων *luſciniarum*, uti apud Lycophronem:

e Ran. p. 244.

f Suppl. v. 72.

Ἀρπαγὰς γύπων χλώμακας τ' ἀηδόνων,

Verſ. 653.

Et inſtar auium ſcopulos luſciniarum: quod de *Sirenibus* explicat ibidem Tzetzes: & paullo poſt adhuc: Ἀηδὼν στεῖρα. Κενταυροκτόνος, *Luſcinia ſterilis, Centaurorum interfectrix*, ubi conſuli ſimiliter poteſt idem Græcus Poetæ illius interpres. Unde utique, ut hoc addam, haud parum firmari videtur ac illuſtrari magni Scaligeri ad Auſonium coniectura; a quo *Siredones* de *Sirenibus* dici exiſtimat ὁ πάνυ, nempe Σειρηδόνες, quaſi Σειρεηδόνες. Sed hæc de *Sirenibus* veterum S. Scripturæ interpretum, eruditis, & quidem eximia eruditione viro J. Erneſto Grabe noſtro, in noua & luculenta, quam adornat, Seniorum verſione, & commentario ad eandem Critico, ulterius expendenda relinquimus.

Verſ. 670.

Not. ad Idyll. xi. v. 20.

IV. *De*

IV.

De STYMPHALIDE *in Nummis.*

Ut vero in hos *Sirenum* scopulos impegisse intelligas ipsos antiquariorum antesignanos, neque prætereundus hoc loco error Fuluii Ursini, qui cum in Gente Petronia traditam supra Parthenopes *Sirenes* effigiem erudite obseruasset; aliam tamen haud parum diuersam, obuiam in denario Gentis Valeriæ, de *Sirene* quoque explicauit:



Neque enim *Siren*, galeata hæc auis & spiculis armata, iuxta eruditissimum Fuluium; aut vero *Harpyia*, iuxta celebrem eadem ætate harum antiquitatum cultorem ac interpretem, Antonium Augustinum; sed STYMPHALIS, nota e scriptoribus ac Poetis antiquis Arcadiæ volucris, de quo auium genere & ratione nominis Lucretius:

Lib. v. vers. 31. *unciſque timendæ*
Unguibus Arcadiæ volucres Stimphala colentes.

quæ nempe homines inuadentes, iuxta Comicum, pinnis ferratis seu spiculis emissis aduenas conficiebant; æreis autem crepitaculis, iuxta Apollodorum, aut vero crotalorum strepitu cum Diodoro, ab Hercule fugatæ primum, dein sagittis confixæ leguntur; sicut præter alios Boethius,

Bibliotb. lib. 2. Lib. v. p. 154.

Fixit & certis volucres sagittis.

Consol. Philosoph. lib. 4. Hinc videmus Herculem, in veteri nummo *Stymphaliorum*, in memoriam scilicet huius beneficii, signatum cum inscriptione ΣΤΥΜΦΑΛΙΩΝ, ΣΩ, Σωτῆρος. nempe seu *Seruatoris* illius tractus. Unde etiam *Herculeas aues* vocat illas *Stymphalidas* Claudianus, quo non possumus dare meliorem superioris nummi interpretem.

In Hystricem v. 1. &c.

Audieram memorande tuas, Stymphale, volucres,
Spicula vulnifico quendam sparsisse volatu.
Nec mihi credibilis ferratæ fabula pinnæ
Visa diu, datur ecce fides, & cognitus Hystrix
Herculeas affirmat aues.

Agnoscis utique, *monstra hæc Stymphalia*, sicut vocantur Catullo, spiculis armata, & plane ad nummi fidem, quamuis Galeæ loco, cirrum iis in capite tribuentem Plinium norim; sed non mirum, armatam auem, & ad prælia accinctam, Galea quoque a pictoribus aut cælatoribus antiquis ornatam. Ut certe haud parum sim lætatus in eandem de hoc nummo sententiam incidisse quoque commendatissimæ famæ & eruditionis virum, Nicolaum Heinsium; sicut ex litteris eius ad virum omni laude virtutis ac doctrinæ ornatissimum, Emericum Bigotium, exaratis, haud ita pridem lubens percipiebam. Vides equidem nihil fuisse huic monstro cum *Sirene*, præter alas, commune; quam, non spiculis utique, aut pinnis ferratis, sed aut Cithara, aut Tibia, ut supra

Lib. x. c. 37.

videba-

videbamus, armant ac induunt veteres; neque vero cum obſcœnis illis, de quibus mox, *Harpyis*, ſi vel Apollonii, vel Virgilii deſcriptionem de iiſdem conſulas, qui non ſpiculis rurſus, ſed contactu omnia fœdare illas docent. Signatam vero crederem, ut obiter hoc addam, hanc auem Arcadicam in denario huius Valerii, vel in memoriam alicuius expeditionis in Arcadiam, & vicina *Stymphalo* loca ſuſceptæ; haud aliter ac genuinis id genus incolis vel marinis monſtris, Elephantibus, Camelis, Crocodilis, maritimas, Africanas, Arabicas, Ægyptias victorias vulgo in antiquis nummis deſignatas noſti. Aut vero ideo ſculpta hæc *Stymphalis* in adducto Valerii nummo, ad denotandam forte Familiæ originem, tanquam ex iis Arcadiæ locis in Italiam deductæ: conſueto iterum Gentium Romanarum more, memoriam eius rei ſymbolis id genus prodendi, de quo alibi. A Sabinis quidem Romam tranſlata gens *Valeria*, iuxta Halicarnaſſenſem: Sabini rurſus a Pelaſgis: Arcadia autem olim *Pelaſgia*, ut vel ex Stephano liquet, nuncupata. Ut mittam Euandri Arcadis, eiuſdemque comitum in Latio ſedem; aut ſtellam in vertice capitis in anteriori parte eiuſdem nummi expreſſam, in memoriam forte Arcadum προσελήνων, ut de iis Statius, *Luna priorum*. Et hæc quidem de hac aui *Stymphalide*, obuia in eo Gentis Valeriæ denario, olim notaueram; qui id in nouiſſimo ac luculento Familiarum Romanarum e nummis antiquis a Cl. Vaillant illuſtratorum opere probatum adſertumque lubens video. Unde minus utique laborandum mihi videtur, ſi idem continuo Antiquæ Græciæ illuſtratori, cuius tamen ubi ea de re agit, opus annis aliquot ante iſtud Familiarum Romanarum primæ hodie notæ antiquarii prodierat, non placuerit; quo gloriam detectæ primum a Cl. Patino, *quem amauit*, ut nos ibidem docet, huius auis, in Cæſariano, de quo mox *Temenothyrenſium* nummo; & quam idem Patinus ſibi tribuerat, laudem ei quoque continuo adſereret. Neque Patini certe, qui ipſo olim eo ſum uſus amico quoque & familiari, gloriæ vel laudi, quæ iure illi debetur, quamque olim publico elogio & in hoc ipſo opere ſubinde ſum proſequutus, detractum ullatenus velim, ſingularis omnino in conquirendis, verſandis, diuulgandis, & pro captu explicandis veterum nummis, adtentiones ac induſtriæ. Eſt autem inſignis, & e maximorum genere ille *Temenothyrenſium* in Lydia nummus, ab eo, poſt ſuperiorem huius operis editionem, vulgatus; ac elapſis dein aliquot annis, in Theſauro Mauroceno, ubi ille quoque proſtabat, denuo ab eodem Patino editus; in quo ſtantem Herculem claua, ſolitis exuuiis, & crepitaculo præterea armatum; Herculeam vero, de qua hic agimus, auem *Stymphalydem*, eamque ſagittam vibrantem, præter Pallada columnæ impoſitam, conſignatam ſtatuit; indeque *elegantiſſimam Stymphalidum fabulam*, quam in nullo alio antiquo mununento obſeruaſſe unquam contigerit, a ſe primum promulgatam, gratulatur ſibi vir eximius. Quum vero exſtet idem nummus, ubi eum vidimus aliquoties, in theſauris Gallorum Regiis, quique iuxta alios maximi, ut aiunt, moduli Gazæ illius nummos æreos, vulgo *Medaglioni*, eſt quoque æri inciſus, eum inde depromptum conſpiciendum hic damus; & quidem, ut præfert accuratior hic tradita & ſimul explicata eius inſcriptio: ΑΡΟΥΝ· ΝΕΙΚΟΜΑ ΑΡΧΙΕΡΕΥC ΑΡΧ. Α. ΤΟ Β ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥCΙ. *Aruntius Nicomachus, Pontifex, Archon Primus & Iterum Temenothyrenſibus.*

Ant. lib. IV. p. 263.

Thebaid. lib. IV v. 274.

Pag. 496. & 497. Vol. II.

Theſ. Græc. Antiq. Tom. I. Eee.

In Epiſt. & Carmine ante eius Numiſm. Impp.

Theſ. Numiſm. pag. 98. Pag. 47.

Quo loco illud primum, & obiter, de nummi inſcriptione dicendum eſt, haud inſolitum in antiquis Græcarum, in Aſia maxime, urbium nummis, quod norunt qui in his antiquitatibus aliquantum ſunt ſubacti, ut utraque illa ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ & ΑΡΧΟΝΤΟΣ *Pontificis* & *Archontis* dignitas, de ſacrorum & urbis ſimul præcipuo in iis magiſtratu, & quidem repetitæ utriuſque illius in hoc nummo, dignitatis fiat mentio. Id vero ſolemne fuiſſe Lydis hiſce *Temenothyrenſibus*, liquet præterea ex aliis eorum nummis, in eadem Gaza Regia ſub Gordiano Tertio, Valeriano, & Gallieno percuſſis; ubi ſimiliter *Xenophili Archontis Primi & Iterum*; aut *Cleobuli Archontis Primi*. Græca traduntur in iis nomina. Sicut vero ille, quem modo protulimus, nummus, *Sancti Senatus*, Romani ſcilicet, præfert in priori eius parte effigiem & cultum, nempe ΙΕΡΟϹ ϹΥΝΚΛΗΤΟϹ, ſic alius eiuſdem oppidi nummus a Patino alibi rurſus eſt editus, ab Harduino dein quoque memoratus: in quo hinc ΘΕΑ ΡΩΜΗ, *Dea Roma*; illinc idem *Nicomachus* ΑΡΧΙΕΡ. Α. ΤΟ. Β. *Pontifex Primus & Iterum* deſignatur. Quod vero *Stymphalidem* in eo nummo, iuxta Cl. Patinum, depictam adtinet; & quæ de cauſſa aliud e Gaza Gallorum Regia illius nummi ectypum modo adtulimus, de eo utique licet merito ambigere: quod non crepitaculum, ut Patinus exiſtimat, ſed Tibiam dextra geſtare ibi cernitur Hercules; ipſa vero auis, neque galea, clypeo, aut ſpiculis, ſicut in adducto gentis Valeriæ nummo, quodque eidem Herculeæ aui adprime conuenire vidimus, ſit armata, aut eidem ullatenus ſimilis: adeo ut Cupidinem haud immerito referre eadem figura alata, ab eruditis Gazæ illius cuſtodibus crederetur. Neque vero inſolito, in antiquis id genus monumentis, Cupidinis cum Hercule, qui toties, inuictus cæreroquin, ab eodem eſt deuictus, conſpectu: prout in gemma utique Regii Brandenburgenſis Theſauri, Cupido alatus & ſagitta itidem armatus, ſupra caput Herculis, eumque cum leonis exuuiis proſtratum veluti domans conſpicitur. Adeo ut parum eſſe debeam ſollicitus, de Patino hic adplaudentis, quique eius fide eundem nummum, in Græciæ Theſaurum ſecute & magnifice intulit, iudicio: & quo eadem opera meam de *Stymphalide* in adducto gentis Valeriæ nummo, a me olim primum obſeruata, ſententiam improbat; mihi tamen hic ſuffragantibus harum quoque antiquitatum inſigni æſtimatore, & fabularis hiſtoriæ inſuper eximie perito, Nicolao Heinſio, & quem paullo ante indicauimus, antiquariorum hac ætate anteſignano, Cl. Vaillant: cuius poſtremi ſunt edita nuper ad eundem nummum ea de re verba: " Stymphalis auis galea ornata, & duobus ſpiculis armata, cum clypeo ſupra alam læuam: dein: Quem bene errorem *Fuluii*, qui hanc a-

Num. Imper. pag. 3.

Num. Urb. Ill. pag. 492.

Theſ. Brand. Vol. I. p. 34.

Ut ſupra Fam. Roman. pag. 496. Vol. II.

" uem

„ uem pro *Sirene*, quam in gente Petronia explicuerat, nobis obtruſit, Ill. „ *Spanhemius* retexit." Id vero hic inſuper addendum eſt, ſignatum illum in gente Valeria nummum, non ad auem equidem *Stymphalidem*, ſed ad *Jouem* ſcilicet *Carium* vel *Labradæum* referri a quodam Johanne Viuiano, rerum antiquarum, uti a Torrentio commendatur, ſtudioſiſſimo, in epiſtola ad hunc eruditiſſimum Antiſtitem ea de re ſcripta, & inſerta huius ad Suetonium adnotatis. Eadem enim figura, (qua nempe viſitur depicta in eo Gentis Valeriæ nummo galeata auis, & ſpiculis armata) conſpici, ut ibi ab illo „ Viuiano dicitur, Jouem Labradæum, cum galeato ſimiliter capite, in *My*- „ *laſenſium* nummis, qui in Caria erant, in nonnullis etiam inſcriptis ΖΕΥΣ ΚΑΡΙΟΣ. Sed qua equidem notatione nihil poterat dici magis a fide id genus nummorum alienum. Neque enim in iis *Mylaſenſium* in Caria nummis, Juppiter galeatus; aut qui ullam omnino cum aui depicta in nummo gentis Valeriæ communionem habeat, vel habere alioquin poſſit; ſed ſtantis & veſtiti habitu, cum corona in capite, dextra Securim ſeu Bipennem elatam, ſiniſtra Haſtam gerentis; qualis viſitur in præclaro nummo Regis Cariæ Hecatomni in Gaza Brandenburgica, quem inde, & ex Palatina iam ante, eruditiſſimus Begerus noſter protulit & explanauit. Cui accedit eiuſdem *Jouis Labradæi* effigies, cum Calatho in capite, non autem Galea, Securi vero itidem & Haſta armati, utraque præterea manu, uti Dianæ Epheſiæ, verubus fulta, in inſigni nummo, & e maximorum genere, Regiæ Gallorum Gazæ, ſub Geta percuſſo: ſed qualem iam inter antiqua cimelia Illuſtriſſimi P. Mauroceni vulgauit Cl. Patinus. Adde, quod nullibi haćtenus ΖΕΥΣ ΚΑΡΙΟΣ viſus ſit, quod equidem ſciam, aut lećtus in antiquis nummis: ſed, quod decepit procul dubio virum præſtantem, unius literæ minus forte in iis, quos viderat nummis conſpicuæ, aut forte exeſæ mutatione, occurrit in iis aliquoties ΖΕΥC ΚΑCΙΟC, *Juppiter Caſius*, idemque Haſta, non Galea tamen, neque Labradæi Jouis inſtar, Securi armatus. Sed hæc alterius loci. Exſtat vero in priori parte nummi huius L. Valerii cum *Stymphalide*, cognomen, quod ille tulerit, ΑCΙSCULUS, ſicuti in aliis adhuc ibi apud Urſinum denariis: ſed de quo alibi agetur in hoc opere.

Torrent. Not. ad Sueton. in Claud. c. XLII.

Thef. Palat. p. 198. & Thef. Brand. Vol. I. pag. 266.

Thef. Mauroceu. pag. 77.

V.

De HARPYIIS *in Nummis.*

Haud minus e Poëtis antiquis ac mythologis notæ alterius generis alatæ itidem Virgines, cum aduncis, quibus infelicis Phinei dapes diriperent, roſtris ac inde apud Græcos ΑΡΠΥΙΑΙ, HARPYIÆ, aut alioquin, quod obſeruo, Πτωκάδες; apud Sophoclem, vel a perpetua fame, iuxta veteres ad eum Grammaticos, πτωχάδες appellatæ. Conſpiciuntur vero fœdæ illæ virgines ſeu volucres, in duobus antiquis & ſelectis nimmis, quales iam diuulgauit Cl. Patinus, nunc autem Regiæ Gallorum Gazæ; ac præterea in ſingulari Regiæ quoque penus antiquariæ Brandenburgicæ monumento, quod nouiſſime inde protulit eximius Begerus noſter. Eas vero depromptas ex iiſdem cimeliis, ad pleniorem eius, de quo nunc agimus, argumenti illuſtrationem, ac ſimul veterum Poëtarum de iis lucem; ab omni cæteroquin fœdo earum contactu, aut tetro odore immunis intueri poterit hic lector.

Philoctet. verſ. 1105. Schol. ibidem.

Num. Impp. in Tito p. 115. & M. Aurel. p. 195.

Thef. Brand. Vol. III. pag. 371.

Equa-

E quarum autem iconum, quales harum *Harpyiarum* itidem a se visas testatur antiquus auctor Æschylus, licet cum eo similiter adfirmare, alatas fuisse easdem Virgines, seu, ut eas ibi vocat, *Gorgoneas figuras*; ac proinde diuersas ab iis exstitisse Græcorum *Furias* seu *Eumenides*, quæ, iuxta eundem Tragicum, & quod alio adhuc loco ab eo dicitur ἄπτεροι seu *implumes* forent:

Eumenid. v. 250. Ibidem. vers. 50. &c.

Οὐδ' ἅπτε ΓΟΡΓΕΙΟΙΣΙΝ εἰκάσω ΤΥΠΟΙΣ·
Εἶδον ποτ' ἤδη Φινέως ηὐτρεπισμένας
Δεῖπνον φερούσας· ἄπτεροί γε μὴν ἰδεῖν.

Sed neque GORGONUM FIGURIS *adsimilabo: Vidi enim illas pictas, Phineos Cœnam auferentes: hæ autem* (Eumenides seu Furiæ) *sine pennis apparent.* Unde quoque liqueret, non ad litteram, ut dicitur, debere intelligi, quod maior ex obscœnis illis Gorgoneis Volucribus Celæno, se *Furiarum maximam* apud Maronem prædicat; errare autem Seruium, qui ipsas omnino esse Furias, idque iam ante ad Poëtam dixerat: cautius autem ab eo ad priorem locum addi: *alii dicunt ideo adsumpsisse sibi Furiæ nomen Harpyiam, ut terreat.* Quamquam dissimulari illud non debeat, cum ab eodem Marone alibi alatam tradi unam e Diris illis Megæram, de qua *ventosasque addidit alas*; tum iam ante ab Euripide, a quo πτεροφόροι ποτνιάδες Θεαὶ, *alatæ venerandæ Deæ:* quum tamen, & qua de re alio loco dicetur, eædem Eumenides non *alatæ*, sed vestitæ, & facibus ac flagellis, aut etiam serpente armatæ occurrant in antiquis aliquot & præclaris nummis: sed quod alterius loci. Adde quod eodem apud Euripidem loco, πτεροφόρους seu *alatas* inde *Furias* dicant veteres illius Tragici interpretes, tanquam *quæ ubique discurrant, & homines puniant.* Ex earundem vero *Harpyiarum* adductis modo iconibus illustrantur præterea, quæ de earum insuper figura memorant veteres Poetæ, Hesiodus, Apollonius, Lycophron, Oppianus; & e Latinis, Virgilius, Ouidius, Valerius Flaccus; ac Mythologi præterea antiqui & Grammatici, Apollodorus, Heraclitus, Palæphatus, Hyginus, Seruius, aliique; qui non alas solum iis, uti insuper ab Anaxilao Comico apud Athenæum, & quibus celerrime quidem ac in sublime auolarent, sed *virgineos* etiam *vultus* cum Marone tribuunt: quæ hic ut contrita & vel iis nota, qui nondum ære lauantur,

Ego Furiarum maxima pando. Æn. III. vers. 250.
Ad vers. 210. Ibid.
Ad vers. 250. Ibid.
Æn. VII. vers. 848.
In Oreste vers. 317.
πτεροφόρους. πτερωθῆναι περιέχουσαι, καὶ τιμωρούμεναι τοὺς ἀνθρώπους. Schol. ad Orest. v. 37.
Πτερωτὰ Ἁρπυιῶν γένη. Lib. XIII. p. 558

lauantur, iam mittimus. Id ſolum addere liceat, uti *Furiarum* nomen paullo ante dictis hiſce *Harpyiis*, & ob terrorem, inditum vidimus: ita eas de *Parcis*, ſæuis quoque Deabus, ſubinde dictas; & quidem ad exemplum ipſius vatum Parentis de Ulyſſe, ſubita velut morte aut ignota, e viuis ab *Harpyis* ut credebatur, erepto, in inſcriptione Regillæ Herodis coniugis:

Ἁρπυιαι κλωθῶες ἀνηρέψαντο μέλαιναι. Verſ. 14.
Harpyiæ lanificæ rapuerunt nigræ.

uti pro κλωθῶνες bene omnino κλωθῶες legendum, qui & dictum Homeri locum ibi adduxit, monuit ὁ πάνυ, & ex Heſychio illuſtrauit, apud quem Κλωθῶες (non ut ibi legitur, Κλῶθες) αἱ Μοῖραι. Unde etiam, ut hoc addam, κλῶσις, Parcarum *ſtamen* apud Lycophronem dicitur, & Μοῖρ' ἐπέκλωσεν, *Parca decreuit* apud Æſchylum, alioſque. Quod vero *uncas* ſeu *aduncas manus* iis Maro inſuper largiatur, id omnino de aduncis harum rapacium volucrium unguibus ſeu roſtris, nempe γαμφώνυξι intelligendum monuit ibi continuo Seruius; in adductis vero paullo ante earum iconibus manifeſtum; ac prout de iis quoque ab Apollonio dicitur:

Salmaſ. in Not. ad Inſcr. Regill. p. 96.

Caſſandr. verſ. 716. Eumen. v. 216. Æn. v. 217.

ΑΡΠΥΙΑΙ στόματός τε χειρῶν τ' ἀπὸ ΓΑΜΦΗΛΗΣΙ
Σιωχλαι ἥρπαζον
Argon. lib. II. v. 188.
Harpyiæ *ex ore & manibus* Rostris
Jugiter rapiebant.

Mitto iam Mythologos, qui id de meretricibus, aut ipſius Phinei filiabus dictum volunt, quæ omnem rem eius familiarem conſumerent. Totam vero hinc de rapacibus hiſce *Harpyis* fabulam, de *locuſtis* debere intelligi, cum ad Heſiodum nuper, tum iam ante pluribus in Diſſertatione de ſtatua Lothi uxoris, & qui conſuli ibidem eam in rem poteſt, ne actum iam agamus, tradit eruditiſſimus Clericus. Neque certe aliena a Græcorum vocc ἀρτυία, Hebræa vox in veteri Fœdere אַרְבֶּה *arba*, maxime ob notam litterarum ב & פ permutationem. Adde, & apud Heſychium ἔρπας, *locuſtæ fœtus*, & apud Arabas *orphan*, *locuſtæ* prope Medinam, genus: maxime autem id, quod de abſumentibus omnia *locuſtis*, famem inde inducentibus, contactu præterea cuncta fœdantibus, & inficientibus tetro odore aerem, ex Arabum monumentis erudite obſeruat, doctiſſimus Bochartus; qui cæteroquin de fabuloſis illis Græcorum *Harpyis* inde natis, quibus hæc omnia mire conueniunt, ibidem ſilet. Idem vero de hiſce *Harpyis*, pro *locuſtis*, & Hebræa voce *arbah*, quæ id inſuper doceat, monentem quoque video in nouiſſimo & luculento opere, virum de ſacris doctrinis præclare meritum Johannem Jurieu.

Ad Theogon. v. 276.

Exod. x. 4. Joel. i. 4.

Hieroz. lib. IV. c. 3. 4. P. II.

Hiſt. Critiq. & Dogm. p. 634.

VI.

De Scylla *in Nummis.*

Scyllam vero cum virgineo itidem vultu, ſeu quæ *pulcro pectore virgo Pube tenus*; ſed cum latrantibus canibus infima inguinum parte, obuius Sexti Pompeii denarius exhibet; figura ita Maronianæ deſcriptioni conſentanea, ut illius nummi circa eadem tempora percuſſi interpres diuinus Poëta exſtitiſſe videatur. De monſtri vero huius origine ac nomine, illud præter Grammaticos tradit Procopius, inde *Scyllæ* nomen ei inditum, quod in ea freti parte magna ſit σκυλάκων, ſeu *canum* piſcium copia, quos vocant. Quod

Hiſt. Goth. lib. III. cap. 27.

vero σκύλλα idem ſit quod σκύλλω, aut σκύλαξ, ſeu *catulus*, a *latratu* proinde undarum eo in tractu, dictum locum & oppidum *Scylacium*, Virgilio *naufragium Scylacium*, ac inde fabulæ nomen, obſeruat ad Catullum doctiſſimus Iſ. Voſſius; ſed quod iam ad Virgilianam, ubi de hac *Scylla* agitur, Cirin monuerat illuſtris Scaliger. Alias idem monſtrum quoque exhibet ſingularis quidam nummus a *Tarſenſibus* percuſſus, quem obſeruabam nuper in Regia Gallorum Gaza, & cuius ectypum iam vulgauit Triſtanus: ſed ita, quod hic inſuper addendum eſt, ut de *Scylla* in eodem expreſſa ibi ſileat, ac Amphitriten Neptuni coniugem, ſignari cenſeat nobilis Antiquarius. Unde haud erit omnino inconſultum, vel lectori, ut opinor, ingratum, ſi præclari illius nummi, qui exſtat in Theſauris Gallorum Regiis, & a me ante tot annos viſi, ac inde in ſuperiori iam huius operis editione memorati, iconem hic intueri continuo ei liceat:

Obſeru. pag. 208.

Tom. II. pag. 406.

Pag. 219.

Signatus nempe ille nummus (quem in nuperis antiquæ Græciæ Theſauris vulgatum quoque video) quod prior eius pars continuo arguit, ſub Pupieno, & quidem, ut ex altera eius parte liquet, *Tarſi, Ciliciæ Metropoli*. Exhibet vero ille, ut ad primum eius conſpectum liquet, marini id genus monſtri, quod μιξοπάρθενον κύων, *ſemiuirgo canis*; alibi, ἀγρία κυών, *ſæuam canem*; item μιξόθηρ, *ſemiferæ* nomine a Lycophrone dicitur; ab Æſchylo κυνῶπις, *canina impudentia*; ab Anaxilao autem Comico apud Athenæum, non *marina* ſolum *canis*, ſed *triceps* etiam, quod tamen in antiquis hiſce, quibus eadem *Scylla* depingitur, monumentis non comparet, nempe:

Caſſandr. verſ. 669. Ibidem. v. 45. Ibidem v. 650. Choeph. v. 624.

Lib. XIII. pag. 558.

Ἢ χάρυβδις, ἢ τρίκρανος ΣΚΥΛΛΑ πανδίκη κύων,
Vel Charybdis, aut triceps SCYLLA, *marina canis*,

Unde a Catullo ſimiliter *latrans infima inguinum parte*, ſicut alioquin *Scylla vorax* dicitur. Hinc *Scyllæ* utique, non vero, iuxta celebrem antiquarium, *Amphitritæ*, quæ amatam illam a coniuge Neptuno virginem, in marinum id genus monſtrum, Circes venenis, mutaſſe a priſcis Grammaticis dicitur, figuram illam hoc Pupieni nummo, pube tenu virgini, *Delphinum* præterea, quod de eadem ait Poeta, *caudas utero commiſſæ luporum*, tribuendam eſſe quiuis videt. Neque vero, ut obiter hoc addam, magis opportune, *Amphitriten*, unam e *Sirenibus* fuiſſe, eamque in parte Fori Orientalis conſpicuam, a viro erudito P. Gryllio traditum paullo ante vidimus.

Epigram. LX. Epithal. Thetid. v. 156.

Seruius ad Ecl. VI. v. 74. Æneid. III. v. 427.

Topogr. Conſtantinop. lib. III. cap. 4.

VII.

De CERBERO *in Nummis.*

CERBERUM autem, reuera [a] τρίκρανον, iuxta Poëtarum figmenta, σκύλακα, *tricipitem canem*, immo etiam [b] τρισώματον, *tricorporem* ab iis dictum, depictum haud ſemel videmus in vetuſtis aliquot nummis. Eum equidem cum Hercule domitore, in altera nummi parte, nummus exhibet *Piſaurio-rum* apud Goltzium, & eidem geminus in Gaza Medicea: ſicut eundem *Cerberum*, ſub arbore, quem dextra Hercules domat, ſiniſtra clauam & pellem leoninam gerens, in nummo Gordiani, & quidem e maximorum genere, a *Perinthiis*, ſeu Heracleotis Thracibus cuſo adſeruat eadem Gaza. Haud aliter nempe ac in alterius *Heracleæ*, Ponticæ nempe, & ſub eodem Gordiano, nummis ſpectatur idem Hercules, qui vinctum in antro *Cerberum* tenet; uti etiam in Macrini nummo, apud illuſtrem Foucautium, ſtans Hercules cum Claua, & ad pedes idem triceps canis. Inde vero depictus opportune in illis *Heracleæ* huius *Ponticæ* nummis, cum domitore ſuo *Cerberus*; quod per Acherontem fluuium, eidem urbi, ut aliunde conſtat, vicinum, *Heracleæ* eductus ille ab Hercule dicitur a [a] Græcis Nicandri Interpretibus; a [b] Xenophonte vero, Herculem ibi ad *Cerberum* deſcendiſſe, ut ſigna eius deſcenſus id adhuc ſua ætate oſtendant. Adde [c] Plinium de aconito agentem: *Ortum fabulæ narrauere, e ſpumis* CERBERI *canis, extrahente ab inferis Hercule; ideoque apud* HERACLEAM *Ponticam, ubi monſtratur is ad inferos aditus, gigni*: qui autem locus ex auctoribus & monumentis modo adductis poterat inſuper a poſtremo ad erudito eius interprete obiter, ut alibi ab eo factum, illuſtrari. Unde vero illuſtratur, id quod a Libanio præter alios traditum notaueram, & iam vidiſſe Triſtanum poſtea deprehendi: nempe domito demum illo tricipite Cerbero, conditam ab hoc Heroe urbem ſibi cognominem Heracleam: in quam alias deductum ex inferis Cerberum refert quoque Diodorus. Mitto hic Scymnum Chium, qui de Acherunte haud procul Campaniæ Neapoli, luſtrata olim a nobis ora, eiuſque nominis obuia ibi adhuc palude, illud de Cerbero inde educto eſt interpretatus:

ἔνθ' ΚΕΡΒΕΡΙΟΝ τι δεικτικὸν
Ὑπὸ χθονὶ μαντεῖον.

ubi CERBERIUM *quoddam oſtenditur ſub terra Oraculum.* Eundem vero *Plutonis canem*, uti ab Euripide alibi dicitur, cum Plutone, ſeu iuxta ſedentis pedes, ſpectare licet in duobus ſequentibus, iiſque præclaris neque vulgatis hactenus, Gazæ Mediceæ nummis; quorum prior eſt a *Trallianis* in Proconſulari Aſia ſub Antonino Pio cuſus, & inſcriptus ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ: alter a *Midæis* in Phrygia, ſub Antonino Caracalla, cum nomine ΜΙΔΑΕΩΝ. E quibus autem nummis, ſi id aliunde non conſtaret, nec a [a] Græcis etiam Auctoribus eſſet olim proditum, eundem Serapim cum Plutone habitum, liceret continuo agnoſcere.

a Sophocl. Trach. v. 1114 Eurip. Herc. Fur. v. 1277.
b Idem Herc. Fur. v. 1277. Mag. Græc. Tab.

Triſt. Tom. II. p. 543. Vid. Vaillant. Græc. Num. Impp. p. 121.

a Ἀχερουσίου πεδίου καὶ Ἡρακλείας τῆς πολιχνης, ἔνθα τὸ ἄδης καὶ ὁδὸς καὶ ἄγειν Ἡρακλῆς. Schol. Alex. v. 13.
b Expedit. Cyr. lib. VI. c. 2.
c Lib. XXVII. cap. 2.
De Vita ſua pag. 12.
Ut ſupra T. II. pag. 543.
Lib. XIV. pag. 413.

Perieg. v. 248.

Πλούτωνος κύων Alceſt. verſ. 360.

a Diodor. Sicul. lib. I. pag. 22. Plutarch. de Iſid. cap. 13. Porphyr. ap. Euſeb. Præp. Euang. lib. IV. cap. 23.

Quibus

Quibus etiam haud diſſimilem nummum, ſedentis nempe Serapidis ſeu Plutonis, ad cuius pedes Cerberus, exhibet *Pheneatarum* in Arcadia nummus, cum Plautillæ in anteriori area, Caracallæ coniugis, effigie. Quo loco id ab Æliano traditum adferre obiter liceat, Stygis, ac inferorum proinde, aquam a Cerere prope hanc urbem *Pheneum* emiſſam ferri. Ut nunc mittam inſignes gemmas in quibus *Tartareum* illum, uti a Marone dicitur, cuſtodem domans & vinciens cernitur Alcides, cum apud Leonardum Agoſtini; tum in inſigni gemma, quam e pretioſis cimeliis Brandenburgicis, eamque nobilis artificis, ut eadem præfert, Dioſcoridis manu cælatam, protulit ac illuſtrauit præſtantiſſimus Begerus noſter. Adde præclarum nummum a Cl. Patino vulgatum, in quo duo Poſtumi; illinc Hercules vinctum trahens tricipitem illum Cerberum, cum memorabili inſcriptione, HERCULI IMMORTALI: nempe ut ea de re Maro,

Vid. Vaill. Num. Græc. Imper. p. 116.

De Animal. lib. x. cap. 40.

Theſ. Brand. Vol. III. pag. 192.

Theſ. Num. p. 89.

Ipſius a ſolio Regis traxitque trementem.

Æn. VI. v. 396.

Hunc vero *Cerberum*, dictum putat vir eruditiſſimus, a voce Hebræa כרבראש *Kerbroſch*, e duabus nempe *compoſita*, *Kreb*, *prælium*, *& roſh*, *caput*; qua autem denotatur canis aptus fugandis lupis, & inuadendis aliis feris: Græcos vero interpretes intellexiſſe חברראש *Cherbroch*, quaſi *multorum capitum* unde nonnulli *tricipitem* fecerint Cerberum; alii, ut Heſiodus πεντηκοντακάρηνον, *quinquaginta capitum*; Pindarus vero duplicato etiam numero, ἑκατονταλίφαλον *centum capitum* dixerit. Quæ ut ingenioſe a viro varia doctrina celebri reperta lubens fateor; ita ne adſenſionem meam iis continuo præbeam, facit, quod nihil in iis videam, quæ non aliis, vel veris, iuxta primam Hebræam vocem, a viro eruditiſſimo adductam, vel fabuloſis, iuxta poſteriorem, puta πολυκεφάλους quoque animalibus, uti de *Chimæra* mox idem Heſiodus, [a] τῆς δ' ἦ τρεῖς κεφαλαὶ, *tria vero erant illius capita*; ac ſimiliter de *Hydra*, ut [b] ἑκατογκεφάλῳ & [c] μυριοκεφάλῳ, *centum*, aut *innumerorum etiam capitum*, & qua de re mox, Euripides; aut vero *centicipe* item Typhone, dici poſſint. Nihil equidem in Hebræis illis vocibus ita compoſitis exſtare liquet, quibus fabuloſus ille Græcorum *Cerberus* potiſſimum deſignetur; ſeu, quod ea, quæ eidem propria & peculiaria adfingunt veteres poëtæ, continuo denotet: nempe, primo, quod dictus ſit & habitus *canis*; alterum, ut ab Euripide alicubi dicitur, ᾅδου πυλωρὸς, *inferorum oſtiarius*; ſeu, iuxta Horatium, *janitor Aulæ*: adde quod colubris ſeu anguibus cinctum caput habuerit. Mitto, quod *triceps* equidem, ſeu τρίκρανος, aut τρικάρηνος, *triuertex*, ſeu *triceps* dictus ſit plurimis Græcorum Poëtis & Mythologis idem *Cerberus*; immo etiam, ut paullo ante diximus, τρισώματος, ſeu *tricorpor*, prout ille in antiquis etiam eorum monumentis, quod paullo ante vidimus adhuc conſpicitur; ab uno vero Heſiodo, πεντηκοντακάρηνος, *quinquaginta capitum*; a Pindaro vero, non quidem *Cerberus*, quod ſciam, ſed Typhon, de quo modo gigas, ἑκατονταλίφαλος *centiceps* ſit dictus, qui

Jo. Clericus. ad Heſiod. Theogon. v. 311.

Theogon. v. 313.

a Theogon. v. 321.
b Hercul. Fur. v. 188.
c Ibid. v. 419.

Hercul. Fur. v. 1277.
Lib. III. Od. 11.

Olymp. Od. IV. v. 10.

qui & alibi ſimiliter ἑκατόγκεφαλ⊖, & ἑκατογκάεφαν⊖, ſeu *centiceps* traditur. Apud Horatium quidem *bellua centiceps* de eodem Cerbero dicitur; ſed ita, & quod viderunt iam nonnulli interpretes, ut id ad *centum* ſcilicet *angues*, quibus *munitum eius caput*, & quidem *ore trilingui*, dixit alio loco Lyricus, referri continuo debeat. Quod ſi ex Oriente omnino petenda ſit huius vocis ſeu de *Cerbero* origo, aliud quid quærendum, de quo iam non laboramus, videtur; & quidem quod propius aliquanto ad *canem*, eumdemque vigilem, ac indomitum (niſi forte ab Hercule) inferorum cuſtodem ſeu *Oſtiarium*; illumque præterea tricipitem ſimul & tricorporem reſpiciat; ac ita unde origo traditæ de illo fabulæ liquidius pateat. Mitto quod *Cerberum*, non iam de *cane*, ſed de immani *ſerpente* ab Hecatæo dictum tradit Pauſanias: canem vero τεμάχεον, a *Tricoria* Siciliæ ciuitate appellatum, Palæphatus, de eodem vero *Cerbero*, ut Aidonei filio, Theſprotarum autem Rege, & a prædonibus in ſpelunca abdito, ac inde ab Hercule educto, Mythologus Græcus Anonymus, ab Allatio primum editus. En vero eiuſdem tricipitis Cerberi effigiem in memoratis ſupra, cum inſigni *Perinthiorum*, ſeu *Heracleæ Thracicæ*, nummo Gazæ Mediceæ haud hactenus edito, cum Gordiani vulgo Pii effigie in anteriori nummi parte; tum in altero *Heracleæ Ponticæ*, ac ſimiliter *Poſtumorum*, cum domitore Hercule, ſine ullis cæteroquin, uti nec in adductis paullo ante nummis *Trallianorum* & *Midæorum*, colubris vel anguibus, quibus cinctum *furiale*, ſeu Eumenidum inſtar, eius *caput* dicentem vidimus Horatium:

Pyth. Od. VIII. v. 25.
Ibid. Od. I. v. 31.
Lib. Od. 13. *Quamuis furiale cinctum muniant angues caput eius.*
Lib. III. Od. 13.

Lib. III. pag. 212. Cap. XXXIII.

Περ. Ἀπίστ. cap. 6.

VIII.

De CHIMÆRA *in Nummis.*

CHIMÆRAM vero oſtendunt non vulgares ſolum *Corinthiorum* nummi, una cum Bellerophonte, ſed alii etiam *Seriphiorum*; cuius rei cauſſam ignotam ſibi fatentur eruditi antiquarii. Haud aliam vero exiſtimarem, niſi deductam forte ea in loca ignobilis cæteroquin inſulæ a Corinthiis coloniam; ſicut de illo more inde petendi gentis inſignia agetur alibi. Ab Athenienſibus quidem deductos primum noui *Seriphios* ex Herodoto; ſed ita ut nihil obſtet alio tempore eoſdem a Corinthiis inſtauratos. Polydectem vero & Dictyn *Seriphi* conditores referri ab Apollodoro videas, quorum cæteroquin, ubi de Seriphiis agit, fit a Strabone mentio. Alias non Bellerophontem quidem, ſed Perſeum in Inſulam illam adpuliſſe, memorat idem [a] Strabo, [b] aliique auctores, qui adlato Gorgonis capite incolas in lapides conuerterit. Ut proinde haud mirum foret, a Tacito eandem inſulam, *ſaxi Seriphii* nomine appellari: niſi quod adeo ſaxoſa fuerit, iuxta Strabonem ac Euſtathium, indicatis modo locis, ut comice ludentes dicant, hoc ei a Gorgone accidiſſe:

Lib. VIII. cap. 48.
Biblioth. lib. I.

Lib. X. p. 487.
a Ibidem.
b Euſtath. ad Dionyſ. ad verſ. 525.
Annal. lib. IV. cap. 11.

Satyr. x. verſ. 169. adde, quod uti a Iuuenali *parua*, ita ab Origene contra Celſum, de ea *minima & ignobiliſſima inſula*, ἐλαχίστης καὶ ἀσημοτάτης νήσου, dicitur. Præter adductos vero
Lib. 1. p. 13. huius Inſulæ a Goltzio nummos cum *Chimæra*, alii ſimiliter in Gaza Bran-
Theſ. Brand. Vol. 1. p. 436. denburgica, unde unus iam vulgatus, ac in Medicea itidem proſtant. Neque prætereundum hoc loco, obſeruatum a me alicubi in collectionibus antiquarus Pyrrhi Ligorii, quas habuit Chriſtina Auguſta, & de quibus in ſuperiori Diſſertatione obiter egimus, nummum Hadriani, in cuius auerſa itidem parte Bellerophon Pegaſo vectus, & *Chimæra* depinguntur, cum loci nomine ΑΛΑΙΩΝ ΚΙΛΙΚΩΝ, *Alæorum Cilicum*. Luculentum vero illius nummi interpretem dabimus continuo hic Homerum, qui Bellerophontem in eo loco ſeu *campo Aleio* tradit ſolum oberraſſe:

Iliad. 2. v. 201. Ἦτοι ὁ καπετὸν τὸ ΑΛΗΙΟΝ οἶος ἀλᾶτο.

Videlicet hic per campum ALEIUM *ſolus errabat.*

quem autem fuiſſe *Ciliciæ campum*, ſeu πεδίον, & inde ab hac in eo huius Bellerophontis oberratione, Ἀλήϊος nomen nactum, tradunt breuia & antiqua ad hunc Homeri locum Scholia. Ad quæ reſpexit proinde Stephanus Byzantius, licet ea de re ibi ſileant eius interpretes, qui in voce Ταρσοὶ obſeruat, lapſum in terram cum Pegaſo Bellerophontem, in *ſolo huius Ciliciæ urbis oberraſſe*, ἐν τῷ Ἀλητίῳ πεδίῳ πλανηθῆναι. Idem vero in voce Ἀλαὶ notauerat, urbem illam eſſe *Ciliciæ*, a qua dictum ſit Ἀλήϊον πεδίον, & ad quam proinde ſpectat adductus ille a Pyrrho Ligorio cum Bellerophonte, Pegaſo, & Chimera nummus, & inſcr. ΑΛΑΙΩΝ ΚΙΛΙΚΩΝ· cuius autem nummi a me olim eam in rem memorati, fit ab erudito Berkelio ad eum Stephani locum mentio. Quibus conſona etiam legas apud Heſychium, in voce Ἀλήϊον. *Chimæram* alias cum Ibide calcantem Crocodilum videre licet inter editas Gemmas antiquas Leonardi Agoſtini: ſicut rurſus, iuxta *Corinthiorum* nummos, cum Bellerophonte Pegaſo vecto, & *Chimæram* debellante, in alia gemma Theſauri olim
Theſ. Palat. p. 62. Palatini. Quum vero aliquis videatur inter antiquiſſimos, qui de hac *triformi*,
Lib. 1. Od. 27. ut ab Horatio eadem dicitur, *Chimæra* agunt, poëtas diſſenſus, Homerum puta & Heſiodum; quorum [a] illi ea dicitur anteriori parte Leo, poſteriori Draco, media autem Capra, ſeu Græco eius nomine, *Chimæra*: [b] Heſiodo vero, tria eam habuiſſe dictorum animalium capita: hinc utique haud ab re erit hoc loco, ſi, ut in tradendis fabulis ſolet contingere, haud unam quoque ſed quæ utriuſque poetæ deſcriptioni patrocinetur, expreſſam huius *Chimæræ* in antiquis nummorum aut gemmarum monumentis effigiem hic continuo ſubiiciamus. Neque enim hæc Antiquariis ſolum ſcribimus, aut iis quibus obuia id genus nummorum ſupellex continuo ante oculos poſita, & quibus proinde leuia hæc forte & trita vicebuntur.

a Πρόσθε λέων, ὄπιθε δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Iliad. 2. v. 181.

b Τὴν δὲ τρεῖς κεφαλὰς &c. Theogon. v. 321.

Unde inſuper liquet, cur iuxta, de quo paullo ante, Cerberum, τεθρεμμένον etiam ſeu *tricorporem Chimæram* vocat alicubi Euripides; ac ubi præterea Bellerophontem Pegaſo inſidentem, eamque perimentem deſcribit; optimum proinde adductorum etiam modo nummorum, & qui tales utique imagines videtur ante oculos habuiſſe, interpretem,

Καὶ

Καὶ μὰν τόνδε ἄθρησον
Πτεροῦντ' ἐφέζον ἵππου,
Τὸν πυρπνείουσαν ἀνίκ'
Τετρώμαλον ἀλκάν. Jon. v. 201. &c.

Et illum ſpecta, Inſidentem equo alato, Qui ignes ſpirantem interfecit Tricorporem vim, ſeu *Chimæram.* Quemadmodum vero *Chimæram* πυρπνείουσαν, ſic χίμαιραν πῦρ πνέουσαν, *Chimæram ignem ſpirantem* dixerat iam ante, præter [a] Heſiodum, [b] Pindarus, ac inde *Chimæræ ſpiritus igneæ,* & alibi *tremendæ flamma Chimæræ,* Græcorum & Lyricorum quidem paſſim in illis carminibus imitator Horatius; ita hiſce ad *Chimæram,* Lyciæ montem in Phaſelide, & quidem *immortali,* iuxta Plinium, & Cteſiam Cnidium, qui ab eo adduciur, *noctibus ac diebus flamma,* reſpici viderunt iam alii, ac e veteribus quidem [a] Strabo & [b] Plutarchus. Unde etiam *Chimæræ* vocem, ſcriptam Phœniciis litteris חמירה *Chamirah,* ſignificare *aduſtam,* quod nomen *ignem ſpiranti Chimæræ* monti, ac inde traditæ de ea fabulæ, adprime conueniat, nuper ad Heſiodum monuit eruditiſſimus Clericus. Etſi Plutarchus aliam quoque tradit fabulæ huius de *Chimæra* originem: nempe exſtitiſſe quendam in Lycia *Chimarum* ducem ſeu latronem, qui in nauis prora leonis, in puppi draconis haberet inſigne, nempe a Bellerophonte interfectum. Eandem vero triformem *Chimæram,* uti, de quibus egimus hactenus, *Scyllam, Cerberum,* aut, de quibus mox, *Pegaſos, Centauros,* fabuloſis poëtarum commentis adnumerandos, haud uno loco tradiderat [a] Plato, ac ſimiliter [b] Cicero. Quibus addi poteſt Anaxilaus Comicus apud [c] Athenæum, ubi meretrices cum *Chimæra* πυρπνόῃ *ignem ſpirante, Scylla* præterea, *Sphinge. Sirene,* de quibus hactenus, ac *Hydra,* de qua mox, & *Charybi,* totidem maleficis belluarum monſtris, feſtiue comparat.

[a] Theogor. v. 319.
[b] Olymp. Od. XIII. v 128.
Lib. II. c. 106.
[a] Lib. XIV. p. 661.
[b] De Virtute Mul. p. 248.
Ad Theogon. v. 315.
Ut ſupra.
[a] De Republ. lib. IX. & in Phædro p. 229.
[b] De Natur. Deor. lib. II. cap. 2.
[c] Lib. XIII. pag. 558.

IX.

De HYDRA *in Nummis.*

Hanc autem, de qua modo, HYDRAM, eamque, non iam triceps, ſed ſepticeps monſtrum, eiuſdemque debellatorem Herculem, ſignatum quoque videmus in variis Græcorum nummis, qui decantatos illius Amphitryoniadæ labores ſubinde ante oculos ponunt. Quo ſpectat præclarus quidam & plane ſingularis nummus Herculii Maximiliani, haud ſemel mihi inſpectus in Gaza Chriſtinæ Auguſtæ, & e maximorum, ſeu *Medaglioni,* quos vulgo appellant veſtrates, genere: in quo Hercules viſitur *Hydræ* illius πολυκεφάλου multorum capitum, cum qua decertat, victor, cum inſcriptione, HERCULI DEBELLATORI. Per *Hydram* autem, renaſcentem poſt tot funera, Chriſtianorum gentem intendit deſignare nouus ſcilicet hic Hercules; qui velut de proſtrata eadem ac triumphata, cum Iouio ſuo Collega, hoc apud poſteros monumentum voluit perennare. Gemina laus ab utroque Auguſto impie quæſita iam olim in veteri lapide, quem iam adtulit purpuratus Annalium Scriptor.

DIO-

DIOCLETIANUS IOVIUS ET
MAXIMIAN. HERCULÆUS
CÆS. AUGG.
AMPLIFICATO PER ORIENTEM
ET OCCIDENTEM
IMPER. ROM.
NOMINE CHRISTIANORUM
DELETO QUI REMP.
EVERTERANT.

Vides utique eum lapidem, luculentum nummi huius commentarium, & utrumque vaniſſimæ haud minus quam impiæ iactationis monumentum. Sic Julianum audias Conſtantii comites vocare, πολυκέφαλον ΤΔΡΑΝ, HYDRAM *multorum capitum*; ut germanum illius Principis in Chriſtianos odium agnoſcas. Ita improborum quoque ſupplicia, *Hydræ* renaſcenti comparat alicubi gentilis itidem Libanius; ſicut alias Proæreſii æmulos, Sophiſta Eunapius. Neque vero ad *Hydrum* ſerpentem ab Hercule peremptum, ut vulgo mythologi, ſed ad *Hydram* quandam mulierem Sophiſtices peritam, & ab Hercule, non citra opem Jolai fratris, deuictam retulit iam olim eam fabulam Plato. Alias veterum Mythologorum [a] *Palæphati*, [b] *Heraclidis*, [c] *Heraclidis Pontici*, de hac multorum capitum & renaſcente *Hydra*, Lernææ cæterorum paludis ſerpente, ſententias apud eoſdem obuias hic mitto. Quod vero ſymbolum, *Hydræ* nempe nummo, de quo agimus, expreſſæ, haud male ſcilicet in Chriſto addictorum ſectam, & ſociam utriuſque Auguſti in eadem debellanda operam, quadrare furentibus videbatur. Alias, ad inſtar huius *Hydræ*, ſeu Draconis vulgo cum ſeptem capitibus depicti in iiſdem nummis, ἑπτακέφαλος Dracones apud Brachmannos exſtitiſſe, obſeruat Damaſcius in vita Iſidori apud Photium. Quam in rem pulcherrimum, & e maximorum nummorum genere in Gaza Gallorum Regia, ſub L. Vero, *a Pruſienſibus ad Hypium* percuſſum cum Hercule, ἑπτακέφαλον, *ſepticipem* hanc *Hydram* debellante, retro autem columna cum impoſita eidem Pallade, in certaminibus ei adiutrice, iuuabit omnino hic adponere.

Epiſt. XXIII. p. 389. ult. ed.

In Baſilico. pag. 148. In Præreſio.

In Euthydemo. a Cap. XXXIX. b Περ. Απίστων c. 18 c Alleg. 6. p. 453. ed. Th. Gale.

Biblioth. pag. 1041.

Pruſienſes nempe, ut obiter hoc addam, hi ad *Hypium*, non montem quidem, iuxta Plinium, ni ille ibi in mendo cubet, ſed fluuium omnino Bithyniæ; ut non e Ptolemæo ſolum, aut vero Latinis Concilii Nicæni Actis, quod ad dictum Plinii locum, & in opere de nummis antiquis illuſtratis obſeruat vir eruditus; ſed ab antiquioribus iam Geographis, a Scylace, Arriano in Periplo Ponti Euxini, & Marciano Heracleota in Bithyniæ Periplo, monitum inſuper conſtat:

Lib. V. Sect. 43.

Hard. p. 411.

conſtet. Adeo nulla ea de re dubitandi cauſſa viro docto ſuberat, an mons vel fluuius foret deſignatus in illis Bithynorum Pruſienſium nummis *Hypius*: ſed inde potius emendandus vel redarguendus Plinius. Ad cuius vero *ad Hypium Pruſiados* diſcrimen, ſignati in aliis nummis *Pruſienſes ad Mare*, ΠΡΟΥCIEIC ΠΡΟC ΘΑΛΑCCAN, cum apud Goltzium; tum in ſingulari nummo Regiæ Gallorum Gazæ, hinc cum Apolline laureato, illinc cum Tripode, cuiuſque olim a me, & alio quidem loco, facta occurrit mentio. Quamquam non ſeptem, ſed nouem etiam capita *Hydræ* tribuat eo loco, quem ſupra adtigi, Gregorius Nazianzenus; ubi tria *Chimæræ*, totidem *Cerbero*, ſex autem *Scyllæ*, quod vidimus, & ad fidem huius in Tarſenſium nummo depictæ, imputat: immo, ut id paullo ante adtigimus, *centum* etiam *capitum*, nempe ἑκατονλαχιράλω, alibi vero *infinita capita habentem Hydram*, μυριόκρανον Hercul. Fur. v. 1188.
ὕδραν, dicat Euripides: nempe, quod alio rurſus loco eiuſdem dramatis aut Ibid. v. 419.
de ſe Hercules:

Τὴν τ' ἀμφίκρανον ἐκ παλιμβόλαις ἰυγαῖς Ibid. v. 1274.
ΥΔΡΑΝ φονεύσας.
Et utrimque habentem capita & repullulantem canem
HYDRAM *interfecit.*

Ad priorem vero Tragici locum de *centicipe Hydra*, illud addendum eſt, in alio rurſus dramate de eadem ab eo dici ἑκατὸν ἐχίδνας ὕδρας, *centum viperarum Hydræ*, in clypeo nempe Capanei, unius e ſeptem ad Thebas Græcorum ducibus depictæ; ac ubi Græci interpretes: ἐχιδνοκέφαλος γὰρ ἡ ὕδρα, *viperi-* Schol. Ibidem
num enim caput Hydræ. Noſti cæteroquin quam diuerſa nonnunquam, quod paullo ante iam adtigi, de iiſdem commentis tradant antiqui fabulatores; aut quantum ſibi pictores ac cælatores olim nonnunquam indulſerint, in iiſdem exprimendis: aut denique quam veniam ſubinde mereantur, qui in talibus referendis minus ſe præſtant accuratos. Spectatur vero ſimiliter debellator huius πολυκεφάλου *Hydræ* Hercules, in alio Regiæ Gallorum Gazæ nummo, a *Nicæenſibus* Bithynis ſub Julia Domina, percuſſo; item a *Metropolitis* in Jonia ſub Traiano; a *Tarſenſibus*, ſub Caracalla; & ab *Agyrinæis* in Sicilia apud Parutam, & a *Phæſtiis* Cretenſibus apud Goltzium, ac in Gaza Medicea, ac unde deprompta ſequens effigies, aliiſque adhuc antiquis nummis.

X.

De GRYPHIBUS *&* PEGASIS *in Nummis.*

De GRYPHIBUS *in Nummis.*

GRYPHAS autem & PEGASOS, alatos velut Equos, Græcorum & Latinorum nummi frequenter exhibent; quamquam de poſtremis videatur dubitare Plinius, an eadem fabuloſis velit adnumerare: Æthiopiam enim multa ſimilia monſtra generare, *pennatos equos & cornibus armatos, quos* PEGASOS *vocant*, alicubi agnoſcit: alibi vero, PEGASOS *equino capite volucres, &* GRYPHAS *aurita aduncitate roſtri, fabuloſos reor; illos in Scythia; hos in Æthiopia.* Cteſias autem veros id genus Gryphas agnoſcere non veretur; nempe aues, ut eas deſcribit, quadrupedes, lupi magnitudine, cruribus & unguibus leoninis, pennis in pectore rubris, reliquo corpore nigris. Ut alios mittam, quibus ii ad Euphratem traduntur inſpecti, & proinde Εὐφρατήσιοι γρῦπες, *Euphratenſes Gryphes* nuncupantur. Quomodo etiam *Gryphas* naſci in Hyperboreis montibus, qui omni parte ſint Leones, alis vero & facie Aquilis ſimiles, tradit ad illud Maronis, *iungentur iam Gryphes equis*, Seruius: additque, quod ſint *Equis vehementer infeſti, Apollini autem conſecrati.* Ad quos proinde Hyperboreos *Gryphas* referri debet, id quod de Arimaſpis monoculis, & *Gryphibus* aurum coſtodientibus, & qui ſunt iis conterminі, tradunt ſimiliter [a] Herodotus, ac [b] Pauſanias, quique, ut hic addit, ſint leonibus ſimiles, cum roſtro vero & pennis aquilinis: immo prout iidem *Gryphes*, cum *Arimaſpis* ut iiſdem vicini, coniunguntur apud Æſchylum, & cuius ea de re verba haud pigebit huc adferre, quo aliqua ſimul lux iis adferatur:

De Gryphibus *in Nummis.*

Lib. VIII. c. 21.

Lib. X. c. 49.

In Indicis cap. XII.

Ad Eclog. VIII. v. 27.

a Lib. III. c. 116. lib. IV. c. 143.

b lib. I. c. 43.

Ὀξυστόμους γὰρ Ζηνὸς ἀκραγεῖς κυνὰς,
ΓΡΥΠΑΣ φυλάξαι, τόνδε μόνοπα στρατὸν
Ἀρίμασπον ἱππόβαμονα, τ' ἀμφὶ χρυσορρόαν
Οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρῳ

Prometh. v. 802. &c.

Aduncis enim roſtris præditos Jouis mutos canes, GRYPHAS *cauere, & monoculum exercitum Arimaſporum equeſtrem, qui auriſluum habitant iuxta laticem Plutonis aluei.* Mitto quod primam horum verſuum vocem ὀξυστόμους male per *voraces* reddunt Latini Interpretes: neque ſatis accurate Græci ibidem Critici, per ὀξυδόντους, ſeu qui haberent *aculeatos dentes*; quum id de *aculeatis* ſeu *aduncis Gryphorum* de quibus ibi agitur, *roſtris*, Aquilarum inſtar, omnino, ut e Plinio ac e Pauſania paullo ante vidimus, & præterea ex ſequentibus dein & ſelectis id genus *Gryphorum* iconibus eſt utique manifeſtum. Neque mirum vero *Jouis mutos canes*, nempe haud latrantes, de hoc alato animalis genere dici ab Æſchylo; ſicuti nempe *Hydram*, de qua paullo ante, cum pluribus ſeu centenis viperarum capitibus ſerpentem, & quæ nihil cæteroquin cum cane commune habere fingeretur, *canem* haud uno loco dici ab Euripide paullo ante vidimus. *Jouis* autem *mutos canes* ideo *Gryphas* hoſce vocat Æſchylus, a quo τετρασκελὴς οἰωνὸς *quadricruris ales*, alibi de hoc animalis genere dicitur; quod Aquilam alioquin roſtro ac pennis, ut paullo ante vidimus, idem referre crederetur, ac proinde earum inſtar, quæ Γρυπαίτεις, ab eodem Æſchylo dicuntur apud Ariſtophanem; de quibus autem Seniorum

Schol. ibidem.

Prom. v. 395.

Kan. p. 255.

in

in [a] veteri Fœdere γρύπας explicat [b] Bochartus, nempe ubi ἀετὸν, καὶ γρύπα, καὶ ἁλιάετον, apud Vulgatum Interpretem, *Aquilam, & Gryphen, & Haliætum* legimus. Quomodo, ut hoc addam, ac unde iidem Seniores haud parum illuſtrentur, ἁλιαίτες καὶ γρύπας coniungit in alio dramate idem Comicus: nempe non τετραπελεῖς *quadricrures* ſeu fabuloſos, de quibus hic agitur, *Gryphas*; ſed qui Aquilini generis eo γρυπῶν ſeu γρυπαιετῶν nomine cenſebantur. Ad quas vero priores Aquilas Γρυπαίτας reſpicit, ut hoc addam, Beniaminus: הנשר הגדול הנקרא גריפון, *magnæ Aquilæ Gryphes dictæ.* Id vero utriſque commune ab coſdem Æſchylo fingitur, ut ad Jouis pedes canum inſtar, quod de Aquilis obuium in antiquis nummorum aliiſue ſimulacris, præſto eſſent quoque iidem *quadricrures Gryphes*; prout cæteroquin id officium Nemeſi, qua de re mox, præſtant in veteribus nummis. Ita haud uno loco rurſus idem Tragicus:

a Levit. xi. 13. Deut. xiv. 19.
b Hieroz. lib. ii. cap. 5. & vi. c. 2. P. ii. Avib. p. 583.
In Itinerario.

ΔΙΟΣ δέ τοι
Πτωὼς κύων, δαφοὼς ΑΙΕΤΟΣ,

Jouis autem Velox CANIS, *auida cædis* AQUILA: ac idem in alio dramate, de Aquilis rurſus, πτωοῖς ΚΥΣΙ πατρός, *velocibus* CANIBUS *Patris*, nempe *Jouis*; de Diana enim ibi ſermo. Adde, quod ab Ariſtophane præterea alius adferatur eiuſdem Æſchyli verſus, ἰταμαῖς ΚΥΣΙΝ ἁρπυίαις, *Impudentibus* CANIBUS, nempe iuxta eruditos ibidem Criticos, *rapacibus Aquilis.* Per ultima autem Tragici verba, in adductis paullo ante eius verſibus, de *fluuio* in illo *Arimaſporum* & *Gryphorum* tractu, quique ibi νᾶμα Πλούτωνος πόρος, *latex Plutonis aluei* dicitur (& quod obiter hic monendum eſt, quia nihil hic viderunt, neque id etiam diſſimulant, Græci interpretes, aut quidquam adtigit poſtremus ac eruditus cæteroquin Æſchyli editor) intelligendus omnino, qui erat ſcilicet in illa auri cuſtodum apud *Arimaſpos* Gryphorum vicinia, *Acheron* fluuius; quique ob creditum ibi ad inferos, ut de eo fluuio Apollonius Rhodius, deſcenſum, & qua via eductus, ut ſupra vidimus, ab Hercule ex inferis *Cerberus*, ſimiliter ibi ad Apollonium Criticis Ἀΐδα ποταμὸς, *Plutonis* ſeu *Inferorum fluuius* dicitur.

Agam. v. 140.
Kan. p. 272.
Τοῖς ἁρπακτικοῖς αἰετοῖς. Schol. Ibid.
Argon. lib. ii. v. 343.

Neque vero apud Hyperboreos ſolum, aut in Aſia Scythica, iuxta Ariſtæum Proconneſium apud Herodotum, ac Solinum; ſed dari etiam, quod tradiderat iam ante, ut paullo ante vidimus, Cteſias, in India *Gryphas*, & Soli quidem ſacros; eoſque quadrigis iungi ab iis, qui Solis imagines apud Indos pingunt, tradit apud Philoſtratum Apollonius. Quales utique imagines videre etiamnum licet ſculptas in antiquis lapidum ac nummorum monumentis, uti in veteri marmore apud Cl. Sponium; ubi Sol, non in quadrigis quidem, ſed in bigis, quæ ducuntur a duobus Gryphibus, cernitur. Quomodo in ſequenti itidem & ſingulari *Aureliopolitarum* in Lydia nummo, qui ſub Commodo eſt cuſus, Sol ſeu Apollo radiatus ac nudus, ſtans in bigis duorum *Gryphorum* conſpicitur. Cui comitem addemus eadem opera, ac in eadem penu nummaria Eminentiſſimi Cardinalis Carpegnæ conſpicuum, Antinoi nummum, in cuius auerſa parte Diuis adſcriptus ille Hadriani catamitus, ſub Apollinis habitu cum Lyra Gryphe vectus, & cum eodem auolans cernitur. E quorum vero adſpectu fabuloſos continuo exſtitiſſe id genus *Gryphas*, facile, ut opinor, quiuis aduertit. Cuius vero utriuſque præclari nummi conſpectum harum antiquitatum erudito promicondo, Philippo Bonarotti, acceptum foret lector:

Lib. iv. c. 13. Cap. xv.
De Vit. Apoll. lib. iii. c. xiv. p. 152.
Miſcell. p. 3.

Qui



Qui autem *Gryphe* in sublime vectus Antinous, mihi continuo in memoriam revocat Oceanum, illo *alite quadricrure*, ut ibidem, quod paullo ante vidimus, dicitur, *Gryphe* similiter per aëra, ad vinctum in monte Caucaso Prometheum, in cognomine eidem Æschyli dramate, sublatum. Unde etiam *Gryphi* inequitans similiter Oceanus, dicit emensum se longum itineris spatium, quo ad Prometheum in sublimi monte pendentem accederet;

Prom. 286. Τὸν πτερυγωκῆ, τὸν ϑ' ἁψικὰ
Γνώμῃ χαλίνῳ ἄτερ εὐθυνῶν·

Hunc alitem velocibus pennis Imperio, sine fræno gubernans. Quod ab Antinoo similiter, loco frœni, quo Gryphem regeret, Lyram utraque manu tenente fieri, in adducto insigni illo nummo videas. Neque præteriri hic debet, quod de se somniante narrat Lucianus; visum nempe se, & a *Pædia* quidem monitum, conscenso curru, qui a Gryphibus trahebatur, in sublime elatum, ab Oriente ad Occidentem volando peruenisse. De *Gryphibus* enim, qui currum illum traherent, omnino ibi ab eo agi, liquet ex eius illa de re verbis, τάτε τὸ ὄχημα καὶ δίωξαί τε ὄχημα ΥΠΟΠΤΕΡΩΝ ΙΠΠΩΝ τῶν ΤΩ ΠΗΓΑΣΩ ἐοικότων, *currumque hunc adscende: ostendebat currum, qui ab* ALATIS EQUIS PEGASO *similibus trahebatur.* Quod utique haud ad alios *alites equos*, quam ad *Gryphas* hosce referri posse, quiuis vel ex adductis eorum iconibus videt. Adde, quod nec insolitum fuerit, in scenicis Athenienſium spectaculis, illud vehiculi genus, quo simulacra *Gryphum* lignea in sublime attollebantur & quæ κάτοχα a simili plaustro, quo ferrentur in Athenienſium pompis pueri ac puellæ, dicta e[a] Plutarcho liquet ac [b] Hesychio; ut id erudite iam ad Athenæum monuit ὁ πάνυ. Neque vero hæc alieno loco, etsi præter institutum forte pluribus tangimus: unde utique veteres ii, & selecti, quales modo adtulimus, & alibi adhuc prostant, nummi, cum alatis id genus Equis seu *Gryphibus*, currum similiter cum adstante in eo Sole vel Apolline trahentibus; aut cum Diuorum numero adscriptis, ac inde cælitibus, id genus alite sublatis, haud parum illustrantur. Mitto vero *Idalii*, urbis in Creta nummos; in quibus, ut id iam monuit eruditissimus Begerus noster, hinc Gryphes insculptus cernitur, illinc Apollo laureatus: idque inde, quod ad primum Solis conspectum eadem urbs, iuxta Stephanum Byzantium, fuerit auspicato condita. Qua ratione etiam *Gryphes* cum Tripode, quippe, quod obuium, Apollini sacer, signatur in *Lylibitarum* Siculorum nummo, non apud Parutam solum, sed in cimeliis etiam Brandenburgicis obuio. Qualem *Gryphem* itidem exhibent alii adhuc Siculi nummi. Ita,

In Somnio p. 10. T. 1. ed. Amstel.

a In Agesilao p. 606.
b In Κάτοχα
c Anim. ad lib. IV. c. 6.

Obseru. in Qu. Num. Antiq. pag. 6.

Thes. Brand. Tom. I. p. 469.

Ita, ut hoc addam, nec alieno utique loco, occurrit apud eruditiſſimum Trinum, nummus cum *Gryphe*, & adſcriptis litteris ΠΑΝ, quas ad Deum *Panem* continuo refert, quem inde colligit priori nummi parte expreſſum; atque inde longam de Pane ῥῆσιν inſtituit. At vero ab ea facile potuiſſet ibi ſuperſedere nobilis Antiquarius. Neque enim *Panem*, ſed *Panormitanos* Siculos innuunt initiales illæ litteræ ΠΑΝ, ut mihi continuo liquebat ad primum nummi apud Triſtanum intuitum. Ita enim noveram ſignatos frequentiſſime *Panormitanorum* nummos. Et conſultus mox Paruta id veriſſimum docuit, qui eundem inter *Panormitanorum* nummos refert. De *Gryphe* autem in *Abderitarum* nummis itidem obuio, alibi egimus; ut ſimilem mittam *Teiorum* Jonum, in Gaza Gallorum Regia. Marinos vero *Gryphas*, in caudam nempe tortuoſam deſinentes, videre licet in nummis *Teliton* apud Goltzium. Neque vero hic prætereundum, quod non *Jouí* ſolum, aut *Soli* vel *Apollini* dicati occurrant in antiquis nummis, id genus *Gryphes*, ſed *Nemeſi* præterea; & quidem addita iis, quam uno velut pede arripiunt, Rota; noto illius Deæ, & qua de re alibi, cum in nummis antiquis, tum apud Auctores, ſymbolo. Cultas vero a Smyrnæis, a quibus ſignati ſequentes nummi, non unam ſolum, ſed geminas *Nemeſes*, ex aliis eorum nummis, & Ariſtide præterea, ſed quod non eſt iam huius loci, manifeſtum:

Tom. III. p. 83.

Tab. IX. n. 89.

XI.

De PEGASIS *in Nummis.*

Gryphibus vero haud diſſimiles PEGASI, quod nomen alias velocibus Circenſibus Equis tributum itidem noſti; quo & adludit Auſonius, ex emendatione viri magni:

PEGASUS *hinc dexter currat, ibi læuus Arion,*
Fumi ſed quartum det tibi Caſtor Equum.

Epitaph. XXIV. v. 9.

Sic alium *Pegaſum*, multis quidem palmis nobilem, ſed tandem ad piſtrinum infelici fato damnatum, eoque nomine cum Theſſalia, patria ſua, ſtudio alendorum equorum olim inclyta, expoſtulantem legas in veteri Epigrammate:

Σὲ, πάτερ θεσσαλίη πωλοτρόφε, μέμφιν ἀνάπτω,
ΠΗΓΑΣΟΣ, ὃς ἀθλίου τέρματος ἐντὸς ἔβην·

Anth. lib. I. cap. XXIII. Ep. 14.

Tibi, patria Theſſalia, equorum altrix, querelam inſtituo PEGASUS, *qui in iniuſtam metam incidi* ſeu *iniquum finem ſum nactus.* Quæ proinde haud parum illuſtrant Pegaſi, palma, quæ e capite eorum prominet, ornati ſubinde in antiquis nummis, & quibus victores in id genus agonibus, ſeu ἀθλοτρόφοι, ut obſeruo, deſignantur, & quam in rem inſignem in cimeliis Pembrochia-

nis obseruatum me nummum, in quo Pegasus cum clata e capite Palma cernitur, præter palmatos itidem in aliis nummis Equos, alio deinceps loco proferre dabitur.

Itin. Tom. III. p. 113. P. I.

Inde vero etiam inter Equorum nomina, qui victoriis id genus Circensibus nobilitati leguntur in veteri Inscriptione a Cl. Sponio edita, occurrit aliquoties *Pegasus*, uti etiam dictus modo apud Ausonium *Arion*, & *Aduola*; præterea, *Passer*, *Aquila*, *Aquilinus*, quæ ab auium id genus velocitate deducta: sicut de simili itidem Equo, in alio Epigrammate,

Anthol. ut supra Epigr. 13.

Ο πρὶν ἀελλοπόδων λάμψας πλέον ΑΙΕΤΟΣ ἵππων,
Quæ prius præ ventosis equis magis inclaruit AQUILA.

Neque id nouum, quum pridem Homerus de celeribus id genus Equis dixerit, ποδηνέας ὠκυθόῃ τε, *pedibus veloces, sicut aues*: alibi, θάσσονες ἰρήκων, *velociores Accipitribus*: Pindarus similiter, ὦ πτερόεσσιν ἢ ἀκαμάντας ἵππους, *aliisque indefessos equos*: immo prout id apud Prophetas in veteri Fœdere subinde etiam obuium, & ab Habacuc quidem de Chaldæorum equitibus dictum, *volabunt quasi Aquila*. Quomodo *Volucris dictus* prasinus ille in Circensibus Equus, cui aureum simulacrum a L. Vero erectum refert in eius vita Capitolinus. Haud aliter ac ab eadem celebritate, ut a Græcis, adducto supra versu, & alibi, dicti ἀελλοπόδες id genus Equi, sic ab Ouidio *ventosi*,

Iliad. B. v. 271. Ibid. B. v. 819. Olymp. Od. I. v. 240. Cap. I. vers. 8. In L. Vero. c. VI. Fast. lib. IV. v. 392.

Primaque ventosis palma petetur Equis:

& *Aquilones* in saxis antiquis; immo *Aquilone velociores*, ut de Oenomai equis Hyginus; aut similiter de Turni Equis Maro, qui *anteirent cursibus auras*; & de Equo Circensi, Silius Italicus: *Euolat ante omnes*: dein, *& ventos post terga reliquit*. Unde Græcorum itidem more, Catullus in Coma Berenices: *Chloridos* (vel ut nuper vir excellenti doctrina & acumine, Bentleius, e librorum veterum vestigiis, *Locridos*) *ales equus*, de *Zephyro* nempe, ut bene ibi doctissimus Is. Vossius, non de *Pegaso*, sicut vulgo alii interpretes. Quomodo de eodem *Zephyro* ἱππεύοντι ἐν ἠέρι, *in cælo*, seu aëre, *inequitante*, ab Euripide dicitur: & pridem iam ante ab Homero cum ventis comparati haud semel veloces id genus Equi, sicut [a] Rhesi, aut [b] Achillis.

Æn. XII. v. 84. lib. XV. v. 352. 353. In Not. ad Catull. edit. ult. Cantabrig. p. 496. Phœniss. v. 220

a Θείην ἢ ἀνέμοισιν ὄμοιοι.
Iliad. K. v. 437.
b Τὼ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην.
Iliad. O. v. 2. Π. v. 149.

Sed ut ad PEGASUM redeam occurrit ille frequens, ut nosti, in nummis *Corinthiorum*, vel solus, tanquam loci, & de quo mox, insigne; vel cum sessore *Bellerophonte*, eoque modo cum *Leone*, vel cum *Chimæra*, (uti id paullo ante vidimus) pugnante; modo etiam *Pegasum* capistro coërcente, & inscr. CORINTHUS, aut COL. L. JUL. COR. vel interdum additis etiam AUG. & dein etiam FLAU nominibus, nempe *Colonia Laus*, *Julia Augusta Flauia Corinthus*. Cuiusmodi nempe plures utique passim conspiciuntur in thesauris veterum id genus nummorum seu Musæis; & quales in opere de Coloniis Romanorum sub Imperatoribus protulit celebris & præclare omnino de studiis hisce meritus Antiquarius. Quos sicut lector consulere ibidem potest; ita unum singularem, nec hactenus quod equidem sciam, vulgatum, e museo, laudati iam supra omnique laude digniſsimi Equitis Aurati Trombal depromptum, proferre hic haud pigebit, in quo Bellerophon non ei iam inequitans, sed pedes ipse *Pegasum* capistro tenet, cum in vicinum velut stabulum deducturus cum urbis nomine CORINTHUM; in auersa autem parte Neptunus nudus, sedens cum Tridente, & Duumuirorum, qualia ut plurimum in urbis illius nummis signari haud ignoras, exesa ferme nomina. Quem autem Bellerophontis *Pegasum* frœno coërcentis typum, in duo-

Jo. Vaillant.

bus

bus aliis Corinthiorum nummis videas: unum a Cl. Patino ad Suetonium in Nerone editum, ſed cum aliis Duumuirorum nominibus, & alio itidem in auerſa eius parte typo: alterum, cum Hadriani Imp. capite in priori nummi area, inter ſelecta præclaris id genus ac pretioſis cimeliis inſtructiſſimi ac vel eo nomine commendatiſſimi viri numiſmata Jacobi de Wilde. Neque vero abs re erit, aut ab hoc loco alienum, ſi eorundem duorum nummorum icones, una cum priori necdum vulgato, & quo maior quædam lux iis adfulgeat, hic ſubdam. Ad Neron. c. 19. Tab. XXI. n. 126.

Reſpicit nempe ſignatus in tribus hiſce nummis typus, ad Bellerophonti ſomnianti datum a Pallade frœnum; quo accepto, is continuo alitem equum Pegaſum alacri prehendit manu, & mandibulis eius indito frœno, illius ferociam compeſcuit ac domauit. Narrat nempe id Pindarus, optimus proinde adductorum modo nummorum, cum hoc Bellerophonte, frœno Pegaſum coërcente, interpres:

Ὅς τάς ὀρειόδεκα ἡ
Ὀ'ν ποτέ Γοργόνος, ἦ πολλ' ἀμφὶ κρηνοῖς
ΠΑΓΑΣΟΝ ΖΕΥΞΑΙ ποθέων, ἔπαθεν
Πείρᾳ σὺ χρυσάμπυκα κου-
ρα ΧΑΛΙΝΟΝ ΠΑΛΛΑΣ ἐνεγ-
κ'
Olymp. Od. XIII. v. 89. &c.

Et paullo poſt

Ητοι καὶ ὁ κάρ
Τερθ. δρεμαίνων ἔλασεν
ΒΕΛΛΕΡΟΦΟΝΤΗΣ φάρμακον
Πεχῶ πόνων ἀμφὶ γένυ,
ΙΠΠΟΝ ΠΤΕΡΟΕΝΤ'
Ibid. verſ. 118. &c.

Qui ſerpentigeræ filium olim Gorgonis, multa quidem, circa fontes, PEGASUM FRÆNARE *cupiens, pertulit: Antequam ei aureas phaleras habens puella* FRÆNUM PALLAS *adtulit*: dein: *Certe & fortis alacri animo accepit* BELLEROPHON *remedium. Mite tendens circa mandibulas,* EQUUM ALATUM. Iſtud vero de impoſito a Pallade frœno huic Pegaſo, eoque a ſe prius domito & χαλινίτιδα *Frænatricis* inde nomen nactæ, ac poſtea conceſſo a Dea Bellerophonti Equo hoc alato, narrat Pauſanias. Idem vero Lyricus alibi tangit eiuſdem Bellerophontis, dum eodem Pegaſo vectus vult in cœlum auolare, ab eo in terram disiecti, lapſum, & qui inde claudus, ut notant ad priorem Pindari locum veteres Critici, euaſerit. Quod ſimiliter in veteri Epigrammate dicitur: Lib. II. p. 9. Od. VII. verſ. 64. &c. Schol. ad Olymp. Od. XIII. v. 130.

Οὗτω ΠΗΓΑΣΟΣ ἵππος ἀπώλεσε Βελλεροφόντην,
Βαλνθέντα μαθεῖν ἀστρογλίτους κανόνας.

Sic PEGASUS *Equus perdidit Bellerophontem, Qui voluit diſcere poſitionis ſiderum regulas.* Quamquam idem quoque fatum expertus fuerit ſcilicet Pegaſus;

gasus; a cuius nempe, ubi præceps in terram cecidit, fracto calcaneo, caput Ciliciæ *Tarsum* denominatam tradit Polyhistor ille Alexander apud Stephanum Byzantium: & Auienus:

In ταρσὸς.

Impressæque solo liquit vestigia calcis.

A sessore vero eius Bellerophonte, & inde orta pedis claudicatione, urbis etymon deducebat, eodem Stephano auctore, Thrax Dionysius. Certe adhuc hodie eius rei seu fabulæ memoriam signare videtur impressus in *Tarsensium* nummo Mediceo, percusso temporibus Alexandri Seueri, pes, aut vero crepida. Et hæc totidem verbis olim monueram, quum in doctissimi Holstenii, quæ multis post annis in lucem prodierunt, ad Stephanum Notis, idem de hoc *Tarsi* nominis origine in eodem nummo Mediceo expressa obseruatum similiter vidi. Haud aliter cæteroquin ac de Lacedæmone, locum quendam *Sandalium* appellatum, tradit Ptolomæus Hephæstio apud Photium, ab Helenæ *Sandalio*, quod illic exciderat, dum eandem Alexander persequitur. Σανδαλιῶτις alias dicta olim *Sardinia*, ut pro Σανδαλώτη bene apud Hesychium emendarunt viri docti, a figura, ut videtur, *sandalii*.

Not ad Steph. p. 314.

Biblioth. pag. 479.

Sicuti vero in Corinthorum nummis *Pegasus*; ita signata etiam subinde in iis Venus, nempe in *urbe omnium*, iuxta Dionem oris aurei, *quæ sunt, aut fuerunt, venustissima*, πόλιν ἣν ἐστὶν τὸ ἐν Πελοποννήσῳ ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΑΤΗ, immo de qua ab alio Oratore dictum, σαφὴς Ἀφροδίτης τὴν πόλιν, *vere urbem Veneris*. Ut mittam cæteroquin, quæ de huius Deæ apud Corinthios fano & cultu, e veteribus, Strabone puta, Pausania, aliisque iam nota; aut quod veteres Grammatici docent Κορινθιάζομαι, idem esse quod ἑταιρῶν, aut, si quid adhuc fœdis, τὸ μαστροπεύειν, unde τὰς ἑταίρας φασὶ τὰς Κορινθίας, *postibula dicunt Corinthia*, apud Aristophanem. Ut proinde satis opportune moneta illa Corinthiorum *Pegaso* signata, & qualis magno numero etiamnum superstes cum singulari delectatione visitur, πῶλος ab iisdem, iuxta Pollium vocaretur: Καὶ ΠΩΛΟΣ ΤΟ ΝΟΜΙΣΜΑ ΤΩΝ ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ, ὅτι ΠΗΓΑΣΟΝ ἔχει ἐκτετυπωμένον. PULLUS *autem dicitur* NUMMUS CORINTHIUS, *ideo quod* PEGASUM *habet insculptum*. Ea autem voce non *pullus* solum *equinus* ad quem ibi respicit, sed præterea merx illa Corinthiorum vendibilis, si Hesychium consulas, vocabatur: Πῶλος, ἑταῖρα. πῶλοι γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷα Ἀφροδίτης πῶλους. *Pullus, meretrix: pullos enim eas dicebant, tanquam Veneris pullos.* Unde & Euripides olim περὶ τὸν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρεῖον, seu de *Corinthiacis* agens *prostibulis*, ut citantur ibi eius ea de re apud Pollucem uersus, sed ex optimo codice viri doctissimi Is. Vossii, quem eius beneficio versare mihi olim licuit, varianteſque inde lectiones & subinde lacunarum supplementa ad Pollucem meum adnotare, ita emendandi:

Orat. xxxv. p. 463. Aristid. p. 42.

Hesych. & Stephan. in Κόρινθος & Κορινθιάζομαι. Eustath. ad Iliad. B. v. 29. In Pluto p. 16. Lib. ix. cap. 6.

In Πῶλος.

Lib. IX. c. 6.

Καὶ τὰς μὲν ἄξει, ΠΩΛΟΝ ἂν διδῷς ἕνα·
Τὰς δ', ξυνωρίδ', αἱ δὲ κ' ἐκ τετράρχων
Φοιτῶσιν ἀργυρᾶν ἁρμάτων φιλοῦσι δὲ
Τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους· ἵν' ἄν φέρῃ
Πολλάς.

Et has quidem adducet, PULLUM *utique* (seu nummum Corinthium Pegaso signatum) *si des unum: Illas vero, si Bigas: istæ autem quadrigis Argenteis vectæ aderunt: amant enim ex Athenis virgines, ut is inde adferat Multas.* Agnouerat corruptos hos versus ὁ πάνυ Casaubonus in libro de Græcorum Satyra, & qui primi etiam versus emendationem, sed minus

nus feliciter tentauerat. Haud dubitare equidem licet, eoſdem in noua ac eleganti eruditiſſimi huius Lexicographi, quam prælo, dum hæc ſcribo, commiſit, ad cujus integritatem ac ſplendorem nihil deſiderari patietur optimus talium promicondus Wetſtenius, hos verſus ex eodem codice Voſſiano, aut aliunde forte ita emendatos fore. Quod vero de πώλοις, tanquam Athenienſium *virginibus* ibidem dicitur; ex antiquiori adhuc Tragico, Æſchylo nempe illuſtrari poteſt; apud quem πωλικὰ ἕδη ὤλιξ, dicuntur *virginea ſedilia*: ubi Græci Critici: Παρθενικῶν καθέδρων, item πώλοις γὰρ αἱ παρθένοι εἰκάζονται, *pullis enim virgines adſimilantur.* Sept. Ad Theb. v. 460. Schol. Ibid.

Illud præterea ex iiſdem *Pegaſis* aut πώλοις Corinthiacis colligas, cur paſſim in priſcis *Syracuſarum* & in aliquot *Corcyræorum* nummis, ſignatus occurrat itidem *Pegaſus*. De prioribus res equidem obuia apud Goltzium & Parutam, ac in antiquis id genus cimeliis; & ſicuti nos magnum quoque eorum numerum vidimus quondam in illa ipſa Siciliæ olim metropoli. *Corcyræorum* vero nummum cum ſignato *Pegaſo* exhibent aliquot nummi a nobis itidem in præclaris Cimeliarchiis viſi, ſub Seuero, Julia Domna, Caracalla, Plautilla, & Geta, aliiſque Cæſaribus percuſſi. Immo quo referri etiam debet ſingularis & pulcherrimus eoruudem *Corcyræorum* nummus, Cæſarum temporibus, ut ex eius adſpectu licet colligere, antiquiori in quo hinc caput Veneris, cum gentili loci nomine KOPKYPAIΩN, illinc vero, & cuius obiter facta iam ante mentio, Cupido Pantheræ inequitans cernitur. *Corcyræ* nempe, ſicut & *Syracuſarum* metropolis olim, quod Thucydides aliique Auctores docent, *Corinthus*; & hæc ipſa inſuper firmant ac adſtruunt ſignata hæc in earum nummis originis ſuæ inſignia. Retenta enim vulgo a Coloniis, ſeu Filiabus, Matris inſignia, & eadem publicis monumentis ad memoriam prodendæ originis, conſueto more conteſtata: quod vel hæc nummorum ſupellex clariſſime nobis ante oculos ponit. A *Syracuſanis* certe ſingulari honore cultam ab iis Metropolem illam ſuam *Corinthum*, docet inter alios Dio Pryſæenſis. Ita cæteroquin idem *Pegaſus* in nummis *Hennæ*, Siculæ inſuper urbis, ſignatus; quippe a Syracuſanis, quod Stephanus tradit, conditæ. Neque aliud arguunt vel frequens *Minotaurus*, de quo mox, in aliis Siculis urbibus, vel Noctua in *Lebediorum*, vel Hercules in *Thaſiorum* nummis (ut ſexcenta id genus nunc mittam) niſi id quod aliunde etiam conſtat, a *Cretenſibus*, *Athenienſibus*, *Tyriis*, eaſdem illas urbes propagatas. Ut vel inde ſatis liqueat, quantum lucis ad Geographiam veterem & locorum origines eruendas, id genus monumenta conferant. Sed hæc alterius loci. Ad quam itidem indicandam *Corinthiam* Tarquinii Priſci Romanorum Regis, ea urbe orti, originem, ſignatos æreos aliquot veteres Romanorum Semiſſes cum *Pegaſo*, ingenioſe obſeruat laudatus ſæpe Begerus noſter. Neque tamen *Corinthi* ſolum, aut *Coloniarum* ab ea deductarum, ſed *Africæ* etiam inſigne *Pegaſum* videas in antiquis aliquot nummis: ob celerum nempe Equorum in ea terrarum parte prouentum, ut bene iam id monuit Cl. Triſtanus. Præclarus autem quidam *Antinoi* nummus, in quo Mercurius *Pegaſum* manu ducit, qui ſcilicet Aquilæ vice, aut velut, in adducto paullo ante nummo, Gryphes, alterum illum Ganymedem in cœlum veheret; aut ſimiliter *Pegaſo* raptus in cœlum, ut Triſtano viſum, Auguſtus, ut Peireskio Marcellus, aut iuxta Rubenium (cui & ego adſentior) Druſus Germanicus, in incomparabili illa Gemma Tiberiana. Honeſtiori utique vectura ſublati in Deo-

In Gaza Reg. Gall. Regin. Chriſtin. & Medicea.

Orat. XXXVII. pag. 460. In voce Enna.

Theſ. Brandenburg. Vol. III. pag. 77.

Tom. I. pag. 89.

rum sedem, quam Vulcanus ille Κεφαλίας, quem Asino alato in cœlum a Baccho reductum, apud Aristidem legas. Mitto *Pegaso* vectam vel Auroram, vel filium eius Hesperum, iuxta Lycophronem, aliaque prisca monumenta; quod iam erudite obseruauit ad laudatam modo gemmam Belgarum par eximium, Geuartius ac Rubenius.

Hym. in Bacchum p. 53. Cassandr. v. 17.

XII.

De CENTAURIS & MINOTAURIS *in Nummis.*

I. *De Centauris in nummis.*

CENTAURI & MINOTAURI, ut feritate, sic nascendi sorte æquales, si [a] Plutarcho credimus & Phlegonti Tralliano, qui ex promiscuis & monstrosis hominum & belluarum congressibus nata hac portenta credidere. Geminum eam in rem legas apud Philonem locum, qui ut *Minotaurum* e Pasiphaes cum Tauro concubitu, ita ex infandis id genus hominum bestiarumque συνουσίαις tradit natos forte *Centauros*, *Chimæras*, aliaque id genus monstris similia. Quomodo etiam Ælianus, ab iis qui *Onocentauros* viderint, haud incredibile visum iri statuit, dari quoque *Centauros*, nec mendaces continuo fuisse in iis describendis fictores vel poëtas: addit autem: siue tamen fuerint illi media parte homines, altera vero parte equi; an vero ad fingendum habilis fama illos finxerit, id se iam omittere. Quod similiter ut incertum pridem adtigerat Xenophon, apud quem Cyrus instituta equitis cum Centauris comparatione, ait se maxime ex omnibus animantibus *admirari solere Hippocentauros, si qui fuerunt,* ἐξηλλαχέναι ἱππικευομένους, εἰ ἐγένοντο. Immo quod ut non dubium vel incertum, exstitisse nempe id genus & visos Claudii Imp. temporibus Centauros, testatur Plinius: *Multiformes pluribus modis inter monstra partus eduntur. Claudius Cæsar scribit* HIPPOCENTAURUM *in Thessalia natum, eodem die interisse. Et nos principatu eius adlatum illum ex Ægypto in melle vidimus.* Quæ ratio forte de monstrosis illis subinde, e nefandis συνουσίαις, partubus, & Scriptorum, quos modo adtigimus, auctoritas, mouisse quoque videntur Hieronymum, ut dum visum a Paula Eremita simile hominis equo mixti monstrum refert, incertum itidem statuat, an tale forte reperiatur: *an*, quæ sunt illius ea de re verba, *ut solet eremus, monstrosorum animalium ferax, is talem quoque gignat bestiam,* INCERTUM HABEMUS. Verum non incertum id habuere, sed omnino ut mera poëtarum figmenta rejecêre, CENTAUROS nempe id genus, & MINOTAUROS, haud aliter ac *Chimæras, Pegasos,* aliaque de quibus egimus hactenus, monstrosa animalia, ac e veteribus quidem Græcis (ut de Mythologis, Palæphato, Heraclito, aliisque iam nihil dicam) Plato, [a] qui *Hippocentaurorum*, sicut *Chimæræ, Gorgonis*, & *Pegasorum*, ut fabulosorum animalium duobus meminit locis: Sextus Empiricus, [b] qui *Hippocentauros* non esse, neque proinde de iis dari scientiam alicubi adserit: alibi, ἢ ὅταν ΤΩΝ ΙΠΠΟΚΕΝΤΑΥΡΩΝ ΜΥΘΟΝ ἀναιροῦσιν ἀπιθανότητος ἔγκλημα, ΤΟΝ ΙΠΠΟΚΕΝΤΑΥΡΟΝ ἡμῖν φάσκοντες, *qui ubi* HIPPOCENTAURORUM FABULAM *tollunt, rei quæ non existit exemplum,* HIPPOCENTAURUM *adferentes.* Accedit iis Galenus, qui in præclaris de Usu partium libris, *Centauros* docet esse merum pictorum & Poëtarum inuentum: neque ἱπποσκελῆ eiusmodi, aut ἱππάνθρωπον, ut hoc mon-

De Incredibil. cap. 1.
Ibid. cap. 5.
[a] In Phædro p. 229. & in Sympos.
[b] Adv. Math. pag. 330. Hypoth. lib. 1. pag. 32.
Lib. 11. cap. 1. pag. 392. ed. Gr. edit. Basil.
In Vita Pauli Eremitæ pag. 238. ed. Froben.
Inst. Cyr. lib. cap. IV. c. IV. §. 4.
Lib. VII. c. 3.
a Bruti ratione uti pag. 991. De Special. Legib. pag. 784.
De Animab. lib. XVII. c. 9.

monſtrum vocat, haud aliter ac Maimonides in præclaro opere (etſi is haud una, ſed, Hebræorum more, duabus vocibus, סים אדח *Homo Equus*) poſſe ex infandis id genus congreſſibus procreari. Id vero Pindaro, ut Poëtæ, & iuxta poëtarum muſam, τῷ θαύματι δεισιφρόνῳ *miraculo egentem*, condonandum forte; a quo traditum ſit *Centaurum* quendam Magneſiis equabus, in Pelii nempe Theſſaliæ conuallibus, mixtum; unde continuo natus ſit mirabilis exercitus, matribus quidem inferne, ſuperne autem patribus ſimilis. Ut non mirum ſit proinde dici alicubi ab eruditiſſimo patrum, Clemente Alexandrino, Κενταύρῳ, Θετταλικῷ πλάσματι, *Centauro, Theſſalicæ fictioni.* Quod e Latinis inter Gentiles ſcriptoribus ſimiliter refellunt, e poëtis etiam haud ſpernendus naturæ interpres, Lucretius:

More Nevoch. Part. 1. cap. 60.

Strom. lib. III. P. 477.

Ne forte ex homine & veterino ſemine equorum
Confieri credas CENTAUROS *poſſe.*

Lib. V. verſ. 888.

Cicero ſimiliter, ac duobus quidem locis: uno, *is quidem percipit inter* HIPPOCENTAURUM, *qui* NUMQUAM *fuerit, & Regem Agamemnonem nihil intereſſe:* alibi: *Quis enim Hippocentaurum fuiſſe, aut Chimæram putet?* Ut certe mira ſit veſtratis Fr. Angeloni credulitas, optimo iure a Cl. Triſtano, ſed paullo forte acerbius, caſtigata; dum ille ideo *Centaurum* in Gallieni nummis depictum ſtatuit, quod ſcilicet eiuſmodi monſtrum populo Romano ſpectandum exhibuerit Gallienus.

Tuſcul. lib. II. cap 37. De Natur. Deor. lib. II. cap. 2. *Il faut être homme cheval pour croire &c.* Tom. III. pag. 73.

Equidem haud unius generis nummi, ita *Centauros* illos, vel *Hippocentauros*, ſeu ἱππανθρώπους etiam appellatos, exhibent depictos, præter reſidua adhuc veterum gemmarum vel ſtatuarum monumenta; ut fabuloſa monſtra facile ſeſe prodant. Adeo etiam ut ex utroque ſexu *Centauri* in iis ſubinde conſpiciantur: ſicuti in præclara & quantiuis pretii gemma Eminentiſſimi Cardinalis Carpegnæ, quam ſub *Triumphi Bacchi* lemmate, diuulgauit nuper & expendit, laudatus iam ante præclarus id genus cimeliorum interpres Buonarroti. In ea nempe duo mares, duæ autem feminæ *Centauri*, qui Bacchi, haud inſolito iis miniſterio, currum ducunt; haud aliter ac in alia itidem gemma Fr. Angeloni, aut in præclaro Juliæ Seueri, quem Cl. Seguinus protulit, nummo a *Nicæenſibus* cuſo, duo *Centauri* mas & femina, Bacchi & Ariadnæ ſimiliter currum ducunt. Quomodo nempe Κενταυρίδες ſeu *Centaurorum filiæ* adducuntur, ac earum inſuper icones apud Philoſtratum. Bacchum alioquin cum Ariadna ſedentem exhibet alius inſuper nummus Fauſtinæ iunioris, ab iiſdem *Nicæenſibus* percuſſus. Utrumque autem in bigis *Centaurorum*, e quibus unus tibiam quoque inflat, ut in nummo Juliæ Seueri, videre itidem licet in gemma Brandenburgenſis cimeliarchii. Obuium vero illud & conſuetum de *Centauris*, tanquam totidem Bacchi comitibus ſeu adſeclis, in aliis id genus monumentis, ac ad veterum auctorum ſeu Poëtarum ea de re fidem, qui Libero Patri Centauros, temulentos nempe illos ac feros, vulgo adiungunt: ac prout *Centauros* Baccho militantes legas paſſim in Nonni Dionyſiacis. Optimi nempe Sagittarii iidem habiti, ad inſtar in cœlis ſeu inter ſigna Zodiaci Sagittarii *Centauri*, de quo Manilius:

Offerva a ſopr. Medagl. Antich. p. 430.

Icon lib. II. p. 783.

In Gaza Chriſtinæ Reginæ.

Thef. Brand. Vol. I. p. 192.

Vid. lib. V. XIV. & XXXIIII.

MIXTUS EQUO *volucrem miſſurus iamque Sagittam:*

Lib. II. v. 270.

& ſub cuius tutela acquieſcere Cretenſes, ſagittandi olim peritia inclytos, alibi idem tradit:

Cnoſſia

Lib. IV. v. 781 *Cnoſſia* CENTAURO *tellus circumdata Ponto*
Paret.

dein :

Ibid. v. 783. *celeres huic* CRETA *ſagittas*
Aſſerit, intentoſque imitatur ſideris arcus.

Ita etiam Baccho, aut Pruſiæ Bithyniæ Regi, depicto ſub Bacchi effigie, additur in altera nummi parte *Centaurus Sagittarius*, in antiquis Regis huius nummis Mediceis. Unde liquet mos vetus *Centauros*, illo inter ſigna cœleſtia Sagittarii habitu, in nummis ſignandi; quomodo ſimilem quoque oſtentat in Gaza Medicea nummus Antonini Pii Ægyptius. Tales autem obuii ſub Gallieno nummi, cum *Centauro* id genus Sagittario, quique inſigne foret, ut docet nummi inſcriptio apud Triſtanum, ac a me alibi olim memorata, LEGIONIS II. PARTHICÆ; ad cuſtodiam nempe Orientis contra Parthos, optimos itidem, ut aliunde notum, Sagittarios. In quibus inſuper Gallieni nummis occurrit idem Arcitenens *Centaurus*, cum mentione non Liberi quidem Patris, ſed Apollinis, nempe APOLLINI CONS. AUG. *Conſervatori Auguſti*. Sagittarius enim, quod iam viderunt viri docti, in Dianæ ac Apollinis tutela habitus, ipſeque Apollo, quod obuium, [a] τοξοφόρος, [b] χρυσότοξος, [c] ἰοχαιρέτας, alibi ἰοχαίτας, *arcitenens, cum arcu aureo, cum lata Pharetra*, apud Poëtas alioſque Auctores, eoque habitu in monumentis antiquis etiamnum conſpicuus, ut in Græcis *Acarnanum*, *Aureliopolitarum* aliiſque; aut Romanis etiam, ſub APOLLINIS PROPUGNATORIS titulo, in Commodi & huius itidem Gallieni nummis; nempe de quo etiam Romanus Lyricus : *nunquam humeris poſiturus arcum*. Hinc etiam Apollini iuxta & Baccho *Centauri illi* in antiquis nummis aut monumentis adſcripti : unde inſuper Manilius, alio apud eum loco illuſtratur :

Tom. III. pag. 76. Remarq. ſur les Ceſars de Julien. pag. 410.

a Pindar. ol. Od. VI. v. 100.
b Id. Od. XIV. v. 15
c Idem Pyth. IX. v 45.
d Sophocl. Traſt v. 212.

Lib. III. Od. 4.

Lib. I. v. 406. *Et* PHOEBO *ſacer ades, & una gratus* JACCHO
Crater, & duplici CENTAURUS *imagine fulget.*

Quam in rem adpoſite hinc ſequentem & elegantiſſimum Juliæ Seueri numSelect. num. p. 157. mum, etſi a Cl. Seguino iam vulgatum, adferre huc iuuabit, in quo ſedentes in thenſa *Bacchum* & Iſidem duo *Centauri*, e quibus prior tibiam inflat, ducunt; præterea tergo unius Centauris Cupido inſidet, præeunte figura nuda. E quo nummo, ut hoc obiter addam, id præterea luculenter illuIn Iſide p. 365. ſtratur, quod de Iſide habita a quibuſdam Bacchi coniuge a Plutarcho traditur. Cui eadem opera addimus alium, eumque eximium itidem nummum, in quo duo Centauri ſimiliter Victoriam Arcum vibrantem ac thenſæ inſiſtentem trahunt, cum litteris numeralibus LIB *Anno Duodecimo*.

Adde

Adde Euripidem, ſed cuius ea de re locum vidiſſe iam præſtantiſſimum Begerum noſtrum lubens quoque aduerto, de Pelei Theſſali ac Thetidos nuptiis agentem, ad quas veniſſe tradit equeſtre *Centaurorum*, (Theſſalorum quippe) agmen; nempe, quod ibi continuo ſequitur, ad Deorum conuiuium, Κρατῆρά τε Βάκχου, *Et Craterem Bacchi.* Quibus autem Chironis, unius ex illis Centauris, de Achille ex illis nuptiis prodituro & Troiam euerſuro vaticinium; illudque, tanquam qui *Phœbi* ſeu Apollinis *vates* foret, additur. Haud aliter nempe de eodem illo *Centauro*, iiſdemque agens nuptiis, qui & hinc illuſtratur, Catullus:

Aduenit CHIRON, *portans cæleſtia dona.*

Notus autem alter inter Auſtralia in cœlo ſigna *Centaurus* itidem *Sagittarius*, idemque præterea enim hoc Centauro Chirone habitus; qui, ut de eo in *cataſteriſmis* ſeu Conſtellationibus Eratoſthenes, iuſtitia omnes mortales ſuperarit, Æſculapium etiam & Achillem erudierit. Unde haud Baccho ſolum, vel Apollini, ſed huius etiam filio Æſculapio, Chironis autem illius Centauri, medendi inſuper arte clariſſimi, diſcipulo, ſacri itidem *Centauri*; quique inde ſimile miniſterium, trahendi nempe bigas, in quibus ſtat Pergamenus ille Deus, obeunt in præclaro *Pergamenorum* nummo, a me alibi peculiari ad præſtantiſſimum Morellum Epiſtola illuſtrato. Cuiuſque rei inter alia hæc ratio e veteri Scriptore Rei veterinariæ a nobis opportune tum adducta; quod non hominum ſolum Conſeruator aut Σωτὴρ, ſed *Equorum* etiam curam gerere, ac morbos ſanare crederetur: Chironis præterea Centauri inſtitutionis in Pelio monte haud oblitus foret idem Æſculapius. Cur vero faces præferant in eodem *Pergamenorum* nummo, Thenſæ, in qua erat Æſculapius, ductores *Centauri*, id ſimiliter eſt ibi a nobis luculenter explicatum; cum e receptis olim & conſuetis in veterum Pompis δαδουχίαις, tum ex iis facibus, quæ in ipſa Æſculapii Æde apud hoſce Pergamenos, ob peculiarem & myſticam cauſam, accendi, ut ex Ariſtide ibidem vidimus, conſueuerant. Neque enim Deus ipſe ſolum δαδοῦχος, ſeu *tedifer* ibidem dictus: ſed *amicæ* inſuper *faces*, ἕξοντες φίλοι, omnibus ibi a Deo ſuſpenſæ. Ut haud mirum ſit proinde δαδόχους ſeu *tediferos* videre thenſam huius Dei Pergameni ducentes *Centauros*. Unde pariter illuſtratur geminus horum *Pergamenorum* nummus, ſed ſub Caracalla & Geta percuſſus, cum ſimili Æſculapii & duorum *Centaurorum* tediferorum itidem, eumque, non in thenſa, ſed eorum manibus ſublatum geſtantium habitu; qui nummus autem nuper cum plurimis aliis inſignibus, a cariſſimo mihi e ſorore nepote, & rei huius nummariæ valde ſtudioſo ac perito, τῷ μακαρίτῃ iam Boneto, eſt in Regium Brandenburgenſe cimeliarchium, ultima eius voluntate, illatus, indeque, ſed nulla facta eius rei mentione, in nouiſſimo eiuſdem Theſauri volumine, ab eximio Begero noſtro vulgatus. Verum cuius utriuſque pulcherrimi & ſingularis nummi icones, accurate denuo ad nummorum illorum fidem depictas, opportuno utique eam in rem loco, nec ingrato, ut opinari licet, conſpectu, hic inſerendas duximus.

Theſ. Brand. Vol. I. p. 192.

Iphigen. in Aulid. v. 1058.

Ibid. v. 1061.

Epithal. Thetid. v. 279.

Καταστερισμ. c. 40.

Specim. Morel. Epiſt. Quarta. Hierocl. Præf. Rei Veterin.

De Concord. Urb. p. 304. Tom. II.

Theſ. Brand. Vol. III. p. 135.

Immo ipſius quoque Deorum Regis, Jouis nempe Thenſam, in qua ille Epheſiæ Dianæ icunculam tenet, ducunt quoque duo *Centauri*, in ſingulari Commodi nummo, cuius meminit Cl. Sponius, cum epigraphe ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΚΑΙ ΕΦΕCΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, *Pergamenorum Et Epheſiorum Concordia*; ni ad Æſculapium potius, proprium horum Pergamenorum numen, quam ad Jouem referri debeat illa ſculpta in eo nummo barbati capitis effigies. In alis certe, & duobus quidem huius Commodi nummis in Gaza Medicea, occurrunt ſimiliter cum coniunctis eorundem *Pergamenorum ac Epheſiorum* nominibus, ſtantes Æſculapius ac Diana Epheſia, tanquam tutelaria utriuſque loci numina. Sed de nummo a nobis non inſpecto, nec adducta inde eius ab eximio Sponio icone, nihil certi equidem adfirmamus. Hercules vero, in curru, quem *Centaurorum* quadrigæ ſimiliter trahunt, ſpectatur in præclaro M. Aurelii Imp. nummo e maximorum genere, inſcripto TEMPORUM FELICITAS. Quos alioquin *Centauros* Theſſalia ab Hercule fugatos, in inſulam, ubi Sirenes erant, adpulſos, ſuaui earum cantu periiſſe, & inde Sirenas dictas a Lycophrone *Centauricidas* Κενταυροκτόνους, tradunt Ptolemæus Hephæſtio apud Photium, & ad eundem Lycophronem Tzetzes. Qualem inſignem utique nummum, inter cimelia Chriſtinæ Auguſtæ, & præterea laudatiſſimi Purpuratorum Antiſtitis Franciſci Barberini, in urbe haud ſemel inſpeximus. Currum cæteroquin, quem duo *Centauri* ducunt, videre quoque mihi itidem licuit, inter Traiani nummos Gazæ Farneſianæ; ſicut Victoriam cum bigis *Centaurorum*, in alio rurſus Traiani nummo Ægyptio. Quo referre etiam licet veterem nummum, ſed ſine loci, vel quæ iniuria temporis eſt exeſa, inſcriptione; in quo non plures equidem, ſed unus occurrit palmam humeris ferens *Centaurus*; & quo deſignari videtur vir celete equo victoriam in agone quopiam equeſtri conſequutus: opportuno utique ad denotandam eiuſmodi victoriam, Centauri ex homine & equo compoſiti, & palmam adepti, ſymbolo: haud aliter nempe ac hieronicæ Equi palma itidem ſubinde, ſicuti etiam corona ſunt inſigniti. In anteriori vero eiuſdem nummi area ſignata Jouis, vel Herculis potius Παγκρατίου, ut alibunde notum, ſeu Agonum, iuxta Mercurium, Præſidis Dei, effigies. Haud mirum vero, ut præterea obſeruo, quod depictus quoque occurrat *Centaurus* in veteri *Magnetum* nummo Gazæ Mediceæ; Theſſalicæ nempe *Magneſiæ*, quam pro *Centaurorum* patria olim habitam, e Pindaro iam ante, idque ex eo tradente inſuper Galeno, vidimus. Immo qua *Centauri*, in eodem nummo effigie, ſignari Chironem Centaurum, *Magnetem* quippe, ut eundem Æſculapii educatorem vocat Pindarus, nempe Μάγνητι Κενταύρῳ, *Magneti Centauro*, licet

Itiner. Tom. III pag. 178.

In Gaza Regin. Chriſtin.

Biblioth. pag. 483. Schol. ad Lycophr. v. 676.

Jac. de Wilde Select. Num. Tab. XI.

Pyth. Od. III. v. 79.

licet continuo ſtatuere. Adde hiſce quod in Theſſalia ars domandi equos, iuxta Maronem, ac ibidem Seruium, reperta cenſeretur & in equeſtri Pythiorum agone, cum *Theſſalas equas* duxiſſe dicitur apud Sophoclem Oreſtes: tum ſeptimum currus in eo certamine ductorem fuiſſe *virum e Magneſia*, ἄνδρα Μάγνητα. Hinc Lucanus: *Et Magnetes equis*, quibus, & optimis quidem, abundarent. Unde duo modo indicati nummi haud parum rurſus illuſtrantur: prior nempe, in quo *Centaurus* palmam, victoriæ in equeſtri agone reportatæ præmium, geſtat: alter *Magnetum*, cum ſignato ibi *Centauro*. Theſſalia equidem, tanquam plana & campeſtris regio, equeſtris inde olim habita, & Equis præcipue uſi Theſſali, ut id a [a] Platone aliiſque traditum: ipſique Theſſalorum Equi, iuxta Cappadoces & Siculos equos, a [b] Themiſtio celebrati. Iidem vero Theſſali petulantes ac intemperantes inſuper cenſebantur; uti id a [c] Platone ſimiliter, aliiſque antiquis Auctoribus, de iis proditum legitur. E quibus autem id abunde, ut opinor, nunc liquet, cur ſemiferorum id genus *Centaurorum*, qui ex hominibus ſcilicet & equis conſtarent, patria habita olim fuerit Theſſalia; & quidem in Magneſia ac vicino ei tractu. Unde apud Lucanum poſt adducta paullo ante verba *Et Magnetes equis*, ſequitur continuo:

[d] *Illic ſemiferos Ixionidas Centauros.*

Adde, quo inſtituto, ſignati iidem in variis & inſignibus veterum nummis, cum ſingulares quandoque *Centauri* Sagittarii, ac inde Arcitenenti etiam Apollini ſacri; vel cum Tibia quandoque & Cithara, tanquam Theſſalorum in continuis ſaltationibus, ludis, & comeſſationibus, ut de iis veteres, agentium anteſignani; vel in equeſtribus agonibus victores, quod equi nempe celeritatem ac hominis peritiam, ſicut utrumque in hiſce *Hippocentauris* prædicabat apud Xenophontem Cyrus, iidem adumbrarent: aut uti in Boetorum nummo apud Vehlerum, ubi Centaurus Tridente armatus Neptunum etiam refert, Ἵππιον quippe, ut aliunde notum, ſeu *Equeſtrem* Deum, haud minus ac Ἐνάλιον, ac unde victores in Olympiis equi, Ποσειδάνιοι ſeu *Neptunii* a Pindaro, ut obiter hoc addam, dicti. Unde præterea illuſtrantur, cumplures illi, bini nempe ſeu quaterni id genus *Centauri*; iique modo Bacchi, modo Æſculapii & cum facibus quidem, modo Herculis etiam, & memoratas quidem ob cauſſas, currum ſeu thenſam ducentes in antiquis id genus Nummorum Gemmarumue monumentis. In cuius autem rei fidem, aliquot e dictis modo *Centauris*, diuerſa id genus munia obeuntibus, quoſque exhibent veteres nec obuii vulgo nummi, hic haud ingrato, utique ſpectaculo, ſimul adponendos duximus:

a De Legib. lib. 1. pag. 625. Julian. Imp Orat. 11.
b Orat. XXVII. p. 335.
c Εὐθισταλίαν πλείστην ἀταξίαν καὶ ἀκολασίαν. In Critia pag. 53. Tom. I. *Add.* Athenæ. lib. VI. p. 260. & XII. p. 527.
d Lib. VI. verſ. 386.

Inſt. Cyr lib. IV. cap. IV. §. 4. Itin. Angl. n. 118.

Olymp. Od. V verſ. 49.

XII. *De*

XII.

De MINOTAURIS *in Nummis.*

CENTAUROS excipiet MINOTAURUS, aliud semiferum itidem monstrum, seu, ut de eo Euripides apud Plutarchum:

In Theseo p. 6. Ταύρου μίμικτα καὶ βροτῶν διπλῆ φύσει,
Tauri mixtus & hominis duplici natura:

aut,

Semibouemque virum, semiuirumque bovem.

A qua equidem huius *Minotauri* forma haud recedunt prisci nummi, in quibus mixta illa hominis ac bouis natura continuo cernitur. In eo autem abeunt iidem haud parum a figura, quam huic *Minotauro* tribuunt e Græcis, & quod viderunt alii, [a] Diodorus, ac e Mythologis, [b] Apollodorus, [c] & Palæphatus; aut e Latinis etiam, eorum exemplo, & ne id a solis Græcis factum statuatur, [d] Hyginus; qui nempe corpore humano, capite vero taurino fuisse *Minotaurum* dixerint: quum tamen taurinum corpus, caput vero humanum adscribant eidem, quotquot exstant hactenus Græcorum nummi. Quem inter dictos modo Auctores ac nummos hosce dissensum, non ὁ πάνυ quidem Vossius pater, ut de eo nuper traditum; sed, quod dissimulari ibi non debuit, doctissimus eius filius adtigit & expendit ad Catullum; nec præteriit in utroque Thesauro Palatino & Brandenburgico præstantissimus Begerus. Id vero bene insuper ab eodem Is. Vossio, exquisita doctrina viro, ea occasione monitum; exprimi quidem in nummis *Minotaurum* capite humano, sed nihilominus cornuto; cornua proinde eidem opportune a Catullo tribui:

a Lib. IV. pag. 193.
b Lib. I.
c Cap. 2.
d Tab. XL.

Antiquit. Græcar. Tom. I. Is. Vossius Observ. p. 205. Thes. Pal. pag. 309. Thes. Brand. Vol. I. pag. 349.

Epithal. Thetid. v. 110. *Sic domito sæuum prostrauit corpore Theseus,*
Ne quicquam vanis iactantem CORNUA *ventis.*

Unde etiam factum licet statuere, & quod utique facile a viris sagacibus ac eruditis adtendi ac moneri poterat; ut quum semifero huic monstro taurina fuisse in capite cornua, mixtum cæteroquin illud e tauri & hominis forma, constans de eo fama pertulisset; inde adducti sint memorati paullo ante Græci aliquot Auctores, ut taurinum capiti eius, humanam vero corpori formam continuo tribuerint. Unde *mugitum* etiam, *taurinam* proinde non humanam vocem, huic *Minotauro* adscribit Callimachus:

Hymn. in Del. v. 314. Οἱ χαλεπὸν ΜΥΚΗΜΑ, καὶ ἄγριον ὄφρα φυγόντες
Πασιφάης.
Qui ubi horrentem MUGITUM, *& ferocem filium effugissent*
Pasiphaës.

Quæ obuia omnino & aperta eorundem hac in re, & nummorum veterum, aliorumue id genus monumentorum, quæ non consuluerunt, vel ante oculos habuere iidem Scriptores, dissensionis ratio & caussa elucescit. Id utique certum hodie & notum iis, qui vel in limine, quod dici solet, hæc adtigere, haud alia, quam sub taurini corporis, humani vero capitis & barbati, sed cornuti insuper, & quidem cum taurinis cornibus, effigie signari in iis hunc *Minotaurum:* ut proinde hanc fuisse omnino liqueat, quæ de *semiuiro* illo *boue*, aut *semiboue viro*, & ab Euripide, ut vidimus, mixta ex homine & tauro duplici natura, prodita est, fabulosam scilicet formam; quamque tot superstí-

ſuperſtites vel in Sicilia, *Syracuſanorum, Gelæ, Tauromenitarum, Agyrinæorum, Entellinorum, Selinontiorum,* & *Hieronis*; in Magna Græcia, *Nolanorum, Neapolitanorum, Sueſanorum*; ex Inſulis Græciæ, vel in Aeolide, *Myrinæ* nummi, iique ad Cretenſem originem indicandam, etiamnum oſtentant. In quibus autem modo integer, modo dimidius, modo cum ſolo taurino & humano ſimul capite conſpicitur hic *Minotaurus:* uti e ſequentibus iconibus in nummis Siculis apud Parutam, cum alibi obuiis, cuiuis etiam in hiſce plane hoſpiti fiet continuo manifeſtum.

Parut. Tab. 87. n. 7.
Idem Tab. 63 n 108.
Idem Tab. 99. n. 1.

Omnino enim *Minotaurum,* ſeu natum illud in Creta ſemiferum portentum, in iis aliiſque id genus nummis ſignari, arguit abunde hoc eorundem locorum, qui Cretæ originem ſuam debuerunt, inſigne. Id vero mirari optimo iure quiſpiam poſſit, cur clara id genus oppida, ad prodendam ſuam e Creta originem, haud aliud quid huic Inſulæ quidem peculiare, ſed quo eadem nobilitaretur, publicis hiſce monumentis inſculpi curauerint, Jouis puta Cretenſis, aut Labyrinthi ipſius, mirabilis cuiuſdam & ſingularis operis, in quo incluſus ille *Minotaurus,* quique in Cretenſium *Gnoſſiorum* nummis conſpicitur; aut vero Minois ipſius; inclyti commendatiſſimæque ad poſteros famæ Regis, quam fœdum huius e nefando filiæ eius concubitu nati ſemiferi portenti ſimulacrum. Haud opus vero, ut ad Theſeum vel ad Athenienſes, efficti in nummis id genus *Minotauri* cauſſa vel inſtitutum ullatenus referatur; quod, ut viderunt iam viri docti, ille in iis haud aliam, quam Cretenſem eorundem locorum originem arguit.

XIII.

De PHOENICE *in Nummis.*

De PHOENICE vero res forte anceps videri cuipiam poſſet, an ille continuo in hanc fabuloſorum animalium claſſem veniat adſcribendus. Equidem illibenter, non iam dicam, Herodoto, Diodoro, Plinio, Tacito, aliiſque Græcis Latiniſue Auctoribus; aut Poëtis etiam Gentilibus, Ouidio, Martiali, Auſonio; ſed tot magnis Chriſtianæ religionis antiſtibus vel doctoribus, dicam falſi coginur ſcribere, [a] Clementi Romano, [b] Tertulliano [c] Origeni, [d] Lactantio, [e] Cyrillo Hieroſolymitano, [f] Gregorio Nazianzeno, [g] Ambroſio, [h] Epiphanio, aliiſque id genus Senioribus; ac e Poëtis Chriſtianis, Auctori carminis de Phœnice, quod Lactantio vulgo tribuitur, Nonno præterea, qui aut veram, aut dubiam, vel *poſſibilem* ſaltem traditam de Phœnice narrationem credidere. Quamquam nonnulli e memoratis Ethnicis Scriptoribus, eandem, non ut certam, aut alibi a ſe quam in pictura viſam, immo ut fabuloſam, & indicata fabulæ origine, de qua mox, retulerint. Uti e Chriſtianis

a Ep. 1. ad Corinth.
b De Reſurrect. c. XIII.
c Contr. Cæſ. lib. IV. p. 129.
d Catech. XVIII. Sect. 14.
f Oration. XXXVII. Carm. III.
g Hexaem. lib. IV. cap. 23.
h Phyſiol. c. XI.

etiam, quos indicauimus, Auctoribus, Origenes, poſt adlatam a Gentili Celſo illam de Arabico hoc alite narrationem addit: τῦτο ἱςόρηλαι μὲν δύναλαι ἐὰν ΠΕΡ ΑΛΗΘΕΣ, *id narratur quidem, ſed poteſt eſſe,* SI TAMEN VERUM EST. &c. Recutitorum vero veterum turbam hic non moror, qui auide eam de *Phœnice* fabulam ſunt amplexi, & Jobi inde locum, in quo, uti Seniores & Vulgatus Interpres, *juxta palmam*, vel *truncum palmæ*, vel ſecundum vim vocis Hebrææ, *ſicut arenam, multiplicabo dies*, de *Phœnice* aue ſunt continuo interpretati; ut id ad eum locum viri in litteratura Orientali principes, & eorum exemplo, ubi multis hac de re agit, doctiſſimus Bochartus. Idem vero ſola Græcæ vocis Φοίνιξ apud Regium Vatem homonymia, quæ nempe *palmam* & *Phœnicem* notat, & *Palmæ* in Syagris renaſcentis, cuius meminit Plinius, occaſionem illi de *Phœnice* fabulæ datam ſtatuit. Memorabilia vero ſunt Plinii ea de re verba: *Mirumque de ea accepimus* (palma Syagrorum) *cum* PHOENICE *aue, quæ* PUTATUR *ex huius* PALMÆ *argumento* NOMEN *accepiſſe, iterum mori ac renaſci ex ſe ipſa.* Quibus autem hanc notationem ſubdit continuo Bochartus, quam, ac iiſdem fere verbis, arripuit poſtremus ac eruditus Plinii editor: factum nempe aliquando loci fertilitate, ut ex eodem ſurculo vel palmite, altera in deficientis locum pullularit: inde vero ad cognominem auem tranſlatam fuiſſe fabulam, ut ſæpe ex leuiſſima occaſione naſcuntur portenta narrationum. A quo tamen abit, quod iam vidit Triſtanus, Lactantius, ſeu quiſquis Auctor carminis de *Phœnice*, qui non *Phœnicem* a palma, ſeu Φοῖνιξ, ſed *palmam* eo nomine ab aue *Phœnice* dictam ſtatuit:

Contr. Celſ. lib. IV. p. 229.

Job. XXIX. 18.

Hieroz. lib. VI. cap. 5. p. 11. Pſalm. XII. 13.

Lib. XIII. Sect. 9.

Ut ſupra.

Tom. III. p. 610.

Tunc legit aerio ſublimem vertice PALMAM,
Quæ Gratum PHOENIX *ex aue nomen habet.*

Id vero ex adducto Plinii loco manifeſtum, iam ante Plinium, aliis quoque Gentilium ſcriptoribus ſuboluiſſe, e Græcorum voce Φοῖνιξ de *palma*, inditum *Phœnici* aui nomen: haud primos proinde Chriſtianorum antiſtites, ea vocis Φοῖνιξ apud Græcos ambiguitate deceptos itidem fuiſſe. Quamquam mirum videri cuipiam poſſit, id non adtendiſſe Herodotum, alioſque antiquos, qui ſuperſunt, & de *Phœnice* agunt, Auctores; ubi notam de eo Arabico alite fabulam narrant. Eandem vero ab iis traditam, & non a ſe repertam, auide ad pios uſus religioſi doctores vel antiſtites continuo tranſtulerunt: eo nempe conſilio, quo irriſum & exploſum a Chriſtianæ religionis aduerſariis reſurgendorum aliquando corporum myſterium, familiari apud ipſos Gentiles ſymbolo, adumbrarent ac tuerentur. Id vero primum, nec perfunctorie factum haud ignoras, a veſtrate Clemente in aurea ad Corinthios Epiſtola: quod cedro & auro omni præſtantius aurei vere ſæculi monumentum Britannico orbi, ab annis haud ita multis, acceptum ferimus. Inde etiam *Phœnices* in cenotaphiis Martyrum depictos, tanquam reſurrectionis ſymbolum, liquet ex Actis Paſſionis S. Cæciliæ, ut iam obſeruarunt viri docti. Iſtud vero ſanctiſſimorum hominum inſtitutum egregie vel firmant vel illuſtrant obuii quandoque in nummis conſecratorum apud Romanos, uti Fauſtinæ matris, *Phœnices:* qui proinde totidem Gentilium ſententiæ, de Auguſtis ſuis e buſto ad cœlum proſilientibus, & in nouam eandemque æternam vitam adſertis, prodita ſymbola adhuc hodie conſpiciuntur. Hinc ſolennes illæ inſcriptiones, depicto in iis Phœnici adſcriptæ, ÆTERNITAS, vel ÆTERNITATI AUG. ne miremur *æternam auem* dictam iam olim a Claudiano,

Vid. Arſch. Duc. Nummos Tab. XLIII.

Æter-

Æternam ne perdat auem: In Phœnice v. 63.

aut vero illud Chriſtiani vatis apud Euſebium, poſt recitatam de Phœnice Gentilium narrationem,

Ἑλληνικοῖς Ἕλλησι εἴξατε λόγοις
Πείθεσθε, λοιπὸν τῶν ἀναίσθων σέβας.

Græci ergo Græcis fabulis ſi creditis, Ne iam negetis ſuſcitari mortuos. Accedit inſuper conſpicuus idem *Phœnix* in inſignibus Hadriani nummis aureis & argenteis, cum inſcriptione SAEC: AUR. ſeu *Sæculum Aureum*; etſi non *Phœnicem* ſed *Aquilam* globo inſiſtentem, in eo ſignari crediderit, non adducta tamen nummi ipſius icone, Triſtanus. Verum *Phœnicem* omnino in Tom. I. p. 475. iiſdem nummis conſpici, cum obſeruare nobis haud ſemel licuit: tum fidem inſuper facient duo inſignes Antiquarii, Alb. Rubenius, qui eundem nummum tangit in notis ad Areſchotani Ducis numiſmata; tum J. Vaillant, qui aurei argenteique illius nummi, cum globo & ſuperpoſito ei *Phœnice* itidem meminit, & utrumque a raritate & elegantia commendat. Accedit, quod opportuniori longe ſymbolo, *Sæculum* illud Hadriani *Aureum*, unius illius Arabici alitis, & cuius vita magni anni conuerſionem fieri, tradiderat, iuxta Plinium, maximus nobilis doctrinis Manilius, quam vulgaris Aquilæ inſigniri. Notum vero, & viderunt iam alii, quod de Auguſto, *aurei Sæculi* conditore Virgilius; aut de Commodo, qui publicis edictis, illud, quo regnabat, *Sæculum Aureum* dici & inſcribi iuſſerit, tradidit Dio. Qua ratione itidem ſub Chriſtianis Cæſaribus, idem *Phœnicis*, velut nouæ ac æternæ vitæ, aut noui quaſi & fortunati ſeu *Aurei Sæculi* ſymbolum, eſt frequentatum. Præclarum vero eius rei argumentum præbent ſequentes Conſtantii Junioris & Conſtantis nummi, in quibus *Phœnix* modo ſupra rupem, modo ſupra ſphæram poſitus cernitur; & quales in Conſtante adtulerunt iam duo præclari veterum nummorum promicondi, Triſtanus ac Patinus, & quidem cum eorundem lemmate, FEL. TEMP. (ſeu *Felix Temporum*) REPARATIO. Quibus inſuper præmittimus inſignem alium nummum magni Conſtantini parentis, ſeu ut vere in iiſdem monumentis dicitur, *Maximi*; in cuius auerſa parte occurrunt duæ figuræ: una galeata, & cum haſta, feminuda præterea, tropæo inſidens; altera figura militaris ſtans, quæ globum, cui *Phœnix* radiatus inſiſtit, alteri ſedenti porrigit, infra autem Canis, cum inſcriptione GLORIA SÆCULI VIRTUS CÆS. infra P. R. Quam autem huius nummi iconem pridem vulgauimus, benefico viri commendatiſſimi nominis, ampliſſimi Joachimi Camerarii noſtri, illius nummi poſſeſſoris; & cui ſimilem poſtea protulit inter nummos Familiarum Auguſtarum Byzantinarum Tab. v. eruditiſſimus du Cange:

Lib. x. cap. 2. *Aurea condit ſæcula.* Æn. VI. 793. Lib. LXXII. pag. 824.

Ubi

Ubi videas nempe *Phœnicem* eadem figura, qua illum nobis Herodotus, Plinius, Solinus, vetus Poëta apud Eusebium, Lactantius, Claudianus, aliique tradidere: Aquilæ nempe magnitudine, cum plumeo apice, seu corona radiata, quam in eius descriptione *Solis imaginem* vocat[a] Achilles Tatius, ut facile inde sacrum Soli animal, & [b] Horo in Hieroglyphicis dictum *Solis Symbolum*, [c] Claudiano autem, *ut Solis mirentur auem*, adsequamur.

a Lib. III. pag. 215.
b Lib. II. c. 57.
c Lib. II. in Pr. Cons. Stil. v. 419.

XIV.

De MONSTROSIS *aliis* FIGUURIS *in Nummis.*

ACCEDUNT præterea alia quædam cœlata in Nummis MONSTRA, quibus symbolorum aut Naturæ Interpretes, possunt industriam suam excitare aut ornare luculentius. Unum, quod inter Hieroglyphica Ægyptiorum animalia retulerim, exhibet nummus Hadriani Mediceus, in quo cauda, corpus, & pedes Leonis; pectus Crocodili; caput Isidis cum flore; & desuper Sphinx cum rota. Hæc enim omnia Ægyptium nummum satis arguunt, & mea sententia, iuxta familiaria illis symbola, Lunæ concordem cum Sole in hæc inferiora virtutem, & recurrens statis vicibus Iouis sui Ægyptii incrementum. Sic monstrum aliquod Ægyptiacum, exhibet nummus Traiani in Regia Gallorum Gaza. In vicina quidem Æthiopia haud unum agnoscit monstrum Plinius, ex variis id genus animalium formis concretum, collo etiam, cauda, pectore Leonis, cætera diuersum. Neque alienus ab hoc loco nummus quidam plane singularis Gordiani Pii a *Nicæensibus* in Bithynia percussus; in quo figura inequitans monstro, capite equino, cum brachio veluti, loco dextri pedis, baculum Serpenti inuolutum apprehendente, priori sinistro pede humano, duobus posterioribus equinis, cauda vero instar serpentis inflexa: Eques autem ipse ornatus galea ac thorace, dextra coronam tenens. Ipsa vero monstri inscriptio haud minus singularis, ΙΠΠΟΝ ΒΡΟΤΟΠΟΔΑ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Ita enim in eo nummo, quod olim non aduerti, & erat tamen, ut ingenue fatear, obuium, omnino legendum bene monuit ad Suetonium Cl. Patinus: ubi a Tranquillo de J. Cæsare dicitur: *Utebatur autem* EQUO *insigni*, PEDIBUS *prope* HUMANIS *& in modum digitorum unguli fissis; quem natum apud se cum haruspices imperium orbis terræ significare domino pronuntiassent, magna cura aluit.* Sed operæ pretium est, ipsam rarissimi & plane singularis nummi iconem conspiciendam dare, beneficio Christinæ Augustæ, cum aliis id genus ex Regia vere eius Gaza depromptam.

Lib. VIII. cap. 21.

Sueton. in Jul. Cæsar. cap. LXI.

Quid

Quid autem monſtri alat hæc figura, fateor mihi hactenus incompertum: neque ad quam vel hiſtrioniam vel fabulam adludat hæc inſcriptio, me adſequi adhuc certo potuiſſe. Neque vel ex antiquis, Strabo, vel Dio Chryſoſtomus, vel Memnon apud Photium, alique, qui multa de hac primaria Bithyniæ urbe, eiuſque vel Conditoribus, vel Tutelaribus Diis, Hercule, Baccho, Nicæa, Naiade, cæteriſque obſeruarunt; vel quos conſului, eruditi monumentorum id genus interpretes, facem hic mihi prætulere. Si Arriani opus exſtaret, quo τὰ μυθικὰ Bithyniæ complexus apud Photium traditur; aut Alexandri, Menippi, Demoſthenis, commemorata antiquis Grammaticis Bithyniaca, haberemus forte hanc rem magis explicatam. Quo loco mihi in ſolatium occurrit magni illius Herculis Muſarum, Joſephi Scaligeri confeſſio, profitentis tam multa in nummis & inſcriptionibus antiquis latere, quæ nos fugiunt, ex quibus tot præclara ac recondita liceret eruere, ſi illa utique poſſemus adſequi.

Biblioth. pag. 234.

In Scaligeran. p. 222.

Exſtat cæteroquin alius ſub Macrino, & ab iiſdem *Nicæenſibus* percuſſus nummus, cum figura monſtro ſimili, non Equo quidem, ſed Elephanti inſidente, quem videbam nuper in Collegio Claromontano Pariſienſi. *Cebos* quidem, Simiæ genus, priores pedes manibus, poſteriores autem humanis pedibus ſimiles habuiſſe, ſupra ex Ariſtotele & Agatharchide tradebamus. At non Simiam hic, ſed Equum cum dextra & pede humano, eique inſidentem Equitem licet intueri. Ne quid tamen hic intentatum relinquamus, crederem facile ipſum Gordianum deſignari illo emblemate Bithyniam peragrantem, & quaſi alterum Æſculapium, ſeu gratum ſalutis auctorem conſpicuum iiſdem factum. Deſignati enim ſunt vulgo, ut noſti, per Figuras Cæſarum Equeſtres, eorundem Aduentus, & quidem aliquoties in reſiduis huius Gordiani nummis: Inſtar vero præſentis Æſculapii exceptum illum fuiſſe a *Nicæenſibus* arguere videtur baculus ille ſerpente inuolutus, familiare huius Epidaurii Dii ſymbolum; cuius etiam, ut antea monebamus, præ numinibus aliis ſalutares & familiares vulgo habitæ apud Græcos Epiphaniæ. Æſculapium certe *Nicææ* cultum, haud minus ac Epidauri, liquet ex nummo Antonini Pii, in quo Æſculapius cum ſerpente, ac epigraphe, ϹΩΤΗΡΙ ΑϹΚΛΗΠΙΩ ΝΙΚΑΙΕΙϹ *Seruatori Æſculapio Nicæenſes.* Ut mittam *Aceſium*, iuxta Æſculapium, & in eius æde cultum apud Epidaurios, in alio nummo eorundem *Nicæenſium* obuium, ſicut præclare eruit illum & explicauit Cl. Triſtanus. Neque cuipiam mirum videbitur, adprehenſum aut geſtatum fuiſſe ab illo Equo Æſculapium, qui equorum ſimul & hominum ſalutem huic Deo Epidaurio curæ olim fuiſſe meminerit, & eundem proinde, iuxta Equeſtrem Neptunum, inuocari, ut id iam ante e Scriptore Rei Veterinariæ vidimus. Neque alias a Gordiano abludit huius Equitis effigies, maxime ſi Græcorum & Barbarorum nummorum rationem habeas, in quibus vulgo Cæſarum minus decoræ & & inconcinniores formæ conſpiciuntur, & adeo nonnunquam, ut fatente Cl. Seguino, Imperatores iſti non vultu, ſed ſolo nominis indicio agnoſcantur. Ut certe id in eos quadret, quod de primis naſcentis picturæ rudimentis obſeruat alicubi Ælianus; adeo rudi & imperita arte efficta a pictoribus animalia, ut neceſſe haberent ad ea adſcribere, hoc eſt *Bos*, *Equus*, *Arbor*. Accedunt vero firmandæ huic coniecturæ, aliorum quoque Cæſarum cum monſtris cœlatorum figuræ, in aliis barbaris & Ægyptiis nummis. Talis Hadrianus cum monſtro Cynocephalo, in nummo eiuſdem Cimeliarchii inclytæ

Tom. I. p. 599.

Hieroclet Præfat.

Select. Numiſmat.

Var. Hiſt lib. 1. cap. 16.

Reginæ. Ut nunc mittam Iſidem monſtro etiam inſidentem cum Siſtro, quam Fauſtinæ nummus exhibet in eadem Gaza. Hoc vero Equinum monſtrum cum humano pede & brachio, quo Epidaurium Serpentem tenet, opportune mihi in memoriam reuocat ſimulachrum illud Cereris, *Nigræ* cognomento, aquod Phigalenſes Arcadas, cuius meminit Pauſanias, Equino itidem capite, draconibus aliiſue feris ad illud adludentibus, reliquo vero corpore ad imos pedes tunica velato, una vero manu Delphinum, altera Columbam præferens. Aliud quoque in *Syracuſanorum* nummis ſuppeditat Gaza Medicea, capite itidem Equino, cauda bifurca, pectore ſtipiti incumbente, & Dracon cætera ſimile. Alterum rurſus in iiſdem videas alatum, Equino capite, cum duabus tibiis equinis infra pectus, & cum cauda ſerpentina. De quibus proinde uſurpari licet illud Gregorii Nazianzeni, θηρίον ἐκ πολλῶν θηρίων συγκέκμενον πολεμικῆς καὶ πολυμόρφου *ex multis belluis conflatam, variam quandam & multiplicem belluam.* Neque Serpens ille prætereundus, Equi dorſo impoſitus, in rariſſimo nummo Ægyptio *Domitillæ* Auguſtæ, Veſpaſiani coniugis, quem videre mihi contigit in muſeo Lomeniano Cl. Patini, ac illius ab eodem ectypum a me olim vulgatum impetrare, quod in editis mox illius Muſei ab eo nummis itidem comparuit. Similem etiam nummum, ut hoc addam, habet Gaza Medicea ſub Domitiano percuſſum. Cui autem nummo comitem ſimul hic addemus alium nnmmum inter pretioſa id genus cimelia illuſtriſſimi Comitis Pembrochiæ a me nuper obſeruatnm, cum Leone in auerſa nummi parte, cui Serpens ibidem impoſitus cernitur.

Lib. VIII. p. 523.

Orat. I. p. 19.

Referenda vero fabuloſa hæc monſtra, ad Hieroglyphica id genus Ægyptia, ex diuerſis animantibus vulgo apud eos conflari ſolita, ſicuti ex Porphyrio ſupra videbamus, aliiſque antiquis eorum monumentis paullo ante commemoratis, & de quibus iterum Nazianzenus Ægyptum alibi compellans, ſecunda nempe in Julianum Philippica; τ' ἄλλα τε ζῷα πλάττῃς ἢ γεφύρεις θρέμματα καὶ ἀλλόκοτα, aliaque quotquot conficta *tibi aut picta animalia, e diuerſis generibus conflata & prodigioſa.* Ex his autem, quæ ſupra adtulimus, abunde colligas, familiarem fuiſſe inprimis illi genti petitam a Serpente & Dracone mixturam, ob diuinitatem vel prouidentiam ei animalium generi paſſim apud eos tributam; ut cum ex præclaris & antiquis eorum nummis luculenter eſt demonſtratum. Alias ut equitantem hic vides Serpentem, ſic rurſus Serpenti inſtar Equi vel Cameli inequitantem Samaëlem, hoc eſt Satanam, e libro Medraſch tradentem legas Magiſtrorum doctorem, in laudato ſupra opere.

Orat. IV. pag. 118.

Maimonid. Mor. Nevoch. P. III. c. 30.

Cæterum plura id genus, ex veterum nummorum penu erui adhuc poſſent, unde iis, qui monſtra vel vera, vel fabuloſa congerunt, uberior materia diligentiæ & contemplationis ſuppeteret. Haud inmem illam inſuper ad myſteria veteris ſapientiæ, aut obſcura nonnunquam auctorum loca illuſtranda, facile

facile unuſquiſque intelligit. Ita quidem, ut abunde de illorum iudiciis ſecurus in poſterum eſſe debeam, qui ad aliquam Naturalis Hiſtoriæ lucem nihil omnino conferre, id genus monumenta hactenus credidere; & qui meam hac de re ſententiam, nimio cuidam erga Helenam, quam ornandam hic ſuſcepi, ſtudio & amori videbantur forte tribuere. Equidem quando id veris & nouis ferme probationibus non euiciſſem, luculentos eius rei teſtes ac præcones dare hic poſſem, in hoc ipſo naturalis hiſtoriæ argumento, aliorum induſtriam & conatus quodammodo ſupergreſſos, Unus eſt Ulyſſes Aldrouandus in Herculeo opere, qui Nummorum ſubſidium ad eius illuſtrationem frequenter aduocaſſe haud contentus, ampliſſimum alicubi hoc iis teſtimonium præbuit: *Ut modo ſtudioſi omnis Antiquitatis utilitatem aliquam ex noſtris biſce Naturæ hiſtoriis percipiant, ſuis propriis ac aptis locis* NUMISMATUM *Imperatorum, aliarumque Familiarum antiquiſſimarum, & præſertim ubi Aquilæ inſcribuntur, utrumque latus delarare decreui. Atque id eo lubentius facio, cum cognoſcam hoc eruditiſſimo ſæculo in maximo haberi honore illa ſtudia, in quibus variæ traduntur Hiſtoriæ, &* PRÆSERTIM ILLA QUÆ AD NUMISMATUM, *Marmorumque antiquorum lectionem ſpectant.* MULTA *enim ſub eorum cortice* LATENT MYSTERIA NATURÆ, *quæ maxime & perſcrutantium palato arridˈent, animumque oblectant. Fateor equidem, me* EX HISCE STUDIIS MAXIMUM SEMPER FRUCTUM PERCEPISSE, *atque hic inter alios authores, Æneæ Vici, Huberti Goltzii, Gulielmi Chouli Galli, Sebaſtiani Erizzi opera uſum fuiſſe. Sed ſtudia iſthæc imprimis promouet autopſia ipſa, ideoque tum Romæ, Florentiæ, Ferrariæ, tum etiam in aliis locis apud Sereniſſimos Principes variſſima multa vidiſſe* MIHI PLURIMUM PROFUIT. Quid potuit obſecro dici luculentius ad commendationem huius mercis in hoc ipſo contemplationis genere, idque ab homine nullo ad id peculiari conſilio & tractatione adducto? Suffragatur eidem clariſſimum Galliæ ſuæ lumen, & cum monumentis aliis reconditæ doctrinæ, tum luculento de ſacris Animalibus immortali, Samuel Bochartus. Ille enim lecta priori huius operis editione vel qualicunque ſpecimine verius, quod in urbe Æterna primum prodiit, & de noua editione, quam tum adornabam, quæque haud ita diu poſtea vulgata eſt, certior factus, ab hoc inprimis ſingularium in nummis cælatorum animalium argumento, immane quantum huic ſupellectili pretium ſtatuit, & quam inde magni nunquam ſatis æſtimandæ utilitatis fructus percipi poſſent, ſuis tum ad me litteris ſignificauit. Superſedeo hic a verbis eiuſdem commemorandis, quia cum aliqua mea laude coniuncta verſantur.

Ornitholog. lib. IV. *de Aquila.*

DISSER-

DISSERTATIO SEXTA
DE
PRÆSTANTIA ET USU
NUMISMATUM
ANTIQUORUM.

QUIDEM illam, de qua modo agebamus, OCTAUI nobiliſſime, in ipſius NATURÆ contemplatione, rei huius antiquariæ utilitatem ac præſtantiam, haud leuiter vel firmat inſuper, vel illuſtrat; quod neque in ornanda PLANTARUM hiſtoria, ſuperuacua omnis hæc veterum Nummorum ſupellex cenſeri debeat. Cuius autem rei, ut id in limine hic adtingam, obuia, neque una etiam occurrit ratio. Prima utique, quod *Plantarum* quædam, ſeu *Arborum* genera, in uno velut ſolo naſcerentur, quæ eidem proinde forent peculiares; adeo ut iis ſubinde nobilitata fuerint eadem loca, ac inde quoque illæ in eorundem locorum nummis ſignari continuo meruerint. Idque eo opportuniore inſtituto, quod variis caſibus, ut mox de *Laſerpicio* ſeu *Silphio Cyrenaico* dicetur, peculiares id genus eorundem locorum plantæ omnino poſtea in iiſdem locis defecerint. Altera, quod *Plantæ* id genus ac *Arbores*, a locis, ubi naſcerentur, ſæpe fuerint denominatæ; aut viciſſim loca ipſa a *Plantis* apud ſe natis, aut quarum prouentu abundarent, appellata. Tertio, quod ſingulis ſæculis, ut id vere ab eo, qui e Recutitis nugari ferme deſit, Mamonide alicubi dictum, & quotidiana docet experientia, notæ fuerint herbæ & fructuum ſpecies, iis qui anteceſſerunt, ignotæ. Quarta ratio inſuper accedit, quod quædam *Plantarum* ſeu *Arborum* genera, ſuis quæque Numinibus, ut alicubi ea de re Plinius, & nota tangit apud Phædrum fabula, fuerint dicata; addo denique, quod ex earum etiam numero, quædam *Arbores* traditæ fuerint valde annoſæ, ſeu a longo æuo ſuperſtites, ut *Olea* Athenis, *Palma* Deli, *Platanus* Delphica, aut Gortynæ in Creta *Quercus Alexandri* dicta, aliæque. Quæ ſingula autem ex luculenta veterum, nec vulgarium equidem nummorum penu, haud iniucundo proinde vel omni utilitate vacuo ſpectaculo, poſſunt etiamnum comprobari vel illuſtrari.

Porta Moſis pag. 93.

Lib. XII. c. 1. Fab. XVII.

I.

De SILPHIO CYRENAICO *in Nummis.*

Ac primum quod adtinet, ſeu nobiles certorum locorum eaſque peculiares iis *Plantas*, ut ab illuſtri eam in rem exemplo ordiar, tale SILPHIUM CYRENAICUM olim exſtitiſſe, cum ab aliis antiquis Auctoribus, tum a Theophraſto eſt imprimis proditum. Ab eo enim cum copioſæ Cupreſſi, ac præſtantiſſimæ Oleæ in Cyrenaica naſcentis facta fuiſſet mentio, continuo additur: Διάφορον δὲ πάντων ΤΟ ΣΙΑΦΙΟΝ, *maxime autem peculiare ibi* SILPHIUM. Natum vero alibi quoque *Silphium* legitur, ut in Syria, Perſide, Media, Armenia, Caucaſo, addo & in [a] Parthia; idem tamen uti ea de re priſci Auctores, Theophraſtus, [b] Strabo, [c] Dioſcorides [d] Scribonius Largus, [e] Plinius, [f] Galenus, longe infra *Cyrenaicum*: ut mittam, quod primum in eadem Cyrenaica natum illud haberetur, ſeu inde aduectum. Quamquam iuxta *Lybicum*, ſeu *Cyrenaicum*, *Æthiopici* quoque *Silphii*, ut in pretio olim habiti, meminit alio loco, ut inſuper obſeruo, [g] Galenus. Unde pro inſigni quodam & quantiuis pretii munere, *Batti Silphium*, hoc eſt, qua de re mox Cyrenaicum, adduci apud Ariſtophanem, haud ignoras, ut opinor:

[h] οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι
Τὸν Πλοῦτον αὐτὸν, ἢ ΤΟ ΒΑΤΤΟΥ ΣΙΑΦΙΟΝ.

Non ſi dares mihi Plutum ipſum, atque BATTI SILPHIUM. Qualis vero olim fuerit figura illius SILPHII ſeu LASERPITII *Cyrenaici*, decantatæ adeo apud veteres plantæ, nequidquam apud recentiores Herbarum collectores ac interpretes quæras; nec aliunde hodie, quam ex eorundem *Cyrenæorum*, vel *Barcæorum*, de quibus mox, in eadem Pentapoli Cyrenaica nummis conſtat. Hæc enim planta, quæ vel ſola Cyrenaicam regionem per plura ſæcula nobilitauit, unde & *laſerpitiferas Cyrenas* vocat Catullus, & cuius *laſeris* aliquot pondera in publico Populi Romani ærario recondita narrat Plinius, iam ante illius ætatem apud Cyrenæos defecerat: niſi quod unum omnino caulem ſua repertum memoria, Neroni principi, tanquam proinde eximium quid & ſingulare, miſſum idem refert. Amiſſi vero iiſdem in locis, ut de eo rurſus Plinius, *clariſſimi* illius, (ſicut dictum a Romanis *Silphium* ibi ab eo traditur) *Laſerpitii* culpa, in publicanos; Strabo vero, qui *propemodum* ſuo æuo defeciſſe illud iam ante monuerat, in barbaros transfert; & firmat etiam eiuſdem ætatis auctor, Scribonius Largus, *Laſer Cyreniacum, ſi poterit inueniri.* Seueri tamen ætate *Laſeris* illius *Cyrenaici* copiam adhuc Romæ ſuperſtitem exſtitiſſe, liquet mihi ex Galeno; qui in confectione antidoti, quale a ſe frequenter paratum docet, adhibendi inter alia ὑπὸ Κυρηναικῆς, *laſeris Cyrenaici* diſerte meminit. Ne quis putet ſolum in libris Simplicium Medicamentorum, huius *Laſeris* magnum auctorem in genere meminiſſe; unde loca quædam ad Dioſcoridem congeſſerunt viri docti. Quod vero, ut viderunt iam alii, [a] Ariſtoteles, [b] Ariſtophanis interpretes, [c] Tzetzes, [d] Heſychius, [e] Suidas, olim tradiderant, *Silphium* in *Cyrenæorum* nummis vulgo ſignatum fuiſſe; manifeſte etiamnum docent argentea & vetuſta, immo quædam etiam aurea, harum *Cyrenarum* numiſmata, obuia in præclaris Cimeliarchiis, & quæ a nobiliſſimæ illius plantæ prouentu decus eidem regioni quæ-

Hiſt. Plant. lib. IV. cap. 3.

a Hist. lib. IV. cap. 3.
b Lib. XI. p. 525.
c Lib. III. cap. 97.
d Cap. XVI.
e Lib. XIX. cap. 3. & lib. XXII. cap. 23.
f De Temperant. lib. III. cap. 3. Simpl. Medic. Fac. lib. VIII.
g Exposit. Dictionum Hippocr.
h Plut. p. 91.

Epigr. VII.
Lib. XIX. cap. 3. Ibid. & lib. XXII. cap. 23.

Lib. XIX. c. 3. Lib. XI. pag. 587.

Cap. XVI.

De Antidot. lib. II. pag. 440. ed. Græc. Basil.

a Lib. de Cyrenæ Republ.
b Schol. ad Plutum p. 91.
c In Βάττου Σίλφιον.
d Ibidem.

ſitum abunde comprobant. Unde etiam non piguit magnum Solini animaduerſorem, qui cæteroquin in hanc curam verſandi conſulendiue nummos veteres haud incubuit, nummos huius generis haud uno loco producere; quo nobiliſſimæ illius plantæ vulgo ignotæ figuram ex iiſdem repræſentaret: quodque iam ante eum præſtiterant duo Antonii, Piſo & Auguſtinus, in collectione veterum Numiſmatum. Alteram quidem velut huius *Silphii* figuram non parum diuerſam ex antiquo Dioſcoridis codice exhibet etiam ὁ πάτερ, ſed ita ut adulterinam eandem, aliam certe quam *Cyrenaicam*, fateri ei ſit neceſſe, & priorem e nummis prolatam, germanam & genuinam agnoſcere. Nam quod alias prioribus curis, nihil in hac nummorum figura ſimile *Apio* reperiebat, cui ſimilia tamen huius *Silphii* folia veteres Auctores tradidere; alibi poſtea, producta accuratiore e duobus aliis *Cyrenæorum* nummis icone, feliciter retractauit. Quod vero tradidit non Tzetzes ſolum, ſed pridem, & maioris aliquanto fidei ac auctoritatis, Ariſtoteles, in libro de *Cyrenæorum* Republica, iuxta eruditos ad Ariſtophanem Criticos, in illorum nummis, non *Silphii* ſolum *caulem* ſignari, ſed ipſos quoque Cyrenæos Silphium Batto conditori ſuo offerentes; ac unde natum etiam prouerbium, quo uſus ibi Comicus, Βάττου Σίλφιον, fateor in reſiduis hodie *Cyrenarum* nummis necdum id, quod equidem ſciam, occurriſſe. Neque tamen ideo illuſtri Scaligero accedo, falſi eo nomine Tzetzem arguenti; quod tamen ante illum Græculum, grauior aliquanto teſtis Ariſtoteles, ut modo vidimus, tradiderat, & bene quoque ante nos aduertit magnus Salmaſius, ut nulla equidem idonea ſubſit ratio id in dubium reuocandi. Nec enim quia numini eiuſmodi hodie non exſtant, labat continuo illorum fides; quaſi omnia id genus numiſmata ſupereſſent, quorum veteres meminere, & præſertim gentis Africanæ; aut etiam talia adhuc quotidie non eruantur, prioribus Antiquariis, & ipſi olim Scaligero, ignota. Ut mittam nihil alienum aut inſolitum, ſed familiare potius in nummis id genus ſymbolum denotari; ut nobiliſſimæ apud ſe plantæ caulem offerrent ſuo Conditori: haud aliter ferme ac vel Palmæ, vel Lauri ramos, vel Thus, vel Spicas etiam offerentes nonnunquam Cæſaribus videas feraces iiſdem, Prouincias. Factum etiam illud Cyrenæorum, Batto, & eius progeniei, Silphium offerendi tangit Heſychius; ubi ſimul meminit Nummorum cum caule *Silphii* in iiſdem expreſſo: Βάττου Σίλφιον παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς ἀφβαλλούσας τιμὰς ἐυρισκομένων· μετενήνεκται δ' ἀπὸ τῶν Κυρηναίων ἐπὶ τῶν Βαττιαδῶν μεταδόναι βουλόμενοι ΤΟ ΣΙΛΦΙΟΝ, ὃ τετίμηται παρ' αὐτοῖς. ὥστε καὶ ἐν τῷ ΝΟΜΙΣΜΑΤΙ, ὅπου μὲν ΑΜΜΩΝΑ, ὅπου δὲ ΣΙΛΦΙΟΝ ἐγκεχαράχθαι. *Batti Silphium: prouerbium de iis, qui inuſitatos honores reperiunt: transfertur vero a Cyrenæis, qui Battiadis obtulerunt inſigne illud* SILPHIUM, *quod apud eos tanto in pretio eſt, ut in eorum* NUMISMATE, *hinc quidem* AMMONEM, *illinc vero* SILPHIUM *incuderint.* Ad quod prouerbium reſpexiſſe inſuper obſeruo celebrem ipſius Cyrenaicæ Atiſtitem: Τυφῶνι τὰ δῶρα παρεσκευάσαμεν, ὁπὸν ΣΙΛΦΙΟΥ πολλὸν, ΒΑΤΤΟΥ δὲ ἀκούεις αὐτό· *Typhoni dona parauimus, laſer* SILPHII *copioſum*; BATTI *ſcilicet illud audis.* E quo loco præterea colligas, aut non omnino defeciſſe olim, quod ſupra e Strabone ac Plinio vidimus, in Cyrenaica *Silphium* ſeu *Laſerpitium*: ſed, ſicut olim primum illud in Cyrenaica natum, tellure imbre piceo repente, ut ea de haud uno loco [a] Theophraſtus, & ex eo [b] Plinius, madefacta; ſic ſimili aliquo caſu vel beneficio, natum ſit denuo in iiſdem *laſerpitiferis Cyrenis* Silphium

Salmaſ. in Solin. pag. 254. & 720. ult. edit.

Ibid. ad Solin. pag. 254.

Ibid. p. 724.

Schol. ad Plutum pag. 92.

Can. Iſag. lib. III. pag. 300.

In Solinum ut ſupra.

Syneſius Epiſt. CXXXIII.

a H. Pl. lib. III. cap. II. p. 41. & de C. Pl. lib. I. cap. V. pag. 201.

b Lib. XIX. Sect. 15.

Locum.

Locum vero integrum Heſychii adduximus, ut vindicaremus illum a reprehenſione viri magni, qui poſtrema verba de nummo Cyrenæorum cum caule Silphii, nihil ad explicationem prouerbii *Batti Silphium*, nec ad honorem Batti quidquam pertinere, ad Solinum tradit. Atqui nihil hic peccauit, aut alienum adſeruit eruditiſſimus Grammaticus; qui ubi rationem illius prouerbii adtuliſſet, petitam ex more illo aut facto Cyræneorum, præſtantiſſimum *Silphium* Batto, aut alicui ex eius progenie offerendi, cauſam opportune adiungit, quod hæc planta in tanto apud Cyrenæos honore haberetur, ut eam etiam in altera Nummorum apud ſe percuſſorum area ſignari curauerint; unde utique lux prouerbio non mediocris accedebat. Adde, quod Battus ipſe, tanquam loci conditor, aut e Battiadis alii, tum e Ptolemæis etiam, Cyrenæorum poſtea Regibus, depicti ſint in eorum nummis cum *Silphio*. Etſi enim in adductis modo Heſychii verbis, & a Suida itidem, Jupiter Ammon in altera nummorum id genus parte ſignatus demum memoratur; ac inde ad eum quoque illos, qui caput cornu aretino ornatum præferunt in priori nummi parte, continuo retulerit magnus Solini interpres, & vulgo etiam antiquarii; nihil tamen certius, & quod ad Melam vidit quoque vir exquiſita doctrina Iſ. Voſſius, quam aliquot *Cyrenarum* Reges cum cornu illo arietino, haud inſolita utique Alexandri ſucceſſorum in variis eorum nummis, inſignia; *Silphium* autem in auerſa eorundem area, conſpici. Cuiuſmodi duos cum imberbi capite, & arietino illo cornu, & cum *Silphio* in auerſa parte, eoque in uno ex illis intra duas Stellas, additiſque litteris KYPA, Dorice nempe [Dorum quippe coloni, Cyrenæi] pro KYPH. ſeu KYPHNAIΩN, e Thetauris Brandenburgicis protulit præclarus eorum editor. Signatas vero in priori ex iis, iuxta *Silphium*, duas Stellas opportune idem ad Dioſcuros pro notis hiſce eorum ſymbolis, retulit, ex illuſtri Pauſaniæ eam in rem loco: quod nempe cum iidem Dioſcuri ad Spartani cuiuſdam Phormionis domum diuertiſſent, ſe Cyrenis venire ſimulantes, hoſpitio ibi accepti, ſed negata iis, quam petierant, cella, poſtera die euanuerint, relictis in cubiculo eorum ſignis, menſa præterea, & deſuper *Silphio*. Neque ægre mihi fuit utique, præreptam videre ab amico & ſolerti viro, a me in ſchedas meas pridem relatam eandem huius apud Pauſaniam loci obſeruationem. Unde utique, ut hoc addam, percipitur eoſdem Dioſcuros, Spartana quippe numina, ſeu, uti apud Cyrenæum vatem dicuntur, Λακεδαιμόνιαι ἀστέρες, *Lacedæmoniæ Stellæ*, in Lacedæmoniorum, quale exſtitit Cyrenarum oppidum, colonia cultos olim fuiſſe. Adde quod, *ſalutares nauigantibus* ſtellæ, ναυτίλοις σωτῆρες, haud minus ac ſoror eorum apud Euripidem Helena, cum aliunde, tum vel ex Horatio notum, eædem habitæ; ita Batti ac ſociis, utpote itidem Lacedæmoniis, & ad incolendas Cyrenas, iuſſu Apollinis, mari tendentibus feliciter adfulſerint iidem Dioſcuri. Exſtat vero alius idemque eximius horum Cyrenæorum nummus, ex eadem Regia Brandenburgenſi Gaza itidem depromptus ac illuſtratus, in quo Eques gradiens cum petaſo in capite, retro Stella, & cum *Silphii* itidem ac initialibus *Cyrenarum* litteris. Immo alios adhuc & præclaros omnino huius urbis nummos, modo cum imberbi capite, & additis BAΣIΛEΩΣ ΠTOΛEMAIOY *Regis Ptolemæi* nominibus modo cum barbato vultu, & cornu in ſingulis arietino, uti in auerſa parte cum ſignato itidem *Silphio*, proferre hic haud alienum utique ſtatues vel inconſultum. E quibus prior cum imberbi capite ac nomine BAΣIΛEΩΣ

Salmaſ. Exc. Plin. p. 254.

Ibidem.

Obſeru. p. 33.

Theſ. Brand. Vol. I. p. 520.

Διοσκόρων ἢ ἀγάλματα &c. ἐστεφανωμένα τε καὶ σίλφιον. Lib. III. p. 191.

Callim. Hym. in Lau. Pallad. v. 84

Oreſt. v. 640. *Quorum ſimul alba nautis Stella refulſit.* Lib. I. Od. 12.

ΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ, *Regis Ptolemæi*, & in auersa parte, ΚΥΡ. ΚΟΙΝΟ. seu ΚΥΡΗΝΑΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ, *Cyrenæorum Commune*, iuxta *Silphium*, exstat in Gaza Gallorum Regia: alter inter editos scripto vernaculo selectos aliquot elegantissimi Boudelotii nummos conspicitur; qui hinc caput imberbe itidem, ac diademate reuinctum ostentat; illinc Aquilam, & Caulem *Silphii*, cum monogrammate, quo urbs *Cyrenarum* innuitur, & cum adscripto similiter ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ nomine. Quibus addendi continuo veniunt duo alii insignes omnino eorundem *Cyrenæorum* nummi, uterque cum barbato vultu, cornu arietino, & *Silphio* quoque, de quo hic nobis sermo, in auersa parte; quorum priorem suppeditauit nobis arca id genus nummis diues Illustrissimi Comitis Pembrochii; alterum, insigne omnino Regiæ Gallorum Gazæ, in quam nuper accessit, cimelium: cuius autem postremi & singularis omnino nummi ectypum singulari præstantissimi eiusdem Gazæ Antiquaria custodis Oudineti, humanitati acceptum feret Lector:

De l'utilit. des Voyag. p. 605. Tom. II.



Barka vero seu *Barce*, una e quinque Cyrenaicæ Pentapoleos urbibus, in eo signata; quæ proinde necdum in Ptolemaidos nomen, quod postea iuxta Strabonem, Melam, Plinium, Seruium, Stephanum, aliosque, obtinuit, transierat. Etsi apud alios sequioris æui Scriptores, Athanasium, ut obseruo, in Epistola ad Solitarios, *Barcæ* in Pentapoli meminisse adhuc videas, & Claudianum; *occiduis quod Gadibus arida Barce*. Adeo, & Athanasii quidem potissimum fide, cuius iurisdictioni tanquam Archiepiscopi Alexandrini, præter Ægyptum, Libya & Pentapolis suberat, constare videatur, exstitisse adhuc ea ætate diuersam a *Ptolemaide*, quod Ptolemæus etiam statuit, dictam veteri nomine *Barcen*. *Arida* vero eadem ibi a Claudiano dicta, sicut à Marone iam olim:

Ἐν Βάρκῃ &c. Sect. LXIV. Bell. Gildon. v. 159.

Æneid. lib. IV. v. 42.

Hinc diserta siti regio, lateque furentes
Barcæi.

Sed uti Hieronymus ibi legit, *lateque vagantes*, in Epistola, non, ut ad Maronem adnotarunt viri docti, ad Marcellinum, sed ad Dardanum. Eadem vero in duobus hisce postremis & insignibus nummis barbata capita cum cornu arietino, non adeo ad aliquem Cyrenarum e Ptolemæis Regem, quam ad Jouem illius tractus Ammonem, eumque Κερατόφωτον, referenda mihi videntur. Præterquam enim quod imberbes aut cum lanugine solum, neutiquam vero barbati conspiciantur hactenus in eorum nummis, Ægypti aut Cyrenaicæ Reges *Ptolemæi*, id adductis præterea Hesychii ac Suidæ testimonis firmatur,

In Βάτα Σιλφιον.

firmatur, qui ut ſupra vidimus, in Cyrenæorum nummis ſignatum hinc Jouem Ammonem, illinc Silphium tradiderunt. Accedit haud aliena utique Ammonis illius, qualis a Græcis etiam colebatur, effigies in veteri *Mytilenæorum* nummo, quem in muſeo Cl. Seguini, & cum inſcriptione, ne ad quem is reſpiciat, dubitare ullatenus liceat, ΘΕΟC AMMΩN, *Deus Ammon*, olim a me viſum & vulgatum, hic denuo reponendum duximus. Et cui addemus inſuper alium Pembrochiani Cimeliarchii nummum, hinc cum eodem Jouis Ammonis capite; illinc cum Aquila Fulmini inſiſtente, monogrammate, & cum caulis Silphii parte.

A quo cæteroquin, ne hoc prætercam, huius *Ammonis* typo in nummis illis *Cyrenæorum* vel *Barcæorum*, ad quos is ſpectabat propius (*Libycus* quippe *Deus*, uti a Dionyſio Periegete, & facta quidem continuo *Cyrenarum* mentione, dicitur,

Καὶ τέμενος ΛΙΒΥΚΟΙΟ ΘΕΟΥ ψαμάθῳ ὑπὸ πολλῇ, Verſ. 212.
ΚΥΡΗΝΗ τ' ἴππῳ, Λιμνλαίων γόνος ἀνδρῶν,

Et templum LIBYCI DEI, *arena ſub multa*: *Ac* CYRENE *præſtantibus equis ferax, Spartanorum genus virorum*) haud parum recedit eiuſdem Dei effigies, quam ei, ut de Diodoro ſileam, Curtius tribuit; aut qualem e nummo inclytæ Suedorum Reginæ pro illo *Ammone*,, ad Melam adtulit vir ingenio & doctrina excellens Iſ. Voſſius. Verum, ut dies diem docet, eodem illius nummi ectypo paullo accuratius a me inſpecto, id mihi mox ſuboluit, non quidem *Libyci* huius *Ammonis*, prout ſimiliter eum vocat alicubi Lucanus, ſed directum potius Leonis caput illo nummo expreſſum; tum adſcriptum eidem nomen BATTOΣ, non ad *Cyrenarum* conditorem, primumque earum Regem *Battum*, ſed ad loci illius, in quo cuſus fuerat hic nummus, Prætorem eo nomine appellatum, ſolemni in Græcorum nummis more, reſpici. Et quidem, quod nulla in eo nummo ſolita occurrerent vel *Cyrenarum*, vel earundem Regis, aut conditoris *Batti* inſignia, vel effigies; ſed Bos dimidius, haud inſolito, eiuſmodi in aliorum Græcorum nummis dimidii vel Bouis, vel Equi, vel Leonis, typo; nempe ad locorum eiuſmodi, vel agrorum cultu, vel præſtantium equorum copia, aut alio memorabili caſu notabilium celebritatem indicandam. Quod ut veriſſimum poſtea ac indubitatum adſtruxit opportune a me obſeruatus in memorata paullo ante, eaque Græcis vel maxime nummis inſtructiſſima laudati ſæpius, ſed ſemper infra ſplendorem eius ac merita, Pembrochiæ Comitis penu antiquaria, ſimilis omnino nummus; niſi quod in eo, loco nominis BATTOΣ, alterius Prætoris nomen, NANIΣKOΣ nempe, eſſet adſcriptum: expreſſa vero accuratius leonini capitis effigies. Cuius utique rei fidem abunde faciet duorum illorum nummorum ſequens obtutus: prioris, qualem ad Melam, e nummo Suedorum Reginæ adduxit vir magnus Iſ. Voſſius; alterius, e Pembrochianis cimelis:

Lib. XVII.
Lib. IV. cap. 7.
Obſerv. p. 34.
Obſerv. p. 24.

Ut nunc addam, in hoc postremo nummo signari insuper infra leonis caput litteras Σ A, quæ ad *Samios* forte aut vero ad *Sardianos*, nummum illum referendum suadent. Occurrunt certe in aliis *Sardianorum* nummis, cum Leonis caput cum medio etiam corpore; tum Leo gradiens; idque ob Magnam Matrem, uno aut duobus Leonibus vehi, ut notum, in antiquis id genus [a] nummis solitam; immo cuius Deæ *fera, Leo* dicitur in veteri [b] Epigrammate. Ea utique apud hosce *Sardianos*, quod vel ex iisdem nummis, & [c] Plutarcho præterea in Themistocle liquet, immo in toto illo Tmoli, ad quem adiacebant Sardes, Lydiæue, tractu, Phrygia quippe Dea, quod aliunde insuper, & ex his nummorum monumentis constat, singulari religione culta. *Batti* equidem Cyrenarum conditoris exstat cum nomine, seu initialibus eius litteris B A signata effigies, in minori eiusdem urbis nummo, qui hinc illius caput exhibet, cum gemmato velut diademate; illinc caput *Cyrenes* nymphæ, vel urbis ipsius, solito earum typo, turritum, cum littera K seu Κυρήνη. Exstat vero ille nummus cum aureus in Thesauris Brandenburgicis, olim Palatinis, indeque vulgatus; tum argenteus insuper in laudatis Pembrochianis cimeliis, uti aureus quoque eiusdem magnitudinis, in quo hinc idem *Cyrenes* nymphæ turritum caput cum littera K, illinc Palladis galeatum spectatur: uterque vero, nummus magni illius harum antiquitatum Mæcenatis comitate hic conspiciendus:

In Gaza Medicea.

a Patini Num. Impp. p. 266.

b Θῆρες &c. Κυβέλης; Anthol. lib. 1. cap. xxxiii. Ep. 29.

c T. 1. p. 127.

Vol. 1. p. 264.

Ut nunc sileam de sculptis, ut existimat eximius Begerus noster, *Batto*, huius nominis quarto, Cyrenarum Rege, & uxore eius *Pheretima*, in insigni marmore, quod, cum reliqua penu antiquaria Cl. Bellorii, in Gazam Regiam Brandenburgicam feliciter transiit.

Thes. Brand. Vol. III. pag. 324.

Verum non tam hic de expressis in priori horum *Cyrenæorum* nummorum parte symbolis vel iconibus, quamquam de iis quoque monenda quædam omnino fuerint, quam de SILPHIO in altera eorum area signato demum agitur: eaque nobilissima & celebrata adeo apud veteres Cyrenaici huius soli planta; quamque inde *Libycæ*, aut aduectæ e *Libya radicis*, eiusque *laseris*, nomine designat haud uno loco Nicander; & ubi consuli possunt veteres ac eruditi ad eum Critici, qui hæc de *Silphio Cyrenaico* ac *lasere* accipienda obseruant, dicique inde *Libycas radices*, quod copiosus esset earum in Libya, & quidem Cyrenaica, prouentus. Certe illud *Silphium*, locum Libyæ amplum occupare', & quidem ultra quatuor, ut ferebatur, stadiorum millia, tradit Theophrastus; idque maiori ex parte περὶ τὴν Σύρτιν ἀπὸ τῶν Ἑσπερίδων, quod a Plinio redditur, *circa Hesperidum hortos Syrtemque maiorem*: hoc est circa Berenicem, unam e Pentapoli Cyrenaica, eamque, ut de illa alibi Plinius

Schol. Nicandr. pag. 41. & 61.

H. Pl. lib. VI. cap. VIII. p. 122.

Lib. XIX. c. 3.

nius, in Syrtis extremo cornu ſitam, & quæ quondem vocata fuit *Heſperidum.* Quomodo etiam Ἑσπερίται Λίβυες, de huius urbis *Berenices* incolis dicuntur a Strabone, uti ibi a Caſaubono monitum, & inde ad dictum Plinii locum a nupero eius ac eruditiſſimo interprete, Harduino. Unde etiam in ipſius Cyrenæi vatis & Battiadæ Epigrammate, uti ad illud monuit doctiſſimus Bentleius, ac ad Stephanum, Berkelius, Ἑσπερίται de iiſdem *Libycæ Berenices* incolis explicandi veniunt. Ita alibi, ut hoc addam, ait Theophraſtus, *Silphium* ἀνατέλλει ἐν Λιβύῃ in *Libya exoriri*; & alio rurſus loco, quod incidendi Silphii tempus optime norint Λίβυες, qui *Poeni* minus accurate dicuntur ab erudito cæteroquin eius interprete Gaza. Neque enim Λίβυες proprie dicti, ſeu Afri omnes, *Poeni*: neque Cyrenaici incolæ, apud quos naſcebatur Silphium, e Phœnicibus, ſed e Græcis, ut aliunde notum, orti; ac unde *Cyrenæ*, πόλις Ελλὰς, *urbs Græca* dicta a Cyrenæo Antiſtite. Quamquam patrocinari Gazæ hic poſſet, quod ab Antiphane Comico dictum video:

Καυλὸν ἐκ ΚΑΡΧΗΔΟΝΟΣ, ἠ Σίλφιον.

Caulem CARTHAGINE, *& Silphium.*

Verum quibus Antiphanis verbis lucem e Strabone continuo adfundemus. Obſeruat nempe ille, quod in confinio Cyrenaicæ Ptolemæo ſubditæ, & Carthaginienſium regionis, locus exſtaret *Charax* dictus; quo Carthaginienſes emporio uterentur, aduehentes vinum, *eiuſque loco* LASER *&* SILPHIUM *reportantes ab iis, qui ex* CYRENIS *clam exportabant*, ἀντιφορτιζόμενοι δὲ ΟΠΟΝ ἠ ΣΙΛΦΙΟΝ ἀντὶ τῦ ΕΚ ΚΥΡΗΝΗΣ λάθρᾳ κομιζόντων. Frequens itaque & familiaris Carthaginienſibus Cyrenaici Silphii, quod fidem in alias regiones, ubi ſummo illud erat in pretio, tranſucherent, commeatus; ac unde e Carthagine importatum etiam illud ibi ab Antiphane dicitur; non autem quod Silphium in eorum ſolo naſceretur: unde vero Λίβυες apud Theophraſtum, apud quos illud proueniebat, per *Pœnos* reddi ab erudito eius interprete non oportuit. Immo nec in *Libya* quidem proprie dicta, ſed in *Pentapoli* Cyrenaica, quæ apud Auctores paſſim a *Libya* diſtinguitur, natum præſtantiſſimum illud & quantiuis olim pretii Silphium. Sicut vero in adductis modo Antiphanis illius verbis, *Silphium*, & *Caulis Silphii* diſtinguuntur; ita etiam [a] Theophraſtus, ac poſt eum [b] Plinius, *Silphium*, ſeu plantam ipſam multas habentem radices vocant; *Caulem*, ſeu *ſcapum*, dictumque inde alicubi apud Ariſtophanem, *Caulem Silphii*; & *laſer*, ſeu *ſuccum* nempe ex utroque, radice nempe Silphii, & Caule eius expreſſum, ſeu, ut de eo Strabo, τὸ Σίλφιον ὀπιῶδες, idemque *lacrymam* ſeu δάκρυον, teſte eodem Theophraſto, appellatum. Quæ tria tamen confundunt ſubinde veteres, *Silphium* nempe, *Caulem*, & *Laſer*; ſed quod iam non eſt huius loci. Id vero magis opportunum, & ad maiorem nummorum, qui præſtantiſſimum illud *Silphium Cyrenaicum* nobis etiamnum oſtentant, lucem addendum eſt; Ariſtæum, Apollinis ſcilicet & *Cyrenes* Nymphæ filium, *Silphii* huius uti & *Mellis* repertorem tradi (quod vidit iam ad Solinum ὁ πάνυ) ab eruditis ad adductum modo Ariſtophanis locum Criticis. Ipſos vero *Cyrenæos*, auctor eſt Theophraſtus, & ex eodem, ut ſolet, Plinius, adfirmare, ſeptennio antequam ii Cyrenas incolerent, exſtitiſſe in eo tractu *Silphium*; eos autem ibi habitaſſe annis trecentis, uſque ad Archontem Athenis Simonidem; hoc eſt, ut ibi Harduinus, adde [a] Dionyſium Halicarnaſſenſem & [b] Diodorum, anno II. Olympiadis CXVII, Urbis vero Conditæ iuxta Varronem, CCCCXLIII.

Lib. V. cap. 5.

Lib. XIV. pag. 617.

Callim. Epigr. XXXIX p. 210. ult. edit.

De C. Pl. lib. I. cap. I pag. 203.

H. Pl. lib. IX. cap. I. p. 170.

Syneſ. de Regno pag. 2.

Athenæ lib. I. pag. 28.

Lib XVII. pag. 386.

a Ut ſupra H. Pl. pag. 170.
b Ut ſupra.

Καὶ καυλὸν οἶδ' ἐκεῖνον τὸν Σιλφίου Equit. p. 342.

Lib. XVII. p. 837.

Ut ſupra pag. 170.

Schol. ad Equit. pag. 343.

H. Pl. lib. VI. cap. III. pag. 121.

a Lib. XIX. c. 3.
b Lib. XIX. pag. 727.

Tanta

Tanta nempe habita *Silphii* illius *Cyrenaici* præstantia, ut quis primus eius repertor, quoue tempore illud in iis oris prouenerit, sit in publicos Cyrenæorum Annales relatum. Ut minus mirum proinde videri debeat, quod illud vel Batto, oppidi Cyrenarum conditori, tanquam præcipuum quoddam loci insigne fuerit, ut supra vidimus, oblatum: aut quod etiamnum in plerisque, qui adhuc supersunt, eorum nummis incusum reperiatur. In quibus nempe *Caulis*, de quo paullo ante, Silphii ferulaceus, ut de eo Plinius, comparet; e quo cæteroquin, sicut ex ipsa radice, quod paullo ante adtigimus, succus seu ὀπὸς, idemque *lactis* nomine etiam dictus, exprimi solitus, cuius decantatus olim in cibis ac medecina usus, seu ut, de succo illo seu *lasere* a Romanis dicto, Plinius: *magnificum in usu medicamentisque, & ad pondus argenti denarii pensum.* Magnus equidem olim illius ὀπὸς seu *laseris* in condimentis, & quidem delicatiorum hominum, usus; quod vel e variis veterum apud Græcos Comicorum [a] Aristophanis, [b] aliorumque Antiphanis, Eubuli, Philemonis, Archestrati, Axionici, Alexidos apud Athenæum locis constat. Unde post enumerata, ut hoc unum inde hic memorem, alia a coquo condimentorum genera, quibus de præparandis salsamentis egerat, addit postremo apud Eubulum Comicum, ἐπιχαυνῶσας σιλφίῳ, *Silphio* (quod ibi pro *lasere* seu ὀπὸς ponitur) eadem *exhilarabo.* Sic *caulem* & *Silphium* seu, ut de iis Apulcius, *carnes lasere infectas*, a delicatis quidem in eorum cibis, a se vero non expeti; sed ad vires, bonamque valetudinem corroborandam, vulgares cibos, carnem bubulam aut porcinam, testatur apud eundem [a] Eubulum Hercules. Quomodo *laseris Cyrenaici succum*, ὀπὸν Κυρηναϊκὸν aqua dissolutum infundi sarmento vitifero tradit in Geoponicis [b] Democritus. Quamquam de eodem *lasere*, dicto ab Arabibus חלתית notare videam ad Mischnam Interpretes, e Recutitorum gente, Maimonidem, & Bartenoram; nempe odorem eius esse ingratum, cibis tamen ex eo aliquid adiici: sed quod de alio forte *lasere* intellexerint, quam de præstantissimo illo Cyrenaico, quale nempe in Syria, Perside, Armenia, & alibi prouenire quoque diximus. Dicta vero eiusdem *Silphii* folia, iuxta Theophrastum, ac inde Plinium, & Dioscoridem, μάσπετα, *maspeta*, eaque *Apio* similia, licet præterea intueri in iisdem depicti in Cyrenacis nummis Silphii iconibus. Sequuntur vero hic adhuc duo Cyrenæorum nummi; in quorum priori, e cimeliis Pembrochianis deprompto, imberbe caput, idemque cum Arietino cornu, sicut in aliis quoque huius loci nummis; tum *Silphium*, & prope Stella cernitur. Alter nummus, qui extat in Thesauris Brandenburgicis, ac inde iam ob eximio Begero haud uno loco vulgatus, Equitem exhibet, ac retro itidem Stellam; quem ille ad Apollinis eo in tractu sacerdotem: [b] ego ad unum e Battiadis, notis Cyrenarum Regibus ac incolis, & ad Equestres forte Ludos, quorum exercitatione ac peritia celebrati olim Cyrenæi, profectum; aut victorem inde, stella seu sole duce, reuertentem referri posse existimabam. Quamquam & de alia quapiam uniius e Battiadis expeditione explicari idem Eques gradiens possit.

Lib. XIX. Sect. 15.

Ibidem.

a Equit. p. 342. Auct. p. 566. 613. 615.
b Vid. Athen. lib. I. p. 28. II. pag. 63. 64. III. p. 95. 100. 101. 117 &c. Ibidem lib. III. pag. 117.

Metam. lib. X.

a Καγὼ τῷ ὄξει καὶ ὀπὸν καυλοῦ καὶ σιλφίου. Athenæ lib. IV. pag. 60.
b Lib. IV. c. 7. De Fructuum Petiolis p. 501. Tom. VI. ed. Amstel.

a Observ. in Num. Rom. Ant. pag. 3. 11. Thes. Brand. Vol. I. p. 518.
b Epistol. secund. ad Beger.

Neque



Neque vero hic prætereundum, quod tradit [a] Suidas, ac præterea eruditi Ariſtophanis [b] interpretes, Ampeliotas Africanos, Delphis caulem *Silphii* dedicaſſe: ut eximium quendam honorem habitum nobiliſſimæ huic plantæ, vel inde quoque adſequaris. Ut non mirum ſit, traditam videre ab Arriano Cyrenæorum in cuſtodiendo *Silphio* ſollicitudinem, qui ſepem ei obducebant, quo greges ouium inde arcerent; & ideo quidem, *quod magni fieret apud eos Silphium*, Ὅτι πολλοῦ ἄξιον Κυρηναίοις τὸ Σίλφιον. Unde etiam Auguſtus, inter blanditias illas, quibus Mæcenatem ſuum nonnunquam demulcebat, *Laſer Aretinum*, eadem ratione, qua illum *Ebur ex Etruria*, aut *Tiberinam Margaritam*, teſte Macrobio, ſolebat appellare. Quin & illud haud pigebit addere, haud diſſimilem valde huic *Silphio Cyrenaico*, figuram, ex horto Patauino expreſſam in libro Proſperi Alpini de Plantis Exoticis.

a In Βάττου Σίλφιον.
b Schol ad Plutum pag. 92.
Expet. Al. lib. III. cap. 28.
Saturn. lib. II. cap. 4.

II.

De Loto *in Nummis Ægyptiis.*

Alterius vero plantæ haud parum olim nobilitatæ luculentam etiam figuram nummi veteres nobis ſuppeditant. Lotum Ægyptium intelligo, quem *Lilio* ſimilem, immo *Lilium Ægyptium*, iuxta [a] Herodotum tradunt vulgo auctores, [b] Theophraſtus, [c] Dioſcorides, alii, & uſibus variis ac dignitate in ea gente celebrem docent. At vero vulgo veteribus litem hic intendunt recentiores, qui illos ex una planta male duas effeciſſe exiſtimant: neque enim reuera aliam eſſe *Loton* illum *Ægyptium*, quam *Nymphæam albam*. Huius enim *Loti* duo eſſe genera ſolo colore diſcreta: unum, roſacei coloris, quod idem ſit cum *Colocaſia*, ſeu *Faba Ægyptia*; alterum flore albo & *Lilio* ſimili, quod nihil aliud ſit, quam *Nymphæa Nilotica*. Hæc inter alios viri magni ad Solinum ſententia, quam pluribus ibi adſtruere conatur, ac in Prolegomenis poſtumi operi, ubi *Loton Ægyptium*, ſpeciem eſſe *Nymphææ* itidem ſtatuit. Sed ut largiamur multa habuiſſe hunc *Loton* cum *Nymphæa* communia; puta originem in paluſtribus locis, aut amnibus; florem *Lilio* ſimilem; caput inſtar papaueris: haud tamen omnino eaſdem plantas exſtitiſſe, conſtare poterit ex præclaris aliquot Ægyptiorum nummis, quibus frequenter cum *flos Loti*, tum *caulis*, tum *fructus* exprimuntur. Inſignes hanc in rem duo qui ſequuntur cuſi in Ægypto ſub Hadriano, ac Antonino: quorum duo priores inſuper *Harpocratem* exhibent, digitum ori admouentem; alter, *Iſidem Oro* præbentem ubera:

a Lib. II. cap. 92.
b H. Pl. lib. IV. cap. V. p. 87.
c Lib. IV. cap. 114.
Exercit. p. 683; De Homon. Hyl. Iatr.

Flos nempe ille expanſus, cui inſidet in priori nummo Harpocrates, haud alius utique quam *Lotus*, ut vel ex Plutarcho & Jamblicho liquet; ſicut erudite monuit, qui duos illos nummos iam protulit, Cl. Triſtanus. Aperte certe Jamblichus libro de Myſteriis Ægyptiorum, ubi ab iis fingi docet Deum ἐπι λωτῳ καθιζεσθαι, *ſuper lotum ſedere*; additque eo ſymbolo denotari eius cum eminentiam & poteſtatem; tum etiam facultatem præſidendi intellectualem, quod in *Loto* omnia, flos nempe, & fructus ſint circularia: Deum per ſe ſolum ſedere expanſum, quod in ſe ipſo penitus quieſcat. Ita iidem Ægyptii, auctore Plutarcho, Solem infantem e *Loto* prodeuntem depingebant, addita eius rei ratione: οὐ ΤΟΝ ΗΛΙΟΝ ἐκ ΛΩΤΟΥ νομίζουσι βρέφος ἀνιχνεῦν νεογιλὸν, ἀλλ' ὅταν ἀνατολὴ ΗΛΙΟΥ γεάφηται, τὸν ἐξ ὑγρῶν Ηλίου γινομένου ἄνοψιν αἰνιττόμενοι. *Neque putant Solem infantem recens natum, e* LOTO *exiiſſe; ſed* SIC ORTUM SOLIS PINGUNT; *innuentes, quomodo is ex humidis accendatur.* *Caulis* autem, quem manu geſtat, itidem *Loti*, qualem omnino deſcribit Proſper Alpinus, meliora de hac planta, ut ipſe agnoſcit, edoctus ab erudito Medico, a quo Plantas Loti in Ægypto decerptas, cum floribus, fructibus, caulibus, foliis, ſe accepiſſe profitetur. Conſule librum eius, uti id a nobis iam olim monitum, de Plantis Exoticis. *Loti* itidem *Caulis*, quem præfert infans Orus in altero nummo, Iſidis matris uberibus admotus; ornamentum autem illud capitis cum Harpocratis tum Iſidis, Flos *Loti* haud tamen expanſus, quod non obſeruauit Triſtanus. Flores nempe in hac planta candidis Liliis foliorum anguſtia proximi, multi ac denſi, ut teſtis oculatus eoſdem deſcribit Alpinus; unde veteres etiam florem hunc non *Lilio* ſolum ſimilem, ſed nonnulli, ut etiam Herodotus, *Lilium* vocarunt. Unde iam adſequimur, non de *Lilio*, ut multi exiſtimabant Antiquarii, ſed de hoc *Loto* explicanda illa capitis inſignia, quæ frequenter in Ægyptiorum nummis occurrunt *Lilio* haud abſimilia, Certe familiare fuiſſe Ægyptiis illud capitis inſigne, ſicut apud Græcos & Romanos Laurum, vel Quercum, licet ex Heliodoro præterea colligere, apud quem præconum *capita Nilotico Loto redimita* leguntur, καὶ τὰς κεφαλὰς τῷ Νειλώῳ λωτῷ καταςέψαντες. Huc ſpectat etiam ſequens nummus, in quo iuxta hieroglyphica Ægyptiorum ſymbola, de quibus fuſe iam egerunt viri docti, *Canopi* caput *Hydriæ* impoſitum cernitur, cum ſimili capitis ornamento:

Tom. I. p. 605.

Sect. VII. cap. II. pag. 151.

De Iſide p. 355.

Cap. XVI. pag. 213.

Ut ſupra.

Lib. X. p. 457.

Nonnun-

Patin. Num. Impp. p. 156. & 134.

Nonnunquam vero floris loco, fructum ipſum *Loti* adhibitum videas inter duo folia: quo nempe inſignitus occurrit Orus in ſuperiori nummo, cum matre Iſide depictus. *Loti nempe* huius fructus magnitudo, quanta papaueris maximi Theophraſto traditur. Eodem etiam capitis ornamento Oſiris decoratus in quodam Ægyptio Traiani nummo, quem Cl. Seguinus vulgauit, ut facile mihi magnum Gallorum antiquariorum decus largietur: H. Pl. lib. 17. cap. 10. Select. Num. pag. 121.



Non *Loti*, ſed *Perſeæ* Ægyptiæ, ſeu vulgaris *Perſicæ* fructum exiſtimarunt nonnulli in nummis id genus ſignatum, moti auctoritate Plutarchi, qui inter ſtirpes Ægyptias, *Perſeam* Iſidi maxime conſecratam tradit. Certe *Perſeæ Ægyptiæ* (quam eandem cum hodierna & vulgari *Perſica* ſtatuit in poſtremo opere magnus Salmaſius) fructum figura oblongum & Amygdalæ modo deſcribit Theophraſtus; Plutarchus autem citato loco, cordis ſpeciem, folium autem linguæ referre tradit. Unde factum etiam obſeruo, ut Arabes vocem لَبَخ cum *arborem* fructum ferentem inſtar dactyli, tum *Perſeam* etiam interpretentur. *Dactylorum* enim, ſicut & *Perſeæ*, fructus figura vulgo oblonga; unde & nomen illud prioribus hæſiſſe vulgo exiſtimatur. Videant autem quam parum ea conueniant cum figura rotunda fructus, in commemoratis modo aut ſimilibus nummis expreſſi. Coronam autem è *Loto*, Oſiri familiarem, liquet inſuper ex Plutarcho; qui refert Iſidem eius cum ſorore congreſſum *agnouiſſe, ex corona Loti ab eodem apud Nephthyn relicta,* ἐκ τεκμήριον ἴσχε, ΤΟΝ μὲν ΛΩΤΙΝΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΝ, ὃν ἐκεῖνος παρὰ τὴν Νέφθυν κατέλιπε. Ubi στέφανον λώτινον *coronam ex loto*, pro στέφανον λάτινον, *coronam melilotinam*, ut ibi hodie legitur, reponendum bene vidit doctiſſimus Turnebus. Locus autem ſignati ſuperioris nummi, ut obiter hoc addam, ſingularis; nempe urbs *Coptus*, a qua lingua Ægyptia hodierna, *Coptica* dici meruit, & quod oppidum a voce Ægyptia, quæ *priuationem* notet, ob Oſirin ibi è viuis ſublatum, deriuat eodem loco Plutarchus. Idem vero *Coptitarum* nummus, de quo olim egeram, nuper etiam a [a] celebri Antiquario eſt adductus; & in quo ſupra Oſiridis caput, non *Perſeam* quidem, ſed *Lotum* itidem agnoſcit, ſicut in altero quoque a *Buſeritis* Ægyptiis, quem itidem adfert, cuſo. Qua de re autem in utramque partem diſſerit in Harpocrate, ac mecum inde de *Lo-*

De Iſide pag. 378. Homon. Hyl. Satr. c. XXVIII H. Pl. lib. 15. cap. 2. De Iſide p. 376. Vid. var. Lect. ad hunc Plutarchi locum. [a] Vaill. Ægypt. Numiſm. pag. 205. Pag. 12.

to

to potius, quam de *Persea*, in iis, qui Osiridem signant, nummis se amplecti profitetur vir insigni eruditione, candore, humanitate, amplitudine insuper munerum conspicuus, Cuperus. Florem certe *Loti* frequentius inter capitis ornamenta receptum videas in antiqua illa Ægyptiorum nummorum supellectile. Nilum utique, præter supra commemoratos *Isidem* ac *Osiridem*, eodem ornamenti genere non caruisse, præter alios arguit nummus quidam Hadriani Mediceus. Illum enim ἄνθεσι Νειλώοις seu *Nili floribus*, quorum Heliodorus meminit, adnumerandum, iure Parenti suo hoc officium liquet præstitisse; Regibus vero & Reginis, ad *Isidis* nempe & *Osiridis* exemplum, eundem honorem habuerunt Ægyptii; sicut nummi aliquot superstites adhuc hodie contestantur. Juncta enim eodem modo videas Ptolemæorum cum coniugibus capita, cum flore illo in vertice, aut cum diademate in eiusmodi florem desinente. Quo refero nummos aliquot huius generis in Gaza Medicea mihi inspectos; quorum unum eruditus illius Cimeliarcha male ad Jouem Ammonem referebat. Talem etiam florem *Arsinoe* Philadelphi, & alter *Ptolemæus* in capitis vertice apud Ursinum, nouissime autem apud Cl. Vaillant, præferunt: prior ex nummo aureo; alter ex gemma veteri expressus. Neque enim audiendus vir doctus, qui in Notis ad has Fulvii Imagines, florem illum de *Silphio*, & non de *Loto* accepit; ac proinde a Cyrenæis profectum utrumque hoc monumentum credidit. Figura enim illius floris ibi expressa, a *Silphio* longius discedit, de quo paullo ante egimus, & *Lotum* reuera *lilio* haud absimilem prodit. Quæ omnia certe egregie illustrant haud ignotum eruditis Antiquariis Diodori locum; quo receptum tradit apud Ægyptios, Leonum non solum, Taurorum, & Draconum, capita Regibus suis circumdare; sed Arbores etiam, Ignem, & suffimenta in vertice eosdem gestare; cum ut his decore se exornent; tum ut stuporem aliis & superstitionem simul iniiciant. Ex quibus præterea lucem aliquam fœneratur Athenæus, qui coronas plexas e floribus Loti apud Alexandrinos commemorat, quibus postea *Antinoearum* nomen, suaue Poëtæ cuiusdam commentum dederit. Ipsum certe *Antinoum* eodem *loti* flore coronatum videbam non ita pridem in singulari eius nummo incomparabilis Regiæ Gallorum Gazæ. Qualem etiam apud Cl. Patinum, breui, post hæc olim a me vulgata, depictum cernere licuit; uti insuper coronam eiusmodi e *loto* plexam, ac *Antinoeam* deinceps, a præclaro scilicet illo Heroë, denominatam, iam ante apud Tristanum. Cuiusmodi alioquin e *Loto* coronam Ναυκρατίδα, seu Ægyptiam, vocat alicubi Anacreon, ut bene ibi vidit eruditissima Daceria: aut vero prout a Lacænis nymphis, in honorem Helenæ, necti traditur in illius apud Theocritum Epithalamio:

Lib. II. pag. 445.

Hist. Ptolem. pag. 43.

Lib. I. p. 56.

Lib. XV. p. 677.

Num. Impp. pag. 166.

Ibidem. p. 158.

Tom. I. pag. 507.

Od. LXVIII.

Idyll. XVIII. v. 43. &c.

Πρῶται τοι ΣΤΕΦΑΝΟΝ ΛΩΤΟ χαμαὶ ἀυξομένοιο
Πλέξασαι, σκιερῇ καταθήσομεν ἐς πλατάνιστον.
Primæ tibi CORONAM *ex humi nascente* LOTO
Nectentes, in umbrosa suspendemus platano.

Animalium vero, ut hoc addam, apud eosdem Ægyptios vel sacrorum, vel nobilium capita, haud absimili ornamento insignita nonnunquam obseruo in priscis eiusdem gentis nummis: cuius generis en tibi Serpentem signatum inter Ægyptia Hadriani numismata, cum Sistro & Caduceo:

Serpens

Serpens ille forma & magnitudine conſpicuus, ac e maiorum, ut videtur, illarum Aſpidum genere, de quibus ſupra egimus. Ornamentum autem capitis, ſi Triſtanum conſulas, qui præclarum illum nummum iam ante euulgauit, lucerna, & ex earum quidem genere, quas in Pompa Iſidis prælatas tradit Apuleius; *aureum* nempe *Cymbium in medio ſuo patore flammulam ſuſcitans largiorem.* At certe *florem* potius eſſe quam *lucernam*, aut illud *cymbium* Apuleianum, cum abunde ex ſuperioribus, tum ex accurato examine ipſius nummi liquere mihi videtur. Eo forte facilius referri poſſet prælatum capitis inſigne in alio Serpente ſeu Dracone, inſignis magnitudinis: Tom. 1. pag. 498. Metam. lib. XI.

Primus olim protulit eum Erizzo, inter nummos eiuſdem Cæſaris Hadriani, qui inſigne illud capitis, de criſta aut caruncula interpretatur. Fortunius autem Licetus in nouiſſimo opere de reconditis antiquorum Lucernis, multis capitibus eundem nummum ſibi illuſtrandum ſuſcepit; & eo fine maxime ut Lucernam, huius Serpentis capiti impoſitam doceret. Mitto quidem indigna celebri antiquario, quæ adfert ad illuſtrationem & explicationem huius rei; ut quum de Hadriani conſilio ſuam in Græca & Latina lingua peritiam oſtentandi, mixta ſcilicet nummi epigraphe, ex Græcis Latiniſque litteris, L I Δ, nos vult certiores reddere: aut quum eaſdem numerales litteras, feſtiue ſane interpretatur, *Lucernas Inuenit Delta:* quæ tamen nihil aliud ſonant, ut vulgus Antiquariorum nouit, quam annum imperii Hadriani decimum quartum, quo percuſſus eſt hic nummus. Alias non iam *florem*, aut *lucernam*, ſed *criſtam* reuera, aut *caruncula* præferre videtur alius nummus cum ſignato Dracone, & Caduceo itidem ac Spica, cuius ectypum amiciſſimus Patinus nobis olim indulſit.

Strabo uno vel altero loco refert magnos Dracones in Æthiopia occurrere, quibus ſuperne herba innaſcitur, & quos, haud iniuria, fabuloſis alicubi adnu- Lib. XVII. pag. 827.

merat. Interpretes vero vulgo pro πόα, seu *herba*, πτίρυγα ibi seu *alas* legunt, ac eorum fide, de volucribus scilicet draconibus hæc loca passim accipiunt viri docti. Ad illud vero Draconum genus referre quis posset superiorem, modo expressum; ni opportunius liceret de carunculis explicare, quas alias huic draconum generi veteres tribuunt. Quomodo nempe Galenus de Basilisco agens alicubi, *tres capite eminentias* docet illum habere, ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς ὑπερογκάς. Diuersi vero rursus a superioribus duo illi Dracones aut Serpentes, quorum alter, mammosus nempe, Isidem, alter Osiridem nobis adumbrat:

De Theriaca ad Pison. p. 460. edit. Gr. Basil.

Perseæ fructum inter duo folia signatum credit Tristanus in posteriore illo Dracone, qui Isidem repræsentat. At *Perseæ Ægyptiæ* fructum aliter describunt nobis veteres, ut paullo ante innuimus, oblongum nempe & amygdalæ instar, cui minus conuenit illa fructus effigies duobus foliis inserti. Ut proinde melius *Loto* possit adaptari, cuius fructum instar Papaueris maximi eosdem docuisse diximus. Alterum vero illud insigne adpositum capiti Osiridis, sub Dracone itidem adumbrati, frequenter signatum videas in Hieroglyphicis Ægyptiorum monumentis; de quibus consulendi illorum promicondi Laurentius Pignorius in Mensa Isiaca, & Athanasius Kircherus in suo Oedipo. Ad quæ referenda etiam sequens effigies, deprompta e penu Antiquaria viri eruditæ ac elegantis industriæ, Petri Bellorii nostri, quæ Ægyptium seu Isiacum sacrorum ministrum exhibet, cum solito illo capitis ornamento, ac subligaculo, sacerdotibus Ægyptiis familiari; *sed Antistites sacrorum proceres illi, qui candido linteamine cinctum pectorale ad usque vestigia strictim iniecti,* & adpositis cum florum aut fructuum Primitiis; tum insuper Anseribus vulgo Isidi sacris, ac iuxta Artemidorum, in Templis diuersari solitis.

Metam. lib. xi.

Oneirocrit. lib. iv. cap. 85.

Sicut

Sicut autem *Serpentes* & *Dracones* paſſim floribus id genus coronatos, ita *Arietem* quoque cum ſimili capitis inſigni conſpiciendum præbet nummus Hadriani Mediceus, ſicut alias *Leonem radiatum* Ægyptii aliquot nummi: ut eo nempe ſymbolo Solem nobis adumbrarent, ut iam viderunt viri docti. Quibus addendus venit *Accipiter*, *Loto* itidem coronatus in veteri Ægyptii oppidi *Metellitarum* nummo; & ſub qua *Accipitris* imagine, ſignari ſæpe ab Ægyptiis Oſirim, bene e Plutarcho monuerunt eruditi Antiquarii. Quod præter obuia id genus in aliis vetuſtis Ægyptiorum cimeliis, quæ iidem dituulgarunt Oſiridis ſimulacra, oſtendit inſuper ſub *Accipitris* capite effictum eius caput in veteri marmore, nuper inter præclaras Theſauri Brandenburgici antiquitates opportune editum ac illuſtratum. Neque vero huc ſpectant, aut *Olea* coronati frequenter in Romanorum & Græcorum nummis *Boues*, non victimarum ſolum more, ſed quod apud Barbaros ſuſceptæ etiam pacis indicium, ut ex Ammiano licet colligere; aut *Equi*, vel *iugales*, vel *deſultorii*, in Triumphi nempe, aut vero Circenſis, vel Olympicæ victoriæ ſignum; aut *Elephantes* cum corona vel capiti eorum, vel dorſo impoſita, in duobus præclaris nummis Caracallæ, priori Mediceo, poſteriori apud Erizzum; aut *Ceruus* denique *Corona Hederacea* cinctus; unus ſcilicet e Mithridatis (Liberi Patris nomen & habitum mutuati, ut infra videbimus,) cuſtodibus, iuxta Ælianum, ac proinde in eiuſdem nummo ſignatus.

Vaill. Ægypt. Numiſm. pag. 211.

Theſ. Brand. Vol. III. pag. 306.

Lib. XIV. c. 1.

De Animal. lib. VII. cap. 46.

III. *De*

III.

De STROBILO *seu* NUCE PINEA *in Nummis.*

STROBILUM quidem, seu NUCEM PINEAM, tanquam vetus Vindelicorum insigne, videmus in vetustis aliquot nummis, cum Augusti effigie in anteriori parte. En duos id genus, quorum unus solam *Nucem Pineam*; alter sedentem ac turritam mulierem, urbis symbolum, in cuius gratiam percussus nummus, exhibet; quæ dextra, *Strobilum* itidem, sinistra Cornucopiæ tenet;



Marco enim Velsero, viro præclaro, & Augustæ Vindelicorum olim Duumuiro, lubenter adsentimur, qui eosdem patriæ suæ, & nobili Augusti Coloniæ, unde nomen etiam meruit, vindicavit; ac *Pinus* in eo tractu frequentia, petitum urbis illius ac gentis insigne erudite adseruit. Nec mirum utique; quum & haud absimilem quoque *Strobilum* signatum videre liceat in priscis aliquot Græcorum nummis, ob eandem arboris illius copiam in corum tractu. Hinc *Mamertinorum* nummus apud Goltzium, cum *Nuce Pinea*, addito Martis capite, & inscriptione APEOΣ, qui *Mamers* Oscorum lingua vocabatur. Quum enim passim laudetur veteribus *Pix* Bruttiorum, in quorum ditione erat *Mamertum*; ita apud urbem illam syluam fuisse narrat Strabo ferentem optimam Pinum, quod iam viderunt diligentes Antiquarii. Neque vero alia de caussa signatum etiam reperio cum Delphino *Strobilum*, in sequenti nummo *Syracusanorum*, quorum tractus non maritimus solum, sed ferax etiam illo arboris genere.

Magn. Græc. Tab. XXVII.

Lib. VI. p. 261.

Panita Tab. 86. n. 33.

Occurrit præterea *Nux* id genus *Pinea* cum symbolis aliis in præclaro *Myrinæ* urbis Æolidis nummo Medicco, qualem etiam videre licet apud Tristanum, quamquam minus accurate expressam. Ut iam nihil dicam de ærea illa *Nuce Pinea*, vetusti ac singularis operis, quam in Mole Hadriani, obuio adhuc & iucundo spectaculo, lubentes sane hic intuemur. Neque vero celebritatem locis aut monumentis id genus inde quæsitam miraberis; qui, ut alia mittam, nobilem hanc *Nucem* in Liberi Patris mysteriis, procul dubio apud eruditissimum Clementem legisti; idque firmatum antiquo illorum mysteriorum interpretis Orphei ibidem dicti testimonio:

Tom. II. pag. 140.

In Protrept. pag.

ΚΩΝΟΙ

ΚΩΝΟΣ, ἡ ῥόμβος, ἡ παίγνια καμπτήρια, Protrept. p. 11.

PINEA NUX, *& trochus, & ludicra quæ flectunt membra.*

Unde etiam vidiſti, ut opinor, non ſemel in antiquis Bacchantium, qualia plurima hic in urbe ſuperſunt, monumentis, *Nuces* id genus *Pineas* thyrſorum faſtigio impoſitas: cuiuſmodi etiam Thyrſus in vulgatis nuper Theſauris Brandenburgicis conſpicitur. Immo inde factum obſeruo, ut Κῶνοι dicti ſint iidem *Thyrſi*, quod erudite, ut ſolet, notat Heſychius, & in ſuperiore huius operis editione erat iam a nobis monitum, Κῶνοι, οἱ θύρσοι, ἢ οἱ σφόδιλοι, ἢ οἱ σφόμβοι. Tria vero, ut aliunde notum, hæc *Nucis Pineæ*, quæ ibi adducuntur, apud Græcos nomina, κῶνοι, σφόμβοι, & σφόδιλοι, ut alterum vetuſtius mittam, quo uſus eſt Hippocrates de *nuce pinea* ſeu eius *nucleo*, nempe κάκκαλος, neque eo ſolum loco, qui eam in rem ab Athenæo adducitur, libro de Ptiſana, ſed alio inſuper, de Acutorum Victu. E tribus vero illis modo adductis apud Græcos nominibus, quibus *nuces* illæ *pineæ* vulgo deſignatæ, antiquius & magis uſitatum exſtitit κῶνος, ob figuram nempe illius fructus κωνοειδῆ, recentius vero, σφόδιλος. Id utique haud uno loco obſeruat Galenus, & quidem, ut [a] qui ſua ætate, ſeu a poſterioribus, ut alibi ait, Græcis σφόδιλοι, ab Atticis κῶνοι fuerint appellati. Exſtant quidem ut id obiter moneam, duo apud Plutarchum loca, ubi ille duabus hiſce vocibus [b] κῶνος & [c] σφόδιλος uſus legitur; ſed ubi utramque non de fructu ipſo, verum de arbore *conifera*, iiſque cum *pinu* & *picea* cognatis quidem, ſed diuerſis tamen accipit: quæ aduertere poterit ibidem, cui id curæ aut operæ pretium erit, lector. Id vero ante Galeni ævum iam inualuiſſe, ut σφόδιλος de *nuce pinea* diceretur, ex [d] Dioſcoride liquet; ut mittam Galeno coævum [e] Athenæum, & iis ſupparem Clementem Alexandrinum. Immo idem, ut hoc addam, de utraque hac voce, & iiſdem, quibus utitur etiam Galenus, verbis, obſeruat Auctor vitæ Homeri, quæ vulgo Herodoto tribuitur: quod nempe a poſterioribus Græcis dictus fuerit *pini fructus*, σφόδιλος, qui ab aliis κῶνος. Ut vel inde, etſi non alia id arguerent, longe recentiorem, quam vulgo etiam creditur, exſtitiſſe liqueat vitæ illius Scriptorem. Certe nuſpiam adhuc Latina *ſtrobili* voce, de *nuce pinea* uſus eſt Plinius: apud Lycophronem vero occurrit quidem ea vox σφόδιλος, ſed de *oui rotunda teſta*, ſeu, iuxta nouiſſimum ac eruditum huius Poëtæ interpretem, [f] Joannem Potterum, *cochlea*; non vero de *nuce pinea* dicta. Etſi, quod non eſt hic prætereundum, eadem voce σφόδιλοι, pro *nucibus pineis* uſus legatur, cuius incerta hactenus eſt ætas, ſed memoratis paullo ante auctoribus Græcis, qui eam quoque uſurparunt, vetuſtior [g] Diphilus Siphnius. In adducto vero Orphei apud Clementem verſu, κῶνος non adeo de *nuce pinea*, uti in addita ad Liuium Gronouianum [h] Epiſtola traditur, quam de alio aliquo puerili ludicro ſeu παιγνίῳ dicitur. Id quidem obuium iam erat, & a vulgaribus etiam Lexicorum conditoribus, monitum, κῶνον dici itidem de ſimili ludicri genere ſeu *trocho* aut *turbine*; haud aliter nempe ac σφόμβον ab [i] Homero, ut obſeruant ad eum veteres Grammatici. Adde, quod dein ab illuſtri Salmaſio in opere poſtumo, ac ubi agit de eodem Orphei apud Clementem verſu, de tribus illis vocibus, κῶνος, σφόμβος, & σφόδιλος, quibus cæteroquin *nux pinea* denotabatur, eſt ſimiliter monitum. Neque minus tamen, non de id genus *ludicro* ſeu *turbine*, ſed de *nucibus pineis*, vocem κῶνοι apud Orpheum debere intelligi, ibidem obſeruat vir maximus: quæ nempe inter ſymbolica huius Bacchi,

Vol. I. pag. 12.

Lib. 11. p. 57.

Sect. LIII.

a De Alim. Facult. lib. 11. c. 17. Item de Compoſ. Medic. lib. VII. cap. 1. Et ad Hippocr. de Acut. Vict. Sect. LIII.

b ὅτε γὰρ κῶνον, ὅτε κυπάρεττον, ἢ πίτυν, ἢ πεύκην Symp. lib. II. Qu. VI. pag. 640.

c Καὶ γὰρ αὐτὴ (h. e. πίτυς) ἡ, τὰ ἀδελφὰ δένδρα, πεύκαι καὶ σφόδιλοι. Symp. lib. V. Qu. III. pag. 676.

d Lib. II. pag. 57.

e Protrept. p. 11.

f Caſſandr. v. 89.

g In Not. Ibid.

h Δίφιλος ὁ Σίφνιος φησὶν, οἱ σφόδιλοι. Athenæ lib. II. pag. 57.

i Jac. Gronov. Epiſt. 1. Liuii Tom. II. addita.

chi, uti & Matris Deum, mysteria fuerint: unde etiam a Clemente σεβόμενοι de iisdem illis, quos inter ea retulerat Orpheus, κώνοις, seu *nucibus pineis* continuo commemorantur. Adde, quod *Nuces* etiam *Pineas*, ut totidem Cupidinum ludicra, ostentet nobis vetusta Gazæ Brandenburgicæ gemma, quæ in editis eius Thesauris visitur. Accedit, quod sacer quoque esset, cum huius arboris, tum fructus usus in sacris Cereris. Docet id Stephanus in voce Μίλητος, sed cuius verba partim mutila partim corrupta, ita supplenda olim censuimus ac emendanda: οἱ δὲ Ἀθηναῖοι (ubi pro hac voce, lacuna asteriſco indicata) ἐν τοῖς θεσμοφορίοις ΠΙΤΤΟΣ ΚΛΑΔΟΝ ὑπὸ τὴν στιβάδα, καὶ ἐπὶ τὰ ἀγάλματα τῆς Δήμητρος ἱερὰ ΚΩΝΟΝ (non κλάδον) ΠΙΤΤΟΣ ἐτίθεσαν, διὰ τὸ ἀρχαῖον τῆς γλώσσης, *Athenienses enim in Thesmophoriis*, PINUS RAMUM *infra lectum, & supra Cereris simulacra*, (non, ut ibi nuperus interpres, *& in sacris Cereris*, eadem enim hæc erant, quæ *Thesmophoria*) FRUCTUM PINUS *collocant, propter vetustatem generationis.* In quibus verbis pro Ἀθηναῖοι, quæ vox decrat in textu, οἱ ἐν Μιλήτῳ οἰκοῦντες, *Mileti habitantes*, aut οἱ Μιλήσιοι, *Milesii*, reponendum statuunt postremus[a] Stephani editor,[b] quique antea eo de loco alibi (etsi tum haud sine singulari mea laude, non, ut passim postea, idque iuxta morem et familiarem, procaciter & contumeliose) egit: & quidem ideo, quod non Athenis solum, sed in aliis etiam Græcis urbibus, & Mileti quidem, uti, iidem e Meursio observant, Thesmophoria celebrarentur. Neque utique id me latuit, quum olim illum Stephani locum adducerem; qui & aliis adhuc in locis, de quibus ii aut Meursius etiam silent, solemne illud Cereris, quod & nuper ad Callimachum adtigi, frequentatum noueram: sicut Argis, Ephesi, Agrigenti, apud Algonum, aut apud Arcadas, idque[a] Herodoto,[b] Polyæno, ac[c] Strabone testibus. Immo qui inde lacunam per vocem οἱ Ἀθηναῖοι supplendam apud Stephanum, inde ibidem monueram: non quidem, quod apud solos Athenienses celebrarentur illa Thesmophoria, sed quod apud eos, & ab iis orta eadem sint: *Miletus* autem foret, ut vel ex Herodoto & aliunde notum, Athienensium Colonia: in quam proinde, obuio Coloniarum more, eadem Metropoleos sacra fuerint illata. Quod nempe innuit ibi Stephanus: ac proinde, ubi vox οἱ Ἀθηναῖοι opportunius omnino, quam οἱ Μιλήσιοι supplenda occurrebat; quod non *Milesii*, sed *Athenienses* primi auctores fuissent huius sacri Cerealis, & ritus etiam illius, quo *Pini*, quod ibi traditur, cum ramus, tum fructus in eo sit adhibitus; ac inde, ut modo diximus, in eorum Coloniam cum ipsis Thesmophoriis transductus. Accessit illud dein opportune, quod in eruditissimis, quæ sat multis, post ita suppletum a me aut emendatum hunc Stephani locum, annis prodierunt, Cl. Holstenii ad eum adnotatis, idem quoque, additaque eadem eius rei caussa, sit ibi ab illo monitum: *Excidit hic vox* Ἴωνες, aut Ἀθηναῖοι, *horum enim Miletus colonia erat.* Alteram quoque eiusdem loci emendationem a me adductam, & alioquin obuiam, nempe κᾶνον (pro κλῶνον) πίτυος firmat ibidem vir doctissimus: adeo ut eam ab erudito Berckelio, me tum uno eius rei, quod ibi ille innuit, auctore, probatam ac Stephano redditam, adstrui inde haud parum lubens videam. Κλῶνα quidem πίτυος, quomodo tum legi ibi debuisset, non κλάδον, de *ramo pinus* dictum haud ignoro: unde veteres Critici ad Nicandri verba, ubi de *pinus* κώνοις fit itidem ab eo mentio, notant: στρόβιλος ὁμωνύμως γὰρ λέγεται ὁ καρπὸς, ὁ στρόβιλος, καὶ ὁ κλών, *Strobilus: dicitur enim communi illo nomine fructus, strobilus, & ramus,* De *fructu* vero potius,

a Berkelius in Notis ad Stephan.
b Jac. Gronov. Epistol. ut supra.

Obseruat. pag. 650.
a Lib. II. cap. XX & lib. VI. cap. XVI.
b Stratagem. lib. V. cap. 2.
c Lib. I. p. 60.

Lib. IX. cap. XCVI. Strab. lib. XIV. pag. 633. &c.

Not. & Castig. ad Stephan. pag. 109.

Alexiph. pag. 176.

Schol. p. 72.

tius, quam de *ramo pini* ibi a Stephano agi, vel ea quæ præcedunt de *pini ramo* (πίτυος κλάδον) qui infra lectum Cereris collocaretur, abunde arguunt; hæc vero, de *conis* ſeu *nucibus pineis*, quæ ſtatuerentur ſupra illius Deæ ſimulacra, manifeſto ſatis indicant. *Strobilus* nempe ſeu *Pini fructus*, Græcis cum κῶνος tantum, idque propter figuram ut diximus, κάρυδος, tum κῶνος πίτυος, aut πιτυίνος etiam dictus. Ita apud Nicandrum:

Ἠὲ χαμαιπίτυος βλαστήμονος ἄμμιγα ΚΩΝΟΙΣ
Φύλλα καθεψήσας Alexiph. p. 167.

Aut Chamæpityos germinantis ſimul cum NUCIBUS PINEIS
Folia incoquas:

ac Theocritum:

Βάλλει δ' ὕψοτε ΚΩΝΟΥΣ,

Deiicit vero & PINEAS *ſuperne* NUCES. Idyll. 13. v. 49.

Mitto quod eandem *Miletum*, a *Pinorum* copia, aut quod primum ibi nata eſſet *Pinus*, Πιτύεσσα dictam obſeruat eodem loco Byzantius Grammaticus; uti etiam eruditi Critici ad Ariſtophanem: Πιτύεσσα Μίλητος, ἀφ' τὸ πολλὰς ἔχειν πίτυας, *Pityuſa*, ſeu *Pinifera*, *dicta Miletus*, *quod multas haberet Pinus*: & a Plinio, *Miletus Joniæ caput*, *Lelegeis ante*, & PITYUSA, & *Anactoria nominata*. Immo quod ab Homero pridem indicatum fuerat, ac vel uno verbo ad Plinium, vel ad dictum Stephani locum, adnotari omnino meruit: Stephanus in Μίλητος. Schol. ad Plutum pag. 63. Lib. v. cap. XXIX.

Οἵ ΜΙΛΗΤΟΝ ἶχον, ΦΘΕΙΡΩΝΤ' ἐρι ἀκροτόφυλλον, Iliad. B. Catal. v. 875.

Qui MILETUM *incolebant*, & PINORUM *montem frondoſum*, non ut ibi interpres, *phtirarumque*; a qua *pinorum* in eo monte copia, dictum eundem φθεῖρα ſtatuere licet: ac ſimiliter apud Lycophronem, ubi de eodem *Mileti* tractu agens, & fundato ibi ab Athenienſi Neleo imperio, dicitur:

ΦΘΕΙΡΩΝ ἰχθεῖσι ϛήσονται μενεχθίσι, Caſſandr. v. 183

PINORUM *montanum condent imperium.*

A *pinorum* equidem multitudine, quæ circa *Miletum* in Caria naſcerentur, id ab Homero dici obſeruant eum edita, tum [a] inedita adhuc ad Homerum Scholia; & itidem ad Lycophronem Tzetzes: φθεῖρας enim, quod ab iis additur, de *ſtrobilis* ſeu *nucibus pineis* vulgo a Græcis appellari. Apud Theophraſtum vero alicubi legitur: Πεύκη ἡ κωνοφόρος καλλιμβόη, ἢ πίτυς φθειροφόρος, iuxta eruditum interpretem, & *pinus conifera nuncupata*, & *picea*, *quæ pediculos fert*, ſicut alibi rurſus πεύκη ἡ κωνοφόρος, *pinus conifera* ab eo redditur. Atqui πίτυας, & quæ de *pinis* vulgo dicuntur, eſſe itidem κωνοφόρους *coniferas*, ſeu, quæ *nuces pineas* ferrent, & quæ inde dictæ fuerint πίτυος vel πιτύινοι κῶνοι, paullo ante vidimus, & agnoſcit alibi [a] Theophraſtus; niſi quod minores, ut [b] ibidem ait, κῶνος ferrent πίτυες, quam πεῦκαι. Ut vere proinde a Theophraſto dicta fuerit πίτυς φθειροφόρος, *picea*, iuxta interpretes, ſed verius *pinus*, *exiguis ſtrobilis*, ſeu *nucamentis* ferax, quibus nempe abundaret mons Mileto adiacens, Φθειρὰν ὄρος, iuxta Homerum & Lycophronem inde quoque appellatus. Id vero in Theophraſto peculiare tradit Athenæus, quod quem fructum alii πιτύινα κάρυα, aut πιτύινοι κῶνοι vocarint; ipſe κῶνον, arborem autem πεύκην dixerit. Quamquam etiam κῶνον, ſed minorem, πίτυι ab eodem Theophraſto tribui modo vidimus; & πεύκην alibi de *picea* intelligi ab eo liqueat, ubi de [a] πεύκη ἐλάτῃ, vel [b] δαδοκαιομένῃ, *picea tedifera*, aut etiam *teda detracta*, & δαδερ-

a Τὰς Καρικὰς περὶ Μίλητον, ἀφ' τὸ πολλὰς ἔχειν πίτυς Schol. MSS. ad Il. B. in Catal. v. 375.

De Cauſ. Pl. lib. I. cap. IX. pag. 218. H. Pl. II. II. cap. 10. pag. 28.

a Τῶν δὲ πίτυων, καὶ τῶν κωνοφόρων ταύτην, H. Pl. lib. III. cap X. pag. 53.

Lib. XVI. c. 10. Lib. II. p. 57.

a H. Pl. lib. V. cap. V. p. 109.

b De C. Pl. lib. V. cap. XXIII. pag. 348.

δαδικεῦσαι πεύκην, iuxta Gazam, *pinum tædificare*, ſeu verius *piceam*, ab eo dicitur. Etſi enim omnes cognatæ illæ *arbores*, uti a Plinio dicuntur, picem ferant; id de πεύκῃ tamen, ſeu *picea*, vel quæ *teda proprie dicta*, iuxta eundem Plinium, potiſſimum dici conſtat. A Plinio alioquin, ut hoc addam, ad mentem Theophraſti, πίτυς φθειροφόρος, non de *pinu* equidem, ſed de *picea, quam Græci phtirophoron appellant*, dicitur: quum tamen non adeo a *piceæ* arboris. qum *pini* copia, vocatam conſtet Miletum Πιτύουσαν, ac inde Φθειρῶν ὄρος, de adiacente huic urbi, qui *pino* illa abundaret, *monte*, ab Homero & Lycophrone dici. Ita omnia, quæ de πίτυος ramis, aut nucibus in Theſmophoriis, ſeu Græcorum Cerealibus, a Mileſiis, Athenienſium exemplo, qui ritus illius auctores, adhibitis, a Stephano adducuntur, non de *picea*, ſed de *pinu* intelligenda, aliunde, & ex iis quæ ſupra ea de re diximus, ſatis, ut opinor, liquet; illudque ſit alioquin apud Græcos Auctores obuium, ut πίτυς de *pinu*, πεύκη vero de *picea*, & unde formata etiam Romana utriuſque vocis nomina, iidem dixerint. Hinc alibi Plinius de variis agens *nucum pinearum* generibus: *quartum*, PITUYDA (Græca nempe eam in rem voce) e Pinaſtris ſeu Silueſtribus, & de quibus hic agitur, *pinis*. Neque vero πίτυουσα dicta ſolum a *pinorum* copia *Miletus*, ſed præter Inſulas inde quoque in mari Argolico & Hiſpanico *Pityuſſas* a Græcis, iuxta Plinium, & quidem a *frutice pineo* appellatas, nobilis inſuper eiuſdem Joniæ urbs vel Inſula *Chios*, & in Helleſponto *Pityuſa* ſimiliter, auctore alibi eodem Plinio, dictæ. In poſtremis vero, quod inſuper hic addendum eſt, adductis ſupra apud Stephanum Byzantium verbis, impoſitam nempe ſupra Cereris ſimulacra *nucem pineam*, & quidem διὰ τὸ ἀρχαῖον τῆς γενέσεως, *propter vetuſtatem generationis*, non debuerunt hæc viro docto ad Stephanum a ſe editum negotium faceſſere, aut ullam mirandi anſam ſuppeditare, quod id utique Meurſio, Paſchalio, vel mihi, quem duobus illis viris præſtantibus adiungit, aliiſque hactenus, in mendi ſuſpicionem, cuius utique nulla cauſa ſuberat, non venerit: ac proinde ut eadem verba in τὸ ἁγνὸν τῆς γενέσεως; *propter caſtitatem generationis* continuo commutaret. Ἄγνα utique ſeu *viticis* folia, aut iuxta Galenum, fructum, non Cereris quidem, ſed mulierum ſacra eidem in Theſmophoriis Athenienſium celebrantium, ut ſeruandæ ab iis caſtitatis ſymbolum, cubili ſubſtratum, docent præter [a] Plinium, & [b] veterem Nicandri Interpretem, quos memorat ibi ad Stephanum vir doctus [c] Dioſcorides inſuper, [d] Ælianus, &, quem iam adtigi, [e] Galenus; quod ad Plinium vidit eruditiſſimus Harduinus. De Dea ipſa vero hoc a Stephano additur, inde *Pinus ramum* ei ſubſtratum, *Pineas* etiam nuces eius *ſimulacris* additas vel impoſitas, *ad generationis vetuſtatem* indicandam. Ceres nempe, quod aliunde notum, & vel Græcum eius nomen arguit, eadem quæ *Terra, Cybele, Veſta*; unde *Mater* etiam *Jouis*, iuxta eruditiſſimum Clementem, habita. Hinc in ſacris eius cum Eleuſiniis, tum etiam, quod vel ex Theodorito liquet, Theſmophoriis, multa, & pudenda quidem, quæ ad primæuam generandi vim, ortumque omnium rerum manifeſto adluderent, adhibita ſymbola; unde id a Clemente hand immerito dici videas: αἰσχυνῆς ἐμπλεως ἡ περὶ τὴν Δηὼ μυθολογία, *plena enim probro omnis de Cerere mythologia.* Quomodo etiam factum liquet, cur arbor ipſa Pinus Deæ Matri fuerit ſacra; aut Pan pinu cornua præcinctus, quam eidem adiudicant hæc monumenta; quæ trita omnia ſunt & peruulgata; uti quod Pinus Arbor ſtatis diebus in Cybeles ſacrum intromitti apud Romanos fue-

Lib. xvi. cap. 10.
Ibidem.
Ibidem.
Lib. iii. c. v. & lib. iv. cap. xii.
Lib. v. cap. 31. & 32.
Bonkel. in Not. pag. 559.
De Simpl. Medic. Fac. lib. vi. cap. 2.
a Lib. xxiv. c. 38.
b Schol. Nicand. Ther. pag. 9.
c Lib. i. c. 35.
d De Animal. lib. ix. cap. 26.
e Ut ſupra.
Protrept. pag. 10.
Therap. Serm. iii pag. 511. T. iv.
Protrept. p. 13.

rit ſolita. Unde in priſcis urbis Kalendariis, ad d. XI Aprilis ARBOR INTRAT; quique inde illuſtratur cum Arnobius: *quid enim vult illa* PINUS, *quam ſemper ſtatis diebus in Deum Matris intromittitis ſanctuario?* tum Julianus Imperator, illuſtri eam in rem loco; nempe ubi ipſo die verni Æquinoctii dicit ſacram Matri Deum arborem, hoc eſt Pinum, excidi ſolitam; ſequenti die, omnia tubarum clangore perſtrepere; tertia, Gallum ſemet ipſum demetere; ſequi tum Hilaria, ac feſtos dies Bonæ Deæ. Neque vero mirum Phrygiæ Deæ ſacram olim *Pinum* exſtitiſſe; quum illo arborum genere feracem itidem fuiſſe Phrygiam, vel inde conſtet, quod eam πιτυοφόρον *piniferam* dixerit olim Alcæus. Adde quod illud ἀρχαῖον τῆς γενέσεως, *generationis antiquitatem*, Pini ramis & fructibus in ſacris itidem Cereris ſeu Magnæ Matris, prout eadem etiam ſubinde dicta, indicatam, ex iis potiſſimum lucem capiat, quæ de Deum Matris, quæ ſit omnis cauſſa generationis, & inde Attidos, tanquam effectricis & genitalis omnium cauſſæ amore capta, pluribus, & vaniſſime cæteroquin, diſſerit in adducta paullo ante, ubi de hiſce eiuſdem Deæ ſacris agit, oratione Julianus. Accedit inſuper quod Baccho etiam ſacra dicatur apud Plutarchum *pinus*, non ſolum quod ſuaue vinum ſit, ubi pinus naſcitur; ſed etiam, quod iuxta Neptunum, cui inde ſacra itidem *Pinus*, *humidi* (ὑγροῦ γονίμου) & *genitalis principii dominus* cenſeretur. Unde ad iſta cum Cereris, tum Liberi Patris, vel Matris etiam Deum, pro nota eorum inter ſe communione, ſacra vel myſteria referenda continuo liquet eadem ſymbola; in quibus, uti iam ante e Clemente & Stephano vidimus, cum ramus Pini, tum fructus eius ſolebat adhiberi. Præclare autem hæc illuſtrat, qui & inde explicandus venit, ſingularis quidam Catinenſium nummus Mediceus, quique non exſtat apud Parutam: in cuius auerſa parte figura occurrit nuda cui ramus Pini in dextra, ad pedes autem Nux Pinea, cum inſcriptione KATANAIΩN. Sacrum autem Baccho & Cereri locum, agrum nempe Catineníem, non tam mihi hodie fidem faciunt luculenta veterum ea de re teſtimonia; vel obuii eius urbis nummi modo cum Bacchi, bigis Pantherarum aut Tigridum vecti, aut ingentis Botrus, modo etiam ſpiceæ Deæ effigie; quam inſpectus mihi coram loci ſitus, frugibus iuxta ac vino inprimis ferax, dum nuper Siciliam luſtrarem. Immo ut ad aliorum etiam Numinum vel myſteria, vel ſymbola, traductum eundem *pini* fructum intelligas; Æſculapius imberbis, altera manu ſatiuæ Pini fructum tenens apud Sicyonios, teſte Pauſania, cultus. Ex quo uſu cæteroquin *pineæ Nucis* in myſteriis ac religione Gentilium, nota illa Talmudicorum prohibitio, quæ in eorum libris legitur: לפכור אצטובלין שוח כוי אלא ורבים אפרים *Hæ res vetitæ ſunt, ut vendantur Gentilibus*, *nempe* NUCES PINEÆ, *ficus albæ &c.* addita mox ratione, quod vulgo eas ante idola ſua ſuſpendant: quæ vides quam ſint conſentanea iis, quæ modo e Stephano aut Nummis, de hoc more notabamus. Equidem nugabantur ſuo more illi recutitorum Magiſtri, qui vocem אצטובלין formatam ex voce στρόβιλος, ut ſexcenta talia, de *fructu Cedri* interpretabantur: quod erudite iam ad Maimonidem monuit magnæ quondam ſpes altera, non Batauiæ ſolum ſuæ, ſed remoti Orientis, Dionyſius Voſſius.

Lib. v. pag. 167.

Orat. IV. pag. 168. ult. edit.

Theſ. Grut. CCCIX. 1. Incr. Reinec. p. 61. Pauſan. lib. IV. pag. 217. &c.

Sympoſ. lib. v. cap. II. pag. 675.

Lib. I. p. 103.

Avod Sara c. 1. §. 5.

Not. ad Maimon. de Idolol. cap. IX. n. 6.

Mitto iam non *nuces* quidem *pineas*, ſed coronam e *pinu*, in uno e ſacris Græcorum Agonibus, Iſthmiis nempe, cum antiquitus receptam; tum denuo *Apii* loco, quod poſtea ad coronas illas fuerat adhibitum, reſtitutam. Utrumque enim a Plutarcho haud uno loco, aliiſque priſcis ad Pindarum

In Timoleont. p. 248. T. I. & Sympoſ. lib. v. Qu. III. pag. 675. T. II.

Excerpt. Valeſ. pag. 691.

Grammaticis traditur. Sub Nerone equidem receptas denuo in Iſthmiis coronas e *pinu*, adſtruit, ut obſeruo, in Excerptis Valeſianis Dio, a quo Neronis dicitur importuna victoria, qui oleaginam & lauream, & ex apio PINUQUE, (e quatuor proinde ſacris Græcorum agonibus) adeptus, ciuicam amittebat. *Apium* enim ibi de corona ex *Apio* in Nemeis, quæ ſemper in iis locum, ut aliunde notum, obtinuit: & *Pinum* de corona in Iſthmiis relata debere omnino intelligi, quiuis videt. A quibus tamen poſtremis Dionis verbis recedunt ſuperſtites adhuc Neronis nummi, iique iam a præſtantibus Antiquariis vulgati, in quibus corona illa Neronis Iſthmiaca cernitur, eaque non e *Pinu*, ſed ex *Apio* omnino contexta, ut vel ſequens eius adſpectus, & collatio inſuper cum ſequentibus dein e *pinu* coronis Iſthmiacis facile utique euincet:

Patin. Num. Impp. & Vaill. de Col. Impp. in Nerone.



Adeo ut dicto Dionis loco, ubi Nero traditur inter relatas e quatuor Græcorum agonibus coronas, poſtremo loco e *pinu* adeptus, reſpexerit ibi omnino Auctor ad morem ſuorum temporum, quibus non ex *Apio* amplius, ſed e *Pinu* conſtabant Iſthmionicarum coronæ, quodque ille iam ſub Nerone obtinuiſſe cenſuerit. Equidem apud Plutarchum ab erudito conuiua dicitur recens illud eſſe, ut e *pinu* corona fieret in Iſthmiis, cum ante *apio* victores in iis redimirentur. Neque tamen ſub Domitiano, quod coniiciebat celebris Antiquarius, ſed paullo ante id inualuiſſe, ut *Apii* loco e *pinu* denuo fierent coronæ Iſthmiacæ, vel e Plinio conſtat, qui ſub Tito iam, ut notum, deceſſerat: *pinea corona victores apud Iſthmum coronantur.* Hinc qui ſub Domitiano carmina ſua condidit Statius, coronas a patre reportatas refert in eius Epicedio, ac proinde ante Domitiani principatum, in tribus Græcorum Agonibus, Pythiis, Nemeis, ac Iſthmiis, nempe:

Sympoſ. lib. v. Qu. III. pag. 676.

Vaillant. de Colon. Impp. in L. Vero.

Lib. xv. c. 16.

Sit pronum viciſſe domi: quid Achæa mereri
Præmia, nunc ramis Phœbi, nunc germine Lernæ,
Hinc Athamantea protectum tempora PINU?

Lib. v. Sylv. III. v. 141.

Ramis enim *lauri*, coronas in Pythiis e *lauro*; *germine* autem *Lernæ*, notæ apud Argiuos paludis, apud quos Nemea in vicino Argis ſtadio peragi ſolita, coronas ex *Apio*: *pinu* autem *Athamantea*, coronas e *Pinu* Iſthmiacas intelligi ibi continuo liquet. Ita ſub L. Vero corona e *pinu* Iſthmiaca ſpectatur in eius nummis, ipſaque arbor *pinus Athamantea* paullo ante apud Statium dicta, ſub qua nempe Melicertæ Athamantis filii corpus a Delphino in terram ſublatum ferebatur. Exſtant vero earum icones iam ab aliis, ſed ſubinde minus adtente expreſſæ: hic vero ad nummorum, & Cl. Vaillant, qui eas quoque accuratius depictas exhibet, fidem, paullo diligentius ſignatæ:

Erat

Erat nempe ille tractus prope Corinthum, ac ubi agebantur, Iſthmia, *Pinu,* ut vel e Pauſania liquet, & Sini illo πιτυοκάμπτῃ, abundans: unde etiam πιτυώδεϊ Ἰσθμῷ, *piniferi Iſthmi* facta pridem a Moſcho fuerat mentio. Haud aliter vero ac ipſum *Pini* fructum, Vindelicorum veterum, aut Mamertinorum inſigne, exhibent, ut vidimus, antiqui nummi; ob frequentiam & celebritatem illius arboris, quæ Statio, *ſyluarum gloria*; Plinio autem, *in maxima admiratione eſſe* traditur. Sic LARICES etiam Pino, vel eodem fatente Plinio, ſimillimus, nec alibi, iuxta Vitruuium, notas, quam in Padi ripa, depictas noſti in denario gentis Accoleiæ apud Urſinum: in commendationem ſcilicet huius arboris variis etiam uſibus celebratæ, & memoriam originis horum *Accoleiorum*; quod iam præclare monuit Fuluius. Noſti enim conſuetum illum morem Græcis iuxta & Barbaris ſolemnem, ab iiſque ad Romanos etiam traductum; ſicut vulgo feracia apud ſe Animalia, ita ſingulares quoſque ac domeſticos Flores, Plantas, Frutices, Arbores, earumue Fructus, publicis id genus monumentis, ſeu genuina locorum illorum ſymbola vel inſignia, commendandi. Id enim & *Silphii* Cyrenæorum, & *Loti* Ægyptiorum exemplo modo videbamus; & euincit ulterius nota & copioſa nummorum veterum ſuppellex, in quibus *Abies* Germaniæ; *Apium,* Selinuntiorum; *Olea,* Athenienſium; *Palma,* non Tyri ſolum, Damaſci, Judææ, Alexandriæ, ſed Phœnicum præterea in Sicilia, & Hiſpania, Coloniarum; *Spicæ*, Italiæ, Siciliæ, Hiſpaniæ, Ægypti, Africæ; *Vitis palmes,* aut *Racemus* Naxiorum, Entellanorum, Thaſiorum, Perperenorum, Maronitarum, Teniorum, aliorumque id genus locorum, optimorum vinorum prouentu nobilium; *Dictamnum,* Cretenſium aliquot locorum; *Thuris Ramus,* ut infra videbimus, Arabum; *Malum Medicum,* Parthorum; *Manna* urceo inſerta, Hebræorum; *Roſa* denique, ut vulgo exiſtimatur, Rhodiorum, totidem vel inſignia, vel velut veri locorum illorum indices conſpiciuntur.

Lib. 11. p. 86.

Idyll. 17. v. 49.

Lib. XVI. c. 26.

Lib. II. cap 9.

IV.

De ROSA, *ſeu* BALAUSTIO *in Nummis* RHODIORUM.

Ad RHODIORUM vero obuios illos nummos quod attinet, equidem vulgo in iis ROSAM inſculptam, hodiernos videas Antiquarios magno paſſim conſenſu ſtatuere: quamquam haud ſcite expreſſam nonnulli fateantur, ac proinde ſuperiori ſæculo, quidam *Heliotropium,* alii *Roſolaccium* eandem plantam interpretarentur. At vero Florem illum, non *Roſam,* aut poſteriores has plantas indicare, ſed *Florem Mali punicæ* ſeu BALAUSTIUM, quo ad tingendas lanas utebantur olim *Rhodii,* nuper mihi coram adſerebat excellenti vir doctrina ac inſigni ingenio, Iſaacus Voſſius. Fundus illi huius obſeruationis,

Antiq. Auguſtin. Dial. II.

tionis, corruptus quidem, sed emendatus ab eodem ex libris antiquis, Alci-
Epistol. 11. phronis locus; ἀχεὶς τὸ φορτίον αὐτοῖς ἰχθύσιν, ἀχεὶς ἢ κ᾽ ἡμᾶς ἐν τῷ σκάφει, ὤχετο ἐπὶ λέμβου, κωπηρέσι τισὶ ΡΟΔΙΟΙΣ ΒΑΛΑΥΣΤΟΥΡΓΟΙΣ ἀναμιχθείς. *Sarcinam vero relinquens piscibus, nobis etiam in scapha relictis, traiecit in lembum, permixtus remigibus quibusdam* RHODIIS BALAUSTIORUM *opificibus.* De hoc flore autem *Balaustio* ad tingendas lanas opportuno, testis luculentus
Lib. xiii. c. 19. Plinius: *Sed circa Carthaginem punicum Malum cognomen sibi vindicat*; mox: *Flos* BALAUSTIUM *vocatur, & medicinis idoneus, &* TINGENDIS VESTIBUS, *quarum color inde nomen accepit.* Quomodo ξὺν ᾗ βαλαύσιον
Proem. lib. viii. de Simpl. Medicam Facult. Lib. i. c. 148. coniungit alicubi Galenus; qua autem priori voce arbusculam innui, qua utantur coriorum infectores, obseruat Dioscorides. Neque, ut verum fatear, id mihi continuo mirum videbatur, signatam nempe in nummis *Rhodiorum* eius rei seu usus apud eos receptae memoriam: qui memineram haud absimili ratione, conchylium Purpurae Tyriae exstare in antiquis aliquot *Tyriorum*, iisque vulgatis iam apud celebres Antiquarios, nummis, tanquam præclarum nobilissimae urbis insigne. Ut mittam prolatum alicubi a Cl. Tri-
Vid. Tristan. Seguin. Patin. & Vaillant. in Num. Colon. Tom. i. p. 98. stano, *Hierapolitarum* nummum, in quo lanae manipulum capiti Cereris impositum inde colligebat, quod praestantissima apud eos tinctura a Strabone commendaretur. Accedebat mox Dioscoridis, quem consulebam, auctoritas;
Lib. i. cap. 155 qui βαλαύσιον illud, seu *agrestis Mali punicae florem* describens, plura eius genera recenset, ac inter alia, πυρρὸν (ut Oribazius apud eundem legit, alii πυῤῥὸν) ᾗ ΡΟΔΟΧΡΟΥΝ, *purpureum &* ROSACEO COLORE. Praeterea quod *florem* illum *agrestis punicae*, similem idem adserat *Cytino*, seu flori satiuae Punicae; qui certe cum flore in nummo Rhodiorum expresso haud male quadrare videbatur. Neque aliter *Balaustium* describit alicubi Galenus, nisi
Lib. vi. Simpl. Medicam. Facult. florem esse syluestris Punicae, sicuti satiuae Cytinum. Confudit quidem Plinius utrumque hoc Mali Punicae genus satiuum & syluestre, cum superiori loco, tum alibi, ubi *Balaustium* in genere vocari dicit flosculos in Cytino
Lib. xxiii. cap. 6. erumpentes, antequam Malum ipsum prodeat. Quamquam ab Arnobio quoque promiscue *Balaustia* dicantur, ut obseruo, de floribus Mali Punici, nati
Lib. v. p. 169. scilicet e sanguine genitalium Acdesti abscissorum: *etiamne fluere de sanguine, & ex genitalibus amputatis arbor* MALI *est enata* PUNICI? *an tum quum vis illa telluris cooperta est gremio, solum radice complexa est, in stipitis exiliuit robur, oneratos fudit* BALAUSTIIS *ramos, & in puncti spatio* POMA *extulit* MITIA, *perfectionis propria maturitate completa?* Melius tamen iuxta
Hesychius. Dioscoridem & Galenum, magnae accurationis Grammaticus: βαλαύσιον, εἶδος ῥοιᾶς φλέγον ἄνθος ἁρμόζον πρὸς θεραπείαν, *Balaustium, species Mali punicae, florem*
Ut supra. *ferens ad curationes opportunum*; seu, ut Plinius de eodem loquitur, *medicinis idoneum.* Haud male vero hæc illustrant Arabes, quibus non solum بهو describitur *Malus punica syluestris*, quae sine fructu florem profert, & ex qua mel collectum exsugi tradunt; sed quibus etiam flos ille non solum حُلَّنَار sed voce eiusdem ferme soni cum Gr. βαλαύσιον vocatur بلوسبطون, Unde non continuo accedo τῷ πάνυ, cui in primis seu nouissimis Scaligeria-
Pag. 25. nis, *Balaustium*, iuxta Plinium, flos omnis Punicae mali statuitur; vapulat autem Dioscorides, qui idem *Balaustium*, florem syluestris demum tradiderit. E quibus autem satis liquet, haud de alio, quam de hoc *Balaustio* intelligendum esse Theophrastum eo loco, quem minus adsequuti sunt viri docti, & qui aliquam inde lucem mutuatur. Ubi enim inuestigandum docet, an ex

plan-

plantis aut arboribus, quæ vulgo flores ante fructus emittunt, dentur etiam, quæ flores tantum ſteriles & ſine fructu proferant, mox id duobus exemplis firmat: ἐστὶ γάρ γε εἶδος καὶ ἀμπέλου καὶ ῥοᾶς ἀδυνάτους τελεσφορεῖν ἀλλὰ μέχρι τοῦ ἄνθους ἡ γένεσις. *Etenim genus quoddam & vitis, &* PUNICÆ, *fructum perficere nequit, ſed ad florem uſque generatio tantum peruenit.* Magnus litterarum Heros, Julius Scaliger in ſuis ad hunc Auctorem adnotatis, ex natura rerum ignota, ait hæc genera. Verum quod *Punicæ* illud *Mali* genus ſpectat, quæ non ultra florem procedit, non alia eadem, ut vides, quam hoc *Balauſtium*, & Arabum ﺑﻠﻮ eodem modo ab iis deſcriptum. Eleganter autem ſubdit Theophraſtus floris illius deſcriptionem, quæ ad firmandam ſententiam de Rhodiorum nummis multa videtur habere opportuna: γίνεται δὲ καὶ τότε ΤΗΣ ΡΟΑΣ ΑΝΘΟΣ πολὺ καὶ πυκνὸν ἄνωθεν ὕλον ὁ ὑπὸς πλατὺς ΩΣΠΕΡ Ο ΤΩΝ ΡΟΔΩΝ, κάτωθεν δὲ στενώτερος, διὸ καὶ ὑπὸ μικρὸν ὥσπερ ἐκτεθραμμένος κύτινος ἔχων τὰ ἄνω χειλάδη. FLOS *quoque* PUNICÆ *copioſus denſuſque eſt, ſuperiori parte globoſus, latus* AD INSTAR ROSÆ; *inferiori anguſtior eſt, a qua pauliſper quaſi cytiſus expanſus in ſummo labiis multis præditus.* Ita emendant ac vere hunc locum viri docti, nempe τῶν ῥοδῶν, pro τὴν ῥοᾶν, quem paullo aliter expreſſit Gaza, & inde hunc ſuam emendationem firmant, quod flos utriuſque Punicæ ſatiuæ & ſylueſtris, maxime autem ſylueſtris, *Roſam* æmuletur. Ut non mirum proinde videri poſſet, ſi in Rhodiorum nummis obuium florem de *Roſa* vulgo acceperint Antiquarii, qui reuera eſſet flos ſylueſtris Punicæ. Sic *Sidam*, herbam Niloticam, ita dictam a ſimilitudine cum *Malo Punico*, quod Græcis Σίδη etiam vocatur, docet alibi Theophraſtus, *florem* habere *calici Roſæ ſimilem*, ſed maiorem, τὸ δὲ ἄνθος ὅμοιον ῥόδου κάλυκι. Ad quam itidem plantam, reſpexit, qui & inde quoque explicandus venit, ut ad eum vidimus, Callimachus:

Vid. Bodæum Stapel. ad hunc locum.

H. Pl. lib. v. cap. 11.

Ἢ ῥόδον, ἢ σίδης κόκκον ἔχει χρόα, — Hym. in Lav. Pallad. v. 28.

Aut roſa, aut ſidæ granum habet colorem

Σίδον enim Aeolum more pro σίδον, non ut vulgo ibi interpretes de *Malo Punico*, ſed de hac planta intelligi, quæ, ut de ea eruditi ac veteres ad Nicandrum Critici, ἔχει κόκκους ἐρυθροὺς ὁμοίους ῥοιᾶς, *grana habet rubra inſtar mali punici*, haud ita pridem eſt a nobis monitum. Ut iam illud mittam, haud nouum fuiſſe in hac Inſula Rhodo aliiſue locis, ut arbores alibi frugiferæ, in iis ſteriles tantum flores emitterent. Certe Perſeas arbores in Ægypto frugiferas, in Rhodo vero florere ſolum, nec fructum ferre, obſeruat alibi Theophraſtus. Sicut vero apud Rhodios, florem hunc agreſtis *Punicæ* e doctiſſimi viri ſententia, ita ipſum *Malum* ſatiuæ Punicæ ſignatum noueram in priſcis aliquot nummis cum *Dionyſii*, Siculi Tyranni, tum *Poſidoniaton*; quales videre licet apud Goltzium. Addam hiſce nummum Regiæ Gallorum Gazæ, in quo hinc *Malum Punicum* in corona cernitur, cum inſcriptione MAΛΙΩΝ ΛΥΣΑΝΙΑΣ, *Maliorum*, vulgo apud Auctores *Maliensium* in Theſſalia, *Lyſanias*. Niſi forte in eodem nummo, quod ex accuratiori eius inſpectione liquere continuo poterit, pro MAΛΙΩΝ, citra ullius litteræ adiectionem, MAΛΛΩΝ ſit legendum; quæ *Mallos* urbs, ut aliunde notum, Ciliciæ; in qua autem regione, ut haud ex uno Theophraſti loco conſtat, præſtantiſſima naſcebantur, & peculiaris quidem ſucci, *Mala Punica*. Etſi tum non adeo MAΛΛΩΝ, plurium numero, quam MAΛΛΟΥ, vel gentili nomine, MAΛΛΩΤΩΝ, legendum foret in eodem nummo: unde mi-

Obſeru ad Callim. pag. 561.

H. Pl. lib. III. cap. 5.

H. Pl. lib. II. cap. 3. & lib. IV. cap. 27.

nus de ſuſpecta in eodem litterarum MAAIΩN lectione laborandum hic videtur. Illud vero aliunde conſtat, non ſolum inter delicata obſonia habita olim apud Græcos, quod vel ex Ariſtophane & priſcis ad eum Criticis conſtat, *Mala Punica*; aut vero variis uſibus celebria apud Medicorum filios; ſed myſticum etiam apud veteres habitum hoc Malum, iuxta commemoratum paullo ante *Strobilum*; illudque Jouis & Junonis ſimulacris ſubinde additum; Signum certe Jouis Caſii exſtitiſſe Peluſii in Ægypto refert Achilles Tatius, geſtantis *Malum Punicum*, & quidem *cuius ratio foret myſtica*: τῆς δ' ῥοιᾶς ὁ λόγος μυστικός. Pauſanias vero agens de Junonis fano haud procul Mycenis, docet in eo fuiſſe Deæ illius ſedentis ſimulacrum, quæ dextra *Punicum Malum*, altera *Sceptrum* tenuit, additque: τὰ μὲν οὖν ἐς THN POIAN (ΑΠΟΡΡΩΤΕΡΟΣ γὰρ δὴ ἔχειν ὁ λόγος) ἀκοὴν ἔστω μοι, *quæ autem de* MALO PUNICO (SECRETIOR *enim ea de re ſermo*) *ſilentio prætereo*. Unde etiam illuſtratur, quod apud Philoſtratum legitur, Malum Punicum, iuxta Apollonium Thyaneum, ideo in manu æneæ Milonis Athletæ ſtatuæ conſpici, quod ille ſacerdos Jouis eſſet apud Crotoniatas: *Malus autem Punica, ſola ſit arbor, quæ in Junonis honorem plantatur*: ἡ Ῥέα δὲ μήν, φυτὸν τῇ Ἥρᾳ φύεται. Adde, quod ut auctor eſt Clemens Alexandrinus, fructus Mali Punicæ Mercurio, tanquam Λόγῳ ſeu *Sermoni*, propter interpretationem, fuerit ab eruditiſſimis Græcorum conſecratus, & quidem quod multas latebras habeat ſermo. In ſacris alioquin Deæ Cereris ſeu Theſmophoriis, ab eſu Mali Punici mulieres olim prohibitas fuiſſe, obſeruat alibi idem [a] Clemens: uti in Eleuſiniis, [b] Porphyrius. Unde, ut licet inde colligere, Proſerpinæ opportune Mali Punici granum a Plutone datum, ne diu ſcilicet eadem apud matrem remaneret, ut id tradit Apollodorus. Quod etiam in ſacris Matris Deum obtinuiſſe, ut nempe abeſſent etiam ab iis *Mala Punica*, docebit Julianus Imperator, & quidem velut humilis ac terreſtris arboris fœtus.

Ἀντὶ μήλου ἢ, ῥοιᾶς Veſp. pag. 321. ἐστὶ τῶν δαλλοῦν ἔψων Schol. ibid.

Lib. III. pag. 167.

Lib. II. p. 114.

Vit. Apollon. Tyan. lib. IV. cap. 9.

Strom. lib. VI. pag. 679.

a Protrept. p. 22.

b De Abſtin. anim. lib. IV. pag. 402.

Biblioth. lib. I. cap. V. §. 3.

Ῥοιὰς δ' ὡς φυτὸν χθόνιον παρητήσατο. Orat. V. p. 167. ult. edit.

Sicuti vero fructum ipſum *Mali Punicæ*, haud uno nomine veteribus celebratum, antiquis id genus nummorum ſignorumue monumentis, inſculptum modo vidimus: ita eius florem, agreſtis nempe potiſſimum, traditis ſupra uſibus apud *Rhodios*, ut liquet ex adductis Alciphronis verbis, commendatum, publice eorum moneta ſignari quoque meruiſſe, haud ægre utique largiebar. Immo quum idem Rhodiorum nummi, in altera eorum facie, *Solis*, cui *Rhodus*, ut aliunde notum, erat ſacra, imaginem præferant; opportune occurrebat adductus paullo ante Arnobii locus, ubi e demiſſis Agdeſtis ſeu Attidos genitalibus prodiiſſe plantam Mali Punicæ *Balauſtiis* onuſtam tradit: unde apparebat hanc arborem Attidi, id eſt Soli ſacram fuiſſe. Verum hæc omnia longe clarius ante oculos ponent tum Rhodiorum nummi cum Sole, & flore in iiſdem vulgo ſignato; tum Cytini ſeu floris Mali Punicæ adſpectus, cui ſimile plane *Balauſtium*, tradit Dioſcorides. Priorem e nummo Gazæ Brandenburgicæ, poſteriorem e Matthioli ad Dioſcoridem Commentario habes hic depictum.

Vide



Vide iam ac ſtatue, OCTAUI iucundiſſime, cui ſententiæ lubentius accedas; an ROSAM ſcilicet, cum vulgo Antiquariorum, an vero cum doctiſſimo Voſſio, Florem agreſtis Punicæ ſeu BALAUSTIUM (a quo Βαλαυστιεγὸς tinctores illos *Rhodios* vocat Alciphron) nummis Rhodiorum traditum velis definire. Neque vero te vel quemquam alium moueat, aut *Rhodi* a *Roſa*, ut Græco Pindari Interpreti, e quorundam ſententia traditur, deducta nomenclatio; aut vero Euſtathii, qui in eandem de *Roſa* illa Rhodiorum opinionem conceſſiſſe mihi videtur, auctoritas. Notæ certe Grammaticorum veterum ineptiæ, in cruendis locorum nominibus, ex quauis nominum adfinitate continuo arreptæ, & a magnis viris ſæpe iam ac feliciter profligatæ; quod & nobili huic Inſulæ haud mirum quoque accidiſſe. Præterquam enim, quod alias *Rhodi* originationes, haud minus forte ineptas, tradunt nonnulli Grammatici, ut ἀπὸ τὸ πολὺν ῥῦν, ſeu a *multa agitatione aquarum*, antequam inſula illa emergeret; ut vero non Diodorus ſolum, ſed eo haud paullo vetuſtior Pindarus, a *Rhodo* Nympha, quam ibi a Sole compreſſam tradit Lyricus: ſic aliunde etiam, a Syriaca nempe aut Chaldaïca voce ירוד *Jerod*, hoc eſt *Draco*, & per aphæreſin רוד *Rhod*, ob Serpentum nempe & Draconum copiam, eandem deducebat doctiſſimus Bochartus. Certe eadem ratione Ὀφιοῦσσα prius dictam, & ſerpentibus abundaſſe obſeruant antiqui auctores & Grammatici, Heraclides, Diodorus, Strabo, Heſychius, aliique. Neque tamen inde ſoli *Rhodo* peculiare hoc nomen *Ophiuſæ* exſtitiſſe, ibi cum viro magno colligas, qui Ouidium, Cyprum per *Ophiuſia arua* alicubi deſignantem, aut memoria lapſum, *Rhodi* nomen perperam *Cypro* tribuiſſe contendit; aut pro *Ophiuſia* legendum *Amathuſia*, audaci nimis coniectura, & quam nulli e veteribus agnoſcunt. Nihil enim obſtare debet, cur non & *Cyprus* dicta fuerit olim *Ophiuſa*, ſicut ab erudito non minus quam ingenioſo vate appellatur: quo nomine utique præter *Rhodum*, plura alia loca ita dicta obſeruo non uno apud Stephanum loco: puta *Besbicum*, paruam inſulam ad Cyzicum; *Cythnon*, ac *Tenum*, duas e Cycladibus: *Lybiam* ſeu *Africam*; ac præterea urbem ad Pontum Euxinum, *Tyram*. Quin etiam Plinius inter inſulas Cretæ vicinas, *Ophiuſſam* quandam alicubi recenſet; ſed ea de re obiter. Neque vero ideo hæc de *Roſa*, aut *Rhodi* vulgo inde deducta nomenclatione dicta quiſquam putet; quaſi varia ac nobilia quidem loca a cognominibus Flori-

Τινὲς δὲ φασι κλῆσιν αὐτὴν ἔχειν, ἀφ' οὗ τὸ σπυρὶς οὕτω ἔχει βόδα. Schol. Olymp. Od. VII. v. 84.

Lib. V. p. 226.

Ἔνθα Ῥόδῳ, ποτε μιχθεὶς Olymp. Od. VII. v. 131.

Colon. Phœn. lib. I. cap. 7.

Metam. lib. II. v. 219.

Lib. IV. capit.

Floribus, Plantis, Fructibus, appellationem deriuaſſe ignorem: ſicut vere nonnunquam eam inde eruunt priſci Auctores & Grammatici. Illuſtrant id certe cum *Miletus*, *Lampſacus*, *Chius*, aliæque inſulæ, quæ Πιτυοῦσαι, ſeu *Pityuſæ* a *Pinus* copia, ut ſupra vidimus, olim dictæ, & inde mox *Mileto* adiacens Φθειρῶν ὄρος, apud Homerum; qua in re *nihil noui eſſe* obſeruat ibi Euſtathius: *ſexcenta enim*, quod addit, *loca a plantis denominata, ut ſæpe conſtabit.* Quæ illuſtrant inſuper exempla φυτώδων id genus locorum, *Cypariſſi*, *Eleæ*, *Daphnus*, *Sycarum*, *Cotinuſæ*, *Selinuntis*, *Tremithus*, *Rhamnuſiæ*, *Ceraſuntis*, *Ericouſæ*, *Myrrhinæ*, quæ nomina haud male deducere videntur Græci Grammatici a cognominibus apud eoſdem Græcos arboribus aut plantis, *Cypreſſo*, *Olea*, *Lauro*, *Ficu*, *Oleaſtro*, *Apio*, *Terebintho*, *Spina Alba*, *Ceraſo*, *Erice*, *Myrto.* Sic *Stœchas* planta in Cycladibus frequens, a qua *Stoechades* Inſulas ad mare Ibericum deriuat alicubi magnus [a] Galenus; & apud [b] Ammianum Marcellinum oppidum *Zaitha* in finibus Romani & Perſici imperii, *locus, qui Olea arbor interpretatur.* Immo ut *Rhodum* a *Roſa*, ſic *Cyprum* a flore aut arbuſto *Cyprio*, *Tralles* Ἄνθειαν, ſeu *floridam* prius dictam a copia florum ibi prouenientium, obſeruant iidem veteres Ἐθνικῶν collectores, aut interpretes. At vero, neque inter illa exempla, a *Plantis* nempe ac *Floribus* quidem denominatorum locorum, relatam videas, quod minime tamen fuiſſet prætereundum, claram hanc *Rhodum*; puta vel a Stephano, qui aliquoties & dedita quidem opera hoc agit; aut ab ipſo Euſtathio, ubi in ſimili argumento verſatur. Neque etiam, ubi loca *Roſetis* feracia vel nobilia commemorat Plinius, *Rhodum* recenſet; quod tamen vel ſola nominis ratio inde ſcilicet petiti, & Inſulæ celebritas omnino ſuaſiſſet; qui *Prænestinas*, *Campanas*, *Mileſias*, *Trachinias*, & Rhodo viciniores, *Alabandicas*, aliaſque id genus non omittit. Ut iam *Melitenſem Roſam* Tullio, aut Midæ *Roſetum* Tertulliano, *Roſam Hieroſolymitanam*, *Pæſtanam*, pluresque id genus aliis commemoratas præteream. Neque inſuper (quod huc in primis facit) inter ea, quæ Rhodi eximia naſcebantur, & quorum meminiſſe obſeruo nonnunquam auctores antiquos, *Roſam* relatam facile reperias. *Uuam Hipponiam* a Rhodiis dictam, eorundem *Uuas paſſas* & *Caricas* laudant non ſemel, ac inter alios Lynceus Samius & Hermippus apud Athenæum: *Panaceam* eorundem, non minus ac Triccarum, vel Epidauri, Andromachus Neronis Medicus apud Galenum; *Rhodiam Radicem* alii, quod in Rhodo naſcatur: quamquam Dioſcorides, & ex eodem Galenus, illam videantur tantum in Macedonia agnoſcere, & inde dictam, quod contrita Roſas redoleat. Adde herbam *Helenium*, quam ab Helena dictam, in Rhodo frequenter prouenire tradentem video Ptolemæum Hephæſtionem apud Photium: περὶ τῆς Ἑλένης ἑστάνης, ἡ ἐν Ῥόδῳ φύεται, *de Helenio herba, quæ in Rhodo naſcitur.* Sic & *Siliqua Rhodia* Theophraſto aliiſque laudata; & *Crocinum Unguentum* e *Rhodo* nobiliſſimum, Apollonio libro de unguentis commendatum, referente id Athenæo. Quibus inſuper licebit addere, aut *Æruginem* ac *Ceruſſam*, peculiare Rhodiorum opus, auctore Vitruuio; aut *Oſtrum* ſeu *Rubrum* illud, quod de hac Inſula creari tradit idem Auctor, & de quo mox plura; aut etiam *Balauſtium*, de quo agimus, & quo lanas itidem inficiebant Rhodii. De *Roſa* vero Rhodiorum, ut vides, ne verbo quidem; ſi unum forte excipias de quo paullo ante, Græcum Pindari Interpretem, vocis homonymia, eo, ut videtur, cum ſuis auctoribus adductum: quique id a quibuſdam demum tradi memorat Neque vero alia etiam de cauſſa

Ἀπὸ φθειρῶν τόπων ὠνόμασται ὄρος, καὶ τὴν νῆσον, Μύρτου χάριν τόπου ἐκ φυτῶν ὠνομάσθησαν, ὡς παλλαντιάδαι

Ad Iliad. B. p. 368.

a Lib. 1. de Antidot. p. 435. ed. Gr. Baſil.

b Lib. xxiii. cap. v.

In vocibus Στοιχάς, Τερμιβρες, & alibi. Ad Dionyſ. Perieget. v. 456

Lib. xii. c. 4.

In Verrem. v. cap. xi.

Lib. iii. pag. 75. lib. xiv. 647.

Lib. i. de Antidot. p. 428.

Biblioth. p. 11.

H. Pl. lib. xv. v. 2.

Lib. xv. p. 688.

Lib. vii. c. 12.

Ibid. cap. 3.

Tralles &c. ut ſupra.

cauſſa patrocinari obſeruo illi ſententiæ Euſtathium, & Roſam, vetus Rhodiorum inſigne agnouiſſe. Futilis certe, neque digna erudito alias Grammatico ratio, quam adfert eius rei: ROSAM *ſcilicet, non ſolum* SOLI *velut propriam eſſe, cuius opus ſit* roſeis digitis Aurora; *ſed &* RHODUM *Inſulam, ob homonymiam vocis cum Roſa, Soli ideo ſacratam: Pindarum enim iuxta alios, ſacram Soli Rhodum indigitare.* En eius verba, ne quidquam interpretatione noſtra videamur illi adfingere: Ἰσέον δ' ὡς ἡ μόνον τὸ ἄνθος τὸ ΡΟΔΟΝ ἐκδέχεται ΤΩ ΗΛΙΩ, ὃ ἔχειν ἡ ῥοδοδάκτυλος Ἠὼς, ἀλλὰ καὶ Η ΡΟΔΟΣ ἡ νῆσος, ἀφ' ὁμωνυμίαν τῶν πρὸς τὸ ἄνθος ὁμωνυμίαν Ηλίῳ γὰρ ἱερὸν τὴν Ρόδον ἄλλοι τέ φασι, καὶ ὁ Πίνδαρος. Ad Odyſſ. E pag. 1527.

Quid vero ineptius, quam ab *homonymia vocis Rhodi,* cum *Roſa,* aut quod *roſeis digitis Aurora* dicatur, deuotæ inde Soli urbis cultum arceſſere? de quo inter alios Manilius,

Tuque domus vere Solis, cui tota ſacrata es. Lib. IV. v. 763.

Quia ſcilicet *Roſa* in Rhodiorum nummis ſignata, ut videtur certe collegiſſe Euſtathius, ideo etiam Solis effigies, quam paſſim præferunt Rhodiorum nummi, & ſupra etiam adlatus, iis quoque fuerit inſculpenda? Quis vero neſcit Phœbeiam Urbem, [a] Solem iactaſſe Ἀρχηγέτην, quem proinde, ὦ Ρόδιον ἄρχε compellat Juppiter apud [b] Lucianum; non quod Inſula illius Dei donum fuiſſet, iuxta Pindarum; ſed ob rationem a Plinio adlegatam, Rhodi nempe aut Syracuſis nunquam tanta nubila obduci, ut *non aliqua hora Sol cerneretur*: quod ipſum etiam de Alexandria obſeruat Ammianus Marcellinus: *nullo pene die incolentes hanc ciuitatem, Solem ſerenum non vident.* Adeo tamen, ut iuxta Euſtathium, niſi acceſſiſſet vocis huius Inſulæ cum *Roſa* homonymia, tota illa luce caruiſſet Phœbeïa Rhodus; aut Phœbus ipſe addictæ ſibi *Sponſæ,* ut a Pindaro vocatur, amoribus, & admirabili illo Coloſſo fuiſſet omnino priuatus. Sed ſatis eſt ineptiarum. Illud autem inde colligas, quod hic ſpectandum veniebat, eam *Rhodi* a *Roſa* denominationem, & *Roſæ* inde in Rhodiorum nummis depictæ petitam rationem, lubricam valde, nec idonea ulla auctoritate ſtabilitam. Rurſus vero florem illum agreſtis Punicæ ſeu *Balauſtium,* vel purpurei uel *roſacei* coloris, Dioſcoridi commemoratum, ad tingendas Rhodiorum lanas valde opportunum fuiſſe, immo etiam familiare: ſicut Plinium certe hunc eius uſum diſerte tradentem iam ante vidimus. Quamquam alias occurrit *Purpuræ Rhodiacæ* mentio apud Vitruuium, loco ſupra indicato, *Hoc Rubrum Rhodo etiam Inſula creatur.* Phœnices nempe, Rhodi olim incolæ; ut pluribus id ex auctorum veterum fide, aliiſque argumentis erudite adſeruit celeberrimus Bochartus; qui proinde purpureo ac puniceo colore lanas inficiendi artificium ſibi familiare videntur in eam Inſulam intuliſſe. Purpureus autem ille color, ſeu puniceus & eximie rubens, (hæc enim vulgo apud veteres ſynonyma) non e Concha ſolum vel Tyria, vel Coa, vel Laconica, aliorumque maritimorum locorum, aut etiam Rhodiaca; ſed præterea e Florum & Herbarum ſucco, ad eius imitationem, lanarum infectoribus frequenter parabatur. Ad utrumque morem reſpexit Tertullianus: *Nimirum enim Deus demonſtrauit ſuccis Herbarum, & Concharum ſaliuis incoquere lanas.* Ita florem quendam purpureum apud Indos obſeruat Cteſias, ex quo purpura, Græca non inferior, conficiebatur. Hinc itidem factam e radicibus tincturam apud Hierapolitas Phrygios, coccineam & purpuream æquare docet Strabo. De herbis quoque tradit in genere Plinius, Tranſalpinam Galliam, inde Tyrium atque conchylium tingere; quod

a Ariſtid. de Concord. ad Rhod. p. 398. T. II.
b In Jove Tragœd.
Lib. II. c. 64.
Lib. XXII. c. 16.
Ἀελίου τε πόμπαν Pind. Olymp. Od. VII. v. 26.
Ut ſupra.
Lib. VII. c. 3.
Colon. Phœnic lib. I. cap. 7.
De Cult. Fœmin. lib. II. cap. 9.
In Indicis.
Lib. XIII. pag. 620.
Lib. XXII. c. 2.
Lib. XVI. c. 18.

alibi rursus de vacciniis & purpura inde petita explicat: *Item vaccinia Italiæ in aucupiis fata: Galliæ vero etiam purpuræ tingendæ causa, ad seruitiorum vestes,* ut omnino legitur ille locus a doctissimo Turnebo, & in optimo codice Chiffletiano: uti etiam factum a postremo Plinii editore Harduino. Quæ
Lib. VII. c. 14. firmat insuper Vitruuius: *Eadem ratione Vaccinium temperantes, & lac miscentes, purpuram faciunt elegantem.* Mitto iam aut *Fucum* illum *Cretensem*, e quo fiebant præstantissimæ olim tincturæ, & purpurea quidem potiores,
H. Pl. lib. IV. cap. 7. quamdiu erant recentes, ut diserte tradit Theophrastus; aut *Coccum* e granis
Lib. XXII. c. 6. Galatiæ, Africæ, Lusitaniæ, Imperatoriis, ut Plinius alibi loquitur, destinatum paludamentis; aut denique *Byssinas* vestes, purpureum colorem imbibentes, unde & *byssum* pro *purpura* sumi nonnunquam in veteri fœdere, docuerunt iam viri magni. Inter ἐάμματα itaque illa veterum, Ruber seu acutissimi ruboris color solitus in primis commendari, eoque magis, quo ad Purpureum propius accedebat. Hinc Hesychio Καταβάπτει explicatur καθεννθραίνει ἐρυθρῷ ἐάμματι. Sic huius generis tincturæ celebratæ, quæ Sardibus fiebant, ut liquet rursus ex Hesychio, cuius locus emendandus: ἐάμμα Σαρδιανικὸν (non Σαρδινικόν) τὸ φοινικοῦν· Διάφερε δὲ τὰ ἐν Σάρδεσι ἐάμματα. *Sardium* nempe in Lydia illæ tincturæ punicei seu coccinei coloris, non vero *Sardiniæ* Insulæ; ut ex hoc loco perperam colligebant viri docti. Id vero, quod pridem notaueram, & certe haud erat notatu difficile, a magno etiam Salmasio animaduersum vidi in noua, quæ modo prodiit, (quum nempe hæc olim primum vulgarem) Hesychii editione. Hinc itaque profectæ illæ vellerum tincturæ, & floridarum lanarum infectores, in quos passim insurgunt prisci Ec-
Lib. I. de Cult. Femin. c. 2. clesiæ doctores, Clemens, Tertullianus, aliique, & *medicamenta ex fuco, quibus lanæ colorantur*; quo loco tamen, ne quid dissimulem, vocem *genæ* pro *lanæ*, omnino reponendam, censeo: neque enim ibi agit grauissimus Censor de tinctura vestium, sed de pigmentis illis, quibus solitæ iam olim mulieres faciem inficere, aut genis ruborem conciliando, aut superciliis nigrorem. Unde continuo addit, *& illum ipsum nigrum puluerem, quo oculorum exordia producuntur.* Ita alibi, ne de veritate huius emendationis dubites, GENAS RU-
Ibid. lib. II. cap. 5. De Virgin. Veland. cap. 12. BORE *maculant, oculos fuligine porrigunt*; & rursus alio loco, *faciem meroſio-rem lauacro macerant, & aliquo eam medicamine interpolant.* Et plane in
Pædagog. lib. III. cap. 2. eundem sensum, de utroque more Clemens; ἢ ταῖς ὄψεσι τὸν ἀπὸ τῶν ἀνθράκων ἀναματτόμενοι, ἢ ΨΙΜΜΥΘΩ ΤΑΣ ΠΑΡΕΙΑΣ ὑπογράφοντες· *& supercilia fuligine illinunt, &* FUCO GENAS *terunt.* Melius vero ibi interpres ψιμυθίῳ per *ceruſſam* vertisset, quæ eundem usum præstabat: diuersæ enim Plantæ, *Fucus, Ceruſſa, Anchusa*, ex quibus vulgo fiebant medicamina illa, aut pigmenta muliebria, quibus genis ruborem, aut candorem etiam, puta Ψιμυθίῳ seu *ceruſſa*, conciliabant. Galenus certe, magnus & accuratus auctor, de simili
In Protrept. c. 9. p. 4. Ed. Gr. Basil. mulierum cultu aut medicamine agens alibi, ἀγχόσῃ ἢ ψιμυθῷ ἢ φύκει κεκαλλωπισμένῃ, *Anchusa & Ceruſſa, & Fuco ornatas*, seu illitas eadem tradit. Quæsitus itaque iam olim impense in vultu æque ac in vestibus rubor ex Plantarum & Radicum succis, & quam in rem, ut vulgo iam notum, *Fucus* maxime adhibitus (neque ille tamen unius generis) cum ad inficiendas purpuras, tum ad colorandas genas. Ad priorem vero usum opportunum fuisse inprimis *Balaustium* seu Florem agrestis Punicæ, illudque purpurei, iuxta Dioscoridem, vel alterius rosacei coloris, quo usi nempe tinctores Rhodii in lanis inficiendis, & purpureo aut puniceo colore imbuendis, facile utique licet colligere. *Rosæ* enim inter alios colores vulgo *puniceæ*, de quibus, ut mittam

obuia

obuia e Marone *punicea roſeta*, Propertius, prout in antiquis eius editionibus legebatur: Eclog. v. 7.

Et dare puniceis plena caniſtra Roſis: Lib. III. Eleg. XI. v. 27.

ſed ubi pro *Roſis*, habent *rubis* ſequutæ virorum doctorum editiones, & quidem poſtrema & luculenta, a viro cultiſſima eruditione & elegantiſſimo ingenio Jano Broukhuſio adornata. Id vero ſuperiora arguunt, quod non ſolum ex illo flore agreſtis Punicæ mel collectum exſugeretur, quem eius uſum ſupra tradentes Arabas innuimus; ſed eximia illa etiam & purpurea tinctura pararetur. Ita ut vere in eam quadraret vetus illud Rabinorum prouerbium, אשיק עפקד ברימא, *pretioſum ſit opus tuum inſtar Mali Punici.* Neque mirum proinde ab eodem opere dictos Alciphroni Rhodios tinctores καλαιφόρους. Sic a *Purpurarum* copia vel præſtantia, loca quædam olim denominata leguntur; ut præter alia, *Cythera* Πορφυρῆσσα Ariſtoteli dicta, auctore Stephano, ἀπὸ τὸ κάλλος τὸ ἀπὸ τῆς πορφύρας, *a pulchritudine Purpurarum.* Grammaticus vero aliquis ipſam etiam *Rhodum* inde dictam continuo poſſet argutari, nempe quaſi Ροδία, ſeu a *puſilli Mali Punici* genere, de quo Menander apud Athenæum, Ροδία αὐτὰς ἐπώνυμον ἀπὸ τούτου, *Rhoidia ipſas ea de cauſſa nominauit.* Equidem ab hoc fructu, nobilem Hiſpaniæ urbem, priſcis *Illiberin* vel *Illiberrin*, *Granatam*, a Malo Punico, vulgo *Granato*, nuncupatam tradunt; quam aliunde tamen, & ex voce barbara *horreorum domum* denotante, deriuantem video Aluarum Gomezium, & cui accedit Cl. Mendoza ad Concilium Illiberitanum. Ab iiſdem *Malis Punicis*, quæ Græcis etiam, & qua de re paullo ante Σίδαι vocabantur, appellatum alias crederem, vicum quendam agri Corinthiaci Σιδοῦντα dictum; cuius Xenophon, Plinius, Stephanus, aliique meminere. Illum enim malis præſtantiſſimis, iique purpureis abundaſſe, docent varii auctores, apud Athenæum, Antigonus, Caryſtius, Nicander, Ephorion ſeu Archytas. Eadem utique ratione, qua alibi *Sidam* dictam tradit ex Agatharchide idem Athenæus, regionem Malis Punicis feracem, de qua contendebant Bœoti ac Athenienſes. Illud vero minime adhuc prætereundum hoc loco, duos mihi occurriſſe nummos in Cimeliarchiis Galliæ ac Italiæ veſtræ, cum iiſdem *Rhodiorum* ſymbolis, Solis nempe, & in altera nummi parte, Floris illius, de quo hic ſermo; e quibus unus eſt cum addita epigraphe ΣΤΑΣΙΩΝ. Huius autem nominis urbs haud alibi hactenus mihi lecta, quam apud Stephanum; ſed qui in Perſia, & quidem in magna rupe poſitam docet. Inter *P.* Ligorii collectiones antiquarias ineditas, obſeruatus etiam mihi nummus Elagabali, qui in auerſa parte præfert Coronam Querneam, & inſcriptionem ΔΗΜΟC ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC CTACIO · Quænam autem fuerit hæc *Staſis Metropolis*, fateor me adſequi non poſſe. Neque enim concedes opinor, extra Romani Imperii fines quærendam, aut e Perſide accerſendos nummos, cum Romani Imperatoris effigie percuſſos. Unde, ut libere dicam, vereor ne vel nobis hic imponat Ligorius, vel ſibi ab aliis imponi paſſus ſit, perperam deſcripta huius nummi epigraphe; cuius rei infinita occurrunt exempla in ſcriptis eius collectionibus, de quibus noſtrum ſupra iudicium protulimus. *Staſin* vero illam cum Rhodiorum ſymbolis, in Cypro forte inueſtigandam crederem, Rhodo haud procul diſſita; a qua nempe urbe dictus ſit *Staſinus* ille Cyprius, cui Cypria poëmata a Proclo tributa noui apud Photium. At vero *Metropolim* eandem *Cypri*, nemo facile ex fide nummi a Ligorio producti continuo ſtatuet; quem Inſulæ primatum *Paphum* olim ac *Salamina*, poſtea vero,

Lib. XIV. pag. 650.

In Kύθηρα.

Lib. III. p. 82.

Lib. XIV. pag. 650.

In Bibliotheca Reginæ Chriſtinæ.

Bibliot. p. 981.

vero, ætate nempe Constantinopolitanorum Cæsarum, postremam ex iis; *Constantiam* tum seu *Justinianopolim* dictam obtinuisse, aliunde constat. Alter vero nummus cum iisdem Rhodiorum symbolis, Lutetiæ nuper admodum mihi inspectus inter Numismata Peireskiana, quæ iam possidet illustris Harlæus, cum loci nota ΖΕΙΝΙΩΝ: de quo loco altum adhuc magis apud antiquos & recentiores Geographos, silentium. Omnino autem liquet ex additis symbolis, spectare, iuxta priorem *Stasiorum*, ad aliquam Rhodiorum Coloniam; aut vero urbem vel vicum, Cariæ forte vel Lyciæ, quæ regiones olim in ditione Rhodiorum fuerint. Plures autem deductas a Rhodiis, & quidem in Hispaniam usque Colonias, aliunde liquet. Post hæc olim a me vulgata, vir eruditus in opere de nummis Urbium illustratis, utriusque illius nummi a me adducti meminit, & in priori quidem ΣΤΑΔΙΩΝ pro ΣΤΑΣΙΩΝ legendum censet; eumque de aliquo *Rhodiorum* vico explicandum, quod iuxta Strabonem, *Rhodus* ipsa dicta fuerat olim non *Ophiusa* solum, uti supra quoque vidimus, aut *Telchinis*, sed etiam Σταδία *Stadia*. Verum ne ei sententiæ continuo accedam, obstat, non equidem ideo quod in Ligorii collectionibus a me in Bibliotheca Christinæ Augustæ inspectis, ΣΤΑΣΙΩΝ omnino legeretur: falli enim in eo, unius litteræ commutatione vel Ligorius, vel librarii, a quibus descriptæ sunt eædem collectiones, facile potuerunt: sed quod nullus eo nomine Rhodiorum vicus sit ab antiquis Auctoribus memoratus; minime autem, si talis etiam fuisset, ei *Metropoleos* dignitas quam ille nummus huic loco tribuit, adscribi potuisset. Opportunius forte alterum illum nummum ΖΕΙΝΙΩΝ inscriptum, idem Harduinus alibi ad Bithyniæ oppidum, cuius mentio fit in Synodo Constantinopolitana, sub nomine Ζῆνα vel Ζήνων retulit. Et hæc quidem hactenus de nummis nobilissimæ huius Insulæ, ac symbolis vulgo iis insculptis; de quibus tamen liberum sit lectori iudicium in quam velit sententiam concedere.

Harduin. pag. 473.

Lib. XIV. pag. 653.

pag. 186.

V.

De MALO PUNICO *in Nummis.*

Sicut vero *Malum Punicum*, seu potius florem eius *Balaustium*, in commemoratis modo *Rhodiorum* nummis inuestigabamus; ita suauem alterius quoque MALI olim adhuc nobilioris adspectum, MEDICI nempe appellati, liceat mihi ex eadem penu submministrare. Exhibet vero illud rarissimus & plane singularis nummus, quem possidebat magnum Urbis & Purpuratorum Antistitum decus, Camillus de Maximis, cuius beneficio eundem hic lectorum oculis subiiciemus.

Num-

Nummus ille, ut continuo vides, Parthicus, & ex eorum genere, quos *Sagittarios* vocarunt olim Perſæ, ut liquet ex Plutarcho, τὸ δὲ Παρθικὸν νόμισμα ΤΟΞΟΤΗΝ *ἐπίσημα ἔχει*, *Numiſma vero Perſicum* SAGITTARII *nota ſignatum eſt.* Immo, quod nummi ipſius adſpectus, mihi aliquoties viſi, ſatis arguit, barbarici illi ſeu Parthici metalli, cuius glebulam a ſe repertam continuo ad Traianum Imperatorem, tanquam ſingulare quoddam cimelium, miſiſſe ſe profitetur iunior Plinius, ſcripta, eodem nomine ad ipſum Traianum epiſtola: *Quod paullo tardius feci, dum requiro gemmam, quam ſibi habentem imaginem Pacori, & quibus inſignibus ornatus fuiſſet, ſubtractam indicabat. Volui enim hanc quoque, ſi inueniri potuiſſet, ſimul mittere, ſicut glebulam miſi, quam ſe ex* PARTHICO METALLO *adtuliſſe dicebat; ſignata eſt annulo meo, cuius eſt apoſphragiſma, Quadriga.* Quid vero vel iucundius, vel magis ſingulare, ſuauiſſime OCTAUI, quam ſimile quid oculis uſurpare, quod magni muneris loco Terrarum Domino miſerat, aut mittendum quærebat Romanus Præſes, & qua de re per epiſtolam ſollicite adeo monere illum non dedignabatur? Geminum certe beneficium præſtare agnoſces hunc ſingularis raritatis nummum, quale ex Gemma cum Pacori imagine quærendum ſibi putabat Plinius. Accedit, quod poſt hæc olim a me edita, ſimilis quoque nummi illiuſque aurei, *Metalli* itidem *Parthici*, ſeu apud Parthos percuſſi, cum figura Sagittarii, adſpectu frui mihi licuerit in Gaza Gallorum Regia; quum anno elapſi modo ſæculi LXXX, tertia vice ad Regem illum fuiſſem, publico tum inuicti Herois Brandenburgici, FRIDERICI GULIELMI, nomine miſſus. De inſigni equidem capitis, cui ſimile omnino videas præferre Parthum genuflexum, in nummo Traiani inſcripto REX PARTHIS DATUS, agetur deinceps alio loco, ubi inſignes rurſus ARSACIDARUM nummos proferemus. Notus præterea mos & habitus illius gentis in priori itidem nummi parte conſpicuus, flexo nempe genu dextro ſagittandi in acie ſolitæ, & aliarum quoque gentium ſagittariis haud inconſuetus. Talem etiam videram cum inter *Thaſiorum* nummos apud Goltzium; tum in veteri nummo inter *Panormitanos*, relato in Sicilia Parutæ, a Leonardo noſtro noua nummorum acceſſione locupletata; nempe qui ſimiliter, quod ait alicubi Seneca, *de genu pugnat.*

In Apophteg. Lacon p. 201. Tom. II.

Lib. X. Epiſtol. 16.

Tab. XIII. Inſul. Sic.

De Prouident. cap. II.



Hæc autem ipſo adſpectu, & vulgatis de illo more Auctorum teſtimoniis, liquida ſatis & manifeſta. Unde iaculum illud ante ſiniſtrum genu protenſum in priori nummo, reuocat in memoriam poteſt, Romanos in prœlio quodam contra Parthos, duce M. Antonio, procumbentes in genua obiectis ſcutis; tum Chabriæ Athenienſis ducis inuentum, obnixo genu ſcuto, proiectaque haſta, impetum excipere hoſtium, milites ſuos docentis. Arcus vero & amentatum jaculum in eodem Parthico nummo conſpicua, ſolita gentis illius arma, ut vulgo notum, ac de Perſis iam olim tradidit Arrianus. De Arcu inprimis notum, ita propriam ac ſolemnem fuiſſe Regum illorum armatu-

Plutarch. in M. Antonio pag. 937. Corn. Nepos in Chabria ab initio.

Exped. Alex. Lib. VII. cap. 23.

Ibidem lib. 11. cap. 12. ram, ut ex eodem a Dario una cum Scuto amisso, & apud Alexandrum conspecto, eum continuo ut mortuum deflerent mater, uxor, & filiæ captiuæ.

Lib. VII. c. 61. In describendis Persarum armis, Pharetram etiam opportune addit Herodotus, qualem gestat pileatus miles in posteriori nummo depictus, ad sinistrum

Ibidem. latus adpensam. Ad dextrum enim femur, pugiones gestasse olim Persas idem Auctor obseruat. Arcus autem ille in utroque nummo signatus, docere potest, quo iure Parthi Dionysio Periegetæ vocentur ἀγκυλότοξοι.

Perieg. v. 857. Πάρθοι ναιετάουσιν ἀρήϊοι, ἀγκυλότοξοι,

Parthi degunt Martii, curuis arcubus utentes. Unde conferri etiam potest

Lib. XXII. c. 8. cum iis, quæ de Parthici vel Scythici Arcus (quem pro eodem sumit Ammianus Marcellinus) figura tradiderunt veteres, & quam non semper adsecuti sunt viri docti. Opportune quædam ea de re notantem videre licet do-

Obseruat. pag. 102. ctissimum Isaacum Vossium ad Melam. Agnoscis utique hinc aperte, non corniculatam fuisse Arcus illius figuram, instar litteræ C; ut ex male intellecto Agathone colligebant viri docti: sed eandem incuruam quidem, iuxta Dionysium & Melam, angulos utrinque extimos habuisse; cui proinde Arcui haud male Ponti figuram comparantes videas, cum Melam, tum Ammianum. Verum in postremo miror mendum non animaduertisse viros longe eruditissimos, quod tamen totum loci sensum perturbabat, & aliam longe figuram huic Arcui tribuebat, ut fatetur etiam ad Melam vir doctissimus, quam vel Auctores alii, vel ipsa indubia nummorum ac lapidum monumen-

Ibidem. ta præferunt. Verba sunt Ammiani: *Cum Arcus omnium gentium flexis curuentur hastilibus, Scythici soli, vel Parthici, circumductis utrinque* EXTRORSUS *pandis & patulis cornibus, effigiem Lunæ decrescentis ostendunt.* Ita enim legendum ibi non *introrsus*, olim monui: quam autem emendationem nuperus, post doctissimum Valesium, Ammiani editor, ut minus necessariam ibi-

De Cl. Patino: *Macte hac laude manes eius, quem amaui.* Antiq. Græc. litt. EE. Tom. I. dem tangit ac sugillat. Si quæ aliis quibusdam harum antiquitatum cultoribus felicitas mihi quoque obtigisset, ut ab hoc candido & benigno ingeniorum æstimatore amarer, illam forte emendationem adsensione sua cohonestasset. Eam utique Terentiani, probi & antiqui Scriptoris testimonio ibidem firmaueram:

Ceu Parthus solet, aut Scythes,
Arcus CORNIBUS EXTIMIS:

tum producta a me Arcus Parthici e veteri nummo figura, cum pandis extrorsum cornibus, haud dissimilis utique Herculis Arcui, qui visitur in anti-

Lib. II. c. 10. quis monumentis, & quem *Scythicum* itidem vocant antiqui Auctores. Istud utique, post Herodotum, qui in Scythia duos Arcus habuisse Herculem memorat, aperte arguunt duo veteres Pleiados Poëtæ: Theocritus,

Idyll. Μαιωτιδὶ λαοὺν ἐυκαμπέϊ τόξῳ,
Καὶ βάπαλον.

Ἔχεῖτο δ' Ἡρακλὴς τοῖς Σκυθικοῖς τόξοις, διδαχθεὶς ὑπό τινος Σκύθου Ταρτάρου Schol. Ibidem. b Cassandr. v. 917. In Gaza Reg. Gall. *Mæotice incuruo Arcu accepto Et Claua*: ubi Græci Critici: *Mæotice, id est Scythæ inhabitantes Mæotim paludem. Utebatur vero Hercules Scythicis arcubus, edoctus id a quodam Scytha Tartaro.* Ita de eodem Alcide[b] Lycophron, βαιὸν χεῖρας ὅπλοισι Σκύθῃ, *curuo manus armauit Scythico*, nempe arcu. Eandem vero Arcus Scythici vel Parthici figuram cum pandis nempe extrorsus seu *extimis* eius, iuxta Terentianum, *cornibus* abunde ostendunt sequentes nummorum icones, prima cum pileato, qua de re infra, Partho, genu, uti in adducto supra nummo cum Malo Medico, inflexo, & tenso eius Arcu; duobus autem

autem ſequentibus, cum dicto modo Herculis Arcu, Pharetra & Claua, priori inter Alexandri nummos, uti initiales etiam litteræ BA. ſeu ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ id notant; altero Gazæ Regiæ Brandenburgicæ, cum Traiani capite in anteriori nummi area. Goltz. Græc. Tab. XXXIII. Theſ. Brand. Vol. I. p. 112.



Quæ autem *panda* & *circumducta utrinque*, ut de iis Ammianus, Arcus *cornua* non comparent utique, etſi flexus ſit aliquantum in medio Arcus, in addito hic Arcitenentis Centauri alteroque adhuc vetere nummo:

Mitto (neque enim hiſce immorari ulterius iam vacat, vel opus eſt) an *Arcus cornua* de aliis, quam de extremis eius cornibus dici potuerint, iiſque *circumductis utrinque*, ut de iis Ammianus, *pandis* & *patulis*, qualia in depictis modo iconibus.

Verum hic non tam anterior, quam auerſa pars Nummi illius Parthici ſpectanda occurrebat; quæ an florem repræſentaret, an fruticem, vel arborem, & qualem huius generis Plantam, non ſignificabant eruditi Urbis Antiquarii. Vidi etiam alibi, qui ad primum ectypi ad me tranſmiſſi intuitum, non Plantam, ſed Montem ibi cælatum exiſtimarent, neque illos de plebe, ſed e primo ordine Antiquariorum. Neque vero Apollodorum, Arrianum, Quadratum, alioſques quos laudatos veteribus memineram, rerum Parthicarum ſcriptores licebat mihi conſulere; qui, ſi temporum iniuria manſiſſent ſuperſtites, hærentem forte ſubleuaſſent. Nobilem quidem & familiarem in Parthia florem *Philadelphium* nuncupatum, videbam in Apollodori, de rebus Parthicis apud Athenæum fragmento; ſed quem ita deſcribit, ut nihil ad illuſtrationem huius nummi conferre mihi liqueret. Verum hic hærenti occurrit opportune, haud aliud ſymbolum vel inſigne præclaro illo nummo, quam Lib. V. p. 211

pomum

pomum MALI MEDICÆ designari. Neque certe, ut id statuerem, una me solum ratio impellebat. Primo, consuetus ille mos tam Græcorum, quam Barbarorum, abunde iam a nobis illustratus, singulares quosque ac domesticos vel Flores, vel Plantas, monumentis id genus tradendi. Inter Plantas vero seu Arbores præter cætera loca peculiares & singularis olim raritatis, *Medicam Malum* seu *Assyriacam*, uti ea etiam dicta, relatam continuo noueram; & iuxta eosdem Auctores, [a] Theophrastum, [b] Plinium, aliosque, *non alibi quam apud Medos, & in Perside nasci.* Unde & *Persica* quoque eadem est appellata, uti utrumque nomen aperte ei tribuit Theophrastus: ἡ, τὸ Μῆλον τὸ μὴν Μηδικὸν ἡ Περσικὸν καλούμενον ἔχει ἡ διάθεσιν τοῦτο φύλλα, *& Malus, quam Medicam & Persicam vocant. Habet enim hæc arbor folium &c.* ut de una eademque arbore ibi agi, non de diuersis abunde liqueat. Immo id quod de eadem *Malo* paullo post addit: Φέρει ἡ τὰ μῆλα πᾶσαν ὥραν, *fert autem Mala,* (non ut Plinius hæc vertit, ac inde Gaza, *omnibus horis*) *omnibus anni temporibus*; quod monuit quoque ibi Harduinus. Quod ipsum de hoc *Malo*, ut hoc addam, & quidem quam *Persicam* ibi vocat, tradit alibi idem Auctor: ὅσα ἡ κατὰ πᾶσαν ὥραν ἀνθεῖ τε καὶ ἄνθος, καὶ καρπίζεται, καθάπερ ΗΜΗΛΕΑ ΚΗ ΜΗΛΕΑ. *De his vero, quæ omnibus temporibus,* (ut bene ibi Gaza) *germinant, florent, fructumque pariunt, sicut* MALUS PERSICA. Ut enim obiter hoc tangam, modo Μῆλον, modo Μηλέα, de hac *Malo* a Theophrasto dicitur. Cum qua autem *Malo Persica* seu *Medica*, quod & hic quoque monendum est, confundi non debet cum nota arbor vel fructus, quæ Περσικὰ & a Romanis *Persica*, ut e [a] Perside itidem aduecta, [b] a Dioscoride [c] Galeno, & a Romanis [d] Columella, [e] Plinio, aliisque dicuntur: aut vero Περσία vel Περσέα Ægypto peculiaris, ab antiquioribus Auctoribus [f] Theophrasto, [g] Nicandro, ac dein a recentioribus, præter Medicorum filios, [h] Diodoro, [i] Plutarcho, [k] Pausania, [l] Athenæo &c, a Plinio [m] *Persea*, alibi etiam [n] *Persica* arbor appellata. An vero, quod contendit in postumo opere, [o] vir maximus, eadem fuerit dicta illa [p] Theophrasto, & eius ætate Περσέα, Ægypto, iuxta eosdem Auctores, peculiaris, suique generis, quamque Galenus sua ætate nullibi quam Alexandriæ visam testatur, eadem tamen sit, eiusque fructus, cum uulgo dicta dein *Malo Persica*, quæ æuo Columellæ ac Plinii in Italia iam nascebatur, ut ab hoc loco alienum, non hic expendimus. Merebatur quidem id ab erudito ac nouissimo Plinii interprete paucis tangi: maxime, quum modo diuersas easdem plantas seu arbores, *Perseam Ægyptiam*, & *Persicam arborem*, quæ *Persica* vulgo dicta foret, modo distinguat, ut diximus, Plinius, modo etiam confundat; ut quum ea quæ de priori seu *Ægyptia Persea* dicit Theophrastus, quæ in Ægypto esset frugifera, in Rhodo vero nihil ferret, ad dictam modo *Persicam arborem*, quæ nempe e Perside aduecta, sero & cum difficultate, ut [q] idem ait, transierat, referre, ei haud uno loco libuerit.

Etsi vero *Persica*, vel *Assyria* aut *Assyriaca* dicta sit ea, de qua hic agimus, ab iisque modo memoratis diuersa *Malus*; a natali tamen eius solo MEDICÆ nomen ei remansisse constat, seu, ut de ea [r] Plinius, MEDICA *autem Græcis vocatur*, PATRIÆ *nomine:* ac unde etiam Μῆλον de *Malo Medico*, seu pomo illius arboris, dici a Nicandro, vetus eius [s] interpres alicubi obseruat. Adeo ut haud mirum sit, si quemadmodum *Silphium* suum *Cyrenenses*, *Lotum* Ægyptii, *Dictamnum* Cretenses, *Malum Punicum* alii; ita quoque *Malum*

Plin. lib. XII. cap. 3.
a Hist. Pl. lib. IV. cap. IV. p. 76.
b Ut supra.
Ut supra.
Lib. XIII. cap.
De Caus. Pl. lib. I. cap. 71 pag. 210.
H. Pl. pag. 76.
H. Pl. pag. 23, 25, 26. de C. Pl. pag. 211.
a Plin. lib. XV. cap. 11.
b Lib. I. cap. 168.
c De Aliment. Facult. lib. II. cap. 19.
d Lib. X. in fine
e Ut supra.
f H. Pl. p. 43, 71, 72. de C. P. 144, 356.
g Ibi p. pag. 55. Alex. pag. 125.
i De Iside pag. 378.
k Lib. V. pag. 313.
l Lib. V. p. 198. in Lac. 11.
m Lib. XIII. cap. 9.
o Salmas. cap. 4. de Homonym. &c.
p In Coropoet. Medicam. lib. II.
q Lib. XV. Sect. 13. & lib. XVI. Sect. 47.
r Lib. XIV. cap. 4.
s Μῆλόν τε τὸ Μηδικὸν καλούμενον &c. ἔστι δὲ τὸ Μῆλον μῆλον Schol. ad Alexiph. p 71.

lum hoc ſibi proprium *Medi* ſeu *Parthi*, (noſti enim utriuſque nominis communionem) hi autem Medis & Aſſyriis tum imperantes, eidem memoriæ commendarent. Maxime ob raritatem non ſolum, ſed nobilitatem etiam ac celebritatem huius Arboris, ſeu *felicis Mali*, quæ, ut ille ait, *inclaruit etiam carminibus Mantuanis*, & de qua Plinius, *Nec alia arbor laudatur in Medis.* Tertio, quo etiam ſpectat uſus eiuſdem apud *Parthos*, & ne promiſcuum putes, Proceribus tantum apud eos conſuetus; de quibus idem tradit haud uno loco Plinius, eos commendandi halitus gratia, grana huius Mali, & quidem ſolos uſurpare ſolitos: PARTHORUM *populis hoc præcipue, & a iuuenta, propter indiſcretos cibos: namque & vino fœtent ora nimio, ſed* SOLI PROCERES *medentur grano* ASSYRIACI MALI, *cuius eſt ſuauitas præcipua in eſculenta addito.* Idem alibi, de hoc Malo Medico: *Hæc eſt autem, cuius grana,* PARTHORUM. *Proceres incoquere diximus eſculentis, commendandi halitus gratia.* Quo reſpexit etiam diuinus vates, agens de hoc Malo:

Solin. cap 46.

Lib. XII. c. 3.

Lib. XII. c. 53.

Lib. XII c. III.

——— *animos & olentia Medi*
Ora fouent illo.

Georg. lib. II. v. 134.

Ut proinde haud mirari ſubeat, huius Mali fructum videre in Parthorum inſignibus illis Parthici metalli nummis ſignatum. Adde, quod eiuſdem *Mali Aſſyriacæ* vel *Medicæ*, ac eius fructus deſcriptio, ita ſit a veteribus tradita, ut certe huic figuræ nummo expreſſæ haud parum conſentanea mihi videretur. Arbor nempe, ſi illos audias, mediocris, breui trunco, cuius rami longi, craſſi, firmi, acutis ſpinis. Fructus autem, quos vulgo eoſdem cum *Citreis* ſtatuunt; uti ea de re præter veteres Grammaticos Phrynichum, Heſychium, [a] Plinius, [b] Athenæus, [c] Galenus, aliique. Illud utique conſtat, peregrinam fuiſſe arborem hanc *Malum Medicam*, parum proinde cognitam in Italia, aut alias in Romano orbe; quæ Plinii etiam ætate adhuc in ſola Media aut Perſide naſcebatur; *ſed niſi apud Medos & in Perſide naſci noluit.* Immo neque eius fructus, niſi ſero admodum, e Perſide in Græciam tranſportatus; ut licet colligere ex Antiphane Comico apud Athenæum. Nihil mirum itaque, ſi de tam remota arbore & vulgo incomperta, non accurate ſemper egerint Romani ſcriptores, quos in deſcriptione plantarum exoticarum, licet minus remotarum, haud ſemel hallucinatos, conſtat. Adde, quod nec illud in confeſſo iam olim fuerit, ut vulgo creditur, hanc *Malum Medicam* eandem omnino fuiſſe arborem cum vulgata *Citro*; quamquam haud diſſimilem fructum eadem protulerit. Certe id negabat diſerte Apuleius in Commentariis illis, quos de Arboribus ſcripſerat, ſicut tradit Seruius: *apud Medos naſcitur quædam arbor, ferens* MALA, *quæ* MEDICA *vocantur; mox hanc plerique* CITRUM *volunt, quod* NEGAT *Apuleius in libris, quos de Arboribus ſcripſit, & docet* LONGE ALIUD GENUS ARBORIS *eſſe.* Adde quod *Citrum* de *Heſperidum Malo* acceperit olim, ut mox dicetur, apud Athenæum Rex Juba; aut quod vetus ac eruditus Nicandri interpres, Μηδὶν apud illum poëtam, de quo paullo ante, non ſolum dicat eſſe *Medicum Malum*, ſed addit: ὅ ἐϛι τὸ νεραντζιον, *quod eſt Neranzium*, ſeu *Aurantium.* Quomodo etiam in Italia peruulgatas iam fuiſſe *Citros* Plinii ætate, & inde *Medicam Malum* a *Citro* diuerſam eidem ſtatui, haud male videtur colligere vir magnus ad Solinum. Sed ut demus libenter, *Mali* illius *Medicæ* fructum ad *Citrum* eſſe omnino referendum; a quo etiam non recedit ouata fructus illius figura in ſuperiori nummo Parthico expreſſa; haud continuo ſequitur eandem plane arboris aut

[a] Lib. XV. c. 14.
[b] Lib. III. p. 83.
[c] De Alim. Facult. lib. IV. cap. 37.

Lib. XII. c. 3.

Lib. III. p. 84.

Ad Georg. lib. IV. v. 134.

Lib. III. pag. 83.

Schol. Nicandr. pag. 71.
Li. XIII. c. 16.
Salmaſ. Plin. Exercit. pag. 672. ult. Edit.

fructus potius formam exstitisse, singularem illam adeo *Medicam Malum*, cum Italica aut Europæa *Citro*. Notum enim, quam, pro soli ratione, varient nonnunquam eædem arbores aut plantæ; ut iam olim monuit Theophrastus:

H. Pl. lib. 11. c. 6. κ) γὰρ τὰς χώρας, ὥσπερ καὶ αὐτὰ τὰ δένδρα ἕτερα ἄλλα τίκτει καὶ τὰς ἐργασίας, οὐκ ἄτοπον *Nam pro regionibus, sicut & arbores ipsæ variant, cultura quoque inter sese distare, haud pro absurdo intelligi debet.* Quam meam de singulari hoc & rarissimo nummo sententiam eo lubentius olim sum amplexus, quod eam probari omnino viderem clarissimo Palatinæ, in qua tum agebam, Aulæ Electoralis & Athenæi Heydelbergensis Medico, Joanni Casparo Faustio: cui ob eximiam in Historia plantarum peritiam, legendam hanc meam notationem commiseram. Firmabat vero illam vir eximius, monstrosis aliquot *Citrorum* icombus, quæ ab aliquot Botanicis obseruatæ, & cum superiori fructu *Mali Medicæ* adfinitatem omnino habere, illi videbantur. Neque vero prætereunda hoc loco, quæ a Marantha de *Malis Medicis* alicubi commemorantur: quod nem-

Method. Cryptof. Simpl. lib. 11. cap. 11. pe *Mala Medica operoso cultu ita efformant, ut & maris & feminæ sexu distinguant: rem certe admirabilem & visu iucundissimam. Maris enim pomum adnatum habet quoddam veluti infantis genitale, eiusdem cum pomo corticis & coloris: feminæ, muliebre pudendum ad veram eius effigiem efformatum videtur, quo simile magis sculptor non fingat.* Ut illud adhuc ex Hebræorum scitis, ad huius *Mali Medicæ* seu *Citri* fructus præstantiam indicandam, addere hic mihi liceat; per *fructum ligni decoris*, seu iuxta vulgatum interpretem, *arboris pulcherrimæ* (& ad quod respiciunt Seniores, qui per καρπὸν ξύλου vertunt)

Levit. XXIII. v. 40. qui in veteri Fœdere, una cum Palmarum spathulis, primo festo Tabernaculorum die, offerri a Deo præcipitur, *Citrium Malum* cum a Paraphraste Chaldæo intelligi: tum etiam *Citrium* inde quotannis a Josua ad sua usque tempora, & quidem nulla ea de re mota unquam controuersia, oblatum, a Mai-

Pag. 40. monide tradi in Porta Mosis, ab eruditissimo Pocockio vulgata. Mitto, quod pro *Citrio Malo, Mala Aurea* eo Leuiticorum loco de *fructu ligni decoris*, Sy-

Antiq. lib. III. cap. 10. rus & Arabes verterint; aut quod Josephus id de *mali Persicæ fructu*, τῷ μήλῳ τῷ περσικῷ sit interpretatus: & qua proinde περσικὰς voce, *Malum Persicam* seu *Medicam* liquet ab eo intelligi.

V.

De MALIS HESPERIDUM *in Nummis*

Punicis vero & Medicis Malis, quidni & MALA HESPERIDUM AUREA liceat continuo subnectere, quæ eadem cum *Medicis*, multi e re-

Lib. III. p. 83. centioribus statuunt; ipse autem Rex Juba eadem, teste Athenæo, cum *Citris* exstitisse contendit? Herculis nempe fabulam, de Dracone, Arboris in hortis ad Oceanum Atlanticum custode, ab eodem interempto, & adportatis inde ab eo in Græciam pomis aureis signant antiqui aliquot nummi: cuiusmodi duo hic sequuntur:

Prior,

Prior, cum Antonini Pii capite in priori nummi area, exſtat in Gaza Gallorum Regia: in quo Hercules nudus cum Claua in ſiniſtra, dextram Arborem verſus protendit quatuor ferentem Mala, quamque ſpiris ſuis ambit peruigil & cuſtos Draco, prope autem tres Heſperidum Nymphæ: de quibus protriti Heſiodi verſus

ΕΣΠΕΡΙΔΑΣ Θ'αῖς ΜΗΛΑ *πέρην κλυτὸν ὠκεανοῖο* Theogon. v. 215.
ΧΡΥΣΕΑ *καλὰ μέλουσι·*

HESPERIDESQUE, *quibus* MALA *trans inclytum Oceanum*
AUREA *pulchra curæ ſunt.*

& illud Maronis, ubi non de pluribus, ſed de una Heſperidum nympha, ſeu Malorum illorum cuſtode ei ſermo:

HESPERIDUM *templi cuſtos, epulaſque* DRACONI Æneid. IV. v. 484.
Quæ dabat, & ſacros ſeruabat in arbore ramos.

Alter vero nummus percuſſus ſub Geta, a Cl. Triſtano iam adductus, & quidem ſine ulla inſcriptione aut nota loci, in quo fuerit ſignatus, cuiuſmodi etiam nullam adſerit in eodem exſtitiſſe. Sed vereor omnino ne obſcuræ aut exeſæ vetuſtate litteræ, ut alibi haud ſemel, ita hoc loco viri alias perſpicacis oculos fugerint. Occurrit enim mihi ſimilis omnino eiuſdem Getæ nummus in Gaza Chriſtinæ Auguſtæ, qui a *Pergamenis* percuſſum eundem arguebat, & in quo hanc inſcriptionem eruebam, ΕΠΙ CΤΡΑ..... ΝΟΤC. ΑΝΕΘΗ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Hoc eſt *ſub Prætore..... Dedicauit, Pergamenis Bis Neocoris.* Solum nempe in eo Prætoris nomen, ærugine deletum occurrebat, de quo non anxie nobis laborandum. Cæterum haud abſimilem quoque nummum, cum eodem Herculis habitu, & cuſtode Heſperidum Dracone in arbore itidem conuoluto, ac inſuper panario pomis Heſperidum repleto, quod in *Pergamenorum* nummo omiſſum, ſignarunt olim *Tarſenſes*, Gordiani temporibus. Eius vero ectypum e Gaza Medicea, in qua illum exſtare noueram, ad me, obuia & celebrata iam ante clariſſimi eiuſdem Gazæ cuſtodis comitate, cum aliis nonnullis tranſmiſſum, hic adſpiciet Lector:

Ex

Ex adductis vero aut memoratis Herculis poma illa ex arbore decerpentis, aut claua custodem eorum Draconem prius percutere, sicut in memorato *Pergamenorum* nummo, parati, præclaris & antiquis monumentorum id genus iconibus, illud continuo colligas; haud sibi constare, ut in hisce fieri contigit, quæ de decerptis ab Hercule, Hesperidum malis, prisci auctores fabulantur: uti quum ea tantum tria fuisse innuunt, & quibus accedit Antiphanes Comicus apud Athenæum,

Lib. III. p. 84. Φασὶν τὰ χρυσᾶ μῆλα ταῦτ' εἶ) TPIA MON'

Dicunt Aurea hæc Mala TRIA *esse* SOLA: quum modo quatuor, modo quinque in adductis hic nummorum iconibus conspiciantur. Adde, quum eadem Mala, non ab Hercule quidem decerpta, sed ab Atlante Promethei monitu, eadem illum accepisse subinde memorant; uti factum ab eruditis ad Apollonium Rhodium Criticis. Mitto iam reliqua, quæ ad decantatam illam fabulam spectant; aut ad natales & nomen perui gilis illius Draconis, qui *Ladon*, iuxta memoratum modo Apollonium, fuerit dictus: nempe quo nomine appellatum, qui in Hesperidum locum influeret, fluuium, obseruat Strabo; sed ubi pro Λάδων mauult Λήθων, (ut legerat etiam vetus interpres) Casaubonus: a Plinio nempe eo, ut videtur, inductus dicente: *nec procul ante oppidum fluuius Lethon, lucus sacer, ubi Hesperidum horti memorantur.* Κτησᾶν vero eundem draconem appellatum ab Euphorione Chalcidensi, auctor est Helladius apud Photium: καὶ τὰ χρυσᾶ μῆλα τὸν Ἑσπεριδῶν φυλάττα ὄφιν Κτησᾶν ὀνόμαζε. *Et serpentem aurea mala ferentem* Κτησᾶν (seu *Horti custodem*) *nominauit.* Mirum viros eruditissimos, vel Hœschelium editorem, vel interpretem Scottum, non obseruasse locum in mendo cubare. Neque enim *ferebat* Serpens Mala illa Aurea, sed hortum vel arborem eadem ferentem *custodiebat*, Κτησᾶς ea de caussa nuncupatus. Unde nihil procliuius fuit, quam φυλάττα in φυτεύτα vertere; sicut omnino liquet eo loco legendum, & adposite ad custodis illius officium. Eundem vero Draconem Leonis Nemei fratrem exstitisse, tradit Ptolomæus Hephæstio itidem apud Photium; qui inde ab illo Heroë fuerit interemptus. Seruium autem non moror, qui fabulam illam de hoc *Serpente*, & *Malis Hesperidum aureis*, de gregibus ouium rufam lanam habentibus, & ab Hercule, occiso pastore illarum custode, abactis explicauit; & ideo quidem, quod *oues* Græcis μῆλα dicantur; a rubore autem lanæ auro similis, existimasse qui audierant, *mala aurea* in Africa nasci. Nugæ & somnia Grammatici. Neque, ut verum fatear, & quod in superiori huius operis editione erat itidem monitum, magis arridet alia viri longe eruditissimi, & cuius mira cæteroquin εὐστοχία in explicandis ex Oriente poëtarum fabulis, interpretatio, qui libro de Coloniis Phœnicum, *Aurea Mala* a Dracone adseruata, de *opibus* ab alio congestis interpretatur; ideo quod *malon* vel *melon* Arabice *opes* sonet, nempe מלא. Ut enim poëtarum fabulis adscribamus, quæ de horti vel arboris illius natalibus, custodia, *malis* reuera *aureis*, Herculis victoria, vulgo fabulantur; at certe arborem illius nominis obuiam in eo tractu, & fructum eiusdem aurei coloris fabulæ locum dedisse, liquet satis manifesto ex iis, quæ de hoc arborum genere & earum fructu, vel Theophrastus, vel citati ab Athenæo auctores tradidere. Ἑσπερίδα enim, cuius Theophrastus meminit, non de herba aliqua cum Plinio, sed de *Malo Hesperidum* intelligi debere, monuerunt iam viri docti. An vero hæc

Scho. ad lib. IV. v. 1396. Argon. lib. IV. v. 1396. Lib. XVII. pag. 836. Lib. V. cap. 5. Biblioth. pag. 1583. Biblioth p 482. Ad Æneid. lib. IV. v. 484. Bochart. lib. I. cap. 24. De Caus. Pl. lib. VI. cap. 25.

Mala

Mala cum *Citriis* eadem fuerint, ut Rex Juba, de quo obiter paullo ante, litteris conſignaſſe traditur apud Athenæum; an vero cum *Aurantiis*, ut alii ex nominis adfinitate, (nempe cum *Malis Aureis*) & colore colligunt, non anxie hic nobis diſquirendum putamus. Iſtud utique, ut nempe *Aurantia* fuerint eadem, quæ *Mala Heſperidum Aurea*, nobis videtur longe veriſſimum: maxime quum, ſi Jubam mittas, qui ea de *Citriis* accepit, hæc de *Malis Medicis* a Græcis Latiniſque, ut paullo ante vidimus, medii & inferioris ævi Auctoribus vulgo explicentur: ut ita diuerſa a *Citriis* colore & ſapore *Aurantia*, de hiſce *Malis Aureis*, & quibus ferax eſſet ille ad extremum Africæ Oceanum tractus, omnino intelligi debeant, quæ inde in Græciam iam olim, ac dein in Italiam ſunt aduecta. Unde etiam, quum in eam ſententiam primo concederet vir maximus ad Solinum, ut hæc *Mala Heſperidum Aurea* eadem omnino cum *Citriis* & *Malis Medicis* ſtatueret, in proceſſu tamen illius ea de re commentationis, ut id ei ſubinde in magno illo opere familiare, mutata mox opinione, eadem de *Aurantiis* explicanda potius, quam de *Citriis* agnoſcit. Unde, & merito quidem, doctiſſimos ſuæ ætatis Medicos ibi redarguit, qui ignota veteribus *Aurantia* hæc vulgo dicta, eaque per inſitionem demum producta, præter omnem veri ſpeciem contendebant. Quod vero hic præterea monendum eſt, vir doctus ex Aſclepiadarum ordine, qui poſtremus Theophraſtum diffuſis commentariis illuſtrauit, multus in eo eſt, ut illorum refellat ſententiam, qui cum *Citriis* vel *Aurantiis* eadem hæc *Heſperidum Mala* crediderant, ac ut eadem fuiſſe cum *Cydoniis*, vulgo *Cotoneis*, probet. Sed vereor equidem, ut fidem obtineat. *Cydonia* Mala a primaria Cretæ urbe denominata, ad quam naſcebantur, ac unde primum in Græciam adlata; ſicut *Medica*, *Punica*, aliaque id genus, a regionibus, quæ iiſdem feraces erant; quemadmodum & de *Ceraſis* conſtat, de Ceraſunte Romam primum a Lucullo perlatis; de quibus præter alios, Hieronymus; *unde & de Patria nomen arbor accepit.* *Heſperidum* autem *Malis* hortus in Africa ad [a] Syrtim ſeu ad Berenicem in Pentapoli; ab aliis vero ad [b] Atlantem olim adſcriptus, unde in Græciam, ſeu ab Hercule, ſeu a quouis alio deportata hæc Mala, idem quoque loci natalis nomen, e quo primum adducta, retinuere. Unde etiam factum cenſeri debet, ut Herculi *μῆλα*, ſeu *poma* in ſacris fuerint a Boeotiis oblata, ut id alicubi a Polluce traditur; ac idem *Μήλων* quoque appellatus, quod Melitenſes ei, auctore Heſychio, non victimas, ſed fructum, *mala* nempe, offerrent. Si vero *Cydonia* & *Heſperidum Mala* eadem fuiſſent, cur non id uno verbo prodidiſſent veteres, qui utriuſque arboris & fructus non ſemel meminere? immo cur de iis, ut diuerſis omnino fructibus aut plantis, diuerſo etiam loco agit Athenæus, vel antiqui Auctores ab illo producti? Multa certe ibi de *Cydoniis* confabulati erant eruditi illi conuiuæ, & quidem de aliis eorum ſpeciebus, ſicut de iis, quæ *Struthia* vocabantur. In Græcia autem pridem nota erant, nec diffitetur vir doctus; cum *Cydonia* illa; tum quæ *Heſperidum Mala* vocabantur. Hinc poſtrema cum *Nuce Pinea*, aliiſque id genus ſymbolis, in Bacchi myſteriis vulgo recepta tradit Orpheus apud Clementem, loco, cuius anterior verſus ſupra iam indicatus; ſequens autem iſte,

Salmaſ. p. 670. 671. ult. edit.

Ibidem. p. 672.

Bodæus a Stapel.

Plin. lib. xv. c. 25.

Tertull. Apolog. cap. xx. Epiſtola ad Euſtochium.

a Vid. Strabon. lib. xvii. pag. 838. Aelian lib. 2. cap. 8. Plinium lib. v. cap. 5.

b Apollodorus lib. ii. cap. xv. §. 11. Lib. i cap. i. §. 10.

In Μήλων.

Lib. ii. p. 59. & lib. iii. p. 81.

Μῆλα τε χρύσια καλὰ παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων,
Et Mala Aurea pulchra ab Heſperidibus canoris:

Protrept. p. 12.

cui æque procliue fuisset eadem a viciniori Creta arcessere. An vero ideo hæc *Mala*, ut obiter hoc moneam, in Bacchi mysteriis locum habuere, quod *Mala* & reliquos fructus Bacchus inuenisse crederetur, ut Neoptolemus tra-
Lib. III. pag. 82. dit alicubi apud Athenæum? Eadem vero *Mala Aurea*, sicut *Punica*, uti ante vidimus, ubi de iis agebatur, non licuisse comedere in sacris Rheæ, obser-
Orat. V. p. 176. ult. edit. uat dicto ibidem loco Julianus Imperator. Alioquin *Hesperidum* itidem *Mala* apud Lacedæmonios exstitisse, *odore* quidem *grata*, sed *non edulia*, ἄοσμα nempe ἐδώδιμα, tradit cum Pamphylus apud Athenæum, tum Hesychius in-
Athenæus ut supra. de emendandus, sicuti iam factum a magno Casaubono; Ἑσπερίδων μῆλα ἐν Λακεδαίμονι ἄδωτα τινὰ μῆλα, pro quo prius vitiose legebatur, ἐν Λακεδαίμονια ἔδωτα τινὰ μῆλα. Vides præter Pamphili auctoritatem, quam procliuis & necessaria emendatio, una littera α a fine prioris litteræ in initium sequentis retracta. At doctus ille Medicus, Theophrasti commentator, vulgatam Hesychii lectionem præfert, ut suam de *Malis Hesperidum* pro *Cydoniis* sententiam tueatur; nec Hesychium ex Pamphylo, sed Pamphylum apud Athenæum ex Hesychio emendandum contendit, ubi ἔδωτα nempe seu *edulia*, pro ἄδωτα sit reponendum: legendum proinde in Athenæo: ἄοσμα δ' ἢ ἐδώδιμα, καλεῖσθαι δὲ Ἑσπερίδων μῆλα, *suauiter nempe olere & edulia, vocari autem Hesperidum mala.* Absurdum enim fuisse, ut poma id genus ἄδωτα Dis suis adponerent Lacædæmonii, quod tamen ex Timarchide paullo ante tradiderat Athenæus. Sed fallitur omnino vir doctus, nihilque certius adducta a Casaubono Hesychii emendatione ex Pamphyli apud Athenæum verbis, & quam alias loci ratio plane suadebat. Neque enim ἐν Λακεδαιμονίᾳ, sed ἐν Λακεδαίμονι omnino ibi legendum constat; α illud proinde otiosum optime in sequentem vocem retrahendum. Quid vero opus fuisset, aut Athenæi conuiuis, aut magnæ accurationis Critico Hesychio, illud ut singulare de his Lacedæmoniorum *malis* adnotare, quod forent nempe edulia? At vero illud peculiare in hoc *Malorum* genere, & proinde notatu dignum, quod odore quidem grata essent, non autem gustu vel sapore: quod ipsum de fructu *Mali Medicæ* obseruarat
H. Pl. lib. IV. cap. 4. iam olim Theophrastus: τὸ δὲ μῆλον οὐκ ἐδέσται μέν, ὀσμὴν δὲ πάνυ. *Pomum autem eius non manditur, sed odore præcellit.* Hinc eadem etiam *Hesperidum Mala*, non vulgo quidem in priuatorum mensis, sed rite Dis a Lacedæmoniis adposita, ob odoris nempe præstantiam; sicut reliqua incensa, quæ iis eo nomine adolebantur. Terrestrium enim erat Deorum, seu malorum potius Geniorum comessationibus & cibis delectari; quod ex [a] Origene contra Celsum haud uno loco, [b] Porphyrio præterea, & [c] Jamblicho liquet; at vero Cœlestium, odore seu Arabicis lætari halitibus, ut loquitur Martianus Capella.

[a] Lib. VII. p. 334. & lib. VIII. pag. 418.
[b] De Abstinent. &c. lib. II.
[c] Ut. Pythag. cap. IV.

Accessit vero opportune, ut dum in recensendo hoc opere nunc versor, iisque, quæ de hisce *Malis Hesperidum Aureis* olim monueram, adserendis denuo, instructum selectis nummis viri præclari & elegantis industriæ ac ingenii, clarissimi autem parentis & Equitis Aurati filii, Christophori Vreen Museum Londini conspicio; inciderim forte in singularem quendam nec visum hactenus, aut memoratum ab aliis, quod equidem sciam, nummum, cuius adspectu valde equidem sum delectatus. In eo enim hinc feræ alicuius Africanæ, Tigridis, aut Pantheræ veluti faciem; illinc vero Arborem *Aurantiæ* similem, & cum pendentibus ex eadem *Malis Aurantiis*, nulla cæteroquin addita loci, ubi cusus idem foret, inscriptione, obseruare mihi continuo licuit.

cuit. Unde cenſui hæc legentibus haud ingratum fore omnino ſingularis huius nummi intuitum; id ultro indulgente ornatiſſimo eius poſſeſſore:



De loco equidem, ubi ille percuſſus, nihil certi licet ſtatuere; niſi quod e nummi ipſius adſpectu, & ſignatis in eodem iconibus, opinari licet, eum in aliqua Africana Mauritaniæ, velut Lixi, aut vero Cyrenaicæ urbe ſignatum: ubi nempe & ferarum eiuſmodi prouentus, unde & *Africanæ* dictæ a Romanis Pantheræ; & præterea *Malorum Heſperidum*, ſeu *Aurantiorum*, ut hactenus vidimus, natale ſolum exſtitiſſe dicitur. Ac de Mauritaniæ quidem nobili olim, & ipſa Carthagine maiori, urbe *Lixo*, tradit haud uno loco Plinius, quod in eius æſtuario prodantur fuiſſe horti Heſperidum; alibi idem de Berenice in Cyrenaica obſeruat: in quorum proinde alterutro loco percuſſus forte idem nummus. Quænam vero ſit vel Arboris ipſius, vel Malorum in eadem, cum iis quæ in depictis antea cum Malis Heſperidum nummis conſpiciuntur, aut quæ vulgo *Aurantia* appellantur, ſit adfinitas; non eadem utique cum *Citriis*, vel *Cydoniis*, quiuis, ut opinor, videt.

Lib. v. cap. 1. & lib. xii. c. 4.

Lib. v. cap. 5.

VI.

De Palma *Arbore, ejuſue* Ramis, *vel* Dactylis *in antiquis Nummis.*

Neque vero Palmam tot uſibus nobilem, & his etiam monumentis toties inſculptam, licet nunc indictam præterire. Equidem non adducam hic obuios in iis *Palmæ* ramos, aut in Victoriæ manibus elatos; aut vero Vaſis vulgo inſertos, velut conſpicuum eorum, qui vel in acie, vel in Græcorum agonibus deuicerant, præmium, aut inſigne. De his enim peculiaris nec tralatitius occurret, ubi agetur de ſignatis in veteri nummorum penu Gentilium Ludis vel Agonibus, aut Victoriarum bello reportatarum præmiis vel inſignibus, dicendi locus. Unde, ut de poſtremis unum id tangam, coronas quidem e *Palma* in pluribus Græcorum agonibus, ſicut in aliis ex *Olea*, *Lauro*, *Pinu*, vel *Apio*; ſed in omnibus utique certaminibus *Palmam* dextra a victoribus præferri, & primo equidem eius rei auctore Theſeo, obſeruat, quod viderunt iam alii, Pauſanias; prius vero illud, de *Palma*, nempe omnibus Græcorum agonibus communi, itidem Plutarchus. Id vero inde factum, & ab eodem Plutarcho ibi inſuper monitum, quod ſola hæc arbor opprimentibus non cedat; ſit præterea inter maxime longæuas plantas, eaque ſemper eadem ac viridia quidem folia retineat, ut tritum & peruulgatum nunc mitto. Illud forte minus obuium, eiuſmodi *Palmæ ramum*, περιφοίνικα a Græcis olim, iuxta veterem [a] Nicandri interpretem, dictum; a Lacedæmoniis vero, quod docet Heſychius, Σαρίς, nempe Σαρὶς, κλάδος φοίνικος Λάκωνες.

Lib. viii. pag. 532. Sympoſ. lib. viii. Qu. iv. pag. 725.

[a] περιφοίνικα δὲ καὶ περὶς μέν εἰ ἀπὸ τῶν φοινίκων κλάδοι.

Schol. ad Theriac. pag. 25.

Λάχανα. *Sarir, ramus Palmæ: Lacones.* Crederem facile, etsi nullam scirem aliunde Laconum & Judæorum cognationem, latere in hac voce vestigium Hebræorum vel Phœnicum שרר *Sarar,* quod *principatum tenere* denotat, ob dignitatem nempe & usum huius *Palmæ*; quo respexisse crederes Horatium,

Lib. 1. Od. 1. ——— *Palmaque nobilis*
Terrarum Dominos euehit ad Deos.

Lib. x. cap. 63. Plinius autem alicubi: *Messalina Claudii Cæsaris coniux.* REGALEM *existimans* PALMAM &c. Quin valde adposite hanc in rem Artemidorus alicubi auctor est, Principum liberos per *ramos Palmarum* designari. Unde certe haud male collegisse videtur Tristanus, signatos in quodam Constantii nummo tres Palmæ ramos, denotare tres Magni Constantini filios.

Oneirocr. lib. 1. cap. 79.

Verum hic non tam excisos *Palmæ Ramos,* quam Arborem ipsam spectare intendebamus. Quum enim ab antiquis varia tradantur *Palmarum* genera, ac a Theophrasto in primis, qui haud perfunctorie de iis egit, aliæ nempe *Palmæ* pro natali solo *Siculæ, Africanæ, Creticæ, Cypriæ, Ægyptiæ, Judaicæ, Phœniciæ, Syriacæ, Babylonicæ*; aliæ autem ex iis humiles & depressiores, aliæ maiores: aliæ rursus steriles, aliæ frugiferæ; & ex frugiferis aliæ communes, aliæ caryotæ; singula hæc antiquariæ huius penus contemplatio haud parum vel iuuat, vel illustrat Omnium certe, quæ modo commemorabamus, locorum *Palmas,* exceptis forte Babylonicis, signant adhuc antiqui nummi. Et *steriles* quidem *Palmas,* quales vulgo *Italicas* & *Europæas* agnoscit [a] Plinius, *Græcas* alicubi [b] Theophrastus ac [c] Plutarchus, videas passim in SICILIÆ nummis *Panormitanis,* cuius generis plures exhibet Paruta. *Babylonicas* itidem steriles obseruat [d] Theophrastus, ex quibus lectos & vasa conficiebant. Tales nempe, quarum [e] Talmudici doctores meminere in Sanherin, ubi *infructuosas* memorant *Palmas Babylonicas,* quæ scilicet ad aquas Babyloniæ amaras crescerent, ac ideo corruptæ, ut fructum ferre non possent. Cæteroquin *frugiferis Palmis* abundasse Babyloniam, & inter alias quidem *Regiis* dictis omnium præstantissimis, quæ Babylone, iuxta [a] Theophrastum *in uno ferme antiqui Batti horto* reperiebantur; apud Plinium vero [b] *Babylone natæ uno in horto Bagoii; ita enim,* ut addit, *vocant spadones:* & quod inter utrumque Auctorem, de uno *Regiarum* & singularium illarum Palmarum possessore discrimen, vel uno verbo in nuperis ad Plinium, qui id a Theophrasto, ut alia hauserat, adnotatis moneri merebatur. Neque vero SICULAS steriles omnes fuisse, sed fructum etiam habuisse nonnunquam, licet immitem forte & immaturum, ut de plerisque Græcorum Palmis id tradit Theophrastus, liquet ex aliis *Panormitanorum* nummis apud Parutam, qui frequenter Palmas exhibent cum adpensis Dactylis; consueto scilicet & peculiari huius arboris more, quæ non fert fructus inter folia, ut vulgo reliquæ arbores, sed in summo trunco germen emittit cum pendentibus utrinque palmulis. Tres vero *Palmas Panormitanis* adscriptas, hic cœlandas duximus, inter se aliquantum diuersas.

H. Pl. lib. xi. cap. viii. p. 33. 34.

a Lib. xiii. cap. 4.
b H. Pl. lib. xii. cap. v. p. 42. & de C. Pl. lib. iv. cap. iv. p. 296.
c Sympos. lib. viii. Qu. iv. pag. 723.
d H. Pl. lib. xii. cap. 8.
e Fol. 96.

a ἐν μέσῳ τῷ Βάτλι κήπῳ τῷ παλαιῷ H. Pl. lib. xii. c. viii. pag. 35.
b Lib. xiii. Sect. 9.

Prior



Prior ut vides, è *Sterilium* genere ac ſine fructu, quales vulgo Europææ. Altera cum adpenſo fructu ſeu Dactylis, & quæ vulgaris Palmarum id genus frugiferarum figura eſt: Tertia reliquis humilior, quæ proinde videtur ex illo pumilarum & humilium, ſeu χαμαιρόων Theophraſto, Plinio *chamærepon* genere, quales in *Sicilia* frequentiſſime prouenire iidem tradunt, & quibus iuxta Græcos ac Romanos, peculiaria etiam nomina tributa videas in linguis Orientis, Rabbinorum רס, Arabum autem وَدّ. Fructus etiam eius haud parum diuerſus, ni potius Florem ſtatuamus, ac ipſam arborem proinde nummo illi inſculptam, e maſcularum genere, quæ ſolæ eidem Thephraſto ac Plinio, in ſpatha, aut in Palmite florere dicuntur. Neque vero florem ſolum, ſed fructum in maſcula agnoſcunt iidem Auctores, & iuxta illos Herodotus; ut inde liqueret eam non ſterilem omnino aut infructuoſam ſtatuendam, ſicuti vulgo perhibetur. Certe apud Arabes a voce نخل quæ *Palmam marem* notat, fit vox نخ quæ *dactylos*, ſed *viles* innuit. Quum tamen iidem auctores cum Græci, tum Arabes, fecundas tantum Palmas fœminas diſerte agnoſcant, & ex inſertis adſperſiſue maris floribus fœminas fecundari, & præſtantiores dactylos producere doceant, nulla maſculæ Palmæ fructus ratione habita; hinc vulgo etiam mares Palmæ haud frugiferæ, & fructus ille, quem nonnulli iidem tribuunt, ab aliis cum flore eiuſdem haud immerito confunditur. Et quum vel maxime in Arabum ſcriptis, ob copiam & uſum eius frequentem, utramque paginam faciant, & *Palma*, & quidquid ad eam ſpectat, cuiuſcunque ſit ſexus; hinc varia etiam legas apud eos nomina, quibus & *maſcula Palma*, ut mas tantum admiſſarius, & modus ille fœminas fecundandi, & flos maris ſeu ſemen eiuſdem in fœminæ ſpatham indi ea de cauſa ſolitum, exprimi conſueuere: & qua de re etiam, ut hoc addam, agitur alicubi a Doctoribus Miſchnicis; quibus vero haud parum illuſtrantur, quæ a Græcis aut Romanis, ex aliorum relatione, ea de re iam olim ſunt obſeruata. Qua de re legitur in libro Quæſtionum ad Antiochum, ſed qui Athanaſio perperam tribuebatur, quod Palmæ mares, Palmas fœminas proximas ventorum adſpiratione contingentes eo fecundas reddant: ut mittam quo de mutuo illo Palmæ maris & fœminæ amore tangit Alexandrinus ſcriptor, Achilles Tatius. Neque vero male illum *Palmæ* huius vel florem vel fructum, ſignare mihi videtur Palma tertio loco expreſſa, diuerſa utique a fœmina βαλανηφόρῳ, quæ ſecundo loco occurrit. Quod hanc enim ſpectat, haud ita *ſteriles* omnes Palmæ Europææ, ac proinde *Siculæ*, ut fructus plane non ferrent, ſicut vulgo *Italicæ*, aut aliorum locorum; ſed quarum fructus videtur immitis ſtatuendus, iuxta maritimas quaſdam *Hiſpaniæ* Palmas, de quibus id tradit Plinius; aut ad maturitatem non peruenientes, ſicut de *Cypriis* quibuſdam obſeruat Theophraſtus, alibi autem in genere de Palmis in

H. Pl. Lib. VI. cap. VIII pag. 46. l.3. VIII. Sect. 9.

Lib. I. c. 193.

Miſchn. de Paſchate cap. IV. §. 8.

Quæſt. XCVIII. pag. 179 Tom. ult. Edit. Pariſ.

Lib. I. p. 57.

Lib. XIII. c. 4.

H Pl. Lib. XIII. cap. 8.

Græcia natis, & iuxta eundem Plutarchus, locis supra indicatis. Nisi illud etiam placeat, plerosque illos e *Panormitanis* Parutæ nummis cum Palma, & Equo seu integro, seu dimidio obuios, a Carthaginiensibus, quod arguunt symbola & frequentes in iis Punicæ litteræ, signatos, & Africanis proinde potius seu Carthaginiensibus, quam Siculis adscribendos. In qua sententia fuisse iam olim video, virum huius antiquitatis intelligentissimum Antonium Augustinum, qui nummos id genus ad Carthaginem refert. Certe vel signatum Equi caput satis arguit, aut *Carthagine* percussos, aut in Carthaginiensium Coloniis (qualem *Panormum* fuisse scimus) cum solitis Metropoleos insignibus. Quod minus nouum Panormi contigisse, quæ Regia erat Carthaginensium in Sicilia, hoc est iuxta Polybium, ῥαδιούργητα πόλις τῶν Καρχηδονίων ἀπαρχίας, interprete τῷ πάνυ, *urbem cæterarum caput in ditione Carthaginiensium.* Eædem itaque *Palmæ* in nummis *Panormi* & *Carthaginis*; quamquam, ut vidimus, nec iis distituebatur *Sicilia*, ut non & proprias Palmas iisdem monumentis insculpsisse nonnunquam credi possit. Certe peculiaris adhuc *Palma* occurrit in nummo *Selinuntiorum*: unde haud alio opus habemus interprete, cur *palmis onusta* Silio, diuino autem Vati *palmosa Selinus* nuncupetur

Dial. VI.

Lib. I. pag. 38.

Lib. XIV. v. 20.

Æneid. III. v. 705.

Et *Palma* illa quidem cum frugifera, ut cernis, tum è pumilarum genere, cuius fructum Arabes peculiari voce دَقَل vocant.

De PALMIS *in* CRETÆ *Nummis.*

CRETAM vero Insulam, haud uno quoque *Palmarum* genere feracem, docet itidem Theophrastus. Hinc Palma iuxta Aquilam signata in veteri & præclaro nummo *Hierapytnæ*, urbis Creticæ, quem olim adnotaueram in Gaza Christinæ Augustæ, & cui geminum olim apud Cl. Patinum inspectum, opportune hic inserendum duximus:

H. Pl. lib. II. cap. VIII. pag. 35.



Prior nummi pars caput turritum ac muliebre, notum in nummis cum Cybeles, tum Urbium symbolum notat. Auersa autem, cum Jouis (cuius natalibus & sepulchro celebris Insula) alitem, tum *Palmam* cum Dactylis præfert; locum insuper signati nummi ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝ, & Prætoris aut Magistratus nomen, ΙΜΕΡΑΙΟΣ. Hinc adserenda urbis huius scriptura apud Strabonem, ubi magnus Casaubonus legendum malebat Ἱεραπύδνης, probante id nequidquam nobili ac eruditissimo Palmerio in Exercitationibus ad Græcos Authores nuper editis. Emendanda enim eadem apud Dionem, qui in rebus Cretensium illius oppidi, sub nomine Ἱεραπύδνης meminit: sed hoc leue.

Lib. X. p. 472. & 475.

Urbis

Urbis vero illius ſitum, ac rationem nominis docet nos Strabo: ad *Pytnam* nempe Iuæ collem ſitam, *a quo ſit denominata*, ἀφ' ἧς Ἱεραπύτνα ἡ πόλις. Etiamſi vero Idam hunc πολύδενδρον καὶ μεγαλόδενδρον *multis magniſque arboribus feracem* Euſtathio alicubi vocari neſcirem, haud mirum utique vel nouum occurriſſet, Arborem in eiuſmodi nummo ſignatam videre. Collis autem huius *Pytnæ*, & cognominis urbis nomen a Phœnicibus profectum, ex ipſa vocis formatione mihi continuo liquere videtur. Certe in pleriſque Creticis, Phœnicium quid latere, idque ſe docturum alias, conteſtatur doctiſſimus Bochartus, in eruditiſſimo opere de Coloniis Phœnicum; & ipſius Inſulæ nomine *Cretæ*, ac urbis in eadem *Itani* exemplis interim firmat. Sic πύτνια haud dubito proferre itidem veſtigia vocis cum iſdem litteris radicalibus πω vel πωω, qua in Oriente *diues pecorum* denotatur. Creta enim inter alia decora, paſcuis & gregibus ferax, unde Dionyſio εὔοτος vocatur:

Ut ſupra pag. 472.

Ad Dionyſ. Periget. v. 503.

Lib. 2. cap. 15.

Πολλή τε λιπαρή τε καὶ εὔοτος. ἧς ὕπερ Ἴδης, — Periget. v. 502.

Magnaque, pinguiſque, & bona paſcua habens, quam Super Ida.

Hinc in Ida Colis ille *Pytna*, paſcuis id genus abundans, & ad quem poſita urbs *Hierapytna*, a loci aut templi alicuius religione *Sacræ* inſuper ſeu Ἱερᾶς appellationem apud Cretenſes nacta, voce, uti alias factum, e Græca & Phœnicia, ſicuti pleraque Palæſtinæ, Syriæ, ac Phœnices loca illud ΙΕΡΑΣ elogium frequenter ſibi vindicare obſeruo in antiquis & ſelectis nummis *Æliæ Capitolinæ, Gadarorum, Cæſareæ, Tyri, Sidonis, Gabalorum, Bybli, Apameæ, Damaſci, Seleuciæ, Samoſatæ*, (ut Ammiano vocatur) aliarumque, & qua de re alibi. Illud vero fermè præteriiſſem, eundem hunc nummum *Hierapytnæ* ſignatum reperiri inter nummos Siculos Paruiæ, ut forte dum hæc ſcriberem, obſeruabam; quem nempe ille ad *Himeram*, Siciliæ urbem, refert, deceptus proprio Viri ſeu Prætoris, non vero loci nomine, ΙΜΕΡΑΙΟΣ, quod recepto more, gentili ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝ additum, pro quo rurſus male idem ΙΕΡΑΠΙΤΥΣ expreſſit. Sed Parutam, qui nummum ipſum non viderat, in errorem induxit Erizzo, e cuius deſcriptione, fatetur ſe nummum illum ita cælandum curaſſe. Ille enim agens de Dea Syria, obuia in Philippi numiſmate a Syris Hierapolitanis percuſſo, nummum hunc, de quo agimus, a ſe viſum deſcribit, in quo *Pinus* ſcilicet occurrat cum adiacente Aui, epigraphe autem ΙΕΡΑΠΙΤΥΣ; unde *Sacram Pinum* efficiebat, aliiſque litteris additis, ΙΜΕΡΑΙΟΣ. Sed ſolenne Erizzo, nobili alias antiqua io, grauiter in citandis aut explicandis Græcis, quos adfert nummis, hallucinari; & quem proinde caute in his legendum, nec ei temere fidem obſtringendam, noui. Magna quidem de his antiquitatis ſtudiis benemerendi voluntate, ſed exigua aut nulla etiam Græcæ litteraturæ peritiâ inſtructum, virum multarum alias imaginum, ad nummorum id genus explicationem ſeſe comparaſſe mihi ſatis liquet: quod hactenus fatale pleriſque fuit, ſi duos treſue excipias, qui in deſcribendis vel interpretandis Græcorum nummis laborarunt. Quid ſtatuas enim, cum aut *Carrarum*, notæ Meſopotamiæ urbis & Romanorum Coloniæ nummum, proinde conſueto more, ΜΗΤΡ. ΚΟΛ. ΚΑΡΡΗΝΩΝ. ſeu *Metropoleos Coloniæ Carrenorum* inſcriptum, de *Colcharenis*, Græciæ ſcilicet gente, (qualis nulla legitur eo nomine) interpretatur? aut vero quum *Magneſiorum* Joniæ nummum, ſub Gordiano percuſſum, & cum addito Prætoris *Aurelii Theodoti* nomine, legit & explicat, *Anno primo Theodoti Regis Magnetum*; quaſi

Tab. 75. n. 11.

quaſi ſcilicet, maxime vero illo ævo, *Magneſiorum* ciuitas, quæ pridem Aſiæ Proconſulibus parebat, Reges ſuos habuerit? Mitto plura id genus, quibus adnumeranda iam venit praua illa lectio & interpretatio huius nummi *Hierapytniorum* Cretenſium, alio perperam vel ab eodem Erizzo, vel inde a Paruta detorta. Opportune enim mihi non unus ſolum, ſed geminus nummus inſpectus, ut ſupra innui, cum iiſdem omnino litteris ac ſymbolis; quibus nihil clarius exprimi potuit, aut minus tot errorum cauſam præbere. Immo, alios etiam eiuſdem generis adſeruat Gaza cum Brandenburgica, ac olim, ut hic quoque iam notaueram, Palatina, tum Medicea; ac inde ſuperioribus rariores, quod aliud proprium viri aut Magiſtratus nomen ſignatum habeant; nempe unus Brandenburgenſis Gazæ & Mediceæ, ΞΑΜΑΓΟΡΑΣ, alter itidem Mediceus & qui apud Patinum quoque conſpicitur, ΜΕΝΕΣΘΕΥΣ; & in quos proinde ſi incidiſſet Paruta, eoſdem ad *Himeram*, Sculam urbem procul dubio haud retuliſſet. Cæterum eadem in iis ſymbola; hinc nempe capitis turriti, illinc Palmæ & Aquilæ, cum inſcript. ΙΕΡΑΠΥ ac in uno etiam integra ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΩΝ. Quod vero hic etiam minime reticendum, occurrit inter Marmora Oxonienſia, quæ cum Notis in Apologiam Apulei uulgauit Cl. Pricæus, antiquum fœdus horum *Hierapytniorum* cum *Prianſiis*, Cretenſibus itidem, & cuius poſtremæ urbis in Creta nomen mire corruptum apud veteres Geographos, inde emendandum monuit iam ad Stephanum Cl. Holſtenius. Obſeruaui etiam fragmentum fœderis *Hierapytniorum* in magno Inſcriptionum opere, ubi ΙΕΡΑΠΥΤΝΙΟΙ itidem inſcribuntur; ne liceat de vera nummorum huius oppidi epigraphe dubitare. Neque vero *Palma* in iis expreſſa, ex illo *bifidarum* aut *trifidarum* genere, quas in Creta frequenter nasci obſeruat Theophraſtus. Ad poſtremas haſce *trifidas* referre quis poſſet Plantam peculiarem, expreſſam in nummo *Camaræ* apud Goltzium.

Thes. Numiſmat. pag. 22.

Pag. 116. P. 1.

Thes. Gruter. p. v.

H. Pl. lib. IV. cap. VIII. pag. 35.

Inſul. Græc. Tab. IV.

Camara, ut ex Ptolemæo & Stephano ſcimus, urbs Cretæ fuit. Eiuſdem meminiſſe videtur Agatharchides apud Photium, ſi Latinum illius interpretem audimus. ὅτι κέχρηται ὁ Συγγραφεὺς, ἀτθικοῖς καίτοι ὢν ἐν τῇ τῆς καμάρας λέξει. Quæ ita vertit vir doctus; *hinc digreſſione facta auctor monet, ſe quamuis Attice loquatur, Camaræ tamen, (urbis in Creta) dialecto familiariter uti.* Sed quum duplicem ſenſum admittat ille locus, certe longe potior ille mihi videtur, qui nihil aliud innuit, niſi Agatharchidem, etiamſi Atticorum more ſcribat, uſum voce καμάρας, notæ alias ſignificationis, ſed quæ minus Attica videbatur. Obuia vero καμάρας ſubinde mentio in inſcriptionibus antiquis, de *fornice* ſub terra in qua, ut viderunt iam alii, ſepulcralia monumenta erant condita. Neque *Camaræ* natus, aut cæteroquin Cretenſis, Agatharchides, ſed Cnidius, ut a Diodoro, Joſepho, Luciano, aliiſque vocatur; neque etiam Cretenſi uſus dialecto, (quæ præter voces βαιοκλάσους, quales plures apud Heſychium legas, Dorica ut plurimum fuit, ſicut eruditis notum) ut ſatis arguit luculentum huius

Bibliothec. p. 1359.

huius Auctoris, quod apud Photium exſtat, fragmentum, communi ferme dialecto conſcriptum. Neque etiam illa *Camaræ* huius inter Cretenſes urbes nobilitas aut fama, (cuius obſcura, niſi forte in Notitia Eccleſiarum Antiqua, mentio,) ut peculiaris dialecti anſam Agatharchidi præbere potuerit. Sed hæc obiter. Similem vero huius oppidi nummum habet Gaza Medicea; niſi quod ille loco crurium, quæ expreſſit Goltzius, aliud quid, aut duas nempe figuras, aut Piſces videbatur ſignare eiuſdem Gazæ cuſtodi P. Fittoni. Hæſiſſe autem me fateor aliquamdiu, cui fructui aut plantæ, eam quæ in nummo cum Goltziano, tum Mediceo occurrit, continuo adſcriberem. Cretam quidem ἰδίωτον noui, & feracem plantis ſui generis, aut ſelectis; adeo ut in ea Inſula multi Botanici alerentur a Romanis Imperatoribus, & quotannis Romam mitterentur Ἀγγεῖα ſeu Vaſa plena Creticis Plantis, quæ τὰ πλεκτὰ nuncupabant, nempe ἀφ' ὧν λύγων (non λυγῶν, quod aliud ſonat) εἴη πλέγματα, *quod e viminibus eſſent contexta.* Utrumque me docuit Galenus, ac præterea Plantas eaſdem è Creta vulgo adferri chartulis inuolutas, quibus ſingularum nomina adſcribebantur; quoſdam vero ſolam habere inſcriptionem nominis, aliquas cum acceſſione ſoli aut campi, in quo illæ proueniebant. Poſtremum quidem beneficium præſtat nobis hic nummus; de priori aliunde ratio eſt ineunda. Quod ſi in voce *Camaræ*, natali ſolo, ut videtur, huius Plantæ, quærendum eſſet illius veſtigium, *Cammarum*, *Aconiti* ſpeciem, & a figura *Cammari* marini ita dictam docebit quidem Plinius; ſed quæ proinde hic non quadrat: ut mittam non *Cammarum*, ſed Κάμμαρον Græcis appellatam, quod iam obſeruarunt viri docti. Neque huc etiam ſpectat alia Planta Κύμαρος, vel Κύμαρις, quæ occurrit in Lexicis recentiorum Græcorum, quam eandem cum *Halimo* contendit vir ſummus ad Solinum. Sed neque maiorem communionem cum planta expreſſa in nummo huius urbis Creticæ habere mihi videbantur aliæ Plantæ eiuſdem Inſulæ, quas præ cæteris ſuo loco commendant nonnunquam antiqui ſcriptores Hiſtoriæ Plantarum, puta *Dictamnum*, *Nymphæa*, *Chamædruas*, *Radix Idæa* (de cuius ſolo lis adhuc ambigua, an Creticum, vel Phrygium) *Amylum*, *Siſer*, *Heraclium*, *Aniſus*, *Poterion*, *Cupreſſus*, *Populus nigra*, *Trifolium*, *Seſeli*, *Stoechas*, *Fucus*, aut denique herba illa Ἅλιμος, ab altera de qua modo, dicta Ἄλιμον, diuerſa, quæ a Solino inter Creticas ſola recenſeri meruit, quod admorſa nempe diurnam famem prohiberet. Unde ratione ſubducta, nihil occurrit opportunius, quam *Palmis trifidis* adſcribere ſuperiorem plantam ſeu arborem, quæ peculiares erant huic Inſulæ. Palmam certe continuo videtur arguere truncus cum denſis gradatiſque pollicum corticibus, quibus Palmæ ſe faciles ad ſcandendum præbent: quod etiam de iis iam olim monuit Plinius, & quas radices in caudice Palmæ prominentes, per quas conſcendi poteſt, Arabes peculiari voce جريد indigitant. Modum autem, quem adhibent vel Arabes vel Ægyptii in ſcandendis Palmis, docuit iam nos olim Lucianus; cuius locum ea de re illuſtrauit inſigni vir eruditione ac virtute, Palmerius a Grentemeſnil. Nec alienum quod de *bifidis* his aut *trifidis Palmis* obſeruat Theophraſtus, ſtaturam caudicis a parte qua finditur vel quinum cubitum, pareſque inter ſe prope partes ipſas adſurgere. Neque prætereundum hoc loco, tradi eidem *Palmas* diuerſi admodum generis, fructu nempe, figura, magnitudine, foliis haud parum diuerſas; ne aliquod diſcrimen huius Palmæ cum ſuperioribus, aut vulgaribus alias Palmis, multum hic negotii faceſſat. Plinius quidem un-

De Antidot. lib. 1. pag 424. 427. Edit. Gr. Baſil.

Lib. xxiii. cap. 3.

Pag. 972. ult. Edit.

Cap. xi.

Lib. xiii. c. 4.

De Dea Syria pag. 674. T. ii.

H. Pl. lib. ii. cap. viii.

Lib. xiii. cap. iv. Sect. 9.

dequinquaginta Palmarum genera statuit; ac Arabes, apud quos frequens hæc arbor, longe plura. Si quis tamen *Carduorum* aliquod genus, aut Plantam aliam in illo nummo expressam malit, ubi veris id vicerit, haud difficulter utique adsensum impetrabit. Neque vero solum *trisidas*, sed in quinos etiam truncos diuisas Palmas in hac Insula agnoscit Theophrastus, sed cuius locus leui emendatione indiget, ἐν ᾧ τῇ Λάππῃ (aut Λαππαίᾳ) τινὰ ἐκ πεντακέφαλον. *in Lappa vel quino cerebro quandam enasci.* Ita enim legendum nomen illius Urbis Creticæ, quæ Λάππα vocabatur, & cuius Gentile Λαππαῖος, liquet iterum ex antiquo loci eius nummo inscripto, ΑΣΥΛ. ΛΑΠΠΑΙ. seu Ἄσυλος Λαππαίων, unde insuper *sacram* eandem seu *inuiolati Soli*, ut Liuius alicubi explicat hanc vocem Ἄσυλα existitisse constat. Eadem urbs & Λάμπη dicta, iuxta Stephanum, sicut & Λαμπαῖος illius incolas habent hodie cum [a] Polybius, tum [b] Dio Cassius, quorum iste eosdem una cum *Cydoniis* libertate aliisque beneficiis ab Augusto adfectos narrat. Alibi vero eadem urbs, iuxta indubiam nummorum scripturam, recte Dioni Λάππα etiam vocatur. Occurrit quoque idem *Lappæorum* nummus apud Goltzium, sed in quo *Asyli* nomen tantum per ΣΥΛ. expressum, e superiori, quem inspexi in Cimeliarchio Reginæ Christinæ, suppleri debet. His etiam adscribendi duo nummi insignes Augusti & Domitiani, uterque cum Apolline citharœdo, obseruati mihi inter alios incomparabilis Regiæ Gallorum Gazæ, cum eadem inscript. ΛΑΠΠΑΙΩΝ Idem vero, quod olim monui, de vitiosa Cretensis huius urbis apud Theophrastum scriptura ab eruditissimo Meursio in eius Creta, quæ multis post annos prodiit, adnotatum, in alio & nouissimo quidem opere, oblata ibi ea de re agendi occasione, est a me obseruatum. Neque vero, quod ibi quoque adtigi, debuisse eundem Meursium, vel doctissimum Holstenium, ad Stephanum, duplicem illius nominis scripturam Λάππης & Λάμπης admittere: quum veteres, iique indubitatæ fidei nummi, aliæque insuper eiusdem loci inscriptiones antiquæ, haud aliam quam ΛΑΠΠΑΙΩΝ præferant. Quamquam tueri aliunde illos posset, ut nuper quoque obiter monui, ni obstarent plura illa & authentica huius urbis monumenta; quod nempe Æolibus, ad quorum dialectum accedebat Doricus Cretensium sermo, haud insolitum foret, ut de iis notant veteres Grammatici, π in μ conuertere.

Creticis vero *Palmis* CYPRIAS iam subnectere liceat, quarum haud unum genus existitisse obseruat Theophrastus, & eius simia Plinius; ille autem inter alia, folium ibi latius, fructumque reliquis ampliorem tribuit. Alias frugiferæ etiam vulgares *Cypriæ*, sed quarum fructus seu dactyli, instar Ægyptiorum, recentes consumerentur. Eiusmodi Palmam βαλανοφόρον, & cum latis, ut videtur, foliis, signat adhuc hodie *Cypriæ* urbis *Lapethi* nummus:



Gentile

In Gaza Reginæ Christinæ.

Lib. XLV. c. 5.

[a] Lib. IV. p. 319.

[b] Lib. LI. pag. 443.

Lib. XXXVI. p. 8. Insul. Græc. Tab. IV.

Orbis Romani pag. 353.

[1] Ibidem.

De PALMIS CYPRIIS *in nummis.*

Ut supra p. 35. lib. XIII. c. IV. Sect. 9.

Gentile nempe loci nomen iuxta Stephanum, cum Λαπήθιος, tum Λαπιθεύς, quod poſtremum hic in nummo exprimitur. Nauium cæteroquin ſtationem habuiſſe hunc locum obſeruat idem Stephanus; unde etiam nominis originem ex Oriente haud incommode deducit doctiſſimus Bochartus. Egregie vero id firmat Scylax, cui Phœnicum urbs eadem *Lapethus*, vocatur Λάπηθος Φοινίκων, ut recte ibi pro Λάπηθις emendat vir inſigni doctrina Iſ. Voſſius; & unde ſimul liquere videtur, cur Palma in ſuperiori nummo huius urbis ſit depicta. Hanc urbem certe inter primarias *Cypri* exſtitiſſe, ex Hieronymo præterea colligas, ubi de aduentu Hilarionis in eam Inſulam verba facit: præmiſſa enim Paphi mentione, addit, *hoc Salamina, hoc Curium, hoc* LAPETHUS, *& urbes reliquæ conclamabant.* Ita enim legendum ibi poſtremæ illius urbis nomen, pro quo *Lapithe* & *Lapetha* occurrit in Frobeniana editione & libris ſcriptis, quod iam vidit in Scholiis ad hunc locum Eraſmus. Sic in Excerptis Polybii Peireskianis, corrigendum urbis illius nomen ὁ Λαπήθῳ, pro quo ὁ Λαπίθῳ effecerunt viri docti, ex corrupta codicis lectione ὁ Ἀλπίθῳ, ac moti procul dubio auctoritate Ptolemæi, apud quem itidem corrupte hodie Λάπηθος vocatur.

De Colon. Phœnic. lib. 1. cap. 3.

In Vita Hilarionis.

Pag. 197.

CYPRIAS PALMAS excipient vicinæ, nec iiſdem, ut modo audiuimus diſſimiles ÆGYPTIÆ, aut ALEXANDRINÆ, cuius generis unam habes in ſequenti nummo:

De PALMIS ÆGYPTIIS *in nummis.*



Percuſſus ille ab *Alexandrinis* Ægyptiis, ſicut arguit nummi inſcriptio. Feracem certe *Palmis* fuiſſe illum tractum, aliunde ſatis liquet; ſed cuius fructum partim viliorem, partim eſui minus aptum deſcribit Strabo: eius vero ea de re locum, quia ſecus nonnullis eſt acceptus, adſcribemus: καθ' ὅλην δὲ τὴν Αἴγυπτον ΤΟΥ ΦΟΙΝΙΚΟΣ ΑΓΕΝΟΥΣ ὄντος, ἢ ἀκρέμονος καρπὸν ἐκ ἐδέσιμον ἐν τοῖς περὶ τὸ Δέλτα τόποις, ἢ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΝ, ὁ ἐν τῇ Θηβαΐδι φοίνιξ ἄριστος ὢν ἁπάντων φύεται. hoc eſt: *Cum in tota Ægypto* PALMA *ſit e* VILIUM *genere, vel fructum ferat eſui non aptum in locis apud Delta & Alexandriam, tamen in Thebaide Palma omnium optima naſcitur.* Ex hoc loco collegiſſe videtur vir magnus ad Solinum, id quod non ſemel innuit, Palmas nempe in tota Ægypto *ſteriles* fuiſſe ſeu infructuoſas præter *Thebaicas*, aut vero *Alexandrinas*, ſed quarum poſteriorum fructus non erat edulis. Neque aliter Strabonis interpres priora illa verba verterat; *Cum in tota Ægypto Palma ſterilis ſit:* quum tamen id non dicat Geographus; ſed vilioris aut minus præſtantis Palmæ genus totam Ægyptum habuiſſe, excepta Thebaïde, in qua longe optimum proueniebat. Aliud nempe ἀγεννὲς, ſeu *vile* & *plebeium*, ut vocat Palmulas id genus Plinius; aliud ἄκαρπον, ſeu *ſterile* & *infructuoſum*: prioris generis *Ægyptiae* Palmæ, præter *Thebaïcas*; poſterioris ſunt pleræque in Græcia

Lib. XVII. p. 818.

Pag. 334.

Lib. XIII. c. 4.

Græcia, *Siculae*, *Italicae*, aut alias vulgo *Europæ*. Certe non *steriles* quidem *Palmas Ægyptias* tradit fide dignus inprimis Auctor Theophrastus, ac iuxta eum Plinius: sed earum fructus iuxta alias *Africanas*, *Syriacas*, *Phœnicias*, virides adhuc ac recentes, vulgo suaues esse & gustu quidem gratos, minime autem durare ut recondi possint, sed protinus putrescere, ac proinde recentes consumi, exceptis qui in paucis aliquot locis arenosis proueniebant. Quod ipsum repetit adhuc alio loco, ubi docet recondi tantum posse è *Syriacis* Palmulis eas, quæ in conualli nascebantur, *quæ vero* IN ÆGYPTO *& Cypro & alibi gignuntur, has recentes omnes consumi*; τὰς δὲ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ καὶ Κύπρῳ, καὶ ἀλλαχοῦ δὲ καὶ τὰς ἄλλας, χλωρὰς ἀναλίσκεσθαι. Inde itaque Straboni ἀγεννεῖς, non *steriles*, ut ibi interpres, sed *viles*, vel, ut Plinius loquitur, *plebeiæ* Ægyptiorum *Palmæ*, quod vulgo recondi & seruari earum fructus non possent, & seruati putrescerent, ac proinde recentes tantum & virides, quod etiam de Ægyptiis & Cypriis Palmis tradit aperte dictis verbis Theophrastus, comederentur; aut etiam esui minus grati, neque sat maturi forent, ac inde οὐκ εὐβρωτοι, sicuti utrumque illud de palmis & earum fructibus in Ægypti locis circa Delta & Alexandriam tangit idem Strabo, quod illæ forent ἀγεννεῖς seu *viles*, ferrentque καρπὸν οὐκ εὔβρωτον, *fructum minus esui aptum*; non vero quod plane forent *steriles* seu ἄκαρποι. Hinc idem Plinius: *Fructus Palmarum soli seruati, qui in Judæa & Cyrenaica Africa, non qui in* ÆGYPTO, *Cypro, Syria, & Seleucia Assyriæ. Quamobrem sues & reliqua animalia ex his saginantur.* Unde liquet utique, cur ἀγεννεῖς seu *viles* Straboni dicantur eædem Palmulæ. Excipienda tamen erant Plinio, præter *Judæam* ac *Cyrenas*, circa *Babylonem* loca, præstantissimis Palmarum fructibus, & *Caryotis* quidem, de quibus mox, aut *Regiis*, *quæ Regibus tantum Persidis*, iuxta Plinium, *seruarentur*; tum pauca illa loca arenosa *Ægypti* & *Phœnices*, in quibus Palmarum fructus non edules solum, dum adhuc recentes, sed seruari etiam ac recondi soliti. Certe de *Thebaicis Palmulis*, id postea innuit; *Thebaidis fructus extemplo* IN CADOS CONDITUR, *cum sui ardoris anima*. De quibus etiam *palmis* in *Thebaide* id, ut admiratione dignum, dicto ante loco notat Strabo: quod quum in Ægypti locis circa Delta & Alexandriam, ut vidimus, Palma vilis foret, ferretque fructum minus esui aptum aut suauem, in Thebaide tamen optima nasceretur, quæque *Caryotam* etiam ferret *Babylonica*, ut ea de re paullo post, vix inferiorem; *Judaica* autem duriorem quidem, sed suauiorem. Ad quas proinde *Thebaidis Palmas*, seu earum fructus referri debent eæ, quæ dicuntur alicubi a Galeno, *Ægyptiæ palmulæ*, *duræ siccæ*, *& austeræ*. Ergo diuersi ab his fructus *Palmarum Ægyptiarum*, qui recentes omnes consumebantur; neque proinde tamen, sicut perspicue iam intelligimus, *steriles* illæ ac *infrugiferæ*. Hinc etiam alii è neotericis, qui Ægyptum lustrarunt, ac Prosper Alpinus, cuius exstat opus de Plantis exoticis, & qui in Ægypto diu medicinam professus est, referunt maturas Palmulas in Ægypto autumnali tempore. Quamquam Dioscorides tradit, ut obseruo, Palmas in Ægypto medio maturitatis vigore decerpi autumno solere. Ut iam illud præteream, quod quum varia sint *Dactylorum* genera, ac undequinquaginta, ut iam diximus, a Plinio, septuaginta vero ab Arabibus memorentur; hinc multæ etiam occurrant ex iis ἀγεννεῖς, seu *viliores*, quas pro diuite sua copia, peculiaribus etiam vocibus indigitant ut etiam vidimus, iidem Arabes: unde tamen nemo dixerit *sterilia* aut *infructuosa* id genus Palmeta. Nec illud urge-

H. Pl. lib. 11. c. VIII. p. 34.

lib. XIII. c. IV. §. 9.

Ibidem p. 35.

Lib. XVII. p. 818.

Lib. XIII. c. 4.

Lib. XVII.

Ut supra.

Theophra. H. Pl. pag. 35. ut supra.

Lib. VIII. c. 4.

De Aliment. succis c. IV.

Lib. I. c. 149.

Lib. XIII. c. 4.

urgebo denique, quod Theophraſtus agens alicubi de arboribus, quæ in certis regionibus *frugiferæ*, in aliis *ſteriles* occurrunt, illuſtret id exemplis & *Perſeæ* extra Ægyptum, & *Populi nigræ* extra Cretam, *Palmæ* autem in Græcia, ſterilium; ubi opportunus utique locus fuiſſet id ipſum de *Palma Ægyptia* obſeruandi. H. Pl. lib. 11. cap. 3.

PHOENICEM vero *Palmis* etiam abundaſſe, vel ſola nominis ratio videtur indicare, quod inde petitum a multis exiſtimatur; etſi iuxta Calliſthenem, ut ea de re alicubi [a] Ariſtoteles, non a *Palma*, Græcis Φοίνιξ, dicti fuerint, quod *Palmis* abundaret eorum regio, *Phœnices*; ſed Φοίνιξ de *ſalma* a *Phœnicibus* maritimam oram incolentibus, ſit nomen nacta. *Tyrum* equidem, *Phœnices* Metropolim, patriam ſuam agnoſcit *palma* in Meleagri Epigrammate, olim a me iam adducto, ac dein in doctiſſimi Holſtenii notis ad Stephanum: *De* PALMIS PHOENICIIS *in nummis*

[a] Mirabil. Auſcult. c. cxxx.

Pag. 333.

ΦΟΙΝΙΞ μὲν νίκαν οἰδεν, πάτραν τε μεγαυχῆ
Μητέρα Φοινίκων τὴν πολύπαιδα Τύρον.

PALMA *quidem victoriam indicat, patriam vero iactat*
Matrem Phœnicum, liberis fœcundam Tyrum.

poſtremum nempe iſtud ob Colonias per Aſiam, Europam, Africam, a Tyriis Phœnicibus deductas, quæ Coloniarum more, totidem Tyri *filiæ* cenſebantur, ipſa autem earum *mater*: unde duplici reſpectu *Mater* ſeu *Metropolis* eadem *Tyrus*; tum earum extra Phœniciam Coloniarum; tum ipſius Phœniciæ, cuius caput tunc foret, ac inde *Metropolis*, Phœnices nempe, paſſim in antiquis eius nummis dicta. Sed hac de re alibi. Haud mirum proinde, eandem urbem dictam Achilli Tatio φυτάλμιον, *plantæ* ſeu *palmæ cognominem*, quod *Phœnicia* urbs foret. Hinc frequens adhuc hodie *palma* in nummis *Tyri*, *Aradi*, aliorumque *Phœnices* locorum: quod vel ſequentes nummi oſtendunt. Quibus vero alium præmittemus e Gaza Medicea depromptum, hinc cum Antonini Pii effigie, illinc cum figura muliebri ſtante, quæ dextra Globum tenet, retro Arbor Palma, cum inſcriptione PHOENICE COSS. II. Qualis exſtat etiam cum eadem inſcriptione & Palma Arbore in cimeliis Gallorum Regis, niſi quod Mulier ibi turrita, haſtam præterea teneat non Globum, pedem autem Proræ nauis imponat. Lib. 11. p. 93. Lib. 11.

Hinc etiam inter *Palmas*, quæ natæ in locis arenoſis, & inde ſeruari recondique poſſent, *Phœniciam* memorat quoque Theophraſtus. Idem de SYRIACIS *Palmis* licet ſtatuere, cuius generis oſtendunt præclari aliquot *Damaſcenorum*, Nummi, olim inter plures id genus ſelectiores, ab incomparabili Peireskio collecti, & nuper mihi obſeruati Pariſiis apud illuſtrem Harlæum. Ex iis autem illud continuo colligas, haud fruſtra a *palmarum* frequentia & nobilitate laudatam olim hanc *Phœnices* ut ſubinde in eius nummis vocari diximus *Metropolim*; & quam proinde *ramis germinare* dixit Statius; neque male H. Pl. lib. 11. cap. VIII. pag. 34. Lib. 1. Sylv. 6.

etiam inde poſſe illuſtrari, quæ de *Nicolais Palmulis*, a Nicolao nempe Damaſceno ad Auguſtum miſſis, Plutarchus ac Athenæus tradidere: quarum patriam nempe cum *Hierichuntem*, tum *Damaſcum* agnoſcit vetus Geographus, qui ſub Conſtantio vixit. Neque vero debuit Triſtanus, ad *pruna Damaſcena* eaſdem *Palmulas*, quas ab hoc Nicolao ſibi familiari, *Nicolaos* denominauit Auguſtus, promiſcue detorquere: quum eas diſerte Φοίνικας, & Φοινικοβάλανους vocent illi Auctores, quibus nihil cum *Prunis* illis *Damaſcenis* commune, quæ κοκκύμηλα τὰ ἐν Δαμάσκῳ, aut Δαμασκηνὰ vulgo vocant veteres, Dioſcorides, Athenæus, Galenus, aliique, qui eorum meminere, ac præſtantiam præ reliquis laudant. Eadem etiam βοχάδελα nuncupata, colligi videtur ex eodem Athenæo, ac præterea ex Suida, aut ex Theocriti Scholiaſte; qua de re eſto penes eruditos Botanicos iudicium. Huius vero generis DAMASCENA PRUNA, haud dubito ſignari in quodam nummo *Damaſcenorum*, quem duobus locis vulgauit idem Triſtanus, opportune hic quoque inſerendum. Quæ aliunde ad nummi explicationem faciunt, nec ſunt huius loci, petat Lector ex ipſo Triſtani opere, nec ſuſcepti laboris pœnitebit; ſaltem *Pruna* & *Dactylos Damaſcenos*, cum illo confundere & promiſcue ſumere caueat.

a Symp. lib. VIII. q. IV.
b Lib. XIV.
a Lib. II. pag. 49. 50.
b In βοχάδελα.
c Schol. Idyll. VII. v. 146.
Tom. II. pag. 239.



At dum non tam in *Prunis*, quam in *Dactylis Syriacis* ac *Phœniciis* commemorandis verſamur, ſciendum poſtremos peculiari voce Phœnicibus dictos Σῆκας & Σικοβαλάνους Heſychius, Σῆκλαι, Φοινικοβάλανοι· Σικοβάλανοι, τὸ αὐτὸ· Φοίνικες. Salmaſius ὁ πάνυ, ut ex Batana Heſychii editione conſtat, emendabat poſtremum Σικλοβάλανοι, ſcilicet, ob eam, quæ præcedebat, vocem Σῆκλαι: ſed quum hæc æque corrupta eſſe potuerit, crederem illam potius ex ſequenti emendandam, neque in voce Σικοβάλανοι quidquam mouendum, ob rationes quæ mox indicabuntur. Minus autem moror diligentem Medicum, qui poſtremus Theophraſtum illuſtrauit, & qui iis, quæ monenda erant in hoc Heſychii loco, prætermiſſis, quæ ſana erant male refingit; dum non Phœnicibus, ſed recentioribus Græcis ita dictum Palmæ fructum interpretatur, & poſtrema Σικοβάλανοι. τὸ αὐτὸ, Φοίνικες, legendum putat Σικοβάλανοι, τὸ αὐτὸ φοίνιξ, vel τὸ αὐτὸ ᾧ, φοινικίς· quæ explicat de *purpura*, ſeu *purpureo colore*: quæ ſunt utique ab hoc loco aliena. Quum autem perſpicuum ſit ibi Heſychium, conſueto more, vocem peregrinam & Phœnicibus ac vicinis uſitatam adtuliſſe, qua *Palmarum* fructum ſibi familiarem, vulgo Græcis βάλανον, aut φοινικοβάλανον poſtea nuncupatum, indigitabant, certe inde etiam illius explicationem petendam liquet. Indictam vero reliquit eandem doctiſſimus Bocharus, in commemoratione earum vocum, quas tanquam Phœnicias apud Heſychium occurrentes, cum aliis id genus ſibi explicandas ſuſcepit. Ego vero Σῆκας, & voce hybride Σικοβαλάνους dictas exiſtimo a Phœnicibus *Palmulas*, quæ in Conualle Syriæ, uti a Theophraſto dicitur, ſeu Palæſtinæ verius, de qua

qua paullo poſt, aliiſque Judææ Conuallibus naſcebantur. שחה enim & טיח Judæis, Phœnicibus, Aſſyriis, *deprimere*; unde שחוי *foſſa*, ſeu *locus cauus*, valde ac *depreſſus*; φάλαξ autem, ut vulgo notum, *Palmæ fructus*, poſterioribus Græcis δάκτυλος dictus. Audiamus vero Theophraſtum de locis Palmarum irriguis agentem: εἶναι δὲ πολὺ τοιοῦτον ἐν ΤΩ ΑΥΛΩΝΙ, ἐν ᾧ καὶ ΤΑ ΦΟΙΝΙΚΟΦΥΤΑ τυγχάνει· ΤΟΝ ΑΥΛΩΝΑ δὲ τοῦτον λέγειν τοὺς Σύρους, ὅτι ἀφὶ τῆς Αραβίας μίγνυται τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ, καὶ πολλοὺς φάσκειν ἐληλυθέναι· τοῦτο δὲ ἐν ΤΩ ΚΟΙΛΩΤΑΤΩ συμβαίνειν ΤΟΥΣ ΦΟΙΝΙΚΑΣ. *Tale autem in* CONUALLE, *qua* PALMARIA *ſunt, exuberare:* CONUALLEM *illam per Arabiam uſque ad Rubrum tendere mare, Syros adfirmare, ac plerique, qui inde veniſſent, referunt. Eius itaque* CONUALLIS PARTE CAUISSIMA PALMAS *exoriri narrant.* Et notandum adhuc inprimis, quod innuit rurſus, θηλύζεσθαι δὲ MONOYΣ διώκεσθαι φασὶν ἐκ τῶν ἐν Συρίᾳ τοὺς ἐν ΤΩ ΑΥΛΩΝΙ· *Recondi autem ex iis* (Palmæ nempe) *fructibus, qui in Syria naſcuntur, illos* TANTUM *poſſe, quos* PALMARIA CONUALLIS *parturit, volunt.* Αὐλὼν vero Gazæ interpreti *Conuallis*, & ſi Heſychium conſulas, τάφρος, hoc eſt שחה vel *foſſa*, ſeu locus cauus & oblongus. Sic Plinius docet præter decantatas inſuper quarundam Judææ conuallium: *Quamquam laudatæ & Archelaide, & Phaſaelide, atque Liuiade, gentis eiuſdem* CONUALLIBUS. Hinc itaque cum Σάκα, tum voce hybride (quales frequentes apud Orientales commerciis & communione Græcorum receptæ, ſicut טטראמולי *Tetramulin*, de *quadrigis Mularum*, aliæque id genus) Σακοφάλακα dictæ Phœnicibus ac Syris φάλακα ſeu *Palmarum fructus*, qui in id genus Palmariis Conuallibus, earumque, ut diſerte tradit Theophraſtus, CAUISSIMA & depreſſiori parte naſcebantur, & qui ſoli tranſportari inde & recondi ſolebant. Niſi vero potius *Palmulas ita dictas* ſtatuamus a voce סוכה *Soucha*, quæ cum *natare*, tum *rigare*, ſeu *lauare* apud Orientales notat. Irriguis enim locis & multa aqua Palmas gaudere, Theophraſtus ac Plinius docent. Quibus accedunt cum Strabo, qui nobile illud Hierichuntis palmetum *totum irriguum* tradit; tum Joſephus, qui inde etiam celebratiſſimas eius Palmas, adpoſite hic inprimis, *irriguas* vocat: ΦΟΙΝΙΚΩΝ ΕΠΑΡΔΟΜΕΝΩΝ μὴν πολλαὶ ταῖς χώραις καὶ ταῖς παραγωγίαις ἀφίστασι· PALMARUMQUE IRRIGUARUM *genera, tam ſapore, quam nominibus varia*; docetque, quæ in ripis Jordanis proueniunt, longe eſſe fertiliores; minus autem quæ ab eo ſunt remotæ. Immo inde etiam, quod hic rurſus palmarium, peculiare & vicinum *Palmæ* nomen apud Arabas, quibus سقي *Saka* non *rigare* ſolum, ſed *Palmas aut vites colendas dare*, & vox سقي *Sakion*, cum *nubem* magnis guttis effuſam, tum *Paluam* ſignificant. Neque minus occurrunt aliæ adhuc Arabum voces, ab eadem radice profectæ, quæ & *abundantem pluuia nubem*, & *locum Palmis feracem* notant. Ut etiam inde liquere videatur, aliter ſentire eoſdem Arabes, quam Auctores, e quorum relatione tradebat Theophraſtus, *Palmas aquam ſcaturientem potius, quam pluuiam quærere.* Adferemus eius verba, ut leue ſimul in iis mendum eluamus; ἐπιζητοῦν (non ἐπιζητεῖ) δὲ μᾶλλον τὸ καματιαῖον ὕδωρ, ἢ ἐκ τοῦ Διός. Vides autem, ut opinor, ſatis perſpicue, ex eodem fonte profectum illud Arabum سقي *Sakion*, & Phœnicum apud Heſychium Σάκα, ac inde Σακοφάλακα de *Palma* & *Palmæ* fructu, ſeu *palmulis*, uti a Joſepho dici eas vidimus, *irriguis*, ab iiſdem uſurpatum. Unde etiam iam conſtat apud Heſychium, non poſtremam, ſed priorem ex duabus illis vocibus emendandam,

Il. Pl. lib. xv. c. viii. p. 34.

Ibidem p. 35.

Lib. xiii. cap. iv. Sect. 9.

H. Pl. pag. 34. lib. xiii. c. 4. Ἀφίστησι πάσας

Lib. xvi. pag. 763. Bell. Jud. lib. v. cap. 4.

H. Pl. pag. 34.

dandam, ubi Σαχαλα male pro Σαχαα legitur. E quibus inſuper illud abunde
Pyth. Oracul. pag. 399. euincitur, errare omnino Plutarchum, dum Palmam ait non inſtar aliarum arborum paluſtrem eſſe, aut omnino *aquæ amantem*, ſeu φιλυδρον. Unde etiam præter ea modo dicta, quæ id omnino redarguunt, aut Sacræ Scripturæ loca, in quibus *palmæ circa fontes* exſtare dicuntur, & alibi de manſione
Num. xxxiii v. 9. Hebræorum in deſerto in Elim, ubi *duodecim fontes aquarum, & ſeptuagin-*
Exod xvi. 27. Antiq lib. iii. c. 5. pag. 71. *ta Palmæ*, vocantur alicubi a Joſepho *Palmæ* διεζευγμεναι δι ὕδατος ἀσθενεις, *difficulter creſcentes, & humiles, propter aquæ inopiam.* Unde a Stra-
Lib. xvii. pag. 777. bone de Palmis Arabicis traditur: Πολλοὶ φοινικῶνες εἰσι πολυκαρποι. *Poſſidii Palmetum eſſe aquis copioſum*, & in magno honore haberi. Alibi de loco Libyæ, ubi
Lib. xvii. p. 838. Heſperidum horti, ac Cyrenaïcæ vicino, φοινικοτροφος τε καὶ πολυδενδρος. *Palmifer & aquis abundans.* Ex his vero rurſus lucem aliquam ac emendationem fœne-
Lib. xiii. cap. iv. Sect. 9. ratur corruptus Plinii locus, agens de communibus Palmulis: *Ex reliquo genere plebeiæ videntur, Syri & Juba tragemata appellant. Nam in aliqua parte Phœnices, Ciliciæque populari etiam nomine a nobis appellantur Balani.* Multa hic mirantur viri docti, aut a Plinii mente aliena, aut mihi nulla admiratione digna. Ego hoc unum de quo ſilent, cur nempe agens de *Palmulis* ſeu *Dactylis* Plinius, moneat quo nomine ſcilicet Cilicibus vocarentur: quum tamen de *Palmis Cilicum*, nec ipſe in ſuperioribus, aut alibi, nec Theophraſtus meminerint, qui alias accurate agunt de vario illarum natali ſolo, & multi ſunt in commemorandis Palmis Europæis, Aſiaticis, Africanis. Unde nullus dubito, expungendam hanc *Ciliciæ* vocem, & ita legendum ac diſtinguendum locum; *Syri & Juba tragemata appellant. Nam in alia parte Phœnices, Syriæque populari etiam nomine, a nobis appellantur Balani.* Hoc vult Plinius, *Palmulas* communes Syris quidem vocari *tragemata*; a Romanis autem eaſdem *Balanos* appellari, nomine ſcilicet de hoc fructu *populari* etiam, ſeu recepto in alia parte Phœnices ac Syriæ. Hæc, ut vides, ἀκόλουθα, & cum doctiſſimo Grammatico conſona, qui has *Palmulas* obſeruat Phœnicibus dictas Σακελλάρεις. Sed librarii, qui ſenſum loci non adſequebantur, & quibus molefta proinde videbatur iſta de *Syris* aut *Syria* repetitio, continuo a vicina *Cilicia* auxilium petiere. Illud vero *in alia*, pro *in aliqua*, habent codices antiqui, ac inter alios Chiffletianus, quod notauit Dalechampius. Unde illud etiam recte admiſit ὁ πάνυ in Plinianis Exercitationibus, qui bis hunc
Pag. 334. ult. edit. Pag. 930. locum tentat, cæteroquin irrito ſucceſſu; modo illud *Ciliciæque* retinendo; modo quod abſurdum ei videretur, vocari Plinio *Balanos*, *popularem* Romanorum *vocem*, quæ tamen eſſet Græca, in vocem *Græciæque* mutando, & *Phœnices* ibi non de regione, ſed de *Palmulis* interpretando. Et hæc quidem omnia, ſi quid iudico, valde ἀσύχως, & contra Plinii mentem. Hæc autem olim notaueram: qui nihil ea de re in nuperis viri eruditi ad hunc Plinii locum adnotatis monitum video: niſi quod *in alia*, pro *in aliqua* ſit bene in contextu receptum, & redarguatur ab eo itidem adducta modo Salmaſii *Phœnicem*, non de regione, ſed de *palmula* ibi male interpretantis, ob-
Lib. i. c. 129. ſeruatio. *Communes* nempe *Palmulæ*, exſiccatæ ſcilicet, Dioſcoridi ξηραὶ dictæ, Syromacedonibus Græca voce τραγήματα. Cuius appellationis fontem docet nos Xenophon, agens de Babyloniis palmulis; τὰς δὲ τινες ξηραίνοντες, τραγήματα ἀντιδίδοσαν, *nonnullas vero exſiccatas pro bellariis repoſuerant.* Earundem rurſus *Palmarum* fructus, iique vulgares, in alia parte Syriæ ac Phœnices appellati Βάλανοι, ſicut *præſtantiores Palmulæ*, voce ex Phœnicia & Græca coaleſcente,

leſcente, Σαρσαλαῖοι, ſeu *irriguæ*, ob rationes indicatas. Idem autem nomen *Balanorum*, *Palmulis* vulgo ex illo terrarum tractu petitis tribuerunt etiam Romani; nomen ſcilicet cum fructu, ut ſæpe accidit, mutuantes. Sic Plinius paullo ante agens de Palmulis alterius ſoli, nempe Orbis meridiani; *Eæ breues, candidæ, rotundæ, acinis, quam* BALANIS *ſimiliores.* Immo βάλανοι in genere olim de *Palmarum* fructu, quod ex Herodoto præterea, Xenophonte, & aliunde liquet, a Græcis dictæ; a poſterioribus vero demum φοίνικες, aut voce compoſita φοινικοβάλανοι, appellatæ. Tradit utique id, ut obſeruo, Galenus, qui ubi monuiſſet, Palmarum fructus vulgo eadem voce cum arbore, φοίνικας a Græcis dici; a recentioribus autem Medicis, compoſita etiam voce φοινικοβάλανος, addit continuo ſe poſtremum hoc nomen apud veteres Græcos non reperiſſe: φοίνικαν γὰρ ἐκεῖνοι ΒΑΛΑΝΟΥΣ τὸν καρπὸν τοῦτον, ΟΥ ΦΟΙΝΙΚΑΣ, οὐδὲ ΦΟΙΝΙΚΟΒΑΛΑΝΟΥΣ ὀνομάζουσι *Palmarum enim illi fructum* BALANOS, *non vero* PALMAS, *aut* PHOENICOBALANOS *nuncupant.* Qua poſtrema tamen voce de *palmulis* ſeu *balanis* uſi iam ſunt [a] Dioſcorides [b] Plutarchus. Adde, quod ab Athenæo adducantur veterum Auctorum teſtimonia, Melanippidis Mileſii, Hellanici, Phormi Comici, ipſiuſque Ariſtotelis, qui vocem φοίνικος, non de *arbore* ſolum, ſed de *fructu* ipſo *palmæ* uſurparint. *Balani* itaque proprie communes Orientis *Palmulæ* ſeu *Dactyli*, ſicut poſteriori nomine Græcis tandem, ac inde vulgo Latine loquentibus dictæ. Quamquam non ita recentem hanc appellationem, ut volunt viri magni, poſſem ex Artemidoro colligere, qui Hadriani ac Pii temporibus vixit, & apud quem hæc leguntur: αἱ τῆ Φοίνικος βάλανοι αἱ αὐθήμεραι ΔΑΚΤΥΛΟΙ καλοῦνται; *Palmarum Balani, quæ maturæ* DACTYLI *vocantur.* Sed, ut verum fatear, poſtrema iſta exiſtimarem omnino gloſſema alicuius magiſtelli, qui priores voces φοίνικος βάλανοι, ut paſſim Græcis olim dicti *Palmarum fructus*, ac una dein voce φοινικοβάλανοι, per vocem de iiſdem recentioribus demum Græcis familiarem explicandam ſibi in ora libri credidit, unde illa ab imperitis librariis in eum eſt poſtea recepta; ut ſexcenta talia, quæ in optimos Auctores utriuſque linguæ, quod eruditis notum, irrepſere. Certe cum ante, tum apud Auctores Artemidoro coæuos, & etiam infra eius ætatem, Athenæum, Galenum, ac e Latinis, Solinum, alioſque, qui ex profeſſo de *Palmis* agunt, & eorum *fructibus*, ignota adhuc illa Δακτύλων, ſeu *Dactylorum* de iiſdem appellatio. Neque vero, ut ad priora redeam, mirari debuit vir doctus ad Theophraſtum, *Balanum*, quæ vox Græca eſt, *popularem* dici Syris ac Phœnicibus, haud magis certe quam *Tragemata*, vocem itidem Græcam, & Syris tamen pro *Palmulis*, auctore eodem Plinio, haud minus uſurpatam. Nec enim ignorare debuit, his gentibus linguam Græcam, iuxta vernaculam antiquam, *popularem* euaſiſſe, poſt Macedonum in Syria imperium ac ſedem; adeo etiam ut publica monumenta Græca lingua vulgo conſignarent; quod vel tot nummi omnium illorum locorum clariſſime docent. Sicut vero *Palmariæ Conualles*, aut illarum fructus *irrigui* Joſepho dicti, ut vidimus, hoc eſt Σαρσαλαῖοι, celebres per ea loca; ſic a Palmarum copia *locus Palmarum* quidam dictus vicinus Babyloniæ, de quo occurrit mentio apud Talmudicos, טפוס והרא צנייתא דבבל *ab oſtio fluminis, uſque ad locum Palmarum Babyloniæ*; & pars Arabiæ olim, (quod iam monuit doctiſſimus Bochartus) דקלא *Dikla* nuncupata. Ad quas præterea voces דקלא & דקל *Dikla* & *Dakkel*, quæ *Palmam* apud Syros & Aſſyrios indicant, ſicut e-

[a] Lib. xiii. cap. iv. Sect. 9.

[a] Lib. i. cap. 193.
[b] Exped. Cyri lib. ii. cap. iii. §. 9. De Aliment. Succis cap. iv.

[a] Lib. i. cap. 149.
[b] Symp. lib. viii. Qu. iv. pag. 723. Lib. xv. p. 652. 653.

Oneirocr. lib. iv. cap. 90.

Beracoth. fol. 31. 2.

Phaleg. lib. i. cap. 22.

tiam apud Arabas ﺟﻠﺞ crederem omnino, recentiores Græcos adlusisse, qui petitas ex eo tractu *Palmulas*, seu *Palmæ fructus*, Δακτύλους nuncuparunt. Quod enim vulgo viri docti, & iuxta eos, vir magnus ad Solinum, a *digiti* longitudine aut figura ita demum dictos existimant, haud mihi continuo probatur. Nam quum non *Caryotides* solum, quod largiuntur, sed reliquæ etiam *Palmulæ*, quas ab ea *digiti* figura *Dactylos* appellatas volunt, non unius generis aut figuræ tradantur, & quidem Plinio diserte, differre figura rotunditatis aut proceritatis, certe parum opportune *Palmulis* commune *Dactylorum* nomen hæsisset, rotundis nempe perinde ac proceris. Imímo quum adhuc hodie Ægyptiis *Palma* seu arbor *Dactylos* ferens, *Dachel* nuncupetur, haud possum satis mirari rursus eundem τὸν πάλιν, illam ab hac voce δακτύλῳ deflexam statuere. An fugit hic virum, infinitæ alias, ut ingenue fatemur, doctrinæ, communis illa & antiqua דקל *Dakkel* seu *Dachel*, hoc est *Palmæ* in Syria ac vicinis locis appellatio; ut eam præter Arabas, apud Ægyptios adhuc hodie permanentem, ab hac voce δακτύλῳ, recentioribus demum Græcis pro *Palmæ fructu* (quod ipse alias contendit, & longe verissimum) usurpata, deriuandam sibi putauerit? Quam procliuius certe & longe conuenientius, ab antiqua voce & *Palmæ* natali solo propria, recentiorem Græcorum appellationem de illius fructu inde petito, deducere? maxime cum obuia occurreret ratio duplex illud κ in τ & τ permutandi, iuxta solitas ciusmodi litterarum adfectiones haud solis Doribus usitatas, qui τὸ κ τρέπουσιν εἰς τ dicuntur Moschopulo, aliisque priscis Grammaticis, & cuius rei varia exempla iidem suppeditabunt. Qua ratione etiam ex *Dakkel* factum Græcorum Δάκτυλος, & Gallorum *Datte*, de eodem Palmæ fructu. Sic vicissim τ Orientalium in κ Græcorum conuersum, ut ex תכלא *Tacla*, factum Græcorum Κάχλα vel Κάχλη, quod viderunt iam viri docti. Neque vero felicius alibi, usitatum iisdem Ægyptiis *Tamar*, pro *sicco Palmæ fructu*, deducit itidem ὁ πάλιν a Græca voce τεράγματα· quum tamen haud ignorare debuerit, illud ipsum תמר *Tamar* commune esse *Palmæ* nomen apud Hebræos, & apud Arabas. Immo quum constet Arabas, iuxta modernos Ægyptios, denotare hac voce non primiscue quosuis *Dactylos*, sed *siccos* tantum & seruari idoneos.

Pag. 917. ult. edit.

Lib. XIII. c. 4.

Ad Solinum p. 930. ult. edit.

PALMÆ JUDAICÆ *in nummis.*

Huius generis vero tulisse vel in primis *inclytam Palmis*, ut de ea [a] Plinius, JUDÆAM, haud ignoras. Hinc *Palma* etiam *Judææ* symbolum, idque non in antiquis solum ac vulgaribus Romanorum, cusis, ea deuicta, sub Vespasiano ac Tito, addam & Domitiano, nummis; sed in aliis etiam vetustioribus, qui a Judæis olim sunt percussi: cuius utriusque generis hic prostant: ac vel unde continuo elucescit, cur *Idumaeas palmas* seu *Judaicas* memorant passim, tanquam præcipuum regionis illius decus Romani Poëtæ [a] Maro, [b] Lucanus, [c] Martialis, [d] Silius; ac Lucanus quidem, [e] *& arbusto Palmarum diues Idume.*

a Lib. XIII. c. 4.

a Georg. lib. III. v. 12.
b Lib. III.
c Lib. X. Epigr. 50.
d Lib. III. v. 600. & lib. VII. v. 476.

Equidem

Equidem inter regiones præſtantiſſimis Palmis feraces, & quæ Romani Imperii iugum ſubierant, primas *Judææ* vulgo deferunt, præter memoratos modo Poëtas, [a] Strabo, [b] Plinius, [c] Galenus, aliique: quibus accedit iis antiquior Theophraſtus eo loco, quem non integrum expreſſit, prout hodie ibidem legitur, eius interpres Gaza. Quum enim in locis arenoſcis naſci maiori copia Palmas indicaſſet, addit ille eam in rem: ἐν τῇ Συρίᾳ ἢ τῇ κοίλῃ, ἣν Ἰουδαῖοι πλείστοι κυγχάνουσιν ἔχοντες, ἐν τούτοις μάλιστα τοπους ἀμμώδεσιν εἰ τὰς δωρεὰς ἀποκεῖσθαι, *in Syria quoque caua cognominata,* QUAM JUDÆI MAXIME OCCUPANT, (quæ verba omiſit interpres) *tribus tantum in locis arenaceis eas gigni, quæ condi reſeruarique poſſunt.* Siue autem ea verba, ἣν Ἰουδαῖοι &c. Theophraſti reuera fuerint, ut nihil certe obſtat; quum ab eodem aliiſque, maxime ea, aut ſuperiori ætate, Græcorum ſcriptoribus, *Syriæ*, ſicut ſequutis temporibus ſub Romanis, *Syriæ Palæſtinæ* nomine, *Judæa* deſignetur; ſeu gloſſema illud ſit, ut Gazæ, ac nuper etiam eruditiſſimo Palmerio videbatur; illud utique certum, per *Syriæ*, cuius mox ibi meminit *Theophraſtus*, & de quo ſupra, αὐλῶνα, intelligi omnino celebratiſſimam illam circa Hierichuntem in Judæa *conuallem*, palmarum præſtantiſſimarum copia, præ aliis olim terrarum ſub Romano imperio partibus, nobilitatam. Nec obſtat, quod ab eodem Theophraſto, ibi dicitur, eam *conuallem* tradi a Syris, & a pleriſq; qui inde veniunt, per Arabiam uſque ad Mare Rubrum tendere. Addit enim, non in tota illa *conualli*, ſed *in parte eius cauiſſima Palmas naſci*, τότε δὲ ἐν τῷ κοιλοτάτῳ περιεῖναι τὸς φοίνικας. Unde alibi *Balſamum* in eadem Syriæ conualli prouenire obſeruat; nempe quod in una etiam illa conualli Hierichuntina naſcebatur. Quæ rurſus è Strabone lucem fœnerantur, qui ſingulari Judæorum verſutia fieri tradit, quod *Palmam Caryoticam* & *Balſamum* non permittant multis in locis naſci, quo raritati pretium imponentes, reditum inde augeant. Idem vero alibi dixerat nobile illud Palæſtinæ ſeu Judææ circa Hierichuntem *palmetum*, ſpatio centum ſtadiorum totum eſſe irriguum, ibique eſſe inſuper *Balſami paradiſum*, qua voce de eo agens uſus itidem Theophraſtus, & quo certo ſpatio, intra quod illud naſceretur, concluſum locum indicat. Quibus accedit illud Plinii, de palmis in remotioribus Orientis partibus, ut Aſſyria: *ſed ut copia ibi atque fertilitas, ita nobilitas* IN JUDÆA, NEC IN TOTA, *ſed Hierichunte maxime. Quamquam laudatæ & Archelaide, & Phaſelide atque Liuiade, gentis eiuſdem conuallibus.* Quod firmat etiam ex parte Joſephus, qui *Phaſelidis palmeta*, Liuiæ Auguſtæ teſtamento a Salome relicta commemorat; ut vel inde eorum præſtantiam facile adſequamur: & quem locum a me olim, ubi de his agerem, indicatum, adduci quoque opportune ad eadem Plinii verba in nuperis eruditiſſimi Harduini adnotatis video. *Liuiadem* a Plinio quoque memoratam, ut *palmetis* in eo tractu nobilem, quod adtinet, eam haud procul a Jordane, ſed ad ulteriorem eius ripam, & e regione quidem Jerichuntis ſitam, tradit haud uno loco in libro de ſitu & nominibus locorum Hebraicorum, [a] Euſebius. Hinc Jordanem diuidere *Judæam*, *Arabiam*, & Αὐλῶνα, ſeu *Conuallem*, uſque ad Mare mortuum, alibi obſeruat idem [b] Euſebius: a quo poſtrema inſuper ſeu Αὐλὼν [c] alio loco deſcribitur: πεδιὰς μεγάλη, ἐπίμηκες, (ut vulgarunt viri docti libri illius editores) ὁ Αὐλὼν εἰς ὃν καὶ πεῖ κεῖται, interprete Hieronymo: *Aulon appellatur. Vallis grandis atque campeſtris, in immenſam longitudinem ſe extendens.* Quo ſpectare etiam obſeruo, quod Judæam diuiſam in *Montanam*, *Campeſtrem*, & *Vallem*

[a] Lib. XVI. p. 763.
[b] Lib. XIII. cap. IV.
[c] De Aliment. Facult. lib. IV. cap. 26.
H. Pl. lib. II. cap. VIII. pag. 34.
Exercad Auct. Gr. p. 584.
H. Pl. lib. IV. cap. VI. pag. 176.
Ibid. cap. VII. pag. 177.
Lib. XVII. pag. 800.
Lib. XVI. pag. 763.
H. Pl. pag. 176.
Lib. XIII. c. IV. Sect. 9.
Bell. Jud. lib. II. cap. 8.
[a] In Βεθρα-γὰς, Βεθρα-βάρη, Βεθ-σαμεσέ.
[b] In Ἰερ-δάνης.
[c] In Αυ-λὼν.

De Anno septimo cap. IX. §. II.

Vallem tradant Mischenici Doctores. E quibus autem continuo liquet, id quod in vertendis adductis modo verbis præmissum est ibi ab interprete eius Hieronymo, & per parenthesim insertum, de hac voce *Aulon* nempe, *non Græcum, ut quidam putant, sed Hebræum vocabulum est*; haud immerito utique ab eruditissimo Jo. Clerico, cum iam [a] antea, tum denuo in [b] Quæstionibus Hieronymianis redargui. Quodcunque enim fuerit Eusebii in eo libro de nominibus librorum Hebraicis agendi institutum (ad quod prouocat, ut modo ex Defensione eius Hieronymiana videri mihi licuit, eruditus ac nouissimus illius insignis Strigonienſis operum editor) non autem de appellatiuis Græcis: id utique vel ex adductis Eusebii verbis, aliisque, quæ ibidem leguntur, manifestum, ea voce ibi Αυλὼν, & alibi quoque in eodem libro, haud aliud intelligi, vel designari, nisi illam Judææ celebratissimam, de qua hactenus egimus, *Conuallem*, præstantissimis Palmis, maxime in cauissima eius, ut vidimus, parte olim feracem, ad quam sita erat, inter alias commemorata ibi ab eodem Eusebio urbes, Jericho; quæque *Conuallis* seu Αὐλὼν, ut itidem additur in Mari Mortuo desineret. Ut proinde nullus ibi locus detur ei voci Αυλὼν, quam pro Hebraica scilicet אילה *Elon*, usurparint Seniores: quum nec in eo, quod a viro erudito, ut nouas scilicet Hieronymo vindicias ferret, adducitur exemplo, Αυλὼν ab iis adhibeatur pro voce ibi Hebraica אילה *Elon*, sed pro alia & quam sequutæ etiam sunt aliæ omnes versiones antiquæ, [a] תצרת *Chasteroth* aut *Haseroth*, prout verterunt quoque [b] alibi hanc vocem Ασηρὼθ iidem Septuaginta; & quidem non de illa Judææ *Conualli*, aut loco Αυλὼν peculiariter in ea dicto, sed de eo, quod erat in deserto *Pharan*, haud procul a Mari Rubro. Cur vero eam vocem ibi adducto Deuteronomiorum loco, per Αυλὼν verterint Septuaginta, inde factum crederem, quod in deserto illo *Pharan*, de quo ibi agitur, *campus* foret seu *planities*, nempe πεδιὰς seu Αυλὼν unde אל פארן *Campestria* seu *Planities Pharan* dicitur in libro Geneseos, ubi prima occurrit eiusdem *Pharan* mentio, ac prout ea vox אל ibi & in Samaritano codice, non a Vulgato solum Interprete, sed in Paraphrasi etiam Caldaica, in Arabica vero *pratum* redditur. Verum ut Hieronymum hic absoluamus, & aliquam ineamus gratiam a postremo illius, & qui etiamnum in vulganda illustrandaque eius opera incumbit, erudito editore; crederem omnino hæc verba Hieronymi per parenthesin in adducto Eusebii loco, & a quo ea exulant, de hac voce Αὐλὼν inserta, nempe: *non Græcum, ut quidam putant, sed Hebræum vocabulum est*, glossema esse, quod ibi in margine adscriptum, in libri contextum male irrepserit. Maxime, quum tota, quæ ibi sequitur, de eadem voce Αυλὼν, eaque versa ab eodem Hieronymo, Eusebii adnotatio, nullum utique, ut modo vidimus det ibi locum huic eius obseruationi de Hebraica, non Græca, huius vocis significatione; immo ea inde aperte ibi conuellatur. Sed ea de re hactenus. Dicta vero, quod aliunde notum, *Hiericho*, a nobili decantatæ illius *Conuallis* Palmeto, *urbs Palmarum* in veteri Fœdere; nec minus etiam haud procul a mari Mortuo seu lacu Asphaltide sita ciuitas *Engaddi*, *Tamar* seu *Palmæ* nomine in libris [a] Chronicorum, & apud [b] Ezechielem appellata, & de qua illud eam in rem a [c] Josepho alicubi dicitur: πρὸς Ενγαδδὶ, πόλιν κειμένην πρὸς τῇ Ασφαλτίτιδι λίμνῃ τριακοσίοις ἀπέχουσαν σταδίοις τῶν Ιεροσολύμων· χωρίται δ' ὁ μὲν αὐτῆ ΦΟΙΝΙΞ Ο ΚΑΛΛΙΣΤΟΣ, ἣ Οπὸβάλσαμον, *ad Engaddi urbem Asphaltidæ lacui vicinam, trecentis stadiis a Hierosolymis dissitam: cuius ager fert* PRÆSTANTISSIMAM

a Ad Genes. Diss. I. p. 318.
b Quæst. I. §. VI. pag. 18. 19.

Operum Hieronym. T. III. pag. 1184.

In Ἰεριχὼ.

Ut supra.

a Deuteron. I. v. 1.
b Num. XI. v. 35. XII. v. 1.

Numer. X. v. 4.

Gen. XIV. v. 6.

Deuter. XXXIV. v. 3. Judic. I. v. 16. & III. v. 13.
a II Chron. c. XX. v. 20.
b Cap. XLVII. v. 19.
c Antiq. lib. VIII. cap. I.

MAM PALMAM, *& Balſamum.* Idem tangit Euſebius de urbe *Soar* vel *Zoar* haud procul, ſed ultra Mare Mortuum, ſeu ad eius oram ſita: καὶ φύεται γε πάρ αὐτῇ τὸ Βάλσαμον, καὶ Ο ΦΟΙΝΙΞ, *naſcitur etiam ibi Balſamum & PALMA.* Unde eadem *Zoar* עיר התמרים, *urbs palmarum* a Talmudicis dicta; quod iam monuit Cl. Lightfootius. De nomine Loc. Heb. in Βαλλὰ. Jebamoth. cap. XVI. n. 7. Cent. Chorog. Ante Matth. cap. 5.

Quum vero duplex foret, ut obſeruat [a] Strabo, *Palma* in *Judæa*, ſicut & in Ægyptia Thebaide, *Communis* ſcilicet & *Caryota*, quarum hæc præcipuo habebatur in pretio, & cuius prouentu conuallis illa Hierichuntina potiſſimum nobilitabatur; ita utriuſque illius *Judaicæ Palmæ* icones exhibent etiamnum nobis veteres nummi. Et *Communem* quidem cum Dactylis ſeu vulgaribus Palmulis, immo ſterilem etiam quandoque ſignant vulgo nummi Veſpaſiani ac Titi, cuiuſmodi ſupra iam adtulimus, cum JUDÆÆ CAPTÆ epigraphe. Eadem enim *Palmæ* huius figura, cum frugiferis vulgaribus, quas vel aliarum gentium nummi, vel traditæ ab Hiſtoriæ Plantarum Scriptoribus icones exhibent. *Palmis* enim *communibus* abundaſſe *Judæam*, vel inde liquet, quod in ſolemni Tabernaculorum feſto, omnes Iſraëlitas, & e Dei quidem præcepto, *Palmæ* ramum ferre oporteret. Adde, quod Chriſto Seruatore ante Paſcha adpropinquante Hieroſolymis, via, qua erat ei tranſeundum, *Palmarum* ramis a magna hominum multitudine, quæ ei obuiam proceſſerat, eſſet ſtrata. Hinc *Palmæ* etiam ramus, *Judææ* itidem inſigne in ſingulari quodam *Herodis Tetrarchæ* nummo (de quo alibi) inſcripto ΗΡΩΔΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ L ΑΛ, cum corona e lauro in auerſa eius parte. Idem vero Herodes, Galileæ nempe Tetrarcha & Perææ, cuius non apud Joſephum ſolum, ſed in ſacris etiam litteris occurrit haud ſemel mentio. Accedit ſignata in primariæ eiuſdem Tetrarchiæ urbis, ac proinde aliorum Judææ extra conuallem Hierachuntinam ciuitatum nummis, *Palma* arbor, *Sephoris* nempe ſeu ΣΕΠΦΩΡΗΝΩΝ, quem inter Traiani nummos vulgarunt iam celebres Antiquarii, cuiuſque adſpectu fruetur etiam hic lector.

De JUDAICA PALMA COMMUNI & CARYOTIDE.

[a] Lib. XVI. p. 818.

Leuit. c. XXIII. v. 40.

[f] Joh. Evang. cap. XII. v. 13.

Matth. XXV. v. 1. 3. 6. Marc. VI. v. 14 &c. Luc. III. v. 1.

Verum CARYOTAS *Palmas* præcipuum Conuallis Hierichuntinæ, iuxta *Balſamum*, de quo paullo poſt, decus, eaſque ferentes fructus cum magnitudine, tum ſuauitate, ac duritie præterea, utpote quæ adſeruari & recondi poſſent, a *Communibus* diuerſas, haud inuiderunt quoque nobis veteres Judæorum vel Romanorum etiam nummi; quod adtendi ab iis merebatur, qui de variis cæteroquin Palmarum generibus, vel adductis earundem iconibus, egerunt viri hac aut ſuperiori ætate rerum Botanicarum promicondi. Ex eo enim *Caryotarum Palmarum* genere licet ſtatuere tam exſtitiſſe. quæ ſpectatur in veteri Hebræorum nummo, qui hinc *Balſamum*, illinc *Palmam*, utrumque ſingulare & præcipuum Conuallis illius Herichuntinæ & extra quam in Judæa non naſcebantur, decus. Prior nummi area cum *Balſamo* adducetur paullo infra, ubi de de ea planta agendi erit locus. Duas vero *Palmulas Caryotidas*

Vid. Willalpand. in Ezechiel & Walton. in Apparatu Bibl. Polygl. p. 38.

ryotidas fert ibi Palma arbor, neque eas alioquin, prout expressa est illius nummi a viris doctis effigies & e sequenti eius ectypo liquebit, magnitudine insignes. Exstat vero singularis nummus Romæ sub Nerua percussus, & vulgo apud Antiquarios obuius, in memoriam sublatæ vexationis, qua Judaici ritus iure aut iniuria accusati, grauiter mulctabantur; cum illa proinde memorabili inscriptione, FISCI JUDAICI CALUMNIA SUBLATA. In eo autem, tanquam insigne illius gentis *Palma* arbor sculpta cernitur, cum maioribus solito *dactylis* seu *palmulis*, & quæ ad *Caryotidas* omnino videntur referendæ. En utriusque dicti modo nummi cum a Judæis ipsis, tum a Romanis signati, iconem:

Palmam hic cernis *Judææ* symbolum, & quidem ferentem fructus in postremo nummo, cum magnitudine, tum figura ab aliis diuersos. Neque illi certe alii, quam *Caryotides*, Isidoro *Nucales*, quæ inter Judaicos eminebant; & ad quas respexit Martialis.

Lib. VIII. Epigr. 33. Lib. XI. Epigr. 32.

Hoc linitur sputo Jani CARYOTA *Calendis*:

alibi, *Et notas Caryotides theatris*. Immo haud aliæ, quæ eam, ut iam vidimus, decantato adeo Hierichuntis *Palmeto* celebritatem conciliarunt; unde illud Cleopatræ ab Antonio insignis cuiusdam muneris loco datum, ab eadem cum aliis possessionibus magna mercede impetrasse sibi locari Herodem, refert Josephus. Eo autem magis huic memoriæ præ aliis commendari illæ merebantur, quod non vulgares etiam forent, aut magna copia nascerentur apud ipsos Judæos; & quidem gentis illius, quam paullo ante e Strabone memoraui, versutia, quo inde pretium *Caryotidum* illarum intenderetur. Præter hanc rationem, quam innata gentis auaritia suadebat, crederem etiam accessisse solitam eiusdem φιλαυτίαν, ut quod apud se optimum & vix alibi nascebatur, aliis gentibus inuiderent, accedente insuper idololatriæ Gentilium obtentu. Quod a me olim monitum adnotasse quoque, & iisdem ferme verbis lubens video, in nuperis ad Plinium adnotatis eruditissimum Harduinum: *Quod Caryotas præstantiore, raro admodum, & tum quidem ingenti pretio Gentilibus diuendebant, idololatriæ obtentu, ne falsorum numinum mysteriis inseruirent.* Certe de *Palmulis* hanc apud Talmudicos prohibitionem legas; אד דקל טב וחצב ונקליהם אסיר למכור לעייא *Etiam Palmulas bonas, & calamum sacchari, &* NICOLAOS, *non licet vendere gentibus*, sicut mediam illam inter *dactylos* & *Nicolaos* vocem חצב per *calamum sacchari* vertit nuperus ac eruditissimus Mischnæ editor ac interpres, & quidem, ut ex additis ibidem Magistrorum, Maimonidis & Bartenoræ commentariis liquet, eorum fide ad id adductus. Idem tamen ab iis recedit, in explicatione vocis ונקליהם quam illi non de *Nicolais dactylis*,

Bell. Jud. lib. 1. cap. 13.

Not. ad Plin. pag. 69. Tom. III.

Avod. Sara n. 6. in Mish.

Tom. III. p. 366.

dactylis, ſed de *ſpecie herbarum excellentium* interpretantur. Adeo ut Gemaricos Doctores ſequutus potius cenſendus ſit, qui, ut id obſeruat in hac voce laudatus modo Buxtorfius, eam eique ſimiles נקלוס & נקלם de *Nicolais* hiſce *dactylis* explicarunt. Dum vero eadem Miſchnæ, quæ paullo ante adduximus, verba citat ibidem & Latine reddit Buxtorfius, unam vocem חגב tanquam de vero eius vocis ſenſu ibi incertus, ſine interpretatione reliquit. Idem vero alibi eam de *hedera* a Talmudicis dictam notat; ac unde eam olim ita in eodem Miſchnæ loco accipiendam cenſuimus; quæ ideo nempe vendi Gentibus vetaretur, quod eadem in Bacchi myſteriis frequens eſſet. Talia enim quæ vulgo idololatriæ gentilium inſeruire putabantur, vetita iiſdem venundari; qua de re pleni Talmudicorum libri, & adlatum ſupra *Nucis Pineæ* exemplum ſatis docet. Qua de re tamen ad viros hiſce in litteris, ſeu in tractatione id genus Scriptorum, magis exercitatos, me ultro ac lubens utique refero. Alias vero triduo tantum ante feſta Gentilium, vetitum erat Judæis in Miſchna, omne cum iis emendi aut vendendi commercium, ſeu prohibitæ iis vendi res omnes ultra diem duraturæ; ut docet nos Magiſtrorum Coryphæus, peculiari de Idololatria Commentario. Immo idem alibi negat, fructus ad quæſtum interdictos, licet idolorum cultui deſtinatos, quamdiu necdum eis oblati ſint. Verum ſpecialis hæc & indefinita circa *Palmulas*, eaſque præſtantiſſimas, Talmudicorum prohibitio: ex qua utique illum fructum, tanquam ſuauitatis & raritatis præcipuæ, in ſacris etiam Gentilium præcipuum quendam locum habuiſſe, haud obſcure liceret colligere, ni id iam aperte de eodem teſtaretur Plinius: *Nam quos ex his* (Palmæ fructibus) HONORI DEORUM *dicamus, Chydæos appellauit Judæa, genus contumelia numinum inſignis. Chydæos* nempe per contemptum, quaſi *viles* ſeu *vulgares*; quo nomine *Palmulas* id genus dictas, liquet præterea ex Dioſcoride, ex quibus maturis vinum Palmeum fieri docet. Fruſtra ergo Plinium exagitat vir doctus ad Theophraſtum; quaſi præ ira & odio in Judæos ita fuerit abreptus, ut quid ageret aut ſcriberet, ignoraret: quod optimum enim in ſuo genere, honori Deum tribui, non quod vile & abiectum. At id non ex ſua, ſed ex Judæorum Helleniſtarum ſententia dicebat Plinius; & in quos proinde tanquam in Numina, & omneni eorum cultum contumelioſos inuehitur. Et quum pro *Chydæos* abſurde idem vir doctus obtrudat apud Plinium vocem *Iſæi*, an quæſo vox ea Hebræa magis aut Chaldaica priori illa *Chydæorum*, quam proinde a Judæis inditam præfracte pernegabat? Datas autem honori Numinum *Palmulas*, quod aperte tradit Plinius, & haud obſcure innuebant ſua illa prohibitione Talmudici, firmare præterea videtur nummus Damaſcenorum, a Cl. Triſtano vulgatus, in quo occurrit mulier nuda lancem *Dactylis* plenam Serpenti adponens, quæ vulgo Deæ Salutis ſymbolum in antiquis nummis. Per *Nicolaos* vero, quorum mentio in illo Talmudicorum præcepto, Palæſtinæ *Caryotidas*, de quibus agimus intelligendas, liquet abunde ex doctoribus Gemaricis, qui hanc vocem נקלם ſeu *Nicolaos*, alibi in Miſchna Talmudis Babylonici occurrentem, per vocem קריש ſeu *Caryotam* explicant; quorum utraque Hebræis quidem eſſet peregrina, poſterior tamen notior in terra Iſraëlis. Hanc doctorum de illis vocibus ſententiam legas apud doctiſſimum Buxtorfium, in voce קריטא Inde vero iam indubie colligas, *Nicolaos* illos Palmæ fructus ad Auguſtum miſſos, & ita ab eo denominatos, non *Dactylos* communes, ſed reuera *Caryotidas* fuiſſe, quibus

In Lexico Talm.

In חגב

Cap. 11. Sect. 1. Ibidem cap. VII. Sect. 10.

Lib. XIII. cap. IV. Sect. 9.

Ἀκρίδες γάρ εἰσι καὶ τὰς Ἰουδαίους &c. Lib. V. cap. 40.

Tom. I p. 130.

Orig. lib. XVII. cap. 7.

bus nomen illud *Nicolaorum* adhæsit; male proinde ab Isidoro *Nicolaos*, & *Nucales*, seu *Caryotidas* distingui: *Alii Thebaici, qui & Nicolai: alii Nucales, quos Græci* Καρυωτὰς *vocant.* Immo inde liquet, non in Græciæ solum, sed in Orientis etiam linguas, & usum transisse hanc *Nicolaorum* de his *Palmulis* appellationem; ac unde agens de iis Plutarchus haud parum illustratur:

Sympos. lib. VIII. Qu. IV. pag. 713.

τὰς μεγίστας καὶ καλλίστας τῶν φοινικοβαλάνων, NIKOΛΑΟΥΣ ὀνόμασι, καὶ μέχρι νῦν ὕτως ὀνομάζονται· *Maximas & pulcherrimas Palmulas,* NICOLAOS *nominauit, sicque* ETIAMNUM DICUNTUR. Quod adstruit etiam Anonymus

Expos. Totius Mundi.

sub Constantio Imp. Geographus, a doctissimo Jac. Gothofredo primum editus, qui *Nicholaum,* ut ibi dicitur (pro *Nicolaum*) *palmulam in Palæstinis* & quidem *loco, qui vocatur Jericho* nasci obseruat. Apud Arabas vero, quibus *Palmæ* & earum fructus tam varias sortiuntur appellationes, eundem usum horum *Nicolaorum* obtinere videas vocem haud remotam نخل de *Palma præstanti* ac *selecta* (adposite plane ad palmulas, quarum Xenephon meminit) a radice quippe نخل Hebræis נכל seu *nachal,* quæ *secreuit* & *elegit* apud eos notat. Ex quo fonte itaque, eam *Nicolaorum* de *Palma* apud Talmudicos appellationem profectam posset quis forte arguere; ni obstarent cum aperta illa Plutarchi & Athenæi de origine huius vocis testimonia; tum ipsorum Talmudicorum doctorum confessio, eam vocem ut plane peregrinam, & ignotæ sibi significationis profitentium. Ut nunc mittam opportunum hic *Caryotæ* exemplum, & adlegati supra *Strobili*, ac sexcentarum id genus vocum, quæ ex Græcia & Latio in eorum usum & sermonem paulatim irrepsere. Neque vero superiora potest infringere citati apud Suidam scriptoris

In Νικόλαος.

auctoritas, qui de *Palmulis* silens, *Placentas* a Nicolao Damasceno ad Augustum missas, *Nicolaos* ab eo dictas tradit. Sed facile scriptorem illum cum

a Ut supra.
b Lib. XIV. p. 652.
c Lib. XIII. cap. 4.

[a] Plutarcho, [b] Athenæo, Plinio, ac insuper cum Talmudicis doctoribus conciliabimus; qui nomen hoc *Nicolaorum,* non *Placentis*, sed *Palmulis* tribuunt; si dicamus *Placentas illas* ab hoc *Nicolao* ad Augustum missas, procul dubio ex his *Caryotis* confectas. Tales certe *Placentæ* e καρύαις (unde *Caryotarum* nomen) olim usitatæ, & peculiarem etiam inde appellationem nactæ. Hesychius, Καρύαν, πλακοῦς ἔχων κάρυα. Immo eiusmodi è *Dactylis* aut *Caryotis* Placentas, fuisse iam olim inter præcipuos Orientalium cibos, liquet adhuc ex non una voce Arabica, qua *edulium* delicatum ex butyro & *Dactylis* confectum indigitant; nempe عجوة, item برضف. Tam *Caryotæ* itaque, ab hoc Nicolao ad Augustum missæ, quam *Placentæ* ex iisdem confectæ, *Nicolaorum* nomen sunt ab eodem nactæ. Eas vero, ut obiter id tangam, confectas e *dactylis* illis *placentas,* ac eo *Nicolaorum* nomine, uti olim vidimus, appellatas, ag-

Hárduinus Not. ad Plin. pag. 69. Tom. III.

nouit non solum ad Plinium vir doctus, sed insuper auctorem eius rei adducit ibi Athenæum. Quod tamen apud eum non legitur; sed missas tantum

Athen. lib. XIV. p. 652.

a Nicolao illo Damasceno e Syria, hoc est e Judæa, ubi is apud Herodem agebat, ad Augustum, quarum esu ille delectabatur, palmulas, & quidem, ut ex Anonymo Geographo paullo ante vidimus, & facile licuit statuere, e præstantissimis conuallis Hierichuntinæ *Caryotis*; unde ab eodem Augusto, cui Nicolaus ille, ut aliunde scimus, erat cæteroquin familiaris, *Nicolaorum* nomen iis continuo fuerit inditum. De *placentis* vero inde confectis, idem-

In voce Νικόλαος.

que *Nicolaorum* nomen inde nactis, nulla ibi apud Athenæum mentio; sed apud Suidam, uti hic olim obseruaui; quique nec e *Palmulis* quidem seu *dactylis* easdem fuisse ibi nominatim tradit, sed μελιτώτας, seu *mellitas* exsti-

tisse

tiſſe tandum monet. Quo tamen nomine placentas e præſtantiſſimis dactylis, quales *Caryotæ* ſeu *Nicolai*, confectas, dici poſſe haud diffiteor; qui noui a [a] Talmudicis, *Dactylos conuallium*, ut qui haberent plus mellis, cæteris inde prælatos dici: in iis quippe ſpectari abundantiam mellis ac inde *mel palmarum* alibi vocari in [b] Miſchna. Unde etiam [c] Strabo illuſtratur, qui e palmis, mel & vinum inter alia fieri ab Aſſyriis docet.

a Miſchn. de Primitiv fruct. pag. 1. §. 9. Maimonid. ibid.
b De Voris c. VI. §. 7.
c Lib. XVI. pag. 542.

Ex his autem *Caryotis* fiebant potiſſimum VINA illa e Palmis, quibus Oriens olim utebatur. E vulgaribus etiam *Dactylis* confecta itidem, liquet alias e [d] Plinio ac [e] Dioſcoride; ſed e *Caryotis*, ut peculiari ac longe optimo Palmularum genere, optimum & nobiliſſimum vinum parabatur; unde & apud Talmudicos קוריסי pro *vini* ſpecie legitur. Succo nempe, uti modo de eorum melle diximus, commendatæ olim inter alia *Caryotæ*: Plinius: *Ab his* CARYOTÆ *maxime celebrantur, & cibo quidem, ſed & ſucco uberrimæ, ex quibus* PRÆCIPUA VINA *Orientis, iniqua capiti, inde pomo nomen.* Nugæ, quæ de nominis tradit origine. Aliud κάρυον, unde καρυωτὶς, ſeu *nucalis palmula*, & inde vinum *Caryoticum*; aliud κάρη ſeu κάρηνον, *caput*. Quod agnouit etiam, qui cæteroquin Plinium ab erroribus immunem præſtare lubentius adgreditur, nouiſſimus ac eruditus eius interpres: ut haud fruſtra id olim a me monitum vel inde poſſit quiuis arbitrari. Id vero non *Caryoticis* ſolum, ſed *Palmeis* in genere vinis commune, ut, quod ait Plinius, *iniqua* eſſent *capiti*, haud difficulter largiemur. Hoc enim & cibo e recentioribus Palmulis tribuit [a] Dioſcorides, & *vino* etiam *palmeo* [b] Xenophon, & ex eodem [c] Athenæus, ἦν γὰρ πρὸς πότον ἥδιστος ἦν καὶ καταθλῶντας εἰς ΟΙΝΟΥ μεταχρηματίσειν φύσιν. KAΡΩΤΙΚΟΝ δὲ καὶ τὸ τοιοῦτο καὶ μέθης ἐργαστικόν. SICERAM *autem hic vocat* PALMARUM SUCCUM, *quem adſeruant, preſſum & contritum fructum in* VINI *naturam transformantes. Eſt autem illud* CAPITI GRAUE, *& ad* EBRIE-

Hard. Not. ad Plinium p. 68. Tom. III.
a Lib. I. cap. 129.
b Anab. Lib. II. cap. 3.
c Lib. XIV. p. 651.
d Lib. II. pag. 71.
e De Cult. Divin. cap. 1. §. 3.

operis de Idololatria Gentilium; verum aliud agendo procul dubio, neque re ſatis accurate expenſa. Cæteroquin *vinum* hoc *Palmeum* inebriandi vim habuiſſe, haud minus quam quod ex uuis prouenit, tradit apud Philoſtratum Apollonius. Hinc Hieronymus in Epiſtola ad Nepotianum: SICERA *Hebræo ſermone omnis potio nuncupata, quæ* INEBRIARE *poteſt; ſiue illa quæ frumento conficitur, ſiue pomorum ſucco, aut quum faui decoquuntur in dulcem & paruam potionem, aut* PALMARUM FRUCTUS *exprimuntur in liquorem.* Hæc autem omnia rurſus valde illuſtrat ſequens apud Chryſoſtomum locus: ΣΙΚΕΡΑ δὲ ἐνταῦθα φησὶ ΤΩΝ ΦΟΙΝΙΚΩΝ ΤΟΝ ΟΠΟΝ, ὃν ἐπιτήδευον, σωτρίβοντες δὲ καρπὸν καὶ καταθλῶντες εἰς ΟΙΝΟΥ μεταχρηματίσειν φύσιν. KAΡΩΤΙΚΟΝ δὲ λέγει τὸ τοιοῦτο καὶ μέθης ἐργαστικόν. SICERAM *autem hic vocat* PALMARUM SUCCUM, *quem adſeruant, preſſum & contritum fructum in* VINI *naturam transformantes. Eſt autem illud* CAPITI GRAUE, *& ad*

Ad cap. V. Eſaiæ pag. 1058. Tom. I. edit. Savil.

EBRIETATEM *prouocans.* Aliud nempe aurei Oratoris Καρυωτική, seu Xenophontis ea de re κεραλαλγής, aliud Καρυωτός. Inde vero crederem ad *Palmam* arborem, & *Caryotam* inprimis, e cuius fructu & succo, auctore Plinio, præcipuum id genus vinum in Oriente parabatur, respexisse Maimonidem sequenti illa sua lege, quam Romanis tantum eruditissimi interpretis verbis hic adfe-

De Idolol. cap. VIII. §. 7. remus: *Arbor sit, cuius fructus colebant Gentiles, dicentes eos seruari ad faciendam inde potionem, pro huius vel illius Idoli delubro; si de potione ex iis confecta biberint die festo, usus illius arboris interdicitur.* Ex illo autem *Palmei vini* usu in Oriente, profectæ communes illæ Arabum voces, quæ *custodire Palmetum aut Vineam, Palmarum & Vineæ custodem, Palmas aut Vites colendas dare,* ex æquo significant. Neque vero *Judæam* solam ac *Thebaïda,* sed *Babyloniam* insuper ac ulteriorem Orientem, *Caryotis* illis feracem fuisse, ex Diodoro ac Strabone licet colligere; quam prærogatiuam etiam inter For-

Lib. VI. c. 32. tunatas Insulas, Canariæ tribuit alicubi Plinius. Apud Strabonem quidem le-

Lib. XVII. pag. 818. gimus, *Palmam* Thebaïdos *Caryotam,* ἐ πολὺ χείρονα τῶ Βαβυλωνίε, *non multum meliorem, quam Babyloniam:* at crederem omnino ibi legendum, ἐ πολὺ χείρονα, *non multum inferiorem;* quod longe & scribendi usui, & veritati conueniens-

H. Pl. lib. XII. cap. 8. tius. *Babylonicæ* enim *Palmæ,* iuxta Theophrastum, & inter illas quidem *Regiæ,* omnium præstantissimæ cum magnitudine, tum virtute. Unde & *selectos* seu ἀπολέκτους Palmarum fructus apud eosdem Babylonios, eosque magnitudine & pulchritudine mirabiles, non in promiscuo quidem usu familiæ, cui vulgares relinquebantur, sed Dominis tantum seruatos docet loco supra

Exped. Cyr. lib. II. cap. III. iam indicato Xenophon. Quin & in libro Aruch, Auctoris e recutitorum gente, ac proinde hoc loco fide digni, dicitur, קשב vocari in Oriente *Palmæ* speciem in Perside prouenientem, præstantiorem *Palmis,* quæ nascuntur in Palæstina. Et de *Palmis* hactenus tam *Caryotis,* quam *Communibus,* quæ in antiquis Nummis signantur.

VII.

De BALSAMO, *Arbore* THURIFERA, *&* CALAMO ODORATO *in Nummis.*

Neque vero alterum illud, iuxta *Palmam,* præcipuum quoque ac peculiare omnino JUDÆÆ olim decus, BALSAMUM nempe, præterire hic nobis licet. Ea enim insigni planta, & quæ alibi haud nasceretur, feracem fuisse insuper, quod supra adtigimus, conuallem Hierachuntinam, & quidem, ut omnium rerum, quibus felix ille tractus abundaret, maxime preciosa & carissima, non tradit solum variis locis [a] Josephus, sed e Græcis insuper Romanisque Auctoribus, [b] Theophrastus, [c] Strabo, [d] Plinius, [e] Solinus, alique. De *conualli enim* Hierichuntina, & quæ ad *Engaddi* usque, ad Mare Mortuum, ut supra vidimus, porrigebatur, adde & urbem *Zoar* trans illud Mare, in qua iuxta Eusebium, nascebatur etiam *Balsamum,* intelligenda sunt Theophrasti verba, ubi ἐν τῇ αὐλῶνι τῇ περὶ Συρίαν, *in ualle Syriæ* prouenire dicit *Balsamum.* Quod vero addit ibidem in duobus consitis hortis illud nasci; uno viginti iugerum, altero multo minore, & quod de Palma, quæ in eadem conualli proueniret, alibi ut antea vidimus, obseruat, luculenti sunt insuper eius rei testes memorati modo Strabo & Plinius: quorum iste, ut passim, ita

a Antiq. lib. XV. cap. 5. Bell. Jud. lib. V. c. 4.
b H. Pl. lib. IX. cap. 6.
c Lib. XVI. p. 763.
d Lib. XII. c. 25.
e Cap. 35.
De Locor. Nom. Ebraic. in Βαβλά.

hic

hic quoque Theophraſtum interpretatur : *ſed omnibus odoribus præfertur* BALSAMUM, UNI *terrarum* JUDÆÆ *conceſſum, quondam in duobus tantum hortis, utroque regio, altero iugerum* XX *non amplius, altero pauciorum.* Per *hortos* nempe, ut obiter id tangam, vocem κῆποι, qua cum Theophraſtus, tum Strabo etiam eam in rem indicatis modo locis, uſus eſt, reddidit ibi Plinius; ut de *ſatiuo balſamo* id ab eo intelligi omnino liqueat. Mitto autem hic, quod alibi quoque prouenire *Balſamum* ſit proditum; uti in Arabia, & quidem, iuxta [a] Diodorum, ſola; quod videtur quoque adſtruere [b] Pauſanias, & in ea reperiri tradit etiam [c] Strabo. Adde in Ægypto, iuxta [d] Dioſcoridem: adeo ut illud ſua ætate in ſola Cairo, ſi [e] Bellonio fides, reperiretur. Unde ex Arabia Silueſtris *Balſami* fructus primum in Ægyptum delatos ſtatuit idem Bellonius, & iuxta eum alii; immo de Judaico etiam *Balſamo*, id firmare videatur Joſephus, qui perhiberi obſeruat, quod *Balſamum*, cuius ferax ſit, ut ait, *noſtra regio*, ſeu Judæa, Reginæ Sabæ, quæ Salomonem adiit, munificentiæ ferri acceptum oporteat. Sed quodcunque tandem fuerit patrium precioſi huius *Balſami* ſolum, id utique conſtat, haud aliam olim regionem præ Judæa, & quidem conualli apud eandem Hierichuntina, fuiſſe illius prouentu magis nobilitatam. Ut non mirum ſit proinde eandem plantam, iuxta *Palmam Caryotam*, fuiſſe ab ipſis olim Judæis, in veteri eorum nummo, cuius partem alteram cum Palma id genus, ſupra iam adduximus, expreſſam. Unde etiam poſt deuictam a Romanis Judæam, tanquam inſigne eius rei ac regionis monumentum, celebratum adeo illud *Balſamum* Romæ triumphalem pompam condecoraſſe legitur. Memorabilia ſunt eam in rem, poſt natale eius ſolum, & intra quot iugerum ſpatium illud proueniret, e Theophraſto, ut paullo ante vidimus, indicatum, Plinii verba: *Oſtendere arbuſculam hanc urbis Imperatores,* VESPASIANI. *Clarumque dictu, Pompeio Magno in triumpho* ARBORES *quoque duximus.* Unde etiam prædicti *Balſami* arbuſculam, in Titi Veſpaſiani de Judæa deuicta triumpho prælatam licet continuo ſtatuere; ac ad eam proinde referendam, ut Cupero quoque noſtro, harum antiquitatum, uti aliarum inſuper litterarum inſigniter perito, placuiſſe memini, quam in quadrigis triumphalibus thenſæ impoſitam oſtentat Romanus eiuſdem Titi nummus. Neque enim eos iam hic moror, qui vel aureum Templi Hieroſolymitani candelabrum, vel ignem in eodem nummo ſignari hactenus putauerunt; & præ quibus cautior vir eleganti eruditone ac induſtria Albertus Rubenius, qui ſe ea de re, utrum nempe ignis foret in eo nummo, iuxta Æneam Vicum, inſculptus, tanquam de nummo a ſe non viſo, nihil ſtatuere adfirmat. Eiuſdem vero accuratum hic typum, e nummo præclari in hac Britanniæ Metropoli & harum quoque antiquitatum impenſe ſtudioſi Medicinæ Doctoris, Nicholas ſculpendum duximus, una cum ſignato in memorato paullo ante Judæorum nummo *Balſamo*; & e quo equidem, de figura precioſæ illius plantæ licet utique liquidius, quam e dicto Titi nummo ſtatuere. Id autem eo magis lectorem, ut opinor, adficiet quod de huius *Balſami* figura haud una ſit veterum ac recentiorum, qui res Botanicas adtigere, quos iam non hic expendimus, ſententia; neque ſatis cum hoc Judaico *Balſamo* conueniant, ex *Balſami*, quas vel Proſper Alpinus, vel Matthias Lobelius, tradidere, a nobis beneficio rerum naturalium & antiquarum cognitione excellentis Regiæ huic Societati a ſecretis, Hans Sloane inſpecti icones.

E prio-

Lib. XII. c. 25.

[a] Lib. II. pag. 192.
[b] Lib. IX. p. 583.
[c] Lib. XVI. p. 778.
[d] Lib. I. c. 18.
[e] Obſerv. lib. II. c. 39.
[f] Vid. Proſper. Alpin. & Cobel. de Baſſamo. Antiq. lib. VIII. cap. II. p. 270.

Lib. XII. c. 25.

Not. ad Num. Areſchot. Tab. XXX. n. 13.



E priori utique icone liquere videtur, haud male omnino a Theophrasto *Malo Punicæ* adsimilari *Balsamum*; ut iam ea mittam, quæ de foliis eius vel *Rutæ*, vel *Amaraco*, similibus, a veteribus dicta sunt, & qua de re, præ aliis naturalis Plantarum Historiæ conditoribus adiri possunt, qui de *Balsamo* sunt commentati, dicti modo Bellonius, Alpinus, & Lobelius.

Verum neque *Palmas* solum suas, aut *Balsamum*, natiuas & decantatas regionis plantas suppeditant nobis prisci *Judæorum* nummi; sed antiquiora insuper quæ in signatis itidem & qui ab iis, ac ab eruditis etiam inter Christianos proferri solent, nummis, cœlitus indulta iis quondam beneficia, MANNAM nempe *Urnæ* impositam, & VIRGAM AARONIS amygdalas ferentem. Mitto Judaicos alios nummos, eosque non Samariticis, ut priores, sed hodiernis Hebraicis seu Assyriacis litteris inscriptos, in quibus hinc Thuribulum cernitur cum thure fumum exhalante; illinc non adeo *Virga Aaronis*, quam *Ramus*, ut verius aliis visum, *Oleæ*. Cuius proinde utriusque generis hic prostant:



Sed præterquam, quod de iis egerint viri harum litterarum principes, ac præ aliis Arias Montanus, Waserus, Willalpandus, Morinus, Kircherus, & Hottinguerus, non ea iam hic tangam, quæ in secunda huius operis Dissertatione, de dubia eorum fide ac vetustate, seu verius de eorum ἀτελείᾳ sunt a nobis obiter monita. Quod sicut de aliis quibusdam cusis, Hasmonæorum temporibus, aut etiam infra eorum ætatem, & cum symbolis aliis, uti, *Palmæ*, *Vitis folii*, & cum Samariticis quidem litteris, non est similiter a nobis traditum, sed adserta potius eorum fides ac antiquitas: ita idem statuere licet de vulgato a Morino nummo, cum Samariticis quoque, sed detritis litteris, in cuius anteriori parte *Calix*, in auersa vero ramus veluti *Cupressi* conspicitur. Ne iam huc adducam eiusdem commatis nummos Gazæ Mediceæ, in quibus præter *Palmam* in anteriori eorum area, *Trifolium* veluti, seu flos aut herba exotica instar Silphii, ut videbatur erudito illius Gazæ custodi Fittonio, cernitur.

Vid. Walton. Polygl. de Num. Veter. Hebræor. pag. 17.

Neque vero pretiosas suas merces hic nobis inuidit Sabæa. THURIFERAM certe ARBOREM, quanto usu olim sacram & nobilitatam scimus, tanto, vel fatente Plinio, ignotam eius faciem, neque ab ullo Latinorum, penetrata licet a Romanis Arabia, traditam. At cum RAMUM illius arboris, tum CALAMUM præterea ODORATUM, ex præclaro Traiani nummo opportune

Lib. XII. c. 4.

portune eruit feliciſſimæ indaginis antiquarius Triſtanus: quem autem nummum ſupra iam alia occaſione adtulimus. Arabiam nempe a Traiano in formam Prouinciæ redactam exhibet hic nummus, ut vel innuunt litteræ ARAB. ADQ. ſeu *Arabia Adquiſita.* Prouinciam autem illam conſueto more repræſentat mulier cum Camelo, dextra Ramum, ſiniſtra Calamum tenens. Ramum autem illum eſſe arboris THUREM ferentis, cum proprium Arabiæ decus ſuadet; tum ſimilitudo cum *Lauri* foliis, qualem illi Arbori tribuit Theophraſtus: δαφνοειδὲς ἐ λαύρυλλον ἐ. *Thuris folium laurinum, leueque.* Plinius autem: *Cortice lauri eſſe conſtat; quidam & folium ſimile dixere.* A qua etiam ſimilitudine cum *lauri* foliis eundem in hoc Traiani nummo, cum epigraphe ARAB. ADQUIS, ramum non abludere, agnoſcit ad eadem Plinii verba de *Thure* nuperus eius ac eruditus interpres; etſi nulla eorum facta, qui prius id monuerant, mentione. Alii vero, iuxta eoſdem Auctores, folio pyri ſed minore, aut lentiſco ſimilem hanc arborem tradunt; quæ nec multum quoque recedunt a ſuperiori effigie. Virgas etiam *Thuris* ſuo tempore ad Romanos commeaſſe tradit Plinius, ſed ramuſculis vacuas, ut licet ex eodem facile colligere. Quo etiam referendus mihi videtur Ramus ille, quem Rex Arabum Aretas ſupplex manibus præfert in antiquo & inſigni denario Gentis Æmiliæ, a nobis itidem alia occaſione ſupra iam adducto. De reliqua nummi explicatione conſuli poteſt Urſinus. *Calamum* autem, quem ſiniſtra præfert mulier Arabiam repræſentans in ſuperiori Traiani nummo, eundem eſſe cum CALAMO ODORATO, celebri itidem Arabum merce, erudite probauit Triſtanus. Unde a Didymo in Geoponicis, ut hoc addam, dicitur, quod Calamus ille vocetur Κάλαμος Ἀραβικὸς, in Arabia nempe & Syria naſcens. Ita ut ſuperior nummus utrumque illud repræſentet, de quo olim Propheta. *Ut quid mihi* THUS *de Saba adfertis, &* CALAMUM SUAVE OLENTEM *de terra longinqua?*

Tom. I. pag. 390.

H. Pl. lib. XII. cap. 4. Lib. XII. c. 4.

Ibidem.

Lib. VI. cap. 6.

Jerem. VI. v. 20.

VIII.

De DICTAMNO, *aliiſque quibuſdam* PLANTIS *in Nummis.*

Quid iam DICTAMNUM memorem, herbam Cretæ, quod nemo neſcit, propriam ac peculiarem, quamque proferunt Inſulæ illius nummi; ſicut præter alios, quod erudito cuſtodi illius Gazæ Fittonio videbatur, *Paphiorum* nummus Mediceus? Accedit corona e *Dictamno* cum ſerpente in nummo *Cretenſium* ΚΥΔΑΙΩΝ, iuxta Goltzium. An vero expreſſi in nummis CAULONIATON Italiæ ſeu Magnæ Græciæ ramuſculi, eandem plantam exhibeant, ut cenſebat idem Goltzius, fateor me dubitare, ac ad vulgarem *laurum* eos lubentius referre. Neque etiam cum eo ad *Dictamnum* referendum putem, haud diſſimilem coronam cum Serpente itidem, in nummo ΚΡΗΤΑΙΩΝ, ſed ad *Hederam* potius, cum memorato modo Mediceo olim, eoque inſigni Antiquario. Quod vero idem Dianæ caput in veteri nummo cum inſcriptione ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΠΕΡΓΑΙΑΣ *Dianæ Pergææ*, corona e *Dictamno* ſignatum exiſtimat, ac e *Dictamno* exſtitiſſe id, quod eadem manibus præfert, ſertum, iſtud ex eiuſdem nummi, qui in Theſauro Brandenburgico ſimiliter occurrit, ac inde quoque eſt diuulgatus, adſpectu haud continuo eruitur; ſed

Inſ. Græc. Tab. IV. &c.

Thes. Brand. Vol. 1. pag. 506.

reuera haud alias quam e lauro, quales ibi quoque ab eximio Begero noſtro deſcribuntur, coronas illas exſtitiſſe. Verum ſignatam omnino hanc plantam DICTAMNUM, & quidem cum Capra eam adpetente, in Cretenſi *Elyriorum* nummo, qui in eadem Regia Gaza conſpicitur, & inde quoque huc aduocandus, omnino arbitror.



Beger. Ibidem. pag. 403.

H. Pl. lib. IX. cap. 16.

Neque enim obſtat, ut laudato modo Regii Theſauri editori ac interpreti videbatur, quod *Dictamnus*, non *Arbor*, ſed *Herba* Dioſcoridi vocetur. Ramos enim ei, etſi tenues ac folia, tribuit Theophraſtus; additque exiguum eſſe in Creta locum, qui fert *Dictamnum*, eumque Capras voluptatis cauſſa depaſcere. Adde, ut recentiores rerum Botanicarum ſcriptores mittam, de *Dictamni caule* Maronem:

Æneid. v. 412.

Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus CAULEM FOLIIS, *& flore comantem.*

De aliis adhuc Plantis in antiquis nummis.

ACCEDUNT aliæ adhuc ſubinde ſingulares in antiquis nummis PLANTÆ, iiſque locis ubi illi ſunt cuſi, itidem peculiares, vel in eadem aliunde aduectæ; aut vero ob nominis communionem, ſeu tanquam urbes φυτώμεναι, ibidem ſignatæ. Sic, poſtremum quod adtinet, Coronam e MYRRHA, Græcis Σμύρνη, Æolibus tantum Μύρρα, in præclaro *Smyrnæorum* nummo Gazæ Regiæ Brandenburgicæ expreſſam videre licet; ut bene iam aduertit, cui Theſauri illius antiquarii cuſtodia, & diuulgandi illum facultas fuit feliciter credita. Etſi enim alterius ſoli, & eiuſdem, quod Thus ferret, Arabiæ nempe Felicis, & qua de re videri poteſt Theophraſtus, haberetur eadem *Myrrha*; factum tamen videtur ob nominis communionem, plantæ nempe huius & urbis Σμύρνης, ut corona ex ea ſit a *Smyrnæis* plexa: immo ſicut apud *Sardes* Thuris arborem natam refert, ubi de utraque hac planta agit, Theophraſtus; ita apud *Smyrnæos* quoque aliqua forte Σμύρνης ſeu *Myrrhæ* arbor, ſingulari quodam ſtudio, & quaſi in urbe φυτεύμα, coleretur. Quam in rem, de illa nempe *Smyrnæ* urbis cum planta cognominis appellatione, audiendus eſt Plutarchus: δύοιν ἢ ὠμπελίμων τοῖς ἰωδεστάτοις φύτοις πόλεων, Ἴου καὶ Σμύρνης, ἡ ποιητὴ Ὁμηρον, ἐν τῇ μὲν τίκτεσθαι λέγουσιν, ἐν τῇ δ' ἀποθανεῖν, duabus *vero plantis* (*Violæ* nempe & *Myrrhæ*) *fragrantiſſimis cognominum urbium Ii & Smyrnæ, Homerum poëtam in una natum ferbibent, in altera mortuum.* Quum vero haud eadem, eaque ſatis incerta, quod agnoſcunt etiam, qui nouiſſime de Plantarum hiſtoria ſunt commentati, de voce huius *Myrrhæ* figura, ſint a veteribus ac recentioribus tradita; haud aliena tamen ſunt a Theophraſti, ubi de hac planta agit, deſcriptione, & cuius ea de re verba ad nummum illum iam adtulit præſtantiſſimus Begerus, coronæ illius in nummo *Smyrnæorum* folia.

Beger Theſ. Brand. Vol. 1. pag 498.

H. Pl. lib. IX. cap. 4.

Ibidem p. 175.

In Sertorio p. 568.

Jo. Raii Hiſt. Plantar. lib. XXXII. Sect. IV. pag. 1841. Tom. II.

Sic

Sic APIUM frequens in *Selinuntiorum* nummis, a quo, nempe Siculo oppido *σπαπάμῳ* itidem nomen, quod vel ex Siciliæ Paruta obuium; ac unde Plutarchus illuſtratur, qui tradit alicubi *Selinuntios* Delphis aureum *Apium* dedicaſſe. De corona vero e viridi *Apio* in Iſthmiis quondam, ſemper vero in Nemeis Græcorum Agonibus adhibita, eaque inde in nummis Neronis obuia; iam ſupra egimus. Mitto nunc Coronam ex HYPOGLOSSO ſeu LAURO ALEXANDRINA, qualem in præclaro *Myrinæorum* nummo obſeruauit Cl. Triſtanus. Quamquam autem vulgo diuerſæ illæ plantæ ſtatuantur, quod Dioſcorides, Galenus, aliique diuerſis locis de iiſdem agant; ita tamen utramque deſcribunt, ut vix certe magnum inter eas diſcrimen fatea־ris. At vero illud obſtare videtur, ne continuo cum Triſtano *Laurus Alexandrina* in eo nummo ſignari credatur; quod hanc diſerte tradant [a] Plinius, [b] Dioſcorides, [c] Oribazius, fructum ſeu baccam in medio folii gerere, ciceris magnitudine; at in nummo illo, quem videas apud Triſtanum, fructus extra folia pendeat. Verum cum Triſtano, quod olim non ſatis adtente notaueram, hic facit Theophraſtus, qui duobus locis hanc laurum vocat *ἐπιφυλλόκαρπον*, *fructum ſuper folia ferentem*, ac ut ipſemet id explicat, quem habeat iuxta ſylueſtrem Myrtum, *ἐπὶ τῆς ῥάχεως τῶ φύλλω*, *ſuper dorſum folii*. An referam hic præterea FICUM RUMINALEM, quam cum paſtore Fauſtulo, Lupa ac gemellis ſignat obuius Gentis Pompeiæ denarius apud Urſinum, & alius inter Incerta ab eodem relatus? Immo quam etiam ære inciſam cum fœta ſue ſignari credidit Erizzo in ſequenti nummo Hadriani; cui & priorem præmittemus a Fuluio adductum, cum Lupa ac gemellis, & *Ficu Ruminali*.

Tab. 98. 99.

De Pyth. Oracul. pag. 399.

Tom. II. pag. 141.

a Lib. XV. cap. 30.
b Lib. IV. cap. 147.
c Lib. XI. pag. 195.

H. Pl. lib. I. c. 16 & lib. III. cap. 17.

Lib. III. c. 17.

Scroſa, quam cernis in poſteriori nummo, & quæ in Antonini Pii nummis itidem viſitur, multos porcellos enixam, ea ſcilicet, quam iuxta Vatum auguria, circa Laurentem agrum repertam, una cum fœtu Junoni immolarit Æneas, & ad cuius repertæ lucum Lauinium ab eo condita, & mox in vicinia ab Aſcanio Alba, & qua de re conſulendus præter Maronem, Dionyſius. Verum nihil ei cum *Ficu Ruminali* commune, quæ ad Romuli & Remi natales, & Romæ, non Lauinii, condendæ auſpicia, ut vulgo notum, ſpectabat;

Antiq. lib. I. p. 56.

bat; & cum Lupa proinde ac gemellis, non cum hac fœta Sue ſignanda veniebat. Ut mirer proinde diligentes Antiquarios, & iuxta eos Patinum noſtrum ab iis vulgato errore deceptum, id etſi haud valde reconditum, haud obſeruaſſe. Non alia itaque hæc Arbor in ſuperiori illo nummo cum fœta Sue ſtatuenda, quam ILEX; ſub quo arborum genere reperiendam hanc Suem præſagiebant Æneæ Helenus ac Tiberinus:

Æneid. lib. III. v. 389. &c. adde VIII. v. 43.

Cum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis undam
Littoreis ingens inuenta ſub ILICIBUS SUS
Triginta capitum FOETUS *enixa iacebit.*

Et certe alia longe *Ficus Ruminalis* figura in ſuperiori nummo, alia huius *Ilicis*; ut mirari haud immerito ſubeat quid nobilem Antiquarium impulerit, ut illas Arbores inter ſe, & diſcretas pluribus ſæculis hiſtorias, aut, ſi quis malit, fabulas improuide confuderit. Neque vero parum hæc illuſtrant præclari quidam nummi, mole & raritate inſignes, qui eandem *Suem fœtam* exhibent, cum ſymbolis inſuper Æneæ Anchiſem ferentis & ſuperne Lauinii; aut cum Æneа & Aſcanio naui egredientibus, & ardente Ilio. Uterque nummus Antonini Pii in Regia Callorum Gaza; prior etiam in Cimeliarchio Chriſtinæ Heroidos Romæ olim haud ſemel à me viſus, iique ad faciendam eius rei fidem, huc quoque conſpiciendi veniunt: reliqua autem, quæ in duobus illis inſignibus nummis, de Æneæ, patrem Anchiſem ferentis, e Troia egreſſu; aut eiuſdem in Latium cum Aſcanio filio aduentu, quæ contrita inſuper, hic iam non adtingimus:

Sebaſt. Erizzo.



Æ.

Æ.

An denique hic alias *Plantas* vulgo haud ignotas ulterius commemorabo? puta vel NYMPHÆAM ALBAM, Fluuiorum imaginibus nonnunquam additam.

Mererentur forte opportunius in hunc cenſum referri variæ adhuc PLANTÆ exoticæ, quibus ſignatos nonnunquam alios nummos memini me vidiſſe, ſed cum obiter, & aliud nonnunquam agendo; tum quorum cȣtypa non poſſideo, ut hic certi liceat aliquid de iis pronuntiare. Talis forte *Commagenorum* in Syria nummus, cum depicto flore ſeu herba, & Cleopatræ alicuius effigie in anteriori parte; aut Antiochi Euergetis, cum flore itidem aut herba in auerſa nummi area; quos in illuſtribus Italiæ Cimeliarchiis, poſtremum autem, in Regia quoque Gallorum Gaza me vidiſſe memini. Priorem cum addita nummo epigraphe ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ, eandem plantam crederem cum Herba in illo tractu celebri, & a natali ſolo COMMAGENE itidem dicta; ſicut

ſicut Herba *Medica, Sinopis, Rhodia* vel *Idæa Radix, Nux Euboica*, aliæque id genus. Ex qua autem Herba *Commagene* præſtantiſſimum & quantiuis pretii medicamentum parabatur, quod impenſe laudat Plinius: *Alioquin celeberrimi uſus eſt adhuc in* COMMAGENE, *Syriæ parte, cum Cinnamomo, Caſia, Pipere albo*, HERBA, *quæ* COMMAGENE *vocatur, obrutis niue vaſis, odore iucundo, utiliſſimum ad perfrictiones, conuulſiones, cæcos aut ſubitos dolores, omniaque quæ acopis curantur: unguentumque pariter ac medicamentum eſt.* Et hæc olim notaueram, quum incidi poſtea in Hiſtoriam Regum Syriæ, e nummis antiquis, a celebri Antiquario illuſtratam; in qua ille traditam a me hanc Herbam *Commagenem* non agnoſcit in Antiochi Euergetis, cuius ſupra memineram, nummo; ſed *Lotum Ægyptiam*. Qua in re equidem haud me habebit repugnantem: maxime quod ſuperiora mea verba, ac eodem modo in ſuperiori huius operis editione prolata, non ad illum Antiochi nummum, ſed ad priorem cum expreſſo KOMMAΓHNΩN, a quibus ille ſignatus erat, nomine a me indicatum reſpiciant: quodque inſuper non ut indubium ac certum, ſed coniecturæ tantum loco ibidem monueram.

Lib. xxix. c. 3.

Vaill. Hiſt. Reg Syr. p. 306.

Neque vero peculiares & proprias demum certis locis aut regionibus PLANTAS depictas tantum cernimus in antiquis nummis: ſed eas quoque, quibus, etſi alibi paſſim obuiis, feraces & nobilitatæ eædem regiones vel urbes potiſſimum fuerint. Hinc Cereris Bacchiue plena munenbus loca, præter coronatam ſubinde Spicis Deam frugiferam, venditant ſignatæ in iis una, vel plures Spicæ, ſpicarumue manipulus, aut Modius etiam cum Spicis. Unde quum *Siciliam*, in primis *Ægyptum*, & in ea agrum *Alexandrinum*, *Africam* in genere, inter regiones tritici ac frumenti ubertate olim maxime celebratas, quæque habita inde totidem urbis Romæ horrea, exſtitiſſe vulgo conſtet; hinc obuia & crebra in patriis, vel in Romanis, qui eaſdem indicant, nummis, modo unius vel plurium Spicarum, Modiiue cum Spicis, ipſiuſque Frugiferæ Deæ [a] πολυσάχυ & [b] πολυμεδίμνε, *multarum Spicarum* & *multorum Modiorum* inde inter alia, a Poëtis dictæ, ſymbola ac ſimulacra. Quam in rem unum hic adferemus cuſum ab *Alexandrinis* Ægyptus ſub Auguſto nummum, in quo hinc ſex Spicarum faſciculus, illinc Palma cum dactylis cernitur:

Spicea donat Cererem corona. Horat. Carm. Sæcul.

a Theocrit. Id. 11. v. 42.
b Callim. H. in Cer. v. 2.

Quomodo itidem Bacchi munera quod adtinet, ſingulares & magnos ſubinde Racemos, aut Palmites cum duobus pluribuſue Racemis paſſim cernimus in pluribus eiuſdem Siciliæ, uti *Panormitanorum, Catinæorum, Entellanorumue*, aliorumue nummis; aut *Maronitarum*, & *Byzantiorum*, in Thracia; *Naxiorum*, in Græcia; *Eretrienſium* in Euboëa; *Teniorum*, & *Myconi*, inter Cycladum inſulas; aut in Aſiæ celebratis olim prouentu & copia præſtantium vinorum olim locis, *Teiorum* in Jonia, *Mæonum* in Lydia, *Perperenorum* in [a] Lydia itidem vel [b] Aeolide, aliorumque id genus locorum, quæ præter ipſum Lyceum, viridi, quod ait Poëta, [c] *cingentem tempora Pampino*; aut qui Racemum manu

a Plin. lib. v. cap. 32.
b Ptol. lib. v. cap. 2.
c Horat. lib. 1. Od. 26.

manu tenet, magna copia, & tanquam certiſſimos vini illis in locis ubertatis & præſtantiæ indices, antiqua nummorum ſupellex nobis etiamnum oſtentat. Prout nempe πολυσάφυλον *multas uuas ferentem*, modo *Arnam*, Bœotiæ oppidum, aut *Hiſtiæam* in Euboea; alibi ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον. *Epidaurum vitibus conſitam* dixit olim Homerus, ac ſimiliter Phtiam ἐυάμπελον, *optimis vitibus feracem*, vetus Epigramma a doctiſſimo Holſtenio e Barberino codice ad Stephanum adductum. E quibus autem nummis, qui cæteroquin vel in vulgatis præſtantium antiquariorum libris iam proſtant; aut in theſauris vel muſeis, eo cimeliorum genere conſpicuis, reperiuntur, quum res ſit proinde vel in hiſce ſtudiis tyronibus ſat nota: quoſdam tamen ex eorum numero, eoſque *Racemorum* magnitudine, aut aliunde notabiles, minuſque vulgares hic adponemus:

Iliad. B. Catal. v. 14. & 44.
Ibid. v. 561.

Not. pag. 133.



E primo illo MARONITARUM in Thracia nummo continuo illuſtratur, id quod de vino e Thracia in naues Græcorum ante Troiam quotidie adducto apud Homerum legitur:

Iliad. I. v. 71.

Πλεῖαι τοι οἶνοι κλισίαι τῶν νῆες Ἀχαιῶν
Ἡμάτιαι, θοὰς δὲ διὰ πόντον ἄγουσι

Plena tibi vino tentoria, quod naues Achæorum Quotidianæ ex Thracia per latum Pontum aduehunt. Quo ſpectat itidem Bacchus depictus in noto eorundem *Maronitarum* nummo, ΔΙΟΝΥΣΟΣ ΣΩΤΗΡ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ, ideinque inde dictus *Maronius* apud Tibullum:

Lib. IV. Eleg. I.

Vitta Maroneo fœdatus Cornua Baccho.

Dictus vero Ἰσμάριος οἶνος, de eodem *Maronitarum vino* apud Suidam, ut ad Stephanum vidit iam Cl. Holſtenius; adde & Ἰσμαρικὸς οἶνος Archilocho, apud Athenæum: quod nempe Ἴσμαρος dicta ſit olim eadem *Maronea*, & ad quam urbem, paludem Ἰσμαρίδα nuncupatam monuit olim Herodotus. De quo vino *Maronitarum* vel *Iſmario* hoc addere inſuper liceat, tradi illud ab Achille Tatio, iuxta Chium & Icarium, a Tyriis olim manaſſe; qui nempe primi vites ibi plantauerint. *Tyrium* autem vinum inter ea, quæ olim in pretio habita, iuxta *Berytium* aut *Tripolitanum* in eadem Phœnicia, vel e Plinio conſtat. Hinc de vino *Phœnicio*, an cæteris foret præſtantius, actum ab eruditis compotoribus apud Athenæum. Eandem quoque laudem *Myconio* vino tribuit idem Plinius. Ut non mirum ſit proinde ſculptam videre ingentem Racemum in adducta ſupra huius MYCONI, unius e Cycladibus, nummo, quem in lucem protulit præſtantiſſimus Wehlerus. Eſt autem ille eo magis ſingularis, quod alios *humilis*, uti ab Ouidio alicubi dicitur, eiuſdem Inſulæ nummos, nec videre hactenus mihi contigit, aut ab aliis Antiquariis memoratos obſeruare. Quod de GNIDO, & cuius vinum pariter, iuxta *Myconium*,

Not. ad Ἴσμαρος pag. 149.
Lib. I. pag. 30.
Lib. VII. cap. 109.
Lib. II. p. 67.

Lib. XIV. c. 7.

Lib. II. pag. 129.
Ut ſupra.

In Itiner. Gr. n 20.
Metam. lib. VII. v. 463.

conium, a Plinio, uti a Strabone inſuper celebratur, liquet ſimiliter e præclaro nummo Mediceo ΚΝΙΔΙΩΝ, in quo duo *Racemi* ſignantur. Idem vero de TENO, alia itidem e Cycladibus inſula, præſtanti vino ferace, licet quoque ſtatuere; in cuius nummo, qui exſtat in Regia Brandenburgenſi, uti & Gallorum quoque Gaza, inſignis itidem *Racemus* & iuxta eum *Trident*, conſpicitur. Ut proinde eam Inſulam non fuiſſe ſolum aquis irriguam, ac inde Τδρεῦσαν, iuxta [a] Ariſtotelem, [b] Plinium, ac [c] Stephanum dictam aut Neptuno proinde ſolum ſacram, ſed Bacchi quoque muneribus inclytam, vel inde ſat conſtet. Adductus autem poſtremo loco ERETRIENSIUM in *Eubœa* nummus, cum vitis palmite, e quo duo pendent *Racemi*, abunde itidem arguit, cur ab Apollodoro Comico apud Athenæum, inter delicias, quas Athenienſium iuuentus ſectaretur, recenſet comeſſationes Corinthias, eſum braſſicæ Megarenſis, & *potum vini Euboici*, ſeu ut ibidem legit ὁ πάνυ Grotius, Κεφαλῆνα τὸν Εὐβοϊκὸν, *miſcere vinum Euboicum*.

Theſ. Brand. Tom. 1. p. 481.

a Mirabil. Auſcult.
b Lib. IV. Sect. 21.
c In Τῆνος.

Lib. VII. pag. 281. In Excerpt. Tragic. p. 805. & Not. p. 944.



DISSER-

DISSERTATIO SEPTIMA

DE

PRÆSTANTIA ET USU

NUMISMATUM ANTIQUORUM.

SED forte maius erit operæ pretium, a brutis Animantibus, aut Plantis, ad nobiliorem rerum gestarum HISTORIAM oculos animumque conuertere; qui frequentior solet esse, & quidem immensus huius veterum Nummorum tractationis campus. Neque tamen, ut opinor, sollicitam quandam & operosam huius rei probationem a me nunc exspectas, vel exigis, OCTAVI præstantissime, quod nec unius est Dissertationis argumentum; & de quo, ut ingenue fatear, minus etiam videtur hic mihi laborandum. Vix enim hæc res hodie ullam habet dubitationem apud eos ipsos, quos cæteroquin vel nullo, aut leui admodum usu antiquariæ huius supellectilis vulgo instructos videas. Ut mittam felicem aliorum, qui id laudabili proposito sunt adgressi, industriam, hic iam luculenter præluxisse; quorum curæ & lucubrationes in hoc genere talium cupidis passim ante oculos versantur. Quamquam in tam ampla, & quæ tam late pateat, nummorum veterum tractatione, plurima, quod diffiteri non licet, etiamnum lateant; aut quæ necdum idonee sint excussa; quæ ad ROMANORUM non solum, sed ad aliarum etiam, & GRÆCARUM potissimum in ASIA gentium HISTORIAM explanandam ac illustrandam, haud parum utique conferunt. Unde quum meam quoque symbolam, ad debitam suscepti hoc opere argumenti illustrationem conferre ea quoque in re tenear; haud una certe ratio, singularem & mirificam quandam Nummorum utilitatem in hoc genere, continuo suadere, ac euincere omnino mihi videtur.

Quæ nummorum utilitatem in HISTORIA *veteri commendant.*

Primam equidem subministrat illa iniuria, vel temporum, vel Barbarorum, vel eorum qui epitomas nobis condidere, quæ mancam & mutilam magna sui parte Historiam priscæ ætatis ad nos hodie transmisit. Nec enim ullus ignorat, quota pars Historicorum veterum ex illa publica litterarum calamitate superstes euaserit; aut quam laceri præstantissimi quique etiamnum conspiciantur. Ruinas utique in iis cognoscas veterum operum aut ædificiorum, passim hic etiamnum obuias; in quibus modo atria & vestibula; modo diætas & lararium; modo laquearia & fastigia desideres: aut si mauis familiare exemplum nauis alicuius decumanis fluctibus quassatæ, in qua vel puppim, vel latera, vel proram frequenter requiras. Unde præclara multorum opera,

ra, quæ in colligendis reliquiis, aut reſarcienda id genus iactura laborauit, in tantum laudem induſtriæ vel inuenit, vel meretur; in quantum priſcis illius naufragii tabulis eadem firmiter inniti conſueuit. Altera ratio occurrit, illa crebra repugnantia apud Hiſtoriæ veteris ſcriptores Græcos & Latinos, in rebus etiam grauiſſimis, ut neſcias quibus nonnunquam adquieſcere, aut quorum iudicia & authoritas pluris apud te valere debeant. Ita confuſa aut diſcrepantia ſæpius apud eos tempora, patriam, nomina, aliaque præcipua rei geſtæ momenta videas; ut dum in iis conciliandis aliquot Criticorum ingenia ſe exercent, eadem ab hoc cōnatu ſaniorum crebrius deterreant diligentiam. Id iam olim agnouit non aliarum ſolum partium Auctor luculentus, ſcribens contra Apionem; qui de Græcorum Scriptoribus tradit, eos libris editis ſe ipſos redarguere, nec pigere contraria de iiſdem rebus dicere: ſed & falſi ſunt haud illibenter teſtes domeſtici; qualis aut Dio Chryſoſtomus, qui obſeruat multa incerta & repugnantia occurrere in hiſtoria ſuperiorum temporum; quod & Strabo iam ante illum monuerat, priſcos Auctores de iiſdem rebus ſcribentes haud parum inter ſe diſſentire. Nec id prætcriit optimus cenſor Fabius, qui Liuium frequentiſſime dicit dubitare, & quo teſte, *alii ab aliis hiſtoricis diſſentiunt*; cuius quidem rei argumenta nullus adhuc hodie luculentiora dabit vel crebriora illo ipſo Romanæ Hiſtoriæ principe Patauino. Eadem autem hac ætate tolli non poteſt, aut argui diuerſitas, niſi ope & præſidio illorum, quos ut indubiæ fidei teſtes, ſecure hic liceat conuenire. Tertia ratio ex eo poteſt intelligi; quod multa iiſdem Hiſtoriarum aut Annalium conditoribus, vel odio, vel amore, vel incuria, ſint perperam tradita; quæ emendari hoc tempore, aut reuinci, niſi publicis quibuſdam tabulis non poſſunt. Adeo ut non continuo exiſtimem a liuore profectum illud Vopiſci iudicium, quod hic opportune ſeſe mihi ingeſſit: *Neminem ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam pertinet, non aliquid eſſe mentitum, prodente, quinetiam in quo Liuius, in quo Saluſtius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifeſtis teſtibus conuincerentur.* Nec incommode rationem huius rei tradit, ipſe fidei non uſque adeo exploratæ Hiſtoricus; quo teſte ſcilicet, *tanta componentium rerum monumenta vel ſecuritas, vel par huic vitium Credulitas fuit.* Quarta ratio accedit, quod omiſſa multa ſint & prætcrita diligentiſſimis alias Scriptoribus, quæ tamen ad ſummam rei geſtæ, aut hiſtoriæ integritatem, momentum non leue conferre videbantur. Nec enim ulli facile, utut accurato & ſedulo hiſtoriarum conditori, ea felicitas hactenus contigit; omnia ſcilicet vel adſequi, vel tradere in ampliſſima nonnunquam materia, aut ab illius ætate longo temporum interuallo ſubmota. Id vero ſupplere demum poſſunt reliqua Lapidum Nummorumue eiuſdem æui monumenta; in quibus publica fata populorum, aut geſta cæteroquin digna poſterorum memoria, opportune fuerunt conſignata. Qua ratione iam olim grauiſſimus Auctor Polybius, ex ærea Tabula ab Hannibale deſcripta in Italia, ac Lauinii reperta, fatetur ſeſe fidem rerum geſtarum depromere. Unde apud Dionem Pruſæenſem, Ægyptius quidam haud vane iactat, partim in Templis, partim in Columnis ſcriptam apud eos præcipuam priorum temporum memoriam. Adeo ut Liuius etiam in dubiis rebus & vetuſtate incompertis, ad inſcriptiones antiquas non dubitauerit continuo recurrere. Immo quam in rem opportune omnino ad veteres & ſua ætate adhuc ſuperſtites nummos prouocat Arrianus, ut probet Alexandrum Barygazis ad

Joſephus lib. 1. pag. 1054.

Orat. 21. pag. 191.

Lib. VIII. pag. 341.

Inſtit. lib. II. cap. 4.

In Aurelian. c. 11.

Curtius lib. IX.

Lib. III. cap. 33.

Orat. 1.

Lib. IV. c. 29.

Gangem usque penetrasse: cuius proinde eam in rem verba merentur hic adscribi: ἀφ' ἧς μίσχει ναῦς ἐν Βαρυγάζοις ΠΑΛΑΙΑΙ πεποιημέναι ΔΡΑΧΜΑΙ γεγράμμασιν Ἑλληνικοῖς ἐγκεχαραγμέναι, ΕΠΙΣΗΜΑ τὰ μετ' Ἀλέξανδρον βεβασιλευκότων Ἀπολλοδότου καὶ Μενάνδρου, *quæ ad hæc usque tempora in Barygazis* ANTIQUÆ DRACHMÆ *reperiuntur, Græcis sculptæ litteris, cum* INSIGNIBUS *Apollodoti & Menandri, qui post Alexandri obitum ibi regnarunt.* In Periplo maris Erythræi.

Quinta ita denique ratio supereſt, obscure aut obiter multa passim iisdem scriptoribus tradita, que noua & dilucida cuiusdam expositionis face indigent, ut legentium oculis quodammodo subiici possint, & eorum auiditatem luculentius explere. Ac talium immensa quædam seges in Historiæ veteris latifundiis sese offert, quorum usus vel voluptas vix commode posset hodie percipi, nisi aliunde lux illis & manifestatio quædam maior accederet, nec annisi essent veteres, æs, argentum,

——— *Impressisue aurum animare figuris.*

Optimus enim, iuxta Plutarchum, scriptor Historiæ, qui ita eam texit; ut picturas omnino referat; & ad quam euidentiam nisum præ cæteris Thucydidem tradit, ut auditorem nempe tanquam spectatorem redderet. Hæc autem singula in veteri Nummorum supellectile adiumentum quoddam præcipuum, & singulare præsidium agnoscere, haud pœnitendi certe beneficii accessio censeri continuo debet. De Gloria Athenienſ. pag. 347.

AD HISTORIAM EXTERNAM *e nummis antiquis illustratam.*

AD HISTORIAM EXTERNAM, ut hinc ordiar, quæ GRÆCORUM & ASIATICORUM res ac annales adtinet, minus equidem conferre Nummi veteres iis videbuntur, qui Romanos solum tractant, & vix aliis peregrinis, Græcis nempe Europæis & Asianis, vulgo pretium ponunt. Qua opinione utique duci haud paucos, neque ignobiles etiam in hac vestra Italia, sicut ii vulgo audiunt, antiquarios, ex iis subinde, nec sine mea admiratione, intelligere mihi licuit; neque vero tu ignoras, MI OCTAUI, qui te ab iis omnino hac in re discedere, sciunctasque habere rationes, haud semel indicasti. Neque una equidem, quod id mihi adfirmanti ultro concedebas, sed multiplex in eadem Nummorum id genus penu Utilitas continuo sese offert; siue in tradenda quandoque REGUM, apud Græcos vel Barbaros SERIE ac ÆTATE; siue in commemorandis ac inuicem secernendis variis eorum APPELLATIONIBUS, vel INSIGNIBUS; siue in illustrandis præclaris eorum DECORIBUS, vel FACTIS; siue denique in consignandis pluribus, iisque memorabilibus, variarum GENTIUM vel URBIUM MONUMENTIS. Ita ut vicem fungantur hodie iidem Nummi illorum Clypeorum, qui in templis ad memoriam rei gestæ conseruandam adpendi olim consueuerant, & ad quos crebro prouocant antiquæ historiæ enarratores. Cuius utique rei, post superiorem huius operis editionem, luculenta omnino specimina, in Historia Regum Syriæ, ac in nouissima Ptolemæorum Ægypti Regum, utraque e nummis antiquis illustrata, seu *ad fidem Numismatum*, ut utriusque operis præfert lemma, *accommodata*, in lucem protulit vir de hisce antiquitatibus, Græcis iuxta & Romanis, insigniter meritus, Joannes Vaillant. Quod adgressus iam ante fuerat singulari studio ac pari felicitate illustris Peireskius, de quo in eius vita legitur: *Eius scilicet generis* (Græca nempe numis-

numiſmata) *coëgerat iam ſupra mille, quæ forent penitus intacta rei nummariæ auctoribus, & quum haberet cuſa tam ante, quam poſt Romanum imperium, in ciuitatibus Græciæ Aſiæque præcipuis,* EX QUIBUS *contexerat* SERIEM SELEUCIDARUM *Principum ab Alexandro ad Romanos uſque, eam ob rem Sirmondus hanc ſeriem deſiderauit cognoſcere, ut illius inſtar* SERIEM PRINCIPUM ÆGYPTI *tenere poſſet.* Quod autem penſum diffuſæ adeo ad antiquam variarum gentium Hiſtoriam penitus noſcendam utilitatis, dum hic quoque, prolatis haud unis eius rei documentis tractare adgredior; id mihi in limine monendum eſt, non ea mente illoue conſilio hoc a me fieri, ut ex eo monumentorum genere plenam ac integram earundem gentium vel urbium notitiam petendam demum putem. In lucro enim a veteris memoriæ ſtudioſo poni omnino debere; quod poſt tot ſæculorum deturſum, ac tot aduerſa, quibus merx id genus ſubiacet, fata, ſuperſint adhuc magno numero veteres tot gentium ac ciuitatum nummi; non vero, ut eorum, qui hic deficiunt, penuria, aliis antiquis Scriptoribus ac monumentis fides inde, uti a viro eruditione ac ingenio præſtante factum nollem, continuo derogetur.

I.

Ad MACEDONIÆ REGUM *Hiſtoriam.*

I. *De veterum Macedoniæ Regum numero ac ætate apud veteres diſcrepantia.*

Quo loco a priſcis MACEDONUM REGIBUS auſpicium mihi hic faciendum eſt; ac ideo quidem quod ſi unum forte prolatum a me in prima Diſſertatione e cimeliis illuſtriſſimi Pembrochiæ Comitis, antiqui Lydorum Regis ATYOS nummum mittam, haud occurrant, ut ibi quoque monui, ac viderunt etiam alii, antiquiores, quam unius vel alterius Macedoniæ Regum nummi. Accedit, quod clariſſimi huius regni propago fuerit utrumque illud a Cl. Vaillant e nummis, ut modo diximus, illuſtratum, SELEUCIDARUM nempe in Aſia, & PTOLEMÆORUM in Ægypto imperium. Verum ea continuo ſe hic offert difficultas, quod magna ſit omnino Scriptorum veterum de numero ac annis horum MACEDONIÆ REGUM diſcrepantia: dum a pluribus, qui ſuperſunt etiamnum priſcis Auctoribus, ſeu in eorum Fragmentis, [a] Liuio, [b] Diodoro apud Georgium Syncellum, [c] Velleio, [d] Plutarcho, [e] Pauſania, [f] Juſtino, [g] Solino, [h] Dexippo, [i] Euſebio [k] Paulino apud Euſebium, CARANUS primus Macedonum Rex, & ex Heraclidarum quidem ſtirpe: ab antiquioribus vero [l] Herodoto nempe, & cui accedere videtur [m] Thucydides, PERDICCAS, qui vulgo quartus a CARANO, ſtatuitur. Adde dum ultimus Macedonum Rex PERSEUS ab aliis, ut a [n] Liuio viceſimus, a [o] Dexippo ac [p] Euſebio triceſimus octauus vel nonus: ALEXANDER autem MAGNUS vel duodecimus, vel decimus ſeptimus, vel viceſimus tertius, aut viceſimus quartus dicitur. Quam inſignem in tradendis hiſce Macedoniæ Regibus diſſenſionem agnouerunt ſummi noſtræ ſeu ſuperioris ætatis Chronologi; adeo ut Petauius, dum poſt conſtitutam a ſe e Dexippo illorum Regum ſeriem, & quam dein rurſus in Paralipomenis „ paullo ſibi immutandam credidit, addit: tametſi integrum cuique ſit in tanta „ veterum inter ſe diſſenſione, Reges illos Macedonum aliter ordinate, dummo„ do extra hiſtoriam minime peccetur. Unde etiam factum, ut vir eruditiſſimus in Chronologia veteris Teſtamenti, e nummis antiquis illuſtrata, omiſſa

a Lib. XLV. c. 9.
b In Fragm. ap Georg. Syncell. & Græc. Euſeb. Scal. p. 57.
c Lib. I. c. 6.
d In Alex. M. pag. 665.
e Lib. IX. pag. 606.
f Lib. VII. c. 1.
g Cap. XIX.
h Euſeb. Græc. Scalig. p. 45.
i Chron. P. I. pag. 24. P. II. pag. 111.
k Auſon. Epiſt. XIX.
l Lib. VIII. cap. 139.
m Lib. II. cap. 100.
n Lib. XLV. cap. 9.
o Euſeb. Græc. Scal. pag. 67.
p Chron. P. II. pag. 145.
q Doctr. Temp paralipom. in app. Tom. II.
r Harduin. p. 149.

ſa vulgari horum Regum, quæ paſſim a CARANO, uti a Scaligero quoque ac Petauio, ac recentioribus dein Chronicorum aut Hiſtoriarum Conditoribus arceſſi ſolet, ſerie, eam a PERDICCA demum, qui quartus cæteroquin in eo ordine, duxerit: & quidem, quam ſeriem, quod ibidem ait, *ex Herodoto & nummis antiquis*, eamque ut *veriſſimam*, adferat: in qua autem ſerie duodecimus a primo illo Macedonum Rege Perdicca ALEXANDER M. collocatur: nempe

1 PERDICCAS.	5 ALCETAS.	9 ARCHELAUS.
2 ARÆUS vel ARGEUS.	6 AMYNTAS.	10 AMYNTAS.
3 PHILIPPUS.	7 ALEXANDER.	11 PHILIPPUS.
4 ÆROPUS.	8 PERDICCAS.	12 ALEXANDER M.

Ex iis autem Regibus, nummos demum hodie dari primi AMYNTÆ, ſexti in ea ſerie Regis, ac ſequentium dein Regum; nullos vero priorum quinque, ante dictum *Amyntam*, vere tradit ibidem Harduinus. Id vero haud videre me fateor, quomodo non ex Herodoto ſolum, quod vere etiam de eo dicitur; ſed e nummis inſuper, priorum illorum quinque ante *Amyntam* Regum ſeriem conſtituendam, prætermiſſis iis, qui in eadem ſerie ab aliis Auctoribus interſeruntur Regibus, ſtatuat vir doctus: maxime, quum in eiuſdem *Amyntæ*, & Succeſſorum nummis, nulla occurrat, quæ ullum eius rei indicium faciat, memoria. Quod autem ea in re Herodotum, patrem hiſtoriæ, ſeptem illos Macedonum Reges, & quidem eo, quem vidimus, ordine, tradentem, potius quam alios, & longe recentiores Auctores ſequi idem maluerit, id utique haud præpoſtero iudicio factum ab eo licet arbitrari: maxime quod Thucydidem, eidem quoque Herodoto hic ſuffragantem norim, a quo nempe octo ante ARCHELAUM Macedonum Reges dicuntur exſtitiſſe. Cuius equidem haud ſpernenda ea in re auctoritas, ideo tamen eſt hic a viro erudito prætermiſſa, quod proxima pagina eum, qui circumfertur hodie, Thucydidem, e ſexcentis formis, quæ hodie ſcilicet occurrant apud eum, Gallicis, alium eſſe ab antiquo, quem memorat Plinius, contendit, ac in recentiori officina, uti ille ea de re alibi, ante aliquot demum ſæcula fabricatum. Quamquam, ut obiter hoc addam, quod loquendi genus ibi adducit vir eruditus e Thucydide, tanquam Gallicæ, non vero Græcanicæ formæ, ἦλθεν ἐς χεῖρας, *en vint aux mains*, pro *manus conſeruit*, occurrat ſimiliter apud alium Athenienſem, & Ατθικώτατον quidem Scriptorem, Xenophontem, nempe ubi de prælio inter Græcos & Barbaros cœpto, ait, ὡς ἤ ἐς χεῖρας ἦλθον, uti Latinus ac fidus iuterpres, *quumque ventum ad manus eſſet*. Sed pari arte, ex eadem illa officina prodiiſſe quoque, quem hodie verſamus, Xenophontem, reponet procul dubio vir doctus. Verum donec id de grauiſſimis probatiſſimiſque Græcis Latiniſue (nam & hos quoque, duobus tribuſue & quidem ex parte tantum exceptis, eiuſdem officinæ fabris tribuit) Auctoribus euicerit vir ingenio præſtans, haud ægre, ut opinor feret, ſi iuxta Chronologicæ rei accurate ac litterate peritum, & qui cæteroquin hic Harduino, quoad antiquos hoſce Macedonum Reges adtinet, præiuerat,[a] Marſhamum, ſi inquam, [b] Thucydidi iuxta ac [c] Herodoto, huic ALEXANDRUM (non Magnum utique, ſed antiquiorem) ſua ætate ſeptimum, illi vero PERDICCAM eius filium, octauum, & ARCHELAUM; cuius idem Thucydides meminit, Perdiceæ filium, nonum Macedoniæ Regem tradentibus, fidem ex æquo habendam putem: immo inde luculento Herodoti ea de re teſtimonio, haud leue pondus

Lib. VIII. cap. 138.

Lib. II. pag. 104. Chronol. V. T. pag. 149.

De nummis Herodiadum.

Hellenic. lib. III. cap. IV. Sect. 14.

a Can. Chronol. ſæcul XV.
b Lib. II. cap. 30.
c Lib. VII. cap. 37.

pondus vel momentum accedere. Id vero, ut obiter hoc addam, mirari haud parum ſubit, cur ab illis ſummatibus, & de quibus paullo ante, Chronologis, (minorum enim gentium ex eo ordine phalangem non hic moror) quique ea de re haud uno loco ſunt commentati, [a] Scaligero, inquam, & [b] Petauio, iis demum, quæ a Dexippo apud Syncellum, ac inde in Græcis Scaligeri Euſebianis, aut in Euſebii Chronico ab Hieronymo verſo, de diuerſa longe Macedoniæ Regum ſerie, produntur, & in qua nempe *Alexander Magnus* viceſimus tertius vel viceſimus quartus demum ſtatuitur, adhærere placuerit. Adeo quidem, ut miſſa omni, aut ſuſquedeque habita diſcrepantium ab iis antiquiſſimorum, qui de hiſce Macedonum Regibus egere, Hiſtoricorum, Herodoti ac Thucydidis mentione, & a quibus inſuper, primum quod adtinet Macedonum Regem PERDICCAM, haud recedit Solinus; neque adeo, qui ſecundum eum facit, non quartum, Juſtinus; aliam nobis ab iis priorum Macedoniæ Regum ſeriem, eamque ut certam omnino (quod de Scaligero utique liquet) conſtituerint. Quod præter alios quoque recentiores Chronicorum conditores, a diligentiſſimo Adamo Ruperto itidem factum videas; ut de Reinero Reinecio ſileam, cuius memoratum ab eo tractatum de Familiis Regum Macedoniæ, dum hæc commentor, videre mihi equidem haud licuit; ſed quem eandem prolixam horum Regum ſeriem tradidiſſe, e Ruperto ſat mihi liquet.

[a] Anim. in Euſeb. pag. 64. Can. Iſag. lib. II. p. 169. & lib. III. p. 343.
[b] Doct. Temp. lib. IX. c. 38. 39. lib. XIII. ad A. M. 3170. & Paralip. p. 494. Tom. II.
Cap. XII.
Lib. VII. c. 1.

Quamquam aliqua forte diuerſitatis eius ratio dari hic poſſet, eaque, quam ipſe mihi ſuppeditat Thucydides: qua nempe factum, ut haud una vetuſtorum Macedoniæ Regum ſeries, Herodoto quidem ac Thucydide recentioribus, ſed antiquis tamen Græcis Latiniſque Scriptoribus, Diodoro, ut paullo ante diximus, Velleio, Pauſania, Juſtino, Theophylo Antiochenſi, Solino, Dexippo, Africano, Euſebio, ſit tradita; & quibus, CARANUM quod adtinet, tanquam primum ſtirpis illius Heraclidarum in Macedonia Regum Auctorem, addendi ſunt inſuper, ut iam vidimus, Liuius, Plutarchus, & Auſonius. Nempe Macedonia olim, in ſuperiorem ſeu mediterraneam, ac inferiorem ſeu maritimam erat diuiſa: cuius autem maritimæ, ii qui Argis, iuxta Herodotum, profugi, tres fratres *Temenidæ* ſeu Heraclidæ, prout ibi hodie leguntur, *Gauanes*, *Æropus*, & *Perdiccas*, regionem illam poſtea occuparant, ibique regnum conſtituerant. Liquet id omnino ex Thucydide, qui agens de Sitalcis Odryſarum Regis in Macedoniam contra Perdiccam, octauum tunc in eo tractu Regem, expeditione, addit: εἰς τὴν κάτω Μακεδονίαν, ἧς Περδίκκας ἦρχε, *in inferiorem Macedoniam, quæ Perdiccæ imperio parebat*: dein: τὴν δὲ περὶ θάλασσαν νῦν Μακεδονίαν ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Ο ΠΕΡΔΙΚΚΟΥ πατὴρ, καὶ οἱ ΠΡΟΓΟΝΟΙ αὐτῶ ΤΗΜΕΝΙΔΑΙ, τοπρχαῖον ὄντες ἐξ Ἄργους, ΠΡΩΤΟΙ ἐκτήσαντο, καὶ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝ, *illam vero Macedoniam, quæ nunc eſt maritima*, ALEXANDER PERDICCÆ *pater*, *&* TEMENIDÆ *eius maiores*, *olim ex urbe* ARGIS *oriundi*, *primi poſſederunt & in ea* REGNARUNT. Fieri proinde potuit, ut qui in ea ſuperiori Macedoniæ parte iiſdem temporibus regnarint, cum inferioris ſeu maritimæ Macedoniæ Regibus fuerint a Scriptoribus ſequentium temporum paulatim confuſi, nataque inde haud una antiquorum Macedoniæ Regum ſeries. Cui rei inſuper firmandæ accedit, quod *Perdiccæ*, octaui illius Macedoniæ maritimæ Regis frater *Philippus*, quique filium haberet *Amyntam*, in Macedonia quoque ea ætate regnaret; e regno autem a fratre Perdicca ſit expulſus; ac unde natam Sitalci, bellum eidem Per-

Ratio eius diuerſitatis.

Lib. VIII. cap. 137.
Lib. II. pag. 99.

Ibidem c. 99. diccæ inferendi cauſam docet idem Thucydides; adſumptumque ab eo Amyntam Philippi filium, (mortuo forte tum Philippo) quem in paternum regnum reduceret. Quum enim, ut a Thucydide inſuper traditur, magnam ſuperioris etiam Macedoniæ partem iam ante ſubegiſſent maritimæ Macedoniæ incolæ, qui *Perdiccæ* proinde eiuſque deceſſoribus parebant; fieri potuit, ut *Philippus* Perdiccæ frater in ea parte ſuperioris Macedoniæ, qua dein a fratre, orto inter eos bello, fuit eiectus, regnaret; in eadem autem, ni obſtitiſſent *Perdiccæ* promiſſa, quod docet ibidem Thucydides, a Sitalce reſtituendus. In ea certe ſuperiori Macedonia Reges iam exſtitiſſe, quum tres illi fratres *Temenidæ* ab Herodoto memorati in ea loca ſe contulerunt, ex eodem liquet; quos utique *Regi* in eadem *ſuperiori Macedonia* mercenariam operam præſtitiſſe ibidem docet. CARANUM vero quod adtinet, quem magno conſenſu antiqui Scriptores, ſi Herodotum ac Thucydidem, omnium illorum antiquiſſimos, mittas, auctorem illius Macedoniæ Regni, ſeu, iuxta Paulinum apud Auſonium, *Pellæa dedit, qui nomina Regum*, ſtatuunt; fieri potuit, ut expeditionis illius ex Argis in Macedoniam cum primo *Perdicca* comes fuerit, & ex Herculis itidem progenie idem *Caranus*, a quo tamen *Perdicca*, *Regis Macedonum* nomen, quod a Solino itidem, incertum, quo auctore, traditur, primo fuerit adſumptum. Unde, ſi coniecturæ locus hic foret, eaque alicuius veteris Codicis auctoritate firmaretur, apud Herodotum, ubi trium illorum *Temenidum* fratrum meminit, pro Γαυάνης, qui primus ibi inter eos memoratur, qui Argis in Macedoniam profecti, eam poſtea ſubegerint, Καρανός, haud magna unius vel alterius litteræ mutatione, legendum foret. Qua ratione utique Herodoto, cum reliqua illa veterum auctorum phalange, conueniret; qui magno conſenſu, ut vidimus, *Caranum*, primum regni illius Heraclidarum in Macedonia auctorem nominant; a PERDICCA vero, tertio eius fratre, quæcunque fuerit eius rei ratio, adſumptum foret primo Regium nomen: quod præter Herodotum, a Solino quoque, ut vidimus, ac fide quidem, ut ſtatuere continuo liquet, veteris alicuius auctoris, dicitur. Sed qua de re liberum omnino erudito lectori iudicium ultro relinquimus; ne quis coniecturam hanc, etſi haud una ratione, nulla tamen veteris libri fide hactenus fultam, ut certam omnino obtrudi hic a nobis aut venditari ſugillet.

Ibidem c. 95. ὑπερβαλόντες ἐς τὴν ἄνω Μακεδονίαν &c. ἐθήτευσαν ἐπὶ μισθῷ παρὰ τὸν βασιλέα lib. VIII. cap. 137. Epigr. XII.

II.

De antiquis MACEDONIÆ *ante* PHILIPPUM *& ALEXANDRUM* REGIBUS, *in nummis.*

Verum quæcunque tandem ſit diuerſitatis illius in ea MACEDONIÆ Regum ſerie, cauſſa vel ratio, an veterum nummorum, quod hic ſtatuit vir doctus, fide, de ſequentibus ante *Philippum* patrem & *Alexandrum M.* Macedonum Regibus, certo liqueat, nunc paucis nobis agendum eſt. Primi equidem AMYNTÆ, illiuſque ſexti, iuxta Herodotum ac Juſtinum, Macedonum Regis, iuxta Diodorum, octaui, & iuxta Euſebium, noni, nummos primum occurrere, eoſque antiquiſſimos vere ibi monuit Harduinus. Neque ille tamen cenſendus eſt, quem ibidem protulit [ſpectat enim hic nummus, ut mox dicetur, ad alium e ſequentibus Regibus AMYNTAM] ſed alius vetuſtior, quem e Theſauris Brandenburgicis, ab eximio eorum editore iam vulgatum, ſupra quoque, ubi de antiquiſſimis, qui ſuperſunt etiamnum, Græcorum

Harduinus Chronol. V. T. pag. 148.

Theſ. Brand. Vol. I. p. 65. Differt. I. pag. 18, 19.

corum nummis agebatur, adduximus. A Scaligero quidem ad Euſebium adferri nummum videas, e Goltzii nempe Theſauro, (neque enim alibi, quod ſciam, hactenus viſus) ΑΡΓΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ *Argei Regis*; ſed quem ille non ad ſecundum, iuxta Herodotum, aut tertium quintumue, apud Juſtinum, Diodorum, ac Euſebium, ſed demum ad decimum octauum ab Euſebio memoratum hoc nomine Macedonum Regem, ibidem refert. Primi vero AMYNTÆ, & antiquiſſimum quidem nummum quod adtinet; vel e priſcæ ſcripturæ in eo, uti ſupra vidimus, veſtigiis, citra ullam cæteroquin Regis ipſius, aut vero Jouis, vel Herculis effigiem; ac e diuerſis præterea, qui alios dein ſignant *Amyntas*, nummis, ſat, ut opinor, liquet, ad vetuſtiorem iiſdem *Amyntam* eum eſſe continuo referendum. De inflexione vero in eodem nummo nominis Αμύντα, pro Αμύντα, quæ in aliis Regum eo nomine nummis legitur, dicetur paullo infra. Depictus autem in altera nummi illius parte, ut obiter hoc addam, Cancer, maritimæ, quod paullo ante e Thucydide vidimus, Macedoniæ, in qua ille regnabat, oram, ſicut in aliis nummis ſignatus itidem Cancer, maritimum tractum, continuo denotat. De ſequentibus autem primum hunc AMYNTAM aliorum Macedoniæ Regum nummis haud ita liquidum, ad quos ii referri omnino debeant. Cuius equidem rei ea occurrit ratio: quod plures ex iis nullos præferant eorum Regum, quorum nomina ii conſignant, vultus; ſed vel Jouis, vel Herculis effigiem; nullum præterea temporis, quo iidem ſint cuſi, indicium. Hinc, quum haud unus in ea Regum, iuxta Diodorum, vel Euſebium, ſerie occurrat vel ALEXANDER, (e deceſſoribus nempe magni Alexandri) vel PERDICCAS, vel ARCHELAUS, vel AMYNTAS; ambigendi cauſſa oritur, ad quos reſpiciant ſignati cum Regum id genus nominibus nummi; ac inde pro lubitu, aut inſtitutæ commentationis ſcopo, iidem his vel illis tribuantur. Cuius utique rei exempla ſuppeditabunt cum a Goltzio; tum ex eo, & aliunde adducti ibidem ab Harduino, vel ALEXANDRI, ut qui primum illum, de quo ante, AMYNTAM exceperit; vel PERDICCÆ, tanquam eius filii; vel ARCHELAI, Perdiccæ filii; aut AMYNTÆ, qui poſt eum regnauit, nummi: & a quo, priores duos quod adtinet, ALEXANDRUM & PERDICCAM, diſcedit, ut mox dicetur, Goltzius.

Anſtmadv. pag. 122.

Pag. 18.

Ad ALEXANDRUM equidem, ſeptimum, iuxta [a] Herodotum ac [b] Thucydidem, (a quo poſtremo nempe, octo ante *Archelaum, Perdiccæ* filium, & illius *Alexandri* nepotem, exſtitiſſe dicuntur Macedonum Reges) vulgo DIVITEM, refert nummum a Goltzio adductum eruditiſſimus Harduinus, inſcriptum ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, hinc cum Equo Theſſalico in quadro, noto in aliorum quoque Macedoniæ Regum nummis ſymbolo; illinc cum barbata & laureata Jouis effigie. Exſtant vero in Gaza Medicea duo cum nomine ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ nummi, qui caput diademate reuinctum, in auerſa vero parte currentem Equum, & ſub Equo Stellam in uno, in altera Clypeum exhibent: quibus autem, non ad hunc *Alexandrum*, ſed ad alterum, *Amynta* nempe, qui Magni Alexandri auus, filium maiorem natu, *Philippi* proinde fratrem, reſpici cenſebat peritus olim Gazæ illius cuſtos, & aliquoties ſupra memoratus, Fitton. Quæ figura alioquin currentis Equi cum additis aliis ſymbolis, occurrit ſubinde in Philippi & Magni Alexandri nummis. Ad dictum vero ALEXANDRUM, ſuperiorem nummum, non ad antiquiorem illum *Perdiccæ* patrem, & *Archelai* auum, ab Herodoto ac Thucydide memoratum,

a Lib. VIII. c. 137.
b Lib. II. cap. 100.

Chronol. V. T. pag. 148.

Tab. Grec. XXIX. moratum, retulit quoque Goltzius; qui nempe post *Archelai*, & posterioris *Amyntæ* cuius esset filius, nummos, eundem collocauit. PERDICCAM vero, prioris *Alexandri* seu *Diuitis* appellati filium, & octauum, iuxta eosdem Auctores, Herodotum ac Thucydidem, Macedoniæ Regem, signati itidem censet in nummo apud Goltzium Harduinus; nempe cum vultu senili, capite autem tecto pelle leonina; in altera autem nummi parte, cum Equo itidem Thessalico in quadro. Quo vultu tamen, non PERDICCAM, sed Herculem omnino depingi bene viderat ad Goltzium Nonnius; ac vel nummi illius, qui mox sequetur, adspectus cum nota Alcidis eo vultu ornatuque effigie, & a quo genus suum deducebant iidem Macedonum Reges, abunde arguit. Mitto quod alium, & tanquam eiusdem *Perdiccæ* nummum adfert Goltzius, cum eodem Herculis capite, & Claua in auersa vero nummi parte, cum inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΔΙΚΚΟΥ. Goltzius vero utrumque nummum, ut ex ordine, quo illos adduxit, liquet, non ad PERDICCAM illum, octauum Macedonum Regem, & *Archelai* patrem, retulit; sed ad alium recentiorem PERDICCAM, eumque Philippi, Magni Alexandri patris, maiorem natu, post memoratum supra Alexandrum, fratrem. Quod de secundo quidem apud Goltzium *Perdiccæ* nummo, cum addita illa ΒΑΣΙΛΕΩΣ appellatione, quæ in superiorum Macedoniæ Regum nummis minus usitata, omnino videtur statuendum: immo cui postremo etiam *Perdiccæ*, seu magni Alexandri patruo, ne hic quidem nummus tribui posset, iuxta Harduinum, qui illud ΒΑΣΙΛΕΩΣ seu *Regis* nomen, in nullis ante magni Alexandri obitum, Regum in orbe nummis additum censet, & qua de re postea dicetur. ARCHELAI vero, prioris *Perdiccæ* filii, & noni apud Thucydidem Regis, & a quo viis munitam ac omni apparatu bellico instructam Macedoniam præ octo, qui eum præcesserant, Regibus idem tradit, tres nummos memorat Harduinus. Primum tangit in Thesauris Gallorum Regiis, sed & qui prostat quoque in Regiis Brandenburgicis, cum vultu iuuenili, diademato capite, & Equo, ut in superioribus nummis, Thessalico. Alterum e Goltzio refert, vultu senili, ac annorum, ut addit vir doctus, circiter LX, & quod addere insuper debuit, cum leonino capitis tegmine: verum, quo non *Archelaus*, ut ille existimat, sed Hercules, idem omnino, qui in adducto *Perdiccæ* nummo, conspicitur: uterque autem nummus cum adscripto nomine ΑΡΧΕΛΑΟΥ. Tertium vero huius Regis nummum, cum eodem illius Regis nomine, memorat, in museo harum elegantiarum studiosi ac periti Baudelotii conspicuum, vultu iuuenili, capite autem pelle leonina similiter tecti; in auersa vero parte, qui sedentem cum Aquila, quam dextra tenet, Iouem exhibet; quique spectatur inter nummos ab eodem viro eximio in vernaculo opere editos. Signatum vero in priori e tribus illis huius ARCHELAI nummis Equum Thessalicum ideo censet solertissimus Begerus noster, ob Equis nempe, ac omni bellico apparatu instructam ab hoc Rege, auctore eius rei Thucydide, ut paullo ante diximus, Macedoniam. Quum vero eadem Equi figura, & in quadro similiter, in superioribus, quos memorauimus, ALEXANDRI & PERDICCÆ nummis, occurrat; inde utique statuendum est, vel haud primum id in huius *Archelai* nummis receptum; aut vero, non ad eius auum *Alexandrum*, aut patrem *Perdiccam*, referendos esse eos nummos cum Equo illo Thessalico; sed, iuxta Goltzium, ad posteriores hoc ARCHELAO Reges, ALEXANDRUM nempe

Chronol. V. T. pag. 157.

Lib. II. cap. 100.

Thes. Brand. Vol. I. pag. 12.

Grec. Tab. XXIX.

Utilité des voyages p. 606. Tom. II.

Ut supra.

ſempe & PERDICCAM, Philippi, ut diximus, maiores natu fratres: quorum tamem utrumque in Regum ante Alexandrum Magnum apud Macedonas ſerie, quod alioquin a Diodoro, Juſtino, Solino, ac Euſebio factum videas, non admittit Harduinus. Quadrum vero in iiſdem Macedoniæ Regis nummis, & in quo Equus conſiſtit, ſolerter omnino idem Begerus ad Macedoniæ figuram ἐπαλλήλογραμμον a Strabone deſcriptam retulit

Lib. VII. pag. 329.

AMYNTÆ vero, qui *Archelaum*, iuxta Solinum, excepit, nummum, ex eodem laudati modo Baudeloti muſeo adduxit Harduinus, & cui ſimiles ait exſtare in cimeliis D. de Wilde: nempe qui caput iuuenile leonino pelle tectum exhibent, in auerſa parte Aquilam, quæ Colubrum necant. Verum quum præter memoratum ſupra eo nomine ſextum in ea ſerie, plures occurrant Macedonum Reges, illo AMYNTÆ nomine, ac inter Alexandri Magni deceſſores, apud Diodorum, Dexippum, ac Euſebium; plures vero nummi, neque ii dubiæ vetuſtatis, qui illud nomen AMYNTA, vel AMYNTOY, ut mox dicetur, & quidem cum addito quandoque *Regis* ſeu ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulo, iique haud uno vultu præferunt; hinc quæ lux iis nummis, ac ſimul priſcis Macedoniæ Regum annalibus adferri poſſit, diſpiciendum eſt. Duos equidem videas apud Goltzium; unum cum Hèrculis capite, tecto pelle leonina, ac in altera parte cum Equo Theſſalico, de quo paullo ante, in quadro, ac nomine ut ibi deſcribitur, AMYNTOY: alterum vero, hinc cum Dianæ capite, & a tergo Pharetra; illinc, cum Cervo, & inſcriptione, ΒΑΣΙΛΕΩΣ AMYNTOY, & qui poſterior nummus hodie itidem ſpectatur in Gaza Medicea. Occurrit quoque in iiſdem cimeliis nummus, quique in Regiis præterea Gallorum, & olim Chriſtinæ Reginæ conſpicuus; in quo caput Herculis, retro claua, illinc Leo gradiens cum ſimili inſcriptione, ΒΑΣΙΛΕΩΣ AMYNTOY. Quam utique AMIMTOY ſeu AMYNTOY inſcriptionem præfert quoque primi & antiquiſſimi *Amyntæ* nummus, e Theſauris Brandenburgicis ſupra iam adductus. Ut alios adhuc mittam, ſicut ſingularem Gazæ Gallorum Regiæ nummum, in quo hinc Mercurius cum petaſo, retro Caduceus; illinc Caduceus alatus, & inſcriptio ΒΑΣΙΛΕΩΣ AMYNTOY. E quibus utique liquidum, utraque nominis illius inflexione, AMYNTA & AMYNTOY legi in antiquis nummis; neque, uti viſum viro erudito, pro ſuſpectis eos continuo habendos, in quibus poſtremum illud AMYNTOY legitur. Quum enim variæ eſſent inter Macedonas coloniæ; hinc utrumq; illud AMYNTA & AMYNTOY, pro ratione nempe locorum in Macedonia, ubi cuſi eſſent illi nummi, eſt receptum. Quamquam illud diſſimulare hic non debeam, in priori illo adducto apud Goltzium nummo, in quo hinc caput Herculis cum leonino tegmine, illinc Equus in quadro, & qui exſtat in Theſauris Brandenburgicis, legi omnino ΒΑΣΙΛΕΩΣ AMYNTA, non, ut apud Goltzium, AMYNTOY; ac ſimiliter in alio eiuſdem Gazæ Regiæ Brandenburgenſis, qui hinc iuuenile caput cum eodem leonis tegmine, illinc Aquilam itidem in quadro exhibet: aut alius inſuper, ubi Aquila Serpentem diſcerpit, cum eodem nomine AMYNTA. Verum in aliis nummis cum Gazæ Gallorum Regiæ, tum Mediceæ, iiſque probæ omnino notæ ac genuinis, & quales mox adducentur, ΒΑΣΙΛΕΩΣ AMYNTOY itidem legitur: ſicut alioquin apud antiquos Auctores, neque eos tamen Jonici generis, [a] Polybium, [b] Diodorum, [c] Strabonem, [d] Arrianum, [e] Dexippum, alioſque apud quos AMYNTOY ſimiliter occurrit. Unde haud inſolens illa nominis huius inflexio,

De haud uno AMYNTA *in nummis.*

Cap. IX. Chronol. V. T. pag. 183.

Græc. Tab. XXIX.

Harduinus Chronol. V. T. pag. 154.

a Lib. II. cap. 48 lib. XV. c. 1.
b Lib. XIV. p. 444.
c Lib. IX. pag. 427 & lib. XII. pag. 577.
d Exp. Alex. lib. IV. cap. 27. & de Geſtis poſt. Alex. ap. Phot. Bibl. pag. 217.
e Græc. Euſeb. Scal pag. 57.

flexio, nec solis Jonibus, nempe Αμύντας Αμυύτυ, usitata, viro erudito videri debuit; nec proinde alibi ab eodem soloeci continuo Josephus eiusque sodales argui, apud quem, & in antiquis quidem eius codicibus, Αμυύτυ quandoque legatur. Occurrit quidem, ut hoc addam, inter Macedonum post Alexandrum M. Reges, ANTIGONUS GONATAS, qui Γονατᾶ & Γονατᾶν, secundo & quarto casu apud Polybium dictus; verum ΓΟΝΑΤΟΥ quoque, in eius nummis, de quibus paullo post, appellatus. Adde inter eosdem hosce Macedonum Reges ac Dynastas, ut *Alcetam* prioris Amyntæ patrem, Αλκέτης Αλκέτυ, apud Dexippum; *Perdiccam*, & alium *Alcetam* eius fratrem, post Alexandri M. obitum, utrumque Περδίκκυ & Αλκέτυ in generandi casu a [a] Thucydide, [b] Diodoro, aliisque similiter dictos: ut ceu insolens hæc ac aliena Αμυύτᾶ pro Αμυύτα lectio explodi in his Macedoniæ Regum nummis a viro docto haud debuerit. Immo vero, ad faciendam eius rei maiorem adhuc fidem apud virum eruditum, qui cæteroquin *plus nummis probatæ antiquitatis & fabricæ, quam* 600 *Historicis tribuendum* statuit, de promiscua nempe illa AMYNTA & AMYNTOY in antiquis Macedonum nummis scriptura: en insignes aliquot nummi: quorum tres priores exstant in Gaza Gallorum Regia; prior autem similiter & postremus in Medicea; quorum autem icones accurate ad eorundem nummorum probæ notæ typos, depictas, præclaris humanissimisque utriusque illius Gazæ custodibus, Oudineto & Bianchi, qui eas lubenter mihi impertiuere, acceptum feret Lector.

Ant. lib. xv. c. 7.

Lib. ii. c. 41. 45.

Euseb. Scal. pag. 57.

Lib. ii. c. 100. Lib. xii. p. 612.

Chronol. V. T. pag. 168.

Ad quem autem AMYNTAM, an ad unum vel duos, iuxta Harduinum, an vero ad plures spectent signati cum illo AMYNTOY vel AMYNTA nomine nummi, in præclaris Gazis vel Museis adhuc superstites, aut ad quos ex iis singuli referri debeant, haud facile licet hodie statuere. Neque inde adeo, quod ambigerent subinde antiquarii, an Herculis, vel alicuius *Amynte* Regis vultum ii subinde præferant: sed quod nulla equidem temporis, aut quæ cæteroquin eorum ætatem indicat, nota sint iidem insigniti. Ea utique de his Macedonum Regibus, & quidem AMYNTÆ nomine dictis, quod ad unum ex iis apud Eusebium Regibus agnoscit quoque Scaliger, occurrit apud antiquos Auctores varietas & confusio, ut frustra omnino quis hodie in iis conciliandis laboraret, & certi quid vellet de iis statuere. Videantur eam in rem Diodorus, Justinus, Solinus, Dexippus, apud Syncellum, & Eusebius; quorum alii duos, ut [a] Justinus & [b] Solinus; alii tres, ut [c] Diodorus & [d] Dexippus; alii quatuor etiam *Amyntas*, sicuti [e] Eusebius, Macedonum ante magnum Alexandrum Reges adscribunt. Herodotum enim hic ac Thucydidem mitto, utpote antiquiores traditis postremis ante eundem Alexandrum

Chron. V. T. v. 149. & 153.

Animadv. ad Euseb. p. 122.

a Lib. vii. c. 2.
b Cap. ix.
c lib. xvi. pag. 312. lib. xiv. pag. 443.
d Græc. Euseb. Scal. pag. 57.
e Chron. pag. 127. 134. lib. ii.

lexandrum *Amyntis:* quorum ille, ut vidimus, ſextum in ea Regum ſerie ac primum illo nomine, AMYNTAM tangit; hic *Alexandri*, ſeptimi Macedonum Regis, e *Philippo* filio nepotem, & *Archelai* patruelem AMYNTAM memorat: ut de alio adhuc AMYNTA ſileam, Perdiccæ illius, qui Magni Alexandri auus, itidem nepote, & huius Alexandri patrueli, ſed ab eo dum in expeditionem contra Perſas, ut ab Arriano apud Photium dicitur, tendit, cæſo. Hoc autem in ea veterum Scriptorum diſcrepantia vero magis conſentaneum videtur, idque fide veterum nummorum comprobari; tres exſtitiſſe Macedonum Reges AMYNTAS: primum, qui *Alcetæ* filius, & ſextus in ea ſerie ab Herodoto, ab aliis octauus, vel decimus, ut vidimus, traditur; ad quem autem ſpectat adductus vetuſtus cum AMYNTOY vel AMYMTΠY nomine in priori Diſſertatione nummus Secundus vero, qui *Philippi* filius a Thucydide dicitur, regno autem iectus, a Sitalce vero Thracum Rege in illud reſtituendus, etſi irrito tandem conatu, ut id a Diodoro inſuper traditur. Tertius vero, qui a Diodoro τῦ θαρσαλέυς, ſeu *Audacis* filius in genere, a Dexippo vero Aridæi filius dicitur; &, occiſo Pauſania XXIV annis apud Diodorum, apud Dexippum annis XII, apud Euſebium vero annis XVIII regnaſſe traditur. Ad quem proinde, & maxime diuturni eius regni intuitu, quique tres filios poſt ſe Macedonum Reges reliquerit, ALEXANDRUM, PERDICCAM, & PHILIPPUM, Magni Alexandri patrem, commode tribui poſſunt tres illi nummi, qui BAΣIΛEΩΣ AMYNTOY, ut paullo ante vidimus, non cum eius quidem vultu, ſed cum Herculis, Dianæ, & Mercurii capitibus ſignantur; & quartus inſuper, qui caput eius præfert. Duo vero nummi, non qui barbatum Herculis caput cum Leonis exuuiis, & cum nomine AMYNTA exhibent; ſed qui imberbe caput illis Leoninis ſpoliis, more Macedoniæ Regum, tectum, & cum ſignato itidem in iis AMYNTÆ nomine oſtentant; haud incommode ad ſecundum illum commemoratum modo AMYNTAM referri poſſunt: non vero ad priorem illum, uti ab Harduino factum, & in ordine ſextum Macedonum Regem, cuius prolatus ante vetuſtus utique & ſingularis omnino nummus: neque vero ad poſtremum, uti ab aliis factum, & de quo paullo ante, *Amyntam.* Quod firmare inſuper poteſt inſcripti ii cum ſolo AMYNTA nomine, ſine addito in iis BAΣIΛEΩΣ titulo, nummi.

Lib. VIII. cap. 137.

Lib. II. cap. 95. & 100.

De Geſt. poſt Alex. M. Phot. Bibl. pag. 219.

Ut ſupra.

Lib. XII. p. 312. Lib. XV. p. 488. Græc. Euſeb. Scal. p. 57. Ut ſupra. Ut ſupra. Chron. p. 134. Lib. XI.

Chronol. V. T. pag 148.

Inter ALEXANDRUM vero & PERDICCAM, poſterioris AMYNTÆ filios, & Magni Alexandri patruos, PTOLEMÆUS ALORITES, relatus inter Macedonum Reges apud Diodorum, Dexippum, ac Euſebium legitur; firmatque inſuper nummus a Goltzio adductus, in quo caput Herculis cum leonino tegmine, illinc Equus in quadro, cum inſcriptione ΠTOΛEMAIOY AΛΩPITOY. Eundem vero Ptolemæum ut alienigenam, nec proinde ex Regia apud Macedonas Heraclidarum gente, in regnum illud intruſum auctor eſt [a] Dexippus: Diodorus vero, qui [b] duobus locis eiuſdem Regis

a Græc. Euſeb.
b Scalig. p. 57.

ἐδολοφονήθη ὑπὸ τ' ἀδελφῆ Περδίκκα lib. xv. pag. 497. Lib. xvi. pag. 510.

gis meminit, uno & priori quidem loco, cum *dolo a Perdicea fratre*, ut hodie apud eum legitur, *occisum* tradit; altero vero, post *Aimyntæ* obitum regnasse filium eius maiorem natu *Alexandrum*; eundem vero dolo a *Ptolemæo Alorite*, qui ita regnum inuaserit, cæsum, qui autem postea a *Perdicca* fuerit quoque, vindicata nempe fratris cæde, e medio sublatus. Ab Eusebio vero post ALEXANDRUM, posterioris nempe Amyntæ filium, regnasse idem PTOLEMÆUS ALORITES tantum dicitur. Quin autem errauerit priori loco modo indicato Diodorus; aut locus ille in mendo cubet, quo frater *Perdiccæ*, ac proinde cæsi quoque ab eo *Alexandri*, traditur hic *Ptolemæus Aloritis*, haud dubitare equidem licet. Eundem vero *Ptolemæum* regnasse tantum in parte Macedoniæ, in qua erat *Aloros*, oppidum a Plinio memoratum, & quæ gens Macedoniæ dicta sit *Aloritæ*; ac vel inde suspectam esse Regum Macedoniæ, quæ circumfertur, quasi ille Rex totius Macedoniæ fuerit, contendit eruditissimus Harduinus. Cur tamen ea in re Diodoro, Dexippo, aut Eusebio, hunc *Ptolemæum Aloritem* inter Macedonum Reges referentibus fides continuo derogetur; maxime ubi nulla in contrarium aliorum veterum Auctorum vel monumentorum testimonia militant; immo, ubi veteris id & singularis nummi auctoritate firmatur, qui eadem, quæ in aliis Macedoniæ Regum nummis præfert insignia, Herculis nempe cum leonino capitis tegmine, & Equo Thessalico in quadro, haud equidem video. Adde, quum & haud insolens esset illa petita id genus Regum a natali eorum solo nomenclatio; sicut huic *Ptolemæo*, ab *Aloro*, nobili Macedoniæ, ut non e [a] Plinio solum, sed [b] Scylace præterea, [c] Strabone, [d] Mela, [e] Ptolemæo, [f] Stephano liquet, oppido, inditum inde ab illo natali eius solo nomen; haud aliter ac *Antigono Gonatæ* e postremis Macedonum Regibus adhæsit nomen a Γόνοις, Thessaliæ, in quo natus erat ac educatus, oppido, uti apud Dexippum & Porphyrium traditur. Mitto quod quæ apud alios Ἄλωρος a Scylace Ἀλωρὶς dicitur; nec abludit gentile eius Ἀλωρίτης, quod tamen ab Ἄλωρος formari etiam potuit, sicut ab Ἄζωρος, urbe Paphlagoniæ, Ἀζωρίτης, & quidem ut ad eam urbem Stephanus, ὡς Ἀλωρίτης. Ab Holstenio autem adducitur & tanquam genuinus e Pyrrho Ligorio apud Stephanum nummus ΑΛΩΡΙΑΤΩΝ inscriptus; sed in quo, pro tradita supra eiusdem Ligorii in tradendis Græcis id genus nummis incuria, ΑΛΩΡΙΤΩΝ in eo, si talis exstat, legi, licet omnino statuere. Adde e Macedonici, non regni quidem, sed imperii, post Alexandrum magnum, Successoribus, ANTIOCHUM CYZICENUM, alium vero ASIATICUM, ab eorum nempe natali solo, aut ubi fuerant iidem educati, illum *Cyzici* ad Hellespontum, hunc alibi in *Asia*, itidem appellatos constat.

Chronol. V. T. pag. 155.

a Lib. IV. c. 10.
b In Peripl. Macedon.
c Lib. II. c. 3.
d Lib. II. c. 3.
e In Ἄλωρος.

a Græc. Euseb. Scal. pag. 58.
b Ibid. p. 63.

In Ἄζωρος.

a Vid. Joseph. Ant. lib. XIII. cap. 13. Appian. Syriac. pag. 132.
b Appian. Syriac. pag. 133.

III.

De PHILIPPI *&* ALEXANDRI MAGNI *Nummis.*

PHILIPPI autem & ALEXANDRI MAGNI, quibus duobus inclytam Regibus (in sat longa cæteroquin eorum serie) Macedoniam dicit Plinius, obuios etiamnum, magno utique numero, ac in in omni metallo, nummos, & priores quidem *Philipporum* olim nomine, quod vel ex adductis alia occasione Plauti, Horatii, ac veterum Jurisconsultorum locis constat, appellatos,

Lib. IV. c. 10.

Diss. I. pag. 8.

appellatos, haud hic operose referam. Utrumque equidem Regem, cum solito Leonini capitis tegmine, ad prodendam ab Hercule Leonicida originem, consueto prioribus iam ante Macedonum Regibus, ut vidimus, ac tralatitium, typo; aut quandoque cum laurea, vel diademate, & qua de re postea dicetur, exhibent eorum nummi. Nudum etiam vulgo eorum nomen, ΦΙΛΙΠΠΟΥ nempe vel ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ iidem præferunt; sed quandoque etiam cum addito ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulo, idque non solum cum initialibus litteris, ut ΒΑ. ΦΙ. in nummo cum duabus qnieſcentibus Capris apud Goltzium, & in Thesauris Gallorum Regiis; sed cum integris nominibus, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ, & ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Quod ideo monendum hic occurrit, quod vir eruditus, uti iam ante vidimus, in nullis Regum in orbe nummis, ante huius *Alexandri* obitum, illud ΒΑΣΙΛΕΩΣ nomen additum censet; sed morem illum post eius fata demum inuectum. Haud quæsita utique, ut id obiter dicam, occasione, virum ingenio ac eruditione præstantem lacessendi, (quod a moribus nostris, & ab ea qua is se nobis amicum publice contestari voluit, eaque coram adhuc mihi, dum nuper in Gallia publico nomine denuo agerem, declarata professione, foret alienum) occurrit mihi subinde ab eo dissentiendi occasio; sed ita ferente omnino eo, de quo agimus, argumento, eademque mihi concessa, qua in meis etiam interdum redarguendis ille quoque usus est, libertate; honesta quidem illa, & quæ humanitatem præclaris doctrinarum studiis confirmatam decet; non procaci vero vel contumeliosa, quæ nil nisi fœdum agrestis ferociscque ingenii vitium continuo prodit. Adde, quod nulla hic sit singularis laus ingenii vel doctrinæ; sed quod plures antiquos nummos versare mihi licuerit; & e quibus (ut me nunc in hac Macedonum Regum serie contineam) illum ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulum, præferunt, vel adducti iam ante, cum antiquissimus qui exstat, eorum nummus, primi nempe ΑΜΥΝΤΑ, cum initiali Β. pro ΒΑΣΙΛΕΩΣ littera, ut bene eas in eo litteras Β. ΑΜΥΜΤ□Μ, per Βασιλέως Ἀμύντᾳ Μακεδόνων, *Regis Amyntæ Macedonum*, explicandas vidit præstantissimus Begerus noster; haud aliter ac in quibusdam PHILIPPI & ALEXANDRI MAGNI nummis, subinde Β. Φ. aut Β. Α. pro Βασιλέως Φιλίππου aut Βασιλέως Ἀλεξάνδρου, cum apud Goltzium, tum alibi legitur; tum cum haud dubio ac integro ΒΑΣΙΛΕΩΣ nomine, inscripti sint non apud Goltzium solum, sed in cimeliis etiam Gallorum Regiis, Mediceis, aliisque, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΑ, vel ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΜΥΝΤΟΥ, & ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΔΙΚΚΟΥ. Cuius autem rei exempla aliquot insuper PHILIPPI patris, & ipsius ALEXANDRI, & quidem ante huius obitum, cusi cum illa ΒΑΣΙΛΕΩΣ appellatione nummi suppeditant, cum apud Goltzium rursus, tum in iisdem Regiis ac Mediceis, aliisue Cimeliarchiis: & PHILIPPI quidem, in quibus aut Juppiter cum Aquila; aut Clava Herculis; aut Equus ad cursum incitatus, cui vir coronatus insidet, & inscriptio in iis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ. Ita plures etiam in iisdem cimeliis ALEXANDRI nummi, in quibus aut Juppiter itidem αἰτοφόρος, aut figura Equestris; aut alia stans cum Arcu & Sagitta; & additus nomini titulus, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Immo prout alioquin inter nummos huius *Alexandri*, quos adhuc hodie terimus, qui post eiusdem obitum sunt cusi ob insignem nempe illius Herois, sequutis adhuc ætatibus apud Macedonas suos cultum, renouata est subinde, neque in nummis solum, sed in omni pretioso monumentorum ge-

Harduinus Chronol. *V. T.* pag. 157.

Græc. Tab. xxxi, & xxxiii

nere, tabulis, clypeis, ſtatuis, annulis, effigies; eaque ut plurimum cum adſcripto ſolo Herois nomine, ut omnes alios titulos longe ſupergreſſo, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Quod, ut de aliis mittam id genus nummis, in quibus præterea ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ *Commune Macedonum*, ut conſtaret quorum iuſſu ac auctoritate iidem eſſent percuſſi, legitur, præclare adſtruit inſignis nummus Regiæ Gallorum Gazæ, e quo ſingulare etiam & anniuerſarium Certamen, in illius Herois memoriam a Macedonibus celebratum diſcimus; nempe ΟΛΥΜΠΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ, *Olympia Alexandria*, cum ſolemnibus Agonum ſeu Ludorum apud veteres typis, menſa, duabus Urnis deſuper cum inſertis Palmæ ramis, intra menſam vero adſcripta illa ΟΛΥΜΠΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ, circum ΚΟΙΝΟΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ Β. ΝΕ. *Commune Macedonum Bis Neocororum*: illinc vero *Alexandri* caput cum diademate, & nomine ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. Cuius præclari omnino, nec vulgati hactenus, quod equidem norim, nummi iconem hic damus.



Ea vero fuit Herois illius, non ſolum apud gentiles ſuos Macedonas, ſed apud alios etiam populos vel ciuitates, multis adhuc poſt obitum eius ſæculis, veneratio, ut ſolemnis ille Agon eius nomine appellatus, a COMMUNI inſuper THRACUM, ſicut a *Communi* etiam *Jonum*, teſte de hiſce Strabone, in Chalcidenſium prope Clazomenem luco, celebraretur. Prius vero illud de *Thracibus* docent etiamnum alii inſignes nummi, & alibi iam a nobis obiter memorati, iique ſub Romanis Imperatoribus, Antonino Caracalla, Alexandro Seuero, & Gordiano cuſi, & inſcripti, ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ, *Commune Thracum, Alexandria*; eaque non ΟΛΥΜΠΙΑ iam, ſed ΠΥΘΙΑ, & cum addito *Philippopoleos*, Thracum, ut in nummis eius ſub Seuero, Caracalla, Elagabalo cuſis, *Metropoleos* appellatæ nomine, ΕΝ ΦΙΛΙΠ. ΠΟΠΟΛ. ΠΥΘΙΑ, aut alterius in Ponti oppido, quem iam vulgauit Cl. Patinus, ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ ΟΔΥΣΣΕΙΤΩΝ, *Alexandria Odeſſitarum*. Priorem vero illum inſignem horum *Philippopolitarum* nummum, e theſauris Gallorum Regiis, ubi eum pridem nec ſemel verſare nobis contigit, & ab erudito etiam Harduino memoratum, inde autem cum aliis maioris formæ Regiæ Gallorum Gazæ nummis, Regio iuſſu in Galliis, ac nouiſſime Berolini, eximii Begeri noſtri cura, ut ipſe ſuis ad me litteris retulit, æri denuo inciſum, hic quoque opportune conſpiciendum duximus.

Lib. XIII. pag. 644.

Epiſtol. I. & IV. ad Morell. pag. 87. 275 & 310.

Num. Urb. III. pag. 519.

Cuius

Cuius autem, ut hoc addam Agonis ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ, ſeu ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ, ab hoc Heroë dicti mentio itidem occurrit in Inſcriptionibus antiquis. Inde etiam Alexandri Seueri temporibus, in Arcena Syriæ ciuitate, huius autem Imperatoris natali ſolo, Templum diemque Alexandro Magno feſtum exſtitiſſe, e Lampridio diſcimus; e Trebellio autem Pollione, id in Macriani familia receptum, ut viri in annulis & argento, mulieres *in omni ornamentorum genere inſculptam ſemper habuerint* Magni Alexandri *effigiem*: immo, quod ab eodem Auctore continuo additur: *Quod idcirco poſui, quia dicuntur iuuari in omni actu ſuo, qui* ALEXANDRUM EXPRESSUM *vel* AURO *geſtitant, vel* ARGENTO. Quam in rem præclarus omnino, & qui illum Pollionis locum haud parum illuſtrat, & ex eo viciſſim illuſtratur, exſtat haud prætereundus hic apud Chryſoſtomum locus: τί ἂν τις εἴποι περὶ τῶν NOMISMATA ΧΑΛΚΑ ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ τοῖς περιάπτοις καὶ τοῖς ποσὶ περιδεσμοῦντων, *quid vero diceret aliquis de his, qui incantationibus & amuletis utuntur, ac de circumligantibus capiti vel pedibus* ÆREA ALEXANDRI NUMISMATA: Ita enim in omnibus codicibus χαλκὰ legi, non χρυσᾶ, monent aurei Scriptoris editores. Ne iam hic memorem, ad ſuperſtitem adhuc *Alexandrum*, non decretas ſolum extra Macedoniam, aut ſubiectas eidem urbes, a Græcorum in Europa vel Aſia gentibus aut oppidis, coronas aureas; ſed eius effigie ſignatos tum quoque paſſim ab iis nummos. Cuius rei utique fidem abunde faciunt tot obuii adhuc cum Alexandri huius nomine ac vultu nummi, quibus præter Iouem κεφαλόθεον, inſculpta inſuper *Racemi, Tridentis, Roſæ* ſeu *Balauſtii, Bouini* capitis, *Sphingis Acroſtolii, Caducei, Pegaſi*, aliaque id genus inſignia, ac interdum cum initialibus locorum litteris, K. T. X. PO. EY. AET. KO, quæ à *Cois, Teniis, Chiis, Rhodiis, Eubœis, Leucadiis, Argiuis, Corinthiis* (a quibus poſtremis in ciuem etiam adſcitus traditur) ſignatos eodem arguunt.

In Alex. Sev. cap. v.

In Quieto.

Homil. XII. de Statuis p. 610. T. VI. edit. Gr. Sauil.

Fronto Ducæus in Not. T. I. edit. Pariſ. pag. 60.

Curt. lib. IV. cap. 5.

Seneca de Benef. lib. V. c. 13.

IV.

De MACEDONIÆ REGUM *poſt* ALEXANDRUM *Nummis.*

Neque ſequuti hunc ALEXANDRUM Macedonum Reges, minus in antiquis eorum nummis, ſe adhuc hodie conſpiciendos præbent. Adeo ut ſi forte

Macedonum nempe, quod ibi iam olim monui, Regem ſatis arguunt dimidiati illi Clypei cum Stellis, quales itidem videas in nummis *Antipatri* apud Goltzium, aliiſque inſcriptis MAKEΔONΩN ΠPΩTHΣ, ac unde utique adſequimur conſuetum regionis illius ſymbolum. Ad ANTIGONUM autem GONATAM ſpectare non poſſe ſuperiorem nummum, ſatis euincunt nummi illius GONATÆ cum adſcripto nomine ΓONATOY, a Goltzio prolati, ac ab iſto haud parum diuerſi. Neque vero, ut id nunc addam, ad primum illum ANTIGONUM, Magni Alexandri militem, ac poſt eius obitum, plurimis in Aſia dynaſtiis potitum, quique primus, iuxta Diodorum, inter Pellæi Herois Succeſſores, REGIS titulum adſumpſerit, referendus eſt idem nummus. Alia enim omnino occurrit Regis illius effigies in duobus inſignibus nummis Gazæ Mediceæ; in quorum uno, caput eius barbatum, ac hedera; in altero, laurea redimitum cernitur: in auerſa vero utriuſque nummi parte figura nuda naui inſidens, quæ dextra arcum tenet, retro Tridens naui infixus, infra autem Delphinus. Unde ſupereſt, ut adductum prius nummum, ANTIGONO TUTORI adſcribamus; cuius cæteroquin nota cum Arato & Achæis contra Lacedæmonios ſocietas, multiſque Græcorum monumentis celebrata fama & virtus. Ut non mirum ſit, in auerſa nummi parte Palladem videre armatam, quæ dextra Clypeum tenet, ſiniſtra autem, ſicuti in *Phæſtiorum* aliiſque adhuc nummis, Fulmen vibrat. *Hircina* vero cornua, quibus inſignitus eſt hic *Antigonus*, quod adtinet, de iis mox occurret dicendi locus. PHILIPPI vero, huius *Antigoni* pupilli, & cui ille regnum moriens reliquit; ac PERSEI eius filii, ſub quo Macedonia, amiſſa omni antiqui nobiliſſimique Regni dignitate, in Romanorum Prouinciam tranſiit, effigies itidem ſeruant nummi in Theſauris Brandenburgenſibus, Mediceis, aliiſque adhuc conſpicui. In quibus nempe PHILIPPI patris caput barbatum ac diademate redimitum; in auerſa vero parte Claua Herculis corónæ quernæ incluſa, cum inſcriptione BAΣIΛEΩΣ ΦIΛIΠΠOY, ac filii PERSEI caput ſimiliter cum diademate, illinc vero Aquila inſiſtens Fulmini, in corona querna, & cum additis aliis Stellæ, aut Aratri ſymbolis. Cuiuſmodi Patris & Filii, ac in quibus defecit vetuſtum illud & nobiliſſimum MACEDONIÆ REGUM ius ac nomen, e Pembrochianis cimeliis conſpiciendos damus hic nummos.

Græc. Tabul. XXXVIII.

Lib. XX. p. 761.

Vid. Polyb. lib. II. cap. 64-7. &c. & Plutarch. in Agi & Cleomen.



E quibus autem, quæ de his Macedoniæ Regum nummis hactenus diximus, liquet haud exigui utique lucri seu beneficii loco omnino reputandum, quod maior & præcipua eorundem Regum etiam e vetustioribus, certe ultra viginti, series ac effigies in iisdem etiamnum conspiciantur: unde corruptum proinde omnino Liuii locum licet statuere, qui vicesimum a CARANO, qui primus regnarit, PERSEA exstitisse tradit; propius proinde ad nummorum illorum fidem accedere vel Diodorum, qui decem & octo ad Alexandrum Magnum Reges, eumque proinde decimum nonum statuit; vel Justinum, qui triginta a Carano ad Persea Reges numerat: ut nunc Eusebium mittam, qui ad triginta nouem eorundem Regum numerum retulit. Quomodo etiam abunde constare arbitror, quæ lux inde ad eorundem Regum, & nobilissimi illius Regni historiam, maxime, si de singulis residuis adhuc eorum nummis agendi locus hic foret, continuo accedat.

Lib. xlv. c. 9.

Græc. Euseb. Scal. pag. 57.

Lib. vii. cap. 1

Chron. P. 1. p. 35. & P. 11. p. 145.

VI.

De MACEDONIÆ REGUM INSIGNIBUS *in eorum nummis.*

I. *De* LEONIS EXUUIIS *in Regum illorum nummis.*

NEQUE vero, quæ præferunt iidem MACEDONIÆ REGUM nummi, eaque iam obiter memorata nobilissimæ, vel adfectatæ eorum originis INSIGNIA minus adtendi hic merentur. Eos utique ab Hercule Leonicida genus suum deriuasse, ac inde pro totidem HERACLIDIS habitos, vel eorundem imagines in nummis obuiæ cum Leonis exuuiis, id luculenter utique comprobant. Quod ipsum ex eorum fide tradit natus in ostro, unde ei nomen, Imperator; qui illas leonini capitis exuuias stirpis auctorem referentes, Macedonum Regibus familiares, & quibusuis apud eos coronis ac gemmis potiores scribens, addit: ἐν μάρτυρι ἀξιόπιστον αὐτὸ ΝΟΜΙΣΜΑ ΤΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, τοιαύτην εἰκόνα καλλωπιζόμενον, *ac* TESTIS *huius rei fide dignus est* NUMMUS ALEXANDRI MACEDONIS, *eiusdem imagine insignitus.* Vides hic utique eruditissimum Cæsarem, ad Nummos, tanquam ad indubium originis illius ac moris indicium secure prouocantem. Hic vero vir doctus illius editor, ipsum profert ALEXANDRI Nnmmum, cum illis leonis exuuiis, detracta etiam omni galea capiti adaptatis; quod postremnm singulare & minus obuium in iisdem numismatibus credit. Idem vero capitis insigne in antiquioribus etiam haud unius AMYNTÆ, & PHILIPPI Nummis adhuc hodie intuemur; ut præteream *Pharetram* & *Clauam*, quæ tum in eiusdem *Amyntæ*, *Philippi*, & *Alexandri*, tum in posterioris *Philippi* numismatibus, eiusdem originis fidem faciunt. Ut facile videas, non frustra esse omnino, quæ de antiqua HERACLIDARUM in Macedonia sede, prisci auctores magno consensu tradidere. Idem certe hic Nummi, quod Tabulæ veteres apud Synesium præstant; quas tradit successionem Regum ab HERCULE, suo tempore adhuc apud Cyrenæos demonstrasse. Neque aliter eadem *leonina pelle* amictum Polynicem legas apud Hyginum, quem alias *Ursi pelle* induunt Tragici; quam ut illa Thebanam originem arguerit. Jactata nempe passim apud veteres, neque ab unis Macedonum Regibus illa Herculis successio; quem [solemni adhuc temporibus nostris insania, Gentem suam ab antiquis Regnorum aut Imperiorum Condi-

Constantin. Porphyrogen. Them. lib. 11.

In Catastas.

Conditoribus deriuandi] generis ſui auctorem talium aucupes ambitioſe venditabant. Unde etiam eoſdem a Socrate apud Platonem exploſos videas, & illis opportune inculcantem, vigeſimum ab Hercule, etiam quinquageſimum, reputare debere illud eſſe fortunæ. Quod autem Heraclidis *pellis Leonina* toties in veteribus Nummis obuia, idem Tydeo *pellis Aprina* præſtitit; qua, auctore Hygino, opertus itidem incedebat, quo a Caledone Apri interfectore genus ſe ſuum deriuare indicaret; ac unde Κάπρος ſeu *Aper* eſt a Lycophrone dictus, ut ad eum notat Tzetzes. Sic *pelle Taurina*, eaque talari indutus apud Apollonium Rhodium Argus; *Pantherina* vero Jaſon apud Pindarum. Si vero Philoſtratum audimus, non inane ſolum fuit generis inſigne hæc *pellis leonina*, ſed ſingularis cuiuſdam virtutis & præſtantiæ. Tradit enim ille, Aiacem adhuc infantem leoninis illis Herculis exuuiis inuolutum, in eaque parte factum inuulnerabilem. Antiquiſſimis nempe mortalibus primo e foliis arborum, mox ex animalium exuuiis quæſita corporis tegumenta; de quibus Lucretius,

Pellibus & ſpoliis corpus veſtire ferarum. Lib. v. v. 952.

Hinc, quod notum, & pelliti olim Patres conſcripti; & ferarum pellibus induti, Mauri, Germani, aliæque horridiores gentes, veteribus commemorantur. Immo progreſſu temporis, non ſolum a gentibus minus cultis idem vulgo habitus retentus eſt; ſed ab iis quoque, qui horridius aut ſimplicius vitæ genus profeſſi, ſe ad priſcam illam ſimplicitatem componebant: quales olim aut ſanctiſſimi illi viri, Elias, Eſaias, Zacharias, Seruatoris Præcurſor; aut Gentilium etiam Heroës, de quibus aperte id teſtatur eruditus Apollonii Rhodii interpres: Δέρμα ἢ ἱ μὲν σωφρονες τοῖς Ἥρωσι τὸ δερματοφορεῖν, *Pellem quidem ille; conſuetum Heroibus pellem gerere:* aut ſapientiæ ſtudiis apud eoſdem Gentiles clari, ſicut de Dione oris aurei conſtat, quem ſæpe leoninum ſpolium geſtaſſe [a] Photius & [b] Suidas tradunt. Inde etiam priſcis Chriſtianorum Aſcetis, ſimile quæſitum corporis tegumentum; nempe qui ſæculo renunciantes, vel ex arborum foliis, vel ex ferarum pellibus indumenta ſibi conficiebant. Talis vel Paulus ille Eremita, qui auctore Hieronymo, *contextis palmarum foliis veſtiebatur*; aut Hilario apud eundem, *ſacco membra coopertus, & pelliceum habens ependyten*; aut Simon ille Monachus, de quo refert Iſidorus Peluſiota, ἢ σίσυρα σωίζασι γυμνὸν, ᾧ ἀμπέχεται, *ex caprinis pellibus contexta veſtis, qua amictus eſt, nudum eſſe oſtendit*; quo caprino cæteroquin amictu uſos olim Libyæ mediterraneæ incolas, obſeruat Galenus. Scilicet his inſignibus, ſeu animalium exuuiis, ſicut Macedonum olim Reges ſeſe Herculis traduces; ita illi Aſcetæ ſe Eliæ, aut Johannis ſucceſſores conteſtari cupiebant.

In Theæteto p. 175. ed. H. Steph.

Ἀλέξις καπρεὰς v. 1066 Schol. Ibid.

Argon. lib. 1. v. 324.

Pyth. Od. IV. v. 143.

In Heroicis p. 693.

a Biblioth. p. 530.

b In Δέρμα.

In Vita Pauli Eremitæ.

In Vita Hilarionis.

Lib. I. Epiſt. 475.

De Morbo Sacro cap. 11.

II. *De* CORNUTIS *Alexandri M. & Succeſſorum Nummis*

Sed ſplendidiorum adhuc Natalium, qui ALEXANDRUM Herculis non tam traducem,, quam fratrem probarent, CORNIGERI eiuſdem in Nummis habitus oſtendit; qui illum ſcilicet Jouis Ammonis filium non minus arguit, quam inſcriptio eiuſdem apud Philoſtratum, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC Ο ΔΙΟC, aut altera apud eundem, PATRI AMMONI. Unde & Alexandrum, non alio nomine deſignat Ouidius in Ibi:

De Vit. Apollon. lib. 1. c. 6.

Quam

Vers. 298. *Quam qui* CORNIGERO *de Ioue natus erat*

Ita ut eodem illo habitu se adhuc hodie conspiciendum in Nummis præbeat, quo illum Clemens Alexandrinus depictum refert; quò teste scilicet, *voluit autem & Alexander Ammonis filius videri, &* CORNUTUS *insculpi a statuariis*: ἠθέλετο δὲ καὶ Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι καὶ ΚΕΡΑΣΦΟΡΟΣ ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν. Quo cultu etiam frequentasse illum conuiuia innuit Ephippus Olynthius apud Athenæum, indutum nempe Ammonis veste, CORNUBUS, Claua præterea, & pelle leonina. Eodem nempe quo frater Bacchus instituto; cui ideo Cornua adscribit alicubi Diodorus, quod Cornigeri Ammonis esset filius: quibus certe generis insignibus nescio an aliquis hodie Natales suos aut Patrem ambitiose adeo probari vellet. Ut tamen non mirum sit amplius, cur Æra Alexandrina apud Arabas Epocha *Alexandri Bicornigeri* fuerit appellata: aut cur ille ab iisdem ذو القرنين DULKERNAIIM, Δικέρως nempe seu *Bicornis* vocari solcat. Ita enim Heros ille cum in Alcorano, tum in aliis scriptis Arabum, quod notum, vulgo designatur. Si vero rationem huius appellationis ab iis quæras, continuo audies ita dictum, quasi nempe Orientis & Occidentis domitorem. Id certe tradunt præter alios, & Glossator eorum Gieuhari, & clarissime in compendio Astronomico & Nautico Achmad ben Magad, Cl. Seldeno citatus ad Origines Eutychianas; cui vocatur eo nomine DULKERNAIIM, seu *Bicornis Alexander*, quod, ut habent Arabica; *Orbis totius Rex erat a Cornu seu plaga Orientali, usque ad Cornu seu plagam Occidentalem.* Consona iisdem lego apud Abul Pharagium, وسمى ذا القرنين لانه قد بلغ الشمس من مطلعها والمغرب *appellatusque est Dhulkarnaim*, id est, duo habens Cornua, *quod duo Solis cornua adsecutus esset, Orientem & Occidentem.* Neque etiam Græcis scriptoribus ignota illa Orientis & Occidentis Cornua, arguit præter alia Κέρας Ἑσπέριον, seu *Cornu Occidentale* apud Diodorum, de Africæ regione usurpatum, cui præerat Amalthea. Verior tamen & simplicior meo iudicio huius denominationis ratio, quæ scriptores illos Arabas fugisse videtur, petita nempe a cornuta huius Alexandri effigie; quam vocis originem adposite cum altera illa de Orientali & Occidentali plaga indicauit etiam ὁ Ἀραβικώτατος Golius; quo huius linguæ doctore uti quidem mihi adolescenti aliquamdiu licuit; sed ita ut meam annis iam grauis in eadem infantiam agnoscere nunc ultro tenear. Verum neque Alexandri solum apud Abas, sed quasi eius, si Diis placet, superstitum adhuc Nepotum retenta alibi in Oriente appellatio. In prouincia certe quadam Balaxiæ, singulos Reges, tanquam ab ALEXANDRO genus ducentes, ZULKARNEN, (DULKERNAIIM) verius) seu *Bicornigerum* dici refert Paulus Venetus. Horum autem omnium ratio lateret ferme nos hodie, ni opportune *Cornigerorum* cum Alexandri, tum Successorum Numismata appellationis huius causam & fontem indicarent. At vero, ut hoc addam, Alexandrum, non Cornu, diuinæ originis indice, decoratum; sed Cornu Asini Scythici Apollini offerentem legas in versibus, qui tanto Heroi apud Stobæum tribuuntur:

Σοὶ τόδε Ἀλέξανδρος Μακεδὼν κέρας ἄνθετο, Παιὰν,
Κάνθωνος Σκυθικοῦ χερμά τι θαυμάσιον

e versione τῷ πάνυ

Istud Alexander Scythici tibi dat Macedum Rex
Cornu Asini, dignum numine, Phœbe, tuo.

Protrept. pag. 36.

Lib. XII. pag. 537.

Lib. III. pag. 206.

Dyn. VI. p. 96.

Lib. III. pag. 201.

In Lexico Arabic.

Lib. V. cap. 25.

Eclog. Phys. Tit. XI.

H. Grot. Excerpt. e Stob. pag. 166.

Quod,

Quod, ut obiter hoc addam, mihi in memoriam reuocat, eundem Alexandrum temulentum, uti id a Pergameno Caryſtio apud Athenæum traditur, Aſinis ad currum iunctis commeſſabundum ſubinde vectum. Tranſiere vero ad eius Succeſſores, una cum imperii dignitate, eadem quoque Capitis inſignia; quo ſe utique vel oris & habitus ſimilitudinè, neceſſarios quaſi & legitimos hæredes probarent. Hoc ſtudio certe incenſum PHILIPPUM penultimum Macedonum Regem, narrat Polybius; illum ſerio nempe in id per totam vitam incubuiſſe, ut ex cognatione Alexandri & Philippi videretur; quod arguit adhuc hodie depicta eius in nummis effigies, cum leoninis Herculis Ἀεχηγέτα exuuiis. Neque enim ſolum proiectam Alexandri ceruicem, in aliquot Hæredum eiuſdem imaginibus ſpectamus, quod adnotauerat iam olim Plutarchus; verum etiam leoninam pellem, & CORNUA ARIETINA, quæ *Ptolemæorum, Lyſimachi*, aliorumque in nummis capita etiamnum decorant. Nec iam an ARIETINA illa, ut modo innui, vel HIRCINA Cornua fuerint, admodum laboro; quod ſollicitum habuit virum doctum in notis ad Græca Goltzii numiſmata, ob Plutarchi *Caprina* Pyrrho tribuentis auctoritatem. Utriuſque enim generis, nempe *de* CAPRIS & ARIETE *cornutos*, ut vocat illos Tertullianus, in his monumentis videas [ut de TAURINIS iam nihil dicam,] quæ nec grauiſſimi auctoris fidem minuunt, nec ideo eadem inter ſe confundi patiuntur. TRYPHONIS certe, qui ſe in Seleucidarum ſeriem, & de quo poſtea, intruſit, nummum cum HIRCINO Cornu protulit Willalpandus, cuius ectypum etiam e Cimeliis Chriſtinæ Auguſtæ depromptum primi olim vulgauimus.

Lib. x. pag. 14.

Lib. v. p. 360.

In Pyrrho pag. 387.

In Apologt. c. XVI.

Equidem non uno CORNUUM genere inſignes occurrunt in antiquis nummis Gentilium, DII, FLUVII, HEROES. DE DIIS, ita iam olim illa diſtinxit Porphyrius in aureo libello, ut Ioui ARIETINA, Pani, HIRCINA, Libero autem Patri TAURINA præbeat CORNUA: ὅτω δὴ καὶ οἱ Ἕλληνες τῷ μὲν τοῦ Διὸς ἀγάλματι, ΚΡΙΟΥ προσῆψαν ΚΕΡΑΤΑ· ΤΑΥΡΟΥ δέ, τῷ Διονύσῳ τὴν δὲ Πᾶνα ἐξ ἀνθρώπου καὶ ΑΙΓΟΣ συνέθηκαν. *Ita vero Græci, Iouis quidem ſimulacro* ARIETIS *Cornua, Bacchi vero* TAURINA *adaptarunt; Panem autem ex homine &* CAPRA *compoſuerunt.* Quo nomine etiam hos Gentilium Deos ſugillat alicubi Arnobius: *ſed quid ego Diis datas falces, & fuſcinas rideo? quid* CORNUA *& galeros?* Ac de JOUE quidem ſeu AMMONE Κερατοειδῆ actum iam a nobis alibi in hoc opere, ubi de Silphio, nobili illius tractus planta, nobis erat ſermo, prolatis ibi Libyci illius Iouis, e Cyrenaicis & Græcorum nummis, iconibus. Qua occaſione quam e veteri Reginæ Suedorum nummo, ut veram huius AMMONIS effigiem adtulit ad Melam vir doctiſſimus, nihil minus quam ad eum referri poſſe aut debere, eſt ibidem a nobis abunde oſtenſum. Diuerſam quidem tradit Curtius exſtitiſſe ab ea, quam vulgo Diis artifices accommodant, *Libyci* huius *Dei*, uti ille a Græcis Romaniſque dictus, ſeu *Ammonis*, in conſecrata ei apud Troglodytas ſiue *Ammonios* ſede, effigiem, eiuſque habitum ſmaragdis & gemmis coagmentatum. Quod poſtremum refert quoque Diodorus: ſed quod in nummorum tam Libycorum, ſeu Cyrenæorum, quam Græcorum, quales antea iam protulimus, qui hunc *Ammonem* exhibent, iconibus hactenus non comparet. Solo in iis cornu Arietino conſpicuus, & quidem, ut de eo alibi idem Diodorus, quod Ammon Rex Libyæ fuerit, qui in bellis galea ſit ulus, cuius inſigne eſſet Cornu Arietinum. Hinc de eodem Joue,

De Abſtinent. lib. III. pag. 284.

Adv. Gent. Liv pag. 198.

Lib. IV. cap. 7.

λιβύσσιο θεοῖ Dionyſ. Alex. v. 54. *Libycus Ammon.* Propert. lib. IV. El. XI.

Lib. XVII. pag. 50.

Lib. III. pag. 206.

ut Κεφαλῇ τετραγώνῳ tantum, ſeu cum cornibus Arietinis, duo Afri Scriptores, ubi Gentilium Deos ex illa biformi hominum & animalium effigie compoſitos derident: Tertullianus in verbis paullo ante iam adductis, *& de Ariete cornutos:* Arnobius: *itaque* AMMON *cum* CORNIBUS *iam formatur & fingitur* ARIETINIS; mox, ſi *nudo Ioui* CORNUA *detrahas.* Hinc idem illius habitus, non in denariis totum aliquot Gentium Romanarum, ſed in pluribus etiam numnis Ægyptus, qui ſub Traiano, Hadriano, aut Antonio Pio ſunt percuſſi. Neque aliter apud Græcos, ut vel e nummo *Mytilenæorum* alibi a nobis iam adducto conſtat, & quidem cum addito Dei nomine, ne de eo dubitare liceat, ΘΕΟC AMMΩN, *Deus Ammon.* Tale etiam ſimulacrum apud Megalopolitanos Arcadas obſeruat Pauſanias: ἔστι δὲ ἄγαλμα ΑΜΜΩΝΟΣ πρὸς τῇ οἰκίᾳ τοῖς τετραγώνοις Ἑρμαῖς εἰκασμένον, ΚΕΡΑΓΑ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχον ΚΡΙΟΥ, *Ante eam domum* (quæ Alexandro Macedoni, ut ibidem dicitur, fuit ædificata) *eſt* AMMONIS *ſignum, quadratis Mercuriis ſimile,* ARIETIS CORNUA *capiti habens adpoſita.* Cuius Ammonis ſimulacrum τετράγωνον opportune exhibet ſequens marmor, quod inter Illuſtrium imagines ab Achille Statio ſuperiori ſæculo vulgatas ſpectatur.

A polog. cap. XVI. Adv. Gent. lib. VI. pag. 197.

In Cornuficia. &c.

Lib. VIII. p. 507.

Illuſtr. Vir. &c. Rom. 1569. n. 17.

Agnoſcis utique quam præclare Pauſaniam illuſtret, a quo viciſſim explicandum veniebat, hoc Marmor. Quo reſpicere proinde potuit Suidas, Ἄμμων, ὄνομα Διὸς Ἑλλωνικοῦ, quod tamen doctiſſimus Reineſius explicabat *Dei Gentilis,* ut ad *Libycum* reſpiceret, non *Græcum,* iuxta Portum, quem eo nomine perſtringit. Unde pro Ἑλλωνικοῦ, olim legendum ibi conieceram Λιβυκοῦ, prout vulgo, quod paullo ante vidimus, dictus a Græcis hic Deus; & ad quem *Libycum* potius, quam ad deſumptum inde a Græcis *Ammonis* nomen reſpexiſſe

xiſſe ibi Suidas cenſeri haud immerito poteſt. Sicut vero non ab Afris ſolum, aut Ægyptiis, ſed a Græcis, & quod antea vidimus, idem cultus, ac ita quidem ut ab Aphyræis in Laconica *Ammonem* haud minore veneratione, quam in Libya coli tradat alicubi Pauſanias; ſic JUNO etiam AMMONIA apud Eleos ſacrata, ut in Eliacis obſeruat idem Auctor. Ad quam ſpectare videtur ſequens nummus *Pyliorum* apud Goltzium, quod iam vidit Nonnius: Lib. III. pag. 195. Lib. V. p. 317.

Haud vero prætereundum, inde etiam factum, ut Juppiter Boëotis Καρασὶς vocaretur. Heſychius: Καρασὶς Ζεὺς παρὰ Βοιωτοῖς ὕτω προσαγορεύεται, ὡς μέν τινες φασὶ ἀφ' τὸ ὑψηλὸν εἶναι, ἀπὸ τῆς κάρας. Neque enim apud *Arcadas* ſolum, aut *Lacedæmonios*, vel apud *Mytilenæos* Lesbios, ſed etiam *Thebis* cultus hic Ammon Κεραστώδης, unde delubri huius Dei apud Thebanos meminit alibi Pauſanias. Καρασὶς autem Thebanorum, factum ex Hebræorum vel Phœnicum, quorum erant coloni, כר a qua voce *ouium* genus, & כרים *Aries* etiam bellicus in veteri Fœdere vocatur. Fruſtra itaque a *capite*, ſeu a voce κάρα, quod *ſublimis* nempe foret hic Juppiter, hanc eius appellationem deriuabat, quamquam dubitanter, & ex aliorum fide, Heſychius. Mitto vero cauſſas vulgo notas, quas cum Hiſtorici, tum Grammatici & Mythologi veteres iuxta ac recentiores adtulere, cur *Arietina Cornua* huic Ioui tribuat antiquitas. Plures enumerantem vide Seruium, aut Hyginum, quos nihil moror. At meo iudicio reliquis potior, quam adfert antiquiſſimus auctor Herodotus: Arietina ſcilicet facie depictum Iouem Ægyptiis, a quibus Ammonii hauſerint eorum coloni: Ἄμμων enim ab Ægyptiis *Iouem* vocari; quod firmat etiam Plutarchus, libro de [a] Iſide, ac præterea [b] Origenes contra Celſum. Notus certe cum vetuſtiſſimus mos Ægyptiorum, ſub animalium figuris Deos ſuos effingendi; tum præcipuus *Arietis* apud eoſdem cultus, ut fecunditatis ſymboli. Unde ab iis primum tranſlata *Arietina* facies ad Deorum hominumque parentis ſymbolicam effigiem. Ut id iam hic non adtingam, quod pridem a viris [a] eruditis, ac nouiſſime a viro [b] clariſſimi nominis in præclaro opere eſt denuo monitum, e *Chamo* deductum videri illud ab Ægyptiis *Ammonis* nomen. Neque vero ſolum Juno *Ammonia*, ſed SISPITA etiam ſeu LANUUINA in Latio culta, non iam Κερασφόρος, vel Ἀγοραίας, cum CAPRINIS nempe *Cornibus*, cuius effigies obuia in denariis Gentis Papiæ, Prociliæ, & Roſciæ apud Urſinum. Talia etiam PANI & SATYRORUM, quod contritum, gregi vulgo tributa; cuius generis præclara Marmora paſſim hic licet intueri. Neque vero fictis Gentilium ſimulacris, *Cornutos* id genus *Capripedes* continuo adſcribendos tradentem noui Hieronymum; qui & talem Paulo Eremitæ occurriſſe, aliumque ſub Conſtantino Cæſare Alexandriam perductum narrat, & quem uniuerſo mundo teſte defendi ibidem adſerit. Conſulat eum, ſi velit Lector; longior enim narratio, quam ut hic eam intexamus. Ad Æneid. IV. v. 196. Lib. II. c. 42. a Pag. 254. b Lib. V. pag. 119. a J.G. Voſſ. de Idolol lib. II. cap. II Bochart. Phaleg. lib. IV. cap. I. b Jnrieu. Hiſt. Critiq &c. du V.T. p. 612. In Vita Pauli Eremitæ.

At

At vero non *Hircina* iam, aut *Arietina*, sed TAURINA Cornua, ISIDI, BACCHO, FLUUIIS adpositа videas in antiquis eorum simulacris. De ISIDE consulenda Hieroglyphica Ægyptiorum monumenta, & qui in iis explicandis laborarunt viri docti. Galeam certe Isidi e Bouis capite a Mercurio datam auctor est Plutarchus; eius autem simulacrum apud Ægyptios βάκτρον, seu *cum bouinis cornibus* exstitisse tradit Herodotus, sicut Jus apud Græcos, quæ nempe illo βακτρω παρθένη nomine *cum bouibus cornibus puellæ* apud Æschylum alicubi dicitur: alibi κερόεσσης. Unde in quodam Callimachi Epigrammate, τῇ κερόεσσι, seu κερόεσσῃ de *Isíde* bene explicandum vidit eruditissima Daceria. Eandem certe *Isin* & *Jon* exstitisse, vel e [a] Lactantio præterea discas & [b] Epiphanio.

De Iside p. 43. Lib. II. c. 41. Prom. v. 590. Ibid. v. 675. Epig. XXXIX. a Instit. lib. I. cap. II. b Ancorat. cap. VI.

BACCHUM vero quod adtinet, & cuius, iuxta nonnullos, uti ea de re Plutarchus, illa βακτρίας *Isis* uxor fuerit, vel ex eius residuis adhuc signis liquet, cur ille Ταῦρος & Ταυροκτόνος dictus fuerit, ut alicubi Athenæus obseruat, a Poëtis antiquis. Quibus eerce nominibus cum in iis, quæ vulgo dicuntur, [a] Orphicis, tum aliquoties apud [b] Euripidem designatur, ut etiam apud [c] Lycophronem; & quo respexit similiter Plutarchus, Bacchum innuens ab Eleorum mulieribus inuocatum, Ἄξιε Ταῦρε, *digne Taure*, quod nempe βοηθὸν θεὸν καὶ Ταῦρον, *bouigenam Deum & Taurum* vocarint nonnulli, prout alibi Βοηθὸν eundem ab Argiuis dictum obseruat. Ubi illud præterea tradit, ea de caussa a plerisque Græcorum Bacchum *Tauri* forma effingi, quod Bacchi & Apidos apud Ægyptios sacra eodem ritu peragerentur. Quo referri itidem potest, quod βάκτρον, de qua paullo ante, ISIDEM, Bacchi coniugem a quibusdam habitam, & qua de re iam alibi, ab eodem auctore dicitur. Ita eundem Liberum, *Tauri* seu *Tauriformis* nomine & habitu apud Cyzicenos cultum alibi notat Athenæus: Κυζίκῳ ὃν καὶ Ταυρόμορφον Θεὸν, *Cyzici Tauriformis etiam statuitur*. In cuius proinde honorem institutum in eadem urbe festum Ταυροκτόνια, licet ex Hesychio colligere: Ταυροκτόνια, ἑορτὴ ἐν Κυζίκῳ. Huius vero Bacchi Ταύρου seu Ταυροκτόνου memoriam seruant adhuc antiqui aliquot nummi. Unum alia occasione supra protulimus, vulgatum iam a Cl. Seguino, qui *Bacchum* cum *Isíde* vehiculo insidentem exhibet cum biiugibus Centauris. In eo enim videas minuta Cornua, quasi primum prodeuntia, quale nempe cornu e Bacchi temporibus erumpens obseruat alicubi Philostratus. Huc referendum etiam caput imberbe cum Cornu Taurino, & corona e Pampino, & quod insuper satis arguit nummi inscriptio, ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. Talem certe cum prædicto Cornu, adnotaui inter nummos argenteos Principis Augustini Chisii, tuo beneficio mihi in urbe inspectos. Et quo spectare etiam mihi videtur imberbis Ταυροκτόνος in sequenti nummo *Megare* in Sicilia percusso.

In Iside pag. 365. Lib. XI. pag. 476. a Hym. p. 143. ult. edit. b Bacch. v. 362. 406. c Cassandr. v. 209. Quæstion. Gr. pag. 299. In Iside pag. 364. Lib. XI. pag. 476. Pag. 280. Imagin. pag. 574. Paruta Tab. 95. n. 4.

Cultrum

Cultum per ea loca Liberum Patrem ſatis arguit cum ſitus vino ferax, tum inde frequentes Racemi, obuii in nummis locorum adiacentium *Entellæ, Naxi,* & aliorum. Hinc & alius nummus eiuſdem ΜΕΓΑΡΑΣ ΤΒΛΑΣ dictæ, non autem Τῦλαίας, ut exiſtimarunt viri docti, in quo Bacchus ſtans cum Scypho, quem effundit, infra Pantheriſcus. *Noctua* vero, ut obiter hoc dicam, in auerſa nummi parte ſignata, in memoriam nempe deductæ in ea loca Coloniæ a Theocle Athenienſi, ut ex [a] Thucydide & [b] Strabone liquet. Aliquando vero eundem Bacchum, non διφυᾶ iam, ut vocatur alicubi Auſonio, ſed uno Cornu inſignem depingunt nobis antiqua id genus ſimulacra; ſicut in ſequenti nummo *Agyrinæ*, urbis itidem Siculæ, cuius pars auerſa Minotaurum exhibet.

Idem Tab. 94. n. 1.

a Lib. VI. c. 3.
b Lib. VI. pag. 267.

Epigr. XXIX.

Paruta Tab. 95. n. 14.



Scilicet iuxta Horatium,

Te videt inſons Cerberus aureo
Cornu decorum.

Lib. II. Od. 19.

Niſi forte quis malit GERYONEM illo nummo deſignari, quem Heroëm religioſe ab *Agyrinæis* cultum obſeruat ciuis eiuſdem loci Diodorus; idque Hercule procurante: Ωσαύτως δὲ καὶ τῶν βοῶν τοῖς ἀπολιπωδέσιν ἴχνεσιν τιμὴν ἀπ' ἑαυτοῦ γενομένην ἔθηκεν, τίμιόν τε καθιέρωσεν Ἥρᾳ Γηρυόνῃ, ὃ μέχρι τοῦ νῦν τιμᾶται παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις. *Natas item boum ungulis expreſſas de ſe adpellauit; atque tum ædem Heroi Geryoni conſecratam dedit, quem nunc quoque religioſe incolæ colunt.* Unde etiam liqueret, haud fruſtra *Taurinum* Cornu illi tribui, quem a Boum cuſtodia celebrem antiquæ fabulæ repræſentant, & quo interempto, Boues Herculem abegiſſe memorant. Niſi obſtare illud videatur, quod parum figuræ tricorporis hominis, qualem vulgo hunc Geryonem depingunt fabulæ, quadret ſuperior effigies. Ex ipſa vero Nummi inſcriptione ΑΓΥΡΙΝΑΙΩΝ, Stephanus obiter emendandus, apud quem Ἀγυρῖνα & Ἀγυρινᾶοι, pro Ἀγυρία & Ἀγυριαῖοι perperam legebatur: quod, a me olim monitum, eſt a poſtremo illius Ἐθνικῶν editore Berkelio itidem traditum. Cur vero *Taurina Cornua* ſint Baccho tributa, varia adferunt veteres; aut ad natales ſcilicet demonſtrandos, quod Cornigeri Ammonis eſſet filius, iuxta Diodorum: aut quod bobus ſub iugum ductis, primus ſementem fecerit, eodem auctore: aut, ut ex Plutarcho paullo ante vidimus, quod idem ritus in efferendo Apidis cadauere, qui in Bacchi ſacris, eſſet apud Ægyptios receptus: aut a vini ferocia, quod nimio vino homines truces fiant, cum Athenæo, Feſto, & veteri Interprete ad Horatium; aut denique, quod Cornibus uſi ſint antiqui ad pocula, ac unde Bacchum Cornigerum depictum, & Ταῦρον a poëtis dictum adſerit alio loco [a] Athenæus, & cui plane conſona apud [b] Euſtathium legas. *Cornu* certe *Taurinum* antiquitus poculi loco fuiſſe adhibitum, docet etiam antiquior Homeri Scholiaſtes: πρὸ τοῦ γὰρ εὑρεθῆναι τοὺς τῶν ποτηρίων χρῆσιν, κέρασιν ἔπινον, *antequam enim poculorum uſus ſit inuentus, in cornibus bibebant*: ita enim poſtrema emendan-

Lib. IV. p. 231.

Lib. III. pag. 206.
In Iſide p. 364.

Lib. IV. p. 38.

a Lib. XI. pag. 476.
b Ad Iliad. N pag. 917.

Ad Iliad. V. 198. Schol.

mendanda, pro quo corrupte legitur εἰς κέρας ἔπιον, quod vidit etiam illustri eruditione Cuperus in Crepundiis ineditis, qui ἐν κέρασιν ἔπιον, eodem loco legendum statuit. Auctor quoque Etymologici MS. qui Photius Patriarcha vulgo, sed minus vere creditur, apud eruditissimum Marquardum Gudium a me olim inspectus, Κέρασι· τὸ πάλαι γὰρ κέρασι ἔπινον, ὅθεν καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ ποιοῦμεν, *olim enim in cornibus bibebant; unde & nos idem facimus.* Neque aliter vel Athenæus, vel Eustathius, locis supra indicatis, quam solitos veteres κέρασι πίειν. Ut nec mirum sit proinde, quod Baccho *Cornu* pro poculo tribuat Nonnus,

Λαιῇ μὲν ΚΕΡΑΣ εἶχε βεβρεμένον ἥδεϊ οἴνῳ,

Læua autem manu CORNU *tenebat onustum dulci vino.* Inde vero Ταῦροι dicti videntur *Pincernæ* apud Ephesios. Hesychius: Ταῦροι παῖδες Ἐφεσίων οἰνοχόοι quamquam non in Bacchi, sed in Neptuni sacris eos ita appellatos apud Eustathium legas, ὅτι δὲ καὶ ἐφεσίοις, εἰ ἐν τῇ τοῦ Ποσειδῶνος ἑορτῇ οἰνοχοοῦντες ἤθεσι ΤΑΥΡΟΙ ἐκαλοῦντο· *quod autem apud Ephesios adolescentes in Neptuni festo vinum infundentes,* TAURI *vocarentur.* Immo non *Pocula* solum, sed *Taurina* etiam *Tympana* Bacchantium apud Claudianum;

Ad Iliad. pag. 1205.

Adsudant tonsi Satyri, TAURINAQUE *pulsu*
Baccharum Bromios inuitant TYMPANA *remos.*

In 11. Cons. Stilich. v. 364.

Quin Liberi Patris exemplo, LIBERAM etiam & CEREREM cum *Cornu Taurino* signare videntur varii Siculorum nummi, in quibus caput muliebre occurrit cum spicis & *Cornu Taurino* e temporibus erumpente; quandoque etiam sine spicis: cuius rei indicia suppeditabunt inprimis aliquot *Panormitanorum* numismata apud Parutam. Obuium autem & liquidum ex superioribus, cur vel frugum Mater, vel Bacchi socia, eodem illo *Taurino* insigni decorentur:

Parut. Panorm. num. 130. & 149.

Immo non BACCHO solum, aut commemoratis modo DEABUS, sed FLUUIIS etiam *Taurina Cornua* tributa vulgo a poëtis nosti: ut vel Eridano a diuino Vate,

Georg. IV. v. 371.

Et gemino auratus taurino cornua vultu
Eridanus:

Conf. Prob. & Olyb. v. 224.

aut Tiberi vestro a Claudiano, *taurina leuantur*
Cornua temporibus raucos sudantia riuos.

Lib. IV. Od. 4.

Quomodo & *Tauriformis Aufidus* dictus Horatio, & Mosellæ *taurinæ frontis honorem* adscribit Ausonius. Hunc vero morem fluuios sub *Taurina* effigie depingendi, ad certos quosdam populos restringere videbatur loco haud ignoto Ælianus: In Mosella v. 471.

Βοῦν μὲν οὖν εἰκάζουσιν οἱ Στυμφάλιοι μὲν τὸν Ἐρασῖνον, καὶ τὴν Μετώπην Λακεδαιμόνιοι δὲ Εὐρώταν· Σικυώνιοι δὲ καὶ Φλιάσιοι Ἄσωπον· Ἀργεῖοι δὲ Κηφισόν. *Bobus quidem similes faciunt Stymphalii Erasinum, & Metopam; Lacedæmonii vero, Eurotam; Sicyonii & Phlasii, Asopum; Argiui, Cephissum.* Eius vero moris vestigia, & quidem latius usurpati, licet in antiquis quoque numnis obser-

V. H. Lib. II. cap. 33.

uare.

uare. Sic ACHELOUM cum *taurino cornu* depictum exhibent vetuſti nummi *Ambraciotarum* & *Acarnanum*, quos male Nonnius ad *Minotaurum* refert. Vulgo enim iſte barbatus, ille imberbis, & cuius, *Acheloi* nempe, hic habes ectypum:

Ad *Acheloum* certe referendum, fluuium in eo tractu celebrem, vel ex Strabone præterea colligas: Οἱ δ' εἰκάζοντες ἀπ' αὐτῶν τἀληθὲς, ΤΑΥΡΩ μὲν ἐοικότα Lib. x. p. 458. ΤΟΝ ΑΧΕΛΩΟΝ φασὶ, καθάπερ καὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, ἀπὸ δὲ τῶν ἠχῶν, καὶ κατὰ τὰ ῥεύματα καμπῶν, ἃς καλοῦσι κέρατα· *Qui autem ex fabulis verum colligunt,* TAURO *ſimilem forma* ACHELOUM *aiunt, ut & alios fluuios, ob ſtrepitus & flexus alueorum, qui Cornua dicuntur.* Neque vero prætereundum, id de *Acheloo* ſuperiori nummo expreſſo, iam animaduertiſſe Laurentium Pignorium in Expoſitione Menſæ Iſiacæ. Bicornem vero RHENUM, uti vulgo apud poëtas, videre licet in ſequenti nummo Poſtumi Imperatoris.

Ratio autem obuia huius rei; quod nempe in duo brachia ſcindatur; unde & *crines* pro fluminum brachiis apud Æthicum, quod ad Solinum iam obſeruauit Vir maximus. Duas vero cauſſas illius moris reddit Strabo, loco paulo ante commemorato: primam, ob ſtrepitum aquarum; alteram ob flexus alueorum; quam poſtremam tradit etiam alicubi Euſtathius, κέρατα ποταμῶν, ἤτοι καμπαί, *cornua fluuiorum, nempe aluei.* Priorem vero, ob ſtrepitum & vim aquarum, notant veteres apud Euripidem Critici, qui in cauſſas etiam inquirunt huius moris: Ἐπικῶς δὲ ΤΟΥΣ ΠΟΤΑΜΟΥΣ ΤΑΥΡΟΓΡΑΦΟΥΣ ἐζωγράφησε καὶ εἶπεν. ἴσως ὅτι ἐκφατνισίως ΤΩ ΜΥΚΗΜΑΤΙ ΤΩΝ ΤΑΥΡΩΝ ἡ ἀπήχησις τοῦ ὕδατος γίνεται ἐν ταῖς στενωπαῖς ῥύσεσι ποταμῶν, ἅμα τὸ βίαιον τοῦ ὑδάτων, ἅτε τὴν γῆν διαῤῥήσσοντα παρεμπεσόντα, ὡς ΤΟΙΣ ΚΕΡΑΣΙΝ ΟΙ ΤΑΥΡΟΙ. *Adpoſite autem* FLUUIOS TAURINA FORMA *effinxere; dicentes, quod ferme ad inſtar* MUGITUS TAURORUM *ſonus aquæ reddatur in fluuiis cum impetu præcipitantibus, propter violentiam aquarum, quæ tellurem frangunt, irruentibus, ſicut* CORNIBUS TAURI. Unde videas etiam patrem Vatum de Xantho fluuio haud fruſtra alicubi tradentem, μεμυκώς ἤτοι ταῦρος, *mugiens inſtar tauri*; & in eundem locum Euſtathium obſeruantem, *ex mugitu* illis communi factum, ut Tauros Mari & Fluuiis immolarent veteres; quod ibi innuere voluerit Homerus. Quare etiam alibi ab eodem Meleſigena dicitur, Ioui quidem immolatas præclaras victimas;

Pag. 340. ult. edit.

Ad Iliad. N. v. 917.

Ad Oreſt. v. 1380. Schol.

Iliad φ v. 2637.

Pag. 1237.

Ταῦρος

Ταῦρον ἢ Ἀλφειῷ, Ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι,

Taurum vero Alpheo fluuio, *Taurum autem Neptuno.* Quem ritum etiam, *Ma-*
De Natur. Deor. lib. III. c. 20. *re* ſeu *Neptunum* quod attinet, tangit alicubi Cicero: *noſtri quidem Duces* MARE *ingredientes,* IMMOLARE HOSTIAS *fluctibus conſueuerant.* De
Lib. x. cap. 4. *fluuiis* vero Curtius: *Ergo Aris pro numero* FLUMINUM *poſitis, ſacrificioque facto, triginta ſtadia proceſſit.* Ita Lucullum ad felicem tranſitum, Tau-
In Lucullo p. 507. rum Euphrati immolaſſe tradit Plutarchus. Qua ratione itidem factum, ut Oceanus, idemque fluminum pater, Ταυρόκερως dictus ſit ab Euripide:

Oreſt. v. 1380. Ἢ πόντον Ὠκεανὸς ὡς
Ταυρόκερως ἀγκύλας.

An per pontum, quem Oceanus habens Taurinum caput cubitis circumdat. Un-
Scut. Hercul. v. 104. de & Neptunus Heſiodo Ταύρειος Ἐννοσίγαιος, *Taurinus Neptunus*; Heſychio autem, Ταῦρος, Ταύριος ὁ Ποσειδών quin & feſtum illi ſacrum Ταυρία eidem doctiſſimo Grammatico: Ταυρία, ἑορτή τις ἀγομένη Ποσειδῶνι, *Tauria, feſtum quoddam in honorem Neptuni celebratum*; & prout *pincerna* in eiuſdem feſto apud Epheſios Ταῦροι, ut ex Euſtathio paullo ante vidimus, appellati. Ad quem autem TAURUM vel TAURINUM NEPTUNUM referendum videtur ſequens Marmor, quod barbatum ſenem exhibet, cui frons turgida duobus *Taurinis Cornibus*; barba autem hiſpida, qualis paſſim Neptuno in antiquis id genus monumentis tribuitur.

Horum

Horum vero vel *Deorum*, vel *Fluminum* exemplo, CORNUTI etiam in antiquis nummis HEROES, ALEXANDRUM puta, ut ſupra innuimus, & plures inſuper eius SUCCESSORES. Neque vero illi uno *Cornuum* genere inſignes. ARIETINA quidem geſtaſſe ALEXANDRUM vidimus, in Natalium ſcilicet memoriam cum Ammone Κριοπροσώπῳ, & illius exemplo, LYSIMACHUM, PTOLEMÆOS, DEMETRIOS alioſque, ex Herois illius ſucceſſoribus. Cuius moris ratio & hæc forte dari poſſet, quod ſicut Diadema a Perſis, ita etiam *Arietina Cornua* ab iis mutuatus ſit Alexander. Equidem illud capitis ornamentum Perſarum Regi, ſuo æuo tribuentem video Ammianum Marcellinum, ex veteri forte conſuetudine depromptum; *aureum* CAPITIS ARIETINI *figmentum interſtinctum lapillis pro diademate.* Hoc in ſuperiori huius operis editione ante triginta & plures annos notaueram; quod autem in ea, quæ multis poſt annis in Gallia denuo ptodiit, Ammiani editione mo-
„ nitum video; inde nempe eſſe, quod in nummis antiquis Lyſimachi, An-
„ tigoni, Demetrii Regis Arietina Cornua diademati adfixa videantur. Quod tamen de duobus poſtremis Regibus minus vere ibi dicitur, qui non Arietinis, ſed alterius generis, qua de re mox, Cornibus ſunt inſigniti. *Rex Perſarum* equidem, ut hoc addam, per *Arietem Cornigerum* deſignatur apud Danielem; & Darius iam ante per *Arietem Cornutum.* Hinc & illud Petri Chryſologi de Perſarum Regibus ſui temporis: *Nunc impoſitis ſibi Cornibus, quaſi viros ſe eſſe doleant, effeminantur in Lunam.* *At* vero, ad Κριοπροσώπους iſtos Alexandri hæredes, ſpectare etiam liquet ſequens Marmor, in quo duo capita occurrunt iuncta, virile & muliebre, ac prius quidem cum inſigni *Cornu Arietino* ſpectandum venit.

Lib. XIX. cap. 2.

Cap. VIII. v. 20.

Cap. VII. v. 3.

Crederem facile unum è PTOLEMÆIS, & quidem Cyrenarum Regibus, una cum Coniuge illo Marmore expressum; iuxta consuetum illis gentibus morem, Ægyptiis inprimis & Cyrenaïs, Reges suos ac Reginas una iunctis capitibus effingendi; cuius rei alia occurrunt in sequentibus exempla. Neque vero male *Cornu* illud *Arietinum* Cyrenarum Regem ornat in superiori Marmore, vicini Ammonis exemplo; cuiusque rei ac ritus obuia in priscis Cyrenæorum nummis adducta iam sunt a nobis testimonia, ubi de nobili apud eos planta, Silphio nempe, agebatur.

TAURINA *etiam & HIRCINA* CORNUA *in eorum nummis.*

Verum non ARIETINA solum, sed TAURINA etiam CORNUA gestasse videas aliquot ex Alexandri hæredibus, ut SELEUCUM, cuius rei causam tradit Appianus, quod sacra quondam faciente Alexandro, fugientem Taurum cornu adprehendisset; Politianus autem male ad *Lysimachum* transtulit. Id enim diserte de *Seleuco* refert Appianus; nec etiam *Taurinum*, sed *Arietinum* Cornu spectatur in obuiis Lysimachi nummis. Tale alioquin apud Lutatium, Mithræ simulacrum, vultu Leonis, Persico habitu, utraque manu reluctantis Tauri cornua comprimens; quomodo & Hercules Acheloum domans, apud Poëtas vulgo & in nummis etiam depingitur. Sic figura nuda cornubus adprehendens Taurum inspecta mihi in nummo Gazæ Barberinæ, ex eo numismatum genere, quæ vulgo *Crotoniatas* vocant. Unde etiam ad hoc *Seleuci* factum, quod refert Appianus, adludere videtur sequens nummus, qui hinc SELEUCUM Regem, illinc Taurum cornupetam exhibet, isque a me olim iam vulgatus, ac dein a præclaro Syriæ Regum Historiæ conditore, meæque de eodem explicationi suffragante, editus:

Syriac. p. 12. Miscell. cap. LXXIX. Syriac. p. 124.

Differt. pag. 365. J. Vaillant. p. 87.



Aliam vero causam adfert Libanius; Seleucum nempe ex ære apud Athenienses exstare cum *Taurinis Cornibus*; Τιμῶσι εἰκόνι χαλκῇ τὸν ΣΕΛΕΥΚΟΝ ΤΑΥΡΟΥ ΚΕΡΑΤΑ τῇ κεφαλῇ περιθέντες, τοῦτο ἄγαλμα τὸ ἱερεῖσμα τὸν Ἶβιν· *Statua aerea* SELEUCUM *honorant*, TAURINA CORNUA *capiti eius adaptantes, illudque propter Jus insigne. Jus* certe simulacrum, iuxta *Isidem*, βουλέων seu *bouinis cornibus* Herodoto, quod paullo ante vidimus, vocatur: unde etiam auctor est Philostratus, statuam ei in antiqua Nino positam, cui ab utroque tempore parua prominebant cornua: Apollonium etiam plura de ea Statua reputasse & collegisse, quam vulgo existimabant illius urbis Sacerdotes. Haud aliter nempe ac Hillum Herculis filium, Cornu paruum ad læuam capitis partem adnatum habuisse, refert Ptolemæus Hephæstio apud Photium. Neque etiam prætereundus DEMETRIUS POLIORCETES, Antigoni filius, quem cum *Taurino Cornu* e temporibus prodeunte exhibet sequens nummus.

In Antiochio pag. 351.

Vit. Apollon. lib. 1. cap. 3.

Biblioth. pag. 475.

Non

Non audiendus autem Nonnius, qui hunc nummum, alioſque eiuſdem Regis, ad alium *Demetrium*, Antigoni nempe Gonatæ filium, & Macedonum Regem tranſtulit: quum is omnino, ut aliunde etiam conſtat, ad nobiliorem illum *Demetrium Poliorcetem* ſit referendus. Nequidquam etiam hærent eruditi antiquarii, an *Arietinum*, vel *Hircinum*, aut *Taurinum Cornu* eodem nummo ſit expreſſum. *Taurinum* enim omnino ſtatuendum eſt, illudque a Demetrio uſurpatum Liberi Patris exemplo, cuius cultum & morem æmulatus a [a] Diodoro & [b] Plutarcho traditur; quod ipſum etiam de Patre eius Antigono refert [c] Herodianus. Adeo ut ΤΑΥΡΟΚΕΡΩΣ non minus dici debuerit hic Demetrius, quam Attalus ille Apollinis oraculo vocatus eo nomine apud Pauſaniam legitur. Alias ſimile *Cornu Taurinum* cum Elephantis proboſcide, AFRICÆ ſymbolum conſtituere videas in denario gentis Norbanæ; idque ut facile licet augurari, ob frugum copiam; unde & Africæ, quaſi *terræ Spicarum*, nomen eruebat doctiſſimus Bochartus. Neque vero *Arietina* ſolum vel *Taurina*, ſed HIRCINA etiam Cornua antiquorum Regum capitibus adpoſita nonnunquam videas. De *Hircino Cornu*, obuio in nummo TRYPHONIS ſupra monuimus, & infra adhuc alia occaſione viſuri ſumus. De PYRRHO itidem indicatum, geſtaſſe illum *Hircina Cornua*; unde etiam agnitus legitur apud Plutarchum, depoſita nempe inſigni Galea, ἐν τοῖς τραγικοῖς κέρασιν, & *Hircinis Cornibus*. At vero omnium clariſſime id euincit nummus ANTIGONI, vulgo TUTORIS, Macedoniæ Regis, cuius caput ornatum *Cornibus Hircinis*, iiſque prominentibus & Clypeo incluſum, e Muſeo Chriſtinæ Auguſtæ depromptum ſupra iam adtulimus.

Com. in Goltzii Græciam pag. 201.

a Lib. xx. pag. 819.
b In Demetr. pag. 889.
c Lib. i.

Lib. x. p. 636.

Colon. Phœn. lib. i. cap. 25.

In Pyrrho pag. 389.

Neque vero te fugit, opinor, inde etiam profectum morem illum Regum aut Heroum κεραστόφορων, quod, ſicut monuerunt iam viri docti, olim Galeæ militares, præfixa vulgo ad terrorem haberent animalium Cornua. Id certe de Thracibus obſeruat Herodotus, illos æreas habuiſſe Galeas, & deſuper Bouis aures & Cornua. Sic de Gallis Diodorus, in more iis poſitum, ut æreas haberent Galeas cum magnis appendicibus, quibus vel Cornua adfixa, vel Auium aut Quadrupedum facies adiunctæ. Hinc & alibi docet, quod iam ante vidimus, ideo Ammoni tribui caput *Arietinum*, quod hoc ſigno ornatam in bello Galeam geſtaſſet. Ita & Haſtis etiam *Capreæ Cornu* præfixum fuiſſe apud Æthiopas, Herodotus & Strabo alicubi adnotarunt. Seruium autem mitto, quem ratio hic fugit, apud quem *Cornua criſtæ* diuino Vati commemorata, ſunt *comæ*, ideo quod *Cornua* ſint proprie *cincinni*, ob adfinitatem vocis κέρας· Κέρατα certe Græcis de *capillis* promiſcue dici haud ignoro; ſicut *Cornua* apud Satyricum:

De varia vocis CORNU *&* KERAΣ *ſignificatione.*

Lib. VII. cap. 76.
Lib. V. pag. 213.

Lib. VII. c. 69.

Ad Æneid. XII. v. 89.

Cæſariem madido torquentem cornua cirro,

Juuenal Sat. XIII. v. 165.

&

& quomodo apud Arabas ובץ de *cirro* seu *demisso*, seu *torto* sumi notant eorum Lexicographi. Ita Paris a Diomede apud Homerum dictus, κέρας ἀ-
Iliad. Λ. v. 385. γλαέ, *cornu* seu *coma splendide*, ubi veteres Critici: κέρας γὰρ οἱ παλαιοὶ τὴν τρίχωσιν ἐκάλουν, *cornu etiam veteres de coma dixerunt.* Verum alia ratio huius vocis, ubi de Galeis aut Cornibus veterum Heroum agitur. Quam melius itaque ex linguis Orientis potuisset huius rei fons erui? quibus, ut id est iam contritum, eadem voce *Cornu*, *Corona*, *Potentia*, ac *Splendor* nuncupantur. Unde *Cornu*, Regium insigne apud Phœnices, & Hebræorum קרן seu *Cornu*, Chaldæis Interpretibus aliquoties מלכותא seu *regnum* redditur, ut vidit illustris Grotius; & *Cornua* pro *Regno* & *Regibus* passim in veteri Fœdere. Certe vel ex cornuta *Alexandri*, *Seleuci*, *Lysimachi*, *Demetrii*, *Antigoni*, *Ptolemæorum*, aliorumque id genus effigie, satis iam liquet, cur per *decem cornua* decem nempe Successores Alexandri e Syriæ puta aut Ægypti Regibus,
Cap. VII. 7. designentur apud Danielem; & *habebat Cornua decem.* Item, *Porro* CORIbid. v. 24. NUA *decem ipsius Regni* DECEM REGES *erant.* Unde clarius etiam ad-
Apoc. XVII. 12. sequimur, cur a diuino Reuelationum Auctore dictum, καὶ τὰ δέκα ΚΕΡΑΤΑ ἃ εἶδες, δέκα ΒΑΣΙΛΕΙΣ εἰσιν *Et decem* CORNUA *quæ vides, decem sunt*
Ibid. XIII. REGES. Alibi autem, *Et video ex mari bestiam adscendentem, quæ habebat capita septem,* & CORNUA DECEM, & *in* CORNIBUS *suis* DECEM DIADEMATA. Ut non mirum etiam vel *Cornua aurea*, Coronæ
Lib. V. vicem testantia prælata in pompa Philadelphi apud Athenæum: vel *Cornua* inter auguria imperii nonnunquam relata; ut a Capitolino inter alia portenIn Anton. P. cap. IV. ta, quibus illud Antonino Pio superos præsagisse ostendit: *Et post Consulatum in viridario Taurus marmoreus, Cornibus ramis arboris accrescentibus adpensus est.*

Unde Moses cornutus *depingitur.* De MOSE vero, cui & vulgo Cornua in nummis eiusdem & simulacris, sed recentioris fabricæ, tributa, res nota ex homonymia vocis קרן quam cum alii Interpretes de radiante & splendente Mosis facie explicent, loCap. XXXIV. v. 29. 30. co Exodi πολυθρυλλήτῳ, Vulgatus expressit, *quod cornuta esset facies*: unde nata illa pictorum & cælatorum de adfingendis Mosi cornibus præposteram in-
Ad Esaiæ c. LX. dustria. Quamquam & Hieronymum haud ignorem, Cornutam reuera effectam Mosis faciem existimantem; neque alienum ab illa sententia illustrem Grotium, qui inde factum obseruat, ut Mneues, qui apud Ægyptios cum cornibus colebatur, ipsi Aben Esdræ non alius credatur a Mose. Neque tamen dissimulandum, præter Vulgatum Interpretem, reliquos omnes, Græcos, Samaritanum, Syrum, Chaldæum, Arabem, de *radiis* & *splendore* vultus Mosis eundem Exodi locum simpliciter interpretari; quibus certe accedit fide dignus interpres Paulus, cui per δόξαν τοῦ προσώπου redditur iuxta nem-
2 Cor. 3. 7. pe LXX Interpretes, δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρώματος τοῦ προσώπου αὐτοῦ, & quod explicat Chaldæus Paraphrastes כאתיתי ארי פני ויו יקרא *quod multiplicatus esset splendor gloriæ vultus sui.* Quo respexisse etiam videtur Photius, seu quicunque Auctor Etymologici M. S. cuius supra meminimus, ΚΕΡΑΣ ἐπὶ ἀλόγων, ἢ τεῖχα &c. ἢ ΤΗΝ ΔΟΞΑΝ· ἢ κεφαλήν. Facta autem *Cornuti Mosis* τοῦ Νομοθέτου mentio, reuocat etiam mihi in mentem antiquum *Catinensium* nummum, quem CHARONDÆ, patriæ suæ aliarumque adhuc urbium Legislatori, tribuebat vir doctus & harum antiquitatum bene peritus, in Epi-
Raphad Trinoctus du Freine. stola edita ad Cl. Seguinum. Quam sententiam dum inde adstruit diligens antiquarius, quod vulgo diuinis honoribus, ut id etiam obseruat alicubi Clemens Alexan-

Alexandrinus, adfecti ſint legumlatores, & Zeleuci exemplo euincit, firmare luculentius poterat Jamblichi teſtimonio, qui de *Charonda* id nominatim obſeruat, diuinos eum honores a ciuibus ſuis conſequutum. Sed ut ingenue dicam, SILENUM omnino referre mihi videtur producta a viro docto & expreſſa illo Nummo effigies; quem frons calua, ſimus naſus, reliqua facies, ipſum denique Cornu, verum Bacchi nutritium, ſatis ſuperque arguunt. Neque aliter effingunt illum antiqua marmora, quibus hic toties inſculptus occurrit; niſi quod Cornutus aliquando, alumni & Satyrorum exemplo, nonnunquam ſine Cornubus occurrat. Ad quem *Silenum* etiam haud incommode referendus videtur Cornutus itidem & bărbatus ſenex in alio *Catinenſium* nummo, quem inter reliquos eius loci vulgauit Paruta.

Strom. lib. 1. pag. 303. De Vita Pythagor. cap. III.

Haud mirum vero eundem in nummis *Catinenſium* ſignari, quibus non ſemel Bacchus alumnus inſculptus, & quorum ager, ut alibi iam diximus, totus Cereri & Libero Patri ſacer. De CORNU vero AMALTHEÆ, quo, ceu abundantiæ & fecunditatis ſymbolo, nihil frequentius ſignant Romanorum nummi, & cum Dearum quidem ac Virtutum effigie, res vel pueris nota. Cur vero hoc nomen Κέρας Ἀμαλθείας, tertiæ e renatis Jobi filiabus tribuerint LXX Interpretes, pro quo *Keren Happuc* habet textus authenticus, Vulgatus autem *cornu Stibii*, fratri meo in Hiſtoria Jobi diſquirendum relinquimus. Alias veterum aut recentiorum de eodem loco expoſitiones mitto. Mihi, ut ingenue dicam, haud diſplicet Chaldæi Paraphraſtis interpretatio, de *ſplendore gemmæ*, ſignificationi utriuſque vocis apud Hebræos conſentanea; קרן נוֹף nempe de *ſplendore*, פוּר נוֹף autem vel הפיר de *gemma*. Equidem ad formam virginis commendandam, omnino videtur adluſiſſe impoſitum hoc ei nomen; cui etiam deducta illa a *ſplendore gemmæ*, ſeu lapilli appellatio egregie quadrat. Nec aliter adhuc hodie cum Coraliis, Margaritis, alio denique pretioſi lapilli genere, formarum ſpectatores aut præcones eaſdem conferre conſueuere. Accedit ratio mercis Arabicæ, quæ illius tractus feminis, & nobilioribus quidem, cum olim, tum adhuc hodie familiaris; ſcilicet ut Erytræis lapillis, de quibus paſſim Poëtæ, ſeu rubri maris ſpoliis ſe exornent;

Nec minus Eois pectus variare lapillis.

Propert. lib. 2. Eleg. 15.

Quæ rurſus virgini Arabicæ, & quidem ſummo loco natæ, ſeu petitæ inde illius appellationi, adprime conueniunt. Qui de *Stibio* cum vulgato Interprete vocem eo loco explicant, minus id mihi probant. In Fuco quidem muliebri, tria illa iam olim recepta haud ignoro, *Purpuriſſum*, quo genis aut labiis ruborem; *Ceruſſam*, qua candorem ori aut collo; *Stibium* vero, quo nigrorem oculis illibant. Unde *orbes Stibio fuliginatos* vocat alicubi Hieronymus, qui eadem hæc, quæ modo innui, ita in fuco muliebri diſtinguit: At cultus ille, quo infuſcantes natiuum decus, ora oculoſque depingebant,

Epiſt. ad Fari-

inter lasciuiæ muliebris argumenta est vulgo ab ipsis Gentilibus habitus; unde turpe iam illud olim visum Poetæ,

Propert. lib. 1. Eleg. 2. *Naturæque decus mercato perdere cultu,*
Nec sinere in propriis membra nitere bonis.

Ut equidem minus mihi fiat verisimile, inde virum sanctum & grauem, filiæ nomen & commendationem quæsiuisse. Immo leuem certe gratiam hodie inirent, qui a pigmentis id genus muliebribus, Veneres suas laudandas sibi aut appellandas crederent. Nisi forte illud placeat, a *splendore nigrorum oculorum*, hanc Sancti Herois filiam nuncupatam; quod egregie certe illustrat vox קרן pro *splendore faciei*, seu *radiis* è facie micantibus, a Mose aliisque scriptoribus sacris frequenter adhibita. *Nigri* autem *oculi* maxime nitentes, & vulgo olim inter prima formæ munera; unde & & Græcis καλλίφρυες & μελανόφρυες dictæ id genus Veneres; prout ab Alexide Comico dictum:

Ap. Athenæum lib. III. pag. 568. Τὰς ὀφρῦς πίττας ἔχῃ τις, ζωγραφῆσαι ἀσθόλῳ.

Habet aliqua rufum supercilium, pingunt illud fuligine seu *stibio*; & Iuuenalis similiter:

Satyr. IV. v. 93. *Ille supercilium madida fuligine tectum*
Obliqua producit acu, pingitque trementes
Attollens oculos.

Quia autem *Stibio* nigror ille, ubi natiuus deficiebat, procurabatur; hinc vox הפיד quæ *Stibium* frequenter notat, de ipso *nigrore* fumi potuit; haud aliter certe ac apud Arabes, e quorum gente hæc Virgo μελανόφρυς, vox كحل tam de *Stibio*, quam de ipsa *nigredine oculorum* dicitur, ac prout a Cypriano alicubi: *oculos circumducto nigrore fucare.* Et hæc obiter, ne vel indicta plane nobis abiret nobilis Virgo, *Cornu* nomen præ se ferens, & si fides Græcis Interpretibus, *Cornu Amaltheæ*, toties in hac nummaria supellectile obuium. Qui autem, aut quando factum, ut quod eximium olim honoris ac dignitatis insigne habebatur, ludibrii & contumeliæ argumentum etiam apud vilissimum quemque tandem euasent, nihil adtinet hic operose disquirere. Id certe non heri primum aut hodie receptum, satis liquet ex Artemidoro; apud quem destinato cuidam proco, & ex Ariete, cui insidebat, lapso, futuræ mox coniugis adulterium portendi auguratur nonnemo his verbis: ὅτι ἡ γυνὴ σου μοιχεύσει, καὶ ΤΟ ΑΡΤΟΜΕΝΟΝ, ΚΕΡΑΤΑ ἀυτῷ ΠΟΙΗΣΕΙ. *Quod Uxor tua mœchabitur, &* QUOD DICI SOLET, CORNUA *tibi* FACIET. Quæ postrema satis indicant id vulgatum scomma iam ante Artemidori ætatem prouerbii loco inualuisse. Ut non mirum sit, sequutis postea sæculis, Andronicum Comnenum Imperatorem, Cornua in infelicium maritorum ludibrium suspendere solitum, quorum toros adulterio fœdarat, ut liquet ex Niceta, & iam vidit in originibus patriis vir ingenio ac eruditione insignis Ægidius Menagius. Immo id in Hebræorum Apologis iam olim exstare, tradentem video Drusium, ut qui nempe haberet uxorem adulteram, illi vulgo adfingerent duo cornua: quod ille rursus in Quæstionibus Hebraïcis ita explicat; *Cæterum reperimus etiam secundum priorem sensum in libro Ebræo, qui Masal Cadmoni vocatur* cap. 26. עיר פנו קרו *quod significat* cutem faciei cornutam, *de eo cui uxor adulterata erat.*

Oneirocrit. lib. II. cap. 11.

Ad Ezech. XXIV. v. 29.

Lib. V. Quæst. 1.

Et de Cornutis veterum nummis hactenus, iisque vel maxime, eorumue intuitu, in quibus ALEXANDRI eiusque Successorum, neque in MACEDONIA solum, sed in ASIA insuper vel ÆGYPTO, capita eo cornuum

nuum inſigni exornantur.. Quod enim de MACEDONUM Regibus ex illa veteri nummorum penu illuſtratis hactenus vidimus, idem quoque dicendum venit de nobiliſſimis Macedonici illius imperii, poſt ALEXANDRUM MAGNUM, in ASIA ac in ÆGYPTO Regibus; a quibus nempe fundatum SELEUCIDARUM in priori, ac in poſteriori, PTOLEMÆORUM Regnum. Quod utrumque vel ex vulgatis, poſt ſuperiorem huius operis editionem; a Cl. Vaillant, ac ut ab eo dicitur, *ad fidem Hiſtoriæ accommodatis*, utriuſque illius imperii antiquis Nummis conſtat; & quo nomine, ſi non aliunde id præſtitiſſet, eſſe illum inſigniter de Hiſtoria veteri & hiſce antiquitatibus meritum, licet utique ſtatuere. Ut vero illuſtria quædam, eaque non obſeruata hactenus, aut idonee excuſſa, vel necdum diuulgata eius rei documenta proferamus, inſtitutæ huc commentationis ratio omnino a nobis exigit.

II.

De SELEUCIDARUM REGIBUS *ex Numiſmis.*

Ac primo SELEUCIDAS, prout ii vulgo a primo illius imperii conditore SELEUCO ſunt appellati, quod adtinet; id ex antiquis, qui de iis egerunt & ſuperſunt etiamnum, Auctoribus, Macchabæorum ſcriptore, Liuii Epitome, Joſepho, Appiano, Juſtino, Porphyrio apud Syncellum, & Euſebio conſtat, haud unam eorum ſeriem, eundemue numerum ab iis tradi. Hinc ab Appiano, a primo SELEUCO ad ultimum horum SELEUCIDARUM ANTIOCHUM ASIATICUM, omiſſis ut ab eodem dicitur, tribus, tanquam alterius generis & inſititus Syriæ Regibus, *Alexandro Bala*, eius filio, & *Diodoto* ſeu *Tryphone*, decem & ſeptem Reges dicuntur exſtitiſſe; quum a Porphyrio, ac ab ipſo Euſebio, retento etiam in ea ſerie *Alexandro* vulgo Balæ filio, ſexdecim tantum diuerſos Reges numerari videas: bis enim in eam claſſem relatus *Demetrius II.* ſeu *Nicator*, ante nempe & poſt eius captiuitatem: adeo ut in *Philippo* Antiochi Grypi filio, tranſlata ad Romanos Syria, defeciſſe, & qua de re poſtea, illud regnum iidem ſtatuant. Unde haud mirum ſi nec de certa eorum Regum ſerie ac numero conueniant ſubinde recentiores ac primæ etiam notæ Chronologi, ſicut Petauius; qui Reges e *Seleuci* ſanguine modo viginti, modo viginti & unum, excluſis nempe ex eo Regum Syriæ catalogo, iuxta Appianum, *Alexandro Bala*, eius filio, ac *Diodoto Tryphone*, ac præterea *Alexandro Zebina*, & *Tigrane*, in totum vero in Syria regnaſſe, ſi admittantur iidem Alexander Bala, Alexander Zebinas, ac Tygranes, Reges XXIV aut XXV adſerit. Immo qui hanc ſuam de SELEUCIDARUM Syriæue Regum hiſtoria narrationem, e memoratis paullo ante Scriptoribus, Joſepho, Appiano, Trogo Pompeio, Juſtino, Euſebio, aliiſque Scriptoribus *magno labore* tradit *depromptſiſſe*. Qua in re felicius adhuc hoc ei aliiſue proceſſiſſet, ſi nummos veteres, qui *Seleucidarum*, eorumue, qui in ea ſerie recenſeri ſolent, nomina ac Æram ſubinde, qua iidem regnarunt, ad noſtra uſque tempora tranſmiſere, videre & conſulere licuiſſet. Id enim felici priſcæ memoriæ, & ſingulari quidem fato contigiſſe videas; ut, ſi unum SELEUCUM mittas eo nomine Quintum, reliquos omnes, & quidem XXVI Syriæ Reges, (relato in eandem ſeriem, ut fieri cæteroquin ſolet, TIGRANE,) a primo nempe SELEUCO, ad ultimum ANTIOCHUM ASIATICUM, priſca nummorum penus, nec tan-

In Græc. Euſeb. pag. 62. In Chronico.

Doct. Temp. lib. x. cap. 47.

In fine cap. 47. lib. x.

tanquam in tabulis solum depictos sed velut in Fastis & Annalibus descriptos & consignatos nobis etiamnum suppeditet. Unde continuo non mirifica solum, e tot veteris illius memoriæ nobilissimorum Regum conspectu, voluptas, quam alibi iam adtigimus, percipitur: sed quæ lux vel fides accedat aut tribuenda sit Auctoribus, vel unde suppleri subinde iidem debeant, qui sequentibus ut plurimum ætatibus de iis egerunt, ex indubiis hisce & coæuis eorundem Regum monumentis liquido demum eruatur. Adde, quod ut agnouit Petauius, haud minus sacræ, quam profanæ interfit historiæ, Re-
Doct. Temp. lib. x. cap. 47. ab initio.
„ gum illorum, qui post Alexandrum M. in Syria regnarunt, ordinem ac „ successionem nosse; eorumque Regum notata fideliter tempora describere, „ & quidem quod implicata sit cum iis Macchabæorum narratio. Quod postremum insuper beneficium haud parum adaugetur, ex adscriptis in iis crebro, ut id modo adtigi, annorum, quibus nummi illi cusi sunt, numeris; unde de vera Regum eorum serie ac successione; de annis, quibus ii regnarunt, seu eorum initio aut fine, quæ controuersa subinde aut manca apud priscos Historiarum & Annalium conditores; tum in genere de nobilissimæ illius Seleucidarum Æræ (sed quod ad Chronologicas disquisitiones, de quibus suo loco, Deo id annuente, pertinet) constitutione licet certo statuere. Accedunt tradita in hisce nummis varia subinde & notabiliora quibus iidem Reges sunt appellati ac ab aliis distincti, & a priscis Scriptoribus sunt interdum omissa, Cognomina & Appellationes, quibus eorum historia haud parum illustratur: tum singularia quædam eorum facta, aliunde vix nota, aut hinc plenius elucidata: celebrium denique urbium ac locorum, Syriæ potissimum, Phœniciæ, ac Palæstinæ, ubi percussi sunt iidem nummi, nomina, situs, æra, sacra, numina, dignitas, iura, ut *Sacræ*, *Inuiolabilis*, *Suis Legibus usæ*, seu IEPAΣ, ΑΣΥΛΟΥ, ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, quæ in iis frequenter leguntur consignata.

I. *De* Seleucidarum *nummis cum* Ancora.

Quæ ut aliquot petitis inde, seu ex ea veteri nummorum supellectile monumentis, illustrentur, fidem eius rei continuo facient, qui occurrunt primi in ea serie Regis ac imperii illius fundatoris SELEUCI nummi, iique cum solo interdum nomine; modo cum adsumpto *Regis* titulo, sicut in iis, quos exhibet Historia Regum Syriæ; nempe ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Quam nempe dignitatem a Ptolemæo Lagi, Ægypti Rege, consequutus a Dexippo apud Syncellum, ac inde in Græcis Scaligeri Eusebianis dicitur; a quo nempe Rex superioris Syriæ fuerit ille constitutus. Præter commune autem Macedoniæ Regum, seu Heraclidarum, quod paullo ante vidimus, insigne, LEONIS nempe in capite *exuuias*; genitalem præterea Seleuci eiusdemque in posteris originis notam, ANCORAM signari in iis cernimus: nempe

Euseb. Græc. pag. 58.

Auson. de Clar. Urb. Epigr. III.

ingenuum cuius fuit ANCORA *signum,*
(Qualis inceſta ſolet) generis nota certa PER OMNEM
Nam SOBOLIS SERIEM *natiua cucurrit imago.*

Unde *Ancoram* non exhibent solum aliquot huius SELEUCI, in cuius scilicet femore nata fuerit, & quidem iuxta captum a matre huius rei augurium; sed aliorum etiam quandoque SELEUCIDARUM veteres nec vulgati, etiam hactenus nummi; uti filii ac nepotis ANTIOCHI I. seu SOTERIS, & ANTIOCHI II. seu ΘΕΟΥ dicti, in Gaza Gallorum Regia, ubi in priore cum Clypeo, in posteriore iuxta Tripodem *Ancora*; prout eadem

Justin. lib. xv. cap. 4.

dem quoque in DEMETRII II. NICATORIS nummo apud Cl. Vaillant conſpicitur. Singulares vero primi SELEUCI, a quo rei huius origo profluxit, nummi cum illa *Ancora*; qualis in Theſauris Gallorum Regiis, in quo caput Equinum, infra *Ancora*: illinc vero Elephas conſignatur. Cuius etiam rei, ac Victoriarum inſuper huius *Seleuci* inſignia omnino monumenta oſtentant alii præclari eius nummi: uti ille qui in Theſauris Palatinis ac Brandenburgicis iam vulgatus, in Mediceis præterea cernitur; in quo hinc caput Palladis galeatum, illinc Victoria dextram *Ancoræ* imponit. Accedit ille in Hiſtoria Regum Syriæ conſpicuus; in cuius anteriori area, caput Jouis laureatum; in altera, non Seleucus quidem, ſed eadem, quæ in ſuperiori itidem nummo, Pallas, velut cuius auſpiciis vicerat, ipſaque ΝΙΚΗΣ, quod aliunde conſtat, ſeu VICTORIÆ nomine ab Athenienſibus dicta & culta, Elephantum quadrigis inſiſtit; deſuper autem *Ancora*, ac infra ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Exſtat vero, quod videre nuper nobis contigit, cum ſimili typo nummus in cimeliis Pembrochianis; in eo tamen aliquantum diuerſus, quod non eadem ſit Clypei, quo armata eſt, Pallas, figura; præter Elephantes vero conſpiciantur totidem velut Scipiones ſeu Sceptra erecta, infra autem ſolum ΣΕΛΕΥΚΟΥ nomen, ſine addito ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulo legatur. Unde, & quod præterea nihil ſit ad ſuperiorem nummum a viro præclaro, (uti factum ab eo, ſed ad alium & XII e Seleucidis nummum) fuerat de *Ancora* dictum; quod vel aduerti ibi obiter debuit, uti a quo *Seleuco* illa originis nota promanarit: inde cum memoratum Pembrochiani cimeliarchii nummum, tum priorem, qui Victoriam Ancoræ coronam imponentem exhibet, hic proferre viſum eſt. Quibus inſuper tres alios addemus, inſignes omnino nec vulgatos hactenus, qui exſtant in Theſauris Gallorum Regiis nummos, cum eodem illo *Ancoræ* inſigni; priorem nempe huius SELEUCI; alterum, filii ANTIOCHI dicti SOTERIS; tertium Nepotis, ANTIOCHI vulgo DEI. E quibus haud diſſimilis ſecundo nummus occurrit quoque in Gaza Medicea, hic quoque quinto loco conſpicuus; niſi quod non quinque, ſicut in Regio nummo, ſed ſex Clypei in eo ſignentur. Quibus ultimo accedit DEMETRII II. ſeu *Nicatoris* adductus in Hiſtoria Regum Syriæ, cum *Ancora* itidem in auerſa eius parte, nummus.

Hiſt. Reg. Syr. pag. 271.

Vol. I. p. 251.

Vaillant p. 37.

Hiſt. Reg. Syr. pag. 271.

Ut ſupra.

Ut mittam, quod ex iis quoque eluceſcit ſingulare huius *Seleuci* in alendis Elephantis ſtudium; ac unde ille per contemptum Ελεφαντάρχης *Elephantarum magiſter* in conuiuio apud Demetrium apellatus; tum eorundem Elephantum adhibitus ab utroque illo Rege in prœliis uſus; ac inſigne dein victoriæ de iis reportatæ tropæum. Adde, quæ triumphalibus dein eiuſmodi quadrigarum cum Elephantibus apud Romanos pompis, & quæ eorum quoque nummis, uti iam antea vidimus, ſunt conſignatæ, videntur præluxiſſe. Quod vero ad poſtremum *Apamenſium* nummum attinet, cuius annus B. M. ſeu XLII in eo inſcriptus incidit in XI *Antiochi I.* ſeu *Soteris*, aut vero IX, ſi, iuxta Chronici Alexandrini Auctorem, *Apamenſium* Æra biennio ſerius poſt Seleucidarum Epocham cœpit: prout id a doctiſſimo Noriſio, ac iam ante ab eruditiſſimo Harduino eſt obſeruatum. Quæ vero ad eundem, & Seleuci cum Elephantis nummos, e Strabone monenda occurrebant; hunc nempe Seleucum quingentos Elephantes in agro *Apamenſi* aluiſſe, & ita poſteros etiam Reges: aut e Polybio, qui inter pacis conditiones a Romanis Antiocho M. impoſitas, hanc refert, ut Elephantes omnes, quos haberet *Apameæ*, traderet, neque alios pararet; ea, inquam, iam occupauit felix laudati modo Noriſii diligentia; ubi alium nempe *Apamenſium* nummum Mediceum, cum eadem inſcriptione ac Elephante itidem adduxit, & cum Æra præterea in eodem adſcripta ΖΑΣ ſeu CCXXXVII quæ incidit in annum V. C. DCLXXVIII, extremis ferme Seleucidarum temporibus. A quibus proinde *Apamenſibus* cuſos itidem duos ſuperiores *Seleuci* nummos, cum Elephantum Quadrigis, & quidem ex eadem etiam Iouis, qualis in hoc *Apameæ* nummo cernitur, effigie, licet ſtatuere. In qua utique urbe delubrum Iouis ampliſſimum exſtitiſſe, ex Theodoreto erudite iam monuit Noriſius. Signatus vero opportune in illius *Antiochi Soteris* nummo ab *Apamenſibus* cuſo Elephas; quod quum in prœlio contra Galatas, militum numero & armorum genere iis eſſet longe inferior, ſolo decem Elephantum, quos ſecum in aciem adduxerat, opera, victoria de Galatis, viris iuxta & Equis ad nouum illum Elephantum conſpectum ingenti terrore perculſis, ſit potitus. Rem narrat in Zeuxide Lucianus, ac inde prætereа factum, ut idem Antiochus, *tropæo nihil aliud*, niſi ELEPHANTEM SOLUM *inſculpi iuſſerit*: ἐπὶ τῷ τε τροπαίῳ κελεύσῃ ἄλλο μηδὲν, ΕΛΕΦΑΝΤΑ ΜΟΝΟΝ ἐγκολάψαι. Cuiuſque reportatæ ab hoc Antiocho Elephantum opera victoriæ, ac unius Elephantis tropæo eiuſdem iuſſu inſculpti index adhuc adductus paullo ante inter alios huius Regis nummus; in quo hinc Ancora, genitalis, ut vidimus, eius originis nota, circum autem quinque Clypei; illinc vero Elephas cum inſcriptione, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ.

Plutarch. in Demetr. pag. 900.

De Epoch. Syr. Maced.

Num. Urb. Ill. pag. 54.

Lib. XVII. pag. 752.

Excerpt. Legat. XXXV.

Ut ſupra.

Hiſt. Eccl. lib. I. cap. 25.

Pag. 584. T. I. edit. Amſtel.

VI. *Ad certam* SELEUCIDARUM SERIEM *conſtituendam, ex eorum nummis.*

Neque vero de præclaris aliorum SELEUCIDARUM nummis, & quibus ſingularia ſubinde eorum facta deſignantur aut illuſtrantur, quod peculiaris operæ eſt argumentum, agendi nunc eſt locus. Illud opportunius, iuxta inſtitutæ hic a nobis commentationis legem monendum occurrit, & quod ſupra innuimus, haud aliunde certius hodie, quam ex coæuis nummorum illorum monumentis conſtare, quæ vera fuerit, dubia interdum vel incerta, aut

aut male etiam tradita, apud antiquos, qui de iis egerunt, Auctores, horum SELEUCIDARUM series, certusque numerus. Inde utique liquere, haud omittendum fuisse in ea Syriæ Regum serie, uti tamen a Porphyrio, ac inter recentiores a Petauio factum, Alexandri Balæ filium, ANTIOCHUM eo nomine VI, illumque, quod vere de eo Josephus monuit, ΘΕΟΥ nomine appellatum. Id enim præclare adstruit singularis eiusdem *Antiochi* nummus, & cum additis insuper, quod ex eo demum constat, aliis duobus eius cognominibus, *Epiphanis* nempe, & *Nicephori*, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ *Regis Antiochi Dei Epiphanis Nicephori.*

Græc. Euseb. pag. 61. 62. Ut supra. Antiq. lib. XIII. cap. XI. pag. 447.

Exstat vero ille in Thesauris Mediceis, inde pridem a me primum, nec uno etiam loco memoratus, ac dein in Cl. Vaillant Historia Regum Syriæ merito adductus. Idem nempe *Antiochus*, qui cæteroquin Νεώτερος a Maccha-bæorum Scriptore haud semel dictus; quod nempe ei adhuc puero sit a Tryphone eius Tutore diadema impositum, eidem postea simul cum vita ab eo ereptum. Idem vero male hodie apud Appianum, non *Antiochi*, sed paterno *Alexandri* nomine appellatur: quod vel uno verbo ad eum notari a postremo ac erudito eius editore debuit; uti cæteroquin a diligentissimo Adamo Ruperto factum videre postea mihi licuit. Id utique præter alios antiquos Auctores, [c] Josephum, [d] Justinum, [e] Eusebium, refellit omnino memoratus modo eius nummus. Inde vero ille insuper memorabilis, quod præter traditas in eo huius ΘΕΟΥ & ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ appellationes, Jouis sedentis illiusque *Nicephori*, qui scilicet dextra expansa Victoriam sustinet, effigiem, consuetam alioquin in aliorum quoque Syriæ Regum, & alibi, nummis, idem exhibet. Inde etiam Justino lux accedit, tradenti in Templo Jouis Victoriæ solidum ex auro signum ab hoc Rege, vere proinde *Nicephoro*, sublatum; adductis sacrilegio iocis: *Victoriam commodatam sibi ab Joue esse*: quam nempe brachio expanso, ut in eodem nummo comparet, porrigere ei videretur Juppiter. Ad quæ proinde haud ignota cæteroquin Jouis in antiquis nummis signa, adludere his verbis hunc *Antiochum*, ingeniose iam ad eum Justini locum adnotauit eruditissimus Tan Faber. Accedit, quod neque in eadem Syriæ Regum classe præteriri in Eusebiano Chronico debuerit, nec a Petauio itidem, ubi Regum Syriæ stemma ac seriem enarrat, qui cæteroquin obiter eius ibidem meminit, ALEXANDER, iuxta Josephum, ZEBINAS, & Porphyrium, ZABINAS dictus; & quidem iuxta priorem, tanquam e Seleuci cognatione; a Justino vero & Porphyrio, Ptolemæi Physconis Ægypti Regis negotiator aut negotiatoris filius; ac unde vile illud ei *Zebinæ* cognomen, iuxta Porphyrium, fuerit datum. Quod tamen in eius nummis, quorum plures etiamnum occurrunt, haud utique cernitur: unde, qui tales cum hoc cognomine adduxit, Goltzium merito redarguit Cl. Vaillant.

Diss. pag. 376. & 433. Pag. 281.

1 Macchab. XII. 17 & XIII 31.

a Διόδοτος παιδίον Ἀλέξανδρον ὄν Ἀλεξάνδρου τοῦ πάππου &c. Syriac. p. 132.

b Observ. in Synops. Besold. cap. X.

c Ut supra.

d Lib. XXXVI. cap. 1.

e Chron P. II. pag. 147 & Græc. Euseb. pag. 190.

Lib. XXXIX. cap. II.

Doct. Temp. lib. X. cap. 47. Antiq lib. XIII cap. XVII. pag. 451. Græc. Euseb. pag. 61. 62. Lib XXXIX. cap. 1. Ut supra.

Signati

Signati vero iidem huius ALEXANDRI II. ſeu ZEBINÆ nummi, ut ex initialibus locorum litteris monuit iam laudatus antiquarius, ab *Apamenſibus, Damaſcenis, Samoſatenis* &c. ac præterea cum additis ſubinde Æræ Seleucidarum annis, ut ΑΠΡ & ΕΠΡ CLXXXIV & CLXXXV. Neque mirum, quod eandem quoque Æram interdum præferant DEMETRII II. vulgo NICATORIS, Syriæ itidem Regis nummi; quo nempe adhuc ſuperſtite, & Syris quidem, illius ſuperbiæ & crudelitatis pertæſis, ab eo deficientibus, dictum modo ALEXANDRUM a Ptolemæo miſſum, in Regem continuo adſciuere. Singularem vero eiuſdem *Alexandri* nummum adduxit inter alios laudatus modo antiquarius, in quo figura ſtans, barbata, ac tunicata viſitur; caput modio ac tutulo ornatum, dextro brachio inſuper expanſo, ſiniſtra autem Tridentem gerens, cum inſcriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, & litteris aliquot Punicis. Iſtud vero Numen ibi expreſſum ſibi incertum tradit vir præſtantiſſimus; quod Tridens peculiare quidem ſit Neptuni inſigne, ſed qui nec tunicatus aut tutulatus conſpici ſoleat. Verum quæ figura omnino ad *Serapidem* ſpectat. De *Modio* quidem, ſeu iuxta Macrobium, *Calatho*, qui caput Serapidis vulgo exornat, res cum ex nummis, tum ex antiquis etiam Auctoribus obuia: ac unde, ut alia mittam iam trita, de Joſepho inde a Tertulliano inter alios explicatur. *Hunc* SERAPIDEM *ex ſuggeſtu, quo caput eius ornatum. vocauerunt, cuius* MODIALIS *ſuggeſtus figura, frumentationis memoriam obſignat.* Idem vero *Serapis* paſſim in aliis Græcis Romaniſque nummis vulgo tunicatus, & præterea cum eodem habitu expanſi ſimiliter dextri brachii: immo nec inſolitus in iis additus huc Tridens; uti in nummo Antonini Pii apud Cl. Seguinum, in quo nempe ſub ſymbolis Serapidis, Solis, Iouis Ammonis, ac Neptuni, hoc numen depingitur. Adde *Ζωσποσειδῶνος*, *Iouineptuni* apud Græcos etiam nomen & cultum, cuius a Machaone Comico apud Athenæum fit mentio. Inde vero in nummo huius *Alexandri Zebinæ* ſignata huius Serapidis effigies; qui nempe *Alexander* Ægypto, ut diximus, ad occupandum Syriæ regnum fuerat miſſus; ac proinde quo illud Alexandrini huius Numinis auſpiciis ac ope adeptus videretur.

Hiſt. Reg. Syr. pag. 318.

Ibidem p. 332.

Saturn. lib. 1. cap. 20.

Ad Natron. lib. 11. cap 8.

Select. Numiſm. pag. 3.

Ζωσποσειδῶνος ξένα lib. VIII. pag. 337.

Poſteriorum vero horum Syriæ Regum ſeu SELEUCIDARUM confuſam haud parum hiſtoriam, aut mutilam, vel etiam inter ſe diſſonam videas in illis, qui ad noſtra uſque tempora eandem tranſmiſere, Auctoribus. Quum autem ex iis, qui maiori fide & cura de iiſdem Seleucidis egerint, occurrat omnino Joſephus; ita haud immerito torſit multiplici neque vulgari doctrina Dionyſium Petauium, illius, qui in graui mendo cubat, locus. Nempe quum *Antiocho Cyziceno* ab Heracleone cæſo ſucceſſiſſe ei *Seleucum* filium tradidiſſet (eo nomine *Sextum*) eumque cum Antiocho Cyziceno patruo bellum geſſiſſe, & quem bello captum interfecerit, addit continuo: μετ' ὀ πολὺ ὑὸς τῦ Κυζικηνῦ παῖς ANTIOXOΣ ὁ ANTΩNINOΣ O ETΣEBHΣ καλούμενος ἀναχθέντες εἰς Ἄραδον, ὁ περιθέμενοι διαδήματα, πολεμοῦσι τῷ Σελεύκῳ· hoc eſt, Rufino ſeu Epiphanio veteri interprete, *non multo poſt Cyciceni filius* ANTIOCHUS & ANTONINUS PIUS, *cum peruenisſent in Aradum, coronamque ſibi impoſuiſſent, confligunt cum Seleuco.* Ubi *hac hiſtoriæ portentum* haud immerito vocat Petauius, quæritque quis ſit ille *Antoninus Pius*, Cyziceni filius, quod Εὐσεβὴς cognomen ſit *Antiochi* Cyziceni filii, qui & unicus in hiſtoria reperiatur. Recedit quidem hic a veteri, recentior Joſephi

Antiq. lib. XIII. cap. XXI. pag. 460.

Doct. Temp. lit. x. cap. 47.

interpres, & omissa omni illius *Antonini Pii*, qui abesse quoque apud Josephum debuit, mentione, vertit: *nec ita multo post Cyziceni filius* ANTIOCHUS *cognomento* EUSEBES *peruenit Aradum, & impositio sibi diademate Seleuco bellum intulit:* adeo, ut quod duobus, in adductis eius verbis Josephus, uni *Antiochi* Cyziceni filio, eique dicto *Antiocho Eusebi* tribuit ibi Gelnerus: quod ab [a] Appiano & [b] Porphyrio factum itidem videas. Adeo ut in iis Josephi verbis, & quod miror non adtendisse, qui præeuntem hic habuerat Gesnerum, postremum interpretem Gallum, expungendus sit omnino ille Ἀντιόχου ὁ Εὐσεβής, & glossema statuendum sit alicuius magistelli; a quo nempe quod eodem Εὐσεβὴς seu *Pii* nomine dictus sit apud Romanos *Antoninus* Imperator, id in margine forte adscriptum, inde autem librariorum imperitia in textum, uti tot alia id genus & Josephum, & alios veteres Auctores inquinarunt, irrepserit. Neque eruditis ignotum, ætate veteris interpretis, pluribus id genus & grauissimis aliis mendis obsitos iam fuisse Josephi codices.

[a] Syriac. pag. 132.
[b] Græc. Euseb. pag. 32.

Haud minor vero adhuc in postremis hisce Syriæ Regibus SELEUCIDIS apud veteres Auctores, qui de iis egerunt, confusio occurrit ac dissensus. Ita quum plures exstiterint ANTIOCHI vulgo GRYPI, in eius vero nummis post matris Cleopatræ obitum, EPIPHANIS appellati, Filii; quique omnes adsumpto diademate se pro Regibus Syriæ gesserint: nempe SELEUCUS VI. ANTIOCHUS, EPIPHANES ac PHILADELPHUS in eius nummis dictus; PHILIPPUS; DEMETRIUS EUCÆRUS; & ANTIOCHUS DIONYSUS; unius tamen ex iis, SELEUCI scilicet, meminisse Appianum videas; præter eundem vero *Seleucum*, prioris ANTIOCHI & PHILIPPI, Porphyrium; unius vero PHILIPPI, Eusebium; præterita autem fuerit eorum omnium a Justino mentio. Adeo ut unus ex antiquis, qui supersunt, Auctoribus, Josephus hic præponderet, qui singulorum illorum fratrum, & qui totidem Reges Syriæ fuerint, opportune omnino nomina & obitum consignauit. Quæ autem mire utique firmant ac illustrant singulari fato adhuc superstites veteres eorundem SELEUCIDARUM ac fratrum nummi, quos in Historia Regum Syriæ protulit iam Cl. Vaillant; & in quibus, præter alias & peculiares, quibus ii fuerunt insigniti, & de quibus mox agetur, appellationes, adsumptum ab iis diadema, ac ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulum licet continuo agnoscere. Adeo ut eorundem veterum, de quibus paullo ante, Auctorum, & Appiani maxime, qui de iisdem *Seleucidis*, & indicato etiam, sed minus accurate expenso ut vidimus, eorum numero, agebat, in illis Regibus recensendis ac enarrandis incuriam mirari omnino subeat; & ad quam proinde supplendam, ac omnem eorum illiusue ætatis magis integram memoriam reuocandam ac illustrandam, mirum quantum conferant iidem nummi. Et quidem eo magis, quod quorundam ex iis haud unus solum vel alter, sed plures etiam occurrunt nummi, vario Regum illorum habitu, vel insignibus aliis ac symbolis, quæ in iisdem conspiciuntur, & cuiusmodi aliquot primi olim protulimus, & agendi adhuc de iis occurret locus, notabiles. Quo insuper loco illud postremo haud reticendum, in varia hic abire eosdem veteres Auctores, & iuxta eos Josephum, ubi de ultimo SELEUCIDARUM Rege, in quo nempe Syriæ regnum defecerit, ac in Prouinciam Romanorum est illud redactum, agitur. Id utique, sub ultimo ex adductis modo fratribus, ANTIOCHO DIONYSO contigisse obseruat alicubi Josephus; quem nouissimum exstitisse tradit eorum, qui Seleucum

Syriac. p. 132.

In Græc. Euseb. pag 62. In Chronico P. I. pag 38. & P. II. pag. 150.

De Seleuco, Antiocho, Philippo, Demetrio Antiq. lib. XIII. cap. XII. XIII. *de Antiocho Dionyso* Ibid. *ac de eodem, & Demetrio* Bell. Jud. lib. I. cap. IV.

Bell. Jud. lib. IV. cap. IV. P. 715.

leucum generis auctorem habuerint: quod alioquin PHILIPPO maiori cius fratri tribuunt [a] Porphyrius ac [b] Euſebius, qui ſub eo tranſlatam ad Romanos Syriam obſeruant: ANTIOCHO nempe Cyziceni filio, iuxta Porphyrium, non CYZICENO ipſo, iuxta Euſebium, a Pompeio; PHILIPPO vero a Gabinio, captis. Unde etiam ANTIOCHO CYZICENI filio, qui, ut aliunde conſtat, EUSEBES fuit appellatus, id adſcribit Juſtinus; non vero huius *Antiochi Euſebis* filio, ut alioquin a præclaro Hiſtoriæ Regum Syriæ conditore traditur, cui nempe *Antiocho* datum a Lucullo Syriæ regnum, quod poſtea ceſſerat Tigrani, reddere noluerit Pompeius, ſed Syriam in prouinciæ formam redegerit Quod autem ſub huius *Antiochi Euſebis* & Selenes Reginæ filio, ANTIOCHO nempe ASIATICO, demum contigiſſe, verius obſeruat Appianus; relicto eidem a Pompeio, ut aliunde conſtat, Commagenes regno. Id vero alibi rurſus adſtruit, ubi Pompeium tradit *Antiocho Commageno* bellum intuliſſe; ſed quem poſtea in amicitiam receperit: cuius autem obſides filios in triumphum a Pompeio ductos refert in eius vita Plutarchus. Hæc autem illuſtrat præclarus eiuſdem ANTIOCHI nummus, qui non ASIATICI quidem, aut COMMAGENI, quod monuit iam Cl. Vaillant, ſed illuſtres ac aliunde ignotas, Syriæ autem Regibus haud inſolitas, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ, *Regis Epiphanis, Philopatoris,* & *Callinici* appellationes largitur. Unde quum immane quantum ad plenam & accuratam illius SELEUCIDARUM hiſtoriæ lucem ac notitiam conferant, adſumpta ab iis, & in eorum Nummis conſignata ad poſterorum memoriam, eaque haud unius generis, cognomina; de iis ſigillatim agendi opportunus nunc erit locus.

[a] Græc. Euſeb. pag. 62.
[b] Chron. P. II. pag. 150. Chronic. pag. 149.

Lib. xl. c. 11. Pag. 402.

Syriac. in fine.

Idem Mithridat. pag. 244.

In Pompeio p. 643. Hiſt. Reg. Syr. pag. 402. 404.

III. *De variis* COGNOMINIBUS *quæ* SELEUCIDIS *tribuuntur in eorum Nummis.*

Quo loco illud primo monendum occurrit, deſciuiſſe ea in re ab aliis Aſiæ aut Europæ ſi Perſarum forte Reges mittas, ante ALEXANDRUM MAGNUM Regibus, hoſce SELEUCIDAS. Ante Alexandrum enim, & ſub eodem etiamnum, ſolum ut plurimum, quod iis erat inditum, PHILIPPI puta, ALEXANDRI &c. nomen; rarius etiam, & qua de re iam ſupra egimus, addito ΒΑΣΙΛΕΩΣ ſeu *Regis* titulo, in publicis illis nummorum monumentis traditum comparet. • Unde ſimplicitatem adhuc eorum temporum, alienam ab ea, quæ inde poſtea, & in eo quidem Orientis tractu potiſſimum inualuit, appellationum vel titulorum congerie & faſtu, licet continuo intueri. Adeo etiam ut nec NICATORIS, SOTERIS, DEI, CALLINICI, CERAUNI, quæ geſſerunt alioquin priores quinque Seleucidæ, cognomenta haud tamen in eorum nummis, qui hactenus proſtant, legantur conſignata; etſi ſubinde eos id genus titulis inſignitos deſcribit Goltzius. Factum vero paulatim, ut cum adſumpto ab illis ALEXANDRI ſucceſſoribus diademate, non a Diis ſolum aut Heroïbus Natales, quod vidimus, CORNU nempe ARIETINUM, aut LEONIS exuuias; ſed NOMINA etiam & APPELLATIONES; aliaſque inſuper a PIETATE in Deos, vel in Parentes, aut Fratres; aut a VICTORIIS REBUSQUE geſtis

ſtis ii ambitioſe poſtea uſurparint, iiſque, non ſuis ſolum, ſed poſteris etiam temporibus voluerint inclareſcere. Cui equidem rei præluxiſſe iam ante videbantur Perſarum Reges, diuinis titulis ac honoribus, a ſubiectis ſibi populis culti. Quorum exemplo hi SELEUCIDÆ Jouis illa vel Herculis cognatione haud contenti, ni DEORUM quoque titulos ac honores aperte inuaderent. Unde perſtringit alicubi Dio Chryſoſtomus illam eorundem in adoptandis *faſtuoſis*, ut eadem vocat, *nominibus* vanitatem; qua inter alia, *Ceraunos* ſeu *Fulmina*, & *Deos* quoque, inepte non minus ac impie ſeipſos nuncuparint. Quales nempe adhuc hodie iidem comparent in eorum nummis, cum Græcis SOTERIS, EPIPHANIS, DIONYSI, THEOPATORIS, DEI quoque citra ullas ambages, appellatione. Quibus accedunt petita, aut a *Pietate*, ut paullo ante adtigi, in Deos, Parentes, aut Fratres, nempe EUSEBIS, EUPATORIS, PHILOPATORIS, PHILOMETORIS, PHILADELPHI minus veſana cognomina; vel a *Victoriis*, aliiſue in Regnum ſubiectoſue ſibi Populos meritis, ſicuti EUERGETIS, MAGNI, CALLINICI, NICEPHORI appellationes. Ita tamen, ut iis maxime occurrant inſigniti, qui magis in Deos ſacrilegi, aut in proximos impii, aut in ſocios perfidi, aut alias cladibus magis, quam victoriis nobilitati leguntur. Quæ recepta tamen in Oriente inanis & ſuperba titulorum nomenclatio, ad poſteros quoque eorum aut hæredes tranſiit: ut adhuc hodie obuia eo in terrarum tractu exempla ſatis ſuperque arguunt. Diuerſus equidem a Dione Chryſoſtomo Sophiſta Libanius, qui eadem cognomenta iure adſumpta a patriis Syriæ Regibus alicubi contendit; & inde de præclaris ſingulorum moribus faciendum iudicium ſecure pronuntiat. Ut iam in hunc cenſum non referam deſumptas aliunde, aut vero a locis, in quibus nati vel educati iidem Reges fuerant, appellationes, uti HIERACIS, SIDETIS, GRYPI, ZEBINÆ, CYZICENI, EUCÆRI, ASIATICI, COMMAGENI, quæ ut minus decoræ, aut infra eorum faſtigium, in eorum nummis non itidem apparent. Illud vero beneficium vel commodum adfert inſuper prior illa Cognominum in nummis eorundem Regum ſupellex, ut quum iidem SELEUCIDÆ, vel SELEUCI, a primo illius imperii conditore, vel ANTIOCHI, vel DEMETRII, vulgo tulerint nomina; inde diſtinguere eoſdem certius, aut illuſtres eorum appellationes, de quibus ſilent ſubinde Auctores, deprehendere liceat.

Τὰ ἀλαζονικὰ αὐτῶν ὀνόματα Orat. LXIV. pag. 598.

In Antiochico pag. 356.

I. *De* NIKATOPOΣ *cognomine in nummis*

NIKATOPOΣ equidem nomen, SELEUCO in nummis antiquis tributum occurrit, quos ad illum vulgo referunt Antiquarii, a quo SELEUCIDARUM incepit ſeries & regnum; & quod ei a *Victoriis* potius, quam a *Nicatore* cæſo inditum refert Appianus. At obſtare illud videtur, quod *Epiphanis* cognomentum iidem nummi præferant, ſcilicet ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ, *Regis Seleuci Epiphanis, Nicatoris:* quale demum, nempe EPIPHANIS, ab uno ex *Seleuci* huius ſucceſſoribus Antiochis primo uſurpatum innuere videtur idem Appianus, & de quo *Epiphanis* nomine paullo infra. Id autem vere olim a me de hoc nummo, & ex adſcripto in eoſdem illo EPIPHANIS cognomine obſeruatum, agnouit dein haud uno loco præclarus Hiſtoriæ Regum Syriæ conditor; adlata etiam nummi illius icone, quæ SELEUCUM eo nomine VI exhibet. Unde Patinum ille haud immerito celebrem antiquarium redarguit, qui poſt illud de hoc nummo a me monitum, eundem tamen ad primum *Seleucum* retulit. NI-

Syriac. p. 124.

J. Vaillant pag. 36 & 369.

CATORIS

CATORIS quidem cognomentum primus intulit SELEUCUS, Regum poſt Alexandrum, iuxta [a] Arrianum ac [b] Appianum, maximus; cui mortuo Templum *Nicatorium*, tanquam Heroi exſtructum tradunt iidem veteres. Firmat id præterea Strabo, qui ſcribit Antiochenſes, *Seleucum Nicatorem* ut Heroa coluiſſe, & in Caſio monte apud Seleuciam feſtum ei diem egiſſe. Quo reſpexiſſe etiam Heſychium obiter obſeruo: Νικάτωρ, ἥρως ὃν ἐν τιμῶσι τινές, ubi perperam antea *Nicanor* legebatur, errore in ſcriptis & editis veterum libris familiari. Nec audiendus eſt proinde illuſtris Scaliger, qui obſeruata hac nominis varietate, *Nicanorem* tuetur auctoritate Nummorum, in quibus exſtet ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΝΙΚΑΝΟΡΟΣ, (a Goltzio ſcilicet deceptus) *Nicatorem* vero dialecto Macedonica dici demum exiſtimat. Non ſemel, ut obiter hoc dicam, alienis oculis virum incomparabilem nummos veteres inſpexiſſe deprehendo; quorum alias fidei ac auctoritati plurimum ſolet, & merito quidem, tribuere. Ita ut vel unum hoc adferam, forte mihi dum hæc ſcriberem, oblatum; nummum citat in iiſdem Euſebianis, COL. JUL. AUG. PEL. BER. ſcilicet, *Colonia Julia Auguſta Pella Berytus.* Ubi cur *Pella* vocatur *Berytus*, dicit ſe non magis ſcire, quam quare *Berytus*, *Beroë*. At facile poterat prius ei dubium eximi. Nummi enim illius inſcriptio, COL. JUL. AUG. FEL. BER. ſeu *Colonia Julia Auguſta Felix Berytus*; quod iam olim notarat Plinius, *Berytus Colonia, quæ Felix Julia appellatur.* Sicut rurſus videas in aliis Nummis Gazæ Mediceæ & Lomenianæ, COL. JUL. AUG. PELLA. Ita ut inter diuerſas illas duas urbes, nulla fuerit proprii nominis communio; quæ alioquin ex praua nummi lectione viro magno negotium faceſſebat. A primo autem illo *Nicatore*, Heroum conſecratorum more, urbs Syriæ Νικαλογὶς denominata; quæ rurſus inter nummos Veſpaſiani occurrit apud Goltzium, cum inſcriptione NIKATOPITΩN. Factum vero poſtea, ut illud NICATORIS cognomentum, ambitioſe etiam nonnulli ex Herois illius ſucceſſoribus uſurparint. Talis DEMETRIUS *Soteris* filius, cui idem nummi veteres largiuntur, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ, qui corrupte apud Joſephum, & apud eundem Scaligerum in Excerptis Græcis Euſebianis, *Nicanor* hactenus vocatur. Eadem vero ratione NICEPHORI nomen ANTIOCHO DEO, *Alexandri Balæ*, ut ex Joſepho quidem, & de quo iam ante, licet colligere, filio adhæſiſſe, docet rarior eius nummus, cum inſcriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ, *Regis Antiochi Dei Epiphanis Nicephori*, quod vix aliunde conſtare exiſtimem. Exemplo ſcilicet *Jouis Nicephori*, cuius Spartianus alicubi meminit, & a quo urbs dicta videtur *Nicephorium* circa Edeſſam ſita, iuxta Stephanum; ni forte hunc *Antiochum Nicephorum*, conditorem illius loci, liceat ex eodem nummo arbitrari. Eoſdem autem pridem a me indicatos, præclaros omnino & inſignes nummos, adductos poſtea ex eadem Gaza Medicea, in Hiſtoria Regum Syriæ licet intueri. Adde, quod non ſolum *Nicatores*, ſed ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΙ etiam dicti quidam è SELEUCI poſteris, Herculis nempe exemplo, cuius ſe traduces profitebantur, & cui *Callinici*, & *Alexicaci* cognomina inter primos tributa refert alicubi Ariſtides. Notus vero error Ammiani, qui *Seleucum* illum *Nicatorem* cum *Callinico* confundit; dum priorem ab Arſace fundatore Parthici imperii ſuperatum ſcribit, *cui victoriarum celebritas hoc indiderat cognomentum.* Neque enim *Nicator*, ſed pronepos eius *Seleucus Callinicus* ab Arſace deuictus, ut viderunt iam ad eum

[a] Exped. Alex. lib. VII. p. 22.
[b] Syriac. pag. 128.
Lib. XVI. pag. 750.
Animad. ad Euſeb. p. 128.
Pag. 313.
In Gaza Reg. Gall. Lib. V. cap. 20.
[a] Antiq. lib. XIII. c. VIII. pag. 447.
[b] Pag. 72.
In Hadrian.
Differt. p. 378.
Hym. in Herc. pag. 62.
Lib. XXIII. cap. 6.

In Thesauro locum viri docti, & de quo occurrit descriptus quidem a Goltzio nummus, sed qualis hactenus non visitur, qui eam ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ appellationem ei tribuit: nempe ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. At præter eundem *Callinicum*, quartum vulgo in serie Regum Syriæ, idem etiam cognomentum usurpasse video DEMETRIUM PHILOMETOREM in antiquo nummo amplissimi Camerarii nostri, cuius inscriptio ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡ· ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ.

Ad quem vero *Demetrium* referri deberet hic nummus, cum peculiaribus illis, ut alteram EUERGETIS mittam, PHILOMETORIS, & CALLINICI ignotis aliunde appellationibus, hæsisse me olim fateor. Tres equidem noueram, & quod ibi quoque adtigi, exstitisse DEMETRII nomine Seleucidarum Reges; primum SOTERIS; alterum NICATORIS; tertium ex Josepho, EUKAIPOY seu *Eucæri* (in quibusdam eius codicibus Ἀναίρου) cognominibus appellatos. Addidi eadem occasione inspecta mihi Parisiis inter Peiresciana cimelia apud illustrem Harlæum, præclaros omnino nummos: unum inscriptum ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΦΙΛΟΠΑΤΩΡ ΣΩΤΗΡ alium, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ· tertium denique, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ· & quidem duos priores cum illis *Philopatoris* & *Philadelphi* cognominibus hactenus indictos; tertium autem cum *Philometoris* & *Euergetis*, non vero *Callinici*, appellatione a Goltzio iam memoratum. Quibus autem nummis signari tres illos adductos in serie Seleucidarum DEMETRIOS constat; & prolatæ postea eorundem in Historia Regum Syriæ a clarissimo, & qui hoc sibi accurandum susceperat, antiquario icones, quæ magnam hisce Seleucidis lucem adfuderunt, luculenter utique comprobant. Juxta vero antiqua illa *Nicatoris*, aut *Callinici* cognomenta, inde etiam sequiori æuo inter titulos Persarum Satrapæ, NIKHTHΣ apud Simocattam legitur. Qua ratione nempe apud Romanos iam olim, INUICTI occurrunt Cæsares dicti in antiquis aliquot nummis, ut SEUERI INUICTI AUG. P. FIL. in nummo Getæ, & INUICTUS AUGUSTUS COS. III. in alio Alexandri Seueri, apud Tristanum: unde adposite Manilius de Augusto,

Antiq. lib. XIII. cap. 11. & Bell. Jud. lib. II. c.

Hist. lib. IV. c. 17.

Sit pater INUICTUS *patriæ, sit Roma sub illo.*

Lib. I. v. 923.

Certe ipsi ROMÆ adtributum INUICTÆ nomen iidem quoque nummi sed posteriorum temporum largiuntur; ut aureus Prisci Attali, INUICTA ROMA ÆTERNA; alius Alexandri Tyranni, INUICTA ROMA FELIX CARTHAGO. Quin sicut NICATORIS cognomen Seleuco, ita VICTORIS prænomen a magno Constantino adsumptum; ut rursus ex eiusdem nummis liquet; in quibus VICTOR CONSTANTINUS MAX. & ad eius exemplum Filius Constantius, VICTOR Terra Marique CONSTANTIUS inscribitur apud Ammianum, qui alibi JULIANUM eius successorem

Lib. XVIII. c. 5.

VICTO-

VICTORINUM per ludibrium dictum obſeruat. Notæ vero eiuſdem generis VICTORIA, NICE, CALLINICE, AGATHONICE, frequentes mulierum appellationes, quas tradunt antiqua marmora. Lib. XVI. c. 11.

ΣΩΤΗΡΟΣ ſeu SERVATORIS cognomen, non primo ſolum Ægypti poſt Alexandrum Regi PTOLEMÆO, qua de re poſtea, ſed ſecundo etiam e Seleucidis ANTIOCHO, dicti modo SELEUCI NIKATORIS filio, tributum conſtat e Scriptoribus antiquis, [a] Strabone, [b] Joſepho, [c] Luciano, [d] Appiano, [e] Porphyrio, [f] Euſebio, aliiſque; haud vero ex eius nummis, in quibus illud hactenus non legitur. Idem vero cognomentum iam ante, SELEUCO, Antiochi huius SOTERIS Patri, ab Athenienſibus tributum docet Athenæus; tum eiuſdem quoque SOTERIS Antiochi filio ANTIOCHO dicto, ut de eo paullo poſt, DEO, in fœdere nempe Smyrnæorum cum filio huius Antiochi *Seleuco Callinico*, in quo ὁ Θεὸς καὶ ΣΩΤΗΡ ΑΝΤΙΟΧΟΣ, *Deus & Soter Antiochus dicitur*. Quod cognomen itidem SELEUCO eo nomine IV, Antiochi Magni filio, uti & ANTIOCHO X, vulgo EUSEBI, largitur Joſephus; quod ſimiliter ab eorum nummis exulat. Quo autem ΣΩΤΗΡΟΣ nomine, dicti modo *Seleuci* IV filium DEMERTIUM, & quidem ſecundum, poſt NICATORIS, primi nempe Seleuci, filium ANTIOCHUM appellatum tradit Appianus. Obuia vero in illius DEMETRII, eo nomine inter Seleucidas primi, nummis ΣΩΤΗΡΟΣ, præter duas alias ſubinde quoque in iis conſignatas ΘΕΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ, de quibus poſtea, appellatio. Quamquam dentur etiam percuſſi a Phœniciis *Tyriis* ac *Sidoniis* huius Demetrii nummi; ſine illo SOTERIS cognomento; quales monui olim exſtare in Gaza Medicea, inſcriptos ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΙΔΩΝΙΩΝ, aut ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΥΡΙΩΝ, pro quo poſtremo apud Goltzium corrupte legitur ΤΥΡΙΩΝΟΣ, quaſi nempe *Tyrion* dictus fuerit ille Demetrius. Neque vero eoſdem ad peculiarem aliquem *Sidonis* aut *Phœniciæ* Regem DEMETRIUM referre debuit nobilis illius Gazæ cuſtos P. Fitton. Phœnice enim, cuius Metropoles *Tyrus* & *Sidon*, pars & appendix ea ætate Syriæ Seleucidarum Regni. Similes quoque eorundem locorum nummos, ad hunc *Demetrium*, in ea, quæ dein prodiit Hiſtoria Regum Syriæ, relatos hodie cernimus. Inter Alexandri autem Succeſſores idem ΣΩΤΗΡΟΣ nomen, primo PTOLEMÆO, vulgo Lagi, a Rhodiis, ut e Pauſania liquet, conceſſum, in nummis adhuc eius conſpicitur: ut proinde illud beneficium iidem præſtent, quale Athenis in Odeo adſcripta Ptolemæorum ſtatuis diuerſa eorum *Soteris*, *Philadelphi*, aut *Philometoris* cognomina iis præbuiſſe iam ante ex eodem Pauſania vidimus. Quod alioquin SOTERIS nomen male eidem *Ptolemæo*, Syriæ quippe euerſori, ac præter fas omne tributum contendit Joſephus. Notat vero Arrianus, eundem, iuxta quoſdam, SOTEREM dictum, quod vulneratum & iacentem apud Mallos Alexandrum obiecto ſcuto protexerit; ſed falſo: neque enim illi pugnæ interfuiſſe Ptolemæum, ut ab ipſomet id eſt memoriæ proditum. Illud vero cognomen, quocumque iure tandem aut titulo delatum, ei cum BERENICE coniuge commune apud Ægyptios euaſit, unde ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ nomine ſunt ambo poſt mortem conſecrati; ut non ſolum ex monumento Adulitano, de quo paullo infra, licet colligere; ſed præterea ex inſcriptione veteri, & Porphyrii Excerptis in Græcis Scaligeri Euſebianis. Quo elogio nempe Patres conſcriptos Pruſias Bithyniæ Rex, in aditu Curiæ olim ſalutauit:

[a] Lib. XI. pag. 516. Lib. XII. pag. 578.
[b] Lib. XIII. cap. 12.
[c] In Zeux. p. 581. Tom. I.
[d] Syriac. pag. 210.
[e] In Græc. Euſeb. pag. 2.
[f] Chronic. p. 190. P. II.

2 *De* ΣΩΤΗΡΟΣ *cognomine in nummis.*

Lib. VI. pag. 253. Marm. Oxon. pag. 16. P. I. Antiq. lib. XII. cap. 12. Ibidem lib. XIII. cap. 12. Syriac. p. 131.

In Theſauro. Pag. 140. 142.

Lib. I. pag. 14

Ibidem.

Antiq. lib. XII. cap. 1. Expedit. Alex. lib. VI. pag. 18.

Pag. 202.

Polyb. Exc. Legat. xcvii.

salutauit: χαίρετε ΘΕΟΙ ΣΩΤΗΡΕΣ, *saluete Dii Seruatores*: aut quo *Antigonum* ac alterum *Demetrium*, eius nempe filium, prosequuti sunt olim Athenienses, & quidem ut solos eosdem ΘΕΟΥΣ ΣΩΤΗΡΑΣ in publicas referrent tabulas; Ara etiam eo ΣΩΤΗΡΩΝ nomine, Diodoro teste, iis erecta: aut denique, iuxta Phari inscriptionem ab Architecto Sostrato Cnidio expressam apud [a] Strabonem ac [b] Lucianum, ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙΝ. Unde etiam *Heros* vocatur alicubi ab eodem Strabone idem *Ptolemæus*; haud aliter ac *Seleucus Nicator*, ut paullo ante vidimus, cum ab eodem Auctore, tum ab Hesychio: ad eum enim referri debet, quod tradit Geographus, Elaiticam Præfecturam dictam a fratre *Ptolemæi* primi, non autem ab Heroë. *Heroës* enim vulgo habiti primi Urbium aut Imperiorum conditores; quales ambo illi cum *Seleucus*, tum *Ptolemæus* vulgo Lagi. Hæc autem SOTERIS de qua hic agimus, appellatio, a IOVE SOTERE desumpta, (quo nomine illum apud veteres cultum, satis liquet, ac [a] testes passim obuii,) inde ad Conseruatores aut Benefactores Urbium vel Populorum, ciuium adulatione aut metu, passim translata, ut præter alios docere potest [b] Eusebius: ὡς εἰκὸς τῶν παλαιῶν ἀδιαφυλάκτως οἷα ΣΩΤΗΡΑΣ ἐθνικῇ συνηθείᾳ παρ' ἑαυτοῖς τοῦτον τιμᾶν εἰωθότων τὸν τρόπον. *Quippe prisci illi, absque ullo discrimine, cunctos de se bene meritos, Gentili quadam consuetudine, tanquam* SERVATORES *colere hujusmodi honoribus consueuerant.* Inde nempe in *Gelonem*, uti e Diodoro constat; in *Seleucum* præterea, *Antigonum*, *Demetrium*, aliosque collatum ab Athenensibus & Syracusanis hoc ΣΩΤΗΡΟΣ nomen; ut e Plutarcho, ac Athenæo vidimus. Adde coniuncta inde vulgo apud Græcos scriptores ΣΩΤΗΡΟΣ καὶ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ cognomina; quæ & Samaritani *Antiocho Deo*, & qua de re paullo post, tribuunt apud [a] Josephum, & [b] Constantino Imperatori, alibi etiam [c] Nilo, Julianus Imperator, uc [d] Heliodorus. Frequenter vero non viuis solum, sed mortuis & consecratis delatum hoc ΣΩΤΗΡΟΣ nomen; sicut de *Antigono Tutore* monet [e] Polybius: τριγαξῶν ὁ μόνον ἐκλήθη παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν Εὐεργέτης, ἀλλὰ καὶ ΜΕΤΑΛΛΑΞΑΣ ΣΩΤΗΡ. *quapropter non solum eodem tempore vocatus est Euergetes, sed etiam* POST MORTEM SERVATOR: quod de eodem *Sotere* & *Euergete* publica præconis voce a Græcis proclamatum alibi tradit idem Auctor. Deorum enim apud Græcos hæc propria fuit appellatio, qui Ἄναχτες, hoc est Σωτῆρες dicti, iuxta Græcum Euripidis Interpretem, Ἄναξ, κυρίως Σωτὴρ unde Deos proprie utroque hoc nomine, homines vero καταχρηστικῶς vocari innuit, Ἀναχτας, ὡς δευτέρους Σωτῆρας. *Anactas, tanquam secundos Seruatores.* Hinc non mirum præter JOVEM ΣΩΤΗΡΑ, paullo ante adlegatum; aut præter NEPTUNUM, quem ΣΩΤΗΡΑ dictum apud Herodotum legas, eique Ædem eo nomine apud Artemisium erectam; scilicet, ut is de se loquitur apud Lucianum, pro virili σώζων τοὺς πλέοντας, *seruans nauigantes*: aut præter CASTORES, (quos ΣΩΤΗΡΑΣ ab omnibus dici obseruat Strabo, eadem nempe, qua Neptunus, de causa) APOLLINEM insuper, ÆSCULAPIUM, BACCHUM, HERCULEM, tanquam benefica numina, sub eadem ΣΩΤΗΡΩΣ nomenclatione olim cultos; ut præter Pausaniam, aliamque veterum testium nubem, docent adhuc manifestius antiqui nummi. Tales vel *Lappitharum* in Thessalia inscripti ΑΠΟΛΛΩΝ ΣΩΤΗΡ, in auersa vero parte Lyra, ac nomen cum gemino ΠΙ ΛΑΠΠΙΘΩΝ, *Lappitharum*; cuius generis unum hic olim e Gaza Palatina, nunc e Regia Brandenburgensi, ob nummi elegantiam sculpendum duximus.

Plutarch. in Demetr. pag. 892.

Lib. xx. p. 783.

a Lib. xvii. pag. 791.

b Quom. Conscr. Hist. pag. 629. Tom. I.

Lib. xvi. pag. 801.

a Vid. Aristoph. Plut. pag. 112, 113. Euripid. Hercul. Fur. v. 48. Strab. lib. ix. Pausan. lib. viii. pag. 469.

b Hist. Eccl. lib. vii. cap. 18.

Lib. xi. pag. 256.

a Antiq. lib. xii. cap. vii.

b Orat. ii. p. 76.

c Orat. iii. p. 119.

d Lib. ix. pag. 444.

e Lib. v. pag. 9.

Lib. ix. pag. 30.

Schol. ad Hippol. v. 88.

Lib. vii. c. 193.

In Joue Tragœdo p. 141. Tom. II.

Lib. v. p. 232.

Qui



Qui nummus, ut obiter hoc dicam, egregie illuſtrat, id quod a priſcis Grammaticis traditur, ac inter alios ab erudito Apollonii Rhodii Scholiaſte, hos *Lapithas*, ſeu iuxta adductum modo nummum, *Lappithas*, dictos ἀπὸ Λαπίθα καὶ Στίλβης νύμφης, *a Lapithe Apollinis filio, ac Stilbe Nympha.* Hinc enim Apollo cum Stella, quæ ad *Stilben* adludit; illinc Apollonis Lyra. Neque aliter ab hoc Apollinis & *Stilbes* filio *Lapithe*, eoſdem *Lapithas* deducebat Diodorus; non vero a *Lapithe* Periphantis filio, ut apud Stephanum ex Epaphrodito traditur. Hunc vero nummum, poſt eundem iam olim a me vulgatum, protulit dein quoque Cl. Patinus; ſed ita ut illum, non ad Theſſaliæ, ad quam ſpectat, urbem *Lappithum*, iuxta nummum, ſed ad Cretæ oppidum, de quo ſupra a me actum, *Lappam* male referendum cenſureit; a qua ut alia mittam, Gentile, non ΛΑΠΠΗΘΩΝ, ſed ΛΑΠΠΑΙΩΝ, apud Auctores, ſicut & in antiquis nummis, legitur. Unde veroſimilius aliquanto eundem nummum ad Cypriæ urbis *Lapethi* incolas retuliſſet vir doctus, ΛΑΠΗΘΕΩΝ in nummo in ſuperiori Diſſertatione adducto ſignatos. Adde vero hiſce SOLEM, qui idem cum *Apolline*, eo ΣΩΤΗΡΟΣ nomine, apud Megalopolitas Arcadas itidem cultum. Cæterum, iuxta parentem Apollinem, alter eius celebrior filius, SOTER itidem inſcriptus in nummis *Nicæenſium*, ΣΩΤΗΡ ΑΣΚΛΗΠΙΟΣ, aut ΣΩΤΗΡΙ ΑΣΚΛΗΠΙΩ ΝΕΙΚΑΙΕΙΣ, *Seruatori Æſculapio Nicæenſes*, in nummo Regiæ Gallorum Gazæ; ac præterea in *Coorum* nummis eiuſdem Gazæ, ΚΟΙΩΝ ΣΩΤΗΡ, & ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. Quomodo cum SALUTE ſeu ΥΓΙΕΙΑ, in inſcriptione antiqua ΣΩΤΗΡΕΣ ambo appellantur. Hinc Templum Æſculapio *Ægis* in Cilicia, ὡς ἂν ἐπὶ ΣΩΤΗΡΙ καὶ Ἰατρῷ, *tanquam* SERUATORI *& Medico* conſecratum, quodque dirui iuſſerit Conſtantinus, tradit in eius vita Euſebius. Ita prout parens eius Apollo Ἰατρὸς itidem, ac inde ΣΩΤΗΡ, ut vidimus, ſeu σωτηρίων φαρμάκων εὑρετὴς, *ſalutarium remediorum inuentor*, a Græcis, iuxta Philonem, dictus. Quo ΣΩΤΗΡΟΣ nomine appellatur haud ſemel apud Ariſtidem idem Æſculapius; quem etiam vocat ὁ Θεσπιάτης Julianus, ΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ τῶν ὅλων, SERUATOREM *omnium, Æſculapium*; ac unde ΣΩΤΗΡΙΑ ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΑ dicta, ut in nummis etiam antiquis, & de quibus alibi iam egimus, ſacra in eius honorem dicata. Cuius autem *Æſculapii* exemplo, dicti paſſim *Medici* Σωτῆρες, ut præter Lucianum alioſque, apud Ariſtænetum de Panacio Medico, Σωτῆρα τὸν ἀνδρα πεφυκότων, *Seruatorem virum* vocarunt. Quos proinde titulos *Medici* & *Soteris* coniungentem videas Choſroëm Perſarum Regem, in Epiſtolâ ad Mauritium Imperatorem, ἀναγορεύθηται τε ὑμᾶς κτίσας καὶ ΣΩΤΗΡΑΣ, καὶ ΙΑΤΡΟΥΣ τῶν Περσῶν πολιτείας, *renuntiati vos Conditores, & SERUATORES ac MEDICOS Perſarum Reipublicæ.* Præter *Æſculapium* vero, aut eius adſeclas, ΣΩΤΗΡΕΣ itidem BACCHUS

Ad Argon. lib. I. v. 42.

Lib. IV. v. 189.

In Λαπίθη.

Theſ. Num. pag. 21.

Pauſan. lib. VIII. pag. 507.

Theſ. Grut. MLXXIII. 5.

Vit. Conſtant. lib. III. c. 56.

Legat. ad Caium p. 1006. Serm. Sacr. I. pag. 506. & Serm. II. pag. 512. 528. Orat. IV. pag. 153.

Epiſt. I. ad Morellum.

Lib. I. Epiſt. 13.

Theophyl. Simoc. Hiſtor. pag. 185. edit. Reg.

CHUS & HERCULES: ille in nummis *Maronitarum*, ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ· iſte autem non ſolum in obuiis nummis *Thaſiorum*, ΗΡΑΚΛΕΩΣ ΣΩΤΗΡΟΣ, ſed in aliis adhuc, puta *Stymphaliorum* Arcadum, aut *Smyrnæorum* ſub Domitiano, ΗΡΑΚΛΗ CΩΤ. CΜΥΡ. *Herculi Soteri Smyrnæorum.* Quam autem appellationem eidem Herculi, non ut beluas conficienti, ſed ut Tyrannorum euerſori, eximie alicubi vindicat aurea Dionis Chryſoſtomi facundia; quæ ob ſimilia beneficia generi humano præſtita, SERUATOREM cum iure dictum commemorat. Unde factum, ut eius exemplo *Athenienſes* eadem appellatione fuerint inſigniti, auctore Demoſthene. καὶ μὴν καὶ τὸν Ἡρακλέους παίδων, ὃς τοὺς ἄλλους ἔσωσε, ΣΩΤΗΡΕΣ ὠνομάσθησαν, *quin etiam Herculis, qui alios ſeruauit, liberorum* SERUATORES *dicti ſunt*; quum nempe illi Heraclidæ fugientes in Atticam ſe contulerunt. Quem titulum iiſdem *Athenienſibus* in panegyrico vindicat Iſocrates. Thebanos autem alibi ſugillat Græcus Orator, qui Philippum Macedonem, grauem ſaluti Græcorum Regem, eodem ΣΩΤΗΡΟΣ titulo cohoneſtabant. Quo nomine quoque Tullius Verrem exagitat, eodem titulo a Siculis decoratum: *Itaque cum non ſolum Patronum iſtius Inſulæ, ſed etiam* SOTERA *inſcriptum vidi Syracuſis: heu quantum eſt! ita magnum, ut Latino uno verbo exprimi non poſſit. Is eſt enim* SOTER, *qui ſalutem dedit:* & quæ ibi plura rationem huius nominis illuſtrant. Græcorum enim more, ad Romanos quoque vel Præſides, vel Auguſtos tranſiit uſus illius appellationis; quam uti & *Euergetis* AUGUSTO, Græcorum ſeu Ægyptiorum etiam more, tribuit Philo: ὁ ΣΩΤΗΡ καὶ Εὐεργέτης Σεβαστὸς, & firmat vetus Inſcriptio, Ἱερέως θεᾶς Ῥώμης καὶ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ, *Sacerdotis Deæ Romæ &* AUGUSTI SERUATORIS; ad exemplum nempe Sacerdotis annui ΣΩΤΗΡΩΝ Antigoni & Demetrii ab Athenienſibus, ut Plutarchus refert, inſtituti. Sic alibi rurſus de CAIO idem Philo, ὁ ΣΩΤΗΡ καὶ Εὐεργέτης καὶ νομιθέτης, *qui* SOTER *& Beneficus eſſe crederetur.* Hinc eandem quoque appellationem Athenienſes decernunt HADRIANO, in præclaro Nummo inſcripto, ΟΛΥΜΠΙΟΝ ΣΩΤΗΡΑ ΤΟΝ ΕΤ-ΕΡΓΕΤΗΝ. Ita ſequutis temporibus Rex Regum Choſroës, ſed auxilii indigens, litteris ad MAURITIUM Imperatorem ſcriptis, eum ΣΩΤΗΡΟΣ nomine cum epithetis aliis compellat; ſicut Romanos in genere, ut paullo ante vidimus, ΣΩΤΗΡΑΣ vocare non erubeſcit. Immo prout POPULUS ROMANUS & qua de re iam alibi, ΣΩΤΗΡ καὶ Εὐεργέτης a *Laodicenſibus* dictus, in veteri Inſcriptione apud Cl. Sponium. Julianus vero Cæſar, EUSEBIAM Auguſtam, coniugem Conſtantii, ΣΩΤΕΙΡΑΝ etiam vocat. Mulieribus enim nonnunquam tributum hoc nomen, exemplo BERENICES ſupra indicatæ; aut alterius ex eadem Lagidarum ſtirpe, non SOSPITÆ, ſed *Ægypti feralis Erynnyos* CLEOPATRÆ, cui tamen ΣΩΤΗΡΟΣ vel ΣΩΤΕΙΡΑΣ cognomen nummi etiam, iuxta Scaligerum, Triſtanum, alioſque, largiuntur. Ita enim in iis exſtare putem potius, quam cum Triſtano, ΣΩΤΗΡΑΣ. Σωτὴς enim & Σώτειρα ex æquo Græcis *Seruatrix* in caſu recto, non autem Σωτήρα. Hinc Venus Σωτὴς in Inſcriptione veteri, Ἀφροδίτῃ θεᾷ πανυπάτῃ καὶ ΣΩΤΗΡΙ. *Veneri, Deæ Optimæ & Seruatrici.* Mitto, quod ΟΣΣΑΝ, aut, ut idem cenſet, ΟΣΙΗΝ, pro ΘΕΑΝ legerit in eorum nummo Triſtanus; neque diſſimili errore in Euſebianis magnus Scaliger; ubi fide ſimilis nummi, hanc Cleopatram Ægyptiace Ὀσιοσώτειρα cognominatam tradit. Verum in quo nummo, qui exſtat in Theſauris Gallorum Regiis, pro

Vaillant. Num. Græc. Imp. p. 26.

Orat. 1. pag. 17.

Orat. Fun. pag. 746. edit. Gr. Pariſ.

Pag. 56. ed. H. Steph. Demoſth. Orat. de Coron. pag. 140.

In Varrem. IV. cap. 63.

In Flaccum p. 977.

Theſ. Grut. c. v. 9.

In Demetrio p. 891.

Legat. ad Caium p. 995.

Excerpt. Legat. edit. Reg. pag. 188.

Itin. Tom. III. pag. 14.

Orat. III.

Theſ. Grut. 2. IX. 1.

Tom. I. p. 57. In Add. ad Græca Euſeb. P. 430.

pro ΟΣΣΑΝ ΣΩΤΗΡΑ, aut ΣΩΤΕΙΡΑ, legi ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ, liquet ex adducta eius icone in Ptolemæorum Hiſtoria, e nummis antiquis a celebri Antiquario nuper edita ac illuſtrata. Alias idem ΣΩΤΕΙΡΑΣ cognomen occurrit adhuc hodie in præclaris aliquot nummis; quo ſcilicet PALLAS, non apud Athenienſes ſolum culta, ſed in ſingulari nummo Gazæ Gallorum Regiæ ΙΠΠΩΝΙΕΩΝ inſcripto, ubi circa Pallados caput ΣΩΤΕΙΡΑ legitur. Sic CERES, in Syriaca [a] *Apamea*; [b] DIANA, Syracuſis; PROSERPINA, uti *Spartæ*, iuxta Pauſaniam, vel in *Arcadia*, ubi eodem auctore, eo Σωτείρας nomine eſt illa peculiariter dicta; ita *Cyzici* etiam, fide veterum & inſignium nummorum, culta: ſed qua de re alibi. Quæ inſuper illuſtrant utique lapides antiqui, in quibus aut eidem *Proſerpinæ*, SANCTÆ, SERUATRICI; aut alias FORTUNIS, SALUTARIBUS, inſcripta elogia: exemplo nempe APOLLINIS SALUTARIS, ut vocatur iſte in nummis Voluſiani. Adde prout in aliis, IOUI SOSPITATORI; aut cæteroquin IOUI, MARTI, APOLLINI, LIBERO PATRI, CONSERUATORI AUGUSTI legitur. Quod cæteroquin ΣΩΤΕΙΡΑΣ elogium, cum FORTUNÆ etiam tribuit Pindarus, Σώτειρα τύχα tum alicubi, THEMIDI; alibi etiam MEDEÆ, tanquam nauis Argo ſeruatrici: quæ olim a me monita, ante additum nuper huic Lyrico, in præclara eius editione Oxonienſi, verborum indicem. Mitto vero hic notos ex libris iuris ciuilis, *loci* vel *locorum Seruatores* in celebrioribus oppidis conſtitutos, qui ſaluti ciuium eorumque commodis conſulerent; ſeu, ut Porphyrius alicubi loquitur, τῆς σωτηρίας τῶν πόλεων προεστῶτες, *ſalutis urbium præſides*. Nempe prout alioquin Deo urbis Thebarum ſeruatori hymnum accinendum ait Thebanarum mulierum Chorus apud Æſchylum, πόλεως ἀσινεῖ Σωτῆρι, *urbis incolumi Seruatori*. Quomodo in nummo *Nicopoleos* ad Iſtrum, dicitur TRAIANOC CωTHP THC ΠωΛΕωC *Traianus Seruator Urbis*. Haud aliter ac in nummis Dioletiani & Conſtantiniani ævi, CONSERUATOR URBIS SUÆ, aut CONSERUATOR AFRICÆ SUÆ ſubinde legitur. Unde inſuper ſatis liquet, quam meliori titulo ac iure, non unius Urbis, aut Populi, ſed uniuerſi generis humani liberatorem, antiqua Helleniſtarum pietas SOTEREM ſalutauit.

[a] In Gaza Medicea.
[b] Paruta. Lib. VIII. pag. 506.

J. Vaillant. Hiſt. Ptolem. pag. 190.

Olymp. Od. XI. v. 3. Ibid. Od. VIII. v. 28. Ibid. Od. XIII. v. 76.

Vid. Nov. III. v. 4. Nov. XVI. & Nov. XXXV.

De Abſtin. lib. IV. pag. 369.

Sept. C. Theb. v. 832.

Vaill. Num. Gr. Imp. pag. 29.

Ad ANTIOCHI vero, de quo paullo ante, ΣΩΤΗΡΟΣ primum inter SELEUCIDAS dicti filium, eodem nomine ANTIOCHUM II, non iam Diis hominibuſque commune, ſed veſanum illud, & quo idem poſtea ſit appellatus, ΘΕΟΥ cognomen delatum conſtat. Idque non Joſephi ſolum fide, Appiani, Diodori in Excerptis, Euſebii præterea, Syncelli, ſed iis haud parum vetuſtioris, nempe cum filio eius Seleuco Callinico percuſſi a Smyrnæis & Magnetibus Fœderis teſtimonio; ubi ΘΕΟΣ ANTIOXOΣ pater eius a Smyrnæis haud ſemel nuncupatur. A prona certe in adulationem Græcorum in Jonia gente, Mileſiis nempe, id cognomen eidem *Antiocho* primum conceſſum, ob tyrannum illorum Timarchum ſublatum, auctor eſt Appianus; a Græcis vero in genere ita eum appellatum, Joſephus. Haud aliter nempe ac *Ptolemæum Lagi* a Rhodiis; *Antigonum* vero Aſiæ Regem, ac *Demetrium Poliorcetem* eius filium, ab Athenienſibu, ΘΕΩΝ nomine ac honoribus cultos modo vidimus; immo ut dictum Demetrium ſolum eum verum Deum agnoſcerent Athenienſes, reliquos autem dormire aut obiiſſe peregre profiterentur. Quæ tamen ΘΕΟΥ appellatio in ANTIOCHI huius II num-

3. *De* ΘΕΟΥ *ſeu* DEI *cognomine in nummis.*

Antiq. lib. XII. cap. 3. Syriac. pag. 130. Ecl. lib. XXXI. pag. 895. Marm. Oxon. pag. 210.

Syriac. p. 210. Antiq. lib. XII. cap. 3.

Plutarch. in Demetr. pag. 892.

Pag. 50.

nummis, quales, præter unum in Historia Regum Syriæ adductum, alii adhuc prostant in præclaris Cimeliarchiis, haud hactenus legitur: sive id temporum iniuria, quæ reliquos nobis eius nummos sustulit; sive primorum Seleucidarum moderationi tribui debeat, qui a superbis, ut iam monui, NICATORIS, SOTERIS, DEI, CALLINICI, CERAUNI, appellationibus publice adsumendis abstinuerint. A qua vero moderatione receserunt mox eorum Successores, qui præter ambitiosa alia cognomina, illud etiam ΘΕΟΥ publicis nummorum suorum monumentis se consignari sunt passi. Cuius utique rei seu vetustæ fidem adhuc faciunt insignes & memorati a me olim SELEUCIDARUM aliquot nummi, e Gaza Medicea & illustris Harlæi, in Historia dein Regum Syriæ plenius traditi & conspicui; nempe ANTIOCHI IV. Antiochi Magni Filii; DEMETRII I. SOTERIS; DEMETRII II. vulgo NICATORIS; & ANTIOCHI VI Alexandri Balæ Filii; vel ut de eo Cl. Vaillant, (mutata, qua de re postea, sententia) ANTIOCHI XII vulgo DIONYSI: quos iuuabit uno obtutu hic intueri. Quorum nempe prior nomina in iis præfert ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, *Regis Antiochi Dei Epiphanis*; alter, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ, *Regis Demetrii Philopatoris Soteris*: tertius, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ, *Regis Demetrii Dei Philadelphi Nicatoris*: quartus denique, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ, *Regis Antiochi Dei Epiphanis Nicephori.*

Cap. xii. v. 21. Antiq. lib. xix. cap. 7.

Unde equidem nonnullam lucem mutuatur cum Actorum in nouo Fœdere, tum Josephi locus, ubi Herodes Agrippa DEUS a circumfusa multitudine proclamatur: iuxta morem nempe in vicina Syria, aliisue Orientis partibus pridem familiarem. Quibus addi possunt e REGINARUM itidem apud SELEUCIDAS serie, adducti modo DEMETRII II. uxor CLEOPATRA, cui una cum filio ANTIOCHO VIII. vulgo GRYPO, in nummis, eique adhuc superstiti, sculptæ, ΘΕΑΣ cognomen tribuitur; nempe ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΘΕΑΣ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ *Reginæ Cleopatræ Deæ Et Regis Antiochi,* quorum ectypum hic habes e Gaza olim Palatina, nunc Brandenburgica.

Quæ

Quæ autem a me olim hic adducta egregie firmantur ex aliis id genus huius ANTIOCHI GRYPI & Matris CLEOPATRÆ cum illa ΘΕΑΣ appellatione, nummis, quos ſuppeditat, quæ dein prodiit, Hiſtoria Regum Syriæ. Cur vero eadem Mater una cum Filii effigie, ac titulo inſuper ΘΕΑΣ, ſit hiſce nummis inſculpta, abunde licet ex Juſtino, ut ibidem monui, colligere: *alter, cui propter naſi magnitudinem cognomen* GRYPO *fuit*, REX a MATRE *hactenus conſtituitur, ut nomen Regis penes filium,* VIS *autem omnis* IMPERII *penes* MATREM *eſſet.* Mitto vero hic antiquiorem inter Seleucidas Reginam STRATONICEN, eamque ANTIOCHI ΘΕΟΥ, ſupra memorati, uxorem; quæ illo ΘΕΑΣ, iuxta Maritum nempe, nomine, in eodem Smyrnæorum, de quo paullo ante, Decreto inſignitur. Illud enim ut conſecratæ ac fano aliiſque diuinis honoribus poſt mortem eius, ab illis *Smyrnæis*, & quidem ſub nomine STRATONICIDOS VENERIS, ut mox ibi legitur, cultæ tribuitur. Horum vero SELEUCIDARUM exemplo, maximo ANTIOCHI II. & ANTIOCHI IV. EPIPHANIS, hanc quoque ΘΕΟΥ appellationem ab uno e LAGIDIS, nempe PTOLEMÆO VI. coque PHILOMETORE itidem, iuxta Antiochum Grypum, dicto adſumptam, conſtat demum e ſingulari eius nummo, quem nuper protulit Cl Vaillant, inſcriptum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ, *Regis Ptolemæi Dei Philometoris.* Ut vel inde liqueat, non uſque adeo certam eſſe Diodori obſeruationem, tradentis DEI appellationem defunctis tantum Regibus, non vero adhuc ſuperſtitibus, ſi unum Darium Perſarum Regum Ægypto potitum mittas, ab Ægyptiis olim conceſſam. Cuius autem nomenclationis defunctis eorum Regibus ac Reginis ab iiſdem impertitæ exempla, e priſcis Lapidum Nummorumue monumentis licet hodie colligere. Quibus addi inſuper poteſt ultima Ægypti Regina CLEOPATRA in duobus inſignibus Regiæ Gallorum Gazæ nummis & qua de re paullo ante, ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ, *Dea Noua*, iuxta celebrem Antiquarium, ſeu *Dea Junior*, ac in uno quidem, iuxta M. ANTONII effigiem ſculpta, hic autem quoque conſpicienda.

Lib. XXXIX. c. 1.

Marm. Oxon. pag. 5. 6.

Hiſtor. Ptolem. pag. 103.

Lib. I. p. 85.

J. Vaillant Hiſtor. Ptolem. p. 189. 190.

Haud aliter nempe ac de SABINA AUGUSTA, Hadriani uxore, in Megarenſium inſcriptione apud Sponium legitur: CABINAN BACIAICCAN CEBACTHN NEAN ΔHMHTPAN, *Sabinam Auguſtam Juniorem Cererem;*

Itin. Tom. III. pag. 383. P. II.

Cererem; aut in Regillæ inſcriptione, Δηὼ τε νέη, Δηὼτε παλαιὴ, *Ceres autem Junior*, & *Ceres Senior*; nempe iuxta illud veterum Criticorum ad Euripidem, quod ad eam inſcriptionem iam adtulit ὁ πάνυ Salmaſius: Διώνυμοι δὲ παρῆσαν ἡ μὲν Κόρη καὶ Περσεφόνη· ἡ δὲ Δημήτης καὶ Γῆ καλεῖται, ἡ μὲν πρεσβυτέρα, ἡ δὲ ΝΕΩΤΕΡΑ. *Binominis autem, quod illa Ceres & Proſerpina, ſeu autem Ceres & Terra vocatur; hæc quidem* JUNIOR, *illa Senior.* Ita DRUSUS & GERMANICUS in nummo *Sardianorum*, qui apud Patritium Venetum Corrarum exſtare dicitur, appellati ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ ΑΔΕΛΦΟΙ, *Juniores Dei Philadelphi Fratres.* Adde iuxta Caligulæ veſaniam, qua ſibi ſtatuam in templo Hieroſolymitano erigi voluit, uti ea de re Philo, ſub titulo Διὸς Ἐπιφανοῦς ΝΕΟΥ Γαΐου, *Jouis Epiphanis* (de qua appellatione mox) *Junioris Caii.* Quam autem ΘΕΟΥ & ΘΕΑΣ appellationem, non iam ſuperſtitibus adhuc, ſed defunctis & conſecratis apud Ægyptios Regibus ac Reginis, ut primo eorum Regi PTOLEMÆO & uxori BERENICE, ſub ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ nomine conceſſam ſupra vidimus. Quod de PHILADELPHO Filio ac ARSINOE, coniuge itidem ac ſorore, fidem quoque facit præclarus nummus cum duobus capitibus iunctis in utraque parte, & inſcriptione ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ.

Not. ad Dedicat. Regilli p. 94.

Schol. ad Phœniſſ. v. 688.

Vaillant de Num. Græc. Imp. pag. 10.

Legat. ad Caium pag. 1040.

Prior nempe facies PTOLEMÆUM & BERENICEM, poſterior liberos exhibet eoſdemque Coniuges, PTOLEMÆUM PHILADELPHUM & ARSINOEM: ſicut indicabam, ut noſti, fori huius antiquarii regulo Franciſco Gottofredi, ab eo de illius explicatione conſultus, & cui primam præclari nummi notitiam debeo. De PHILADELPHO certe & ARSINOE explicandam illam epigraphen ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ, continuo ſuadebat inſanus eiuſdem Ptolemæi erga ſororem amor; quem & adſumpto PHILADELPHI nomine, & nefariis nuptiis, templis præterea, aliiſque diuinis honoribus profeſſum memineram; tum obuia eiuſmodi appellationum apud eoſdem Ægyptios exempla. Adeo ut quod ſola ductus coniectura monueram, ac ut veriſſimum continuo arripuit laudatiſſimus ſenex, indubitatum poſtea deprehenderem ex lectione monumenti Adulitani, quod ex vetuſtiſſimo codice edidit, ut noſti, Cl. Leo Allatius. In eo enim præclara legitur *Ptolemæi Euergetæ*, filii huius Philadelphi, inſcriptio; quam mihi nuper admodum, vir optimus ac omnis Romanæ antiquitatis intelligentiſſimus, Benedictus Mellinus noſter opportune ſubminiſtrauit. Ita autem ſe habent prima inſcr. verba: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ΥΙΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΒΕΡΕΝΙΚΗΣ ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ ΑΠΟΓΟΝΟΣ. *Rex Magnus Ptolemæus, filius Regis Ptolemæi Et Reginæ Arſinoes, Deorum fratrum* (ſeu *Fratris Sororiſque*) *Et Regum Ptolemæi Reginæ Berenices, Deorum Seruatorum Nepos.* Dum vero hic olim verſaremur in ſecunda editione huius operis, factum ut eius rei opportune duo alii teſtes exceptione maiores tum, quod ibi quoque monui,

nui, acceſſerint. Prior eſt ſimilis nummus aureus drachmalis a Petro Seguino, clariſſimo Galliæ antiquario dein vulgatus, in eleganti ſua ſelectiorum Numiſmatum congerie, & quem iiſdem *Ptolemæis* eorumque coniugibus imputat. Poſterior eſt idem nummus itidem aureus, ſed maioris ponderis ac uncialis, cuius ectypum e Gaza depromptum viri alti faſtigii, ſed ingenii ac indolis ſublimioris, Camilli Maximi, eodem curante ac diligente antiquitatis inueſtigatore Petro Bellorio noſtro, ad me opportune admodum tranſmiſiſti: Select Numiſm. mat. pag. 47.

Alium vero nuper aureum itidem detradrachmalem, cum iiſdem ectypis adtulit in Ptolemæorum Hiſtoria Cl. Vaillant; cum eo ſolum diſcrimine, quod in eo ambæ voces ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ, ab una, & poſteriori quidem nummi parte, nempe ſupra *Philadelphi* & *Arſinoes* capita ſignentur. ΘΕΟΙ ΑΔΕΛΦΟΙ vero de conſecratis viro & coniuge, iiſdemque fratre ſimul ac ſorore, *Philadelpho* ac *Arſinoë*; prout alioquin a Romanis Scriptoribus *Reges Ægypti*, de regnante utroque coniuge dicuntur, ut apud Liuium: *Legati ab Ptolemæo & Cleopatra Regibus Ægypti*; & mox de iiſdem, *Gratiæ Regibus actæ*. Sic apud Cæſarem: *pro communi amico atque arbitro controuerſias Regum componere*, nempe Ptolemæi & ſororis Cleopatræ, quam regno expulerat frater Ptolemæus. Receptum nempe in Ægypto, ut Reginæ, tanquam conſortes ſupremi faſtigii, in publicis ſolemnibus ac monumentis una cum maritis compellari & inſcribi mos eſſet. Ita *Ptolemæi Philometoris*, &, Sororis etiam eiuſdem ac coniugis *Cleopatræ* iuncta ſimul nomina in litteris ad Oniam Judæum apud Joſephum. Ex his vero adſequimur, non ſolum *Philadelpho* & *Arſinoë* hanc ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ appellationem tributam; ſed eandem etiam ad Parentis utriuſque ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ exemplum, de utroque coniuge fratre & ſorore, formatam. Immo ſi Græcum Theocriti Interpretem conſulamus, communis etiam illa fuerit parentibus *Soteri* & *Berenice*, ſuperioribus nummis expreſſa ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ inſcriptio. Tradit enim ille, hanc *Berenicem* Lagi fuiſſe filiam, ac, ut inde licet colligere, coniugis ſororem, qui Lagi itidem, ut omnibus notum, filius: *Βερενίκην λέγει, τὴν Λάγου μὲν θυγατέρα, γυναῖκα δ' Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος. Berenicem dicit Lagi filiam, uxorem vero Ptolemæi Soteris.* An vero diuerſi fuerint hi Lagi utriuſque parentes, quod in nuperis Exercitationibus exiſtimat eruditiſſimus Palmerus, cui obſeruatus etiam huius Interpretis locus; an vero in aliorum de his *Berenices* natalibus ſilentio, continuo fides huic Græculo ſit habenda, non magnopere iam erimus ſolliciti, & totum hoc eruditi lectoris iudicio libenter committemus. Illud certum, eam nomenclationem ab *Apolline* ac *Diana*, gemino Numine, deſumptam, iuxta morem Ægyptiorum iam a nobis Luciani & nummorum fide abunde declaratum; aut ſi mauis, a *Ioue* & *Iunone*, quorum

Pag. 51.

Lib. xxxvii. cap. 3.

Bell. Civ. lib. iii. cap. 109.

Antiq. lib. xiii. cap. 6.

Schol. Theocr. Idyll. xvii. v. 34.

Exercit. ad Gr. Auctor. pag. 806.

rum auctoritate & exemplo, has *Ptolemæi* & *Arsinoës* nuptias defendit in præ-
Idyll. xvii. clarо alias Idyllio Theocritus. Qua ratione nempe CAIUM legimus in
Pag. 670. Dionis Excerptis, quo reuera se Jouem probaret, sorores suas inprimis constu-
prasse: unde & easdem in auersa nummi parte signari curauit, qui obuius
adhuc hodie apud antiquarios. Neque aliter ac *Philadelphi* & *Arsinoes*, ita *Jouis*
& *Junonis* iuncta nonnunquam capita cernimus in aliis nummis, ac *Epirotarum*
potissimum cum apud Goltzium, tum in Gaza Palatina & Medicea. Immo
Goltzium geminam nummi de quo agimus inscriptionem vidisse, postea ex
eiusdem Thesauro deprehendi; sed quam ad *Apollinem* ac *Dianam* referre illi
placuit. Sic alteram inscriptionem Ægyptiacam obseruo apud Gruterum, cum
Thes. mxxiii. p. 7. isdem vocibus ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ, & in ultima lapidis parte, ΣΥΝΘΡΟ-
ΝΟΙΣ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΩ ΘΕΟΙΣ, quæ postrema vulgo de *Osiride* & *Iside*
Ægyptiis usurpata, ad *Philadelphum* itidem & *Arsinoen*, sanguine, solio, &
eadem superiori appellatione iunctos, haud male quoque referri possent. Quem
diuinum alias Regum apud Ægyptios, seu superstitum, seu iam defunctorum
Legat. ad Caium p. 1012. cultum, præter Lucianum, Philo pluribus alicubi exponit; & ad quem re-
Lib. x. v. 272. spexit Lucianus:

Summus Alexander Regum, quos Memphis adorat.

Ipsam vero *Arsinoëm* DEI appellatione cum Coniuge insignitam in supe-
rioribus nummis, cultam quoque post mortem nomine VENERIS ZE-
PHYRITIDIS, ex Callimacho apud Athenæum, Catullo, Hygino, ac Ste-
phano de Urbibus, adnotarunt iam viri magni. Et ut iuncta hic vides u-
triusque coniugis capita, in signum mutuæ necessitudinis & concordiæ; ita
Lib. i. p. 14. coniunctas quoque amborum statuas in Odeo Athenienſium obseruat Pausa-
Lib. ix. p. 588. nias; qui alibi eiusdem *Arsinoës* statuam in Helicone dicatam tradit. Ab
eadem vero dictæ aliquot urbes Libyæ & Ægypti ARSINOES, quod no-
tat Stephanus; & ad quas referendi forte plures nummi a magno illo Peires-
kio collecti, ac a me visi in Galliis apud illustrem Harlæum, cum inscrip-
tione APCINOHTΩN. Quamquam & Syriæ aliorumque adhuc Regionum
cognomines urbes, apud eundem Stephanum uidere liceat; sicut & plures
eo nomine Ægypti, Syriæ, Macedoniæ, aut Cyrenarum Reginas accepimus.
Ad alteram certe ARSINOEM spectat alius nummus cum capite velato,
gemino cornucopiæ, & inscriptione ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΦΙΑΑΔΕΛΦΟΥ, Lysima-
chi nempe coniugem, & huius Philadelphi filiam, qualem expressit in ima-
ginibus Ursinus, & nos aureum ac argenteum aliquoties vidimus in illustri-
bus Cimeliarchiis. Idem tamen huius *Arsinoës* cum priori fatum, si fides
Biblioth. p. 718. Memnoni apud Photium, qui tradit eam post Lysimachi nuptias, fratri etiam,
Ptolemæo nempe *Cerauno* nupsisse. Diuersa rursus alia eiusdem gentis & fa-
Lib. xv. p. 31. stigii ARSINOE, soror itidem & coniux *Ptolemæi Philopatoris*, de qua Po-
Exc. c. lib. xiv. & xv. lybius in Historia, & in Excerptis Valesianis. At vero alteri adhuc AR-
Lib. iii. pag. 182. SINOE consecratæ Templum erectum narrat Pausanias, Lacænæ nempe,
non Ægyptiæ, & sorori uxorum Castoris & Pollucis; hoc est totidem rursus
ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ.

Nec tamen intra Ægyptios & Syros eadem se continuit insania, ut ea
non ad vicinos etiam, aut hæredes eorum potentiæ Reges continuo transie-
Athen. lib. v. pag. 213. rit. Ita MITHRIDATES ΘΕΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ *Deus Rex*, a ciuitatibus, uti
Pro Flacco c. 25. iactabat Athenion, passim dictus; sicut etiam apud Tullium loco iam supra
Pag. 401. adlegato, *Mithridatem* DEUM, &c. quod vero expressit uberius Diodorus

in

in Excerptis Valeſianis, legatos nempe ſingularum ciuitatum decretis publicis eum ΘΕΟΝ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΑ declaraſſe. Idem de PHRAATE Parthorum Rege obſeruat apud Photium Phlegon, Φραάτης (non Φράτης) ὁ ἐπικληθεὶς ΘΕΟΣ, *Phraates co*gnominatus DEUS. Unde iidem ac eorum ſucceſſores, Perſarum Reges, non *Fratres* ſolum *Solis* aut *Lunæ, & participes ſiderum*, (de qua appellatione occurret in ſequenti Diſſertatione dicendi locus) appellati; ni manifeſtiorem adhuc DIUINÆ & Humanæ naturæ communionem indicarent. Liquet id ex Epiſtola Choſrois Hormiſdæ filii, Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, Εἰρηνάρχης τοῖς ἀνθρώποις Σωτὴρ ὢν, ὁ ΘΕΟΙΣ μὲν ΑΝΘΡΩΠΟΣ ἀγαθὸς καὶ αἰώνιος, ὁ δὲ ΘΕΟΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΘΕΟΣ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΣ· *Choſroes, Rex Regum, Pacificus, Hominibus Salutaris, inter* DEOS *quidem* HOMO *bonus & æternus, inter* DEOS *autem* HOMINES, DEUS PRÆSENTISSIMUS. Agnoſcis impium ad unici Seruatoris ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΥ & ſacra Chriſtianorum myſteria contuitum. Hinc de Perſarum Rege apud Heliodorum, ΘΕΩ βασιλεῖ τε μεγίστῳ, DEO *Regique maximo*. Immo Athenienſes iam olim & Græci reliqui, præter Antigonum ac Demetrium ſupra memoratos, T. FLAMINIUM ob libertatem redditam, non ΣΩΤΗΡΑ ſolum, ſed ΘΕΟΝ etiam declararunt. Id certe ex præclara eiuſdem Gemma eruit vir doctus ad Urſini Imagines. Hinc ad Patres Conſcriptos tranſlata quidem a Pruſia Rege appellatio, quam ſupra memorani, ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ; ſed & Nummi paſſim in Græciæ Aſiæque ciuitatibus percuſſi, cum inſcriptione, quam iidem adhuc hodie exhibent, & de qua iam ſupra egimus, ΘΕΟΝ ΣΥΝΚΛΗΤΟΝ, ſeu DEUM SENATUM. Ut neutiquam mirum ſit, eundem honorem quoque non URBI ſolum ÆTERNÆ ſeu ROMÆ, a Græcis Europæis vel Aſiaticis, ut ibidem vidimus, paſſim habitum; ſed CÆSARIBUS etiam rerum Dominis, iiſque viuis etiamnum, necdum autem DIUIS ſeu conſecratis: ſed qua de re, a SELEUCIDARUM quippe hiſtoria, in qua e priſcis nummis illuſtranda nunc verſamur, aliena, alius occurret opportunior agendi locus.

Pag. 401.

Bibliothp. 167.

Theophyl. Simocat. lib. 1f.

Lib. v. p. 218.

Eadem vero ratione factum, ut cognomen EPIPHANIS, familiare in iiſdem SELEUCIDARUM, uti & aliorum quoque Aſiæ Regum nummis, occurrat; quo nempe præſentes in Myſteriis, aliiſue creditis eorum adparitionibus Deos, Gentiles olim proſequi conſueuerant. Unde etiam *Epiphaniæ*, frequentes & ſalutares eorum adparitiones dictæ. Hinc [a] Lucianus agens de Hephæſtione ab Alexandro conſecrato, ſomnia eiuſdem, *Epiphanias* quaſdam, aliaque eiuſdem vaticinia ab adulatoribus refert iactata, quo iuuenili Alexandri cupiditati indulgerent. Ita ut eundem Heroibus vel Diuis continuo adſcriberent, eo more, quem tangit alicubi [b] Polybius, ποιεῖν θεούς τε καὶ Ἥρωας ἐπιφανομένους, *Heroas aut Deos fingere præſentes*. Juxta nempe arcanam Gentilium Theologiam, habitæ aliæ *Deorum*, aliæ *Heroum*, aliæ *Dæmonum Epiphaniæ*. *Deorum* nempe proprium, ut iidem adparerent Salutares, & quidem adferendo ſanitatem corpori, animæ virtutem, menti puritatem: adparentibus enim Diis, animas ita adfici, ut amorem diuinum & incredibilem lætitiam ſentiant. Eorum proinde *Epiphanias* omnium manifeſtiſſimas, & ad ſummum fulgentes exſtare. *Heroas* quod adtinet, adparere illos mitiores, quam Dæmonas; ac habere id proprium eorum *Epiphanias*, ut ad fortia facta homines impellant. Hæc aliaque id genus legas apud Jamblichum, libro de Myſteriis, Græce hic in Britannia primum edito, opera viri eruditiſſimi nunc

4. *De* EPIPHANIS *Cognomine in* SELEUCIDARUM *& aliorum Regum nummis.*

a Non temere Cred. Calum pag. 42. T. II.
b Lib. III. cap. 48.

Lib III. c. 48. Sect. 14. c. III. pag. 41. 42.

τῶ μακαρίτου, Thomæ Gale. Inde autem ad Reges Alexandri Succeſſores, tanquam manifeſtos & conſpicuos quoſdam in terris Deos, ſeu Heroas, Hephæſtione certe haud inferiores, & tum magis conſpicuos, tranſlata eadem appellatio: ut præ aliis nummi ANTIOCHI eo nomine IV clare exprimunt, cum utroque titulo ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. Quod ipſum firmat egregie Appianus, qui eundem *Antiochum* narrat *Epiphanem* dictum, quod
Syriac. p. 117. expulſis e patris regno alienis, quaſi *patrius & domeſticus Rex illis adparuiſſet*, βασιλεὺς οἰκεῖος ἄρθη, nempe quod alicubi de Auguſto Ouidius:

Triſt. lib. II. Eleg. 1. *Per te præſentem conſpicuumque Deum.*

Qua ratione certe apud Libanium dicuntur Cæſares Conſtantius & Conſtans,
In Baſilico p. 112. ſuis Prouinciis ἀντὶ πατέρων φανέντες, *parentum loco præſentes*, ſeu *conſpicui*: aut apud Claudianum,

Bell. Gildon. v. 307. *venerabilis illi,*
Ceu Numenque vocor PRÆSENS.

Haud aliter ac in antiquis inſcriptionibus, uti in una dicata Antonino Cara-
Itin. Tom. III. pag. 50. callæ apud diligentiſſimum Sponium, NUMINI PRÆSENTI: in aliis a-
Theſ. LXXXVII. 9. pud Gruterum, PRÆSENTISSIMI NUMINIS, ſicut in Græca ΗΒΩΝ
Ibid. XXXVI. 5. ΘΕΩ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩ, aut cæteroquin DIIS vel DEABUS PRÆSEN-
Ibid. XXXVII. 11. & XCIX. 5. TIBUS. Immo prout iam ante Virgilius:
Eclog. I. v. 42. *Nec tam* PRÆSENTES *alibi cognoſcere* DIUOS.

Epiphaniæ enim illæ Gentilium, quod obſeruo, & hic ad rem facit, maxime de patriis ac domeſticis Diis & eorum manifeſtatione vel præſentia (ut Tullius illam vocat) ſumebantur: ut præter alios, auctor mihi Dio Chryſoſto-
Orat. XXXIII. pag. 408. mus, qui tradit vulgo credi conditores, Heroas ac Deos, ut maxime eos decet, adire frequenter ſuas ciuitates, & maxime feſtis ac ſolemnibus diebus, aliis autem non conſpicuos. Neque vero inanes habitæ, quod paullo ante innui, eiuſmodi *Epiphaniæ*; ſed qualis habita huius Antiochi apud Syros ſuos præſentia, efficaces & ſalutari quodam auxilio præditæ: quæ nempe aut ægris ſalutem, aut adflictis ſolatium, aut laborantibus præſidium portendere conſueuerant. Hinc (ut tria hæc beneficia paucis complectar) Iſis culta apud Ægyptios, ob ægrorum in adparitionibus curam, teſte Diodoro, διὰ τὰς ἐν ὕπνοις ἐπιφανείας, & Philippo Medico, ob ſanatum Alexandrum, *grates habe-*
Lib. I. p. 22. *bant veluti præſenti Deo*, auctore Curtio. Quomodo alterum beneficium
Lib. III. c. 6. quod adtinet, apud Eunapium Julianus Imperator Flaminem quendam in Græciam calamitatibus adflictam, *tanquam Deum quempiam præſentem miſiſſe*
In Maximo p. 77. dicitur, καθάπερ θεόν τινα ἀποπέμπων φανέντα. Diodorus vero celebriorem refert
Lib. V. p. 224. Deorum Samothraciæ Epiphaniam, ob admiranda quæ præſtabat in pericu-
Lib. III. c. 48. lis auxilia; & Polybius, conſternatis Pœnis Heroëm quendam ἐπιφανείαν, viam
Epiſt. XXXVIII p. 415. ult. ed. iis docet per Alpes indicaſſe. Quomodo inſuper non de inutili *præſentia*, ſed *præſenti* Numinis *auxilio* vox ea ἐπιφανείας ſubinde ſumitur; ut alibi apud eundem, de quo modo, Julianum: πῶς μὲν αἰθρίως τῆς ἐπιφανείας ἐπάμεθα τοῦ θεοῦ, *& quemadmodum repente præſens auxilium Deorum ſenſimus.* Ut vel inde ſatis liqueat, cur eodem ſenſu quo ἐπιφάνεια, ita παρουσία quoque, non ſolum pro
II Epiſt. c. 1. v. 2. & c. III. v. 12. *præſentia* Numinis, ſed pro *efficacia* uſurpetur in Epiſtola Diui Petri; aut cur apud Macchabæorum ſcriptores, non ſemel ἐπιφάνεια præclarum Dei factum ſeu auxilium notet, ut iam vidit ὁ πάνυ Grotius, ac iam ante eum mo-
Vid. II Macchab. III. 24. &c. nuit in Exercitationibus contra Baronium magnus Caſaubonus. Unde per-
Exerc. II. Sect. XI. ſpicuum etiam, cur tot gaudiis & acclamationibus proſequerentur Gentiles

hanc

hanc domeſticorum ſuorum Numinum adparitionem, ut Syri ad conſpectum huius DEI EPIPHANIS ANTIOCHI; aut Memphitæ apud Herodotum, qui ad Dei apud ſe manifeſti præſentiam, Ægyptios tradunt ingenti gaudio delibutos, feſtos etiam dies agere. Præſentiam enim illam, non votis ſolum ſed ſacrificiis etiam, & vario myſteriorum apparatu conſueuerant elicere. Quo reſpexit Eunapius: ἐφ' ποσοῦτον ὥσπερ αὐλοκλήτῳ καὶ ἄνευ τινὸς προκαλείας ΦΑΝΕΝΤΙ ΘΕΩ, *& adhæſit tanquam ſponte vocato, & citra prævias quaſdam ſollicitationes* PRÆSENTI DEO. Ubi nempe eam adparitionem intelligit, quæ ſponte a Deo conceſſa, citra operoſiorem adparatum, quo ſolebat eadem elici. Sacra enim inſtituta a Gentilibus, ad impetrandas, vel celebrandas illas domeſticorum Numinum adparitiones, cum aliunde, ut tentatis Tullo ſacrificiis apud Liuium, tum ex Athenæo licet colligere; qui refert Demetrium Phalereum, fratre Himeræo ab Antipatro trucidato apud Nicanorem egiſſe, *tanquam qui ibi Epiphania defuncti fratris celebraret*, ὡς τὰ Ἐπιφάνια τῷ ἀδελφῷ θύων. Quæ ſacrificia ſcilicet ad indicandam fratris EPIPHANIAM, quaſi in Deos relati præſentiam ſeu manifeſtationem inſtituebat Demetrius: haud aliter ac illo *Epiphaniæ* argumento, conſecrationem Hephæſtionis, qua de re ſupra mentiebantur amici Alexandri. Adde, quod hinc Deorum Ἐπιφανῶν numerum ſolos nouiſſe Theologos; ſolos, quid ſit perfectum ſacrificium, quo eorum *præſentia* elicitur, doceat memorato paullo ante libro de Arcanis Gentium Theologiæ Jamblichus. Hinc etiam Dii illi *Epiphanes* cum iis ſolis, iuxta eundem Jamblichum, conuerſari ſoliti, qui per ſacra rite purgati, & ab adfectibus liberi ac immunes redditi fuerant. Immo non ſacrificia ſolum, ſed artes magicæ etiam nonnunquam adhibitæ, quibus illam Deorum Epiphaniam ementirentur, iuxta obſcuras imagines arte venefica paratas. Ut videas, mi OCTAUI, non hodie primum, vel veris vel fictis adparitionibus, fidem diuinitatis quæſitam, ac ſuum Diuis cultum ea hominum opinione inualuiſſe. Eadem vero ſacra ΘΕΩΦΑΝΙΑ etiam dicta, ex Philoſtrato obſeruo; ubi Lacones interrogati, an ob præſentiam Apollinis Tyanei *Theophania agitarent*, εἰ ἡ θεοφάνια ἐπ' αὐτῷ ἄγοιεν. Unde patet Ἐπιφανείας & θεοφανείας voces de ipſa *adparitione*; Ἐπιφάνια vero, ſeu Θεοφάνια uſurpata pro feſtis in eorum memoriam aut deſiderium agitari ſolitis. Quod diſcrimen etiam a Scriptoribus aliquot Eccleſiaſticis obſeruatum noui: quibus alias τὰ θεοφάνια, aliquando etiam Θεοφάνεια, non iam de Chriſti Seruatoris *adparitione* ſeu *Natiuitate*; ſed, quod aliunde iam notum, de eius *Baptiſmo* frequenter uſurpantur; ut præter Chryſoſtomum alioſque, liquet ex Balſamone in Bibliotheca Juris Canonici: quo ſenſu etiam, ut pridem hic adnotaui, *dies Baptiſmi*, Ἐπιφάνιος ἡμέρα vocatur in Conſtitutionibus Apoſtolorum. Adde quod Ἐπιφάνεια de Chriſti *præſentia* die Judicii extremi dicitur ab Hippolyto, in libello de Antichriſto, quem vulgauit doctiſſimus Marquardus Gudius. At vero huius ANTIOCHI exemplo, qui hoc nomen DEI EPIPHANIS in nummis adhuc præfert, idem quoque legimus Caium Cæſarem ambiuiſſe. In Euſebii certe Chronico ex verſione Hieronymi, dicitur Caius Petronio Præfecto Syriæ præcepiſſe, ſibi ſtatuam poni Hieroſolymis, ſub nomine JOUIS OPTIMI MAXIMI. Hæc autem poſtrema in Euſebianis Græcis Scaligeri exprimuntur, ΔΙΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, hoc eſt, iuxta eundem Scaligerum, *Jouis illuſtris*; pro vulgata ſcilicet cognominis huius *Epiphanis* apud Interpretes ſignificatione. Ita tamen ut huius appellationis dignitatem aut

Lib. III. cap. 27.

In Proæreſio P. 102.

Lib. I. cap 30.

Lib. XII. pag. 542.

Sect. V. cap. III. p. 126.

Vit. Apol. lib. IV. cap. 10.

Pag. 1143 ult. edit. Pariſ.

Pag. 70.

Pag. 156. P. II.

Pag. 203.

Anim. ad Euſeb. p. 188.

aut vim vocis non sit ibi adsequutus; qua instar JOVIS PRÆSENTIS & manifesti, absens etiam & vxcors Caius a Judæis suspici Hierosolymis ac adorari voluit: ut ex Philone præterea, de quo iam ante, & mox adhuc, fit manifestum. Gemino nempe instituto, quo eosdem Jouis titulos & honores ambiens Diocletianus, *conspicuus & PRÆSENS JUPPITER cominus inuocari voluit*; aut quo passim Cæsares *præsentes Dii* seu *Epiphanes*, apud Poëtas ac Oratores, quod iam ante vidimus, inuocantur, immo Diis etiam manifestiores; sicuti de Augusto loquitur Ouidius,

Mamert. Genethl Maximiani cap. x.

Ut mihi Dî faueant, quibus est manifestior ipsis:

De Ponto lib. I. Eleg. 1 In Præfat.

& Valerius Maximus, qui eius rei causam adfert: *quod cætera diuinitas opinione colligitur, tua PRÆSENTI fide, paterno auitoque sideri par videtur.* Familiare vero id præ aliis CAIO, ut absens etiam *præsentis Dei* instar coli vellet: unde sicut in Templo Hierosolymitano id fieri iussit Romæ constitutus; ita eiusdem Roma absentis sellam in Urbis Templo positam Patres adorasse, & argentum, ex more introducto sub Augusto, quasi præsenti obtulisse auctor est Dio. Tangit alias & commemorat pluribus hanc Caii vesaniam Philo, qui, ut paullo ante iam alia occasione adtigimus, eandem refert Inscriptionem statuæ, quam volebat sibi Hierosolymis dedicari, sub titulo nempe ΔΙΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΕΟΥ ΓΑΙΟΥ, *Jouis Epiphanis Junioris Caii.* Quæ felicitas reuera paullo ante eidem, sed ingratæ Urbi contigerat, in conspectu unici & veri vel ΔΙΟΣ, vel ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. Ut iam Johannem Antiochenum mittam, in cuius Excerptis de eodem CAIO in genere dicitur, quod passim se JOVIS habitu effingi in statuis voluerit. Quo habitu quoque cum a Milesiis effictum licet statuere, apud quos Templum sibi iussisse exstrui tradit Dio in Excerptis Valesianis. Unde mirari haud parum subit, quod rem a luculentis auctoribus, Judæis iuxta ac Gentilibus, & quidem ipsi Caio, qualis Philo exstitit, coæuis traditam, illiusque Cæsaris vesaniæ plane consentaneam, parum verisimilem, ut is pro Deo ac Ioue haberi voluerit, statuat vir eruditissimus: idque inde, quod ne Imperator quidem ex Senatusconsulto esse potuerit. Quum tamen a Suetonio quoque idem Caius, cum Deorum in genere contemptor dicitur; tum alibi, quod Apelles tragœdus ab eo consultus, uter illi e Ioue nempe & Caio maior videretur, cunctanter autem respondens, flagellis ab eo sit discissus. Quod vero *Imperatoris* titulum a Senatu obtinere non potuerit Caius, unde hauserit vir eruditus, me equidem latet: neque vero ad ex eius nummis, qui ferme carent eo titulo, continuo statuendum est; in quibus alii cæteroquin & præcipui supremi fastigii, ut AUGUSTI, TRIBUNITIÆ POTESTATIS, ac PONTIFICIS MAXIMI tituli comparent; & qua de re alius occurret dicendi locus. Adde, quum vix alius e Romanorum Cæsarum numero, maiorem licentiam, tyrannidem, ac omnia ad unum eius nutum constituendi libidinem, in Senatum Populumque Romanum exercuerit, eosque habuerit ad omnia obsequentes. Neque vero ideo, quod inter ἀιδρύτους, seu *inuisibiles* Deos primum locum Ioui adscripserit Theologia Gentilium, minus hoc ei ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ seu PRÆSENTIS cognomen ex eiusdem Theologiæ placitis, conuenire censendum est. De his enim alioquin non conspicuis Diis, nec vulgo φανερ. νοις instar Solis & Lunæ, *Epiphaniæ* illæ Gentilibus proprie dicebantur, tanquam de singularis cuiusdam & aliis inconcessi beneficii prærogatiua, ut supra ex Dione oris aurei aduertimus. Hinc frequens etiam, ut paullo ante

Lib. LIX. pag. 639. Legat. ad Caium p. 1040.

Excerpt. Valef. p. 805.

Pag. 370.

Harduin. de num. Herodiad. pag. 50 ed. Lipſ. In Calig. c. LI. Idem cap. XXXI.

vidimus,

vidimus, *Numinis* PRÆSENTIS, ſimiliter *Deorum* PRÆSENTIUM, aut etiam PRÆSENTISSIMORUM mentio in Inſcriptionibus antiquis; ſeu, quod eodem redit, ΘΕΩΝ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΩΝ, quod & Conſtantino tribuit Orator Anonymus, *quando illum dabitis diem, quo* PRÆSENTISSIMUS *hic* DEUS *omni pace compoſita.* Tales nempe *Dei Epiphanes* præcipue a Germanis noſtris olim culti; quos tradit Cæſar, Deorum numero eos ſolum ducere, QUOS CERNUNT, *& quorum operibus aperte iuuantur,* Solem puta, Vulcanum, Lunam. Ex his autem facile adſequimur, cur eam vocem *Epiphaniæ,* non ad fictam aut inanem, ſed ad veram vel ΘΕΟΦΑΝΕΙΑΝ, vel ſalutaris ſideris adparitionem, primis Chriſtianæ Reipublicæ Triumuiris manifeſtati, Societas Chriſtiana iam olim traduxerit. Ad hanc vero ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ appellationem, *Antiocho* in eiuſdem Nummis, aliiſque dein tributam, reſpexiſſe patet Choſroëm Perſarum Regem apud Simocattam, qui inter inanes titulos, ambitioſum quoque illum, quod ſupra vidimus, præfert, *inter homines Deos* ΘΕΟΣ ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΣ *Deus Præſentiſſimus.* Neque vero, quod occupauit iam doctiſſimus Noriſius, ſuperbæ adeo appellationis huic *Antiocho* in nummis eius apud Syros tributæ percuſſis, originem Samaritanis, uti ab aliis ſubinde factum, adſcribendam puto: qui nempe poſt vaſtata ab hoc Rege Hieroſolyma, &, Judæos ad deſerendos patrios ritus, omni cruciatuum genere compulſos, in litterarum ad eum, quas retulit Joſephus, ſcriptarum limine, eundem compellant, ΒΑΣΙΛΕΙ ΑΝΤΙΟΧΩ ΘΕΩ ΕΠΙΦΑΝΕΙ, *Regi Antiocho Deo Præſenti.* Neque enim facile hanc laudem, ut, quod bene a laudato Purpurato monitum, deſpicatiſſimæ Samaritanorum genti conceſſiſſent Syri, ut iis auctoribus, Regum ſuorum appellationes ſibi conſignandas crederent. Eandem vero, de hac *Antiochi Dei Epiphanis* in nummis eius dicti appellatione, explicationem a me olim confirmatam hic ac illuſtratam, paucis iam ante adtigerat ad Euſebium, ut poſtea videre mihi contigit, doctiſſimus Valeſius. Arripuit vero illam quoque, ac velut nouam in opere de nummis urbium illuſtratis adtulit vir eruditiſſimus: uti factum iam ante ad hunc ipſum, eique ſimiles huius *Antiochi* nummos, a præclaro Hiſtoriæ Regum Syriæ conditore: ac ſimiliter dein a viro plurimæ lectionis ac litterarum Orientalium peritia inclyto, Stephano Monachio. Neque vero huic interpretatioui obſtat, quod, ut vere quidem eſt a doctiſſimo Noriſio monitum, illa EPIPHANIS appellatio, ubi nempe abeſt illud *Dei* vel *Jouis,* alteriuſue Numinis additum vel præmiſſum nomen, id tum non *Præſentem* adeo ac *Manifeſtum,* quam *Nobilem,* ac *Illuſtrem* notet. Qua ratione proinde factum ſit, ut iam ante apud LAGIDAS, ac dein apud alios SELEUCIDAS, fuerit receptum illud EPIPHANIS cognomen; idemque ad NICOMEDES Bithynos; TIGRANES Armenios; ac PARTHORUM ARSACES & VOLOGESES tranſierit: quod vix aliunde, quam ex reſiduis & præclaris eorum nummis liquet. Donec poſteriori æuo, non EPIPHANES ſolum, ſed ΕΠΙΦΑΝΕΣΤΑΤΟΙ dicti horum ſucceſſores, Perſarum Reges, ut modo vidimus: quando ſcilicet EPIPHANES vocati eorum Præfecti; ut vel arguit una inſcriptio litterarum Varami Satrapæ, apud Theophylactum Simocattam.

Bell. Gall. lib. VI. cap. 20.

Epech. Syr. Mac. Diſſ. II. cap. 4.

Antiq. lib. XII. cap. 4.

Annot. ad H.E. lib. II. c. VI. Pag. 146.

Pag. 196.

Not. & Obſer. ad Var. Sacr. pag. 146.

Ut ſupra.

Hiſtor. lib. IV. cap. 7.

Huius vero *Antiochi Epiphanis* patruo, ſeu parentis Antiochi III. vulgo Magni fratri maiori natu, quique ante eum regnauit, SELEUCO III. tanquam alteri itidem Joui, ΚΕΡΑΥΝΟΥ ſiue FULMINIS cognomen datum legi-

5 *De* ΚΕΡΑΥΝΟΥ *cognomine uni e* Seleucidis *& alteri e* Lagidis *dato.*

tur. Quod equidem haud ex eius nummis constat, e quibus unus tantum a diligentibus antiquariis est hactenus visus aut memoratus; neque vero ex uno Hieronymi, qui eam in rem a viro præstante adducitur, sed [a] Porphyrii insuper, [b] Eusebii, [c] Syncelli testimonio. Cuius autem appellationis, cur illi hoc KEPAYNOY cognomen sit inditum, nulla ratio ab iis redditur: sicut alioquin de PTOLEMÆO factum, primi Ptolemæi Lagi filio & Philadelphi maiore natu fratre, Macedonum autem post Lysimachum Rege, qui idem illud KEPAYNOY seu CERAUNI cognomentum tulit. Etenim a celeritate seu vi fulminis ignea, nomen hoc ei adhæsisse tradit Pausanias; ab importunitate autem morum seu væcordia, Memnon apud Photium. Quomodo alias apud Eustathium legas, KEPAYNON quendam a voracitate dictum, quod impetuose in mensas irruens, easdem plane consumeret: prout alio iterum sensu, sed in sequiorum itidem partem, Alexander Magnus a Lucano alicubi dicitur:

Vaillant. Hist. Reg. Syr. pag. 67.
a Græc. Euseb. pag. 62.
b Chron. pag. 142. P. II.
c Græc. Euseb. pag. 142.
Lib. 1. p. 28.
Biblioth. pag. 714.
Ad Iliad A. p. 862.

Terrarum fatale malum, FULMENQUE, *quod omnes*
Percuteret pariter populos.

Lib. x. v. 34.

Unde mirum videri posset, hoc contumeliæ, iuxta Memnonem, vocabulum, haud a maleuolis solum, aut ioco militari, huic PTOLEMÆO tribui; sed etiam in nummis eius, qualem nempe adtulit Goltzius, signari. Verum nihil obstat, ut sicut instar Iouis EPIPHANIS dictus modo ANTIOCHUS, aut CAIUS: ita ab eodem Ioue KEPAYNIΩ seu FULMINATORE, cognomen illud CERAUNI seu KEPAYNOY sit ambobus hisce inter Alexandri Successores, PTOLEMÆO & SELEUCO Regibus inditum.

Græc. Tab. XXXVII. n. 10.

Et de *Lagida* quidem firmare id potest Lucianus, qui Ægyptios præ gentibus aliis Deorum cognominibus usos docet. Id vero illustrat eximius Justini locus de Clearcho Heracleæ tyranno, qui Iouis filius credi voluit: *filium quoque suum* CERAUNON *vocat, ut Deis non mendacio tantum, verum etiam nominibus illudat.* Ad SELEUCUM vero quod adtinet, accedit forte peculiaris huius KEPAYNOY cognominis ratio, quam ex Appiano licet eruere, qui Seleucum Nicatorem in condenda Seleucia ad mare, sequutum refert augurium fulminis, & ideo Fulmen in eadem urbe haud aliter ac instar Numinis consecratum: ἐν θρησκείαις ἐν ὑμνοῖς καίνιῶ KEPAYNON, *& colunt ac celebrant etiamnum* FULMEN. Ex quo lucem fœneratur Hesychius qui Iouem sub CERAUNII nomine *Seleuciæ* cultum obseruat: KEPAYNIOΣ ἐμοθρησκεία ἐν τοῖς ἐν Σελευκίᾳ. Hæc autem mire illustrant antiqui & sequentes horum *Seleucensium* nummi. Prior cum *Iouis* illius Κεραυνίου effigie, & cum Fulmine alato, in auersa nummi parte, ac nomine ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. Alter Antonini Pii, cum Fulmine Mensæ imposito, & inscriptione ΖΕΥC KEPAYNIOC, *Iuppiter Ceraunius* seu *Fulminator*: tertius itidem cum Fulmine supra Mensam, & voce CELEYKEΩN, quos autem vere Regia Christinæ Augustæ Gaza nobis olim suppeditauit:

In Imaginib.
Lib. XVI. c. 3.
Syriac. p. 115.

Exstat

Exſtat vero ſimiliter inter æreos *Antonini Caracallæ* nummos in Regia Gallorum Gaza, unus cum Fulmine itidem ſupra menſam, eademque, quæ in adducto Antonini Pii nummo, inſcriptione, ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ ΖΕΥϹ ΚΕΡΑΥΝΙΟϹ. Ut alium adhuc mittam eiuſdem Gazæ, & ſub eodem Caracalla, e maximorum genere, vulgo *Medaglioni*, nummum, cum Fulmine in extima Menſæ ora, præter alia quædam ibidem obuia, & cum inſcriptione eiuſdem loci ϹΕΛΕΥΚΕΩΝ. *Fulmen* vero illud *alatum* in priori nummo, ut & alibi ſubinde in antiquis nummis ſignatum, & quo rapidi illius *teli* vel *ignis*, prout paſſim apud Græcos & Latinos Poëtas dicitur, ingens, quo fertur, celeritas innuitur, duobus locis apud Ariſtophanem, ut obſeruo, legitur:

Ὁ Ζεὺς ϗ ὑμῖν βροντήσας, πέμψῃ ΠΤΕΡΟΕΝΤΑ ΚΕΡΑΥΝΟΝ, Auib. p. 568.

Juppiter autem vobis tonans, mittet ALATUM FULMEN: alibi autem in eodem dramate:

Πάλλων ΚΕΡΑΥΝΟΝ ΠΤΕΡΟΦΟΡΟΝ, Διὸς βέλος. Ibidem p. 618.

Vibrans FULMEN ALATUM, *Jouis telum*. Eidem vero Διὶ Κεραυνίῳ, *Joui Fulminatori*, non apud *Seleucenſes* ſolum in Syria, ſed apud Græcos quoque Aram in Olympia ſacratam docet Pauſanias. Ut mittam Ζηνὶ Κεραυνίῳ legi in veteri Græcorum Epigrammatum Florilegio. *Ceraunius* proinde *Juppiter* a *Seleucenſibus*, haud aliter ac FULMINANTIS, FULGURATORIS, TONANTIS denique nominibus a Romanis cultus: ſicut præter Inſcriptiones antiquas, & unam quidem, JOUI SANCTO BRONTONTI, alteram JOUI FULMIN. FULG. TONANTI, firmant etiam obuii & frequentes nummi, cum epigraphe JOUI TONANTI, ut ſequens JOUI FULGURATORI inter aureos Diocletiani obuius. Lib. v. p. 314. Anth. lib. III. cap. xxv. Ep. 36. Theb. Grut. XVII. 12. Ibid. XVII. 5.

Hinc & nota Jouis Ales, paſſim *Fulmen* tenens in aliis nummis, iuxtà Manilium,

Aſſueto volitans, geſtat ſeu fulmina mundi,
Digna Joue & cælo, quod ſacris inſtruit armis: Manil. lib. I. v. 344.

ac unde apud Ariſtophanem dicitur Πυρφόρον ἀετοῖς *ignem ferentibus Aquilis*; prout Πυρφόρ. Θεοῦ κεραυνὸς, *ignem ferens Dei fulmen* apud Sophoclem; aut paſſim alibi apud Græcos Tragicos, Κεραυνὸς πυρπνόος aut πυρπόλος, *ignem ſpirans* aut *incendens fulmen* dicitur. Unde etiam Fulmen Prouidentiæ Auib. pag. 599. Oed. p. Col. v. 1329.

Deo-

Deorum in iisdem nummis symbolum: sicut clare liquet ex iis, quibus Fulmen insculptum, cum inscript. PROVIDENTIÆ DEORUM. Neque vero JOVEM solum CERAUNION, sed MINERVAM quoque *Fulmine* armatam exhibent nobis antiqua numismata: quale supra expressum ANTIGONI Tutoris, in cuius aversa parte Pallas depingitur fulmen vibrans; scilicet iuxta Poëtam:

Æn. l. v. 42. *Ipsa Jouis rapidum iaculata e nubibus ignem.*

aut apud Senecam Tragicum:

Agam. v. 535. *Libratur aliud Fulmen hoc toto impetu*
Certum reducta Pallas excussit manu.

Quo referri etiam debent alii nummi, in quibus Noctua Fulmen unguibus tenet; idem utique huic Deæ, quod Jovi Aquila ministerium præstans. Nempe iuxta Etruscorum libros, certa sunt Numina præter Jovem, possidentia fulminum iactus; inter quæ potissimum Minerva; ut ex iisdem & Varrone plurisbus docet Servius. Quo respexisse etiam videtur præclarus nummus, & è maximorum quidem genere, qui occurrit in Gaza Cardinalis Buoncompagni, sub Severo percussus; in quo spectare licet Vulcanum fulmen fabricantem, ante autem stantem Minervam. Ne illud iam adducam, quod apud Æschylum de se tradit Minerva: *solam Deorum se nosse locum ædium, ubi sint claues, quibus Jouis Fulmen obsignatur:*

Ad Æn. l. v. 12.

Eumen. v. 830. Καὶ κλῆδας οἶδα δωμάτων μόνη θεῶν,
Ἐν ᾧ ΚΕΡΑΥΝΟΣ ἐστιν ἐσφραγισμένος.

His vero Numinibus (& de quibus consuli potest illustri eruditione, & harum inprimis veterum elegantiarum cultu ac peritia Cl. Cuperus in Harpocrate,) Manubias seu Fulminum iactus possidentibus, adscribendus etiam HERCULES; cuius, ut alia mittam exempla, fulminantis figura occurrit in nummo Bruttiorum. Ut non mirum sit eius ἀπόγονον, ac æmulatorem Alexandrum, Fulmen manu tenentem olim ab Apelle depictum: quamquam eo nomine a Lysippo reprehensum, ut alicubi Plutarchus refert. Horum itaq; Numinum, vel Heroum exemplo, non SELEUCI solum & PTOLEMÆI, inter illius Alexandri Successores, dicti Græcis CERAUNI; sed Romanorum etiam Cæsares, TONANTES & FULMINANTES, ut de Augusto Virgilius:

Pag. 99.

Plin. lib. xxxv. v. 10. De Iside.

Georg. iv. v. 560. ——— *Cæsar dum magnus ad altum*
Fulminat Euphratem bello:

alibi autem de eodem Naso:

De Ponto lib. 1. Eleg. 3. *Et iacit inuita fulmina rara manu:*

aut de Jove a Domitiano Martialis:

Lib. IX. Epigr. 88. *Adspice Tarpeium Pallatinumque Tonantem:*

sicut *tonare* etiam ROMA apud Claudianum:

De Bell. Get. v. 511. *Seu Cælum seu Roma tonat.*

Hinc *Fulmine* etiam nonnunquam armati CÆSARES in selectis eorum nummis, tanquam *Joues Latii*, qualis AUGUSTUS cum Corona radiata, Fulmine, & Stella, ac inscr. DIVUS AUGUSTUS PATER; in aversa vero parte, Castrum, & inscript. AUGUSTA EMERITA. Ita inter eiusdem *Augusti* nummos a Nerva restitutos, unum videas cum Fulmine, ac inscriptione DIVUS AUGUSTUS. Sic iterum in Gaza Medicea, TRAIANUS visitur dextra Fulmen, sinistra hastam puram tenens, retro Victoria coronam

coronam capiti eius imponens, cum ſolita epigraphe, S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Cui geminum eadem ſuppeditat inter nummos HADRIANI, in qua figura dextra Fulmen, ſiniſtra Haſtam tenet, cum inſcriptione DIUUS TRAIANUS AUG. PARTH. PATER. Qua ratione nempe Fulmen in dextra Julii Cæſaris collocat antiquum Epigramma,

Δεξιτερῇ δ' Κεραυνὸν ἀγάλλετο χειρὶ κομίζων,
Οἷα Ζεὺς νέος ἄλλος ἐν Αὐσονίοισιν ἀκούων.

Anthol lib. v. cap. v. Epigr. 17.

Dextra vero Fulmen manu ferens exultabat, Ut alius Juppiter nouus, inter Auſonios audiens. Ut mittam, quod de CAIO refert Tranquillus, qud plerumque aurea barba Fulmen tenens ſit conſpectus. In Caio c. 11. Ex his vero poſſunt etiam illuſtrari frequentes in aliis SELEUCIDARUM, (quod & conſuetum LAGIDARUM in eorum nummis ſymbolum) Aquila Fulmini inſiſtens, & duæ nonnunquam cum expanſis alis & Fulmine, ut in quodam PTOLEMÆI numiſmate. Ut nihil de ALEXANDRI EPIROTÆ, PYRRHI, AGATHOCLIS, HIERONYMI, aliorumque id genus Regum aut Tyrannorum nummis iam dicam, cum ſignato in iis Fulmine, tanquam manifeſto Prouidentiæ ac Imperii ſymbolo. Quo ſpectant etiam cum aureus nummus ANTONINI PII, in Cimeliarchio illuſtriſſimi Colberti nobis inſpectus; in quo figura ſedens ſpectatur cum Fulmine, Haſta, & inſcriptione IMPERATORI; tum alii ſub ANTONINO CARACALLA aut MAXIMIANO ſignati, in quibus non iam Aquila, aut Noctua, ſed Leo radiatus Fulmen ore geſtat. Aliud vero ſtatuendum de Alcibiadis ſymbolo, quem in Clypeo nullum aliud inſigne gentilitium expreſſum geſtaſſe refert Plutarchus, præter Amorem ΚΕΡΑΥΝΟΦΟΡΟΝ, ſeu, ut eadem de re Athenæus, Ἐπίσημον Ἔρωτος ΚΕΡΑΥΝΟΝ ἔχων ἠγκαλισμένον, *inſigne habens Cupidinem* FULMEN *ulnis amplectentem.*

In Alcibiade p. 119. Lib. XII. pag. 534.

Verum non Deorum cognominibus ſolum, ſed nominibus etiam occurrunt nonnunquam inſigniti hi SELEUCIDÆ; ſicut unus ex iis DIONYSI, ſeu *Liberi Patris*, adſumpto, quod plures eius nummi adhuc obuii comprobant, cognomine, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ, *Regis Antiochi Epiphanis Dionyſi*, & qualem ſupra iam adtulimus cum Elephante Λυγκηΐῳ. Quos autem nummos, quum ad quintum & nouiſſimum Antiochi Grypi ac Triphænæ filium, ac proinde ANTIOCHUM eo nomine XII, a Joſepho ſcilicet deceptus, retuliſſet in Hiſtoria Regum Syriæ Cl. Vaillant; idem poſtea in Ptolemæorum Hiſtoria, eos ad ANTIOCHUM VI, Alexandri Balæ filium, ſpectare monuit: eo nempe inductus, quod in nummum argenteum paullo ante incidiſſet, cum iiſdem dictis modo ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΟΥ nominibus; Æra autem in eodem adſcripta ΗΞΡ, h. e. Anno CLXVIII. Quæ autem æra omnino incidit in *Antiochi* illius *Balæ* filii, & *Epiphanis* itidem dicti, tempora: firmatque inſuper in ultimo *Antiochi Dionyſi*, quem adduxerat in Hiſtoria Regum Syriæ nummo, ſimilis Galea, quæ in Tryphonis tutoris illius Alexandri nummo viſitur. Qua ratione nummum eidem Antiocho VI a ſe tributum, ac a nobis pridem quoque, & de quo iam ante, memoratum, cum epigraphe ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ, *Regis Antiochi Dei Epiphanis Nicephori*, ad poſtremum illum alterius Antiochi, nempe Grypi & Tryphænæ filium, Antio-

6. *De Antiocho Dionyſo ſeu Baccho in nummis.*

Antiq. lib. XIII. cap. 2. Pag 385. Pag. 100.

Pag. 386.

Pag. 295.

Pag. 281.

chum XII, eundemque, qui a Josepho DIONYSUS est appellatus, relegandum statuit. Quæ tota autem notatio, qua fides hic Josepho, quo nemo cæteroquin ex iis, qui supersunt, antiquis Auctoribus, plura & certiora de hisce Syriæ Regibus prodidat, omnino abiudicatur; quum uno nitatur visi illius a celebri antiquario ANTIOCHI DIONYSI nummi testimonio, cum adscripta ea, quam retulimus, Seleucidarum æra: de eo nihil licet aliud hic nobis pronuntiare. Ea enim est viri illius, in versandis dignoscendisue antiquis ab adulterinis nummis, exercitata tot annos peritia ac industria singularis, ut haud facile liceat hic fraudem ei factam suspicari. Haud proinde urgebo hic, quod idem ille *Antiochus*, Alexandri Balæ filius, cognomentum ΘΕΟΥ tulisse, quod eidem tribuit adductus paullo ante nummus, a [a] Josepho dicatur; nusquam vero DIONYSI nomine vel ab [b] eo, vel ab iis, qui eius meminere ex antiquis Auctoribus [c] Macchabæorum scriptore, [d] Liuio in Epitome [e] Justino [f] Appiano, [g] Porphyrio, [h] Eusebio appelletur: quum aliunde constet, & sit supra id a nobis monitum, plura ab iisdem aliisue antiquis Auctoribus omissa Regum illorum Syriæ cognomina, quæ tamen superstites eorum nummi iisdem largiuntur. Illud forte adtendi magis hic meretur, quod παῖς & παιδάριον, *pueri* ac *pueruli* nomine, aut *decem annorum*, ac *pupilli* dicatur idem *Antiochus* a Tryphone tutore in Regem adscitus, a prædictis Auctoribus, Macchabæorum scriptore, Appiano, Liuio, Justino: quod parum utique quadrat iis nummis, qui ANTIOCHI DIONYSI nomen præferunt.

a Antiq. lib. XII. cap. 13.
b Ibidem c. 9. & 12.
c 1 Macchab. XI. v. 39. 54-57.
d Epitom. LV.
e Lib. XXXI. cap. 1.
f Syriac. pag. 131.
g Euseb. E. Scul pag. 62.
h Chronic. p. 147.

Morem vero illum, quo ipsa Deorum apud Gentiles nomina, ut hoc DIONYSI ab ANTIOCHO, seu VI, seu uti hactenus, XII, sunt ab hominibus desumpta, adtigit olim Lucianus, cuiusque rei exempla ab eo ibidem adducuntur DIONYSI, *Hephæstiones, Zenones, Posidonii, Hermæi*: quæ iu cognominum etiam vicem, ut hoc loco, transiere. Ita Themison Cyprius, & Nicostratus Argiuus, HERCULES uterque apud Athenæum dictus; & Menecrates, cum apud eundem, tum apud Ælianum, & quibus addendus Clemens Alexandrinus, JUPPITER; & Nicagoras eidem Clementi, MERCURIUS appellati. Quod ut in genere de Regibus & priuatis, qui Deorum nominibus sint appellati, obseruat ibi eruditissimus Clemens; ita de priscis Regibus nominatim Seruius: *antiqui Reges nomina sibi plerumque vindicabant Deorum*. Immo quo honore prostibula etiam sua & publicarum libidinum victimas decorauit olim Græcorum natio, ut de LAMIA & PYTHONICE VENERE ex Athenæo constat. Nec mirum sacris vulgaris huius Deæ assidue operatas, ab eadem nominis decus reportasse; quum a Deo scilicet, a quo honorem adepti, nomina iam olim mutuatos veteres, ex Plutarcho nouerim; unde alium *Jouium*, alium *Mineruium*, alium DIONYSIUM &c. dictum obseruat: qui locus mire hæc & superiora simul illustrat. Transiere vero illius insaniæ exempla ad Romanos; unde in antiquis monumentis, ac nummis vel imprimis *Augusti, Antonini Pii, Commodi*, & aliorum, obuiæ inscriptiones JOUI AUGUSTO; APOLLINI AUGUSTO; ROMULO AUGUSTO; HERCULI ROMANO AUGUSTO; HERCULI COMMODIANO; ROMULO AUGUSTO, JOUIO GALERIO; sicut aliunde JOUIUM DIOCLETIANUM, & MAXIMIANUM HERCULEUM dictos accepimus. Eadem nempe ratione SILUIUS ÆNEAS iam olim dictus apud Poëtam, unus ex diui Æneæ posteris,

Pro Imagin. p. 31. Tom. II.
Lib. VII. pag. 289.
V. H. lib. XII. cap. 51.
Ibidem.
Ad Æneid. VII. v. 180.
Lib. VI. pag. 253. & lib. XIII. pag. 1965.
De Oracul. Defectu pag. 421.

&

& qui te nomine reddet Æn. VI. v. 768.
SILUIUS ÆNEAS.

Ita referri huc etiam debent frequentes in iiſdem nummis vel IUNO, vel CERES, vel UENUS AUGUSTA, cum Dearum nempe habitu & Auguſtarum effigie; ut præterea in obuiis earundem ſtatuis licet hic paſſim intueri, immo in ſelectis etiam quibuſdam nummis, AIBIAN HPAN, IOTAIAN AΦPOΔITHN, *Liuiam Junonem, Juliam* (Auguſti nempe filiam) *Venerem*, ac in memorata ſupra inſcriptione apud Cl. Sponium, ΣABINAN NEAN ΔHMHTPA, *Sabinam Juniorem Cererem*, Hadriani nempe coniugem. Regin. Chriſtin.. Itin. Tom. III. pag. 232. P. II. Ut mittam frequentia in lapidibus veterum petita a Diis Deabuſque *Mercurii, Saturni, Phœbi, Dianæ, Palladis*, aliaque id genus nomina: aut Cypriæ cuiuſdam Reginæ, quam Ἀρτὼ, ſeu *Latonam* dictam commemorat Lucianus. Pro Imaginib. pag. 30. Undè equidem liquet, incautius alicubi adſeruiſſe magnum Salmaſium, apud Græcos pauca, immo nulla nomina extare, quæ ſola ſolidaque Dei aut Deæ appellatione cenſerentur: nullos enim dictos *Apollines, Junones, Veneres, Tychen* ſeu *Fortunam*, ſed immutatis nominibus, *Apollodoros, Herodoros, Aphrodiſias, Eutychios*, &c. Epiſt. ad Menag. de Herod. Infant. Quæ certe cum loco ſupra indicato ſui ſæculi eruditiſſimus Clemens, tum copioſa monumentorum veterum ſupellex nimium refellunt; dum eadem ipſa ac ſolida Deorum Dearumue nomina, ut modo etiam vidimus, viris mulieribuſque frequenter tribuunt. Immo ſicut hominibus Deorum, ita Diis quoque ac Deabus indita virorum ac mulierum cognomina, ut IOUIS AGAMEMNONIS Spartæ; & STRATONICIDIS VENERIS apud Smyrnæos, ab uxore Antiochi Soteris in Marmoribus Arundellianis. Sic apud Leucadem, Actium, aliiſque in locis, frequentata Templa AΦPOΔITHΣ AINEIAΔOΣ, *Veneris Æneadis*, iuxta Dionyſium Halicarnaſſenſem. Marm. Oxon. pag. 121. P. I. Antiq. lib. I. p. 40. 41. Ipſum vero DIONYSI cognomen, præter adlegatum ex Nummis ANTIOCHUM, unum quoque e PTOLEMÆIS geſtaſſe, ex Euſebio aliiſque liquet; ſed qui minus recte in Chronico Euſebiano, & vulgo apud Chronologos, ac eruditiſſimum etiam Rupertum ad Beſoldum DIONYSIUS, pro DIONYSUS vocatur. Pag. 150. P. II. Verum eius nomen, ut alterius ANTIOCHI, de quo egimus, ΔIONYΣOΣ, ſicuti in Porphyrii fragmentis, aliiſque Græcis Excerptis apud eundem Scaligerum vocatur: quamquam in nonnullis etiam, ſed minus accuratis & grauiorum errorum plenis, ΔIONYΣIOΣ, uti in ipſo Euſebii Chronico e Verſione Hieronymi DIONYSIUS dicitur. Pag. 61. Euſeb. Græc. Scalig. p. 61. 73 & 194. Eiuſdem vero DIONYSI Lagidæ mentionem videas apud Lucianum, ἐν ΦΙΛΟΠΑΤΡΙ ΠΤΟΛΕΜΑΙΩ τῷ ΔIONYΣΩ ἐπικληθέντι, & *apud* PTOLEMÆUM *cognomento* DIONYSUM, ac ſub eodem adductum olim in extremum capitis periculum Demetrium Platonicum, ob neglecta Bacchantium ſolemnia: ut vel inde colligas, quam bene nominis illius menſuram implerit hic *Dionyſus*. Non Temere Cred. Calumn. pag. 417. Eiuſdem etiam meminit Clemens Alexandrinus, ſed cuius locus in mendo cubat; ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ δὲ ὁ τέταρτος ΔIONYΣOΣ ἐκαλεῖτο, ἐν Μιθριδάτης ὁ Ποντικὸς, ΔIONYΣOΣ ἐν αὐτός. PTOLEMÆUS *autem quartus, vocabatur* DIONYSUS, & *Mithridates Ponticus, ipſe quoque Dionyſius*. In Protrept. p. 29. Strom. lib. I. pag. 331. Quid audio, *Ptolemæum Quartum* dictum *Dionyſum*? quod cognomen tulit demum, iuxta eundem Clementem alio loco, Porphyrium, Euſebium, alioſque, PTOLEMÆUS AULETES, iſque in ea Lagidarum ſerie, iuxta eoſdem Auctores, penultimus, ac inde quibuſdam, ut a Clemente & cui accedit [b] Strabo, nonus; aliis, ut [c] Porphyrio, [d] Euſebio, [e] Epiphanio, undecimus; In Græc. Euſeb. pag. 61. Chron. p. 301. P. II. Ut ſupra Lib. XVII. p. 745 Ut ſupra. Ut ſupra. De Ponderib. Sect. XII.

Pag. 373. Doct. Temp. lib. x. cap 48. decimus; in aliis vero Græcis apud Scaligerum Excerptis, uti apud Petauium ac recentiores Chronologos, duodecimus. Prioribus, a quibus nempe undecimus Ægypti Rex dicitur ille PTOLEMÆUS DIONYSUS, acceſſit notiſſimus Hiſtoriæ Ptolemæorum conditor, Cl. Vaillant; a quo cæteroquin idem DIONYSI cognomen tuliſſe quoque illius *Ptolemæi Dionyſi* filium, & Cleopatræ fratrem Ptolemæum, ut ea de re mox, traditur. PTOLEMÆUS vero QUARTUS, non DIONYSUS, ſed PHILOPATOR, ut vulgo notum, dictus; cuius frequens utique apud veteres, ac Polybium in primis, mentio, & quale etiam cognomentum ei tribuit ſingularis nummus in Hiſtoria Ptolemæorum nouiſſime adductus. Eundem vero *Philopatora*, GALLUM etiam, ac TRYPHONEM appellatum docent nos, de priori cognomine, Magni Etymologici [a] Auctor; de poſteriori, [b] Plinius: DIONYSUM autem nuſquam vocatum legimus. Vel itaque Clementis illud μιμητὴν ἁμάρτημα. quod miror non obſeruaſſe viros doctos, qui illum notis ſuis & animaduerſionibus illuſtrarunt; vel quod præſtat de Ægyptio & longe eruditiſſimo Scriptore opinari, corrupti ibi eius codices, obuio ex adſcriptis olim numerorum notis librariorum in talibus lapſu, & loco τέτατος, reſtituendum ibi ἔνατος *nonus*, ut de eo *Ptolemæo Dionyſo* alibi, quod diximus, idem Clemens, iuxta alios vero ἑνδέκατος vel δωδέκατος, *undecimus* vel *duodecimus*. Confuſa enim vulgo hæc poſteriorum LAGIDARUM hiſtoria; dum in conſtituendo Ptolemæi *Lathuri* ſeu *Soteris* ſucceſſore diſſentiunt Auctores: cui nempe hunc PTOLEMÆUM ſeu AULETEM ſubſtituunt continuo e veteribus Strabo, & Clemens Alexandrinus; alii vero, ſicut inter veteres Epiphanius, Porphyrius, Euſebius, duos; quidam etiam, uti Petauius, tres ALEXANDROS, inter utrumque, *Lathurum* nempe & *Dionyſium* Ptolemæos, inſerunt. Niſi placeat forte opinari, tuendæ vulgari apud Clementem lectioni de *Quarto Ptolemæo Dionyſo*, eum nempe, ſicut GALLUM, ut paullo ante vidimus, ita DIONYSUM dici quoque potuiſſe. *Gallus* enim ille, iuxta Magni Etymologici Auctorem, appellatus, ob coronam ex hedera Gallorum inſtar adſumptam: ΓΑΛΛΟΣ Ο ΦΙΛΟΠΑΤΩΡ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ἀφ' τὴ φύλλα ΚΙΣΣΟΥ κατεφέφθαι (non, ut ibi hactenus corrupte legitur, κατεφίχθαι) ὡς οἱ ΓΑΛΛΟΙ ἀεὶ γὰρ ΤΑΙΣ ΔΙΩΝΥΣΙΑΚΑΙΣ τελεταῖς κισσῷ ἐστεφανῶντο. GALLUS PHILOPATOR PTOLEMÆUS, *quod* HEDERÆ *foliis coronaretur: ſemper enim* GALLI *in Bacchi ceremoniis hedera coronantur.* Prout nempe, non quidem hic *Ptolemæus Philopator*, in illius, qui ſuperſunt adhuc, nummis; ſed Ptolemæi DIONYSI filius, & ipſe DIONYSUS inde etiam, ut videtur, a quibuſdam, dictus, idemque Cleopatræ J. Cæſaris ac Antonii frater, Hedera coronatus, & cum Thyrſo inſuper cernitur in nummo, quem e muſei ſui cimeliis nouiſſime ad Hiſtoriam Ptolemæorum retulit vir præſtantiſſimus. Sed miſſo nunc *Philopatore*, PTOLEMÆUS, vulgo AULETES, & *Cleopatræ* nouiſſimæ Ægypti Reginæ, ac duorum adhuc filiorum, qui *Ptolemæi* itidem dicti, parens, non illo ſolum nudo, quod diximus, DIONYSI nomine; ſed iuxta Porphyrium, & Græcas collectiones apud Scaligerum, addo & Menandrum Protectorem, ὁ ΝΕΟΣ ΔΙΩΝΥΣΟΣ JUNIOR DIONYSUS ſeu *Bacchus* eſt appellatus. Haud aliter nempe ac filia eius Cleopatra, dicta ΘΕΑ ΝΕΩΤΕΡΑ, aut alii e Cæſarum ſtirpe, ΘΕΟΙ ΝΕΟΙ, aut Caius Imperator, ſub ΔΙΟΣ ΝΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ nominibus coli, ut ea iam paullo ante vidimus, voluit. Immo quam ΔΙΩ-

ΝΥΣΩΥ

[a] In Γάλλος

[b] Lib. VII. cap. 56.

Ut ſupra.

In Γάλλος

J. Vaillant p. 162.

Græc. Euſeb. Scalig. p. 60. Ibidem. pag. 373.

NYΣOY appellationem, ad filium quoque huius Ptolemæi, eundemque Cleopatræ fratrem, qui cum ea regni hæres fuerat a patre relictus, ſed ea regno expulſa, & bello cum J. Cæſare implicitus, in Nilo ſubmerſus periit, tranſiiſſe; tradit inter alios Petauius; & ſuffragatur poſtremus & præclarus Ptolemæorum Hiſtoriæ e Nummis eorum nuper illuſtratæ editor. Quod tamen, nec in Porphyrii fragmentis, quibus ea in re vir ille eximius nititur, hactenus legitur: nec apud alios ex antiquis, qui horum Lagidarum meminerunt, Strabonem, Clementem, Trogi Epitomatorem, Euſebium, Epiphanium; adde nec apud Romanos Scriptores, qui res illius ævi in Ægypto attingunt, J. Cæſarem, Dionem, Appianum, Juſtinum, alioſue memoratum videas. Haud etiam, quo idoneo auctore nititur hęc Petauii, de hoc altero DIONYSO PTOLEMÆO, prioris nempe eo nomine iam appellati filio, obſeruatio, monitum ab eo legimus. Neque vero eandem ſuppeditat poſtremi huius Ptolemæi, Auletis nempe filii, nummus; quem e muſei ſui cimeliis adtulit Cl. Vaillant, cum ſolo ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ titulo: immo quam nec parentis quidem DIONYSI, quod aliunde conſtat, appellati, ſuperſtites adhuc nummi ei largiuntur. Quod nempe id ab horum Lagidarum, aut Ægyptiorum ſub iis, more eſſet ferme alienum; ut publicis illis numnorum monumentis, quæ iiſdem erant indita cognomenta continuo traderentur. Unde id ut in primo & ſexto Ptolemæo ſingulare, nec alibi in aliorum Lagidarum nummis obuium obſeruat Cl. Vaillant; quod nempe duo illi ſoli, prior nempe, SOTERIS; alter PHILOMETORIS cognomentum in eorum nummis tulerint. Quod, & duobus quidem locis a celebri antiquario in ea horum Lagidarum hiſtoria monitum, omnino tamen refellitur duorum aliorum *Ptolemæorum* adductis ab eodem nummis: uno PTOLEMÆI III. cum EUERGETIS, quod ille tulit, cognomento, nempe. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ, altero filii & ſucceſſoris eius, PTOLEMÆI IV. cui ſolemne eius PHILOPATOROS nomen tribuit quoque alius memoratus ab eodem viro eximio nummus, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. Id cæteroquin in genere de pleriſque illorum Lagidarum cognomentis, & vere quidem dicendum eſt; ab eorum nummis abeſſe pleraque illa, quæ iidem tulerunt, honeſta quamquam & decora, cognomina, ut PHILADELPHI, ac alia quoque; niſi primi & tertii Ptolemæi, SOTERIS dicti, ac EUERGETIS, ſic & alterius, DIONYSI: ut haud mirum pro nde ſit, ſi nec in iis reperiantur minus decora aut illo faſtigio digna, PHYSCONIS, LATHURI, vel AULETIS cognomenta.

Doct. Tempor. lib. x cap. 48. Pag. 147.

Hiſtor. Ptolem. Pag. 162.

Pag. 103. & 163.

Præter *Seleucidas* vero & *Lagidas*, ſeu de quibus modo egimus, ANTIOCHUM, & PTOLEMÆUM; ita MITHRIDATEM dictum quoque DIONYSUM, bene monuit Clemens; quod notauerat olim Cicero: *Mithridatem Deum illum, Patrem, Conſeruatorem Aſiæ, illum* DIONYSUM BACCHUM, LIBERUM *nominabant*; ac præter Appianum, innuit etiam alicubi Dio Pryſæenſis. Cauſſas etiam illius appellationis eidem tributæ tradentem videbis Plutarchum in Sympoſio: & ad quam reſpexit inſuper Athenæus, dum certatim a ciuitatibus, quæ huic Mithridati occurrerent, *Deum illum vocatum* (nempe DIONYSUM, ſeu Bacchum) diuiniſqee honoribus certatim cultum refert. Immo ſicut dictus paullo ante Ptolemæus, ita M. ANTONIUS iam velut Rex Ægyptius, ſeu Reginæ Ægypti Cleo-

Hiſt. Ptolem. pag. 50.

Ibidem pag. 69

Protrept. pag. 36. Orat. pro Flacco cap. 25. Mithridat. pag. 176. Orat. XXXVII. Pag. 456. Sympoſ. lib. II. Qu. 6. Lib. V. pag. 213.

patræ maritus, omni quoque eiusdem Dei cultu adsumpto, hedera, pampi-
In M. Antonio pag 244. no, similiter ΔΙΟΝΥΣΟΣ ΝΕΟΣ *Bacchus Junior* est iuxta Plutarchum, di-
Lib. 1. p. 471. ctus; & de quo præter Dionem Cocceianum, M. Seneca pater: *nam cum*
Suasor. cap. 1. ANTONIUS *vellet se* LIBERUM PATREM *dici; & hoc nomen Statuis subscribi iuberet, habitu quoque & comitatu* LIBERUM *imitaretur, venientes ei Athenienses cum coniugibus & liberis,* DIONYSUM *salutauerunt.* Adeo ut non in Ægypto solum eam egerit histrioniam idem Antonius. Quem autem DIONYSI seu *Liberi Patris* habitum eidem aliquot nummi adhuc hodie tribuunt. Solemnis nempe hæc Asiæ aut Ægypti Regum insania, ut *Liberi Patris* cultum, ac subinde etiam nomen adsumerent. Hinc in pom-
Lib. v. pag. 201. pa Ptolemæi Philadelphi apud Athenæum, Alexandri & Ptolemæi statuæ cum coronis hederaceis prælatæ. Ita ANTIOCHUS EPIPHANES hedera simul & diademate reuinctus, in præclaro nummo Gazæ Mediceæ: unde illustratur Hippolytus in libello de Antichristo, ab insignis doctrinæ viro Marquardo Gudio vulgatus, qui hunc Epiphanem obseruat inter alia Judæis im-
Pag. 72. perasse: ἐν κισσοῖς ἐστεφανωμένῳ πομπεύειν τῷ Διονύσῳ, *& hedera coronatos pompam agere Libero Patri.* Unde caput quoque ANTIOCHI DIONYSI, cuius paullo ante facta mentio, radiatum simul ac hedera coronatum in præclaro nummo Gazæ Farnesianæ: ut Solem nempe & Bacchum eodem symbolo a-
Saturn. lib. 1. cap. 17. dumbrarent. Coniuncta nempe Solis & Bacchi numina, ut vel ex Macro-
De Corona c. VII. bio notum; sed quod iam non est huius loci. Eodem etiam Bacchi *hederati,*
Lib. 1. cap. 6. Eclog. III. v. 18. ut cum Tertulliano loquar, seu cum *hederata fronte,* iuxta Nemesianum, cultu insignitus etiam legitur apud Herodianum ANTIGONUS, quem egregie illustrat nummus huius primi Asiæ inter Alexandri Successores Regis Mediceus, in quo caput eius barbatum ac hedera reuinctum visitur; in auersa autem parte figura nuda naui insidens. Similem huius *Antigoni* nummum hic damus e cimeliis olim Cl. Seguini, nunc Regiæ Gallorum Gazæ.

Eundem vero morem æmulatum filium huius *Antigoni* DEMETRIUM supra innuimus; sicut M. Antonii exemplo, CAIUM quoque Imperatorem, modo *Liberi Patris,* modo *Herculis,* modo *Jouis* etiam habitum simul
Pag. 670. Legat. ad Caium p. 1009. cum eorum nominibus sibi vindicasse, tradentem videas Dionem in Excerptis Valesianis, & quod Philo pluribus insuper commemorat. Eandem ve-
In Elagab. cap. XXVIII. saniam in ELAGABALO notat Lampridius: *iunxit & Tigres,* LIBERUMQUE *se vocans, eodemque habitu, quo Dii pinguntur, quos imitabatur.* DIONYSI itaque totidem seu Bacchi, *Caius,* ac *Elagabalus*; haud aliter ac *Antiochus, Ptolemæus, Mithridates, Antigonus, Demetrius, Antonius,* modo commemorati; quibus addi potest *Perseus* postremus Rex Macedonum, hedera itidem redimitus in antiquo marmore apud Ursinum. Ut non mirum videri debeat,

debeat, eos ad exemplum huius Dei ſeſe libenter compoſuiſſe: cujus, quæ de illo vulgo ferebantur, florens iuuenta, inſignes triumphi, longæ peregrinationes, vitæ hilaritas, hos illi vel cultores, vel æmulos cum Reges, tum Auguſtos conciliarunt. Immo hinc factum, ut ſub eiuſdem, tanquam iuuenis & pulchri, imagine multi olim fuerint priuata religione culti & conſecrati. Unde noua illa nupta apud Apuleium, defuncto in flore ætatis coniuge, *& imaginem defuncti, quam ad habitum* DEI LIBERI *formauerat, adfixo ſeruitio diuinis percolens honoribus, ipſo ſeſe ſolatio cruciabat.* Metam. lib. VIII.

Verum præter illas Deorum appellationes, quas vel veſana ac præpoſtera Regum illorum ambitio, vel fœda, ſeu verius impia populorum adſentatio hiſce SELEUCIDIS ſubinde tribuit, ac publicis id genus monumentis prodi ad poſteros voluit; exſtant ſubinde in iis alia magis decora, ac vel ab eorum in populos ac ciuitates beneficiis, vel in parentes aut fratres pietate, petita cognomenta, ſicut EUERGETIS, EUPATORIS, PHILOPATORIS, PHILOMETORIS, PHILADELPHI. Ac prioris equidem, ſeu EUERGETIS nomenclationem, cum SOTERIS appellatione vulgo apud Græcos coniunctam, paſſim bene meritis Regibus, in Græcia, in Aſia, aut in Ægypto haud ſemel conceſſam, ſupra iam vidimus: ac eorum exemplo de Romanis etiam Imperatoribus, uti apud Philonem Alexandrinum, de [a] AUGUSTO & [b] CAIO CALIGULA uſurpatam conſtat. SELEUCIDAS vero quod adtinet, de quibus nobis hic ſermo, ſicut tres ex iis, *Antiochum Demetrium I.* & iuxta Joſephum, *Antiochum* etiam *VII.* ΣΩΤΗΡΟΣ, cognomine ornatos antea diximus; ita tres quoque occurrunt in ea Regum illorum ſerie, cum hoc ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ cognomento: nempe ALEXANDER I. vulgo BALÆ, & THEOPATOR idem dictus; alter, ANTIOCHUS VII, vulgo SIDETES; tertius, DEMETRIUS III, vulgo EUCÆRUS, idemque in præclaro eius nummo PHILOMETOR & CALLINICUS. Primi equidem illius ALEXANDRI frequens, præter Joſephum alioſque, in Macchabæorum libris mentio; & qui ſe erga Jonathanem ſummum Pontificem ab eo declaratum, & Judæos, vere *Euergetem* ſeu *Beneficum* præbuit. Exſtat vero cum in Hiſtoria Regum Syriæ, tum in Theſauro Palatino, præclarus huius *Alexandri*, cum utroque illo ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ & ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ cognomine, nummus, & in anteriori area, cum Regis illius, & uxoris CLEOPATRÆ, Ptolemæi Philometoris Ægypti Regis filiæ, & quidem cum modio & velo, capitibus: unde illuſtratur, ut vidit iam Cl. Vaillant, id quod de huius Alexandri cum eadem Cleopatra nuptiis, a Macchabæorum Scriptore, dicitur, & lucem etiam capit hic nummus. Adducitur vero e cimeliis Regiis Brandenburgicis ab erudito eorum editore gemma, in qua ille caput cum diademate cælatum ad hunc Alexandrum refert; ſicut alibi ſingularem omnino, nec a celebri antiquario memoratum Regiæ illius Gazæ nummum profert, in quo hinc caput eiuſdem Cleopatræ, illinc Elephas cum inſcriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

7. *De* ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ *cognomine in* Seleucidarum &c. *nummis. Item* ΕΥΣΕΒΟΥΣ.

[a] ὁ Σωτὴρ, καὶ Εὐεργέτης Σελεύκου. In Flaccum p. 977.

[b] ὁ Σωτὴρ καὶ Εὐεργέτης Γάϊος Καῖσαρ. Legat ad Caium pag. 991.

1 Macchab. X. v. 20. 59. 60.

Pag. 155.

Pag. 135.

1 Macchab. X. v. 58.

Theſ. Brand. Vol. I. p. 108.

Theſ. Brand. Vol. III. p. 20.

Signatus vero in hoc nummo Elephas, omnino ad *Apameam* Syriæ, ubi cusus fuerit hic nummus, eum, ut hoc addam, referendum suadet. Solitus enim Elephas, quod supra iam, ubi de Seleuco I. agebatur, vidimus, in his Seleucidarum nummis, horum *Apamensium* typus, ob Elephantum gregem in eorum agris ali ab his Syriæ Regibus solitam. Accedit, quod exstant alii huius Alexandri nummi, *Apameæ* percussi, uti præter adductum unum in Pag. 261. Historia Regum Syriæ, alium insuper recondit Gaza Gallorum Regia, signatum cum Iouis dextra Galeam, sinistra Hastam tenentis effigie, & inscriptione ΑΠΑΜΕΩΝ ΓΞΡ *Apamensium* CLXIII, sicut alterius in Syria urbis ΚΥΡΡΗΣΤΩΝ nummus, cum eiusdem Alexandri effigie, & sequentis anni Æra ΔΞΡ CLXIV, in laudata Historia conspicitur. Alter vero e Seleucidis cum ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ itidem cognomine ANTIOCHUS VII, idem Antiq lib. xiii cap 12. ΣΩΤΗΡ etiam, iuxta Iosephum, & ΕΥΣΕΒΗΣ dictus, beneficiis quoque sub initium regni in Simonem, summum gentis Sacerdotem ac Ducem, & in Idem cap. 16. Vid. 1 Macchab. xv. v. 2. 5. 6. Judæos collatis, *Euergetem* se quoque iis probauerat. Præter tres adductos in Historia Regum Syriæ huius *Antiochi* cum illa ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ appellatione Pag. 306. 309. 310. nummos, duos insuper obseruare mihi in præclaris cimeliarchiis licuit: unum, in quo nauis Rostrum cum Dioscurorum pileis & impositis Stellis, solito Tripolitarum in Phœnicia typo: alterum, hinc cum Loto & Cupidine; illinc cum Cupidinis & Victoriæ iconibus, utrumque autem cum inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, addita in priori æra ΕΟΡ CLXXV, in posteriori ΓΟΡ CLXXIII. Illud vero occasione postremi huius nummi, & Loti in eo depictæ obiter dicendum est, quod alibi iam adtigi, non ad similem *Antiochi Euergetæ* nummum, herbam dictam a Plinio *Commagenam*, a me, quod tamen in Historia Regum Syriæ dicitur, relatam; sed Pag. 305. prorsus ad alium nummum ibidem a me prius memoratum, cum Cleopatræ in anteriori parte effigie, & addito gentis nomine ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. Inspiciat, cui lubebit aut vacabit, in superiore huius operis editione adscriptum Diss. de Præst. & c Num. p. 390. hic in margine locum; & agnoscet omnino haud iure a præstante antiquario, id mihi, quod modo retuli, de eo Antiochi nummo tribui. Tertii vero e Seleucidis, eodem ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ cognomine insigniti, nempe DEMETRII III. vulgo EUCÆRI, cum aliis insuper ΦΙΑΟΜΗΤΟΡΟΣ & ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ, appellationibus, præclarum omnino & singularem nummum, primum olim a nobis vulgatum supra denuo protulimus. E LAGIDIS vero, duos etiam PTOLEMÆOS, tertium & septimum in ea serie, idem quoque ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ cognomen tulisse, cum aliunde constat, uti e [a] Strabone, [b] Porphyrio, [c] Eusebio, [d] Hieronymo, [e] Syncello, tum ex prioris seu Ptolemæi III nummo, nuper in Historia Ptolemæorum diuulgato, cum inscriptione ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Quod *Euergetæ* cognomen-

Idem p. 377. Hist. Reg Syr. pag 379. Ut supra pag. 378.
a Lib. xvii. p. 795.
b Græc. Eusseb. pag 61.
c In Chronico.
d In Daniel.
e Græc. Eusseb. pag 183 190.
f Hist. Ptolem. pag. 50.

cognomentum eidem quoque Ptolemæo tribuunt [a] Polybius; [b] Clemens Alexandrinus; Juſtinus: de ſeptimo vero Ptolemæo, vulgo PHYSCONE, ſilent, uti etiam eius nummi. Verum haud ab his LAGIDIS ſolum & SELEUCIDIS adſumptum illud ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ cognomentum, iiſue in eorum etiam nummis adſcriptum; ſed certatim quoque ab aliis Aſiæ Regibus: uti e præclaris PYLÆMONIS Paphlagonum, MITHRIDATIS Ponti, & ARSACIDARUM Parthorum nummis, de quibus alius erit dicendi locus, etiamnum conſtat. De EUSEBIS vero cognomento pauca occurrunt omnino, quæ hic moneam; quod inter *Seleucidas*, uni ANTIOCHO X, Cyziceni filio, illud ei tribuant veteres nummi; idque, ut ea de re Appianus, ob ſuam in parentem pietatem, moto contra Seleucum VI, ut paternam cædem ulciſceretur, bello; ac unde adſumptum itidem ab eo, & quod iidem eius nummi ei largiuntur, de quo mox, PHILOPATORIS nomine. ANTIOCHUM alioquin VII, vulgo SIDETEM, in nummis autem eius tum, ut modo vidimus, EUERGETEM, tum etiam EUSEBEM ab omnibus, nempe Judæis, dictum tradit Joſephus, & quidem διὰ ὑπερβολὴν τῆς θρησκείας, ſeu, quod mox addit, τὴν περὶ τὸ θεῖον σπουδὴν, *ob eximium in Deum cultum*, quem in illo Hyrcanus, Judæorum tum princeps, agnouerit. Quod firmat nummi inſcriptio à Goltzio adducta, in qua utrumque illud *Euergetis* & *Euſebis* cognomen ei datur, nempe, ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Quæ tamen ΕΥΣΕΒΟΥΣ appellatio haud occurrit hactenus in iis, qui adducuntur in Hiſtoria Regum Syriæ, aut quos alibi videre nobis contigit, Regis huius nummis. Mitto e Cappadociæ Regibus ARIARATHEM, in cuius nummis, ſed de quibus in ſequenti Diſſertatione dicetur, idem ΕΥΣΕΒΟΥΣ cognomen ei datum legitur. De ſimili vero ΕΥΣΕΒΟΥΣ, ſeu PII appellatione, primo inter Romanos Cæſares ANTONINO data, ac dein ab eius quoque Succeſſoribus inter ſummos ſupremi faſtigii titulos adſumpta, haud occurrit hic agendi locus.

[a] Lib. v. c. 18.
[b] Strom. lib. 1. pag. 331.
Lib. xxviii. cap. 2.
Syriac. p. 133.
Antiq. lib xiii. cap. xvi. pag. 419.

Quod vero adtinet ad commemorata paullo ante ac nota, quæ aliquot ex Alexandri M. ſucceſſoribus SELEUCIDIS vel LAGIDIS tulerunt itidem EUPATORIS, PHILOPATORIS, PHILOMETORIS, & PHILADELPHI cognomenta, & quæ veteres eorum nummi iiſdem tribuunt, eorundem ratio continuo eſt ex ipſa illorum nomenclatione obuia. Quamquam illud ferme contigiſſe videas, ut quod ſupra obiter adtigi, qui magis in parentes, aut in fratres impii, & parricidæ etiam ſubinde exſtiterint, ſplendidis hiſce nominibus commendari & efferre ſeſe voluerint. Ac prior quidem EUPATORIS appellatio, ANTIOCHO V, Antiochi IV, Epiphanis filio, in præclaro & ſingulari eius nummo, qui exſtat in Gaza Medicea, & apud Cl. Vaillant tribuitur; quodque cognomen inditum ei a Lyſia poſt parentis obitum dicitur a Macchabæorum Scriptore; a Syris autem, ob patris virtutem, iuxta Appianum. Quo cæteroquin cognomento uſos ſimiliter duos Ponticos vel Boſporanos Reges, ex inſignibus eorum nummis, ſi id non aliunde conſtaret; diſcimus: MITHRIDATEM nempe, cui internecinum cum Romanis bellum, utroque DIONYSI, de quo paullo ante, & EUPATORIS cognomento, ut de eo Appianus, decoratum; alterum inſuper e Boſporinis Regibus, Diuorum Fratrum M. Aurelii & L. Veri ætate, cuius nummum cum eodem EUPATORIS nomine, ad Juliani Cæſares olim pro-

8. *De* ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ, ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ, *aliiſque id genus cognominibus in nummis.*

Hiſt. Reg. Syriæ pag. 228.
II Macchab. cap. 11. v. 11.
Syriac. p. 117.
Mithridat. pag. 176.
Pag 411.

tuli. De quo autem utroque EUPATORE, & antiquis, qui eosdem signant, nummis, opportunius in sequenti Dissertatione agetur. PHILOPATORIS vero cognomentum, quatuor e *Seleucidis* tulisse videas, SELEUCUM IV, ANTIOCHUM IX, vulgo CYZICENUM; ANTIOCHUM X, alias EUSEBEM; & ANTIOCHUM XIII, ASIATICUM: e *Lagidis* autem PTOLEMÆUM IV. In prioris quidem ex iis, seu SELEUCI IV, nummis, illud PHILOPATORIS nomen haud legitur; sed id ei a pietate in parentem Antiochum III, seu Magnum inditum, ex Hieronymo notarunt eruditi. A reliquis autem tribus modo memoratis Syriæ Regibus illud cognomen adsumptum, e singularibus demum eorum nummis liquet, quos exhibet Historia Regum Syriæ, & e quibus ANTIOCHI X. seu EUSEBIS similis cum addito ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ appellatione nummus exstat in Gaza Medicea. Idem vero ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ cognomentum tu-
Lib. xxix. c. 1. lisse e Lagidis PTOLEMÆUM IV, & quidem, ut de eo Justinus, e facinoris crimine, qui veneno nempe patrem Euergetem sustulerit, cum aliunde constat, tum in præclaro Regiæ Gallorum Gazæ nummo signatum exhi-
Pag. 69. bet nouissima Ptolemæorum Historia. Quale cæteroquin datur ARCHELAO
Utilité des Voyages p. 305 Tom. II. Cappadocum Regi, in nummo apud eximium Baudelotium; & NICOMEDI, secundo eo nomine Bithynorum Regi, tribuit Appianus. Unum au-
Mithridat. p. 302. tem inter Seleucidas DEMETRIUM III, præter alia ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ cognomenta, ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΑ quoque appellatum docet nummus paullo ante prolatus. E *Lagidis* vero PTOLEMÆO VI, inditum illud ΩΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ cognomentum, cum ex antiquis Auctoribus obuium, tum adstruit singularis nummus, qui illud ei tribuit, nouissime in Ptolemæo-
Pag. 103. rum Historia itidem vulgatus, & quidem cum addita, de qua iam ante, ac silet cæteroquin ibi celebris antiquarius, ΘΕΟΥ appellatione. Duos insuper e Seleucidis, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ cognomine insignitos, ANTIOCHUM XI, & PHILIPPUM fratres, *Antiochi Epiphanis*, vulgo *Grypi*, filios docent itidem, neque enim aliunde id constaret, eorum nummi. Haud certe id iis Josephus, Porphyrius, Eusebius, Syncellus, aliue largiuntur. Notior vero e *Lagidis* PHILADELPHUS, seu PTOLEMÆUS II, quam ut de eo dicendi occurrat locus: maxime quum illud cognomen exulet ab eius nummis, in quibus solum ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ legitur, cum addita subinde regni eius Æra, & initialibus locorum, ubi iidem sunt percussi, litteris. Præter vero eos, qui in nouissima Ptolemæorum Historia depinguntur, Regis huius nummos, cum Aquila, solito horum Regum typo, in auersis eorum partibus, exstat in Gaza Medicea singularis nummus; quem hinc caput huius *Philadelphi* radiatum referre censebat peritus illius Gazæ custos P. Fitton, cum Tridente a tergo: illinc Cornucopiæ obtortum & fascia inuolutum, ac pendentibus utrinque tæniis. Quomodo similem utique typum cum duplici Cornucopiæ fascia, & pendentibus similiter tæniis, exhibet uxoris eiusdem & sororis ARSINOES nummus in Regia Gallorum Gaza, cum inscriptione ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, qualem expressit in imaginibus Ursinus, ac, a nobis cum aureum tum argenteum in illustribus Cimeliarchiis visum olim monui, ac nuper quoque protulit Historiæ
Vaillant. p. 42. Ptolemæorum conditor. De aliis autem nummis, qui eandem hanc *Arsinoem*, & maritum ac fratrem *Philadelphum*, signant; uti etiam parentes utriusque, *Ptolemæum Lagi* & *Berenicem*, sub ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ nominibus,

bus, iam ſupra vidimus. Ad horum vero cognominum exempla formatæ quoque a ſtudio Regum Barbarorum in Græcos vel in Romanos, aut dein in regnantem tum Cæſarem, quæ in antiquis itidem nummis, ſed qui ad *Seleucidas* vel *Lagidas* non adtinent, & de quibus in proxima Diſſertatione agetur, ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ, aut ΦΙΛΩΡΩΜΑΙΟΥ, vel ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΟΣ appellationes.

Occurrit vero in eam ſeriem Regum Syriæ vi ac pupilli ANTIOCHI VI cæde intruſus, ac in antiquis etiam nummis conſpicuus, TRYPHON, alias DIODOTUS; eidemque tributum in iis, vel ab ipſomet uſurpatum, ſingulare ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ elogium. Qualem eius nummum primi olim e cimeliis Chriſtinæ Suecorum Reginæ vulgauimus, hic proinde denuo reponendum. 9. *De* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ *appellatione in* Tryphonis *nummis.*



Nota abunde huius *Triphonis* hiſtoria, cum ex Macchabæorum libris, tum ex Diodoro, Liuio, Strabone, Juſtino, aliiſque; quem una cum exercitu undis abſorptum tradentem video ex Poſidonio Athenæum; illinc vero Joſephum, eum Apameæ, ubi cæteroquin ortus ab eodem Athenæo ac Strabone dicitur, in quam profugerat, captum ac interfectum. De *Cornu* & *Galea* in auerſa Nummi parte, quæ huc quadrare poterant, ſupra iam a nobis ſunt explicata. Ipſa vero inſcriptio arguit hunc Tryphonem ornatum utroque titulo ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ. Eandem quoque inſcriptionem præfert Nummus TIGRANIS apud Goltzium cum addito inſuper EPIPHANIS cognomento, ΤΙΓΡΑΝΟΥΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, *Tigranis Imperatoris Epiphanis Regis.* Utriuſque vero huius nummi, e Goltzii nempe, ubi iidem deſcribuntur, Theſauro meminit in Euſebianis illuſtris Scaliger, additque raro ſe legiſſe hęc duo coniuncta, Αὐτοκράτωρ Βασιλεύς, *Imperator Rex.* Sociata vero utraque illa appellatio ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ, ut *Tryphonis* huius aut *Tigranis* (ſi talis exſtat quoque poſtremi Regis huius nummus) ſummum pace iuxta ac bello imperium notaretur. Unde etiam *Alexander* Amyntæ filius apud Herodotum Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ τε ἐὼν καὶ ΒΑΣΙΛΕΥΣ Μακεδόνων, *Alexander Amyntæ filius,* PRÆTOR *cum eſſet, &* REX MACEDONUM: ubi eadem ratione coniuncti occurrunt ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ſeu *Prætoris* aut *Belli Ducis,* ac ΒΑΣΙΛΕΩΣ tituli. Immo unde Liuius non parum illuſtratur, agens de Ætolis & Antiocho Magno: *hæc vicit ſententia,* IMPERATOREMQUE REGEM *appellandum cenſuerunt, & triginta Principes, cum quibus ſi quæ vellet, conſultaret, delegerunt.* Vides hic iiſdem titulis iuxta *Tigranem* aut *Tryphonem* ornatum quoque *Antiochum,* ΒΑΣΙΛΕΑ nempe ΑΥΤΩΚΡΑΤΟΡΑ, ſeu Regem, ſummum Belli Ducem ab Ætolis declaratum. Coniuncta itaque hęc appellatio exemplo eorum vel Regum vel Prętorum, qui

Lib. VIII. p. 333.
Antiq. lib. XIII. cap. 12.
Idem.
In Theſauro.
Animadv. pag. 116.
Lib. IX. c. 43.
Lib. XXXV. cap. 45.

qui ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ passim vocantur in Græcorum monumentis, nonnunquam & ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ ΠΟΛΕΜΟΥ aut ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΠΟΛΕΜΟΝ, sicut prioribus verbis Belisarium vocat ipse Justinianus apud Procopium; quibus nempe summa totius belli a sociis aut ciuibus, vel aliunde deferebatur, & qui *summam imperii aut belli* tenere passim a Cæsare dicuntur; hoc est iuxta Comicum:

Goth. lib. III. cap. 21. Bell. Gall. lib. VII. cap. 57. & 63. Bell. Civ. lib. III. cap. 16.

Sed ubi SUMMUS IMPERATOR *non adest ad exercitum.*

Amphitr. Act. Sc. III. Sic Eumenes, more consueto, non solum totius Asiæ Στρατηγὸς Αὐτοκράτωρ dictus apud Diodorum, sed alibi de eodem, τῆς βασιλείας Αὐτοκράτορι Στρατηγῷ, *Regni summo Imperatori*.. Cuius appellationis vim in eo positam fuisse docet alicubi Thucydides, ut Prætores in Siciliam missi & ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ etiam declarati, ea facerent quæ ipsi iudicarent Athenienſibus maxime conducibilia; ac prout iidem Alcibiadi summum mari ac terra imperium detulisse dicuntur apud Diodorum. Tales is alibi negat fuisse Persarum Duces: οὐ γὰρ ἦλθον ἐκ ὑπὸ Αὐτοκράτορος, quibus, ut J. Cæsaris verbis eam in rem utar, *non transderetur summa imperii*, sed ut de omnibus ad Regem deferrent; vel ipsos Lacedæmoniorum Reges Dionysius Halicarnassensis, οὐδὲ γὰρ οἱ Λακεδαιμονίων ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ ἦσαν, ὅτι ἐβούλοντο πράττειν, *neque enim Lacedæmoniorum* REGES PLENAM *habebant* POTESTATEM *ea, quæ vellent, faciendi*: nisi quod de iis paullo ante dixerat, simul & de Romanorum Regibus; datum, nempe illis ἡγεμονίαν αὐτοκράτορα ἔχειν ἐν πολέμῳ, *ut summum haberent in bello imperium*. Unde desumpta videtur a *Tryphone* hæc appellatio ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ, ut merum & absolutum imperium, non precarium autem Regnum argueret; more quorundam aliorum Regum, sicuti, Spartanorum vel τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις, ut vocantur alicubi Josepho: quibus nempe aut a Romanis titulus ille concessus vel restitutus, ut postea ipsi quoque Tigrani contigit; aut qui alias comiter maiestatem Imperii Romani conseruare cogebantur, & *inseruientes Reges* Tacito alicubi vocantur. Αὐτοκράτορες alioquin & αὐτοκρατεῖς Græci vocarunt, ut vel ex ante dictis liquet, pleno utentes imperio ac αὐτεπαθείᾳ seu αὐτεξουσίᾳ, iuxta Græcum Thucydidis Scholiastem. Hinc Philo, ἀνυπεύθυνον ἢ) ἀρχὴν τὴν αὐτοκρατορικὴν, *non obnoxium reddendæ rationi esse summum imperium*: quo autem loquendi genere τῆς αὐτοκρατορικῆς ἀρχῆς *summa cum potestate imperii*, sicut alibi apud Thucydidem, ἄνδρας ἀρχὴν αὐτοκράτορας, utuntur sæpe Græci scriptores & qualem Prytanis apud Rhodios fuisse docet Appianus. Hinc ut Βασιλεῖς vel Στρατηγοί, sic eadem ratione dicti ΕΠΙΜΕΛΗΤΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ, qui in procuratione regni erant summo cum imperio; qualis aut a Macedonibus Antipater; aut postea ab ipso Antipatro Polyperchon constitutus dicitur apud Diodorum. Ita etiam ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙ & ΠΡΕΣΒΕΙΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ, *Legati missi plena cum potestate*, quemadmodum Oratores de Pace ad Philippum destinatos vocat Æschines, Πρέσβεις Αὐτοκράτορας ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, hoc est, ut hodie loquuntur, *Legatos pro Pace Plenipotentiarios*. Cuiusmodi a Carthaginensibus ad Gelonem, & alibi ab Athenienſibus ad Persas missos tradit Diodorus. Apud Dionysium vero electos a Latinis legas δύο Στρατηγοὺς εἰρήνης τε καὶ πολέμου, *duos summos Imperatores Pacis & Belli*, seu penes quos esset summum pacis & belli arbitrium; alibi ab Hetruscis declaratos αὐτοκράτορας περὶ τῆς εἰρήνης, *legatos pro pace plenipotentiarios*. Eiusdem etiam generis apud Sallustium a Bocchо Maurorum Rege Romam ablegati, qui *quocunque modo belli componendi*

Lib. XIII. pag. 142. Lib. XV. pag. 658. Bell. Gall. lib. VII. cap. 57. Antiq. lib. II. cap. 73. Bell. Jud. lib. VI. cap. 12. Histor. II. cap. 81. Ad lib. I. §. 126. Legat. ad Caium pag. 996. Lib. V. §. 25. Ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς μάλιστα αὐτοκράτωρ. Bell. Civ. lib. IV. pag. 627. Lib. XVIII. p. 625. Orat. contr. Ctesiph. pag. 283. edit. Gr. Lat. Paris. Lib. VI. p. 258. Lib. XII. pag. 293. Antiq. lib. III. pag. 175. Ibidem. In Bell. Jug.

di licentiam illis permittit. Sic rurſus ΘΕΟΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ de ſupremis Diis, quales Solem & Lunam habitos docet Philo; quæ eximie illuſtrant nummum Caii Cæſaris ſupra adlatum cum inſc. ΓΑΙΟC ΚΑΙCΑΡ ΘΕΟC ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. *Caius Cæſar Deus Imperator.* Quod verum & unius quidem epitheton, qui Θεὸς ὁ Παντοκράτωρ vocatur in diuino Reuelationum libro, ac in ſymbolo Nicæno. Hinc alias apud eoſdem veteres JUPPITER IMPERATOR, cuius tria tantum ſigna in orbe terrarum exſtitiſſe tradit in Verrinis Tullius: quem nempe *imperium cæleſtium tenere* credebant Galli apud Cæſarem. Unde & inter Seueri nummos unus occurrit inſcriptus JOUI IMPERATORI. Sicut denique ſupra dicti duo Reges Barbari REGES IMPERATORES, vocati in Græcis eorum nummis; ita obuii ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΕΣ ΚΑΙΣΑΡΕΣ vel ΣΕΒΑΣΤΟΙ, ſeu IMPERATORES CÆSARES vel AUGUSTI cum alibi, tum nullibi frequentius, quam in hac ipſa ſupellectile nummaria. Unde iam, ut opinor, ſatis adſequimur, qua ratione, aut quibus exemplis utraque hæc appellatio ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ *Tryphoni* huic, aut forte *Tigrani* etiam, tribuatur in ſelectis eorum Nummis: quæ duo in iiſdem coniuncta, ut ſingulare aliquid, ac raro alibi a ſe lectum profitebatur, ut vidimus, magnus Scaliger. TRYPHONIS alias nomen in Syria ac vicinis locis familiare videtur exſtitiſſe; unde nummus Auguſti Mediceus, in cuius auerſa parte Aquila cum inſc. ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΡΥΦΩΝΟΣ. Hinc & Ptolemæum Philopatora, *Tryphonem* etiam cognominatum ſupra diximus; quo cæteroquin nomine quendam Philadelpho ob facetias acceptum appellatum legimus apud Joſephum; alibi vero apud eundem, regium Herodis tonſorem, eundemque Alexandri Regis filii accuſatorem; apud Athenæum autem quendam delitiis perditum, unde nempe illi nomen. TIGRANEM vero, quod expulſo Antiocho Pio, occupatum ab eo fuerit aliquamdiu Syriæ regnum, inde in ſerie Regum Syriæ vulgo adnumerant Chronologi, & iuxta eos, celebris Hiſtoriæ Regum Syriæ conditor. Verum, quum nec diu illud obtinuerit, & patrium foret ei, in quo etiam eſt a Pompeio reſtitutus, Armeniæ Regnum; ac præterea habitus eius in nummis, a ſucceſſorum Alexandri M. Seleucidarum, vel Lagidarum, cultu ſit alienus, & ad Arſacidarum capitis tegmen comparatus; hinc de eodem *Tigrane* in proxima Diſſertatione, ubi de aliis agetur Græcorum aut Barbarorum in Oriente ſeu Aſia Regibus, quos vetus nummorum ſupellex exhibet, opportunius agetur.

De Monarch. lib. 2. pag. 812.

Apocal. iv. 8. &c.

In Verrem. iv. cap. 58

Bell. Gall lib. vi. cap. 16.

Antiq. lib. xiv. cap. 4. Bell. Jud. lib. 2. cap. 7. Lib. xiv. pag. 618.

Unum forte hic ſupereſſet MAGNI cognomentum, quod ab Auctoribus vulgo ANTIOCHO III. Seleucidarum autem VI, qui bellum cum Romanis geſſit, ab iiſque, duce L. Scipione, eſt deuictus, immo, ſi Goltzio fides, in antiquis etiam eius nummis tribuitur. Verum tales hactenus neque in Regiis aut beatiorum hominum theſauris, neque in cimeliis antiquariorum, quæ videre nobis contigit, reperiuntur: neque inter eos etiam nummos, qui a diligentiſſimo peritiſſimoque eorum ſcrutatore, in Hiſtoria Regum Syriæ adducuntur. Exſtant quidem inter poſtremos Commagenorum Reges *Antiochos*, & quidem eorum Regum, qui *inter inſtrumenta ſeruitutis* a Tacito dicuntur, duo nummi in quibus ΜΕΓΑΣ ſeu *Magnus* iis tribuitur: nempe ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΠΙΦ. ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ, *Rex Magnus Antiochus Epiphanes Commagenorum*; qualem e Gaza Medicea protulit vir illuſtri

10. *De* ΜΕΓΑΛΟΥ *ſeu* Magni *cognomine in nummis*:

In Agricol. c. iv.

Epoch. Syr. Maced. Diss. II. cap. 4. Vaillant. ad Seguin. Sel. num. pag. 402.

ſtri eruditione ac dignitate Noriſius, in auerſa parte Scorpio, & nomen ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. Alium vero e cimeliis Gallorum Regis adduxit celebris Antiquarius, in quo hinc eadem inſcriptio ΒΑΣΙΛ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΠΙΦ. in auerſa autem parte uxor eius ΙΟΤΑΠΕ ſedens, quæ dextra globum tenet, ΒΑΣΙΛΙΕΣΣΑ ΙΩΤΑΠΗ ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ, *Regina Iotape Sebaſtenorum*. Utroque vero illo nummo ſignari in priori area ANTIOCHUM IV,

Hiſt. II. c. 81.

poſtremum *Commagenorum* Regem, qui a Tacito dicitur, ANTIOCHUS *vetuſtis opibus* INGENS, *& inſeruientium Regum ditiſſimus*, vere obſeruat laudatus modo Noriſius, indeque cum MAGNI titulo decoratum; quod præter auitum Commagenes regnum, regnum inſuper Tracheæ Ciliciæ, & Armeniæ partem a Romanis Imperatoribus accepiſſet. Mitto hic ea, quæ ad *Iotapen*, in poſtremo nummo inſculptam, & in altero inſuper apud Cl. Seguinum adtinent; quam ille, ſuffragante eidem eruditiſſimo Harduino, ad huius *Iotapes* & Antiochi IV Commageni filiam, *Iotapen* itidem dictam, & Alexandri, Tigranis Armeniæ Regis filii, ac magni Heredis pronepotis coniugem refert; doctiſſimo autem Noriſio, ad matrem eius reuocare, & cui nos quoque accedimus, placuit. Primum vero e Lagidis PTOLEMÆUM, alias *Soterem*, *Magnum* etiam vocat Juſtinus; ita tamen ut cognomentum illud geſtaſſe inde argui non poſſit, quod nec Nummi, Lapides, vel antiqui Auctores doceant. PTOLEMÆO quidem EUERGETÆ eius nepoti illud tribuit Monumentum Adulitanum ſupra adlatum, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ. Quam eandem quoque appellationem patri eius *Philadelpho*

Num. Urb. Ill. pag. 587.

Lib. XVII. c. 2.

Antiq. lib. XII. cap. 2.

largitur Demetrius Phalereus apud Joſephum, in fronte litterarum, quas ad eum ſcribit; ut eam Ptolemæis familiarem quodammodo redditam agnoſcas. Tranſiit vero illa frequentius ad *Arſacidas*, quam ii ab antiquis Perſarum Regibus, ut vulgo notum, ſunt mutuati: unde & Xerxes ΜΕΓΑΣ vice cognominis in Græcis Scaligeri Excerptis ad Euſebium vocatur; & Artaxerxes ſe

Pag. 313. Antiq. lib. XI. cap. 6.

Magnum Regem inſcribit in capite litterarum apud Joſephum. Hinc apud Græcos ſcriptores ſolo nonnunquam ΜΕΓΑΛΟΥ nomine, omiſſa etiam Regis aut alterius nominis mentione, eoſdem deſignari conſtat; ut apud Iſocratem de altero Artaxerxe: τὸν δὲ ΜΕΓΑΝ προσαγορευόμενον καταλῦσαι ἐπιχειρήσεις, MAGNUM *vero cognominatum ſubuertere tentabis*. Quamquam Perſarum & Medorum Reges, qui ne minimam partem Aſiæ tenerent, inique ſe *Magnos Reges* nuncupaſſe, viſum fuerit Alexandro, ut auctor eſt Arrianus. Eundem tamen titulum iis peculiarem, aliis autem inconceſſum, obſeruat Dio Chryſoſtomus eo loco, quem vidi poſtea ab illuſtri Briſſonio quoque adnotatum: ἕνα δὴ τὸν ΜΕΓΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ καλούμενον ΜΟΝΟΝ ἐκεῖνον. *Unde etiam &* MAGNUS REX *ſolus ille vocatur*. Hinc conſueto more, non *Artabanus* ſolum Parthorum Rex apud Herodianum ΜΕΓΑΣ Βασιλεὺς dicitur, ſed etiam Antoninus Caracalla litteris ad eum ſcriptis, ΜΕΓΑΛΟΥ Βασιλέως filiam ambire ſeſe profitetur: ſcilicet ut ſub blanda honoris & adfinitatis illius ſpecie, incautum eundem opprimeret. In nummis vero Seueri, ABGARUS Edeſſæ Regulus, MAGNUS etiam vocatur; ΑΒΓΑΡΟΣ ΜΕΓ. ΒΑΣΙΛΕΥΣ, quod in ludibrium Parthorum Regis tributum ei a Seuero exiſtimat Triſtanus. At alia penitior, quæ eum alioſque antiquarios fugit, ratio huius appellationis: quod nempe Edeſſenorum Reges vulgo ABGARI, hoc eſt *Magni* Arabum lingua vocarentur: eorum autem Filii ASGARI, ſeu *Parui*; ut diſerte in Catalogo Gaſſaniorum Regum videre licet apud Orientalis litte-

Orat. LIII. p. 42. De Regio Perſ. Princip. p. 2.

Lib. III. cap. 30.

Lib. IV. c. 18.

Tom. II. p. 82.

raturæ

turæ callentiſſimum Pocokium: ſed de quibus ABGARIS poſtea. Quod vero illam MAGNI appellationem attinet, ut eam quoque minorum gentium Dynaſtis ac Regulis uſurpatam ſcias; hinc Chaganus Dynaſta litteris ad Mauritium Imperatorem ſcriptis, *Magnum Dominum* ſe ipſum in iiſdem indigitat, τῷ Βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων ὁ χάγανος ΜΕΓΑΣ ΔΕΣΠΟΤΗΣ. Unde non mirum eundem hunc ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulum Cæſaribus frequenter ab Auctoribus tribui; ut illud ΜΕΓΑΛΟΥ ab Oppiano etiam Seuero ſub initium elegantiſſimi operis: Theophyl. Simocat. p. 190. edit. Reg.

Τὸν μεγάλη μεγάλῳ φυτήσατο Δόμνα Σεβήρῳ, Cyneg. v. 4.

Quem Magna Magno peperit Domna Seuero:

& utrumque paſſim Diocletiano, Conſtantino, Conſtantio, Arcadio, Juſtiniano, ab Euſebio aliiſque ſcriptoribus Chriſtianis, Gregorio Nazianzeno, Syneſio, Procopio, &c. quale & ſummo Joui dat Venus apud Poëtam,

Quem das finem, REX MAGNE, *laborum.* Æn. 1. v. 241.

Sicut nempe inter Deos Gentilium alii MAGNI, ita inter Reges. De Dis certe MAGNIS obuiæ paſſim inſcriptiones antiquæ, & de quibus alibi Maro, *penatibus &* MAGNIS DIS: & Manilius; DI *quoque* MAGNOS *Quæſiuere* DEOS. Unde clamor ille Epheſiorum in Actis, ΜΕΓΑΛΗ ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων MAGNA *Diana Epheſiorum*; cui ſimilis plane in vicina & æmula urbe Pergamenorum apud Ariſtidem clamor, τὸ πολύμυθον ἐκεῖνο τοῦτο βοώμενον, ΜΕΓΑΣ ὁ Ἀσκλήπιος, *celeberrimum illud clamantium*, MAGNUS *Æſculapius*: ut vel inde conſuetum id genus acclamationis morem adſequaris. Caracallam vero inter Romanos Cæſares, illud MAGNI cognomen ſibi vindicaſſe, e priſcis Juriſconſultis, nuper alibi vidimus, ut Marciano & Modeſtino: *Magnus tamen Antoninus permiſit*: aut *Magnus Antoninus reſcripſit &c.* ac præterea e præclaro Regiæ Gallorum Gazæ, quem ibi quoque protulimus, nummo inſcripto DIUO ANTONINO MAGNO, ut poſt eius obitum id cognomen ei adhuc tributum liqueat. *Magnus* nempe ille *Antoninus*, exemplo Alexandri; quem ſcilicet æque ac res ab eo geſtas in ore ſemper habuit, ut in eius vita notat Spartianus. Alias idem MAGNI nomen ſibi ultro a Senatu delatum reſpuiſſe legimus alterum illum Alexandrum Seuerum, in eius vita apud Lampridium. Verum Julianus alicubi de ſe ipſo, ἐγὼ ταῦτα ΒΑΣΙΛΕΥΣ ἀκούων ΜΕΓΑΣ, *& hæc* IMPERATOR *audiens* MAGNUS. Ita nempe vocati frequenter Cæſares illo æuo, ne æmulis Perſarum Regibus inferiores dignitate viderentur. Unde & illud ΜΕΓΑΛΟΥ elogium, paulatim etiam ad Cæſarum Palatinos tranſlatum, ut ΜΕΓΑΝ ΔΟΜΕΣΤΙΚΟΝ, alioſque Aulæ Proceres. Cæteroquin non iam MAGNI, ſed MAXIMI appellatio Conſtantino in eiuſdem Nummis conceſſa: repetito nempe uſu ex priori more, quo MARCUS, COMMODUS, SEUERUS, ANTONINUS nempe CARACALLA, aliique, MAXIMI ARMENIACI, MAXIMI PARTHICI, MAXIMI GETICI, aut BRITANNICI in eorundem Inſcriptionibus & Nummis vocantur. Orbis Roman. pag. 210, 211. In Caracall. cap. ii. Cap. v. In Miſopogone.

DISSER-

DISSERTATIO OCTAVA

DE

PRÆSTANTIA ET USU

NUMISMATUM ANTIQUORUM.

QUOD in ſuperiori Diſſertatione intenderam, id me utcunque iam conſequutum reor; ut quantum ad illuſtrandam HISTORIAM veterem, & quidem nobiliſſimorum olim in Aſia & Europa regnorum, conferat vetus Nummorum peculium, cuiuis, qui ad hæc animum aliquantum aduerterit, liquido deinceps conſtaret. Qua ratione id poſſe effici confido, ut ſi non omnes, quod nec poſtulandum quidem eſt, prout de philoſophicis diſciplinis dicit etiam alicubi Tullius, ſe ad hæc ſtudia conuertant: non pauci tamen, ſed plures omnino ſint, qui hanc induſtriam, in conſulendis verſandiſque antiquis nummis poſitam, ſibi haud ſine fructu excolendam putent. Quod ut plenius adhuc adſequar, quæ inde ad aliorum inſuper, præter ALEXANDRI M. Deceſſores, vel Hæredes, GRÆCORUM, aut BARBARORUM in ASIA potiſſimum ac remoto quidem Oriente, Regum ac imperiorum lucem ac notitiam eruuntur, eadem opera erunt hic a me delibanda. Quod autem dum intendo, id ante omnia conſtare iis, qui in hæc forte incident, velim: haud utique eſſe mihi nunc propoſitum, ut plenam ac integram eorum, qui ſummo cum imperio iis Regnis vel Regionibus præfuerunt, notitiam ac ſeriem hic pandam: quod nec inſtitutæ huius commentationis ratio, nec meum in ea diuulganda conſilium patitur. Id lubenter utique eruditis ac ſedulis Annalium conditoribus a me relinquitur; ac celebri inſuper, & de præclaris hiſce ſtudiis inſigniter iam merito antiquario, qui pridem ASIANORUM, aliorumue BARBARORUM REGUM, ſicut hactenus SELEUCIDARUM, vel PTOLÆMÆORUM, hiſtoriam, ad fidem ſimiliter veterum nummorum accommodatam, molitur. Unus hic mihi ſcopus, ut quod primus olim adgreſſus utcunque fueram; ut nempe ex eadem veterum nummorum penu, quam in præclaris Italiæ Galliæue Gazis aduertere mihi forte licuerat, plures ex iis, unde externa id genus Regum hiſtoria poſſet haud parum illuſtrari, ac vultus etiam habituſque eorum noſci, adnotarem: nunc autem poſt datam mihi ab eo tempore uberiorem quandam id genus cimelia inſpiciendi ac verſandi facultatem, inde meo quodam iure, & exigente id præterea ſuſcepti ſemel argumenti tractatione, eadem prodere hic & explanare haud detrectem.

De Diuinat. lib. II. cap. 2.

Jo. Vaillant.

I. *De*

I.

De PARTHORUM *Regum ſeu* ARSACIDARUM *Nummis*

Ac primo equidem loco ſeſe nobis offerunt ipſi REGES REGUM, ARSACIDÆ, qui excuſſo primum Macedonum apud PARTHOS iugo, dein occupatis pluribus aliis Seleucidarum imperii ditionibus, ſe Romanæ magnitudini pares ac æmulos paullatim præſtitere. Exſtant vero etiamnum inter præclara priſci æui cimelia, veteres aliquot nummi; in quibus cum illorum vultus, inſignia, cultum, habitum; tum appellationes varias, quibus ſe ornari voluerunt, aut ſunt paſſi, ac inter eos REGIS etiam REGUM titulum, licet continuo intueri. Hinc quatuor, qui eoſdem exhiberent, veteres nummos, prolatis etiam duorum ex iis, qui in præclaris Gazis deliteſcebant hactenus iconibus, olim adduximus: e reliquis autem unum protulerat ante nos [a] Triſtanus; alium vero, altero poſt ſuperiora a nobis edita, anno vulgauit [b] Patinus; unum ſimiliter in [c] Specimine ſuo Morellus: ſinguli ea laude, quæ e ſtudio ac peritia veterum nummorum petitur, conſpicui. Tres etiam pridem ante in Theſauro ſuo indicauerat id genus nummos Goltzius, ſed male ibi ab eo deſcriptos; ut ad quos referri iidem deberent, ex aliis demum elicere dein licuerit: ΑΡΣΑΝΟΥ nempe, pro ΑΡΣΑΚΟΥ, in duobus ex iis; in tertio autem, ΑΝΟΥΟΛΑΓΑC, pro ΒΟΛΑΓΑΣΟΥ, de quo poſtea dicetur. Quum vero haud inutilis vel iniucundæ contemplationis materiam ſuppeditent veteres ac inſignes horum ARSACIDARUM nummi; ac unde in primis de eorum habitu cultuque, iiſque, quibus ſuperbirent Reges illi Regum cognomentis, licet certum omnino, ac unde præclaris auctoribus maior ſubinde lux accedit, iudicium ferre; aliquot eorum icones, partim a me olim primum, ſed minus concinne tum vulgatas; partim e Theſauris Gallorum Regiis, Mediceis, ac cimeliis Pembrochianis depromptas hic Lectori conſpiciendas damus. Quibus mox adhuc accedent unus vel alter eorundem Regum nummus, ad maiorem eorum, quæ ibi adducuntur, fidem ac illuſtrationem:

1. ARSACIDARUM *nummi quales.*

[a] Tom. II. p. 81.
[b] Num. Imp. pag. 209.
[c] Tab. XXIII.

Præclaras certe hasce priscæ memoriæ reliquias nonne quibusuis gemmis potiores fateberis, OCTAUI iucundissime? solatium utique præstare amissæ illius gemmæ, quam alterius quoque Arsacidæ, PACORI nempe, *habentem imaginem, & insignia, quibus ornatus fuisset*, sedulo se requisiuisse testatur Plinius iunior, quam nempe præclari muneris loco ad Traianum continuo mitteret: ut iam alibi, producto alio nummo Parthico, vidimus. Insignium certe, ac Titulorum insuper seu Cognominum, de quibus paullo post agetur, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ ΔΙΚΑΙΟΥ, *Regis Regum, Magni, Euergetæ, Epiphanis, Philelleuis, Justi*, nonne relictam hic vides, & consignatam posteris memoriam?

Lib. x. Epist. 16.

2. *Comæ Arsacidarum in iis cultus.*

Comam equidem, ut hinc ordiar, exhibet prior nummus, Regio Persarum ac Parthorum more, cincinnis variis tortam, ut is facile se capillatum Parthorum Regem probet; nempe iuxta notum illum Vespasiani iocum apud Tranquillum, qui, cum inter prodigia stella in cœlo crinita adparuisset, id ad *Parthorum Regem, qui capillatus esset, pertinere dicebat.* Haud dissimilem vero eiusdem vel alterius ARSACIS Comam apud Tristanum videas, à quo alia erudite de capillorum cultu Parthorum aut Persarum Regibus consueto, iam occupata non repetam hoc loco, & apud eum reperiet lector. Quibus addere liceat, quod a Procopio refertur; insigne apud Persas eximium & a Rege proximum, Comam fuisse cum redimiculo auro & unionibus contexto. A Medis nempe, & eorum exemplo, ab antiquioribus Persis, hunc capillorum cultum, sicut alia insignia: vel ornamenta, mutuati sunt Parthorum Reges: quorum gens alias, utpote origine Scythica, hirto capillo horrida agebat adhuc M. Crassi ætate. Utrumque certe clare nos docet Plutarchus, agens de Surena Parthorum tum a Rege proximo: Μηδικώτερον ἐσκευασμένῳ τὸ πρόσωπον, καὶ ΚΟΜΗΣ ἁλουργεῖς τῶν ἄλλων ΠΑΡΘΩΝ ἔτι ΣΚΥΘΙΚΩΣ ἐπὶ τὸ φοβερὸν τῶν ἀνασείλλων κομώντων. *Erat* MEDORUM *morem fucata facie, &* COMA *redimitus* DISCRIMINATA, *quum cæteri* PARTHI *etiam tum* SCYTHICO *modo horrerent capillo incompto.* Prius vero e Xenophonte hausisse mihi videtur Plutarchus, ubi similem Astyagis Medorum Regis habitum describit: καὶ ἐφῶν δὲ αὐτὸν κεκοσμημένον καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ καὶ χρώματος ἐπιθέσει, καὶ ΚΟΜΑΙΣ πεπλεγμέναις, ἃ δὲ νόμιμα ἐν Μήδοις· *Quumque videret eum pigmentis oculorum, coloribus illitis, &* ADSCITITIA COMA *ornatum: hæc enim omnia apud* MEDOS RECEPTA. Unde etiam alibi docet idem Auctor, cur hæc e Medorum cultu ad Persas transtulerit Cyrus: uti id a Strabone quoque de toto vestitu cultuque Persarum, quem ii a Medis acceperint, similiter traditur.

Plut. in M. Crasso pag. 557.

Inst. Cyr. lib. i. cap. 3.

Ibid. lib. viii. cap. 14. Lib. xi. pag. 525, 526.

3. *De Diademate ac Tiara in Arsacidarum numis.*

DIADEMATE autem, & solo quidem, seu fascia reuinctum intueri licet caput ARSACIS in priori nummo sicut in alio iam ante apud Tristanum; TIARA vero insuper seu *Cidari*, cum addito eidem *Diademate*, in sequentibus ibidem nummis. Quorum autem nummorum conspectu inductus videtur clarissimi nominis Antiquarius, & qui usu cæteroquin ac tractatione veterum nummorum vix habet hodie parem, ut Parthorum Reges in nouissimo opere dixerit, non Tiara usos seu Cidari, sed tantum Diademate. Quod utique vel solus adductorum supra nummorum, ut de aliis adhuc

Io. Vaillant. Famil. Reg. pag. 107. T. I.

adhuc ſileam, conſpectus abunde redarguit: in quibus Tiara inſuper ſeu Cidari, cum addito eidem Diademate, inſigniti occurrunt Arſacidæ. Ac DIADEMA quidem adſumptum a Parthorum Regibus, cum manifeſto euincunt iidem nummi; tum, qui iis ſuffragatur, Plutarchus; qui hanc Surinæ fuiſſe prerogatiuam gentilitiam tradit, *ut Regi Parthorum deſignato primus imponeret* DIADEMA: βασιλεῖ γινομένῳ Πάρθων ἐπιτιθέναι ΤΟ ΔΙΑΔΗΜΑ πρῶτον. Accedit Herodianus, qui Artabanum Parthorum Regem duplici etiam uſum docet Diademate: haud aliter nempe ac duo Diademata Aſiæ & Ægypti ſibi Antiochiæ circumdediſſe Ptolemæum Philometorem, apud Macchabæorum Scriptorem, ac Joſephum præterea legitur. Alterum vero illius Regii ARSACIDARUM capitis inſigne, quod in reliquis nummis ſupra adductis, comparet, & cum adiuncto eidem Diademate, TIARAM ſeu CIDARIM, pro noto illo eorum capitis tegmine, licet continuo ſtatuere. TIARAS utique conſtat antiquum fuiſſe non Parthorum ſolum, ſed vetuſtius Perſarum Regum, & a quibus proinde id capitis inſigne, cum reliquo Regiæ Maieſtatis cultu habituque, deſumpſerint Arſacidæ. Quamquam patrium id fuiſſe veterum Parthorum inſtitutum, ut illi TIARAS promiſcue geſtarent, immo & inde ii continuo dignoſcerentur, docceat antiquus Auctor, & obſcuris adhuc tum Parthorum rebus, iiſque ſub Perſarum imperium agentibus; nempe Anacreon:

In M. Craſſo pag. 557. Lib. VI. cap. 6.

1 Maccab. XI. 13. Antiq. lib. XIII cap. 8.

Καὶ Παρθαίους τὶς ἄνδρας
Ἐγνώρισεν τιάρας.

Od. 1. V.

Et Parthos quidem viros agnoſcit quis ex Tiaris: niſi forte quis *Parthos* ibi promiſcue de *Perſis*, uti ſequutis demum ætatibus apud Poëtas obuium, dici forte exiſtimet. A Medis vero una cum reliquo eorum cultu, *Tiaræ*, & quidem *Rectæ* geſtamen mutuatum fuiſſe apud Perſas Cyrum docet Xenophon: cui uni etiam Perſarum Regi Tiaram rectam geſtare fuiſſe licitum, alibi idem tradit. Qui mos dein a poſteris quoque Perſarum Regibus eſt retentus; ut ex Ariſtophane, Plutarcho, & Græcis ad Comicum Criticis liquet; ac inde, ut a Joſepho dicatur alicubi, rectam Tiaram geſtare, & in aureo lecto cubare, ſolis Parthorum Regibus conceſſum: a Dione Chryſoſtomo autem, Tiaram rectam ita proprium fuiſſe Regum apud Perſas inſigne, ut eſſet inconceſſum aliis, & quidem ſub mortis pœna, capitis tegmen. Quæ autem aliaque inſuper, de hoc Regio demum rectæ Tiaræ apud Perſas geſtamine, ab illuſtri Briſſonio, libro de Regno Perſarum, iam occupata reperiet Lector. Obliquæ proinde ac vulgares *Tiaræ* relictæ in genere, Perſis uti itidem Parthis, & quæ de *pileornm* etiam *Prygiorum* nomine ſunt ſubinde appellatæ; ſicut a Juuenali:

Inſt. Cyr. lib. VIII. cap. 3. Exped. Cyr. lib. I.

Antiq. lib. XX. cap. 3.

Orat. XIV. p. 134.

Pag. 28. 29. ed. Pariſ. ult.

Et Phrygia veſtitur bucca Tiara:

Satyr. VI. v. 516.

Phrygum vero Regi Priamo apud Maronem tribuitur *ſceptrum, ſacerque Tiaras*: ubi Seruius: *Tiaras: Pileum Phrygium.* Unde etiam *Tiaræ* nomine dictus alicubi a Luciano *pileus Phrygius*: quum de Joue ait, ſub forma Aquilæ, τῷ σώματι τῷ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ TIAPAN δακὼν, *ore* ſeu *roſtro impoſitam capiti* TIARAM *mordens*, Phrygii nempe Ganymedis *pileum*. Ad quam proinde *Phrygii pilei* in aliis nummis conſpicui formam accedit Parthi genuflexi cum ſigno Legionis in Auguſti nummis figura. Regum itaque cum Perſarum, tum Parthorum geſtamen, *Tiara*; non vulgaris illa, qualés vulgo in antiquis etiam nummis Phrygum vel Armeniorum, inter quos multa erant communia,

Æn. VII. v. 247.

Deor. Dial.

munia, *pilei*; aut quæ cæteroquin Perſarum vel Parthorum Satrapis & Magnatibus propriæ; ſed peculiaris, & unionum ac gemmarum circulis ac ornamentis, qualis in ſuperioribus Arſacidarum nummis conſpicitur, decorata Quibus addendum videretur, cui, Regiæ nempe *Tiaræ* falcia inſuper, ſeu diadema, *frontis nota Regiæ*, uti de eo iam in ſuperiori Diſſertatione, inferiorem eius partem ambiens, erat iunctum. Quomodo etiam Tigranem, Armeniorum Regem, *Tiaram* cum *Diademate* geſtaſſe, iuxta id tradentem Plutarchum, in veteri eius nummo, de quo infra agendi erit locus, videbimus. Quamquam Tiaras etiam cum circumeunte eaſdem Diademate geſtaſſe Regum Perſarum conſanguineos ſua ætate auctor ſit nobis Xenophon, qui de Cyro agens ait: εἶχε δὲ καὶ ΔΙΑΔΗΜΑ ΠΕΡΙ ΤΗ ΤΙΑΡΑ, καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτοῦ τὸ αὐτὸ ΤΟΥΤΟ ΣΗΜΕΙΟΝ εἶχον, καὶ νῦν τὸ αὐτὸ ἔχουσι. *Habebant & CIRCUM TIARAM DIADEMA IDEMQUE INSIGNE cognatis ipſius erat; ſicut & hoc tempore illud retinent.* Cuius moris veſtigium retentum adhuc videtur ſequiori ævo in renouato iam ante Perſarum dominatu. Certe Diadematis uſum Perſarum Satrapis conceſſum liquet mihi ex Procopio; qui refert duos Perſarum Optimates, Iſdigucræ Legati Choſrois comites exſtitiſſe: οἳ δὴ Διαδήματα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ χρυσᾶ εἶχον, *qui aurea etiam Diademata in capite geſtabant.* Mitto iam aureum capitis arietini figmentum, lapillis interſtinctum, quod a Sapore Perſarum Rege geſtatum tradit, uti ſupra etiam monitum, Ammianus Marcellinus. Id vero ſingulare videri forte poterit, quod non quadrangulari, ſed rotunda potius forma conſpicuæ ſint illæ in adductis Arſacidarum nummis *Tiaræ*: quum tamen quadrata ſit, quæ in Romanis, M. Antonii, Auguſti & Tiberii nummis conſpicitur *Tiara*, cum Arcu & Jaculo, tanquam totidem Parthorum inſignibus, ac Stellis itidem in medio decora:

Inſt. Cyr. lib. VIII. c. III. §. 7.

Bell. Goth. lib. IV. cap. II.

Lib. XIX. c. I.



A qua etiam quadrangulari *Tiaræ* forma haud recedit, uti poſtea liquebit, memorati modo Tigranis *Tiara*. Quum tamen haud minus certa ſit ac indubia hæc adductorum paullo ante nummorum fides, aliorumque adhuc iis ſimilium, & cum ARSACIS etiam nomine; quique non Romæ, ſed in Oriente ipſo, ubi regnabant iidem Arſacidæ, & eorum quidem ætate ſunt percuſſi; unde haud dubitare equidem licet, quin vera illa fuerit, quæ in iis depingitur, *Tiaræ*, quam geſtarent iidem Reges Regum, forma. Qua ratione etiam factum licet adſequi, quod *rotundum pileolum*, & quidem inſtar mediæ *Sphæræ*, de *Tiara* ab Hieronymo, qui & inde illuſtratur, dictum ſit: *Quartum genus eſt veſtimenti*, ROTUNDUM PILEOLUM, *quaſi Sphæra ſit diuiſa, ut pars altera ponatur in capite. Hoc Græci & noſtri* TIARAM, *nonnulli* GALERUM *vocant.* Adeo ut ſtatuere equidem liceat quadrangulares illas Tiaras, quæ depictæ ſunt in Romanis M. Antonii & Auguſti nummis, fuiſſe,

Epiſtol. ad Fabiol.

non eas utique ibi conſpici, quas geſtarent Arſacidæ: etſi de Tiara, quæ in ſecundo nummo expreſſa, cum inſcr. IMP. TER. & quam in Goltzii Faſtis viderat, non autem Parthicos cum Arſacidarum effigie ac Tiaris nummos, id ſtatuat illuſtris Briſſonius. Neque enim illa Parthorum, ſed Armeniorum Regum Tiara, iuxta eam, quæ in priori nummo ſignata; utraque autem cum M. Antonii capite in anteriore eorum parte. Ab eo enim ſuſceptam contra Armeniorum Regem Artauaſdem expeditionem, captamque eius Tiaram, immo ipſum vinctum Alexandriam adductum, e Plutarcho ac Dione conſtat: quæ proinde Tiara, quod viderunt iam eruditi Antiquarii, in eiuſdem Antonii nummis ſignari meruit. Quibus haud diſſimilis quoque, ut diximus, alterius Armeniorum Regis, Tigranis nempe, de quo poſtea agetur, in eius nummis Tiara. At vero tertiam Tiaram ſupra quoque expreſſam, prioribus omnino conſimilem, non pro *Armeniaca*, ſed *Parthica* Arſacidarum Tiara venditat continuo ipſa nummi ſub Auguſto inſcriptio DE PARTHIS. Quod poſtremum ut diffiteri non licet; ita illud haud minus ſtatuendum, nummum Romæ, non apud Parthos percuſſum; ubi quum notior eſſet vel ex hiſce Antonii nummis, haud ita pridem in Urbe ſignatis, Armeniorum quam Parthicorum Regum Tiara; hinc ad illius formam, maxime quæ in ſecundo Antonii nummo eſt expreſſa, Parthicam quoque, quod vel primus earum conſpectus indicabit, Tiaram effinxere continuo monetarii. Quum Parthicas Arſacidarum Tiaras haud parum forma & cultu ab iis diuerſas exhibeant paullo ante, & mox adhuc adducendi plures Parthici eorum Regum nummi; quorum proinde auctoritas ac fides longe magis hic præponderat. Communi cæteroquin *Tiaræ* nomine, promiſcuum illud capitis tegmen, ſeu dictos ibidem *Pileos*, appellauerat olim Herodotus, ubi agit de Perſarum amictu: ἀμφὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον ΤΙΑΡΑΣ καλυμμένας ΠΙΛΟΥΣ ἀπαγέας, *circa capita geſtabant* PILEOS, *quos vocabant* TIARAS, non *impenetrabiles*, iuxta interpretem, ſed ut bene Briſſonius, *compactas* e pannis nempe. Prout alioquin promiſcue *Pileos* ac *Tiaras* de capitis apud Phrygas tegmine dici paullo ante vidimus; ac *pileati* dicti etiam apud Martialem *Parthi*. Immo prout turritum quoque, quale Perſis in genere tr.buit Strabo, capitis tegmen videas in ſequenti nummo Gazæ Gallorum Regiæ, qui Sagittarium Parthum exhibet, qualem alia occaſione, ac in nummo itidem Parthico, antea quoque adduximus; in anteriori vero area, Equitem vulgari pileo tectum.

Ad 4n. v. cap. DCCXV. De Regn. Perſ. pag. 192.

In Pompeio p. 936. lib. XLIX. Pag. 415.

Sueton in Aug. cap. XXI.

Lib. VII. c. 6.

De Regn. Perſ. pag. 31.

Ad Parthos procul ite pileatos lib. X. Epigr. 72.

Supra p. 324.

Ad depictas vero *Arſacidarum* in ſuperioribus nummis *Tiaras* accedunt, quæ in ABGARORUM Edeſſæ Regulorum, nummis, de quibus poſtea agetur, comparent quoq; capitis tegmina. Promiſcue vero de regio illo apud Perſas, ac dein Parthos, capitis tegmine, dictæ Τιάραι, Κίδαριες, ac inſuper Κυρβασίαι, ut de poſtrema voce, vel ex Ariſtophane & Græcis ad eum Criticis manifeſtum: ſed quæ vidi poſtea

Auib. pag. 564.

De Regn. Perſ. pag. 28. iam occupaſſe illuſtrem Briſſonium. Quod de Κυρβασίᾳ pro *Tiara* e Polluce; Heſychio, aliiſque inſuper firmatur, ſicut ex optimo codice doctiſſimi If. Voſſii, (e quo, quod iam alibi monui, varias lectiones ad meum Pollucis exemplar olim adſcripſeram) prior nempe, ſeu Pollux duobus, locis emendandus: ἡ δὲ τιάρα, (non κάρα) ἡ Κυρβασία, Περσικὴ, *Tiara & Curbaſia Perſica:* alibi: Περσικὰ κατ' ἰδίαν, Κάνδυς ἡ Ἀναξυρὶς ἡ ΤΙΑΡΑ (ubi male duo poſtrema hæc in editis omiſſa) ἦν ἡ ΚΥΡΒΑΣΙΑΝ, ἡ ΚΙΔΑΡΙΝ, ἡ ΠΙΛΟΝ καλοῦσιν *Perſica proprie, Candys, & Femorale, &* TIARA *quam* CURBASIAM, & CIDARIM, & PILEUM *vocant.* Verum quem Pollucis locum, ad fidem optimi codicis Voſſiani emendatum, ita iam erudite ſuppleuiſſe illuſtrem Briſſonium, nunc forte animaduerto. Adeó, & quod e ſuperioribus inſuper liquet, ut communi quidem nomine a Perſis *Tiaram* cum Regum, tum Magnatum, tum vulgi etiam capitis tegmen dictam conſtet; ita tamen ut haud unam omnino earum figuram exſtitiſſe, cum aliunde, tum ex antiquis illis & certiſſimis priſci æui monumentis potiſſimum liqueat. Adde, quod illa Regum apud Perſas, ac inde etiam apud Parthos *Tiara,* vel *Cidaris,* foret e byſſo; quam inde κίδαριν βυσσίνην quod vidit quoque laudatus modo Briſſonius, vocat Joſephus; ac unde a Valerio Flacco dictum alicubi obſeruo:

Lib. xv. c. xvi. Lib. vii. cap. xiii. De Reg. Perſ. pag. 30. 31. Ibid. pag. 31. Antiq. lib. xi. cap. 4.

At viridem gemmis, & Eoæ ſtamine ſyluæ
Subligat extrema patrium ceruice tiaram:

Argon. lib. vi. v. 699.

ubi *Eoæ ſtamine ſyluæ,* de *byſſo* omnino, potius quam de *bombyce* cum nouiſſimo cultiſſimi Poëtæ eodemque ſagaciſſimo alias interprete, Nicolao Heinſio, debet intelligi. Neque fruſtra *viridem gemmis* eandem *tiaram* vocat ibi Flaccus; quod unionibus ac lapillis, uti ex adductis etiam iconibus liquet, ac inter eos ſmaragdis, id genus *Tiaræ* vulgo eſſent circumdatæ. Unde viſam a ſe Perſarum Regis in tabella depicti effigiem deſcribit alicubi Themiſtius; iuuenem nempe formoſum, non pogonatum proinde, ſeu cum promiſſa, ut in ſuperioribus aliiſque id genus Parthorum iconibus, barba, eumque in ſolio ſedentem, *qui Tiaram in capite gereret hyacinthis ac* SMARAGDIS *ornatam,* τιάραν ἔχων ὑακινθίνην τε ΣΜΑΡΑΓΔΟΥ, *eiuſdemque operis,* quod addit, *latiſſimum torquem;* ac unde inſuper illuſtratur, quod de Parthis ab Horatio dicitur: *& adieciſſe prædam Torquibus exiguis renidet:* ac de Torquibus & Armillis, *nobilium olim geſtamine,* Xenophon; qui & alibi tradit, Armillas, Torques apud Perſas habere non licuiſſe, niſi quos Rex donauerit. De Perſis autem ſuo æuo, ad quos iam ante a Parthis imperium denuo tranſierat, Ammianus Marcellinus: *armillis uti, monilibusque aureis & gemmis, præcipue margaritis, quibus abundant, adſuefacti.*

In not. ad verſ. 699. Orat. xxiv. p. 306. Lib. iii. Od. 6. Ὥσπερ οἱ ἄρχοντες τῶν Περσῶν. Exped. Cyr. lib. i. c. 8. Inſt. Cyr. lib. viii. cap. 4. Lib. xxiii. cap. 6.

4. *De* Candy, *Regia* Arſacidarum *veſte in nummis.*

Veſtis vero peculiaris, Chlamydis inſtar, qua amictus in priori nummo, uti etiam in iis, quos vulgarunt Triſtanus ac Morellus, haud alia, quam quæ Κάνδυς olim dicta, ſtatuenda eſt. Qua voce Regium olim Perſarum, ac dein Parthorum quoque amiculum a Græcis appellatum conſtat; & quidem, ut ea de re alicubi Plutarchus, quod Regi Perſarum geſtare eſſet duntaxat licitum. Unde quale idem fuerit, ex adductis inſuper, a duobus dictis modo præſtantibus Antiquariis, ARSACIDARUM nummis, manifeſtius liquebit.

In Artaxerxe pag. 1013.

Veſti-

Veſtimenta nempe apud Perſas diſtincta olim fuiſſe, ſicut de Tiaris modo vidimus; ut nempe alia eſſent Regi propria, alia cognatis, adfinibus, aut amicis Regis & Proceribus, cum aliunde liquet; tum ex Athenæo, qui στολὴ γαμοζηλὼ, *ſtolam*, qualis *Regum generis* datur, Themiſtocli a Perſarum Rege oblatam obſeruat, & ad quem videri poteſt ὁ πάνυ. Hinc *Candyn* Regium, fuiſſe totum e præſtantiſſima purpura, aliorum non item, docet nos Pollux: ὁ δὲ κάνδυς ὁ μὲν βασιλικὸς ἁλιπόρφυρος (ſiue, ut in optimo codice Voſſiano legitur, ὁλοπόρφυρος) ὁ δὲ τῶν ἄλλων πορφυροῦς· *Candys autem Regius, totus e marina purpura* (aut, iuxta dictum codicem, cuius varias olim lectiones excerpſimus, *totus e purpura*) *aliorum vero purpureus tantum*, ſeu ex parte talis; nempe cuius trama ſolum purpurea, non ſubtemen, aut mixta alio colore purpura. Ολοπόρφυρος vero, iuxta membranas Voſſianas, ſolus Regum Perſarum *Candys*; ſicut ſequutis ætatibus *holoueræ* itidem ſolæ Romanorum Imperatorum *veſtes*, ut de iis in utroque Codice Theodoſiano ac Juſtinianeo dicitur; eæque itidem e præſtantiſſimæ purpuræ ſpecie, quæ, ut in iiſdem conſtitutionibus cauetur, *ſoli Principi, eiuſque domui dedicatur*; ac unde etiam *ſacri muricis* nomine decorata, quamque, *alio colore fucare* vetitum. Immo, ac unde ea apud Pollucem in Voſſiano codice ὁλοπόρφυρος, de Regio illo amictu, lectio adſtruitur, de Tigrane apud Dionem Cocceianum legas: τὸν κάνδυν τὸν ὁλοπόρφυρον ἐξέδυ, *Candyn totum purpureum exuerat*. Immo quod luculentius adfirmat Xenophon, qui Cyrum in conſpectum prodeuntem tuliſſe tradit κάνδυν ὁλοπόρφυρον, *totum purpureum Candyn*; ac unde habitus ille a Medis cum reliquo corporis cultu ſumptus, ad ſequentes Perſarum, ac dein Parthorum Reges tranſiit. Quamquam ἁλιπόρφυρος, ſicut apud Pollucem hactenus, dici quoque potuit regius ille *Candys*: nempe quod totus ſanie marinorum conchyliorum, & quidem optimorum, qualia vulgo habebantur Phœnicia ſeu Tyria, idque citra ullam alterius coloris mixturam, eſſet infectus: non autem e ſuccis herbarum, aut, ſicut apud Trœzenios (quod in ineditis ad Homerum ſcholis, Voſſianis itidem, notatum olim a Criticis antiquis legi) ex ilice, parabatur, aut cum alterius coloris permixtione. Unde etiam eadem voce ἁλιπόρφυρος pridem uſus vatum parens: & apud Anacreontem, Ἁλιπορφύροις τάπησι, *tapetibus e marina purpura confectis*; & φοίνικας ἁλιπέπλους, *purpureos peplos* (non *tunicas*, ut ibi interpres) *marinos* dixit Euripides; immo ἁλιεγλῆ, de *veſte purpurea* Perſarum Regis, alibi autem Imperatoris Romani, Themiſtius. Quomodo Artaxerxis, Perſarum Regis, κάνδυς πορφυροῦς, *Candys purpureus* a Luciano itidem dictus; qui nempe, ut in Theodoſii conſtitutione dicitur, *ex omni parte texturæ* marina illa, eaque præſtantiſſima, purpura foret tinctus: non, ut aliorum Perſarum, cum purpureis tantum lembis, aut alio vulgari purpuræ genere: prout *purpuræ appellatione, omnis generis purpura* intelligi, ab Ulpiano dicitur. Hinc *vera* olim & *falſa* purpura, ut apud Theodoritum olim obſeruaui: ὥστε ἀφῃ τὴν ἐψευσμένην πορφύραν,

Lib. i. p. 30.

Caſaub. Animad. pag. 69.

Lib. VII. cap. 13.

a Leg. III. Tit. XX. Lib. X.

b Leg. IV. Tit. VIII. lib. XI. Leg. 3. ut ſupra C. Th. & Leg. IV. C. Th.

Lib. XXXVI. p. 26.

Inſt. Cyr. lib. VIII. cap. III. §. 7.

Φοίνικι δὲ ἄνθει ὃ ἀπὸ τῆς περὶ συλλίγυσι Τροιζήνιος

Schol. MSt. ad Hom. Il. Δ. v. 130.

Homer. Odyſſ. A v. 53. Od. VIII. Helen. v. 181.

Orat. XXIV. p. 306.

Idem. Orat. XI. pag. 151.

Quom. Conſer. Hiſt. p. 630. edit. Amſtel. Tom. I.

Leg. IV. C. Juſt. ut ſupra. Leg. XX. §. 13.

Id. de Legat. III. Therap. Serm. XII. pag. 675. Tom. V.

Not. ad Trebell. Poll. in Claud. cap XVII Cod. Th. Tom. III. p. 522.

ἢ

καὶ τῷ ἀληθινῷ σκύτει μόνῳ, *neque propter falsam purpuram, ideo veram irridemus.* Qui locus addi omnino iis meretur, quæ ex Hesychio & Anastasio, de *vera* seu ἀληθινῇ *purpura*, & de qua proinde *Chlamydes veri luminis* dixerit Trebellius Pollio, aut *falsa* seu *pseudalethina*, ex libro de cœna Domini, (qui Cypriano sed male, inscriptus) emendato notauit magnus Salmasius, & post eum ad Codicem Theodosianum doctissimus eius commentator. Tales itaque Persarum, ac Parthorum dein Regum vestes, & quibus præiuerant iam olim Chaldæorum Reges; quos solos veste purpurea usos tradit itidem Josephus. Hinc apud Xenophontem legas, Μεγαφέρνη, φοινικιστὴ βασίλειον, *Megapherнem, regium purpuræ* apud Persas *tinctorem.* Ut mittam singularem, nec visam alias purpuram, quam Aureliano, Imperatori a Persarum Rege datam tradit Vopiscus: & quale postea purpuræ genus nec ulla gens detulit, nec Romanus orbis vidit. Eadem vero Regis Parthorum aut Persarum vestis, auro & gemmis vulgo conserta ac variegata; unde χλαῖναι ἁλουργεῖ καὶ χρυσόπαστοι, *lænam purpuream, & auro distinctam* Persarum Regi tribuit loco paullo ante indicato Themistius: ac prout apud Aristophanem dicitur, ἁλουργίδα ἔχων καταπάστου *purpureaum vestem habens variegatam.* Immo prout Parthorum multitudinem dicit in genere Herodianus, tanquam ad nuptiale, ut existimabat, festum Romani Imperatoris Antonini Caracallæ, cum Artabani Parthorum Regis filia, conuenisse, ἐσθῆτι χρυσῷ καὶ βαρβαρικαῖς ἁλουργίσι πεποικιλμένῃ, *vestes indutam auro diuersisque coloribus varias.* Adde quod Parthorum tunicæ ab Hesychio dicuntur παραγαῦδες, seu *paragaudiæ*, de quibus alioquin *paragaudiis* inde quoque apud Romanos receptis, & auratis quidem vel sericis auro intextis, quas soli Imperatori gestare fas erat, mentio fit in utroque Codice, [a] & apud [b] Pollionem ac [c] Vopiscum, ad quos consuli possunt magni Salmasii de iis adnotata. Quomodo alioquin apud eundem Hesychium, cum Σάραπις, *Tunicæ Persicæ* genus, *media parte albæ*; Κάπυρις vero alibi, *manicata* Persarum *tunica*; Κάρτης autem, vestis a Parthis dicta, quam adolescentes induerent, ubi in viros euaderent. *Candyn* vero de *tunica*, & quidem *manuleata* explicant veteres Grammatici, Pollux, Hesychius, Suidas insuper, ac eorum fide illustris quoque Brissonius. Etsi Pollucem quod attinet, eum, quod non aduertit vir doctissimus, non de Regio Persarum *Candy* iis verbis loqui, ubi ille *manuleata tunica* ab eo dicitur; sed de alia *Candyos* specie, aperte satis ex eius verbis liqueat. Postquam enim ea paullo ante iam adducta de Regio *Candy* adtulisset: κάνδυς ὁ μὲν βασιλικὸς, ὁλοπόρφυρος, &c. *Candys equidem Regius, totus e purpura, aliorum vero purpureus:* dein, ἦν δ' ὅτε καὶ ἐκ δερμάτων, *constat autem quandoque ex pellibus:* addit: ἦν δὲ καὶ χειριδωτὸς χιτὼν, καὶ τὰς ὤμους ἐναπτόμενος. *Fuit etiam tunica manicata iuxta humeros adaptata.* Ubi proinde tres diuersas *Candyon* id genus species describit: primam Regum & priuatorum apud Persas *totam e purpura*, aut *purpuream*; alteram e *pellibus* constantem; tertiam vero, *tunicam manuleatam* exstitisse, a prioribus proinde non materia solum, sed forma ac usu interioris amictus diuersam. *Candyn* certe exterius fuisse amiculum Tunicæ superinductum, ac proinde a *Tunica* diuersum, licet omnino vel e Xenophonte statuere, loco paullo ante indicato; ubi Regium Cyri amictum describit: qui proinde integer est hic adponendus: Ἐπὶ δὲ τούτοις ἤδη αὐτὸς ἐκ τῶν πολλῶν προυφαίνετο ΟΚΥΡΟΣ ἐν ἅρματι, ὀρθὸν ἔχων τὸν Τιάραν, καὶ ΧΙΤΩΝΑ ΠΟΡΦΥΡΟΥΝ μεσόλευκον (ἄλλοις δὲ οὐκ ἔξεστι μεσόλευκον ἔχειν) καὶ περὶ τοῖς σκέλεσιν ἀναξυρίδας βεβαπτισμένας, καὶ ΚΑΝΔΥΝ ΟΛΟ-

ΠΟΡ-

Ut supra.

Antiq. lib. x. c. 12.

Exped. Cyr. lib. 1. cap. 1 §. 10.

In Aresian. c. xxix.

Ut supra Orat. xxxv. p. 306. Fquit. p. 345.

Lib. iv. cap. 10.

Παραγωγαί (pro παραγῶδες) χιτῶν παρὰ πάρθοις Hesychius.

a Leg. i. & ii. C. Th. & C. Just. de Vest. Olouer & Aur.

b In Claudio cap. xvii.

c In Aurelian. cap. xlvi.

In Σάραπις.

Κάνδυς &c χειριδωτὸς ἦν χιτὼν

Lib. viii. c. 13.

Lib. viii. c. 3.

Inst. Cyr. lib. viii. cap. iii. §. 7.

ΠΟΡΦΥΡΟΝ· *Poſt quæ iam* CYRUS *e portis in curru prodibat in conſpectum, Tiaram habens rectam, &* TUNICAM PURPUREAM *ſemialbam (alteri vero ſemialbam geſtare non licet) & ſubligacula circum crura colore byſſino tincta, &* CANDYM TOTUM *e* PURPURA. In qua utique narratione, & quidem Auctoris, qui in Perſide ſub auſpiciis alterius Cyri militauerat, omniumque optime hæc noſſe debuit, vides ordine deſcribi Regium Cyri amictum, ac primo *Tunicam Purpuream*; dein *Femoralia*; tum ſuperius amiculum, ſeu *Candyn totum e purpura*, eumque ibi omnino a *Tunica* diſtingui. Neque aliter de Darii veſtitu Curtius: *Cultus Regis inter omnia luxuria notabatur:* PURPUREÆ TUNICÆ *medium album intextum* (nempe μεσόλευκος apud Xenophontem) *erat:* PALLAM AURO DISTINCTAM *aurei accipitres, velut roſtris inter ſe corruerent, adornabant. Palla* nempe ibi Romana voce, nihil aliud quam *Candys* ille Perſicus, ſeu exterius Darii amiculum; quod a Græcis vulgo *Chlamys, Peplus,* & χλαῖνα, ſeu inde Romanorum *læna*: ac unde Πέπλοι, Regium id genus Xerxis amiculum, nempe *Candyn*, haud uno loco vocat Æſchylus. Unde etiam Alexandrum redarguit, & illuſtri quidem eam in rem, de qua hic agimus, loco, apud Lucianum pater Philippus: quod nempe *abiecta* CHLAMYDE *Macedonica,* (quam nemo *Tunicam* utique exſtitiſſe dixerit) CANDYN *induiſſet*: σὺ δὲ καὶ τὴν Μακεδονικὴν ΧΛΑΜΥΔΑ καταβαλὼν, ΚΑΝΔΥΝ, ὡς φασιν, μετιὼν; Unde talem etiam fuiſſe vulgarem Perſarum *Candyn*, & quidem equitum, licet e vicino Xenophontis loco ei, quem modo adduximus, colligere: ubi dicuntur Equites ad Cyri conſpectum καταβεβηκότες ἀπὸ τῶν ἵππων καὶ ΔΙΕΙΡΚΟΤΕΣ ΤΑΣ ΧΕΙΡΑΣ ΔΙΑ ΤΩΝ ΚΑΝΔΥΩΝ, ὥσπερ καὶ νῦν ἔτι διείρασιν, ὅταν δεῦρο βασιλεύς· *Aderant item equites omnes, & ex equis deſcenderant,* EXSERTIS PER CANDYAS MANIBUS, *ſicut nunc eas etiamnum exſerunt, quoties ipſos Rex adſpicit.* Vides utique non tunicas illorum equitum Perſarum manuleatas; ſed exterius eorum amiculum, ſeu ut ibi dicuntur, *Candyas*, per quos patebat ad exſerendas manus (uti hodie de eiuſmodi ſagis ſeu chlamydibus, Gallis *caſaques* liquet) aditus; idque tantum ad Regis conſpectum ab iis factum. Nec proinde *Candys*, ut hoc addam, aliud quam amiculum, ſeu Chlamys Perſica; nuſpiam vero pro *diademate* a Pollucе, vel a Luciano forte dictus, ut exiſtimauit doctiſſimus Paſchalius. Vidimus autem iam ante Pollucis ea de re locum, eumque ex optimo codice Voſſiano, uti bene id iam ante coniecerat Briſſonius, ſuppletum ac emendatum; in quo tria illa paullo ante dicta in veſtitu Perſarum propria adducuntur: κάνδυς, καὶ ἀναξυρὶς, καὶ τιάρα, *Candys, & Subligaculum,* ſeu *Braccæ, & Tiara:* quibus ea continuo ſubdit, quæ antea ſimiliter vidimus: ὁ δὲ κάνδυς ὁ μὲν βασιλικὸς, ἁλουργὸς, ſeu iuxta eundem codicem, ὁλοπόρφυρος, *eſt autem Candys, e purpura marina,* ſeu *totus e purpura.* Quomodo hæc tria in cultu Perſarum Regio notat Pollux, quæ modo in Cyri habitu deſcribit, verbis paullo ante adductis Xenophon, *Candyn, Subligaculum* ſeu *Braccas*, ac *Tiaram*; quæ autem poſtrema duobus aliis nominibus vocaretur, *Curbaſia* nempe, & *Pileus.* Neque vero *difficile dictu,* ut cenſet idem vir eruditiſſimus, an Lucianus *veſtem* vel *diadema* iis verbis intellexerit, ἢ ὁλοπόρφυρον Κάνδυν προσῆλθεν, καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, *vel ſperauit Candyn purpureum, vel Torquem aureum,* nempe ab Artaxerxe, de quo ibidem mentio. Nihil enim ibi quo *Diadema* deſignetur, ſed quibus dona Perſarum Regum haud inſueta, *Candys purpureus,* aliorum quidem apud Perſas, præter Reges, ut ea de re Pollux, veſtis; &

Lib. IV. c. 3.

Perſ. v. 1036. & 1037.

Dial. Mort. p. 294. Tom. I.

Inſt. Cyr. lib. VIII. cap. III. §. 5.

De Coronis lib. X. cap. 3.

Quom. Conſer. Hiſt. p. 630. Tom. I.

torquis aureus, ab iiſdem Regibus dari tantum, ut paullo ante e Xenophonte diximus, ſolitus. Καυνάκλιν vero dici alias Perſarum *lænam*, eamque Περσίδα inde appellatam, docet Ariſtophanes, & cuius ea de re locum vidit iam illuſtris Briſſonius:

Veſp. p. 512. Οἱ μὲν καλοῦσι Περσίδ', οἱ δ' Καυνάκλιν,

Quod Perſida quidem illi nominant, alii vero Caunacem: ubi Critici: Καυνάκης δ', Lib. VII. c. 13. χλαῖναι Περσικαὶ, *Caunace vero, læna Perſica:* emendandus vero Pollux, apud quem Καυδάκης, ubi ad hunc Comici locum reſpicit, pro Καυακάκης hactenus Scal. Coniect. ad lib. IV. legitur; ac vidiſſe iam ad Varronem τὴν παῦν animaduerto. Verum quod amiculi Perſici genus, non Regium utique, ſed aptum arcendo frigori; ac, ut hoc addam, quas Καυνάκας e murum in Babylonia pellibus, quas ad Per- Lib. XVII. cap. 17. ſas inſtitores veherent, confectas tradit de animalibus Ælianus.

5. *De* Stella *in nummis* Arſacidarum.

Neque vero omitti hic debet adſpectus STELLÆ illius, ſeu Aſtri in eadem Chlamyde horum Arſacidarum, quos duo ſuperiores nummi exhibent, depicti; immo quibus opportune addi hic debet alterius Parthorum Regis, in præclaro Regiæ Gallorum Gazæ nummo, effigies: cuius nempe caput diademate itidem cinctum inter duas Stellas, ac dimidiam Lunam, cernitur.

Id vero inde factum licet omnino ſtatuere, quod primus illius imperii fundator ARSACES, ſolemni poſt obitum ritu fuerit a Parthis conſecratus, ac Aſtris inſertus; inde autem ſequuti eum Arſacidæ ſeu Parthorum Reges, *Participes Siderum*, immo *Fratres Solis & Lunæ* appellari voluerint. Docet id nos duobus inſignibus eam in rem locis Ammianus Marcellinus; uno, ubi poſt memoratum prioris illius Arſacis, relicta ingentis nominis fama, obitum, Lib. XXIII. cap. 6. addit: *certatimque Summatum & vulgi ſententiis concinentibus*, ASTRIS (*ut ipſi exiſtimant*) *ritus ſui conſecratione permiſtus eſt* OMNIUM PRIMUS. *Unde ad id tempus* REGES *eiuſdem gentis prætumidi, appellari ſe patiuntur* SOLIS FRATRES ET LUNÆ. Immo cuius appellationis, & quidem a Perſarum Regibus, qui Arſacidarum imperium ac ſolium poſtea obtinuerant, retentæ, illuſtre exemplum exhibuerat iam ante idem Ammianus: ubi nempe ab initio Epiſtolæ, quam adfert, Saporis Perſarum Regis ad Conſtantium Im- Lib. XVII. c. 5. peratorem ſcriptæ legitur: *Rex Regum Sapor*, PARTICEPS SIDERUM, FRATER SOLIS ET LUNÆ, *Conſtantio Cæſari Fratri meo ſalutem.* Unde & numnis hiſce Arſacidarum præclara lux continuo accedit, & grauiſſimo ſcriptori Ammiano, qui ex iis etiam haud parum illuſtratur, fides & auctoritas conſtat. Immo quod ex adductis ad poſtremum hunc Ammiani locum a doctiſſimo Valeſio, alterius Perſarum Regis Choſrois, apud Theophylactum verbis firmatur; ubi inter alios titulos, quorum facta iam a nobis, ubi

de

de Deo Epiphane agebatur, mentio, iſte poſtremo loco additur: Ἡλίῳ σωτῆρι, καὶ τῇ νυκτὶ χαριζόμενος τὰ ὄμματα. *cum Sole exoriens, & nocti oculos* ſeu lumina *largiens*; quod idem, iuxta Valeſium, ac ſi dixiſſet *Frater Solis & Lunæ*. Mitto quod ipſam; de qua modo egimus, Parthicam, ſeu Perſicam *Tiaram, lunatam* vocat, ut viderunt iam alii, Sidonius Apollinaris: Theophil. Sinocatt. lib. IV. Pacichal. de Coron. lib. X. c. 2.

Flectit Achæmenius lunatam *Perſa* tiaram: Paryr. Arthom. v. 51.

quod nempe rotundæ eſſent eædem ac diuiſæ Tiaræ, quas ambiret, & quo redimitum erat caput, ut arguunt adductæ ſupra icones, Diadema. Quomodo etiam Tiaram ab Hieronymo dici itidem vidimus: *rotundum pileolum, quaſi* SPHÆRA *ſit* DIUISA, *ut pars altera ponatur in capite*: unde illud Sidonii de *lunata tiara* haud parum illuſtratur. Epiſt. ad Fal. lol.

II. *De* TITULIS & COGNOMINIBUS *eorundem* ARSACIDARUM.

Verum alios, quibus *prætumidi* illi, ut de iis modo Ammianus, ARSACIDÆ, ſe appellari ſunt paſſi, titulos, variaque cognomina nobis ante oculos ponunt inſignes eorum nummi. Inter quos occurrit continuo ARSACIS inditum iis a primo illius Parthici imperii conditore, ac ad eius ſucceſſores, (uti ea de re iam ante, ac dicto paullo ante loco, Ammianus) propagatum dein nomen. Unde Parthos σφόδρα φιλάρσακας, *valde Arſacum amantes* vocat Strabo; alibi, omnes Parthorum Reges *Arſacas* nominari, priuatim, alium *Oraclem*, alium *Phraatem*, alium aliter: ac inde *Arſacia aula*, pro Parthorum Regia apud Martialem: I. *De cognomine* ARSACIS. Lib. XI. pag. 749. Lib. XV. pag. 702.

Scis quid in Arſacia Pacorus deliberet aula. Lib. IX. Epig. 36.

Adeo quidem, ut ſequiori æuo, & quum a Parthis ad Perſas pridem ante rediiſſet illius in Oriente imperii maieſtas, ARSACIS & ARSACIDARUM fiat mentio: uti apud Symmachum in Epiſtola ad Theodoſium & Arcadium Imperatores: *Veſter triumphus* ARSACIDAS *poſt tergum reuinctos, & gazas victæ Babylonis occupat*: ac apud Sidonium, *ipſe hic Parthicus Arſaces precatur*. Quæ autem huius nominis Parthorum Regibus conſueti ratio id incommodi hic præſtat, quod inde ad quem ex iis ARSACEM referri debeant iidem nummi, haud continuo liqueat. Ac primum quidem ARSACEM ſignari eo, quem adtulit nummo, exiſtimat Triſtanus; idque inde, quod nullum aliud addatur ei, quod ille tulerit, nomen, puta *Phraatis, Orodis, Artabani*, aut ſimile; & quod in auerſa nummi parte Pallas eidem diadema, quod fundatorem illius imperii continuo arguit, offerre conſpiciatur; addito etiam menſe Syro-Macedonum, quo is diademate fuerit primum reuinctus, *Gorpiæo*. Verum exſtant adhuc alii horum Regum nummi, cum diuerſis etiam typis, qui unum quoque Regium ARSACIS nomen, præter alia cognomina, exhibent; quos tamen nemo ad unum eundemque *Arſacem* referendos ſtatuet. Quomodo etiam *Vologeſes* ex Arſacidarum ſtirpe, litteris ad Veſpaſianum ſcriptis, unum *Arſacis* in iis nomen, ut apud Dionem Caſſium legitur, adſumit: Βασιλεὺς Βασιλέων Ἀρσάκης Φλαυίῳ Οὐεσπασιανῷ Χαίρειν, *Rex Regum Arſaces Flauio Veſpaſiano Salutem*. E cuius alioquin *Vologeſi* ſucceſſoribus, unus ſolo ΒΟΛΑΓΑΖΟΥ, citra ΑΡΣΑΚΟΥ appellationem, nomine, in præclaro eius nummo, de quo mox, ſignatur. Adde, quod in altero, & quem e cimeliis Mæcenatis ſui, magnæ dignationis Comitis Schwartzburgici, protulit eximius Morellus, nummo; non diadema, ſed palmæ ramum offe- Lib. IX. Epiſt. 9. Tom. II. pag. 84. 85. Lib. LXVI. pag. 750. Specim. Tab. XXIII.

rat

rat ſedenti Regi ſtans mulier cum calatho in capite, & cornucopiæ in manu ſiniſtra. Accedit, & quod hic palmarium, ac nobilem Antiquarium fugit, poſt primi demum, ut paullo ante vidimus, ARSACIS, Aſtris apud Parthos inſerti obitum, id a poſteris eius dein uſurpatum, ut ſe, continuo *Participes Siderum, ac Fratres Solis & Lunæ* nuncuparent: idque in eorum nummis, depictis Aſtrorum ſymbolis, tradi etiam & conſignari voluerint. Unde eos, in quibus Aſtra id genus conſpiciuntur, Parthorum Regum nummos, qualis etiam ille a Triſtano adductus, ad primum *Arſacem* referri haud poſſe continuo liquet. Mitto quod minus forte veriſimile videatur, a primo illo *Arſace*, qui excuſſo Macedonum iugo, Parthiæ regnum inuaſit, adſumptum protinus fuiſſe in illius imperii auſpiciis, quem idem nummus venditat, ambitioſum *Regis Regum* titulum. Neque idonee etiam conſtat, an ſecundo ARSACI, ſeu prioris filio, late propagati imperii finibus ac victoriis inclyto, quod optimo eximioque Morello videbatur, adſcribi debeant iidem adducti, nec inter ſe diſſimiles, a Triſtano ac ab eodem Morello nummi. A quibus utique diuerſus, ac ad alium proinde *Arſacem* referendus, poſtremus, qui exſtat in Theſauris Gallorum Regiis, cum ΑΡΣΑΚΟΥ itidem nomine, nummus. Eam certe *Arſacidarum* ſeriem, ut confuſam aut vulgo ignotam tradere refugit illuſtris Scaliger: quod tamen ab Onuphrio iam ante, ac ab aliis dein eruditis, uti Schickardo, Triſtano, & Adamo Ruperto ad Beſoldum factum videas: & a quo poſtremo decem Parthorum Reges ARSACIDÆ, uſque ad Auguſtum, e Juſtino potiſſimum, Trogi Prologis, & Georgio Syncello in Græcis Euſebianis enumerantur: ſed quod, ſicut in limine huius Diſſertationis diximus, non eſt iam huius loci, vel inſtituti.

Specim. pag. 230.

a Iſag. Chron. lib. III. p. 325.
b In Tarich.
c Tom. II. pag. 83.
d Regn. Parthicum Obſerv. c. XIII.

2. *De titulo* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ.

Inter titulos vero ab iiſdem ARSACIDIS adſumptos, primus continuo, ac ipſi ΑΡΣΑΚΟΥ nomini præmiſſus legitur, ſuperbus ille ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ *Regis Regum* titulus; ſicut in memorata itidem paullo ante Vologeſi ad Veſpaſianum apud Dionem epiſtola. Hanc autem REGIS REGUM appellationem a Perſis ad Parthorum Reges, & ab his rurſus ad Perſas rediiſſe, tralatitium nimis, quam ut probatione indigeat. Neque minus obuium, ſolo REGIS nomine, citra aliam gentium, quibus imperarent, appellationem, coſdem Perſarum Reges ab aliis Scriptoribus Græcis frequenter deſignati. Illud vero ſua ætate inſuetum, iis utique, qui in Romano imperio degebant, obſeruo apud Chryſoſtomum: ὥσπερ γὰρ ὅταν λέγωμεν ΠΕΡΣΩΝ ΒΑΣΙΛΕΑ, οὐχ ἁπλῶς ΒΑΣΙΛΕΑ καλοῦμεν, ἀλλὰ τὸ ΤΩΝ ΠΕΡΣΩΝ προσθέμεν, καὶ τὸν τῶν Ἀρμενίων ὁμοίως *ſicuti enim quando mentio incidit* PERSARUM REGIS, *non ſimpliciter* REGEM *dicimus, ſed* PERSARUM *addimus, & ſimiliter de Armeniorum Rege.* Quamquam Græci non ſolum aut Barbari, qui vulgo ſtupent in titulis, ſed Romani etiam Scriptores, ipſum REGIS REGUM titulum non veriti ſint *Arſacidis* tribuere; ut ex Suetonio in Caligula, Dione Cocceiano, aliiſque liquet: nempe

In Pſalm. XLIV. pag. 631. T. II edit. Savil.

Cap. III.

Lib. XXXVII. pag. 31.

Claudian. in Eutrop. lib. I. v. 415.

——— *Arſacio poſtquam ſe Regia faſtu*
Suſtulit.

Ita ut eundem titulum præter Auctores & Nummos, Marmora quoque iis largiantur in præclara Inſcriptione, quam vidit iam olim illuſtris Scaliger, in qua duo Phraatis liberi obſides Romam miſſi, PHRAATIS ARSACIS REGIS REGUM FILII, Romano etiam ſermone, citra ambages vocantur.

Iſag. Chron. lib. III. p. 323.

Immo

Immo nec abſtinuiſſe inuidioſa quamquam appellatione Parthorum Reges, in litteris ad Romanorum Duces aut Cæſares etiam ſcriptis, ſatis conſtat: ut ex Epiſtola [a] *Phraatis* ad Pompeium; alterius [b] *Phraatis* ad Auguſtum; [c] *Vologeſi* ad Veſpaſianum; [d] *Saporis* ad Conſtantium; & [e] *Hormiſdæ* denique ad Juſtinianum, apud Dionem, Ammianum, ac Menandrum Protectorem licet adhuc obſeruare. Nec tamen iis idem titulus a Romanis Ducibus vel Imperatoribus eſt continuo delatus; ut ex reſponſo Pompeii, & litteris Auguſti ad *Phraatem*, & Conſtantii ad *Saporem*, videre eſt apud eoſdem Auctores, ac inſuper apud Plutarchum in [f] Pompeio. Unum forte excipias Veſpaſianum, quem a *Vologeſo* litteris compellatum paullo ante vidimus, REX REGUM *Arſaces, Flauio Veſpaſiano ſalutem*, eidem totidem verbis reſpondiſſe, nullo ex imperatoriis nominibus adſumpto, auctor eſt iterum Dio: qua in re moderatior nempe exſtitit Alexandro, qui Darii litteris haud leuiter offenſus, quod ſibi *Regis* titulum, nec eundem Alexandri nomini adſcripſerat. Exſtat vero, & cuius iam ante facta eſt obiter mentio, ac unde alibi corruptum apud Auctores Græcum alterius *Vologeſi*, Parthorum itidem Regis, nomen emendabamus, alius ſingularis omnino nummus, a me inter cimelia Principis Auguſti Chiſii Romæ tuo ductu, quod recordaris, opinor, inſpecta, viſus, cum inſcriptione ΒΑCΙΛΕΩC ΒΑCΙΛΕΩΝ ΒΟΛΑΓΑCΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥC ΚΑΙ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟC, *Regis Regum Bolagaſi* (Romanis Scriptoribus *Vologeſi*) *Epiphanis Et Philellenis*. Geminum quidem vidiſſe Goltzium colligo, ſed cuius veram lectionem, ut ſæpe alias, non eſt adſequutus; ut apud eum diuinare illam potius, quam conuicere liceat. Ad hunc enim refero, quem ſub corrupto nomine ut iam ante diximus deſcribit, ΑΝΤΟΛΑΓΑC, pro ΒΟΛΑΓΑCΟΥ, cum reliquis cæteroquin epithetis *Regis Regum, Epiphanis, & Philellenis*. Eiuſdem vero *Vologeſi* nummi, illiuſque, ut eum vocat, *Perſici*, verius *Parthici*, iconem a Cl. Patino dein opportune vulgatam, haud ignoras, opinor; quem & ſatis longa commentatione illuſtrare adgreſſus eſt: additque in fine, eum, ſi non fallit coniectura, ad *Vologeſem*, unum ex Arſacidis eſſe referendum; adductis variis & corruptis illius nominis apud Græcos Auctores appellationibus. Qua de re autem, aliiſque nonnullis, quæ ibidem leguntur, actum iam a me fuerat in huius operis, quod anno ante prodierat, editione; & quæ etiam ut diximus, partim in ſecunda huius operis Diſſertatione, partim paullo ante denuo tradita reperiet Lector: quem inſuper præclari illius nummi conſpectu, quo alia a me modo adducta illuſtrantur, haud defraudandum puto:

[a] Dio Caſſ. lib. xxxv. p. 32.
[b] Idem lib. lv. pag. 555.
[c] Idem lib. lxvi. p. 750.
[d] Am. Marcell. lib. xvii. c. 2.
[e] Menand. Protect. pag. 137. edit. Reg.
[f] Pag. 639.

Ut ſupra lib. lxvi. pag. 750. Curtius lib. iv. cap. 7.

Supra p. 126.

In Theſauro.

Theſaur. Numiſm. p. 209. & ad Sueton. ad Caligul. c. 5

Pag. 126.

Rotundám utique, haud vero quadrangularem Tiaram exhibet quoque idem nummus; eoſdemque inſuper, quos in ſuperioribus Arſacidarum nummis conſignatos vidimus, & de quibus hic agitur, titulos. Accedunt, & de quibus ſilet celebris Antiquarius, literæ ANY inſuper additæ, quæ Annos indicant CCCCLI; unde, & ex adductis paullo ante aliorum Arſacidarum nummis, cum Aera in uno adſcripta HY ſeu CCCCVIII; in altero autem, quem ſupra e Regia Gallorum Gaza protulimus, AKY, ſeu CCCCXXI; Parthorum inde Epocha, a primo nempe Parthici illius imperii conditore Arſace, continuo illuſtratur. Quum vero duplex eiuſdem Aeræ Parthicæ initium a Chronologis ſtatuatur: nempe unum a prima illius Arſacis defectione, atque ita ab Olympiade CXXXII 3. ſeu Urbis Conditæ DIIII, aut iuxta Euſebium, Olymp. CXXXIIII. ac proinde V. C. DVI: hinc ſat liquet ad quos eiuſdem Urbis Conditæ, ac Imperatorum, qui tum regnabant, annos referri iidem nummi Parthici cum adſcriptis illis Aeris debeant. Prior nempe cum Aera HY, ſeu Annorum CCCCVIII, ad poſtremos Antonini Pii annos, ſeu imperii XXII, aut iuxta Euſebium, ad M. Aurelii ac L. Ver. annum: alter, cum Aera ΓKY ſeu annorum CCCCXXIII, ad annum imperii Marci& Veri XIII: aut iuxta Euſebium XV; tertius vero, ſeu adductus modo *Bolageſi* ſeu *Vologeſi* nummus cum Aera ANY, ſeu CCCCLI, ad annum imperantis Seueri X. ſeu iuxta Euſebium XII. Si vero alterius Epochæ decennio circiter recentioris ab Arſacis filii de Seleuco Callinico victoctoria, ratio haberi forte meretur; facilis inde & obuius iniri poteſt annorum Imperii Rom. Cæſarum calculus, ad quos continuo referri iidem nummi debeant. Et hæc ſcripſeram, quum occurrit forte adductus ab eximio Baudelot ac inde à Cl. Harduino alterius Parthici. Regis nummus, prioribus modo adductis haud tamen vetuſtior, ut ex adſcripta in eodem Aera liquet: nempe cum litteris ante caput ipſius Arſacidæ ΔOP, h. e. Anno CLXXIV, ac proinde Anno Urbis Conditæ DCLXXVIII, qui incidit in tempus belli in Hiſpania a Metello & Pompeio contra Sertorium & Perpennam geſti. Et hoc obiter. Neque enim id iam agimus, ut Chronologicis diſquiſitionibus hic immorenur; quod erit alterius operæ iam adfectæ argumentum, ſi Deus ſat virium, otii, aut temporis largiatur, in hac deuexa iam ætate; quæ cæteroquin altiora cogitare ac moliri non ſuadet ſolum, ſed compellit. Id vero præterire hic non licet, quod vir eruditiſſimus aliud Arſacidarum initium, ultro, ut ibi agnoſcit, ac nullo proinde Auctore, ſtatuit, nempe Anno CX Græcorum ſeu Æræ Seleucidarum: ipſam vero Æram, in nummis Vologeſi modo adducti, ſignatam ANY ſeu CCCCLI, ducto ab Æræ Græorum initio, ad primum Antonini Pii annum refert. Quæ, & quod una nitantur viri eruditi quamquam & ſagacis coniectura, præter inſtitutum hic meum, pluribus nunc expendere vel impugnare ſuperſedo. Fruſtra utique eundem *Vologeſum*, alium ab *Arſacidarum* ſtirpe ac ordine, eumque, non iuxta eoſdem Babyloniæ, ſed Parthicæ ſcilicet Adiabenicæ Regem exſtitiſſe contendit. Eadem certe videas in *Vologeſi* huius nummo, quæ in adductis paullo ante *Arſacidarum* nummis; Tiaram conſimilem; eundem typum in auerſa nummi parte ſedentis Regis, & ſtantis figuræ coronam ei offerentis; eandemque præterea titulorum, & peculiarem quidem, quam eorundem Arſacidarum nummi præferunt, congeriem: idque inſuper palmarium, quod alter *Vologeſus*, haud alio, ut paullo ante vidimus, quam ipſum ARSACIS nomen

Juſtin. lib. XLI cap. 4. Chron. pag. 141. P. II.

Adam. Rupert. Obſerv. ad Beſoldum cap. XIII.

Utilité des Voyages pag. 605. Tom. II. Chronol. V. T. pag. 212.

Harduinus Chronol. V.T. pag. 213. 217. & 228.

nonten inſcribat ſuis ad Veſpaſianum litteris. Adde adductos modo ſimilis quoque Æræ annos; ut HY, & ANT, ſeu CCCCVIII, & CCCCLI; eoſque ſignatos in iis nummis, qui *Arſacidas*, iuxta virum doctum, *Babylonios* procul dubio, venditant; inſcriptos quippe APΣAKOY. Unde vero duplex hic Parthorum imperium, idque Antoninorum ætate, ſtatuit vir doctus: unum nempe Arſacidarum Babylonicum; alterum Parthiæ Adiabenicæ, me equidem latet. Adiabenos Aſſyriæ, ut notum, gentem, ab ea vero poſtea, iuxta Ammianum Marcellinum, diſtinctam, proprium olim, ſicut Oſroënos itidem trans Euphratem, Regem habuiſſe, vel ex Joſepho conſtat: neque tamen, quod vel ex eo ſat liquet, eundem Parthum, uti nec Parthis obnoxium, licet imperii amplitudine & maieſtate Arſacidis longe inferiorem. *Babylonia* vero cur ea ætate dicatur *Arſacidarum* regnum, ac ubi, iuxta eundem Harduinum, cuſi ſint alii inſcripti Parthicis litteris Arſacidarum nummi, haud magis capio: qua nempe, ætate exhauſta pridem Babylone, ut de ea Plinius, & in ſolitudinem vicinia Seleuciæ redacta, & iuxta Pauſaniam, (eiuſdem æui, quo ille Vologeſis nummus, ſcriptorem) cuius nihil præter mœnia ſupereſſent: eiuſdem vero imperii ſedes & capita eſſent eadem ætate Seleucia & Cteſiphon; ipſa autem regio *Aſſyriæ* nomine, non *Babyloniæ* tum appellata. Accedit, quod, *Adiabenorum* regionem ingreſſus quidem dicatur ab Herodiano Seuerus, ac a Dione bellum, quod a Romanis deſeciſſent, iis intuliſſe; ac præterea ADIAB ſeu *Adiabenici* titulus, præter PARTHICUM, legatur etiam in aliquot eiuſdem Seueri nummis & inſcriptionibus antiquis, uti quoque in Traiani nummo, quem deſcripſerunt itidem celebres Antiquarii. Quum *Vologeſi* tamen nomine, Parthorum tum Regem, quique Cteſiphonte, *Arſacidarum*, ut notum, ac modo diximus, Regia a Seuero capta, aufugerat, vocat haud uno loco Dio; cuique mox pacis cauſſa Armeniæ partem idem Seuerus dederit. Mitto, quod alterius antea *Vologeſi*, non ut Adiabenici Reguli, ſed ut Parthici quoque *Arſacidæ*, cum iam ante & quod fugere non potuit virum eruditione præſtantem, in rebus Claudii, Neronis, ac Veſpaſiani fiat apud [a] Tacitum, [b] Tranquillum, [c] Dionem, & [d] Aur. Victorem mentio: tum ſub Antoninis Marco & Vero, a quo deuicto Parthorum etiam tum Rege *Vologeſo*, PARTHICI cognomen eſt iis quoque inditum: prout illius eo nomine Regem *Arſacidam*, non autem diuerſum ab eo *Adiabenicum*, a [e] Dione & [f] Capitolino in M. Aurelio, tum a [g] Luciano, coæuo iis Imperatoribus Scriptore, commemorari ſat conſtat.

Lib. XXIII. cap. 6. Antiq lib. XII. cap. 11. & Bell Jud. lib. II. cap. 16.

Lib. VI.

Lib. VIII. pag. 509.

Lib. II. c. 18. Lib. LXV.

Ut ſupra.

a Ann. XII. 14. XV. Var. Hiſt. IV. 51.
b In Neron. cap. VII. Veſp. cap. VI.
c Lib. LXIII.
d In Cæſarib. cap. II.
e Lib. LXXI.
f Cap. VIII.
g Quom. Conſcr. Hiſt. pag. 615. 624. T. I.

Ipſam vero REGIS REGUM appellationem quod adtinet, quæ in VOLOGESI huius nummo, ſicut in aliorum ARSACIDARUM nummis ſupra adductis legitur, eam Arſaci haud largitur terror ille quondam Aſiæ Mithridates, pari cum eo iure agens in fronte litterarum ad eum ſcriptarum *Rex Mithridates Regi Arſaci*. Illuſtre quidem exemplum Choſrois Perſarum Regis, ſed profugi, ut ſupra innuimus, & opis indigi, apud Simocattam obſeruo; qui litteris ad Mauritium Imperatorem ſcriptis, non ſolum ab ea REGIS REGUM appellatione abſtinet; ſed filium etiam ſe illius Auguſti & ſupplicem vocat, ac omnia ſupremæ Maieſtatis elogia plena manu in eum congerit. Idem tamen Choſroes, ad Sergium Martyrem ſcribens, ſolitam *Regis Regum* appellationem retinet, quæ Perſarum lingua SAANSAAN dicebatur. Id enim nos docuit Ammianus: *Perſæ Saporem* SAANSAAN *appellabant, & Pyroſem, quod* REX REGIBUS *imperans, & bellorum victor.*

Sallust. in Fragm.

Theophyl. Simoc. p. 185. ed. Reg.

Ibid. lib. V. c. 4.

Lib. XIX. c. 2.

Saa

Saa nempe *Regem* aut *Dominum* apud Persas notat, quod obseruarunt iam eruditi; unde non solum Vararanes Persarum Rex, ut vidit iam ad Ammianum doctissimus Valesius, Σιγανσάα dictus, hoc est *Segestanorum Rex*, teste Agathia, sed, eodem Auctore Sapor est Κιρμασάα appellatus, ob gentem Cerma a patre deuictam. Cæterum Persis Rex Βίγαξ dictus, iuxta Hesychium, Βίγαξ ὁ Βασιλεὺς παρὰ Πέρσαις. Nec tamen eadem *Saansaan*, seu *Regis Regum* appellatio, ita Parthorum aut Persarum Regibus adhæsit, ut supra innuentem audiuimus Dionem Prusæensem; ut ad eorum exemplum alii nonnulli Barbarorum Reges eandem sibi aliquando non vindicarent. Immo ut mittam antiquiorem iisdem Nabuchodonosorem, eodem titulo compellatum a Daniele; immo quem Babyloniorum demum Regibus proprium exstitisse contendit vir doctus: quum tamen vetustissimi Ægyptiorum Reges eodem etiam legantur ornati, & constet ex aliquot eorum elogiis apud Diodorum, ac isto inter alia de Seysosi seu Sesostri, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΚΑΙ ΔΕΣΠΟΤΗΣ ΔΕΣΠΟΤΩΝ ΣΕΣΟΩΣΙΣ, *Rex Regum & Dominus Dominorum Sesostris*. Quod postremum docet, non nouam in eo tractu *Domini Dominorum*, aut *Dominantium* appellationem, quam sibi vindicat pari fastu hodiernus Ægypti & Thraciæ Tyrannus. Alias & Priamus, ac antiqui Troiæ Domini, a [a] Strabone; & Agamemnon a [b] Liuio, ac [c] Seneca Tragico; & Tigranes apud [d] Plutarchum, ac [e] Appianum, REGES REGUM dicti: immo postremum Lucullo, omisso *Imperatoris* nomine, nihil respondisse, quod ab eo REGIS REGUM titulo non fuisset prior in litteris compellatus, cum alibi ab eodem [f] Plutarcho, tum a Memnone apud [g] Photium traditur. TIGRANEM vero quod attinet, adducitur a celebri Antiquario in [h] Historia Regum Syriæ insignis quidam nummus, in quo illa ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ appellatio ei tribuitur. An vero figura natans medio corpore virilis, quam dextro pede calcat sedens cum palma Mulier, non *Euphratem*, aut *Tigrim*, ut de eadem figura in alio Tigranis nummo itidem obuio olim conieceram; sed *Orontem*, iuxta eundem præstantem virum, indicet, ad quem sita erat, ut notum, quam mulier illa adumbret, Antiochia, haud liquere arbitror. Frequens enim ille, qui in his Tigranis nummis typus, in aliis quam in *Antiochensium* nummis, uti *Edessæ*, *Samosatorum*, aliarumq; in Syria, vel Mesopotamia ad Euphratem urbium. Sed quod non est iam huius loci. Sic PHARNACES dictus quoque in singulari nummo, de quo paullo post, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ. Exemplo autem & more antiquissimorum Ægypti Regum paullo ante indicato, Antonii CLEOPATRA, superbo quoque REGINÆ REGUM nomine decorata apud Dionem legitur, & eiusdem filius Cæsario, e Jul Cæsare scilicet genitus; REX REGUM etiam renuntiatus, ἐκεῖνόν τε (scil. M. Antonius) ΒΑΣΙΛΙΔΑ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, τὸν δὲ Πτολεμαῖον, ὃν Καισαρίωνα ἐπωνόμαζον, ΒΑΣΙΛΕΑ ΒΑΣΙΛΕΩΝ καλεῖσθαι ἐκέλευσε, *illam vero* REGINAM REGUM, *Ptolemæum autem, Cæsarionem cognominatum*, REGEM REGUM *vocari iussit*. Prioris vero illustre exemplum Nummi etiamnum exhibent cum inscr. REGINÆ REGUM FILIORUM REGUM CLEOPATRÆ: unde satis liquet errasse, ut bene iam ab aliis ad hunc locum adnotatum, qui ibi apud Dionem, Βασιλίδα Βασιλίδων, pro Βασιλέων, seu *Reginam Reginarum*, potius quam *Regum*, legendum contendebant. At quod non perinde obuium, eandem etiam REGIS REGUM appellationem sequiori æuo vel ambiuisse Romanorum Cæsares, vel ultro iis delatam, liquet ex Gregorio Nazianzeno; ubi de Constantio verba facit,

Lib. IV. p. 135. ed. Reg. Ibidem p. 136.

Dan. XI. v. 37.

Harduinus Chronol. V. T. pag. 219.

Lib. I. p. 35.

a Lib. XIII. p. 596.
b Lib. XLV. c. 27.
c In Agam. v. 39.
d In Lucullo pag. 170.
e Syriac. p. 118.
f In Lucullo p. 505.
g Biblioth. p. 345.
h Vaillant. p. 400.

Lib. XLIX. pag. 416.

facit, ἐ τὸ ΒΑΣΙΛΕΑ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ἐ εἶ, ἐ νομίζεσθαι, *Nec quod* REX REGUM *& eſſet, & appellaretur.* Potiori certe iure, quam Hannibalianus frater Delmatii, qui Rex Ponticarum gentium a Conſtantino renuntiatus, REX REGUM in Excerptis de eodem Conſtantino, a doctiſſimo Valeſio editis, vocatur. Nata autem eſt hæc REGIS REGUM appellatio, aut quod Regibus imperarent, iuxta Ammianum Marcellinum; quo ſenſu *Princeps Principum* Domitianus dicitur apud Martialem; & apud Ouidium Agamemnon *Dux Ducum*, hoc eſt iuxta Latinum Tragicum, *ductor Agamemnon ducum*; ſicut in Nouellis noui Prouinciarum Præſides, *Judices Judicum* dicti, *& Prouinciæ Præſes videbitur quidam Judex Judicum*; reſpectu nempe Defenſorum Ciuitatum, aliorumque inferiorum Judicum ſeu pedaneorum, quos habebant ſibi obnoxios. Quo ſenſu certe REX REGUM optimo iure dici potuit Rex ille Indorum; qui, auctore Nicolao Damaſceno apud Strabonem, in Syriam ad Auguſtum profectus, ſexcentorum Regum Dominum ſeſe vocare non dubitabat; & quo alias titulo prudenter Alexandrum abſtinuiſſe docet alicubi Plutarchus. Subinde vero ita dicti, ut non tam imperium ſibi in alios Reges, quam primatum inter eoſdem tribuerent: aut ſingularem quandam felicitatem ea appellatione venditarent: quomodo *Rex Regum* dicitur Atreus apud Senecam, *O me cœlitum excelſiſſimum,* REGUMQUE REGEM! & apud Horatium:

Liber, honoratus, pulcher, REX *denique* REGUM.

Sicut priori ſenſu *Conſul Conſulum* in veteri Elogio, & *Pater Patrum ac Epiſcopus Epiſcoporum* Tricaſſinus Antiſtes apud Sidonium; hoc eſt, primi & maxime conſpicui inter Reges, Conſules, Patres, Epiſcopos. De hoc certe poſtremo non ſinit nos dubitare ipſe Sidonius, qui de eodem loquens Antiſtite: *egone,* inquit, *cum ſis procul dubio* PRIMUS *omnium toto qua patet orbe Pontificum.* Unde & illuſtrandus venit vexatus ille apud Tertullianum *Epiſcopi Epiſcoporum* locus, ſeu vere, ſeu ironice appellati. *Primus* nempe iuxta Sidonium, non *Dominus*; ſicut Athenæ iam olim Ἑλλάδος Ἑλλάς dictæ, & Calaris Sardiniæ Metropolis, *Urbs Urbium* apud Florum; hoc eſt πρώτη Ἑλλάδος, ac πρώτη πόλεων, *prima* nempe *Græciæ*, aut *prima urbium*, quemadmodum Prouinciarum Metropoles crebro vocantur apud Græcos & Romanos ſcriptores; quo ſenſu etiam Narbo & Tholoſa *principatum urbium tenere* dicuntur Ammiano: & qui frequens, qua de re poſtea, ubi de id genus Metropolibus agetur, eorum verborum uſus in Codice Theodoſiano ac Nouellis. Sic, quod nec prætereundum hoc loco, antiquiſſimis Saliorum carminibus Janum Patrem cani ſolitum *Deorum Deum*, obſeruat Macrobius; hoc eſt quaſi Deorum primum & vetuſtiſſimum, ſicut ille ab Herodiano vocatur, Saturno certe coæuum; aut forte, quod primus Auctor fuerit Deorum cultus, ut de eodem paullo ante ex Xenone tradiderat idem Macrobius: *Janum in Italia* PRIMUM *Diis Templa feciſſe, & ritus inſtituiſſe ſacrorum*, non autem quod in alios Deos imperium haberet. Sic vulgo olim Platonici, uti Hierocles in aurea carmina, ubi de ſummo Deo agit: τὸν δημιουργὸν μόνον Θεὸν ὃν ΘΕΟΝ ΘΕΩΝ ἄν τίπτε τις, ἐ Θεὸν ὕπατον ἐ ἄριστον, *Creatorem ſolum Deum, quem* DEUM DEORUM *dixerit aliquis, & Deum ſummum & optimum.* Quomodo de eodem primo ac ſummo Deo alii e Gentilibus, ut Plotinus, Βασιλεὺς Βασιλέως, ἐ Βασιλέων, *Rex Regis & Regum*: Jamblichus: ἀρχὴ γὰρ ὅτου, ἐ ΘΕΟΣ

Orat. 1 in Julian. p. 64 ed. Gr. Lat. Pariſ.

Pag. 508. in ult. ed. Am. Marcell.

Lib. VIII. Epiſt. 4.

Heroid. Epiſt. VIII. v. 54.

Novell. XV. lib. II.

Lib. XV. p. 719.

In Demetrio p. 900.

Thyeſt. v. 910.

Lib. V. Epiſt. 1. v. 107.

Lib. V. Epiſt. 1.

Ibid. Epiſt. 11

De Pudicitia cap. 1.

Lib. II. cap. 6.

Lib. XV. cap. II.

Saturn. lib. 1. cap. 9.

Lib. 1. cap. 49.

Ut ſupra.

Enead. lib. V. cap. VIII. p. 512.

De Myſter. Sect. VIII. cap. II. pag. 158.

Cap. xxxviii. pag. 210. edit. Lond. ΘΕΟΣ ΘΕΩΝ *principium enim ille, & Deus Deorum*: a Simplicio ad Epictetum, ἀρχὴ ἀρχῶν, καὶ ΘΕΟΣ ΘΕΩΝ, *principium principiorum, & Deus Deorum.* Immo quomodo iam olim Juppiter apud Æschylum inuocatur:

Suppl. v. 533. Ἄναξ ἀνάκτων, μακάρων
Μακάρτατε, καὶ τελείων
Τελειότατον κράτος, ὖλβιε Ζεῦ.

Rex Regum, Beatorum Beatissime, & Perfectorum Perfectissima Potestas, beate Juppiter. Quo nomine nempe dictus Horatio *Rex Deorum Juppiter*; quod cum e Pindaro, ut alia passim, expressisse video, qui Jouem alicubi Βασιλέα Θεῶν itidem vocat. Ut iam mittam notas *Dei Deorum, Domini Dominorum*, *Dei Regis Regum*, & *Domini Dominantium* tributas vero & uni Deo in sacro Fœdere appellationes, ac similiter in Macchabæorum libris. Cæterum Persarum, ut hoc addam exemplo, quibus fuit quodammodo peculiaris illa *Saansaan*, seu REGIS REGUM appellatio, Turcæ quoquæ *Sultanum* suum eodem consilio peculiari voce nuncuparunt; ut de postremis obseruat Bryennius Cæsar ab eruditissimo Possino vulgatus, ΣΟΥΛΤΑΝΟΝ ἢ ΣΤΡΑΓΓΟΛΙΠΙΔΑ ὀνομάσαντες, ὅπερ σημαίνει καὶ αὐτοῖς ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ καὶ παντοκράτωρ, SULTANUM STRANGOLIPIDEM *vocantes, quod apud ipsos notat* REGEM REGUM *& Omnipotentem.*

Pſalm. cxxxv. 2. 3. 1 Timoth. vi. 15. 2 Macchab. xiii. 4. Lib. ii. Od. 4. Lib. i. cap. 9.

3. *De* ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, & ΔΙΚΑΙΟΥ *cognominibus.*

Seleucidarum vero ac *Lagidarum* exemplo, adsumptos quoque ab ARSACIDIS, cum memoratos supra ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ & ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, tum peculiares insuper ΔΙΚΑΙΟΥ, & ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ *Justi*, & *Philellenis* titulos, vidimus in adductis paullo ante aliquot eorundem numm.s. Unde etiam priora illa duo EUERGETIS & EPIPHANIS cognomina quod attinet, inde licet continuo statuere; non ad priorem utique *Arsacem*, eosdem nummos, qui illo nomine sunt insigniti, esse referendos: quum is Seleucidas vel Lagidas, qui utroque illo *Euergetis* & *Epiphanis* cognomine inclaruerunt, & quos æmulati sunt, qui eorum etiam & Seleucidarum potissimum ditiones occupauerant, *Arsacidæ*, ætate præcesserit. Quæ vero ad geminam id genus Regum appellationem respiciunt, iam supra adtigimus: ut neutiquam opus sit eadem denuo hic retractare. Tertium vero illud, & insigne quidem ΔΙΚΑΙΟΥ, quod duo ex prolatis horum *Arsacidarum* nummis ostentant, cognomen, eo spectabilius continuo occurrit; quod nusquam hactenus illud, in aliis veterum in Oriente aut alibi Regum nummis, legatur consignatum. Neque vero mirum idem aut insolitum in Parthorum aut Persarum Rege cuipiam videbitur; qui haud ignorat, quantam primariæ huius inter Regia decora virtutis, *Justitiæ* nempe, curam sibi habendam crederet olim Persarum, & qui in eorum dein iura & mores transierant, Parthorum gens: quo studio *Scholas Justitiæ publicas*, εἰς τὰ κοινὰ τῆς Δικαιοσύνης διδασκαλεῖα ut id ex [a] Xenophonte discimus, ad quas liberos suos continuo mitterent, alerent iidem Persæ. Ut minus utique mirum videri debeat, si dein in Romanorum etiam Imperatorum Græcis Latinisque [b] nummis, ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ, de qua iam ante, vel JUSTITIA, aut JUSTITIA AUGUSTI, legatur subinde insculpta.

a Iust. Cyr. l. i. cap. i. §. 15.

b In nummis Tiberii, Vespasiani, Nervæ, Hadriani, Alexandri Severi.

4. *De cognomine* ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ *in iisdem Arsacidarum nummis.*

Aliud vero insuper & memorabile quoque, PHILELLENIS nempe cognomen, usurpasse insuper ARSACIDAS in iisdem eorum nummis cernimus,

mus, & quod aliunde, quam ex antiquis hiſce, quæ ſupra adduximus, cimeliis, vix conſtare exiſtimem. Quum alioquin non ΦΙΛΕΛΛΗΝΑ, ſeu *Græcorum Amicum*, ſed [a] *communem omnium Græcorum hoſtem haberi a ſe Perſarum Regem* tradit alicubi, ac prout iiſdem verbis [b] alibi Philippum Macedonem deſignat, Domoſthenes. Deſumpta vero videtur ab Arſacidis blanda & amica hæc nomenclatio, ad exemplum ſucceſſorum Alexandri, qui a priuata in Parentes aut Fratres pietate, PHILOPATORAS, PHILOMETORAS, aut PHILADELPHOS ſe paſſim inſcribebant. Adeo ut adſumpſerint illud ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ nomen *Arſacidæ*, ut videmus in adductis eorum nummis, ad demerendos ſibi Græcos Aſiaticos Syriæ, Meſopotamiæ, ac reliquos illius tractus Parthis viciniores; quoſque velut ſui iuris, ut de Meſopotamia nominatim apud Ammianum Marcellinum Sapor, ſibi adſerebant Arſacidæ: qui autem tractus, Græcorum Coloniis & lingua paſſim florebant; ita ut a quibuſdam ex iis nummos id genus percuſſos ſtatuere liceat. *Græcæ* enim dictæ illæ ciuitates, haud minus ac ipſæ urbes Græciæ, ſicut apud Liuium Rhodiorum Legati Romæ in Senatu conteſtantur: *Non quæ in ſolo modo antiquo ſunt, Græcæ magis urbes ſunt, quam Coloniæ earum, illinc quondam profectæ in Aſiam.* Linguam nempe, mores, habitum, leges, ſacra, nomen quoque, quod in ſequenti Diſſertatione videbimus, ſuarum Metropoleon vulgo retinebant Coloniæ: unde Roma diuino Vati [a] *naſcens Troia*; Carthago, [b] urbs *Tyria*; Syracuſæ, [c] *Iſthmiaca tecta*, aut [d] *Ephyræa mœnia* Silio; Maſſilia [e] Lucano ac [f] Silio, *Phocais*, ipſi Maſſilienſes, in Gallia poſiti, *Graia iuuentus, Graii remiges, Graia claſſis*, ſæpe apud [g] Lucanum alioſque nuncupantur. Qua ratione *Græci* non Jones ſolum dicti, aut Inſulares a Græcis profecti, ſed remotiores etiam in Syria aut Meſopotamia conſtituti. Hinc apud Joſephum, Meſopotamiam κατοικοῦντες Ἕλληνες καὶ Μακεδόνες, *incolentes Græci & Macedones*, Demetrio Syriæ Regi auxilia contra Parthos offerunt. Immo Tacitus opportune de Parthorum Rege, & Græcis id genus in eo tractu Coloniis: *At Tiridates, volentibus Parthis, Nicephorium & Anthemuſiada, cæteraſque urbes, quæ Macedonibus ſitæ,* GRÆCA *vocabula uſurpant, Halumque & Artemitam, Parthica oppida, recepit.* Ut mittam obuium illud & contritum, quod Macedonum ſub Alexandro eiuſque Succeſſoribus in illa Aſia parte imperium, vulgo *Græcorum* imperii nomine fuerit appellatum. Inde itaque ΦΙΛΕΛΛΗΝΩΝ deſumpta a Parthorum Regibus appellatio: quamquam de iiſdem Nicephoriis, Macedonum in Meſopotamia colonis, obſeruet Dio Caſſius, eos Romanis ut ΦΙΛΕΛΛΗΣΙ libenter, & magna inde ſpe concepta, ſeſe tradidiſſe: καὶ εἰς τοὺς Ῥωμαίους, ὡς καὶ ΦΙΛΕΛΛΗΝΑΣ πολλὰ ἐλπίζοντας. Eodem enim cum Parthis inſtituto, Romanos illam quoque appellationem ambiuiſſe, cum hic locus ſatis arguit; tum bella pro Græcis Aſiaticis contra Antiochum ſuſcepta, aliaque beneuolentiæ illorum in Græcos argumenta ambitioſe etiam non ſemel conteſtata, abunde docent. Ita *Caſſius* Cæſaris interfector ΦΙΛΕΛΛΗΝ ἀνὴρ ab Archelao Rhodio dictus apud Appianum; & Tullius alicubi ad Atticum ſuum: *Nunc quoniam & laudis cuidiſſimi ſemper fuimus, & præter cæteros* ΦΙΛΕΛΛΗΝΕΣ *& ſumus, & habemur.* Quamquam præter Arſacidas ita dictos in eorum nummis, aliis quoque barbaris Regibus familiare fuiſſe idem cognomentum, vel unus Strabo videatur comprobare; qui in genere Regum ΦΙΛΕΛΛΗΝΩΝ alicubi mentionem facit; quibus nempe, uti & Φιλορωμαίοις *Amicis Romanorum*, de quibus paullo poſt, amica

a Ἐγὼ νομίζω κοινὸν ἐχθρὸν ἁπάντων τὸν Ἑλλήνων εἶναι βασιλέα. de Claſſe p. 103.
b De Falſ. Legat. p. 264.
Lib. xviii. c. 5.
Lib. xxxviii. cap. 54.
a Æn. x. v. 564.
b Æn. i. v. 43.
c Lib. xiv. v. 134.
d Ibid. v. 181.
e Lib. iii. v. 301.
f Lib. i. v. 335.
g Lib. iii. v. 355. &c.
Antiq. lib. xiii. cap. 9.
Annal. vi. cap. 41.
Lib. xi. p. 116.
Bell. Civ. lib. iv. pag. 627.
Lib. i. Epiſt. 15.
Lib. xiv. pag. 652.

amica ſemper exſtiterit Rhodus. Sic *Amaſis* Ægyptius apud [a] Herodotum; *Indorum* & *Thracum* quidam Reges apud [b] Diodorum, & [c] Ælianum; *Hiero* Syracuſanus apud [d] poſtremum, quo & [e] Polybius alicubi reſpexit; *Ariſtobulus* Hircani filius Rex Judæorum apud [f] Joſephum: *Julianus* deſertor apud [g] Gregorium Nazianzenum, ΦΙΛΕΛΛΗΝΕΣ totidem nuncupantur. Quomodo Arabum Rex Aretas ΦΙΛΕΛΛΗΝ itidem dictus in nummo Gazæ Gallorum Regiæ, qui e muſeo celebris & eximii apud Heluetios Antiquarii Sebaſtiani Feſchii, eſt in eam illatus, & in Morelli Specimine editus. Tab. XIII. Eundem titulum quoque Salaminiis Cypriis tribuit in Euagora Iſocrates. Parcimus vero congerendis ipſis Auctorum locis, quæ cum ſuperioribus hinc petant Lexicorum conditores: neque enim in eo muſtaceo laureolam quærimus. Nec tamen hic inſignem Ariſtidis locum de eadem appellatione poſſumus præterire, quam M. Aurelio tribuit, ac ſimul ita commendat, ut facile ſe Græcum Sophiſtam prodat: εἰ δὲ καὶ τὸ ΦΙΛΕΛΛΗΝΑ ἂν εἴη καλὸν καὶ πρέπον βασιλεῖ, τῷ πεφυκότι ὁ ἔπαινος. ἔστο γὰρ ὀρθῶς ΦΙΛΕΛΛΗΝ καὶ ὁ βασιλεύς. *Jam ſi decet Imperatorem eſſe* PHILELLENA, *nemini certe laus hæc magis conuenit. Ita enim* PHILELLEN *eſt noſter Imperator*, & quæ ibi plura hanc in rem leguntur. Ut vero *Philellenum*, ſic nata ΦΙΛΑΘΗΝΑΙΩΝ appellatio, quam Alexandro tribuit idem Iſocrates; immo etiam ΦΙΛΑΘΗΝΑΙΟΤΑΤΟΥ, qua patrem eius Philippum, quem in genere ἑλληνικώτατον, *maxime Græcum* dixerat, proſequutus eſt Æſchines, ſi fides eius aduerſario, quod ad reliquis eius criminibus adnumerat. Immo prout iam ante apud Græcum Comicum de Sithalce, Thracum Rege, dictum legitur:

Καὶ δῆτα ΦΙΛΑΘΗΝΑΙΟΣ ὢν τυγχάνει

Etenim ſupra modum amicus erat Athenienſium. Quo elogio quoque cum φιλέλλην, tum φιλαθηναῖος delectatum M. Antonium tradit [a] Plutarchus. Cæteroquin ſicut *Philellenes*, aut ἑλληνίζοντες quandoque dicti in Græcos bene adfecti; ſic Thebani Herodoto [b] μηδίζοντες, ſeu propenſi in Medos; unde paſſim μηδισμὸν *de defectione ad Medos* ſeu Perſas, ſicut apud Græcos Oratores, ita apud [c] Agathiam legas; apud priores vero φιλιππίζειν, μακεδονίζειν, & apud Strabonem, μιθριδατισμὸν, pro *Philippi, Macedonum*, aut *Mithridatis rebus fauere*. Et præterea ut ΦΙΛΕΛΛΗΝΕΣ quidam, ſic alii contra ΜΙΣΕΛΛΗΝΕΣ, quod poſtremum Annibali tribuit Diodorus: ὧν μὴ καὶ φύσει ΜΙΣΕΛΛΗΝ, *quum natura etiam odio in Græcos ferretur*; ſicut viceuerſa apud Platonem, Athenienſium gentem dictam videas ΜΙΣΟΒΑΡΒΑΡΟΝ, non vero μιξοβάρβαρον, inſtar aliorum Græcorum. μισαλέξανδρος alioquin & μισοφίλιππος *Alexandro* vel *Philippo infeſtus*, ſeu qui pro tali haberi vellet, dicitur ab Æſchine Demoſthenes. Quomodo φιλοχριστότατος dictus a Gregorio Theologo Conſtantius; potiori autem iure, μισόχριστος Julianus.

[a] lib. 11. cap. 178.
[b] lib. 11. pag. 99.
[c] Var. H. lib. v. cap. 11.
[d] Ibid. lib. 1x. cap. 1.
[e] Lib. 1.
[f] Ant. lib. 13. cap. 20.
[g] Orat. I. in Julian. p. 98.
Tab. XIII.

In Imperat. M. Aurel. p. 530. Tom. I.

Epiſt. ad Alex. Mag.

Demorth. de Falſ. Leg. pag. 265.

Acharn. p. 377.

[a] In M. Anton. pag. 325.
[b] Lib. 1x. p. 85.
[c] Lib. III. p. 81. IV. pag. 118, 119.
[d] Lib. XIII. pag. 614.

Lib. XIII. p. 359.
In Menexeno pag. 245.

Orat. adv. Cteſiph. pag. 283. edit. Gr. Pariſ. Orat. I. pag. 63. 70.

II.

De TIGRANIS *Regis* ARMENIORUM *nummis.*

Memoratis vero hactenus cum SELEUCIDIS, tum ARSACIDIS Regibus, addendus hic continuo, qui eorum rebus eſt immixtus, & de quo facta eſt obiter ante mentio; ac *Rex* itidem *Regum* appellatus, TIGRANES. Etſi enim patrium fuiſſet ei ARMENIÆ regnum, uſus ille opportunitate diſſi-

diſſidentium de Syriæ regno Seleucidarum, illud continuo inuaſit, ac per plures annos, ut e [a] Plutarcho [b] Appiano ac [c] Juſtino potiſſimum conſtat, obtinuit: a Lucullo primum, dein a Pompeio, cui ſe poſtea dedidit, victus; ab hoc autem in auitum [d] Armeniæ regnum reſtitutus: immo, ut hoc addam, inter Reges ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥΣ, de quibus mox agetur, eſt quoque, ut e Dione Cocciano liquet, tandem adſcitus. Cuius equidem TIGRANIS, inter Syriæ Reges Seleucidas, uti in Hiſtoria etiam Regum Syriæ ad nummorum fidem accommodata, permiſti, inſignem nummum, quem exſtare noueram in Gaza Medicea, inde eius ectypum beneficio omni laudum ac ornamentum genere cumulatiſſimi, LEOPOLDI, Cardinalis ab Hetruria nacti, primi olim vulgauimus; & qualem poſtea protulit quoque Cl. Vaillant. Huic nummo alium inſuper addidit laudatus Antiquarius, cum iiſdem ferme in utraque nummi parte typis, ſed cum inſcriptione, ARSACIDIS alioquin, & de qua paullo ante, peculiari, nempe ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΓΡΑΝΟΥΣ, *Regum Regis Tigranis.* Quem ſuperbum utique titulum poſt adiectas patrio regno alias quoque ditiones, Syriam, Phœniciam, Ciliciam, aliaſque uſurpaſſe hunc *Tigranem*, aliunde e Plutarcho nempe, quod ſupra iam vidimus, ac Appiano inſuper, conſtat; & quorum fidem adſtruit poſterior hic nummus: ut mittam, quod Regibus etiam apparitorum ſeu ſatellitum loco dicatur ibi a Plutarcho uſus:

a In Pompeio pag. 637.
b Syriac. pag. 118.
c Lib. XL. c. 1.
d Dio Caſſius lib. xxxvi pag. 26. Appian. Mithridat pag. 25.

Ibidem p. 27. Hiſtor. Reg. Syr. pag. 399. In Lucullo p. 500. 505. Syriac. pag. 118. Plutarch in Lucull. pag. 505.

In Lucullo p. 500. 505. Syriac. p. 118.

Exhibet vero anterior utriuſque nummi area TIGRANIS caput, inſigni Tiara, de qua iam ſupra, ornatum, cum Stella in medio, ac in priori nummo duas inſuper aues, quæ, ut de aliis [a] olim dixeram, *Falcones videbantur Cimeliarchæ Mediceo*; etſi id non ei, ſed mihi demum tribuitur in laudata Regum Syriæ Hiſtoria: quum tamen, ut ibi additur, Aquilæ conſtanter dignoſcantur. Ne enim ipſe aliquid certi ea de re pronunciarem, obſtabat plumbea demum ad me ex Hetruria in Germaniam miſſa, minuſque proinde perſpicua, dum de hiſce olim commentarer, nummi illius effigies. Id unum forte addidi: haud alienum nempe videri debere Falcones id genus (quales nempe in eo nummi ſignari ſtatuebat peritiſſimus Gazæ Mediceæ cuſtos) in eiuſmodi Tiara ſculptos: quum Pallas, ſeu Regias Perſarum aut Medorum veſtes, diſtinctas Auium id genus figuris diſerte tradat Curtius: *Pallam auro diſtinctam* AUREI ACCIPITRES *velut roſtris inter ſe corruerent, adornabant. Tiara* autem illa cum *Diademate* eadem omnino, uti olim quoque monui, cum ea, quam eidem *Tigrani* tribuit Dio Caſſius: Τὴν δὲ Τιάραν, τὸ δὲ ἀνάδημα εἶχεν, *Tiaram autem, ſicut etiam Faſciam retinuit,* dum Rex ille Regum ad Pompeium tenderet; ſed quam ad eius pedes ſupplicem mox illum abieciſſe cum ibidem Dio, tum etiam Plutarchus docent: quorum poſtremus alibi ab ipſo Tigra-

a Diſſ. de Præſt. Num p. 458. *Falcones ſuſpicatur Cl Spanhemius* p. 399.

Lib. III. c. 3.

Lib. xxxvi. p. 26.

Lib. III. c. 3.

Lib. xxxvi. pag. 260

a Pompeio p. 937. ne ipsam etiam *Tiaram* seu *Cidarim* capite detractam docet: ἀφεῖλε τῷ Κίταρι, ὥρμησε πρὸ τῶν ποδῶν θεῖναι, *detractam capiti Cidarim inſtitit ad pedes eius adponere.* Diuersa quidem haud parum ea Tigranis Cidaris, quod paullo ante etiam vidimus, ab iis *Tiaris*, quas exhibent adducti supra Arsacidarum nummi, rotundis quippe, & quas ambit desuper circulus ex unionibus contextus; hæc autem quadrata & turrita quodammodo, haud aliter ac sunt adductæ supra unius ex eius in Armeniæ regno successoribus Artauasdæ Tiaræ, ac præterea cum pendentibus retro infulis. Cui accedit cæteroquin hanc Tiaram circa frontem quoque ambiens Diadema: quale nempe a fugiente eodem Tigrane capiti iam olim detractum, ac in victoris Luculli manus delapsum, ab hoc in triumpho prælatum, auctor itidem in eius vita Plutarchus. Ad Tiaram enim Regum Orientis Diadema vulgo accessisse, præter veterum Auctorum fidem, ex adductis paullo ante insignibus Arsacidarum, & nunc insuper e præclaris hisce Tigranis nummis, idoneis utique huius rei testibus, sat, ut opinor, liquet. Unde Curtio lux non mediocris accedit: CIDARIM *Persæ Regium capitis vocabant insigne. Hoc cærulea* FASCIA *albo distincta circuibat.* Notum enim promiscue *Cidarim* & *Tiaram*, quod supra itidem vidimus, dici de hoc Regio capitis insigni; unde quam Dio TIARAM TIGRANIS vocat in superiori nummo conspicuam, eandem CIDARIM dixit Plutarchus locis modo allegatis. Hinc autem liquet minus accurate loquutum Philonem, dum in genere *Reges Orientis Cidari loco Diadematis usos* tradit: Κιδάρει δὲ οἱ τῶν Ἑῴων βασιλεῖς ἀντὶ διαδήματος εἰώθασι χρῆσθαι. Utrumque enim capitis insigne a Parthorum & Armeniæ Regibus simul adsumptum, quod de Cyro eiusque etiam cognatis, tradentem supra vidimus Xenophontem, haud licebit deinceps, ut opinor, ambigere. Etsi quandoque etiam solo usos Diademate Arsacidas, vel e Parthico eorum nummo, quem protulit, malo harum antiquitatum fato nuper defunctus, Morellus, ac iam ante Tristanus, liqueat. Neque vero illustri Brissonio adsentior, qui *Diadematis* nomine *Cidarim* putat etiam designati: ideo nempe quod e Persico luxu mutuatum Alexandrum Persicum Diadema Diodorus ac Justinus tradant; Arrianus autem *Cidarim* Persicam, ut quod nempe illi Περσικὸν διάδημα, *Persicum Diadema*; hic Κίδαριν Περσικὴν, *Cidarim Persicam* dixerit. Utrumque enim hoc capitis ornamentum a Persis mutuatus est Alexander; ut neutiquam opus sit illa inter se confundere. De *Cidari* aut *Tiara*, præter Arrianum, fidem facit[a] Lucianus, apud quem Philippus pater inter alia Filio obiicit, quod *Tiaram rectam adsumpsisset*, ἐς τιάραν ὀρθὴν ἐνδὺς De *Diademate* vero, præter[b] Diodorum, [c] Justinum, alioſque, diserte [d] Curtius iis verbis, quæ de *Cidari* aut *Tiara* sumi non possunt: *Itaque purpureum Diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit.* Idem nempe, quod cærulea illa fascia albo distincta, quæ *Cidarim* circumibat, ut paullo ante eum tradentem audiuimus. Coniuncta itaque, in regio Persarum, aut Armeniorum etiam cultu, illa capitis ornamenta, *Tiara* ac *Diadema*; non vero ut eadem, sed diuersa. Unde postremum etiam solum retentum fuit ab Alexandri successoribus, & eorum exemplo, ab aliis dein Asiæ aut Europæ Regibus usurpatum. Ex quibus etiam liquet, cur *Diadema illud*, quod *Persicum* vocatur Diodoro, Herodiano *Macedonium* dicatur ferme sub initium operis; ubi agit obiter de cultu Regis Antigoni; Lucano autem similiter, a nota Alexandri patria, *Pellæum*:

In Lucullo p. 511. Ibidem p 517

Lib. III. c. 3.

Lib. XXXVI. p. 26. In Pompeio pag. 637.

Lib. III. de Vita Mosis pag. 671.

Specim. Tab. XXIV. Tom. II. p. 83. De Regn. Pers. pag. 33.

Exp. Alex. lib. IV. cap. 7.

a Dial. Mort. p. 294. b Lib. XVII. p. 603. c Lib. XII. cap. 3. d Lib. VI. c. 6.

Ut supra.

Cingere

Cingere Pellæo preſſos Diademate crines. Lib. v. v. 60.

Cidarim autem ſeu *Tiaram* quod attinet, eandem quoque Regum Orientis more, Sacerdotes Gentilium nonnunquam uſurpaſſe, vel ex Luciano liquet; qui Auctor eſt urbis ſacræ in Syria Pontifici, ac ſoli quidem, conceſſum purpuream veſtem, ac auream Tiaram geſtare: haud aliter nempe ac Perſarum Magos peculiari etiam Tiara uſos tradit Strabo; vel prout *Tiara* ac *Cidaris* a Philone aliiſque dicta de ſummi apud Hebræos Sacerdotis capitis tegmine. Præ dicta vero Hierapolitani Pontificis Tiara aurea, viles erant Sacerdotales illæ Gentilium Coronæ, quibus infenſos vetuſtiſſimos Chriſtianorum ſcriptores, ac inprimis Tertullianum adhuc hodie leginus. Quamquam ſequutis temporibus, & Eccleſia nouo cultu ſub Chriſtianis Principibus ornata, *Cidaris* quoque uſus ad Eccleſiarum Antiſtites ſit tranſlatus, ac eadem inter Epiſcopi Orientis inſignia vulgo recepta: ut vel liquet ex ſequenti loco magni Sanctorum Epiſcopi: χρίεις τὸν Ἀρχιερέα, καὶ περιβάλλῃς τὸν ποδήρη, καὶ περιτίθης τῷ ΚΙΔΑΡΙΝ· *Idcirco me Pontificem ungis, ac veſte talari cingis, capitique* CIDARIM *imponis.* Cuius dein, & ſolemnis quidem ac peculiaris Tiaræ uſum, in Occidentem poſtea tranſlatum, ac Romano Pontifici adſertum coram nobis intueri licuit. Sed hoc obiter. Eiuſdem autem Tiaræ ſuperiori nummo cælatæ adſpectus ſatis arguit, quo iure, ut ſupra innuimus, πίλημα πυργωτὸν, *Turritus pileus* a Strabone dicatur. De Auibus vero, quæ in Tiara ſunt ſculptæ, iam ante diximus. Id vero alibi quoque de veterum Galeis, cum ex Herodoto, Diodoro; tum ex frequentibus veterum nummis obſeruabam, crebro iis inſertas vel Auium, vel Quadrupedum effigies, quo iiſdem Galeis aut terrorem, aut dignitatem conciliarent. Mitto, quod Perſicas Tiaras, Pauonis alas habuiſſe docet, ut viderunt iam alii, Græcus Ariſtophanis interpres. *Stella* autem in eadem Tiara conſpicua, qualis in adducta etiam ſupra Armenii itidem Regis, quam exhibent veteres M. Antonii nummi, *Cidari* vel *Tiara* comparet: aut quomodo prope Tiaram *Stella* ſignatur in aliis Parthicis, quos itidem protulimus, nummis: ut vel inde conſuetum illud Regum Orientis inſigne facile adſequamur. Accedit denique, velare eandem *Tiaram* Tigranis tempora; quod *Tiaris* nempe ſolemne, iuxta Naſonem,

De Dea Syria pag. 679. Tom. II.

Lib. xv. p. 335.

De Monarch. pag. 824.

Grepor. Nazianzen. Orat. v. pag. 136.

Ad Acharnenſ.

Tempora purpureis tentant velare Tiaris. Metam. xi. v. 181.

Aliud vero *Tiaræ* genus Armenium ſupplicem geſtare videas in ſequenti nummo; quod nempe magis adhuc ad πίλημα iſtud πυργωτὸν *pileum turritum* accedit; ſicut *Tiaram* a Strabone vocari diximus.

Eandem etiam liquet magis in acutum deſinere, ſicut κεφαλὰς & κυρβασίας deſcribunt nobis veteres; qui & inde eadem promiſcue pro *Tiaris* ſumunt, aut vicina iiſdem ſtatuunt; ſicut Xenophon, Heſychius, aliique. Aliæ nempe apud illos Orientales, Perſas, Medos, Armenios, de quibus iam ante egi-

prout ad eum, quem adduxit Goltzius, vidit iam eius interpres Nonnius, ac poſt eum Seguinus: quorum nempe mutua parentis in filium, ac filii in parentem celebrata eſt a Diodoro pietas: dum ille regnum in gratiam filii vult abdicare: filius vero, ſuperſtite adhuc patre, illud capeſſere detrectat, ac unde uterque illam ΕΥΣΕΒΟΥΣ appellationem meruit. Quod tamen EUSEBIS cognomentum, unde minus forte certa ſuperior notatio de adductis modo nummis credi poſſet, ab aliis dein Cappadocum Regibus eſt itidem adſumptum; prout ex Ciceronis de Rege Ariobarzane, de quo mox dicetur, verbis liquet: *ut ego Regem Ariobarzanem* EUSEBEM *& Philoromæum tuerer*. Quomodo etiam factum, ut urbi Cappadociæ Metropoli Mazacæ, ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ nomen fuerit inditum: ut id e Strabone non ſolum diſcimus; ſed præterea ex duobus eximiis nummis a Cl. Seguino in ſecunda ſelectorum eius Numiſmatum editione prolatis: in quorum nempe priore caput imberbe laureatum, & pelle leonina circa caput inſignitum; in auerſa autem parte Templum, in cuius faſtigio ſtatua inter duas ſtellas viſitur: inſcriptio autem ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΚΕ, *Euſebiæ, Anno* XXV. In altero vero nummo hinc caput Palladis; illinc mons Argæus; deſuper non Phœnix, aut Pelicanus, iuxta eundem Seguinum, ſed Aquila, (obuia in aliis huius Cappadociæ Metropoleos cum Argæo monte & Aquila deſuper, nummis,) ac epigraphe ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ..... ΑΡΕΙΑΣ, ſeu ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ, ut ſupplendas priores litteras vidit iam idem clariſſimi nominis Antiquarius. Quod autem haud in multorum extra Galliam manibus verſetur ſecunda illa Seguini numiſmatum editio; eoſdem nummos, utpote raritate ac inſcriptione notabiles, in lectoris gratiam & maiorem inſuper priorum ante a nobis adductorum lucem, hic adponendos duximus.

Cont. ad Inſ. Goltz. p. 305. Sel. Num. ſec. edit. p. 60. Ut ſupra & in Diodoro pag. 895.

Lib. XV. Ep. 4.

Lib. XII. pag. 538.

Ut ſupra.

E poſtremo autem nummo, qui non antiquius ſolum ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ, ſed recentius etiam ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ nomen præfert; ſat liquet, eundem nummum ab eo tempore demum cuſum, quo hæc Cappadociæ Metropolis poſtremum illud *Cæſaræe* nomen eſt conſequuta, & quo deinceps a Græcis eſt dicta: licet eandem *Mazaca*, primæuo nempe ac vernaculo gentis nomine, a Cappadocibus ſuo adhuc æuo appellari tradat Hieronymus. Ut mittam quod Μάζα primum, dein Μάζακα, dictam eandem urbem notauit Sozomenus, & Cappadox Philoſtorgius; atque ita in ſcriptis Stephani codicibus legi, obſeruarint viri docti: & qua de re ad eundem Stephanum egit poſtremus illius editor Berkelius. Id vero *Cæſareæ* nomen huic urbi ab Auguſto Cæſare inditum tradit ibidem, & alibi adhuc, quod monuit ad Euſebium Scaliger, Hieronymus; cui autem præiuiſſe videtur S. Rufus: ab ipſo vero Julio Cæſare, Conſtantinus Porphyrogenneta: a Tiberio autem, regno Archelai in Prouinciam verſo, præter Suidam, Euſebius in Chronico. Neque etiam S. Rufus nominatim ab Auguſto Cæſare, ſed *in honorem Auguſti Cæſaris* ita dictam hanc *Cæſaream* tradit: quod alias a Tiberio factum ſcimus, & Auguſti ex-

Ad Ezech. cap. XXVII. v. 13. Lib. 5. cap. 4. Lib. 12. Sect. 12.

Ap Eſai. cap. LXVI. Animadu. P. 184. Lit. 1. Them. 11. In Kaiod-ęſa. Pag. 157. P. 11.

emplo, a quo plures urbes & Coloniæ Deceſſoris nomine *Juliæ* ſunt cognominatæ. Neque vero nouum aut inſolitum, ut urbs illa, Regni caput, a Rege Archelao, in memoriam aut honorem Auguſti, a quo fuerat in eodem regno adſertus, CÆSAREA nuncuparetur. Eandem vero a Claudio ita demum dictam, & quibus acceſſit Triſtanus, ſtatuunt Sozomenus & Caſſiodorus: quod autem in poſtrema & luculenta Sozomeni editione, ob diſcrepantes illas veterum auctorum ea de re ſententias, aliquam viri doctiſſimi notationem meretur. Quo minus vero ad Auguſti tempora eadem nomenclatio referatur, obſtare continuo videtur, ut hoc recte vidit iam Triſtanus; quod quum de hac Cappadociæ Metropoli ſcriberet ipſe Cappadox Geographus, hoc eſt ſub initiis Tiberii, *Mazaca* tantum, & recentiori nomine Εὐσέβεια vocaretur. Et hæc olim, & alio quidem loco, de prima *Cæſareæ* huius urbis appellatione, quam illa poſtea perpetuo obtinuit, notaueram: quæ opportunius ad ſuperiorem nummum, in quo utrumque nomen ΕΥΣΕΒΕΙΑC & ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ſignantur, ac ut de ætate, qua ille eſt cuius, poſſet aliquomodo ſtatui, adferenda duximus. Qui proinde nummus, vel ſub Archelao, poſtremo Cappadocum Rege percuſſus eſt; vel breui ab eius obitu, qui ſub Tiberio contigit: quum nulla vel eius vultus, vel nominis, quaſi regnantis adhuc Archelai, occurrat in eodem memoria. Ut vero ΕΥΣΕΒΗΣ dictus iuxta ſuperiores nummos, haud unus e Cappadocum Regibus ARIARATHES; ita etiam alius eius nominis, iuxta adductum in Theſauris Brandenburgicis eius nummum, ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ & ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ cognominibus decoratus, in eo legitur: & quem ad ARIARATHEM, Ariobarzanis, de quo mox, fratrem vere retulit eximius Begerus noſter; & de quo dixerit Cicero: *fratris amantiſſimi & ſumma pietate præditi.* Idem nempe, qui fratris Ariobarzanis in regno ſucceſſor; eo autem a M. Antonio pulſus, ſuffecto in eius locum, de quo paullo poſt dicetur, Archelao.

To. II. p. 194. Lib. V. cap. 2. Hiſt. Tripart. l. VI. c. 4.

Lib. XII. pag. 538.

Diſſ. de Præſt. &c. Num. pag. 893.

Vol. III. pag. 14.

Lib. XV. Ep. 2. Strabo lib. XII. pag. 540. Dio Caſſ. lib. XLIX. pag. 411.

2. *De nummo Regis* ARIARATHIS ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ.

Exſtat vero alius, & ſingularis quidem ARIARATHIS nummus, a me olim memoratus, ac inſcriptus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΑΡΑΘΟΥ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ, *Regis Ariarathis Philoromæi*, hoc eſt interprete Liuio: *Ariarathes Rex &c. in amicitiam eſt acceptus.* Qualem etiam nummum exſtare in Muſeo eximii viri, ac memorati a nobis aliquoties, Baudelot, docet eruditiſſimus Harduinus, & quidem cum addita in eo Æra ΚΔ ſeu regni eius XXIV. Idem nempe *Ariarathes*, qui a partibus Antiochi, vulgo Magni, contra Romanos ſteterat: ſed a quo poſtea filius eius adhuc puer cum legatis Romam miſſus alibi apud Liuium legitur; quo nempe a *puero adſueſceret moribus Romanis hominibuſque.* Sed neque ſolus hic eo nomine ARIARATHES, qui *Romanorum Amicus* ſeu ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΣ dici voluit: quum idem de hoc eius filio tradat Polybius; immo eum, ubi poſt patris obitum Regnum Cappadociæ eſſet adeptus, non ſolum miſſis Romam legatis, qui cum Romanis *amicitiam ſocietatemque renouarent*, ἀνανεώσαιτο τὴν τε φιλίαν καὶ συμμαχίαν, ſed etiam poſt Legatorum reditum, pro tanto beneficio Diis ſacra feciſſe, Ducibus etiam ſuis conuiuio exceptis. Quod de hoc *Ariarathe* traditur quoque in Liuii Epitome: *Ariarathe Cappadocum Rege mortuo, filius eius Ariarathes regnum accepit: &* AMICITIAM *cum populo Romano per legatos* RENOUAUIT; ac ſimiliter in Diodori Excerptis, ac Polybianis etiam verbis: ἀνενεώσατο ἤδη καὶ τὴν πρὸς Ρωμαίους φιλίαν συμμαχίαν τε *hic etiam* AMICITIÆ &

Exc. Legat. CIX Exc. Legat. CXII.

Epitom. XLVI.

Pag. 895.

& ſocietatis fœdus cum Romanis RENOUAUIT. Ad quem proinde ARIARATHEM, e dictis hactenus eo nomine Cappadocum Regibus, quique *Romanorum Amici* fuerunt habiti, reterri omnino debeat memoratus paullo ante cum illa ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ appellatione, nummus, ſtatuere certius poterit celebris Antiquarius: quem horum Cappadociæ Regum Hiſtoriam, ad fidem veterum nummorum accommodatam, adornare paullo ante diximus; cuique eoſdem Regum illorum nummos ad habitum tractare, atque inter ſe conferre adſatim licet.

Adſumptam vero ab aliis quoque Cappadocum Regibus ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ appellationem, ad exemplum illius ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ de qua paullo ante egimus, a variis in Aſia Regibus uſurpatæ, e nummis Regis ARIOBARZANIS ſimiliter inſcriptis conſtat. Quales utique aureos & argenteos viderant iam olim Goltzius, ac Urſinus; verſare vero mihi haud ſemel in præclaris Gazis ac Cimeliarchiis licuit, & quidem cum diuerſis typis, aut ſtantis Palladis, aut ſedentis, non Romæ, ut exiſtimabat Goltzii interpres Nonnius, ſed, quod olim iam monui, ipſius *Ariobarzanis* in ſella Curuli; uti ex ſequenti eius icone fiet cuiuis manifeſtum, cum epigraphe, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝ. ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ, *Regis Ariobarzanis Philoromei*:

3. *Denummo Regis* ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ. Regis Galliæ, Præſidis Harlæi Equit. Trombal Com. in Golt. Græc. p. 307.

Sella autem Curulis ideo in nummis Regis huius barbari inſculpta, quod eam ille, inſignis muneris loco, cum donis aliis a Senatu Romano accepiſſet. Notum enim inter dona, quæ vulgo ad amicos & ſocios Reges mittebantur, iuxta Scipionem eburneum, Togam pictam, palmatam Tunicam, aliaque id genus, Sellam etiam Curulem vel præcipuum locum ſibi vindicaſſe. Crebra eius rei apud Liuium exempla, ubi miſſa recenſet munera, vel ad Ptolemæum & Cleopatram in Ægyptum; vel ad Syphacem; vel ad Maſiniſſam; vel ad Eumenem, *donaque quam ampliſſima data cum* SELLA CURULI, *atque eburneo Scipione.* Unde etiam ut ſe magnitudinem huius doni intelligere conteſtarentur Reges illi inſeruientes, ut de iis ſupra; ſoliti iiſdem Sellis Curulibus inſidentes ius dicere. Id certe de Antiocho Epiphane obſeruat Liuius: Romano, quod in editis ſcriptiſque deeſt, *more Sella Eburnea ius dicebat, diſceptabatque controuerſias maximarum rerum:* quæ totidem pene verbis cum a Polybio apud Athenæum, tum a Diodoro referuntur; ut viderunt iam ad eum Liuii locum viri docti. Qualia vero Sellæ Curulis ac eburnei Scipionis dona, miſſa itidem ad *Ariarathem* Cappadociæ Regem, eundemque, ut modo diximus, ac fide veteris nummi, ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΝ, & ex Ariobarzanis huius Deceſſoribus, apud Polybium legas; & quidem expreſſe de utroque munere, tanquam præcipuæ dignationis: ἃ μάγιστα τῶν παρ' αὐτοῖς νομιζομένων δώρων ἐστὶ παράσημα, τό τε Σκυτίνον, καὶ ΕΛΕΦΑΝΤΙΝΟΝ ΔΙΦΡΟΝ, *Remi-*

Lib. XLII. cap. 14.

Lib. XLI. cap. Lib. V.

Exc. Legat. CXXI.

Remiſit autem dona, quæ inter ipſos (Romanos) *pro maximis habentur, Scipionem, &* SELLAM CURULEM. Verum ante omnes audiendus hic Valerius Maximus, optimus ſuperioris nummi interpres, & cuius locus eximiam eidem lucem commodat: *Pompeius filium* ARIOBARZANEM *&* REGEM *appellauit, & Diadema ſumere iuſſit, & in* CURULI SELLA SEDERE *coëgit.* Hinc itaque iſte ſedentis eiuſdem *Ariobarzanis* in Sella Curuli habitus, quem hic nummus nobis ante oculos ponit. E quibus inſuper verbis, ac Cicerone præterea, de quo mox, liquet, ad quem ARIOBARZANEM reſpiciat adductus ſupra nummus. Secundus nempe ille e duobus eo nomine Cappadociæ Regibus; quorum prior, ſeu huius parens, quum regium genus apud Cappadocas defeciſſet, permiſſo illis a Senatu eius rei arbitrio, fuerat ex eorum corpore in Regem adſcitus; a Mithridate vero regno pulſus, in illud dein Sullæ opera reductus, & de quo etiam Cicero: *regno expulſus eſt* ARIOBARZANES *ſocius populi Romani &* AMICUS. Eius autem filius a Pompeio, ubi hic confecto bello Mithridatico res Orientis compoſuit, poſt patris obitum, in eodem Cappadociæ regno adſertus: ac unde etiam in ciuili bello copias ad Pompeium, Euergetem quippe, ut vel ex adductis Valerii Max. verbis conſtat, ſuum, adduxiſſe ab ipſo Cæſare dicitur. Quem autem eiuſdem Regis nummum mirifice rurſus illuſtrat, & qui ex eo quoque illuſtratur, in Epiſtolis Cicero, verbis paullo ante iam adductis: *ut ego Regem* ARIOBARZANEM *Euſebem &* PHILOROMÆUM *tuerer*; ac paullo poſt de eodem: *caſu incredibili & pene diuino, Regem, quem Vos* HONORIFICENTISSIME APPELLASSETIS, *nullo poſtulante* &c.

Lib. v. cap. 7.

Strabo lib. XII pag. 540. Appian. Mithridat. pag. 179. 211.

Pro Leg. Manil. cap. 5.

Bell. Ciuil. lib. III. cap. 4.

Lib. XV. Ep. 2.

3. *De eadem* ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ *appellatione.*

Agnoſcis utique PHILOROMÆUM, ut honorificæ imprimis appellationis nomen, cum huic *Ariobarzani* tributum, teſte Tullio; tum ab eodem, iuxta ſuperiorem nummum, inter præcipua dignitatis inſignia vice cognominis, Deceſſorum etiam, ut de aliarum quoque gentium Regibus ſileam, exemplo receptum. Ratio autem illius facti & moris obuia: quod nempe in eo nomine præſidium omne ſuum ac dignitatem reponerent Reges illi obnoxii; ut reipſa expertus eſt hic Ariobarzanes, Romanorum opera conſeruatus: prout ſimilis etiam beneficii teſtis luculentus Rex Afer apud Salluſtium: *qui veſtram* AMICITIAM *diligerent, colerent, eos multum laborem ſuſcipere, cæterum ex omnibus* MAXIME TUTOS *eſſe.* Magni itaque nomen conſtitiſſe Barbaris Regibus liquet ex Dione Cocciano; qui unum e Ptolemæis immani pretio inter alia hunc AMICI ROMANORUM titulum refert a Romanis redemiſſe. Hinc illud plenum auctoritatis ampliſſimi Ordinis decretum, de Boccho Mauritanorum Rege: *Fœdus &* AMICITIA *dabuntur, cum meruerit*: ut ſatis liqueat non promiſcue quibuſuis indultum. Aperte etiam Liuius de Syphacis filio: *Itaque pacem illi prius petendam a Populo Romano eſſe, quam ut* REX, *ſociuſque &* AMICUS *appelletur. Nominis eius honorem pro magnis erga ſe Regum meritis dare Pop. Romanum conſueſſe.* Eiuſdem vero appellationis exemplum ſuppeditant adhuc alii nummi reconditi in illuſtribus Cimeliarchiis. Cuiuſmodi cum MITHRIDATIS EUERGETIS, de quo paullo poſt, in Theſauris Brandenburgicis nummus: tum ille ARABUM REX inter editos a Cl. Seguino ſelectos nummos, cum addita in eodem inſcriptione, ΒΑCΙΛΕΥC MANNOC ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟC,

In Bell. Jugurth.

Lib. XXXIX. pag. 97.

Salluſt. Bell. Jugurth.

Lib. XXXI. c. 5.

Sel. Num. pag. 152.

Rex

Rex Mannus Philoromæus. Signatus vero ille in altera argentei nummi parte, cuius anterior area LUCILLAM L. Veri coniugem exhibet: eius proinde Imperatoris temporibus, & poſt Arabiam cæteroquin a Traiano iam ante, ut cum aliunde, tum ex illius nummis liquet, ſubactam & in Prouinciæ etiam formam redactam. Verum quum late pateret illud *Arabiæ* nomen, & de regionibus ad utrumque Arabici ſinus littus ſitis, quod vel ex Strabone conſtat, diceretur; hinc non deuictam totam a Traiano, quæ illo *Arabiæ* nomine cenſebatur, regionem licet utique ſtatuere. Unde ſeu a Traiani ſucceſſore Hadriano omiſſa fuerit, iuxta Aſſyriam, Armeniam & Meſopotamiam, ut de eo[a] veteres ſcriptores, *Arabia*; ſeu ea a Romanis defecerit, eam utique domitam denuo, ac in prouinciæ formam a Seuero redactam tradit[b] Eutropius. Haud aliter proinde conſpicuus ille in Lucillæ nummo Arabum Regulus *Mannus Philoromæus*; ac in veteri nummo, de quo paullo ante, eodem antiquior Arabum Rex *Aretas* ΦΙΛΕΛΛΗΝ in eo dictus. Ut nunc mittam alium adhuc Arabum Phylarcham ARIAMNEM, a quo, etſi ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΣ haberi vellet, proditum una cum Romanorum legionibus M. Craſſum memorat Plutarchus. Quomodo idem alibi auctor eſt, EUMENEM, Pergamenorum Regem, PHILOROMÆUM ſimiliter habitum, etſi aliter de eo ſentiret Cato Maior. Coniunxit vero utrumque *Græcorum* & *Romanorum Amici* titulum Strabo, qui Rhodios ſcribit *Amicos* fuiſſe, non *Romanorum ſolum*, ſed *Regum etiam Philellenum, & Philoromæorum*; καὶ Ῥωμαίοις ἐχρῶντο φίλοι, καὶ ΤΟΙΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣΙ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΙΣ καὶ ΦΙΛΕΛΛΗΣΙΝ. Elegans autem de utraque hac appellatione & geminis id genus aliis apud Themiſtium locus: Κῦρον Φιλοπέρσην καλῶ, ἀλλ' ὐ Φιλάνθρωπον· Φιλομακεδόνα δ' Ἀλέξανδρον, ἀλλ' ὐ ΦΙΛΕΛΛΗΝΑ· τὸν δὲ Σεβαστὸν, ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΝ. *Cyrum voco Amicum Perſarum, non autem generis humani*; *Alexandrum vero, amicum Macedonum, non autem Græcorum*; (PHILELLENA) *Auguſtum autem, Amicum Romanorum*, (PHILOROMÆUM.) Ni forte adhuc verius φιλοπόλεμοι vel φιλαρχαῖοι dici debuerint; quibus appellationibus Pompeium apud Dionem proſequebatur Lucullus, quam totidem φιλοπαλαίδες, ut ibi a Themiſtio deſignantur. Eiuſdem vero *Philoromæi* nomenclationis meminit inſuper, ut hoc addam, Agathias: πιστότατοι βασιλεῖ καὶ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΙ, *fidiſſimi Imperatori & Philoromæi*, ubi male φιλοῤῥώμαιοι legitur. Alias, ut a tota *Romanorum* gente, florente adhuc Republica; ſic a *Cæſaribus* etiam, ſub eorum imperio, petita nonnunquam ab amicis aut obnoxiis Regibus vel populis ſimilis appellatio. Ita Agrippa Judæos in genere ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΑΣ vocat apud Philonem: οἱ μὴ λέγοντες ὅτι ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΕΣ εἰσὶν, ἀλλ' ὄντες ὄντως, *dicentes quidem quod ſint* AMICI CÆSARUM, *ſed qui reuera tales ſunt?* haud aliter nempe ac ΦΙΛΑΡΣΑΚΟΥΣ vocat Parthos, ut ante vidimus, Strabo. Ut pro nde haud mirum eſſet, hunc ipſum HERODEM AGRIPPAM, non ſolum in genere ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΟΣ, ſed proprium quoque ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΥ ſeu *Amici Claudii* Imperatoris nomen ſibi vindicaſſe; ſicut liquere poſſet hodie ex præclaro nummo, de quo mox agendi occurret locus, quem iam citauit in Euſebianis Scaliger, ac e diuite ſua Gaza protulit elegans Petri Seguini induſtria.

ARABIA AUGUSTI PROVINCIA *in nummis Traiani.*

a Spartian. in Hadr. cap. 5. Euſeb. Chron. pag. 160 P. 11. Rufus in Breu. ar.

b Lib. VIII. c. 3.

In M. Craſſo p. 555.

Idem in Catone Maiore p. 340. Lib. XIV. pag. 671.

Orat. X. p. 134.

Lib. XXVI. pag. 22.

Lib. IV. p. 119. ed. Reg.

Legat. ad Caium pag. 999.

Lib. XVI. pag. 749.

Anim. p. 189. Sel. num. p. 41.

Neque vero hic omnino prætereundus, qui inter ſelectos quoſdam nummos, e muſeo laudati paulo ante Caroli Cæſaris Baudelot depromptus eſt ab eodem in vernaculo, de quo iam ante, ac erudito opere, vulgatus, ARCHELAI

De nummo Regis ARCHELAI. Utilité des Voyages pag. 605. Tom. II.

ΛΑΙ nempe iunioris, ac ut ibi additur, Cappadociæ Regis. Exhibet vero ille caput imberbe ac diademate reuinctum in anteriori nummi area; in auerſa vero Clauam, cum epigraphe, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΧΕΛΑΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΡ..... K. *Regis Archelai Philopatridos* Anno, eius nempe regni, XX.



Ibidem pag. 606. Cur vero *Rex Cappadociæ* dicatur ibidem *Archelaus* ille iunior, haud equidem video: quod de parente eius utique ſeu ſeniore *Archelao*, e Romanarum rerum ſcriptoribus, Tacito, Suetonio, Dione Cocceiano, & e Strabone præterea conſtat. Ex iis enim diſcimus; eum a M. Antonio, etſi is nulla cognatione priores Cappadocum Reges adtingeret, pulſo Ariarathe, de quo paullo ante facta mentio, Cappadociæ Regem conſtitutum; in eodem regno ab Auguſto confirmatum, ac præterea donatum maritimis quibuſdam Ciliciæ locis & minoris Aſiæ regno; eundem a Tiberio apud Auguſtum contra accuſatores defenſum; ab eo Imperatore Romam poſtea euocatum, ac ſenatus iudicio traditum; in extrema ſenectute, ac poſt quinquaginta annorum regnum, finem vitæ, incertum ſponte, an fato, ut de eo Tacitus, mox impleuiſſe: Cappadociam vero continuo in prouinciæ formam redactam, & Romano Equiti regendam commiſſam. Adeo ut poſt illius obitum nullus Rex Cappadociæ exſtiterit: alterius vero *Archelai Cappadocis* occurrat dein alibi apud Tacitum mentio: qui autem non in Cappadocia, ſed in parte Ciliciæ regnaret: *Per idem tempus Clitorum natio* CAPPADOCI ARCHELAO *ſubiecta*: quod de dicti modo Regis Archelai filio, ex addita illa *Cappadocis* mentione explicant, aut explicandum putant viri docti. De quo utique eo minus ambigendum videtur; quod parenti eius maritimas quaſdam Ciliciæ partes, ut modo diximus, relictas docet Dio: eum etiam ſeu Trachea Cilicia, & quidem circa Elæuſam degiſſe tradit Strabo, ibique Regiam condidiſſe. Quod ex Joſepho poteſt inſuper illuſtrari, qui eundem Archelaum Cappadocum Regem, *Eleuſa* (nempe ibi Ελεύσῃ) & quæ nunc *Sebaſte*, mutato nomine, ut nuper alibi vidimus, dicitur, ab Herode eiuſque filio & Archelai genero Alexandro conuentum tradit. Unde Cappadocia poſt illius obitum in prouinciæ formam, quod modo diximus, redacta, eius filio relicta videtur a Tiberio illa paterni regni in Cilicia acceſſio: & qua ratione etiam factum, ut Veſpaſianus demum, ac proinde mortuo eodem iuniore Archelao, hanc Tracheam Ciliciam & Commagenem *ditionis regiæ uſque ad id tempus*, in prouinciæ quoque formam redegerit. Additum vero nummo ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ cognomen, filii in parentem *Archelaum*, etſi is Tiberii odium incurriſſet, pietatem; recepto præterea, ut iam in ſuperiore Diſſertatione vidimus, aliorum in Aſia aut Ægypto Regum more, & potiori forte iure, demum prodit. Quod obſtare etiam videtur, quin idem ille nummus ad *Archelaum* patrem, non quidem *ſenio feſſum*, ut de eo Romam euocato Tacitus, ſed primis regni, quod per quinquaginta annos obtinuit, initiis referri potuerit. A quo haud alienus quoque Clauæ in auerſa nummi parte typus: qualem pariter vici-

Strabo lib. XII. pag. 540.
Dio Caſſ. lib. XLIX. pag. 411.
Idem. lib. LI. pag. 467.
Idem lib. LIII. pag. 526.
Sueton. in Tiber. cap. VIII.
Ibidem XXXVII.
Tacit. Ann. II. cap. 38. Dio Caſſ. lib. LVII. pag. 614.
Ibidem.
Annal. VI. cap. 41.
Lib. XIII. p. 626.
Lib. XII. pag. 525.
Antiq. lib. XVI. pag. 558.
Oro. Roman. pag. 431.
Sueton. in Veſpaſian. cap. IX.
Annal. II. cap. 37.

vicinorum Ponti, de quibus mox, haud minus ac Macedoniæ Regum nummi exhibent. Exſtant vero apud Goltzium alterius *Archelai*, antiqui Macedonum Regis, cum Herculis leonicidæ capite, & Equo in quadro, ac ſolo APXEΛAOT nomine, de quibus in ſuperiore Diſſertatione egimus, nummi: ad quem autem *Archelaum* haud ſpectat omnino hic nummus.

IV.

De PONTI & BOSPORI REGIBUS *in Nummis.*

Ubi vero e CAPPADOCIA iam in PONTUM migrabimus, cuius regni primus, de quo mox, conditor, Cappadociam quoque obtinuit; & quarum cæteroquin regionum, ob viciniam, aliaque iis communia, res ac fines permiſcent ſæpe priſci Auctores: neque hic PONTICORUM REGUM inutili aut iniucunda paſcemur contemplatione. Plures enim non PONTI ſolum, ſed, qui a regni illius quondam parte, quæ eſt iis a Romanis relicta, dein BOSPORI REGES ſunt appellati, ſignatos videre licet in antiquis & inſignibus eorum nummis: PHARNACEM nempe e Ponticis, ac MITHRIDATEM haud unum: e BOSPORANIS vero REGIBUS, PHARNACEM magni Mithridatis Filium; ASANDRUM; POLEMONEM Patrem ac Filium; SAUROMATAS aliquot, dictumque ex eorum numero EUPATOREM. Quibus inſuper accedit his omnibus antiquior, & Regii Perſarum ſanguinis, Regina itidem Pontica AMASTRIS. Ut nec eos denique hic præteream, qui velut *Ponti* itidem vel *Boſpori Reges*, in habita nuper admodum Diſſertatione coram erudita ſocietate Pariſienſi, cui de Inſcriptionibus iiſque, quæ ad eas attinent, ſtatuendi, incumbit, Regia auctoritate & conſtituto eam in rem ſtipendio, prouincia, a celebri Antiquario adducti ſunt ac illuſtrati.

PONTICI equidem illius regni conditorem MITHRIDATEM, [a] Floro ARTABAZEM, exſtitiſſe, qui & inde [b] ΚΤΙΣΤΗΣ ſit appellatus, regnumque liberis reliquerit; & quod ii obtinuerint uſque ad eum, qui cum Romanis tot annos eſt conflictatus, MITHRIDATEM EUPATOREM, tradunt [c] Strabo & [d] Appianus; firmatque inſuper [e] Lucianus, a quo ſit etiam mentio Κτίστου illius Mithridatis, qui Antigonum fugiens in Pontum ſe contulerit, ibique mortuus ſit, natus annos LXXXIV. Quod præter dictos modo Auctores, [f] Polybius inſuper adſtruit; qui primum illum Mithridatem, quod a [g] Diodoro ſimiliter traditur, genus ſuum ad unum e ſeptem Perſis, qui Magum Smerdem interfecerunt, deriuaſſe docet, quique tributum maioribus eius a Dario dominatum ad Pontum Euxinum, perpetuo conſeruarit; ſeu, ut ex aliis Auctoribus liquet, in regnum verterit: quodque ad liberos eius & ſucceſſores uſque ad Eupatorem tranſiit. Quibus addi inſuper poſſunt cum Memnon, qui primi Seleuci Nicatoris ac Lyſimachi temporibus Mithridatis Ponti Regis, ac paullo poſt Ariobarzanis eius filii meminit; tum Juſtinus, a quo primus ille Mithridates poſtremi Mithridatis Eupatoris *proauus*, Pharnacis vero *auus* dicitur. Adde, quod id e ſignata, qua de re paullo poſt, in magni Mithridatis, Pharnacis eius Filii, & Boſporanis Sauromatum nummis regni Pontici Æra firmatur inſuper ac illuſtratur. In alia vero hic abit; atque unius equidem Plinii, a quo PHARNACES, cuius

I. *De* PONTI *Regibus.*

a Lib. III. c. 5.
b Strabo lib. X. pag. 477.
c Idem lib. XII. pag. 562.
d Mithridat. pag. 176 & 249.
e Macrob. p. 470. Tom. II.
f Lib. V. c. 43.
g Lib. XIX. p. 692.

Phot. Biblioth. cap. 72. p. 725.

Lib. XXXVII. cap. 5.
Ibid. cap. 6.

Lib. xxxiii. cap. 12. cuius statuam argenteam in triumpho tulerit Pompeius, *regnasse primus in Ponto* dicitur, auctoritate eam in rem adductus: qui nempe cum Auctorem sibi iam ante illustrandum susceperat; eumque ac Herodotum, solos in historia veteri & accurata temporum notatione testes fide dignos contendit vir ingenio, ut de eo iure & candide haud semel in hoc opere diximus, ac eruditione præstans. Quem proinde memoratum a Plinio *Pharnacem*, primum regni Pontici, & quidem beneficio Populi Romani conditorem statuit; quodque contigerit anno Urbis Conditæ CCCCLVI, Æræ autem Græcorum XV: ac unde Æræ, ut alias sit ostensurus, in nummis Ponticorum Regum signatæ initium arcessi omnino debeat. Cui tamen sententiæ, de primo illo Ponti Rege *Pharnace* obstare continuo agnoscis: primo veterum & antiquiorum Plinio Scriptorum fidem, ac Polybii in primis, grauissimi Scriptoris ac temporibus illis propioris; Memnonis præterea, Diodori, Strabonis; ac post Plinii ætatem, Luciani, Appiani, Justini: a quibus autem non *Pharnaces*, sed *Mithridates*, Antigoni familiaris, ac dein profugus, Ponto & Cappadocia subactis, Pontici regni Κτίστης appellari, ut diximus, meruit; & quorum testium fides, cur non hic unius Plinii testimonio præponderare debeat, haud equidem video. Alterum, quod idem *Mithridates*, Mithridatis Eupatoris, grauis illius per tot annos Romanorum hostis, *proauus* a Justino, ut vidimus, dicatur; *Pharnaces* vero *auus* demum; in Mithridatis autem nummis signetur Æra, BIΣ aut BKΣ, seu anni CCXI, ac CCXXI, quæ altiorem utique originem continuo produnt, quam ut ea ab hoc eius *auo Pharnace*, quem tamen *Mithridatis auum*, ad dictum Plinii locum pariter agnoscit idem vir doctus, arcessi debeat. Accedit, adtentione hic insuper dignum, quod eo anno Urbis Conditæ CCCCLVI, & prout ibi a viro eruditissimo additur, anno Æræ Græcorum XV, quo, ut ille arbitratur, *beneficio Populi Romani*, primus Ponti Rex constitutus sit hic Pharnaces; necdum ad Pontum Romani Bosporumue vires suas exeruerant; sed quo anno adhuc in Italia cum Lucanis, Hetruscis, Samnitibus, prœliis aliquot sunt conflictati. Ita ut nondum regnatum Romani in Asia, vel Europa reliqua, uti sequutis temporibus ab iis factum, aliis darent, aliis adimerent. Adde, quod idem vir eruditus signatos in *Mithridatis Eupatoris*, Ponti utique, immo iuxta eundem, Regis septimi (qui proinde *Pharnacem*, primum Ponti Regem, ut ille alibi tamen statuit, *auum* non habuerit) nummis, de quibus paullo post, Annos ad Æram Græcorum, annis XV illa Pharnacis Æra vetustiorem, haud uno loco referre ei placuerit. Quæ ut conciliari ullatenus inter se possint, etsi de duplici hac Æra aliquid dein tangat, ut videbimus, vir doctus, haud equidem video.

Harduinus Chronol. v. T. p. 162. 163.

Pharnacis eius qui Mithridatis Auus fuit. Idem not. ad Plin. l. xxxiii. cap. 12.

Ibidem p. 221.

Ibidem p. 223. 224. 225.

2. *De nummis* Pharnacis & Mithridatis Euergetis. Vol. III. p. 8.

Inter eos autem & singulares nummos, qui etiamnum supersunt in locupletibus Cimeliarchiis, aut vulgati iam sunt a præclaris Antiquariis, signatos cum PHARNACIS nomine, unus vel alter occurrit, qui ad PHARNACEM illum, postremi & gesto diuturno cum Romanis bello inclyti Mithridatis Auum spectant. Qalem utique e Thesauris Brandenburgicis protulit, & ad illum quoque *Pharnacem*, vere retulit præstantissimus Begerus: in quo nempe hinc caput Jouis barbatum ac laureatum; illinc Aquila Fulmini insistens cum monogrammate desuper, infra ΦΑΡΝΑΚΟΥ. Inde vero haud additum continuo ΒΑΣΙΛΕΩΣ nomen, quod adhuc ea ætate, & qua de re supra iam egimus, haud semper in Regum id genus in Asia vel Europa nummis illud

illud adſcriptum legatur. A quo autem more abeunt aliæ inſcriptiones, quæ ut mox videbitur, ambitioſos, non *Regis* ſolum, ſed *Magni* & *Regis Regum* titulos alteri *Pharnaci* in eius nummis tribuunt. Accedit, & quod a Begero noſtro opportune monitum, haud diſſimilis Sinopenſium nummus, apud Goltzium: quibus proinde, quæ regia utpote erat Ponticorum illorum Regum ſedes, ut de Mithridate nepote teſtatur alicubi Diodorus, percuſſus fuerit hic nummus; ut Ponticum omnino Regem arguat. Alium vero & ſingularem oppido nummum in Cimeliarchio Mæcenatis Hetruſci, Leopoldi Cardinalis, a me inſpectum olim notaueram; in quo ſignatum Regis caput cum diademate; illinc figura virilis ſtans; Fulmen capiti inſiſtens; Cornucopiæ vero, Caduceus, ac Ramuſculus cum tribus veluti malis, præ manibus; ante dimidia Luna cum Stella: totidem Sinopici numinis, ut coniicere licet, ſymbola. Cui vero geminum omnino nummum in laudatiſſimis cimeliis Pembrochianis aduertere mihi nuper admodum contigit; ut ex ſequenti mox eius typo conſtabit. Quo autem dimidiæ Lunæ cum Stella ſymbolo, in eodem, conſpicua, uti etiam in nepotis eius Mithridatis Eupatoris, de quo mox, nummis, ex Arſacidarum cognatione Ponticus ille Rex agnoſci forte voluit: prout idem ſymbolum dimidiæ Lunæ cum Stella, in ſingulari Parthici Regis nummo ſignatum paullo ante vidimus: idque inde, auctore Ammiano Marcellino, quod a fundatore Parthici imperii apud ſe conſecrato, *Participes Siderum, & Fratres Solis ac Lunæ* dicti ſint dein Parthorum, & qui illud in Oriente imperium denuo occuparunt, Perſarum Reges. Quin vero ille de quo hic agitur, nummus, ad eundem hunc PHARNACEM, Mithridatis Euergetis patrem, & alterius Mithridatis auum, referri quoque poſſit, nihil obſtare equidem video. Adſunt vero hic ambo illi memorati modo iique cum Regii Brandenburgici, tum Pembrochiani Cimeliarchii, & poſtremus hactenus haud vulgatus, præclari utique ac inſignes nummi.

Inſul. Græc. Tab. Quart. Lib. XIV. pag. 413.

Lib. XVII. c 5.



Filium vero huius *Pharnacis* quod adtinet MITHRIDATEM, cum indito ei EUERGETIS, ut ex [a]Strabone & [b] Appiano liquet, cognomine, ſignatum in veteri nummo ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ legas apud [c]Goltzium; qualem hactenus nec ipſe protulit, aut videre nobis, vel quod alibi exſtet, intelligere licuit. Verum citra illud ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ cognomentum, ſignatus idem conſpicitur in inſigni nummo Gazæ Regiæ Brandenburgicæ, in eam haud ita pridem mei ex ſorore nepotis Boneti dono, cum pluribus aliis ſelectis nummis illatus, capite imberbis, & cum ſingulari omnino Tiara; in auerſa autem parte, Corona laurea, in medio Claua, ac inde in poſtremis vulgatis illius Gazæ Theſauris conſpicuus, cum epigraphe ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΦΙΛΟ· nempe deficientibus poſtremis ibi ſyllabis, *Regis Mithridatis Philoromei.*

a lib. x. pag. 477.
b Mithridat. pag. 176.
c In Theſauro.

Vol. III. p. 8.



Ad illum enim *Mithridatem Euergetem*, non vero ad filium eius, de quo mox; *Eupatorem* vere eum retulit eximius Begerus noster. Id enim suadent omnino uti ab eo quoque monitum, diuersa aliquantum filii Mithridatis in nummis eius facies; tum addita illa ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ appellatio, Regis quippe in amicitiam Romanorum, quod Appianus de hoc Mithridate Euergete tradidit, recepti; ac inde haud aliter ac vicini, de quibus paullo ante, Cappadocum Reges, aliue, ut alibi, ita adsumpto illo in publicis nummorum monumentis titulo; tum denique Tiara illa peculiaris, gemmis seu unionibus cincta, & in medio conserta, qua, regio quippe Persarum genere, quod antea vidimus, oriundi, tectum seu velatum est veluti integrum eius caput. Quamquam, ut hoc addam, hæc duo postrema, quæ modo adtigi, & monuerat quoque Begerus noster, haud in mora essent, quin ad filium huius Mithridatis Eupatorem, diuturno alioquin ac internecino Romanorum odio magis utique, quam amicitia inclytum, referri posset idem nummus. Nec enim parens eius solum in Romanorum amicitiam receptus, sed ipse quoque, antequam in bellum cum iis, ob ablatam sibi Phrygiam & Cappadociam, ac insurgentem in ipsum Nicomedem, erumperet; unde *tanquam*, ut ea de re Appianus, AMICUS *& socius* ROMANORUM, *ab iis amicis & sociis opem* (contra eundem Nicomedem) *implorat*, ὡς φίλου καὶ MIΘΡΑΔΑΤΗΣ ΦΙΛΟΣ ΩΝ ΥΜΙΝ καὶ σύμμαχος φίλους ὄντας ὑμᾶς καὶ συμμάχους. Tiaram vero quod adtinet, eadem videri omnino hæc posset, singularis utique operis, quam huic Mithridati cæso ereptam tradit Plutarchus: ΤΗΝ δὲ ΚΙΔΑΡΙΝ ἣν ὁ ΤΟΥ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ σωτὴρ καὶ εὐεργέτης ἔδωκε κρύφα δεηθέντι Φαύστῳ τῷ Σύλλα παιδί, ΘΑΥΜΑΣΤΗΣ ἦν ΕΡΓΑΣΙΑΣ, *Cidarin* (seu *Tiaram*, uti ea de re paullo ante,) *Caius* MITHRIDATIS *Collectaneus, Fausto Syllæ filio petenti occulte dedit*, MIRIFICI OPERIS: & quo nomine a Pharnace filio in occultos Cidaris illius seu Tiaræ raptores est postea animaduersum. Neque vero mirari quisquam debet, *Clauam Herculis* signatam in auersa nummi parte, uti in singulari quoque nummo Gazæ Mediceæ, in quo hinc *Mithridatis* caput, non *Cidari* quidem seu *Tiara* tectum, sed diademate reuinctum cernitur; in auersa autem parte *Claua* itidem *Herculis*, cum pelle leonina ac Tridente, & inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ. Neque enim in Heraclidarum solum, uti Macedoniæ Regum, qua de re iam ante, sed aliorum quoque Regum, uti paullo ante Regis Tracheæ Ciliciæ *Archelai* nummis, frequens illud *Herculis* insigne. Adde, quem Herculem non in Pontum solum, Mithridatis regnum, adpulisse, & illinc etiam ad inferos, educto inde Cerbero, penetrasse, urbemque in eius honorem conditam ac eius etiam nomine dictam *Heracleam*, immo quæ conditorem eum prædicet, haud ex antiquis duntaxat Auctoribus, sed ex variis insuper & insignibus illius urbis nummis adhuc hodie liqueat: in quibus nempe Hercules cum Claua, aut præterea Cerberum & qua de re iam antea, catenis vinctum trahens; aut leo-

Mithridat. p. 176.

Mithridat. p. 178.

In Pompeio p. 641.

In Severo & Caracalla supra

leonem ſuffocans; aut domans Taurum; aut fugientem Amazonem inſequens cernitur. In Macrino Reg. Gall.

3. *De nummis* MITHRIDATIS EUPATOROS.

Eiuſdem vero MITHRIDATIS, celebris in Romanorum annalibus, nummos, cum ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ cognomento, quod ei [a] Strabo, [b] Ælianus, ac [c] Appianus tribuunt, de quo autem ferme ſilent, ſi forte [d] Plinium mittas, qui de eo agunt Romani ſcriptores, ac Memnon etiam in eius rebus apud Photium; adduxit itidem Goltzius, & iuxta eum, Fuluius Urſinus, nempe ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. Cuiuſmodi proſtant in Theſauro Palatino; ſinguli autem cum Ceruo paſcente in iis depicto, variiſque aliis ſymbolis Dimidiæ Lunæ cum Stella ſeu Sole, ſicut in adducto ſupra aui Pharnacis nummo, iiſque in Corona hederacea: ut vel inde non EUPATOREM ſolum, ſed DIONYSUM quoque, quod ſupra iam vidimus, appellatum abunde liqueat. Ut mittam adſcriptos in iis annorum, ſeu Æræ Ponticæ numeros, ΒΚΣ, & ΓΚΣ CCXXI, & CCXXII; ducto nempe eius initio a primo illo Mithridate Κτίστῃ, ſeu Pontici regni conditore: ſed quod non eſt iam huius loci. De Ceruo vero iuxta Equum, ac Taurum corporis eiuſdem Mithridatis cuſtode, ex Æliano viderunt iam alii. Etſi vero apud Goltzium, ac in Theſauro Palatino iam proſtent cum ſymbolis id genus ſignati magni huius MITHRIDATIS nummi; haud ideo ingratum fore Lectori duximus, ſi quos recondit eius generis Gaza Gallorum Regia, ſingulari clariſſimi eius cuſtodis Oudineti, a quo, dum denuo in his verſor, corum ectypa petieram, humanitate inſpiciendos hic darem:

[a] Lib. x. pag. 477. & alibi.
[b] De Animal. lib. VII. c. 46.
[c] Mithridat. pag. 146.
[d] Lib. XXXIII. cap. 12.
[e] Aſiæ Tabul. IV.
[f] Theſ. Pal. p. 152.

De ſymbolis modo vidimus dimidiæ Lunæ cum Stella, paſcentis Cerui, Coronæ Hederaceæ, quæ iidem nummi exhibent. Paſcentis vero ſimiliter Pegaſi non hic ſolum, ſed obuius quoque ſubinde in aliis antiquis nummis, & de quo ſupra a nobis actum, conſpectus. Æram vero in iis ſimiliter adſcriptam cernimus ΒΙΣ & ΒΚΣ, nempe Annorum CCXII & CCXXII. qualis poſtremorum annorum numerus, uti etiam uno anno cum recentior, tum vetuſtior, ΑΚΣ & ΓΚΣ, ſeu CCXXI & CCXXIII Annorum, occurrunt cum in nummis, ut diximus, Palatinæ olim, nunc Regiæ Brandenburgenſis Gazæ, tum alibi; præter alium e cimeliis illuſtris Foucaut, cum Æra ΘΙΣ ſeu Annorum CCIX, cuius meminit eruditiſſimus Harduinus; uti unius in Collegio Chronol. V. T. pag. 214.

Ibidem p. 121. legio Claromontano, cum solo anno regni huius Mithridatis Δ seu IV. Æram autem illam Ponticam quod attinet, eiusue initium, ad quam Anni illi in iis Mithridatis, uti & Pharnacis, de quo mox, filii nummis consignati referri continuo debeant, nihil est ea de re a maiorum gentium Chronologis, quibus ignoti etiam fuerunt nummi, in quibus eadem Æra signatur, (etsi iam in uno e duobus, quos protulerat Goltzius, nummis compareat hæc Æra) Scaligero, Petauio, aliisque iis supparibus monitum. Ex iis vero, qui postea id obiter adtigere, occurrit vir doctus, qui ex doctissimi Reinesii, quæ & alibi legitur, scripta ad eum Epistola, ubi paucis de Ponticis Regibus agitur, illa primi Mithridatis, a quo id Ponti regnum cœptum fuerit vel renouatum, initia, ad quartum demum Annum Olympiados CXXIII, seu Urbis Conditæ CCCCLXIX retulit. De qua tamen Æra, nihil in eadem Reinesii Epistola, ubi de his agit Ponti Regibus, traditum legitur. Caput vero huius Æræ Ponticæ, & quidem ab eodem illo Mithridate τῆς Κτίσης, ad Annum Urbis Conditæ CCCCXLVIII, ac proinde Æræ Græcorum seu Seleucidarum VII, reuocandum censuit ad Pharnacis Mithridatis illius, ad quem spectant adducti modo nummi, filii, & de quo mox, nummum præstantissimus Morellus. Qua ratione Ponticam Æram ab ea, quæ in Bosporanorum Regum, qua de re paullo post, nummis traditur, diuersam constituit. Mitto vero hic celebrem Antiquarium, qui ab anno cæsi Antigoni, unius ex Alexandri Ducibus, ac deinde Regis Asiatici, seu Urbis Conditæ CCCCLIII, quo auitum Bospori regnum recuperarit dictus nomine Sauromates, Bospori quidem Reges, Ponticorum nulla facta ibi mentione, Æram suam denumerasse contendit. A quibus abit rursus vir eruditissimus, qui Annos in memoratis modo postremi Mithridatis nummis traditos, ad Æram Græcorum seu Seleucidarum refert: quam nempe Ponti Rex Mithridates in nummis suis consignarit, ut reliqui Alexandri successores, cuius ditionis partem ipse similiter occuparat; ac unde numerus annorum in ipsa nummi area cum ipso nomine Mithridatis apponatur, uti in nummis Syriæ Regum. Quum vero, sicut paullo ante vidimus, idem vir eruditus Ponticæ Æræ initium, non ab ipsa Æra Græcorum, quæ incidit in annum Urbis Conditæ CCCCXLII, sed ab anno demum V. C. CCCCLVI, ac proinde Græcorum Æræ XV deducendum iam antea monuisset; inde, ut ἀσύγατα illa de eadem hac Ponti Æra aliquomodo conciliaret, a Traiani scilicet temporibus id contigisse statuit, quibus facti reuerentiores erga Populum Romanum Ponti Reges, Æræ suæ initium ab illo anno repetierint, quo Pharnaces ope Senatus Populique Romani primus regnauit in Ponto, vel in clientelam Senatus se dedit; nempe ab anno V. C. CCCCLVI. Verum quid de illa clientela Populi Romani, cuiusue beneficio primus tum regnarit in Ponto Pharnaces, statuendum sit, iam ante vidimus. Accedit, quod Traiani temporibus non darentur amplius Ponti Reges, Ponto iam in prouinciæ formam redacto sub Claudio; & ad quem, iuxta & Bithyniam regendam, missus etiam fuerit a Traiano Plinius Secundus. Erant quidem, & de quibus mox, ea & proxima adhuc ætate, Bospori Reges, Romanorum fiduciarii, & Ponti Regum velut totidem traduces: sed de quorum consilio, aliam nempe ac nouam quidem tum Æram Ponticam a Traiani temporibus constituendi, eamque a primo, qui iuxta Plinium regnarit in Ponto, Pharnace arcessendi, nullo non solum eius rei Auctore, sed nulla utique probabili viri eruditi coniectura nititur. Immo

Insul. Græc. Tab. Quarta.

Ad. Ruperti Obseru. ad Flor. lib. v. cap. 3. Th. Reinef. ad Ad. Rupert. Epist. XXIII. pag. 73.

Specim. p. 234

J. Vaillant. Not. ad Seguin. Numism. pag. 396.

J. Harduin. Chronol. V. T. pag. 222. 224.

Ibidem p. 163.

Ibidem p. 224.

quod

quod aperte repugnat iis, quæ de occupato illis temporibus, quibus Æræ illius Ponticæ initium tribuit vir doctus, Ponto, non a Pharnace, ſed a Mithridate πρ' Κτίσῃ tradentes magno conſenſu vidimus veteres Auctores. Polybium, Memnonem, Diodorum, Strabonem Appianum, Juſtinum, alioſque. Quibus autem cur fides omnis derogari continuo debeat, ut eam id obtineat, quod apud unum hodie legitur Plinium, nulliſque adſtruitur antiquis monumentis, de primo, qui in Ponto regnarit Pharnace, quique, iuxta eundem virum doctum, Mithridatis Eupatoris auus fuerit, haud equidem video. Neque illa firmior videtur coniectura, quæ adſcriptos in Mithridatis nummis annos, tanquam unius ex Alexandri Succeſſoribus, quique ditionis eius partem occuparat, ad Græcorum ſeu Seleucidarum Æram refert. Primus enim regni illius Κτίστης Mithridates, Regii Perſarum ſanguinis, quique a Dario conceſſum maioribus ſuis Ponti Regnum recuperaſſe apud Polybium traditur; cuius autem poſteri, ut de illo Strabo ac Appianus, uſque ad hunc Mithridatem Eupatorem regnarint. Unde an inter Alexandri Succeſſores vere habendus ſit poſtremus hic Mithridates; aut ulla ſubſit idonea ratio, cur Græcorum Æram in ſuis nummis conſignari idem voluerit, quiuis videt: maxime quum potior longe adeſſet cauſſa, cur receptam in eo terrarum tractu, & a primo illius regni conditore ſeu recuperatore, deductam Ponti Æram, idem in nummis quoque ſuis retineret. Accedit, quod quum ab eadem Græcorum Æra recedat, ut vir eruditus agnouit, illa, quæ in Boſporanorum Regum, ſub Traiano & aliquot eius ſucceſſoribus, nummis traditur; & quam tamen ad Ponti Regum Æram, referendam ſtatuit: hinc ea ratio fuerat ab illo potius ineunda, quæ poſtremam hanc Boſporanorum Regum Æram, eandem cum ea, quæ in Ponti huius Regis Mithridatis, adde & Pharnacis filii, de quo mox, nummis ſignatur, ſtatuendi cauſſam præbet. Quod utrumque præſtat cæteroquin adſcriptum ab eo Æræ Ponticæ caput; ſed tum a Mithridate πρ' Κτίσῃ, verius quam a Pharnace repetendum, Anno nempe Urbis Conditæ CCCCLVI, Æræ autem Græcorum XV. Ad quem vero annum vel Æeræ Græcorum, vel Urbis Conditæ referri omnino debeant, ii, quos tradi vidimus in eiuſdem Mithridatis nummis, liceret facile colligere; ſi adſcriptæ in inferiori eorundem parte litteræ AP AI & E eius regni Annos continuo deſignarent. Quod tamen arbitrari neutiquam licet: quum priores illæ AP ad eos referri non poſſint; ex vero & AI ad unam eandemque Æram in nummis Mithridatis adſcriptam BIΣ ſeu Annorum CCXII ſpectent; poſtrema autem littera E, quæ tum quintum eius regni Annum denotaret, reſpiceret ad ulteriorem Æram, Annorum nempe BKΣ ſeu CCXXII. Sed hac omnino præter inſtitutum hic meum, ea nempe quæ ad Chronologica adtinent, e nummis antiquis illuſtranda, alteri loco, & peculiari eam in rem Diſſertationi reſeruandi: quæ autem obiter hic adtigi, ut celebris adeo in verum Annalibus Regis nummis lux interim aliqua adferretur, certiorque de illius Æræ capite ſtatuendi pateret ratio. Ut mittam, quod de eadem hac Æra Pontica, ad ſequentem Pharnacis huius Mithridatis filii nummum, alioſue dein Boſporanorum Regum nummos, quædam dicenda adhuc mox incumbent. Si exſtarent hodie Trogi Pompeii Hiſtoriarum libri, haberemus utramque illam rem, de initiis nempe tum Ponti, tum Boſpori Regum, eorumque Æra magis explicatam; a quo nempe libro ſeptimo ac triceſimo *repetitæ* fuerant *Regum Ponticorum origines ad ultimum hunc Mithridatem Eupatorem:* mox, *dictæque Regum Boſporanorum origines, & res geſtæ.*

Ut ſupra.

Trogi Hiſtor. Prolog. XXXVII.

4. *De nummis* PHARNACIS *Mithridatis Eupatoris Filii.*

In cuius tamen rei qualecunque subsidium haud immerito præclari, quos modo adduximus, & qui mox adhuc sequentur, veteres nec obuii vulgo nummi referri utique merentur. Quos inter eximii & singulares in primis ii, in quibus dictus modo Mithridatis filius PHARNACES consignatur. Ad hunc enim referendi veniunt duo insignes, quos vulgarunt iam duo celebres Antiquarii, Patinus ac Morellus, nummi: prior argenteus; alter aureus e cimeliis Schwarzburgicis. Eadem autem in utroque inscriptio, superne ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, infra ΜΕΓΑΛΟΥ ΦΑΡΝΑΚΟΥ *Regis Regum Magni Pharnacis.* Ita enim omnino legendum in adducto a Patino nummo, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, non, ut ab eo factum, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΟΣΣΑΝ· quod, ut facile opinari licet, exesæ aut vix conspicuæ aliquot litteræ viri alias perspicacis oculorum aciem ibi fugerint: tum ex adducto a Morello cum eadem inscriptione, eodemque titulorum situ nummo: denique, quod illa vox ΟΣΣΑΝ nullatenus ibi, haud minus ac in Cleopatræ nummo ΟΣΑΝ idem Patinus post Tristanum alibi legerat, pro ΘΕΑΝ, possit consistere. Deest vero in Patini nummo, qui in altero apud Morellum legitur, adscripta nempe Æra ΖΜΣ, CCXLVI; quam autem ad Æram Græcorum respicere, sed parum probabili, ut vidimus, coniectura, existimat alius vir eruditissimus, sicut alteram, de qua supra, quæ in Vologesi Parthorum Regis nummo, ut ad eum diximus, occurrebat. Eundem vero signatum ibi PHARNACEM, non ad Ponticum Regem, sed ad quendam *Pharnacem,* Parthiæ scilicet Adiabenicæ, iuxta dictum paullo ante Vologesum, Regem; utrumque Romanis Scriptoribus ignotum, sed nullo alio eius rei Auctore adducto, qua de re itidem iam supra, referre ei placuit. Verum haud alius quærendus ibi PHARNACES, quam notus ille e Romanarum rerum Scriptoribus, ac e triumpho, quem de eodem debellato duxit J. Cæsar. Quod suadet etiam eadem hæc æra nummo eius adscripta ΖΜΣ seu Annorum CCXLVII, ac proinde annis XXXV, ea, quæ in adductis patris Mithridatis nummis, ut vidimus, signatur ΒΙΣ seu CCXII; altera vero ΒΚΣ sen CCXXII, annis XXV, recentior. Unde si anno V. C. DCXCV, iuxta eximium Morellum, cuius sit ille Pharnacis nummus; prior Mithridatis nummus signatus erit Anno V. C. DCLX; quo initium habuit bellum ab eodem Mithridate contra Romanos gestum: alter vero An. V. C. DCLXX, quo sopitum idem, donec postea acrius recrudesceret, pace tum inter Sullam & Mithridatem facta. Quod una cæteroquin, ut agnoscit ibidem vir egregius, nititur coniectura litteræ Δ in eodem Pharnacis nummo signatæ; quam de quarto Pharnacis regni anno interpretatur laudatus Morellus.

Ad Sueton. J. Cæs. c. XXXV. Specimin. p. 232.

Ad Sueton. in Aug. c. XVII. Tom. I. p. 57.

J. Harduin. Chronol. V. T. pag. 227.

Specim. p. 234.

Neque vero obstat, ut dicto PHARNACI magni Mithridatis filio, tribuantur iidem nummi, ea quæ in iis legitur ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ & ΜΕΓΑΛΟΥ appellatio: qua inductus tamen idem eximius Patinus, quod nusquam MAGNI titulum ei a Strabone, vel ab Appiano concessum legerit, inde ad Pharnacem huius proauum, & de quo paullo ante egimus, eundem nummum referendum credidit. Mitto, quod neque id de primo illo Pharnace, cui is nummum tribuit, a Plinio, aliisue, qui eius meminere, sit litteris proditum. Omissa vero frequenter ab Auctoribus varia, quæ vel adsumpserunt ambitiosi id genus Reges, aut iis adsentatione urbium ac populorum tributa sunt subinde cognomenta: quod haud aliunde magis constat, quam ex antiquis hisce nummorum monumentis, eiusque rei exempla hactenus

Ut supra.

nus a nobis adducta abunde arguunt. Neque mirum proinde, ſi hic elato ſupra ſortem animo, & *magna*, ut de eodem Dio, *ſpirans*, Pharnaces, poſt Legatum Cæſaris Domitium cum Romanis legionibus profligatum, & qui, ut de eo Auctor belli Alexandrini, *ſibi paternam fortunam lætiore euentu deſtinaret*; quodque itidem additur, paternum Ponti regnum ſe recepiſſe gloriabatur; Aſiam autem ac Bithyniam ſpe iam inuaſerat; hanc ſuperbam, neque a Parthorum ſolum, ſed ab aliis etiam in Oriente Regibus uſurpatam ſubinde appellationem ſibi quoque tribueret, aut tribui ab aliis pateretur. Idque vel adfinis eius exemplo, ſororis nempe mariti Armeniæ vel Syriæ demum Regis *Tigranis*, *Regis* itidem *Regum* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ut antea vidimus, inſcripti: aut vero prout *Antiochus* Commagenus; vel *Abgarus* Edeſſæ Regulus, quod e nummis eorum demum conſtat, ac iam ante vidimus; & de *Abgaro* paullo poſt liquebit, ΜΕΓΑΛΟΥ titulo leguntur ſimiliter decorati. Verum utriuſque nummi, cum ambitioſis illis ΡΗΑRΝΑCIS huius, & quibus inſuper Regii Perſarum generis, qua de re paullo ante, originem argueret, titulis; & quod præterea ſingulares ii ſint omnino, nec idonee a duobus, qui illos protulere, claris quamquam & præſtantibus Antiquariis, fuerint illuſtrati, ectypa iuuabit continuo hic intueri:

μεγάλα φρονῶν Lib. XLII. p. 406. Cap. XII.

In priori nummo, quem vulgauit Patinus, ΒΑΣΙΛΕΩΝ pro ΟΣΣΑΝ, ſecundo inſcriptionis loco, ob rationes ante adductas, & quas confirmabit utriuſque nummi adſpectus, ſignandum duximus. Ne tamen eidem *Pharnaci* tribuatur uterque hic nummus obſtare videtur diuerſus aliquantum oris habitus ſignati in iiſdem Regis; longior nempe in Patiniano facies, breuior vero in altero, quem adduxit Morellus, vultus; ac naſus contractior & magis aduncus. Mitto diademate in priori, laurea vero, ut videtur, in poſteriori nummo redimitum caput: niſi prius illud diſcrimen monetariis, a quibus cuſi ſint, neque uno in loco, iidem nummi; aut minus accurate expreſſo e Patini nummo Pharnacis illius ectypo adſcribendum forte veniat. Depictus vero in altera nummi parte, quem ex ditibus illuſtriſſimi Comitis ac Mæcenatis ſui cimeliis, in quæ illud bono fato intulerat, adduxit Morellus, ſedens inter Tripodem ac Lyram Apollo; quam ob cauſſam vero ſit ibidem ſculptus, ignorare ſe, pro ſolito viri candore, agnoſcit idem inſignis Antiquarius. Id autem ad Sinopem, urbem inter Ponticas, quod aliunde notum, nobiliſſimam, ac Ponticorum Regum, quod paullo ante vidimus, ſedem, in qua cuſus ſit idem nummus, referri omnino debet. *Sinope* enim Mileſiorum, quod a Xenophonte traditur, colonia: *Miletus* autem Apollini, quod aliunde notum, ac ut ab Ariſtide alicubi dicitur, iuxta Delum, ſacra; & ſignati in eius nummis Didymei Apollinis fano & oraculo inclyta; indeque obuio, & quem ſæpe in hoc opere tangimus, Coloniarum more, *Sinopenſium* quoque,

Specim. Tab. XXIV.

Exped. Cyri Lib. VI. cap. I. Serm. Sacr. IV. pag. 583.

que, maxime poſt ablatum inde & aduectum Alexandriam Serapim, proprium velut numen.

5. *De nummis* ASANDRI *&* POLEMONIS *Patris ac Filii.*

Poſt Pharnacem vero primus commemorandus hic eſſet Rex BOSPORI a J. Cæſare, ob miſſa ad eum contra Alexandrinos auxilia, renuntiatus Rex, MITHRIDATES PERGAMENUS: cuius etiam, ut exiſtimabat, nummum, inſcriptum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ *Regis Mithridatis*, cum Æſculapii effigie in auerſa parte, & nomine ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, e cimeliis ſuis protulit Cl.[a] Seguinus. Verum ad magnum illum Ponticum Regem Mithridatem ſpectare eundem nummum, docuit in notis ad ea Seguini numiſmata celebris[b] Antiquarius; nuſpiam vero hactenus viſos *Mithridatis* illius *Pergameni* nummos, ab Aſandro, contra quem miſſus fuerat, mox in acie cæſi, antequam regnum ille Boſpori obtinuiſſet. Ad hunc vero ASANDRUM, Boſporo a Pharnace præpoſitum, ſed eo mox, etſi ducta in uxorem eius filia, expulſo ab eodem ac interfecto, Regem dein BOSPORI, aureum nummum rariſſimum viri ampliſſimæ dignitatis, ſed maioris adhuc elegantiæ, Camilli de Maximis, pridem retuli; qui hinc vultum Regis illius ſignat cum apluſtri a tergo, ab altera autem parte Victoriam cum Palma proræ inſiſtentem, cum inſcripto nomine ΑΣΑΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

a Sel. Numiſm. p. 62. ſecund. edit.
b J. Vaillant. not. ad ead. Num. p. 399.



Ex quo ſtatim colligas oræ & victoriæ maritimæ compotem, adſumpto quin etiam regio nomine, in ſeriem proinde Boſporanorum Regum inſerendum. Unde eximie illuſtratur Lucianus, apud quem hæc de eodem Rege reperio: ΑΣΑΝΔΡΟΣ ᾧ ὁ ὑπὸ τῦ Σεβαςῦ ἀντὶ ἐθνάρχυ, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ἀναγορευθεὶς ΒΟΣΠΟΡΟΥ· ASANDER *autem ab Auguſto pro Ethnarcha* REX BOSPORI *renuntiatur*; & quem nonagenarium obiiſſe corpore validum & quidem ex inuidia, quod rem militarem Scribonio creditam videret, ibidem docet. Quæ Dioni rurſus facem accendunt, qui hoc *Aſandro* mortuo, regnum eius Scribonium quendam occupaſſe tradidit. E quibus etiam vere liquet, corrigenda omnino apud Strabonem loca, ubi *Aſandri* huius minus noti vicem *Lyſander*, aut *Caſſander*, hactenus perperam tenent. Refert enim præclarus auctor, Mithridatem Pergamenum, de quo paullo ante, euerſum ὑπὸ Λυσάνδρυ τῦ Φαρνάκυ ἀνηλῶτος, a *Lyſandro Pharnacis interfectore*: *Aſander* enim, de quo ibi ſermo, non *Lyſander*, cui nullus ibi locus, auctor illius Pharnacis cædis, ut iam vidit Caſaubonus, & [a] Dio, ac [b] Appianus tradunt. Eluendum rurſum ſimile mendum alio loco eiuſdem auctoris bene itidem ad eum monuit ὁ πάνυ, ubi Boſporanos Regulos omnia ad Tanaïm dicit obtinuiſſe, maxime poſtremos, qui ibi nominantur, Φαρνάκης, καὶ Κασάνδρος, καὶ Πολέμων, *Pharnaces, & Caſſander, & Polemo*; ubi *Caſſandri* loco, *Aſander* iterum ſubſtituendus. At vice verſa expungendus *Aſander* apud Photium, qui pro *Caſſandro* aliquoties ibi obtruſus legitur: cui nempe *Aſandro*, inter Alexandri ſucceſ-

In Macrobiis p. 471. uit. ed. Tom. II.
Lib. LIV. pag. 538.
Lib. XLII. p. 625.
a Lib. XLII. pag. 107.
b Mithridat. pag. 254.
Lib. XI. pag. 495.

ſucceſſores Cariam obtigiſſe, eundemque cum Eumene pugnaſſe, auctores Dexippus, & Arrianus in deperdito opere apud Photium. Hæc enim omnia ad *Caſſandrum* referenda, ex Diodoro, Juſtino, aliiſque notius, quam ut probare adgrediar, & notárunt iam ibi ad Photium viri docti: quamquam alias *Aſandri* cuiuſdam, qui, iuxta Nearchum, exercitum Græcorum mercenarium ad Alexandrum adduxerit, meminerit alicubi idem Arrianus. Unum præterea hic nec tralatitium obſeruo, ASANDRI nomen familiare dein Boſpori Regulis, poſteriori etiam æuo exſtitiſſe. Alterius certe *Aſandri*, Boſporanorum itidem Regis, & eiuſdem Filii hiſtoriam narrat Auguſtus ſcriptor, Conſtantinus Porphyrogenneta. In quam vero illorum Ponti ac Boſpori Regum claſſem referendi continuo veniunt POLEMO Pater & Filius: ille a M. Antonio primum Rex Ponti, & quidem *Polemoniaci* ab eo dicti, & ab Auguſto, adiecto etiam eidem Boſporo, conſtitutus: filius autem a Caligula, ſed cui poſtea adſcriptum a Claudio Boſpori regnum, eiuſque loco pars Ciliciæ conceſſa; ſub Nerone vero Pontus, concedente eodem Polemone, in Prouinciæ formam redactus. Quæ ex rerum Romanarum ſcriptoribus, Suetonio, Tacito, Dione, Aurelio Victore, Eutropio, aliiſque iam nota. Præclari autem nummi in Gazam Gallorum Regiam haud ita pridem tum illati, hinc cum Auguſti capite in anteriori area, illinc cum patris POLEMONIS effigie, facta eſt iam olim a me in ſuperiori huius operis editione mentio. A quo dein tempore alii ſunt vulgati, tum eiuſdem patris *Polemonis* nummi, cum dicto modo Auguſto; alii, cum M. Antonii, in anteriori eorum parte, effigie; in altera, cum nomine ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ *Regis Polemonis*, illiuſque diademate redimiti: tum etiam Filii duo diuerſi nummi ſub Claudio ac Nerone, cum eodem ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ titulo ac nomine, & capitis ornamento ſignati. De quibus autem nummis nihil occurrit aliud ſingulare, quod hic diſpiciendum aut expendendum venit.

Biblioth. pag. 199. 225. 226.

Exped. Alex. lib. IV. cap. 7.

De Adminiſtr. Imperio cap. XXII.

Differt. pag. 829, 830. In Muſeo S. Genouef. Patin. ad Suetonii in Claudio. Vaillant Num. Præſtant. in M. Antonio, Claudio, & Nerone.

Eadem vero occaſione, qua de memoratis hactenus Ponti & Boſpori in antiquis eorum nummis Regibus, PHARNACE; gemino MITHRIDATE, EUERGETE nempe, & EUPATORE; PHARNACE, huius Eupatoris filio; ASANDRO, & utroque POLEMONE, olim egeram; alterius etiam Boſporani, uti colligebam, Regis, SAUROMATIS nempe ſignati in veteri Seueri Imperatoris nummo, & apud Cl. Seguinum obiter a me inſpecti, ibi quoque memineram; & ad cuius nummi ſeu Regis in eo *Sauromatis* illuſtrationem, Plinii Junioris, & Ammiani Marcellini loca eam in rem adduxeram. De quo autem nummo occurrit mihi alius poſtea, ad Juliani nempe Cæſares, agendi locus; & qua occaſione duos nummos eo SAUROMATIS nomine inſignitos; tertium autem cum EUPATORIS appellatione, e Theſauris Gallorum Regiis protuli ibi ac illuſtraui. Quum autem lingua Gallorum vernacula editæ ſint meæ illæ ad Juliani Cæſares adnotationes, quæ proinde non in omnium manibus, verſantur, ac ſit præterea hic ad eam rem locus, ubi de hiſce PONTI & BOSPORI Regibus agitur, proprius maxime & opportunus; hinc tres illos nummos hic inſerendos continuo cenſui; primum nempe, ſeruato temporum ordine, ſub Traiano cuſum, hinc cum Traiani laureato capite, & Æra adſcripta HY, ſeu CCCCVIII; illinc cum diademate reuincto Regis imberbis capite, ante pectus Sceptro, ac inſcrip-

6. *De* SAUROMATUM BOSPORI *Regum nummis.*

Preuues des Remarq. ſur les Cæſars de Julien pag. 419-421.

tione BACIΛEΩC CAYPOMATOY, *Regis Sauromatis*: alter cum Diuorum Fratrum, Marci & Lucii aduersis capitibus, & Æra ΘNY, CCCCLIX; in auersa autem parte caput barbatum cum diademate, BACIΛEΩC EYΠΑTOPOC *Regis Eupatoris*: tertium vero cum Seueri Imp. capite, ante stella, & Æra ΔQY, CCCCXCIV; in altera parte caput barbatum cum diademate, BACIΛEΩC CAYPOMATOY.

Illo autem *Regis Sauromatis* nomine, quod in tertio tantum nummo olim videram, designari Bosporanum Regem, e iunioris Plinii ad Traianum Epistola licuit mihi iam ante statuere: REX SAUROMATES *scripsit mihi esse quædam, quæ deberes quam maturissime scire.* Alibi: *Legato* SAUROMATIS REGIS, *quum sua sponte Niceæ, ubi me inuenit, triduo substitisset.* Item quæ mox subdit, & Bosporani aut vicini Regis legatum satis innuunt: *Hæc in notitiam tuam perferenda existimaui, quia proxime scripseram petiisse Lycormam, ut legationem, si qua veniisset a* BOSPORO, *usque in aduentum suum retinerem.* Agebat tum nempe in Bithynia Plinius, ad cuius simul & Ponti statum ordinandum, Consulari Potestate a Traiano erat missus, ut præter eius Epistolas, antiqua Inscriptio fidem facit. Hinc ei cum vicino Rege Bosporano commercia, & per eum quæsitus ad Traianum aditus. Bosporanos autem Reges omnia sua ætate ad Tanaim usque obtinuisse, docet, ut paullo ante vidimus, Strabo. Gens Sauromatum vero vulgo ad Tanaim, iuxta Melam, alioque sita; quæ *Sauromatis* etiam nomen videtur Regibus suis frequenter indidisse; nisi ab antiquiori aliquo Rege *Sauromate*, gens ipsa appellationem traxerit. Quidquid sit, inde satis liquere mihi videtur, eiusdem tractus Reges fuisse hosce SAUROMATES, qui in adductis modo nummis signantur. Inde etiam apud Ammianum Marcellinum, cuiusdam *Sauromatis* Hiberiæ regno a Sapore pulsi mentionem fieri videas: *Deinde ne quid intemeratum perfidia præteriret,* SAUROMATE *pulso, quem auctoritas Romana præfecit Hiberiæ, Aspacuræ cuidam potestatem eiusdem dedit gentis*: & inter quem *Sauromatem* & *Aspacuram* docet postea diuisum Hiberiæ regnum Quibus autem locis *Sauromatem* reponendum, non vero inde apud Plinium *Sauromacem*, quod olim statuebat doctissimus Valesius, sat, ut opinor, liquet; & fide quidem non unius solum, sed duplicis adducti modo a me, & iam ante ad Juliani Cæsares nummi, prioris sub Traiano, posterioris sub Seuero percussi. Quibus autem lucem fœneratur Eutropius, qui de Traiano inter alia tradit, *quod is Hiberorum Regem, & Sarromatum, & Bosporanorum &c. in fidem accepit*: ut non mirum sit proinde signatam eius rei in priori illo nummo memoriam, qui hinc *Traianum*, illinc eius tractus Regem *Sauromatem* exhibet. Immo e quibus cum nummis, tum Auctoribus, Plinio nempe & Ammiano, discimus, familiare fuisse in memorato illo apud Europium terrarum tractu, &

Lib. x. Epist. 13.
Ibidem. Epist. 15.
Thes. Grut. MXXVIII. 5.
Lib. XI. pag. 495.
Lib. I. cap. 19.
Lib. XXVII. cap. 12.
Lib. VIII. c. 2.

& quidem Sauromatas etiam complexo, illud Regis SAUROMATIS nomen. EUPATORIS vero inditum nomen illius itidem tractus ſeu Boſpori Regis nummo, ſub Diuis Fratribus M. Aurelio & L. Vero, quorum capita ſignantur in anteriore eius area, haud inſolitum utique in illa terrarum parte, abunde arguit idem magni Mithridatis, ut ſupra vidimus, & quod nummi quoque ei tribuunt, cognomentum. Cui autem nummo inſignem lucem fœneratur eorundem temporum ſcriptor, nempe ſub M. Aurelio, Lucianus: ἔνθα ἐγὼ ἀνδραπλεύσας τινὰς BOΣΠΟΡΑΝΟΥΣ παρὰ ΠΡΕΣΒΕΙΣ παρ' ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, εἰς τὴν Βιθυνίαν ἐπιόντας ἐπὶ κεμιδῇ τῆς ἐκείνῃ συντάξεως, *ibi ego nactus præternauigantes quoſdam* BOSPORANOS *a* REGE EUPATORE *in Bithyniam proficiſcentes, ut tributa annua deferrent.* Unde utique liquet, & *Boſpori* reuera Regem fuiſſe hunc EUPATOREM; eundemque SAUROMATIS forte; in fidem a Traiano, ut vidimus, recepti & adhuc imberbis ac iuuenis ſub Hadriano, qua de re mox, depicti, Succeſſorem; ex eo autem Regum, ordine, qui ut fiduciarii Romanis Imperatoribus tributum pendere erant ſoliti: tum in Bithyniam quoque, ut viciniorem Romanorum iis in oris, prouinciam, uti a priori illo Sauromate ad Plinium Juniorem, eiuſdem tum Proconſulem, legationem ab hoc *Eupatore* miſſam. Quod vero prætetire hic non licet, poſt ſuperiora de iis BOSPORI REGUM nummis, cum SAUROMATIS & EUPATORIS nominibus, a me pridem in ſuperiori huius operis editione, tum dein ad Juliani Cæſares, prolatis etiam ibi trium illorum Regum, e Regia Gallorum Gaza, iconibus, monita, prodiit anno ſequenti poſtremus ex iis Seueri nummus, neque cum vulgari mea laude, in noua Seguini numiſmatum editione; uti a celebri itidem Antiquario factum, in notis & obſeruationibus ad eoſdem clariſſimi illius Abbatis nummos. Verum cum idem nummus, tum duo alii ſub Traiano, ac M. Aurelio ac L. Vero, a me antea iam adducti: ut mittam tertium adhuc ſub Hadriano, cum imberbis itidem Regis SAUROMATIS effigie, ac Æra HIY ſeu CCCCXVIII in iiſdem Theſauris Regiis, ſunt dein a duobus præclaris mihique amiciſſimis Antiquariis, eodem J. Vaillant, ac Andrea Morello, denuo vulgati. Id vero obiter monendum hic fuit, ne id mihi vindicaſſe videar, quod ab aliis præreptum antea, iiſque a me indictis, fuerit; maxime quod de iis nummis a me prolatis ante ac illuſtratis, nulla ibi fiat a duobus illis viris præſtantibus mentio. Signatam vero in illis Boſporanorum Regum nummis Æram quod attinet, eam iam ante ab eruditiſſimo Harduino, quique eandem ſtatuat cum Pontica, referri diximus ad Annum Urbis Conditæ CCCCLVI; a celebri vero Antiquario ad An. CCCCLIII. Verum cui obſtat continuo, ut vidit iam laudatus Harduinus, quod nummus cum M. Aurelii ac L. Veri capitibus, & expreſſa in eo Æra ΘΝΥ, ſeu CCCCLIX, incidat in annos imperantis adhuc Antonini Pii. Quod enim ad hunc Antoninum ſpectare unum e depictis in eo nummo capitibus, non vero ad L. Verum, cenſebat celebris Antiquarius; præter alia quæ id omnino redarguunt, & quibus iam non immoramur, eſt inſuper præſtantiſſimi Morelli, optimi talium arbitri, iudicio abunde declaratum. Eadem alios adducta ante ratio in cauſſa eſt, cur Æra ab eodem Morello relata ad Annum ut vidimus, V. C. CCCCXLVIII, eadem cum hac Boſporana Æra ſtatui non poſſit. Exſtat vero alius adhuc cum eodem SAUROMATIS, illiuſque diademati itidem nomine ac vultu, ſeu dimidiato corpore, citra

In Pſeudomanti pag. 781. Tom. I. ult. edit.

Preuues des Remarques pag. 419. 421.

Pag. 48. J. Vaillant ibidem p. 396.

a Numiſm. Imper. Præſt. pag 130. 157. 243. P. II.
b Specim. Tab. VII.

Chronol. V. T. pag. 163. Vaillant ut ſupra & ad Seguin. Num. p. 396.

J. Vaillant not. ad Seguin. Num. 397. Specim. IV. p. 92.

tra ullam vero Romani Imperatoris, sicut in adductis modo nummis Regum illius tractus & nominis, effigiem, vulgatus ab eximio Baudelot. In quo autem nummo caput diademate reuinctum cernitur, cum pendentibus retro fasciis, & inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΑΥΡΟΜΑΓΟΥ, additisque in inferiori parte litteris ΞΙ. ΙΟΥ..... e quibus postremis litteris JULII prænomen, etsi alio ibi ordine positis, tulisse eum Regem licet colligere; sicut ÆLII prænomen in unius Abgari Regis nummo de quo postea, apud eundem laudatum Baudelot legitur. In auersa vero nummi parte Victoria gradiens, quæ dextra coronam, siniſtra palmam tenet, signatur; ac Æra insuper adscripta, non Ponti quidem vel Bospori Regibus communis, uti in superioribus nummis; sed regni demum, ut statuere licet, huius *Sauromatis* ΜΗ seu Annorum ΧLVIII. Neque vero omitti hic debet eadem illius Regis *Sauromatis* expressa in eo nummo effigies.

Utilité des Voyages pag. 605. Tom. II.



7. *De noua quadam* BOSPORI REGUM *serie ac Æra in nummis.*

In his autem commentandis, & mox proelo subiiciendis versabar, quum forte, & opportune quidem, in menstruis elapsi mensis Junii Nouis litterarii, quæ ab eximia eruditione viro Jacobo Bernardo apud Batauos diuulgantur, relatum vidi; quid a celebri & primipilo Antiquario J. Vaillant, de Bospori Regibus, uti de Ponticis antea usque ad magnum Mithridatem factum ibi ab eo dicitur, in illo erudito cœtu Parisiensi, quem explicandis aut illustrandis priscis Inscriptionum potissimum ac Nummorum monumentis, Regia auctoritate destinatum paullo ante diximus, prælectum fuisset ac adnotatum. In ea autem Dissertatione noua quædam BOSPORI REGUM, ut ibi appellantur, series ab eodem viro eximio concinnata traditur; præmissis etiam tribus Ponti post Pharnacem magni Mithridatis filium, Regibus, DARIO nempe, Pharnacis filio; MITHRIDATE VII, huius Darii filio; & MITHRIDATE VIII, qui e Rege Ponti Rex Bospori fuerit a Claudio Imp. constitutus; sed quorum non exstent nummi. Huic autem MITHRIDATI VIII. in eo Bospori regno successisse fratrem eius uterinum COTYN; a quo series Bosporanorum in eadem stirpe Regum initium ducat. Ad eum veto *Cotyn*, & eius filium, ut existimat ac successorem ININTHYMÆUUM, ut Bospori Regem, referuntur ibidem nummi a Cl. Seguino olim vulgati: qui nempe hinc Regum illorum capita, illinc Traianum exhibent, cum peculiari Æra; in priore, ΘΚΦ, seu Annorum DXXIX; in posteriore, ΑΛΦ, DXXXI. Hunc vero *Ininthymæum* excepisse RHESCYPORIDEM I. cuius exstent sub Hadriano nummi, cum diuersis quatuor Annorum nummis, nempe DXXXI. DXLI. DXLVI. & DXLVII. Huic autem *Rescyporidi* successisse RHESCYPORIDEM II, cuius detur sub Antonino Pio nummus, cum Aera DLXIII: cui succesſerint RHOEMETALCES, aliusque dein ignotus sub M. Aurelio eiusdem Bospori Rex. Reperiri vero dein RHESCYPORIDEM III, qui circa finem Commodi ac initia

Nouuelles de la Republ. des lettres. Mois de Juin. 1705.

Select. Num. prim. ed. p. 35 & 39. Sec. edit. pag. 42. 47.

initia Seueri regnarit; in cuius poſtremi Imperatoris numìmis ſignatur hic *Rheſcyporis*, cum duplici Æra DCXVIII, & DCXX. Huius vero *Rheſcyporidis* III. ignorari ſucceſſores; quorum nulla occurrat in hiſtoria veteri aut in nummis mentio. Id unum adfirmari poſſe, quod in eadem ſtirpe Regnum illud remanſerit, uſque ad Valeriani Imp. tempora; ſub quo, tradente id Zoſimo, deficiente Regia ſtirpe, quum regnum illud Boſpori ad viles tum ac degeneres Reges tranſiiſſet, hinc Scythis per Boſporum in Aſiam ac Romanas ditiones irrumpendi, a quibus prius eos arcebant Reges Boſporani, aditum primum eſſe factum. De quibus autem a celebri Antiquario memoratis certius utique conſtabit; ubi ipſa conſcripta ab illo ea de re, ac in illuſtri eruditorum cœtu prolata commentatio, una cum ſignatis nummorum, quibus ea potiſſimum innituntur, iconibus, publice proſtabit. DARIUM quidem Pharnacis filium, Ponti Regem a M. Antonio in Aſiam profecto, ſicut quoſdam aliarum gentium Reges, mero eius arbitratu conſtitutum, tradentem noui Appianum; & quæ de ſorore eius Dynami adtigit, triplicique illius coniugio, idem vir eximius, Dionem Cocceianum. Verum pro huius operis propoſito, & quod nec dum diuulgata ſit illa viri clariſſimi de Ponti ac Boſpori Regibus commentatio; in iis me nunc continebo, quæ veterum nummorum fide ac auctoritate comprobantur; quæue dictorum a me hactenus de Boſporanis Regibus, & ſignata in eorum nummis Æra, quibus autem hæc modo adducta videntur aduerſari, ratio omnino exigit. Unde ante omnia explicatum procul dubio dabit in ea Diſſertatione inſignis Antiquarius; cur eoſdem COTYOS, ININTHYMEUI, & RHESCYPORIDIS, & quidem, ut totidem Boſpori Regum, nummos, ad Traianum ac Hadrianum; ſignatamque in iis Æram, ad Æram Boſpori Regum ibi referat: quos tamen nummos, velut totidem Thraciæ Regum; Æram autem, ad Æram Thracum antiquiſſimam, quæque alias omnes ſuperet, & cuius ignotum ſit adhuc initium, alibi in editis ad Seguini numiſmata Notis & Obſeruationibus tradidit. Quum ibidem inſuper, quod paullo ante vidimus, aliam Æram Boſporanorum haud paullo recentiorem, indicato etiam illius Æræ capite, in eiuſdem Traiani, alibi etiam Hadriani, nummis conſignatam retuliſſet; qui nempe in auerſa parte non COTYOS, aut RHESCYPORIDIS, ſed SAUROMATIS, Boſporani Regis, & qualem ſub Traiano exſtitiſſe, vel ex Plinio Secundo, ut vidimus, conſtat, nomen & caput exhibent. Quam proinde traditam, ut Seguinum alioſue mittam, a celebri Antiquario, neque in uno etiam priori eius opere, de iiſdem nummis ſingularem diſcrepantiam, notari utique ab eo; quæque ſubſit eius rei ratio, prolatis nempe ipſis, quæ id poſtremo de iis ab eo adnotatum clariſſime euincant, nummorum illorum iconibus, reddi & explicari ſtatuendum eſt. Idque eo magis, quod adſcripta in memoratis hiſce COTYOS, & Succeſſorum nummis Æra, ab ea, ut paullo ante ſimiliter vidimus, quæ in adductis ſupra Ponti & Boſpori Regum, & quales illos exſtitiſſe nemo utique negauerit, nummis traditur, diſcedat haud parum; nec eius caput ad initia regni illius Pontici, ſeu, ut de eadem ibi tum ſtatuebat celebris Antiquarius, anno cæſi Antigoni Olympiados CXIX. 4. ſeu Urbis Conditæ CCCCLIII, referri vllatenus poſſit. Adeo quidem, ut ab hoc viro eximio adductus ſit ibidem iunioris RHESCYPORIDIS nummus, cum radiato Neronis capite, in altera nummi parte; Æra autem ibi ſit adſcripta ΔΚΧ, ſeu Annorum

Bell. Civ. lib. V. pag. 715. Lib. LIV. pag. 3538.

Pag. 393. 394

Numiſm. Imper. Præſtan. P. 157. T. II.

Ur ſupra Num. Imper. Præſt. pag. 130. 157. 110. & Not. ad Seguin. Num. p. 396. Not. ad Seg. Num. p. 394

DCXXIV: in hac vero poſteriore eius de Boſporanis Regibus Diſſertatione, RHESCYPORIDIS I caput in quatuor Hadriani nummis exſtare dicatur, cum recentiore longe Æra DXXXI, DXLI, DXLVI, & DXLVII, ac proinde, iuxta ſolitam in nummis ſcripturam, ΑΛΦ, ΑΜΦ ϚΜΦ & ΖΜΦ. Neque vero an alibi, ut hoc addam, *Rheſcyporidis*, qui Hadriani æuo; vel alterius ſub Antonino Pio; aut tertii eodem ſub Seuero nomine, totidem Boſpori Regum, facta occurrat mentio, haud equidem noui: ut omen illud eorum nummorum, quos memorat ibi celebris Antiquarius, fide, & quidem quæ eo magis meretur hic adtendi, niti videatur. Quum alioquin ſub eodem Hadriano nomine, *Sauromates*, & alius eodem nomine ſub Seuero, ut totidem Boſpori Reges, alibi ſint, ut diximus, ab eodem, ac a nobis pridem, uti etiam paullo ante, e nummis itidem adducti & illuſtrati. RHOEMETALCIS quidem fateor, ut Boſporani Regis, ſeu ad illud regnum ab Antonino Pio remiſſi, meminit in eius vita Capitolinus. Sed de his mox, ubi de THRACUM Regibus, quos exhibent veteres nummi agetur, occurret adhuc dicendi locus.

In Anton. Pio cap. IX.

8. *De nummo* AMASTRIOS *Reginæ Ponti.*

Verum antiquiorem adhuc memoratis hactenus PONTICIS vel BOSPORANIS Regibus, eandemque gente Perſicam, & Regis Regum Neptem, iuuabit haud minus poſt tot ſæcula quaſi rediuiuam lectorum oculis ſubiicere. Id vero nobis beneficium præſtat ſingularis & eximiæ raritatis nummus, quem recondit Cimeliarchium Auguſtæ Chriſtinæ, ac unde ſequentem eius iconem, pro incomparabili eius in litteras voluntate, & in hæc præclara antiquitatis cimelia ſtudio, ſumus olim nacti:



Pag. 30.

Caput nempe muliebre, in anteriori parte cum ſingulari tegmine; in auerſa vero figura itidem muliebris ſedens turrita, vel cum calatho, dextra Victoriolam tenens, cum inſcr. AMAΣTPIOΣ BAΣIΛIΣΣHΣ. Cuius autem ſingularis nummi, in notis doctiſſimi Holſtenii ad Stephanum quæ multis poſt annis ab eodem nummo a me vulgato ac illuſtrato prodieruut, & quidem e cimeliis tum Franciſci Gottifredi, quæ breui ad laudatam modo Reginam ære eius redempta tranſierant, facta occurrit mentio. Quam inſuper traditam tum a me ſingularis huius nummi iconem, in ſua ad Stephanum adnotata inde transferre voluit eruditus Berkelius. Ea ſcilicet AMASTRIS, quæ Oxyathræ Darii fratris filia, Dionyſii Heracleæ Tyranni primum uxor, poſt Cratero ab Alexandro deſponſa, tandem Lyſimachi coniux; ut refert eius hiſtoriam Memnon apud Photium; & cuius inſuper Diodorus, Strabo, Arrianus, aliique e veteribus meminere. Et apud Arrianum quidem corruptum vulgo eius nomen videas: Κρατέρῳ δὲ ΑΜΑΣΤΡΙΝ (non ut ibi legitur, Ἀμαστρίδι) τῇ Ὀξυάθρου τοῦ Δαρείου ἀδελφῇ παῖδα, *Cratero Amaſtrin, Oxyatris Darii fratris filiam.* Unde male ὁ πάνυ Salmaſius eandem alicubi Darii ſororem vocat; Triſtanus vero, in explicatione cuiuſdam Nummi Amaſtriano-

In voce Ἀμαστρις.

Bibliotheca, pag. 109. & 112.

Lib. VII. cap. 4.

Ad Solin. pag. 889.

Tom. I. pag. 889.

rum nummi, Darii filiam: quæ omnino eius Neptis, ſeu e Fratre filia, apud prædictos auctores commemoratur; quemadmodum etiam apud Græcum Apollinis Rhodii interpretem, ſed ubi corrupte ſcribitur nomen eius Δάμαλις, pro Ἄμαστις, ut iam vidit Cl. Holſtenius in pauculis illis, ſed eruditis ad Apollonium adnotatis: τὸ δὲ Σήσαμον μετωνομάσθη ΑΜΑΣΤΡΙΣ (non Δάματος) ἀπὸ Δαρείου ἀδελφῆς Συγαλήθης *Seſami autem nomen mutatum eſt in* AMASTRIS, *a Darii fratris filia:* quibus conſentanea de hac *Amaſtri* Darii fratris filia, & a qua *Arx Amaſtris* dicta ſit dein *Seſamus*, habet Strabo. In nouiſſima autem Arriani editione Ἀμαστρίδι non ſolum in adductis paullo ante Auctoris illius verbis etiamnum legimus; ſed inſuper fide ſcriptorum eiuſdem Arriani codicum, ac præterea Photii in Excerptis ex eodem Auctore, & ad exemplum nominis Βαρσίνη, eadem lectio ibi in notis adſtruitur; quod ab eodem iam ante ad Ammianum Marcellinum, nec ſine conſueta eidem mei, ſeu huiuſce operis olim editi obtrectatione factum ab eo fuerat. Quum tamen vel ex indubia antiqui illius nummi, olim a nobis tum prolati, fide; luculentis præterea cum Herodoti, de altera & antiquiore Perſica *Amaſtri*, Xerxis uxore & Regina, de qua mox; tum de hac ipſa *Amaſtri* [a] Diodori, [b] Strabonis, [c] Memnonis apud Photium, [d] antiqui ac eruditi ad Apollonium Rhodium Critici, e corrupti certe apud eum nominis Δάμαλις veſtigiis, [e] Stephani Byzantii, ac inde adducta Ἀμάστεως (Jonibus Ἀμήστεως) Ἀμάστεως, vel Ἀμάστιδος terminatio, non vero Ἀμαστρὶς, teſtimoniis, AMAΣTPIN dictam eandem Reginam, nuſquam AMAΣTPINHN conſtet. Quod firmat alibi Strabo, ubi *Amaſtris* urbs Ponti ab eo dicitur, ὁμώνυμος τῆς συναρχιδίας πόλις, *eodem nomine cum ea, quæ urbem condiderat*, nempe hac *Amaſtri*. Quibus accedunt antiquioris adhuc Auctoris, Scymni Chii, ſimilia omnino de eadem hac *Amaſtri*, & condita ab ea urbe cognomine, verba; unde adducto Reginæ illius nummo haud mediocris lux adfulget:

Lib. II. cap. 61.
a lib. XX. pag. 790.
b Ut ſupra.
c Biblioth. p. 710.
d Ut ſupra.
e In Ἄμαστρις

Scholiaſt Apoll. Argon. lib. II. v. 943.

Lib. XII. pag. 546.

In Fragment. Scymni Chii v. 211. &c.

Ἐπὶ τὸν τόπον κτίσας' ὁμώνυμον πόλιν
ΑΜΑΣΤΡΙΣ· Οξάθρᾳ μὲν ἱστορεμένη
Θυγάτηρ ὑπάρχειν, ὡς λέγουσι, τοῦ Περσικοῦ,
Τοῦ δ' Ηρακλείας Διονυσίου γεγενημένη
Γυνὴ τυράννου.

Hoc loco condens urbem ſibi cognominem AMASTRIS, *quam quidem conſtans fama Oxyathræ Perſici filiam prodidit; Dionyſii vero Heracleæ tyranni Coniugem exſtitiſſe.* Neque vero Βαρσίνη, cuius exemplum ad dictum Arriani locum adducitur, ullatenus ſuadet vel euincit, ut altera hæc Regina, non Ἀμαστρὶς ſolum, ſed Ἀμαστρὶδι quoque dicta fuerit: cum haud alio utique nomine nuncupata legatur prior illa Regina *Barſine*: hæc autem Ἄμαστρις conſtanti veterum Auctorum, quos memorauimus, quique inſuper indubia præclari nummi a me e regiis Chriſtinæ Auguſtæ cimeliis adducti fide, omnino confirmantur; nuſpiam vero altero nomine Ἀμαστρῖδος nomine, niſi forte in Arriani codicibus, fuerit appellata. Quomodo alioquin *Drypetis* dicta proximis paullo ante verbis ab Arriano, ut iam ante a Diodoro, Darii filia, quam duxit Hephæſtion; ac unde pro *Drypetina* apud Ammianum, de Mithridatis Eupatoris filia, *Drypetin* legi ibi malebat doctiſſimus Valeſius: quum tamen non de priori illa Perſica, ſed de Pontica virgine eſſet ibi ſermo, & vox illa *Drypetina* veterum etiam Ammiani codicum auctoritate niteretur. Quamquam ab ea notatione ſuperſedere ibi poterat Valeſius; uti quoque ab aduocanda

Lib. VII. pag. 278. ult. edit. Lib. XVII. p. 619.

Not. ad Am. Marcell. lib. XVI. cap. 8.

canda ibidem *Amastri*, meaque de hoc Reginæ illius nummo obseruatione fugillanda, Gronouius; & quærenda inde simili, quam ibi tangit, ambiguitate, ut nempe prout Persica illa, *Amastris* & *Amastrine*, sic *Drypetis* & *Drypetina* dicta fuerit Mithridatis filia. Constare enim utrique debuit, quod pridem ad oram mei Ammiani notaueram, verum omnino posterioris huius nomen *Drypetine* exstitisse, ut *Barsine*: idoneo mihi utique eius rei auctore Valerio Maximo: *Mithridatis Regis filia* DRYPETINE, *Laodicea Regina nata, duplici ordine dentium deformis admodum, comes fugæ patris, a Pompeio deuicta fuit.* Adeo ut *absurdæ* omnino *peruicaciæ*, quam mihi alibi & Harduino, ut paullo ante, & qua æquitate vidimus, imputat, totam hanc Censoris illius ad Ammianum Marcellinum, ac dein ad Arrianum, de hac *Amastri* notationem, liceret potiori certe iure tribuere; si illius utique ingenio vel exemplo mihi insistendum crederem. Id autem unum hic reliquum, ut vel corrupti sint omnino in hac voce Ἀμαστρῆς, etsi antiqui, & commendatæ adeo præstantiæ, Arriani codices; quod nemini harum litterarum perito nouum vel insolitum videbitur; uti etiam in iis, quæ ex Arriani opere apud Photium adducuntur: ni forte ab eius editore ex vulgato alibi apud hunc Auctorem Ἀμαστρῆς pro Ἀμάστριος nomine, id fuerit ibi quoque repositum: aut ipsi Arriano, quod vix tamen de eruditissimo Auctore, & in re cæteroquin obuia statuendum videtur, id sit adscribendum. Neque hæc tanti erant faciot, ut iis immorari opus foret, ni eo adegisset præpostera illa & contumeliosa insuper animaduersio. Digna tamen aliqua notatione in superiori nummo formatio eiusdem nominis Ἀμάστριος, pro qua non Ἀμάστρεως solum, ob varietatem dialecti, sed Ἀμάστριδος etiam vulgo hodie apud auctores legitur. Stephanus certe Byzantius hæc habet de varia formatione huius vocis, ubi & eandem Reginam Darii ex fratre filiam perhibet: Ἀμαστρὶς πόλις &c. ἀπὸ γυναικὸς Περσίδος ΑΜΑΣΤΡΙΔΟΣ θυγατρὸς Ὀξυάθρου τοῦ ἀδελφοῦ Δαρείου, ἣ συνῴκησε Διονυσίῳ τῷ Ἡρακλείας τυράννῳ· mox ΑΜΑΣΤΡΕΩΣ ὁ κλῆσις Στεφάνου, ἄλλοι Α-ΜΑΣΤΡΙΔΟΣ· *Amastris urbs &c. a muliere Persica* AMASTRIDE, *filia Oxyathræ fratris Darii, quæ nupsit Dionysio Heracleæ tyranno.* Amastreos *vero declinat Strabo, alii* Amastridos. Mirum equidem, quod dum varias recenset terminationes huius nominis in secundo casu, antiquam ac indubiam omittat, quam superior nummus præfert; nisi corruptum hic locum statuamus, & pro ultima voce Ἀμάστριδος legendum sit Ἀμάστριος. Certe iuxta nummum antiquissimus Auctor Herodotus, de alia *Amastri* Persica, Xerxis nempe coniuge, Ὀτάνεω ΑΜΗΣΤΡΙΟΣ πατρὸς τῆς Ξέρξεω γυναικὸς. *Otanem, patrem Amestris, quæ erat Xerxis uxor*; & alibi rursus ΑΜΗΣΤΡΙΝ, τὴν Ξέρξεω γυναῖκα, unde insuper, & quod paullo ante adtigi, simile alterius mulieris Persicæ, illius de qua hic agitur, *Amastris* nomen confirmatur ac illustratur: sicut alia insuper *Amastris* corrupte ibi Ἄμιστρις pro Ἄμαστρις, Darii secundi eo nomine Persarum Regis filia, & Artaxerxis Memnonis soror; & huius Artaxerxis filia similiter eodem nomine, sed corrupte in utraque Ἄμιστρις pro Ἄμαστρις in Ctesiæ Excerptis apud Photium legitur. Accedit vero simulis formatio urbis ὁμωνύμου, & ab eadem Regina conditæ, ut iam e Scymno Chio, aliisque Auctoribus vidimus, *Amastris*, iuxta Marcianum Heracleotam, in antiqua Hœschelii editione, ἀπὸ Ἀμάστριος (non ut in nupera Oxoniensi, Ἀμάστριδος) εἰς Κρώμνας χωρίον ςάδια ρ· *ab Amastri in Cromnam vicum, stadia* CL. Unde etiam Gentile formatum ab Ἀμάστριος, nempe Ἀμαστριανὸς, sicut a Σάρδις, Σάρδιος,

In Ἀμάστρις.

Lib. I. c. VIII. Extr. 11.

Lib. VIII. cap. 61.

Biblioth. p. 125.

Biblioth. pag. 125. & 128.

Σαρδιῶ, Σαρδιικός· Τεγέλλις, Τεγέλλιῶ, Τεγελλικός· φάσις, Φάσιῶ, Φασιακός· ut ipſe Stephanus pluribus docet in voce Αγκύρα, ubi rationem & exempla eiuſmodi terminationum tradit. Obſeruat vero alicubi Euſtathius, flecti hanc vocem Αμάσρεως, non vero Αμάσρειδῶ apud Geographum: Σήσαμῶ δὲ κὴ τὸ Γεώγραφον, ἀκρόπολις Αμάσρεως, κὴ ὄῤῥῶ τὸ Αμάσρεως· ὁ γὰρ κλίνῃ Αμάσρειδῶ. Quod ut verum de Strabone, ſicut eius codices hodie præferunt, ita non omittere debuit indubitatam & conſentaneam adlegatis exemplis flexionem huius Αμάσρεῶ. Neque negarem tamen ab Αμασρις fieri etiam potuiſſe Αμάσρειδῶ & bifariam flecti; ſicut a Μίμας, Μίμαῶ, & Μίμαδῶ apud eundem Stephanum; a Πάρις, Πάριδῶ, & Πάριῶ apud Pindarum; a Καλάσιρις, Καλασίριδῶ, & Καλασίριῶ. ut habent alii codices apud Heliodorum. Corruptum vero eiuſdem Reginæ nomen reſtituendum in antiquo auctore Polyæno, & filius illi ſimul ex Lyſimacho natus adſerendus: Ἀλέξανδρῶ Λυσιμάχῳ κὴ Μηκρίδης υἱός, *Alexander Lyſimachi & Mecrides filius.* Ita nempe penultimam vocem legendam credidit magnus Caſaubonus, pro qua in codice eius legebatur Μηρεῖδ' υἱός. At codex ille digitum omnino intendebat in veram lectionem huius vocis, quod erudite etiam animaduertit præclare de Græcis auctoribus meritus Palmerius a Grentemeſnil, qui Αμάσριδῶ eodem loco legendum monuit, pro quo nos lubentius Αμάσριῶ, iuxta indubiam antiqui & inſignis Nummi ſcripturam, iis inſuper, quas modo adduximus, auctoritatibus firmatam. Et hæc olim de hoc Polyæni loco notaueram: quum poſtremus ac eruditus Polyæni editor, adducta in notis ad hunc locum eruditiſſimi Palmerii ac mea de hac voce ibi Μηκρίδης emendatione, receptam tamen lectionem tuetur, cum Memnonis apud Photium de natis e Lyſimacho & Amaſtri liberis ſilentio; tum maxime auctoritate Pauſaniæ, qui duobus locis eundem Alexandrum Lyſimachi filium, cuius fit a Polyæno mentio, uxore *Odryſiade* genitum tradit, Sed neque ita Μηκρίδης lectio, iuxta virum doctum, apud Polyænum adſeritur; neque an ea in duobus codicibus, Mediceo, vel Collegii S. Trinitatis Cantabrigienſi reperiatur, eſt ab eo ibi monitum: quam autem a ſe profectam, pro Μηρεῖδ', quæ in eius codice, e quo Græcum Polyæni contextum vulgauit, legebatur, monuit, ut modo diximus, ὁ πάνυ Caſaubonus: ad quam autem proxime vocem Ἄμαρριν vel Ἀμάρριδα, accedere quiuis videt. Adde, quod apud Pauſaniam corrupti ſint forte in his vocibus Ὀξυαθρὰ γυναικὸς codices, pro Ὀξυάθρα Δυγατρός, *Oxyathris filiæ*, qualis exſtitit hæc *Amaſtris*. De quo nihil certi equidem pronunciamus, totumque eruditi lectoris iudicio lubenter relinquimus. Ab hac autem, & Ponti quidem Regina conditæ urbis cognominis, & celebris *Amaſtris* Ponticæ plurimi etiamnum ſuperſunt nummi inſcripti AMACTPIANΩN. Haud aliter nempe ac *Apamea, Laodicea, Berenice, Arſinoë, Stratonicea*, totidem Urbes dictæ a cognominibus per eadem tempora Reginis. Fuerunt enim ſubinde eadem Urbium & Conditorum nomina, iuxta *Amaſtrim*, aliaque exempla modo adlegata; ac unde rurſus verum huius Reginæ nomen Αμαρρις, non vero Αμαρριν cruitur: quandoque autem eadem Gentilia cum Conditoribus, ut *Auſon, Arcas, Jon, Cilix, Achæus*, & ſimilia: nonnunquam vero idem Conditoris, Urbis, & Gentis nomen, ut *Dardanus*: quæ diſcrimina docet Grammaticus Byzantius in voce Δίμοιρα. Hæc vero hactenus de præclaro illo huius AMACΤΡΙΟΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ nummo a me olim monita, (ſi mittam pauca illa ad Polyæni locum modo addita) etſi leuia forte nec recondita,

Ad Iliad. B. p. 361.

Lib. VI. p. 443.

Pyth. Od. VI. v. 33.

Lib. VI. cap. 12.

Exerc. ad Gr. Auct. p. 169.

Lib. I. pag. 19.

condita, haud vulgari laude prosequi visum est, qui censoris alioquin frequentius, quam laudatoris partibus fungi solet, eruditissimo Harduino. Ut hoc addam postremo, eiusdem insignis nummi a se Romæ apud Franciscum Gottifredi (a quo autem ille cum reliqua eius luculenta veterum nummorum penu ad Reginam Christinam postea transiit) factam quoque mentionem in Cl. Holstenii ad Stephanum adnotatis, quæ multis post adductum a me eundem nummum annis prodierunt.

De eo nummo (nempe AMAΣΤΡΙΟΣ) multa pereruditè Spanhemius lib. de Usu Numism. p. 361. Num. Urb. III p. 36.

Not. pag. 30.

V.

De THRACIÆ REGUM *nummis.*

I. *De antiquis* THRACUM *Regibus in nummis.*

E vicino vero Ponto in THRACIAM, ac ad obuios eius in antiquis adhuc & singularibus nummis Reges, aditum nobis continuo præbet eadem hæc AMASTRIS, quæ non Pontica solum Regina exstitit, superstite marito Dionysio Heracleæ tyranno, & aliquamdiu adhuc post eius obitum, ut ex[a] Memnone liquet apud Photium; sed etiam LYSIMACHO dein nupta, inde THRACIÆ Reginis accensèri etiam potest. In diuisione enim prouinciarum, mortuo Alexandro, Thraciam & regiones Ponti maritimas obtigisse LYSIMACHO, vel[b] ex Diodoro, [c] Curtio [d] Justino, aliisque constat. Hinc eidem Lysimacho cum [e] SEUTHE, Thracum ea ætate Rege, acris dein, sed ancipiti euentu pugna; aliaque adhuc dum eum ab [f] Acmi transitu arcere vult idem Seuthes. Ad quem vero SEUTHEM haud male retulit [g] Cl. Seguinus veterem nummum, e ditibus cimeliis suis prolatum; in quo caput barbatum ac diademate cinctum cernitur, illinc Figura Equestris cum inscriptione ΣΕΥΘΟΥ. Alium vero, nec editum hactenus, eumque oppido singularem & argenteum quoque eiusdem *Seuthis* nummum, ab ipso hic in Anglia visum, in schedis mei ex sorore desideratissimi nepotis Friderici Boneti descriptum vidi; in quo hinc Regis illius caput, & nomen ΣΕΥΘΗΣ, illinc Equus, & nomen ciuitatis KUMAIΩN continebatur. Neque plura de nummo alioquin a me non viso, eiusue cœtypo, addere mihi nunc datur. Ipsius vero LYSIMACHI, quem inter Macedonum Reges relatum in superiori Dissertatione vidimus, obuii adhuc cum a Goltzio aliisque iam vulgati; tum in regiis, aliisue Magnatum vel beatiorum hominum Gazis, ac in thecis Antiquatiorum, cum aurei, tum argentei etiam nummi; in quibus aut cornibus arietinis ornatus, aut amictus pelle leonina, tanquam e veris Magni Alexandri & Heraclidarum successoribus, aut galea tectus conspicitur. Exstat inter alios unus apud Goltzium cum eiusdem Regis Κερατοφόρου capite, in urbe Thraciæ, quæ ab eo nomen accepit, *Lysimachia* percussus ac inscriptus ΛΥΣΙΜΑΧΕΩΝ. Alius autem, indictus hactenus eiusdem Thracicæ urbis, seu in Isthmo Thracicæ Chersonesi, & quæ olim *Cardie* nomen obtinuisse dicitur, nummus exstat inter cimelia laudati aliquoties Equitis Aurati Trombal, in quo caput velatum ac laureatum cernitur; illinc Claua, ac idem gentile urbis nomen ΛΥΣΙΜΑΧΕΩΝ, Coronæ inclusa. Cuius autem urbis, & quæ *Cardiæ* fuerit finitima, ab hoc Lysimacho in Thracica Chersoneso conditæ ac denominatæ, meminit in Periegesi Scymnus Chius; quæ & a *Cardia* diuersi quoque in Strabonis Excerptis traditur. Eandem vero urbem breui post euersam tradit [b] Justinus, sua utique ætate deletam [c] Strabo; quam tamen

a Bibl. pag. 713.
b Lib. XVIII. p. 618.
c Lib. X. c. 10.
d Lib. XIII. cap. 4.
e Diodor. lib. XVIII. p. 615.
f Idem lib. XIX pag. 711.
g Select. Num. p. 38.

Græciæ Tab. XXVI.

Ibidem.

a Περσικὴν δὲ Λυσιμάχειαν &c.
b Vers. 902.
c Lib. XVII. cap. 1.
d Lib. X. pag. 461.

tamen tanquam *in radice magnæ peninſulæ* (Cherſoneſi nempe Thracicæ) *ſedere* adhuc dicit, qui poſt Strabonem vixit, Pomponius Mela; Plinius autem, Mela adhuc aliquantum recentior, *deſeritur iam & Lyſimachia nunc in Cherſoneſo.* Neque vero ad eandem Thracicarum Reginarum claſſem referenda continuo videtur ARSINOE, quæ Ptolemæi Lagi ſeu Soteris filia, huic Lyſimacho quidem, ſed dein duobus fratribus Ptolemæis, Cerauno Macedonum, ac poſt eius cædem, Philadelpho Ægypti Regi nupta, in aureo & tetradrachmali nummo inſcribitur, ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ. Caput autem eius velatum & diademate cinctum in anteriori nummi area, & quidem cum flore loti deſuper, uti poſtea obſeruare mihi in eo licuit; feruenſque Philadelphi in ſororem germanam & coniugem amor, non, quod olim cenſui, ad priorem eius uxorem Lyſimachi filiam & *Arſinoëm* itidem dictam; ſed ad alteram illam Ægypti tum Reginam, ſpectare eundem nummum, ſuadet omnino: uti id iam ante ab eruditis Antiquariis, P. Fabro ad Urſini Illuſtrium imagines, nouiſſime autem a Cl. Vaillant in Hiſtoria Ptolemæorum traditur.

Lib. II. cap. 2. Lib. IV. cap. II.

Pag. 43.

2. *De* THRACUM *Regibus ſub Romanis Imperatoribus.*

Alios vero e ſequentibus THRACUM REGIBUS, eoſque tanquam cum Auguſti, aut Neronis etiam capitibus ſignatos in altera eorundem nummorum parte, RHOEMETALCIS nempe eiuſque coniugis; haud unius COTYOS, & RHESCUPORIDOIS; ININTHIMEUI alioquin ignoti, in lucem protulerunt iam celebres Antiquarii, & quidem cum ſingulari Æra in iiſdem, ſi *Rhœmetalcis* nummos mittas, adſcripta. Primus autem e cimeliis ſuis, quæ dein in Gazam Gallorum Regiam ſunt illata, protulit ac illuſtrauit, vir hiſce antiquitatis ſtudiis colendis & promouendis impenſe, quamdiu ſuperſtes exſtitit, deditus P. Seguinus; ut id mihi olim abunde conſtitit, dum ante complures annos, in Regiam illam geminatis tum vicibus ablegarer. Ex iis vero Regibus RHOEMETALCEM quod adtinet, eximia eius cum fratre *Rheſcyporide* exſtitit in bellis ſub Auguſto Pannonicis ac Dalmaticis præſtita Romanis opera & fides. Unde præter nummum eius a Seguino adductum, hinc cum Auguſti capite, & inſcriptione ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ· illinc capita in eo iugata & diademate cincta *Rhœmetalcis* & uxoris, ac epigraphe ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΟΥ, dantur adhuc alii ciuſdem Regis in præclaris cimeliarchiis nummi, totidem illius in Auguſtum ſtudii ac venerationis indices. Cuiuſmodi nempe quatuor diuerſos nummos poſt Seguinum vulgauit, eius olim in hiſce ſtudiis alumnus veluti & ſectator, Patinus; nihilque præterea ad eorum illuſtrationem ibidem contulit. Haud abſimilem vero priori, qui hinc duo capita iugata Regis *Rhœmetalcis* & uxoris; illinc Auguſti & Juliæ exhibet, exſtare in Gaza Medizea, & quidem cum quinto adhuc capite, quo Venus ſignatur, obſeruat ibidem, ſed quod a Seguino factum ante fuerat, Patinus. De nummo Mediceo facta equidem a me fuerat olim mentio; qui nempe hinc tria capita exhiberet, duo Regis *Rhœmetalcis*, & Reginæ uxoris; tertium vero laureatum, quod J. Cæſaris caput referre videretur. Exſtant vero alii ſingulares nummi, in quibus aliorum Thraciæ Regum, ΚΟΤΥΟΣ & ΡΗΣΚΟΥΠΟΡΙΔΟΣ haud unius, & ignoti aliunde ΙΝΙΝΘΙΜΗΥΟΥ effigies, cum adſcripta in pleriſque Æra; in auerſa autem ſignatum Auguſti, ut ſtatuerunt hactenus, qui eos diuulgarunt, celebres Antiquarii; aut Neronis etiam caput. Et ΚΟΤΥΟΣ quidem duos nummos protule-

Velleii Paterc. lib. II. c. 112. Dio Caſſ. lib. LV. pag. 568. Select. Num. pag. 40.

Numiſm. Imper. p. 38.

Select. Num. pag. 41. Diſſ. de Uſu &c. Num. pag. 467.

Select. Num. p. 42. Theſ. Numiſm. p. 50.

protulere viri præſtantes, Seguinus & Patinus: priorem cum Æra in eo ΘΚΦ ſeu Annorum DXXIX; poſtremum, cum litteris demum ΑΦ ſeu Annorum DI; utrumque autem cum Auguſti, etſi dubitanter aliquantum de eo Seguinus, capitibus. Unde liceret ſtatuere, hunc a Patino adductum, ad COTYM eo nomine IV Thracum Regem, a M. Antonio cuius partibus adhæſerat, regno donatum; in eoque ab Auguſto confirmatum, *Rhœmetalcis* vero illius, cuius nummos memoraui, patrem: alterum, quem edidit Seguinus, ad eiuſdem *Cotyos* nepotem, & *Rhœmetalcis* modo dicti filium ſpectare.

Annal. 12. cap. 64.

Id vero e Tacito diſcimus, diuiſum quidem fuiſſe ab Auguſto Thraciæ regnum, ſed ita ut iuxta præſtantes Antiquarios, COTYI, (qui in ſecundo nummo ſignatur) miti ingenio & amœno, agris & urbibus cultam Thraciæ partem conceſſerit, relicta truci RHESCUPORIDI eius fratri altera, quæ inculta foret & hoſtibus adnexa. Ut haud mirum eſſet, ſignatum intueri in altera nummi parte, ut iiſdem Antiquariis hactenus videbatur, Auguſtum. Ad quos cæteroquin Thraciæ eodem tempore Reges, COTYM, & patruum eius RHESCYPORIDEM, referri debet nummus a Patino ad Suetonium vulgatus; in quo hinc caput cinctum diademate, & nomen ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΟΤΥΣ *Rex Cotys*; illinc Victoria gradiens coronam dextra elata tenens, & epigraphe, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΑΣΚΟΥΠΟΡΙΔΟΣ, *Regis Rheſcuporidis*, A nempe ibi, ſi ita in nummo, Dorum more pro H, obuio utique in aliis nummis nomine ΡΗΣΚΟΥΠΟΡΙΔΟΣ. Unde autem conſtat quomodo eos *conſortes eiuſdem imperii* dixerit Velleius Paterculus. Quamquam eandem inter diſſimillimos ingenio Reges, etſi arcto ſanguinis vinculo iunctos, ſocietatem & concordiam non duraſſe; ſed illatum mox *Cotyi* a *Rheſcuporide* bellum, eumque dolo etiam captum ac interemptum, e Tacito præterea liqueat. Exſtat vero alius, & ſingularis quidem, de quo ſilent hactenus celebres Antiquarii, *Rheſcuporidis* nummus, a me forte inter cimelia laudati iam ante eximia doctrina & comitate viri Hans Sloane nuper obſeruatus; in quo imberbe huius *Rheſcuporidis* caput diadematum, & epigraphe, ΒΑCΙΛΕΩC ΡΗCΚΟΥΠΟΡΙΔΟC, ne de vera nominis illius ſcriptura dubitare liceat; in altera nummi area imberbe & laureatum caput, ante Stella, infra Æra ΑΚΦ, ſeu Ann. DXXI. Qua occaſione inſuper tres alios, cum eodem ΒΑCΙΛΕΩC ΡΗCΚΟΥΠΟΡΙΔΟC titulo ac nomine ſignatos, ut conferre eos inter ſe Lectori liceat, diuerſamque in iis Æram expendere, huc quoque adferemus. E quibus prior eſt ab eximio [a] Patino cum Æra in eo adſcripta ΑΛΦ ſeu Annorum DXXXI editus; alter a præſtantiſſimo [b] Seguino, cum Æra in eo ΒΜΦ, ſeu Annorum DXLII; tertius a [c] Cl. Vaillant, cum radiato in altera nummi parte Neronis capite, & Æra XX ſeu Annorum DCXX, & ſi addita infra littera Δ referri illuc quoque debeat, non ad regni Neronis Annos, DCXXIV.

Ad Tiber. cap. 37.

Lib. 11. c. 129.

Annal. 11. c. 38.

a Ad Sueton. in Tiber. cap. 37.
b Select. Num. pag. 43.
c Not. ad Seg. Num. p. 394.

Ad

Ad primum RHESCYPORIDEM, *Cotyos*, ut diximus, eo nomine IV filium, & alterius *Cotyos* paulo ante dicti patruum, ſpectare videtur omnino prior nummus. Ad quem etiam *Rheſcyporidem*, illamque ætatem referuntur a præſtantibus Antiquariis ſequentes nummi, cum Æra in iis adſcripta ΑΑΦ & ΒΜΦ, ſeu Annorum DXXXI, & DXLII, ut illum nunc mittam priori loco a nobis primum ibi editum, cum haud diſſimili Æra ΑΚΦ Annorum DXXI. De quo nempe *Rheſcyporide* id ſit in Romanorum Annalibus proditum, ob dolo captum ac cæſum eum, de quo ſupra, conſortem regni, nepotem ex fratre *Cotym*, ademptum ei fuiſſe ſub Tiberio regnum, eundemque Alexandriam delatum; ibique interfectum; diuiſa dein a Tiberio Thracia inter *Rhœmetalcem* eius filium, paterni quippe criminis inſontem, & *Cotyos* liberos. Quæ ſingula utique tradidit haud uno loco Tacitus. Sed de quibus nummis, diuerſaque de iis ſententia, mox occurret dicendi locus. Poſtremum vero nummum ſub Nerone percuſſum, & cum Æra XI DCXX, aut ſi additur hic littera Δ, DCXXIV, ad iuniorem RHESCYPORIDEM, *Rhœmetalcis* ſcilicet iunioris filium, & prioris *Rheſcyporidis* nepotem refert, qui eum protulit, celebris Antiquarius.

Seguin. Sel. Num. p. 43. Patin. ad Sueton. Tiber. cap. 37. Vaillant. Not. ad Seg. Num. pag. 393.

Annal. lib. II. cap. 64. 67. nt. cap 38. IV. cap. 5.

Vaillant. ut ſupra p. 394.

Hæc autem turbare rurſus videtur alius ſingularis omnino nummus a Seguino editus, cum diademato capite BACIAEωC ININΘIMHTOY, *Regis Ininthimeui*, ignoti aliunde Regis, effigie; cum Æra autem in auerſa parte adſcripta ΑΑΦ ſeu DXXXI. Hunc enim nummum e cælatura & fabrica ſuperioribus ſimili, ad Thracum illius ætatis Regem, & *Cotyi* ac *Rheſcyporidi* coæuum, referendum cenſuit idem clariſſimi nominis Antiquarius; ſuffragante eidem Cl. Vaillant, qui & *Cotyi* in eo regno ſucceſſiſſe, immo quem alibi dein, ut mox videbimus, filium eundem vocat, ac *Rheſcyporidi* in tertio nummo, cum adſcripta Æra DXLII, anteriorem ſtatuit; ac inde apud Dionem, pro *Rhœmetalce*, auunculo & tutore filiorum *Cotyos*, *Ininthimeuum* ibi legendum contendit. Ut mittam vero, (quod cum pace celebris Antiquarii dicere mihi liceat,) id & longius a Dionis ſcriptura veterumque eius codicum abire, nullaque alia auctoritate niti; obſtat inſuper Thraciæ Regis *Rheſcyporidis* nummus hic ſecundo loco conſpicuus, & a Cl. Patino adductus, in quo eadem Æra ΑΑΦ ſeu DXXXI legitur. Unde potior hic habenda eſſet eruditiſſimi Harduini coniectura; hunc nempe *Ininthimeuum*, poſt patris

3. *De nummo Regis* ININTHIMEUI. Select. Num. pag 43.

Not. ad Seg. Num. p. 395.

Num. Vet. Ill. pag. 207.

Cotyos, a *Rheſcyporide* nempe patruo cæſi, obitum, cum matre, ut e Strabone colligit, Sabæris imperitaſſe; dum in altera Thraciæ parte regnaret *Rheſcyporis*. Ne tamen id obſtare videatur, quod non diu poſt *Cotyos* huius cædem, regnarit idem *Rheſcyporis*; ſed mox Tiberii iuſſu captus & Romam adductus, ademptoque ei regno, diuiſa ſit Thracia, ut diximus, inter huius *Rheſcyporidos* filium *Rhœmetalcem*, & *Cotyos* liberos; exſtet autem *Rheſcyporidos* nummus quarto loco adductus, cum Æra in eo adſcripta BMΦ ſeu DXLII, ac proinde undecim annis adhuc ea quæ ſignatur in illius *Ininthimeui* nummo recentior. Accedit, quod idem ille cæſi *Cotyos* filius, cum matre, non regnaſſe, aut *Regis* titulum, quem dictus ante nummus huic *Ininthimeuo* tribuit, uſurpaſſe, a Strabone traditur: *ſed* PRIUATUM *cum matre illi tractui præfuiſſe*, Ο μὲν ΙΔΙΩΤΗΣ στρατιᾷ τῇ μητρὶ τῶν ἀρχῶν alterum vero e filiis recens Armeniæ maioris Regem eſſe creatum. Quum alioquin Dio Cocceianus huic *Cotyi*, iuxta parentem appellato, Armeniam minorem a Caligula datam tradiderit; *Cotyos* vero ditionem *Rhœmetalci*, *Rheſcyporidis* nempe, ut e Tacito conſtat, filio. Huius vero poſtremi COTYOS nummus exſtat in Theſauris Gallorum Regiis, qui hinc caput imberbe ac diademate itidem cinctum præfert; illinc in corona quernea MH, quæ annos regni XLVIII indicare videntur. E poſtremo autem adducto RHESCYPORIDIS nummo, cum radiato Neronis capite, quem protulit Cl. Vaillant, illud præterea conſtat, exſtitiſſe adhuc ſub Nerone regium in aliqua Thraciæ parte imperium; neque proinde, quod ab Euſebio ſub Claudio factum dicitur, *Thracia huc uſque regnata, in prouinciam redigitur*, de tota ac late diffuſa adeo gente, de qua olim Herodotus tradidit, Thracum gentem ſecundum Indos omnium maximam, debere intelligi: Immo unde adſtrui poſſet lectio, quam tuentur hactenus Suetonii codices, in Veſpaſiano, ubi de eo dicitur: *Thraciam, Ciliciam, & Commagenem, ditionis regiæ uſque ad id tempus, in prouinciæ formam redegit*; ac ubi, reclamantibus libris ſcriptis, *Trachiam Ciliciam* legenti Turnebo adſentiuntur viri docti. Quod ſimiliter ab iis apud Eutropium factum, eadem, quæ hic apud Suetonium in Veſpaſiano leguntur, ibi quoque tradentem; etſi eandem lectionem, ut de *Thracia* ſit ibi ſermo, tueatur, quod vidit iam ad Tranquillum Caſaubonus, Græcus Eutropii Metaphraſtes Pæanius, nuper opportune eidem Eutropio a varia & eximia doctrina, diligentia, ac induſtria viro Chriſtophoro Cellario noſtro additus. Unde ne pluribus hic immorer, quantum lucis e dictis modo nummis, ad illam Thraciæ Regum hiſtoriam, & quæ de iis apud Tacitum forte, Velleium, Suetonium, Dionem, alioſue leguntur, firmanda vel illuſtranda accedat; vel ad conſtituendam præterea nobiliſſimi illius regni aliunde ignotam hactenus Æram; ad veram denique, quam ſupra iam adtigimus, inditorum iiſdem Regibus nominum, quæ ferme apud Auctores Græcos & Latinos corrupta hodie leguntur, ſcripturam conducant, haud immerito prædicare videantur celebres Antiquarii. Æram vero illam Thracicam quod adtinet, in iis, quos hactenus adduximus, Thraciæ Regum nummis ſolemnem adeo ac illuſtrem; an, quod cenſuit eruditiſſimus Harduinus, ad Olympiadem LXVI, circiter annum v. c. CCXXVII referri debeat, quo a tyrannide Perſica ditionem ſibi ſubiectam liberauit Alexander Amyntæ Macedonum Regis filius: an vero, caput eius ac initium ſit hactenus ignotum; Sitalcis certe, antiquiſſimi Thracum Regis, ætatem ſeptuaginta quatuor annis haud dubie anteuertat: quod ſtatuit

Lib. XIV. pag. 556.

Ut ſupra lib. XII. pag 556.

Lib. LIX. pag. 649.

Annal. III. cap. 38.

Chron. pag. 160. P. II.

Lib. V. cap. 3.

Cap. VIII.

Num. Urb. III. pag. 107.

ſtatuit Cl. Vaillant, non hic iam expendimus. Antiquiſſimam quidem illam, & quæ omnes alias Æras in nummis hactenus obſeruatas longe ſuperet, tradenti eidem adſentiri continuo licet. Mitto vero quod Alexandri Amyntæ Macedonum Regis filii factum, quod tangit, ut modo diximus, vir alter eruditus, decennio circiter ſerius contigerit, iuxta Petauium; viginti vero & uno annis illud præceſſerit, ſi alios audiamus, qui Herodoti, a quo illa hiſtoria traditur, Chronologiam in Londinenſi poſtrema illius editione, concinnarunt. Id ſtatui forte haud immerito poteſt, a Tereo, Sitalcis Thracum Regis patre, caput illius Æræ Thracicæ arceſſendum; de quo illud utique a Thucydide traditur: Ο ὃ ΤΗΡΗΣ ἐτ@, ὁ τῦ Σιτάλκα πατὴρ, ΠΡΩΤΟΣ Οδρύσαις τῶ μεγάλω βασιλείαν ἐπιπλέον τῆς ἄλλης Θρᾴκης ἐποίησε *Hic autem* TERES *Sitalcis pater,* PRIMUS *Odryſarum imperium maius reliquis Thraciæ regnis effecit.* Neque vero ad tempora illius Terei incommode referri poterunt anni huius Æræ Thracicæ, maxime iuxta accuratiorum Chronologorum calculos, in ſuperioribus Thraciæ Regum nummis conſignati. Sed hoc obiter, nec iam huius loci.

Not. ad Seg. Num. p. 393. 394.

Lib. II. § 29.

Id vero omitti neutiquam hic debet, quod paullo ante iam adtigi, ubi de Ponti ac Boſpori Regibus agebatur: ea nempe a celebri Antiquario, de memoratis modo THRACUM Regibus, COTY, IN IN THYMEUO, haud uno RHESCYPORIDE, adductiſque eorum nummis nouiſſime prodita, quæ ſuperiora omnia, immo ab ipſomet alibi, ut vidimus, de iiſdem conſignata omnino conuellunt. Cuius utique rei abunde fidem facit, quod eoſdem non Thraciæ, ſed Boſpori Regibus nunc adnumerat: in COTYOS, & quem illius filium ibi vocat, ININTHYMEUI nummis, non Auguſtum, ut olim, ſed Traianum ſignari, Æramque in priore adſcriptam ΘΚΦ, ſeu Annorum DXXIX, ad decimum Traiani annum reſpicere: in RHESCYPORIDOS vero I. nummis, Hadrianum; RHESCYPORIDOS II, Antoninum Pium; & RHESCYPORIDIS III, Seuerum; & cum diuerſis quidem Æris quas ibi memorat, & ſupra iam adduximus, effingi ſtatuit in altera nempe eorundem nummorum area. Haud opus vero, ut ea denuo hic tangam, quæ ea de re ſupra obiter iam dixi; neque ut fidem viri, qui in verſandis illuſtrandiſque nummis antiquis tot annos iam totus, & cum laude haud vulgari, eſt intentus, temere ſollicitandam hic putem: etſi aliena ſint valde ab iis, quæ idem antea, ut vidimus, de iiſdem Regibus ac nummis tradiderat; nullaque adhuc ibi reddatur tantæ inter ea diuerſitatis ratio. Ut mittam, quod Thraciæ olim Reges, iis, neque unius COTYOS & RHESCYPORIDIS, nominibus appellatos; iiſdemque illis, ad quos eorum nummos antea, a viris in hoc ſtudiorum genere haud parum exercitatis, Seguino, Patino, ipſoque celebri Antiquario, referri diximus, M. Antonii nempe, Auguſti, Tiberii, & Neronis temporibus exſtitiſſe, luculentis veterum illius & ſequentis ætatis Auctorum teſtimoniis abunde ſit comprobatum. Neque tamen, ut ingenue fatear, minus inde certa debet hic eſſe ac indubitata nummorum illorum ea in re fides ac auctoritas; ſi, quod forte ob minus accuratam ac rudiorem, in Barbara quippe gente, eorundem cælaturam, priores Antiquarios ipſumque antea Cl. Vaillant fugerat aut deceperat, certius dein & manifeſtius conſtitit; quinam nempe Imperatores, Auguſtus, an Tra-

4. *De noua celebris Antiquarii de adductis modo nummis ſententia.* J. Vaillant. Vid. Nouuel. de la Rep. des lettres de M. Bernard Mois de Juin 1705.

Ad Sueton. in Tiber. cap. 37.

Traianus, vel Hadrianus, sint in iis depicti. Adductus certe a Patino *Rhescyporidos* nummus cum barbato in auersa nummi area capite, & Æra ΑΛΦ D X X X I, ad Hadrianum potius, quam ad Augustum spectare, licet utique statuere. Accedit, ut hoc addam, firmandæ insuper de hisce nummis nouissimæ huic adsertioni, litterarum in iis scriptura, ϵ, c pro Σ, & ω pro Ω, quæ Traiani potius & sequentium Imperatorum, quam Augusti & proximorum ei Cæsarum ætatem, uti ea de re alibi egimus, omnino arguunt: etsi alias non desint etiam exempla earundem litterarum Augusti æuo iam receptarum. Adde, quod in adducto a me primum *Rhescyporidos* nummo cum Æra in eo adscripta D X X I, non Augusti equidem, sed Traiani potius caput signari videatur. Neque tamen *Rhescyporidis* nummum ab eodem celebri Antiquario, ut antea vidimus, alibi adductum, & cum radiato ac manifesto Neronis capite, ac Æra Annorum X X aut ΔΚΔ D C X X, seu D C X X I V, ad alia, quam ad Neronis tempora, licet utique reuocare. Ut mittam cæteroquin, & quod supra iam adtigi, id non liquere hactenus, quomodo eadem hæc Æra, quam non Thraciæ, sed Bospori Regibus, & ea quidem Traiani, Hadriani, & Seueri ætate tribuit celebris Antiquarius, cum ea conciliari possit; quam in aliorum Bospori Regum nummis, eademque illa ætate, neque parum a superiori diuersam, uti sub Traiano Annorum H Y, seu C C C C V I I I, sub Hadriano H I Y C C C C X V I I I signari paullo ante vidimus. Adeo ut quid de tota hac re statui omnino debeat, ex ipsa celebris Antiquarii, ubi ea publice prostabit, commentatione, adductisque ibidem accuratis nummorum, qui id euincant, ectypis, certius omnino & liquidius constare deinceps poterit.

Not. ad Seg. Num. p. 394.

VI.

De PERGAMENORUM REGIBUS *in Nummis.*

1. *De nummo* EURYPYLI HEROIS.

Si vero e Thracia in vicinum continentem traiiciamus, occurrent prisci PERGAMENORUM Reges vel Dynastæ, quorum nobilitatum nosti, quamquam non diuturnum adeo, in Asia imperium. Quo equidem loco, antiquissimum illius tractus, ac a diuino Vate celebratum EURYPYLUM HEROA, iuuabit hic ante omnia in veteri ac singulari nummo depictum intueri; quem Thomæ Chiffletio, auitæ & fraternæ laudis æmulo, acceptum feret Lector, qui eundem e Cimeliarchio Christinæ Augustæ depromptum ad me transmisit. Signatur nempe in anteriori eius area imberbis & decora facies, cum inscriptione ΕΥΡΥΠΥΛΟC HPΩC, *Eurypylus Heros:* in auersa parte, Templum cum Pyramidos, instar Paphiæ Veneris, effigie ac nomine ΠΑΦΙΑ, circum ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ CΤΡΑ ΠΩΛΛΙΩΝΟC, *Pergamenorum Sub Prætore Pollione.*

Quam

Quam pulcre vero ille commentarii vicem præſtat Ulyſſis de eodem Eurypylo apud Homerum verbis:

Αλλ' οἷον μὲν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ
ΗΡΩ' ΕΥΡΥΠΥΛΟΝ, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
ΚΗΤΕΙΟΙ κτείνοντο, γυναίων εἵνεκα δώρων·
Κεῖνον δὲ ΚΑΛΛΙΣΤΟΝ, ἰδὼν μετὰ Μέμνονα δῖον. Homer. Odyſſ. Λ. v. 519. &c.

Sed qualem Telephidem proſtrauit ferro HEROA EURYPYLUM, *multi vero circa illum ſocii* CETEII *interfecti ſunt muliebria propter dona. Illum vero* PULCHERRIMUM *vidi poſt Memnona diuinum.* Scilicet non idem ſolum oris decor, eademque HEROIS appellatio in ſuperiori nummo; ſed præterea (quod erudite etiam notauerat amiciſſimus Chiffletius, litteris una cum tranſmiſſo Nummi ectypo ad me datis) ſolutio inde ex parte eruenda illius ænigmatis, quæ Strabonem fugit, dum eiuſdem Poëtæ verſus recitans, addit: Αἰνιγμά τιτιθεὶς ἀμῦναι μᾶλλον, ἢ λέγων τι σαφές. Ὅστε δὲ ΤΟΥΣ ΚΗΤΕΙΟΥΣ οὐμοὶ δοκεῖ τινας δεῖν δέχεσθαι δεῖ, ἅτε τῶν γυναίων εἵνεκα δώρων, ἀλλὰ μὴ οἱ Γραμματικοὶ μυθάρια παραλλάττοντες ἐρεσιλογοῦσι μᾶλλον, ἢ λύουσι τὰ ζητούμενα. Lib. XIII. p. 616. *Quibus equidem verbis ænigma potius nobis proponit, quam ut diſerte aliquid exponat. Nam non conſtat,* QUOS CETEIOS *intelligere debeamus; neque quid ſibi velint muliebria illa dona. Grammatici etiam dum fabellas adducunt, non tam ſoluunt quæſtiones, quam rationes commiſcendo nugantur.* Grammaticorum id genus de hoc Homeri loco expoſitiones videre adhuc hodie licet, cum in breuibus ad Poëtam Scholiis, tum apud Euſtathium, ſed qui inter alia notat opportune, *Ceteios* huius Eurypyli comites, dici a quibuſdam *Pergamenos* ἄλλοι δὲ Κητείους Περγαμήνους ἰδίασαν. Id vero egregie firmat ſimul ac illuſtrat ſuperior Nummus, qui a *Pergamenis*, tanquam *Eurypyli* quondam ſociis vel adfectis, ſignatum eundem *Heroa* repræſentat. Neque vero obſcura erat ratio huius appellationis, ex eo nempe profectæ, quod fluuius *Cetius* aut *Ceteius* præterflueret hanc urbem, ut Plinius diſerte obſeruat: *longeque clariſſimum Aſiæ* PERGAMUM, *quod interneat Selinus, præfluit* CETIUS, *profuſus Pindaſo monte.* Hinc ergo *Pergameni*, haud minus ac vicini alii accolæ, *Ceteii*: ſicut notum varia iam olim exſtitiſſe cognominata fluuiis loca, & ab iiſdem denominata, ac apud Siculos quidem frequenter, quod Duris apud Stephanum docet, & firmat exemplis *Syracuſarum, Gelæ, Himeræ, Selinuntis, Phœnicuntis, Erycis, Acragantis*, & plurium id genus. At vero ne quid diſſimulem, occurrit etiam ſimilis plane nummus in Gaza Medicea, cum iiſdem ſymbolis & nominibus niſi quod loco ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, legat in eodem eruditus eius Cimeliarcha, H CAAAMINIΩN. Ita etiam eiuſdem Reginæ nummum, cuius iconem, qualis ab amiciſſimo Chiffletio eſt ad me tranſ- Pag. 1697. Lib. V. cap. 30. In voce Ἀκράγας.

missa, modo expressimus, legisse antea videbantur eruditi Urbis Antiquarii; ex ea nempe, quæ ad eos dimanauerat Medicei nummi tradita iam iis temporibus, a celebri Gazæ tum illius custode scriptura; aut alioquin ex ipso etiam nummi illius typo. Suffragari utique prima fronte videbatur doctis Antiquariis Templum illud Veneris Paphiæ cum eiusdem nomine ΠΑΦΙΑ, in auersa nummi parte signatum, cum meta veluti pyramidali in medio; quo habitu Venerem apud Paphios cultam, Tacitus, ut notum, aliique describunt: *Haud fuerit longum initia religionis, Templi situm, formam Deæ, neque enim alibi sic habetur, paucis describere*; mox: *simulacrum Deæ non effigie humana, continuus orbis latiore initio, tenuem in ambitum* METÆ MODO *exsurgens, & ratio in obscuro.* Quæ in superiori nummo conspicua, eundem proinde a *Salaminiis* Cypriis potius, quam a *Pergamenis* percussum videbantur arguere. Sed nihilominus plura sunt longe & certiora, quæ mihi suadent omnino, ut iuxta expressam in superiori nummo scripturam, *Pergamenis* Medicæum quoque continuo adscribam. Primum equidem, quod in Græcis numismatibus vetustate sæpe exesæ inscriptiones accuratissimos etiam nonnunquam fugiant; minus vero in his exercitatis, maxime ob vicinos variarum litterarum ductus crebro imponant, atque ita ad alia trahantur: cuius rei sexcenta exempla obuia sunt in Antiquariorum libris, & quorum etiam haud pauca suis locis in hoc opere notamus. Alterum, quod huic EURYPYLO HEROI nihil commune legatur cum Cypriis extitisse. Plures quidem *Eurypylos* in ea Troiana expeditione legimus apud diuinum Vatem, & quidem alterum ex Co Insula, Herculis filium; alterum vero Euæmonis ex Ormenio Thessaliæ oppido, eosque a partibus Græcorum stantes. Quibus alium insuper *Eurypylum* addere mihi liceat, cuius mentionem apud Apollonium Rhodium reperio:

Histor. lib. 11. cap. 1. 2.

Ilid. B. v. 677. Iliad. B. 731. & Λ. v. 818. 821.

Argon. lib. IV. v. 1561.

Εὐρύπυλον Λιβύη θηροξόφῳ ἐγγεγαῶτα,

Eurypylum Africæ ferarum altricis indigenam, & quem exstitisse Neptuni ac Celænæ filium, & Cyrenarum in Africa Regem obseruat ibi Græcus interpres, adducto etiam eam in rem Callimachi testimonio. Iste vero, de quo agimus, HEROS EURYPYLUS, Priami e sorore & Telephi filius, ac *Telephides* proinde Poëtæ in priori versu paullo ante adlegato dictus, pro Troianis dimicans interfectus. Si vero Strabonem consulamus, auctor ille Telephum Eurypyli huius patrem, regnasse in ea regione, quæ circa Teuthraniam est & Caicum. Paullo vero ante Teuthraniam dixerat sitam inter Elæam, Pitanen, Atarneum, & *Pergamum.* Hinc itaque *Pergameni* in parentis Telephi, & postea filii huius Eurypyli ditione; ac inde, ut iam intelligimus, quod Strabonem tamen fugit, illius ad Troianam expeditionem comites, sub *Ceteiorum* nomine, quod innuit inter alia Eustathius, a Poëta designati. At quod non vidit, saltem non obseruauit eo loco Eustathius, & mire tamen ad huius rei & nummi illustrationem facit, id apud Aristidem reperio; qui Telephum antiquissimum *Pergami* conditorem docet: duas nempe deductas in eam Urbem Colonias, primam & antiquissimam ex Arcadia a Telepho; secundam, sed dignitate præcipuam, ab Æsculapio: ἡ γίγνεται τοῖς μὲν χρόνοις ὕστερα δευτέρα τὶς ἀποικία δεύτερος ἀπὸ τῆς Ελλάδος μετὰ τὸν ἐξ Αρκαδίας τὸν ἅμα Τηλέφῳ, τῇ δ' ἀξίᾳ καὶ δυνάμει πολὺ περιουσία πασῶν ἀποικιῶν. *Et quamquam temporis ratione secunda haec est Colonia,* (de Pergamo loquitur) *e Græcia* POST ILLAM *deducta, quam ex Arcadia* TELEPHUS *cum suis deduxit, dignitate tamen*

Lib. XIII. p. 616.

Ibidem p. 615.

Orat. de Concord. p. 304. & 309. T. II.

tamen ac potentia omnium eſt celebratiſſima. Quod firmat etiam Pauſanias; qui a Telepho ex Arcadia deductam Pergamum coloniam tradit. Haud mirum itaque in huius originis memoriam, primi Conditoris ſui filium, EURYPYLUM nempe Telephi filium, ſeu *Telephidem,* ut vocat illum Poëta, publico ære a Pergamenis ſignatum. Tertium, nec minus palmarium argumentum, ΠΩΛΛΙΩΝΟC ſeu *Pollionis* nomen eidem nummo adſcriptum ſuppeditat, nempe ΕΠΙ CTPA Γ. ΠΩΛΛΙΩΝΟC, *Sub Prætore Caio Pollione.* Inde vero ſicut ex aliis ſcripturæ indiciis, & nummi ipſius intuitu ac elegantia, colligo eundem circa Hadriani vel Antoninorum tempora percuſſum. Ea vero ætate *Pollionem* quendam Aſiæ Proconſulari, in qua *Pergamus,* præfuiſſe, liquet mihi rurſus ex Ariſtide, qui in Sermonibus ſacris factum ſuum quoddam narrat, ἐπὶ ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ ἄρχοντος τῆς Ασίας, ſub POLLIONE *Rectore Aſiæ.* Id etiam pulchre firmat nummus quidam Sabinæ, Hadriani Coniugis, ab iiſdem *Pergamenis* percuſſus, cum nomine eiuſdem Pollionis, ΕΠΙ CTPA. ΠΟΛΛΙΩΝΟC ΠΕΡΓΑ. *ſub Prætore Pollione Pergamenorum.* Quamquam ille *Pollio,* cuius Ariſtides meminit, ſub M. Aurelio demum Aſiæ Proconſulatum geſſiſſe videatur. Accedit poſtremo, extra Cyprum viguiſſe quoque cultum Veneris Paphiæ; & in eius rei fidem ac memoriam, nomen ac ſimulacrum eiuſdem ΠΑΦΙΗΣ, ac etiam Templum ſæpe in aliarum Gentium ac Urbium nummis expreſſum. Eius rei exemplum illuſtre & hic valde opportunum præbet nummus in urbe Aſiæ itidem Proconſularis, nec ita procul a *Pergamo* diſſita, *Sardibus* nempe, & quod hic notandum, circiter circa eadem tempora ſub Hadriano nempe percuſſus, cum eodem illo Templo & ſimulacro Veneris Paphiæ, ac ſimili inſcriptione ΠΑΦΙΗ, nomine autem gentili CAPΔIANΩN. Exſtat ille inter collectos a Sirmondo nummos in Collegio Claromontano Pariſienſi, quem ibi cum reliquis pridem a me inſpectis opportune tum adnotaſſe memini. Nihil itaque mirum aut inſolitum, ſi a vicinis etiam *Pergamenis* publico ære ſignatum ſit idem Templum; & adpoſite quidem *Paphiæ* Deæ ſimulacrum in eodem nummo, quo vel Adoni formoſior iuuenis, & eo nomine inſigniter, ut audiuimus, a diuino Vate commendatus, depingitur. Mitto iam quæ illuſtrandæ illi rei inſuper facerent, ſimilia nempe exempla vel *Serapidis Alexandrini,* vel *Dianæ Epheſinæ,* quæ ſæpe in aliis nummis occurrunt, quam vel *Alexandrinis* vel *Epheſinis:* quod de poſtrema erudite iam eſt a te obſeruatum, in eleganti illa tua de nummo Apamenſi diſſertatione. Quibus exemplis a te ex hac penu nummaria congeſtis liceat hic inſuper addere, ut alios mittam, nummum *Gortyniorum* Cretenſium cum eiuſdem *Dianæ Epheſinæ* ſeu Πολυμάζου ſimulacro, ac inſcr. ΓOPTYN. ſeu *Gortyniorum.* Atque ita vides inuictis, ut opinor, argumentis, quam vere & iure optimo inſignis iſte nummus huius HEROIS EURYPYLI, *Pergamenis,* quod præfert quoque indubitata eius inſcriptio, ſit adſcribendus: nihil autem cauſſæ vel rei ſubeſſe, cur ad *Salaminios* Cyprios, quo induxit eruditos Antiquarios *Paphiæ* Veneris in eodem mentio ac Templum, ſit confugiendum. Et hæc quidem ſcripſeram, quum occurrit opportune, inter quorundam ratiorum nummorum icones, quas olim mihi ſepoſueram, unam eſſe *Pergamenorum* cum aliqua *Ceteii* aut *Ceteiorum* mentione. Neque fefellit exſpectatio. Talis enim mihi continuo incidit nummus ſub M. Aurelio a *Pergamenis* ſignatus, in cuius auerſa parte Æſculapii *Pergameni* ſtatua cippo innixa; utrinque duo Fluuii recumbentes, cum

Lib. 1. pag. 8.

Serm. Sacr. iv. pag. 611.

In Gaza Chriſtinæ Reginæ.

Regin. Sued.

cum ramis Apii, ut videtur, aquatilis, infra duæ Coronæ; hæc autem inſcriptio, ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΚΑΛΛΙΣΤΕΟΥΣ ΣΕΛΕΙΝΟ. ΚΗΤΕΙΟΣ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Sub Prætore Calliſteo, Selinus, Ceteius, Pergamenis Bis Neocoris.* Et hæc olim (ut quæ ad poſtremi huius nummi lucem & explicationem faciunt, alibi opportunius reponenda, nunc mittam) ad Pergameni illius Herois, ſeu præclari illius *Pergamenorum* nummi, e cimeliis Chriſtinæ Auguſtæ deprompti, cuiuſque ectypum inde, poſt meum ex Italia diſceſſum, a viro eidem Reginæ tum a ſacris, & gentilitia rei veterum nummariæ peritia conſpicui, fuerat ad me tranſmiſſum, illuſtrationem adduximus; ac ſimul quid de ſimili *Salaminiorum* nummo, qualis exſtare in Gaza Medicea ab eius cuſtode ferebatur, ſtatuendum videretur. Quæ cæteroquin conferre poterit, cui vacabit, cum iis, quæ de utroque illo nummo ſunt multis poſt annis, a viro erudito monita; iiſdemque rationum vel auctoritatem momentis confirmata. Minus vero opportune addit ibidem, Pauſaniam multa de hoc *Eurypylo* in Achaicis, & indicata etiam pagina, dixiſſe: quum tamen non de hoc *Eurypylo Telephide*, ſed de alio *Eurypylo* Theſſalo Euæmonis filio, cuius, ut paullo ante vidimus, meminit etiam Homerus, ſit ibi apud Pauſaniam ſermo. Alibi quidem, ut hoc addam, ſeu in Laconicis circa finem, de hoc Telephide Eurypylo id unum a Pauſania traditur, inde in Æſculapii apud Pergamum ſacris, Telepho quidem patri, nullam vero Eurypylo filio laudationem in hymnis accini; neque eius nomen in eadem Dei illius Æde nominari; quod Machaon, Æſculapii nempe filius, fuerit ab eo interemptus.

Hard. de Num. Urb. Ill. pag. 395. & 431.

Lib. VIII. pag. 225. Wechel. ed pag. 435.

Lib. III. pag. 215.

Ex adducto autem a me olim *Pergamenorum* cum hoc Heroë nummo, (neque enim alibi, quod ſciam, hactenus vulgata) ſplendida eius effigies, in Antiquæ Græciæ tabulis adferri nuper meruit; ſimulque *Salaminii* nummi, cum eadem omnino icone ac epigraphe, ab eius tamen defenſore haud viſi, ἀυθεντία ſtatui continuo ibi ac adſeri: immo *abſurdæ* (pro ingenio ſeu urbanitate conſueta viri politiſſimi) *peruicaciæ* tribui, qui id audeat in dubium reuocare. Quum tamen de *Pergameni* quidem nummi, a me e cimeliis inclitæ Reginæ adducti fide, cum inſcripti in eo *Pergameni Herois* effigie ac nomine, & Paphiæ Veneris ſimulacro, omnino equidem conſtet: illa vero adſertio, de ſimili omnino *Salaminiorum* Cypriorum nummo, cum iiſdem plane typis, uno tum eruditi Gazæ Mediceæ cuſtodis, qui ita eum legerat, teſtimonio niteretur; quemque, ut ita legendum crederet, impellere continuo poterant, quæ ſupra iam adtigi, *Paphiæ* ſeu *Salaminiæ* Veneris, in eodem nomen ac ſimulacrum, & exeſæ forte aut minus conſpicuæ, quæ gentile loci nomen denotarent, in eodem litteræ. Cui & illud palmarium a me olim quoque traditum accedebat, quod ſimili utique errore inducti præſtantes Romæ Antiquarii, & eorum tum in urbe princeps Franciſcus Gottifredi a quo præclara illa nummorum cimelia ad Reginam Chriſtinam tranſierant, ita quoque eundem adductum a nobis eius nummum legerat, ac in eorundem cimeliorum confectum a ſe indicem retulerat, nempe ΣΑΛΑΜΙΝΙΩΝ, pro ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Neque vero opus ut illud tangam; aliud eſſe Deæ ſolemni Græcorum religione cultæ, qualis Venus Cypriorum Paphia, ſimulacrum ac nomen, quod familiare apud Græcos ibidem tradidi, & alioquin in hac veteri nummorum penu obuium, in *Pergamenorum* nummo ſignatum itidem conſpicere: aliud longe veteris *Pergamenorum Herois*, qualis hic *Eurypylus*

Vol. I.

rypylus, Salaminiorum Cypriorum nummo, idque decurſis tot ab eius ætate ſæculis, expreſſum ac inſcriptum intueri. Quod minus forte mirum aut inſolitum videri poſſet, ſi uti Paphiæ Veneris, ita Pergameni Dei, Æſculapii nempe, paſſim apud Græcos in Aſia, & extra eandem a Gentilibus culti, ſimulacrum & nomen in eo nummo Salaminii conſignaſſent. Verum ut quid adhuc certius de vera Medicei nummi, in quo ſignatur ΕΥΡΥΠΥΛΟC HPΩC, ſcriptura, ac de voce ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, aut CΑΛΑΜΙΝΙΩΝ, a quibus percuſſus idem foret, & quæ in eo legeretur, omnino conſtaret; conſultus a me per litteras ea de re, dum hæc nouiſſime commentarer, peritiſſimus admirabilis Gazæ Mediceæ cuſtos, mihique olim in Gallorum Metropoli cognitus, Sebaſtianus Bianchi. A quo cum aliorum quorundam nummorum ectypa ex eadem Gaza, unde noua huius operis editio prodiret ornatior, adnuente Magno ſeu verius Maximo Hetruriæ Duce, fueram nactus; tum hoc reſponſum de dicto modo vere Regiæ eiuſdem Gazæ nummo tuli, datum die XXV menſis Junii huius anni labentis MDCCV. Quod e Gallica lingua, qua illud eſt conſcriptum, verbotenus in Latinum verſum ita ſe habet: *Nummus, in quo* ΕΥΡΥΠΥΛΟC HPOC, *attentiſſime viſus fuit, & expenſus, & conſtanter in auerſa eius parte lectum,* ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ CΤΡ. I. ΠΩΛΛΙΟΝΟC. *Verum quidem eſt, priores quinque litteras eſſe aliquantum exeſas; ſed manifeſto leguntur reliquæ* MHNΩN *quæ cum* CΑΛΑΜΙΝΙΩΝ *non conueninnt. Neque etiam in dubium reuocari poteſt littera* Π, *e qua Fitton* (cuſtos nempe olim, & de quo ſupra, eiuſdem Gazæ) litteram H *effecit, quaſi in eo legendum foret* H CΑΛΑΜΙΝΙΩΝ, (πόλις) *inſcriptio inuſitata in omnibus nummis. Sed quum ſemel ſtatuiſſet legendum ibi* CΑΛΑΜΙΝΙΩΝ, *neceſſe erat ut immutaret litteram* Π. *In eadem ſum tecum ſententia, Templum Veneris cum ſuo nomine* ΠΑΦΙΑ, *eum induxiſſe, ut legeret* CΑΛΑΜΙΝΙΩΝ, *Cypri quippe urbem; quum eo tempore nec dum forte nummos vidiſſet extra Cypri regnum percuſſos, cum Templo Veneris* ΠΑΦΙΑ *dictæ; ſicut in aliis eſt dein repertum.* Eat nunc præceps ille, ut molliſſime dicam, Cenſor, ac videat cui noſtrum illa *abſurdæ peruicaciæ* nota inuri omnino debeat. Sed hoc miſſo, addi ſimul hic debent, quæ ad maiorem Medicei illius nummi lucem, in iiſdem ad me eruditiſſimi humaniſſimique viri litteris continebantur: *Vidi inſuper in nummo Magni Ducis litteram, quam non expreſſiſti in nummo Reginæ Sueciæ, neque in altero Fittonii, ſeu eodem illo, de quo loquimur. Manifeſte nempe in eo legitur* ΕΠΙ CΤΡ. I. ΠΩΛΛΙΩΝΟΣ, *quod interpreter* ΕΠΙ CΤΡ. ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΩΛΛΙΩΝΟC, *cum primo* O *in* Ω *mutato. Gens Quinctilia, e qua erant Polliones, efferebat ſe, prout noſti, ob cognationem cum Gente Julia. Unde factum forte, quod priorum Cæſarum temporibus, adſumpſit eadem prænomen Julii. In editione numiſmatum Familiarum Romanarum a Patino factæ nummus occurrit, cuius inſcriptio eſt* SEX. JUL. POL. IIUIR *&c. cum inſtrumentis ſacrificiorum, & ab altera parte* AUGUSTUS D. FIL. *cum Auguſti capite. Forte, qui ſignatur hic* ΠΩΛΛΙΩΝΟC *cum* ΕΥΡΥΠΥΛΟC, *non erat ex eadem Familia.* Nummum quod adtinet Reginæ Suedorum, in quo ΕΥΡΥΠΥΛΟC HPΩC & CΤΡΑ ΠΩΛΛΙΩΝΟC legitur, ita nunc & olim adtuli, qualem nempe Roma, ut ibi quoque indicaui, ad me in Germaniam tum reducem, ſeu eius ectypum, miſerat, qui erat eidem Reginæ a ſacris domeſticis Thomas Chiffletius. In ſimili vero Gazæ Mediceæ nummo, CΤΡ. Γ. ΠΩΛΛΙΩΝΟΣ legerat eiuſdem

Gazæ memoratus olim cuſtos, P. Fitton, h. e. *Prætore Caio Pollione*: quale enim *Caii* prænomen Aſinius Pollio, Antonii & Auguſti familiaris, tulerat, & quod in præclaris etiam nummis, de quibus mox, illud hodie legitur: ſed in quo nummo Mediceo non litteram Γ, ſed I, ac proinde *Julii*, non *Caii* prænomen exſtare, e memoratis paullo ante eruditæ epiſtolæ verbis diſcimus. Ut vero Gentis Quinctiliæ, ſic Aſiniæ potiſſimum, ut aliunde notum, uti etiam Bæbiæ gentis cognomen *Pollionis* occurrit in antiquis Gentium Romanarum nummis. Quemadmodum vero in utroque illo nummo Reginæ Chriſtinæ & Gazæ Mediceæ, ΠΩΛΛΙΩΝΟC legitur cum duplici Ω ſic hodie vulgo apud Auctores, Plutarchum, Ariſtidem, Dionem, Appianum, per o paruum in priori ſyllaba efferri illud cernitur, nempe ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ, ſed ubi potior habenda videtur horum nummorum fides, in quibus per duplex Ω idem traditur. Sed hoc leue. E qua vero Romanorum gente vel familia fuerit ſignatus POLLIO in hoc Pergamenorum nummo, quum haud una fuerit, ut vidimus, quæ illud cognomen tulerit, vix licet utique hodie ſtatuere; uti nec de ætate qua percuſſus fuerit idem nummus cum illa *Eurypyli Herois* effigie. Occurrunt vero in antiquis nummis, quod modo innuebam, *Caii Aſinii Pollionis*, tanquam Aſiæ, in qua ut notum, *Pergamus*, *Proconſulis* mentio in nummis ſub Tiberio cuſis cum Druſi & Germanici capitibus, & inſcriptione ΕΠΙΓΑΙΟΥ ΠΟΛΛΙΩΝΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ, *Sub Caio Pollione Proconſule*, aut prout in eximii Morelli ſchedis deſcriptum olim vidi, ΓΑΙΩ ΑΣΙΝΙΩ ΠΟΛΛΙΩΝΙ ΑΝΘΥΠΑΤΩ, addito proinde *Aſiniæ* gentis nomine: ac præterea in utroque ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ *Commune Aſiæ Sardianorum*. Qua vero ætate recentior videtur omnino hic Pergamenorum nummus. Unde ad M. Aurelii & L. Veri tempora poſſet referri, quibus cæteroquin *Pollionis*, uti Prouinciæ Aſiæ itidem Rectoris, meminit, ut ante vidimus, Ariſtides: ἐπὶ Πολλίωνος ἄρχοντος τῆς Ασίας, *Sub Pollione Rectore Aſiæ*, non *Prætore*, ut ibi eruditus interpres, & qualis alioquin ſignatur in adducto Reginæ Suedorum, & Gazæ Mediceæ percuſſo a Pergamenis nummo, iſque tanquam patrius urbis magiſtratus, non Aſiæ Proconſul, *Prætor Pollio*; CTPAτηγῶ nempe, non ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΠΩΛΛΙΩΝΟC. Haud aliter ac in Domitiani nummo, quem nunc forte ac opportune admodum, e Patini cimeliis a celebri Antiquario memoratum obſeruo, cum inſcriptione ΕΠΙ CTPA ΠΟΛΛΙΩΝΟC CMΥΡΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ· *Sub Prætore Pollione, Smyrnæorum Et Pergamenorum*, cum Æſculapii & Salutis effigie: quæ a Pergamenis omnino cuſum eundem nummum arguunt. Unde eadem ætate ac ſub eodem *Prætore Pollione* percuſſum ab iiſdem quoque *Pergamenis* eum, de quo agimus, nummum, eique ſimilem Mediceum licet ſtatuere: cuius autem poſtremi ad me tranſmiſſam a laudato ſupra eximio Gazæ illius Mediceæ cuſtode iconem hic inſuper addimus.

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 26.



Si

Si vero miſſo hoc antiquo *Pergamenorum* Heroë, eorum multis poſt ętatibus conſtitutos Reges aliquot ac Dynaſtas conſulamus; neque hic nobis deerit veterum nummorum, unde continuo iidem illuſtrentur, ſubſidium. Auſpicium equidem Pergameni illius regni fecit, ut notum, PHILETÆRUS Eunuchus, idemque cuſtos Regiæ Gazæ in Arce Pergamena a Lyſimacho relictus: ita tamen ut arrepta vi dominationis, inſigni & nomine regio eundem *Philetærum* abſtinuiſſe ex Strabone liqueat, qui & alicubi Attalum, fratris huius Philetæri filium, primum illius ditionis Regem appellatum tradit; quod in Polybii Excerptis Valeſianis itidem legitur. Iſtud vero egregie firmant PHILETÆRI eiuſdem nummi mihi non ſemel inſpecti, cum corona laurea vice diadematis, acinuda inſcriptione ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΥ, qualem etiam e penu Farneſiana in Imaginibus ſuis adtulerat Urſinus. Strabonem tamen redarguere videtur alter eiuſdem *Philetæri* nummus cum inſcriptione ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, a Goltzio in Theſauro deſcriptus, & qualem ſe vidiſſe aliquando teſtatur illuſtris Scaliger. Ut vero haud in animum induxi, oculatis teſtibus temere fidem detrahere; ſic adſerentes egregie cum Polybii, tum Strabonis locum nummos etiamnum in prȩclaris Cimeliarchiis obuios prȩterire non debui: e quibus duos priores argenteos ſuppeditauit mihi cimeliarchium Pembrochianum; poſtremum æreum, uſu & peritia veterum nummorum laudatus Boudelot.

Lib. XII. pag. 543.

Lib. XIII. pag. 624. Excerpt. XVIII.

Can. Iſag. lib. III. p. 319.

Abeſſe ab iis nummis ΒΑΣΙΛΕΩΣ nomen, ac ſolum legi ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΥ, ipſe eorum adſpectus abunde oſtendit. Inſignis vero ſerpens ille ſeu Draco in poſtremo nummo, qui, ut ſtatuere licet, peruigil, Gazæ Regiæ huic Philetȩro commiſſæ cuſtos habendus eſt, ac in urbe cæteroquin ſub tutela Pergameni Dei ſeu Æſculapii agente. An vero nummus eiuſdem *Philetæri* Mediceus, caput laureato diademate vinctum præferat, ſicut videbatur erudito illius Gazæ cuſtodi, nummi ipſius adſpectus docere continuo poterit. Eo equidem inſignitus videtur adductus modo ſecundo loco e Pembrochianis cimeliis eius nummus. Meminit vero eiuſdem *Philetæri* Appianus, qui eum Pergami Dynaſtam, omiſſo Regis nomine ac proinde inſigni, commemorat, Περγάμου, inquit, δυναστεύσας, *Pergami imperans*. Neque aliter Lucianus in Macrobiis, hunc Philetærum docet primum Pergamenorum imperium fundaſſe ac retinuiſſe, licet Eunuchum, eundemque octogenarium vita functum; nulla ibi, conſueto alias more, Regii tituli facta mentione. Corrupti vero ibidem Luciani codices, ſaltem in Salmurienſi editione, neque alia erat tum ad manus,

Syriac. p. 1191.

Pag. 470. T. III.

nus, dum hæc olim commentarer, ubi Φιλλαίτες, pro Φιλέταιρος legitur; ac unde ad nuperam editionem Batauam, in qua denuo Φιλαίτες retentum est, id velut a me iam emendatum, notat eruditissimus ab Almenhouen. De vi nempe ac potestate securum, titulos facile & insignia omisisse *Philetærum*, ni obstaret unus ex eius nummis cum diademate, sed citra *Regis* appellationem, liceret statuere; atque ita qui ἐχ πάντα Βασιλέως ἦχε πλὴν τῆς προσηγορίας, *& omnia Regis habuit, excepto nomine*, ut de Bagoa Persarum Satrapa Diodorus loquitur; ac de Sosthene Justinus, eum ab exercitu Regem appellatum, compulisse milites iurare non in Regis, sed in Ducis nomen. Immo quod de *Philetæro* innuit Strabo, id de penultimo ATTALO inter eius successores notat Polybius, illi præter nomen Regis & Diadema, nihil ad regnum defuisse. Scilicet viuente adhuc fratre Eumene: eo enim mortuo, regio nomine & insigni ornatus fuit, ut aliunde constat; quem & PHILADELPHUM cognominatum ex Luciano obseruo, sicut successorem eius PHILOMETOREM dictum e Strabone constat. Unde non ut hæc olim ea de re a me monitis nunc addam, confundi debuerunt, sicut ab illustri Scaligero factum video, duo illi Attali *Philadelphus* & *Philometor*; ille postremi Eumenis, Pergamenorum Regis frater; hic, filius. Unde non de hoc postremo *Philometore*, quod ille censuit, sed de patruo eius, ac secundo in ea Regum illorum serie *Attalo*, intelligenda Scymni Chii, qui Scaligero Marcianus a quo ille *Philadelphus* itidem dicitur, verba; ut id quoque nuper a doctissimo Doduello est adsertum. Ut nunc mittam, quæ a Plutarcho de eodem hoc *Attalo*, & quidem inter Φιλαδελφίας exempla referuntur, ut vidit quoque idem varia & excellenti doctrina Doduellus: eum nempe satellitis operam, una cum reliquis fratribus, maiori natu fratri Regi Eumeni præstitisse; ac præterea quæ addit postea de regno & coniuge eidem Eumeni ab eo redditis, ubi viuum illum, non vero quod fama tulerat, mortuum comperit. Unde insuper illa *Philadelphi* indita huic Attalo, non vero postrema *Philometoris*, appellatio abunde illustratur. Ut mittam alium μνημονικὸν eiusdem Scaligeri errorem, dum in Dynastia horum Pergamenorum Regum, idem ille *Attalus*, & quintus quidem in illo ordine, ab eo vocatur *Eumenes Frater Attali & Tutor* pro *Attalus Frater Eumenis & Tutor*. In quem errorem videntur illum induxisse, cuius ibi cæteroquin meminit, Justini codices, in quibus *Eumenes* postremi Philometori *Patruus*, pro *patre* dicitur; aut si de patruo ibi sermo & a quo regnum accepisse ibi dicitur postremus *Attalus*, seu *Philometor*, *Attalus* pro *Eumenes* omnino, ut e Scymno, Chio, Polybio, Strabone, aliisque antiquis Auctoribus liquet, reponendus. Neque vero hic *Attalus Philadelphus*, ut tutor nempe relicti a fratre Eumene filii, administrasse solum hoc regnum, quod a doctissimo Usserio Armachano tradi cæteroquin video, a Strabone dicitur, uti quidem factum a Latino eius interprete; non vero in Græcis Auctoris verbis, ubi post fratris *Eumenis* Pergamenorum Regis obitum, de hoc *Attalo* continuo additur: ἐν ᾧ ἐβασίλευσεν ἔτη ΒΑΣΙΛΑΕΥΣΑΣ γήρᾳ ὕστερον τελευτᾷ, *cum per annos* XXI REGNASSET, *senex obiit*. Quomodo etiam a Scymno Chio eorum temporum scriptore, Βασιλέως Φιλαδέλφου nomine insignitur idem *Attalus*; a Plutarcho autem regnum & uxorem eidem *Attalo* a fratre Eumene relictam; qui *Attalus* dein ante obitum, sed iam octogenarius, ut e Luciano liquet, Regium nomen cum Regio insigni, seu Diademate, *Attalo*, cuius constitutus fuerat Tutor, reliquerit. Adde Lucianum

Ut supra.

Lib. xvi. pag. 737.

Lib. xxiv. c. 5.

Exc. Legat. xliii.

In Macrobiis p. 470.

Lib. xiii. p. 624.

Can. Isagog. lib. iii. c. 10.

In Periegesi v. 46.

Diss. de Scym. Chio ad Geograph. Veter. Oxon. Tom II. pag. 90.

De Fraterno Amore p. 488.

Ibidem. p. 489.

Can. Isag. lib. ii. p. 160.

Lib. xxxvi. c 4.

Annal. P. II. pag. 714.

Lib. xiii. pag. 624.

In Periegesi v. 46.

De Fraterno Amore p. 489.

Ut supra.

cianum, a quo idem *Attalus* dicitur Περγαμηνῶν βασιλεύων, apud *Pergamenos regnans.* Adeo ut huic *Attalo Philadelpho* ſucceſſiſſe dicendus ſit, non vero patri Eumeni, uti ab Uſſerio factum, *Philometor Attalus.* In Macrobiis pag. 470. T. II.

VII.

De BITHYNORUM REGIBUS *in nummis.*

Pergamenorum Regibus addi continuo hic poſſunt, qui ab iis adiuti, & in regni illius poſſeſſione ſunt confirmati, BITHYNORUM Reges. E quibus autem in veteribus nummis iam ſunt prolati, PRYSIAS, iſque, qui, iuxta Antiquarios, vulgo Κυνηγός, ſeu *Venator* dictus; & filius eius NICOMEDES, cum addita eidem EPIPHANIS appellatione. Ac prioris quidem ſeu patris PRYSIÆ tres diuerſos nummos, e Theſauris Brandenburgicis haud ita dudum protulit eximius eorum editor: unum nempe, cum denſa infra mentum lanugine; in auerſa autem parte Jouem, qui dextra Coronam, ſiniſtra Haſtam tenet, cum litteris TA, præter nomen ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΡΟΥΣΙΟΥ· alterum, hinc cum alati diadematis figura, quæ caput illius Regis exornat; illinc cum Joue itidem, & Aquila inſuper, quæ Fulmini inſiſtit, & cum peculiari monogrammate: tertium, præter caput diademate itidem cinctum, cum Hercule, qui dextra Clauam, ſiniſtra Leonis exuuias geſtat, & cum monogrammate, quo *Heraclea Mariandynorum* deſignatur: ſingulos autem cum inſcriptione in auerſis nummorum illorum partibus, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΡΟΥΣΙΟΥ, & quos uni eidemque dicto PRUSIÆ ΚΥΝΗΓΩ ſeu *Venatori* tribuit. Exſtant vero in præclaris adhuc cimeliis, uti in Mediceis, nummi, qui hinc Bacchum hedera coronatum, illinc Arcitenentem Centaurum, qualis in Romanis Gallieni nummis viſitur, exhibent: alii, ut in Gaza Gallorum Regia, cum Mercurii capite in anteriori area; in auerſa cum ſtante itidem Mercurio: in muſeo autem laudati aliquoties Equitis Trombal, cum Cithara, eademque in iis ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΡΟΥΣΙΟΥ appellatione. An vero unus idemque PRYSIAS, ille nempe, non ut in Hiſtoria Regum Syriæ, typothetarum, ut opinari licet, errore *Cynicus*, ſed *Cynegus* ſeu Κυνηγός, vel *Venator*, ut modo dicebamus, & ex Appiano conſtat, nuncupatus, effingatur in iis nummis; an vero diuerſi, haud valde laborandum mihi videtur. Diuerſa utique lineamenta, nec unum oris habitum produnt, aliquot, quæ in iiſdem nummis comparent, cum illo PRYSIÆ Regis nomine, effigies. Unde aliqui ex iis ad primum eo nomine PRYSIAM ſpectare videntur, qui mirifice induſtrius ac rebus geſtis inclytus, e lapſu dein ΧΩΛΟΣ ſeu CLAUDUS appellatus, haud multis poſt annis interiiſſe a Memnone apud Photium dicitur. Ad quem proinde, ut antiquiorem, referri poſſent ii nummi, qui ſine Regis depicta in iis effigie, eius loco Bacchum, vel Mercurium, conſueta locorum illorum numina, aut Herculem etiam exhibent: adde, cuius alatum diadema caput cingit. Rebus utique geſtis inclytum ac δεξιόχειρ, ſeu *in gerendo celerem & efficacem*, magis utique decuit tale capitis ornamentum, quam ignauum & degenerem, qualis exſtitit poſtremus, de quo mox, *Pryſias.* Herculem vero quod attinet, ab uno ex huius Alcidis e Colchide reuertentis ſociis Cio, conditam in Bithynia Cium, quæ dein a priori illo Pruſia in *Pruſam* ab eo denominatam

1. *De inſcriptis* ΠΡΟΥΣΙΟΥ *Regis nummis.*

Theſ. Brand. Vol. I. p. 267. &c.

Pag 45.

Mithridat. pag. 172.

Bibloth. p. 227

Memnon. Ibid.

transiit, seruatamque in annua loci festiuitate illius reditus memoriam, docet Strabo. Plures autem, & quidem tres numero extitisse eo ΠΡΟΥΣΙΟΥ nomine Bithyniæ Reges, e Memnone apud Photium, Strabone, ac aliunde, uti factum etiam a postremo ac erudito Appiani editore, constare arbitror. Prior utique, ut obiter id (neque enim hic Bithyniæ Regum Chronologiam vel Historiam condimus) de quo paullo ante, qui *Claudi* ex lapsu cognomen est dein nactus: alter vero Prusias, *Zelæ*, uti[a] a Strabone, ab [b] aliis *Zeilæ* filius; & postremus Κυνηγὸς seu *Venator* appellatus, idemque degener adeo, ac eo fastigio indignus, ut, quod e Romanarum rerum Scriptoribus notum, pileatus & capite raso se Libertum Populi Romani profiteri non erubuerit. Quod vero Regum illorum apud Bithynos cum *Prysiæ* nomine discrimen, e vetustis insuper, qui extant etiamnum, nummis, cum inscripto in iis solo ΠΡΟΥΣΙΟΥ, aut ΠΡΟΥΣΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ nomine, neque signato in iis uno eorundem Regum vultu, licet utique colligere. Unde quo id liquidius constet, aut Bithynorum eo nomine Regum historia inde illustretur, præter tres adductos ab eximio Begero nostro e Thesauris Brandenburgicis, quique ibi prostant, nummos, tres alios hic subiiciemus: duos nempe e cimeliis Pembrochianis, utrumque cum vultu imberbi, sed priorem citra diadematum caput, in auersa autem parte cum Mineruæ Νίκης seu Victoriæ effigie: tertium e museo Equitis Aurati Trombal, cum diademato capite, in auersa autem area, cum singulari velut Cithara. Quibus accedit quartus e Gaza Medicea depromptus, quique extat etiam in Thesauris Gallorum Regiis, cum Corona hederacea, & Bacchi, ut statuebant præclari utriusque illius Gazæ custodes, capite; in auersa autem parte cum Arcitenente Centauro:

Lib. XII. pag. 763.

Alex. Tollius not. ad Appian. Mithrid. pag. 170.

a Ut supra.

b Stephan. in Ζῆλα Tzetz. Chil. III. Hist. III. pag. 195.

2. *De* NICOMEDIS EPIPHANIS *nummis.* Asiæ Tab. V.

NICOMEDIS autem, qui postremi scilicet seu Κυνηγοῦ *Prysiæ* filius fuerit, nummum vulgauit iam ante Goltzius, in aliis quoque veterum nummorum thecis obuium; in quo hinc caput illius Regis cinctum diademate; illinc, figura Iouis stantis cum Aquila, quæ Fulmini insistit, & inscriptione, iuxta Goltzium, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣ· nonnulli etiam cum addito loci nomine, ubi iidem nummi sunt cusi, cognominis

minis nempe Regi urbis & metropoleos, ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ. Quomodo conſpicitur quoque in Theſauro Palatino Regis *Nicomedis*, cum ſimili inſcriptione ac typo in auerſa eius parte, nummus; in priori autem cum capitis effigie, quod ibi quoque a ſolertiſſimo Begero noſtro traditur, ab ea quam Goltzius in adductis a ſe *Nicomedis* huius nummis exhibet, diuerſiſſima. Qua de re ut certius conſtet, haud inconſultum erit, opinor, ſi præclarum cum eadem ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥ (prout in Palatino quoque legitur, non, ut apud Goltzium, ΝΙΚΟΜΗΔΟΥΣ) inſcriptione nummum, quem exſtare noueram in Gaza Medicea, obuia autem laudati eiuſdem Gazæ cuſtodis, & annuente Regio Hetruriæ Dynaſta, hic quoque intueri liceat: ac ſimul ſecundo loco, & ob adſcriptam ſimiliter in eodem indictam hactenus Æram, nummum in Theſauro Palatino iam expreſſum, eundemque hodie Regiæ Brandenburgenſis Gazæ: Goltzius ut ſupra.

Id vero de priore nummo haud reticendum, quod non aduertit, a quo olim iuxta alios Regiæ illius Gazæ deſcriptus fuerat P. Fitton, adſcriptum ibi in auerſa eius parte monogramma, *Heracleam* denotare; quam in ſocietate Bithyniæ Regum fuiſſe, vel e Memnone apud Photium ſat liquet; & quod magis adtendi adhuc hic meretur, ſignari in eodem nummo peculiarem, & de qua nihil hactenus a præſtantibus Antiquariis proditum ſcio, Bithyniæ Regum Æram: nempe litteris infra illud monogramma ſignatis, ΓΠΡ ſeu Annorum CLXXXIII. Quomodo itidem in Theſauri Palatini nummo, eademque nummi illius parte, & quod Begerum noſtrum ibidem fugit, videmus litteras ΕΣ, quibus Anni CV deſignantur. Ad cuius autem horum Bithyniæ Regum, Æræ, etſi ſit res alterius loci, maiorem quandam lucem referri continuo debet, quod apud Syncellum, ac iam ante in Græcis Scaligeri Euſebianis inde ab illo excerptis, legitur: Οἱ Βιθυνῶν βασιλεῖς η κζ΄ Διόνυσιν ἐν ᾧ ἦρξαντο, ἄρξαντες ἔτη ϡιγ΄ *Reges Bithynorum octo, iuxta Dionyſum, inde regnarunt, & permanſerunt annis* CCXIII; nempe ubi morte poſtremi Bithyniæ Regis Nicomedis, Populus Romanus hæreditatem illius regni teſtamento ab eodem Rege relictam adiit. Quod contigit Anno Urbis Conditæ DCLXXIX. Unde caput illius Æræ, ſi addantur anni illi Bithynorum Regum CCXIII, incidit in Annum eiuſdem V. C. CCCCLXVI; quo nempe Demetrius Poliorcetes ſe Seleuco tradidit, & Macedoniæ regnum, ubi eo excidiſſet Pyrrhus, occupauit Lyſimachus. Quomodo etiam liquet, & quod vidit iam poſtremus ac eruditus Appiani editor, omiſſum a Syncello in ea Bithynorum Regum ſerie memoratum a Memnone, qui dictus nomine *Bas*, illumque a filio demum eius *Zipoete* eorum initium arceſſere, a quo ſeptem dein exſtiterint uſque ad ultimum, de quo modo, *Nicomedem* Bithynorum, Reges. Eum utique *Zipoetem*, Lyſimachi præfectum profligaſſe,

Biblioth. pag. 721. 724. &c.

Pag. 67.

Al. Tollius ad Mithridat. p. 172. Photii Biblioth. pag. 172.

se, illius proinde ætatis Regem, docebit idem Memnon. Unde merito etiam ab eodem viro docto abundare apud Appianum traditur vox τεσσαρακονταεννεα, seu *quadraginta nouem* Bithyniæ Regum hodie apud eum mentio, voce ἐννεα seu *nouem* ibi solum retenta. Quantum enim sibi in numeris ad lubitum constituendis indulserint iam olim librari, sat eruditis notum. E signata vero Æra in dictis modo nummis, cum *Nicomedis Epiphanis* nomine, liquere iam potest, ad quem *Nicomedem* referte iidem debeant. Quum autem fuerint quatuor eo nomine Bithyniæ Reges, & primus ex iis Zipoëtis modo dicti filius, ac primi Prusiæ Claudi appellati pater, & a quo nominis sui urbs *Nicomedia* fuerit condita, iuxta Eusebium ac Syncellum, Olympiade CXXIX, Urbis vero Conditæ CCCCXCII, hoc est XXVI annis a dicto paullo ante Æræ illius initio: inde utique sat liquet, ad primum illum *Nicomedem* referri neutiquam posse adductos modo cum Æra CLXXXIII, aut etiam CCV *Nicomedis Epiphanis* nummos. E tribus vero cum eodem *Nicomedis* nomine, iisque postremis Bithynorum Regibus, (ut de *Nicomede*, qui [a] χρηστῷ nomen tulit, & in regnum illud a Mithridate, sed eodem mox a Romanis pulsus, fuit intrusus, nunc fileam) primus ex iis Prusiæ τῷ Κυνηγῷ seu Venatoris filius, post patris cædem regnare cœpit anno DCVI. quique longæuus fertur exstitisse. Filio autem eius *Nicomede Philopatore*, post breue regnum, mortuo, ut vere doctissimus [b] Usserius Armachanus, non vero patre eius, iuxta [c] virum multiplici doctrina insignem, Anno V. C. DCLXIV, successit ei tertius in hac postrema Bithynorum Regum serie ac ultimus *Nicomedes*. Quum vero idem mortuus sit Anno V. C. DCLXXIX, regni autem decimo sexto, relicto Populo Romano regni hærede; inde constat utique nummum *Nicomedis Epiphanis* Medicæum, cum Æra in eo adscripta ΓΠΡ seu Annorum CLXXXIII, atque ita viginti nouem annis ante ultimum huius Bithynorum Regum Æræ annum, a Syncello, ut vidimus, notatum ΓΙΣ seu CCXIII, incidere in Annum V. C. DCXLIX, regni autem *Nicomedis* Prusiæ filii, & postremi huius *Nicomedis* Aui, XLIII. Quomodo sculptus apud Goltzium nummus, cum Æra in monogrammate ΓΣ seu CCIII; in Palatino autem ΕΣ, seu CCV; uterque cæteroquin cum eodem ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥ titulo, ad ultimum *Nicomedem* omnino spectant, & ad annos eius regni nonum ac undecimum, V. C. DCLXVIII & DCLXX. Neque vero præterire hic licet in Gaza Gallorum Regia exstare nummum, in quo hinc alterius, ut statuere licet, NICOMEDIS diadematum caput; illinc Roma sedens, ut videtur, cum hasta & parazonio, ac inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥ, citra additam *Epiphanis* appellationem. Qui nummus ad quem ex tribus hisce postremis cum eodem *Nicomedis* nomine Bithynorum Regibus referri debeat, quod eum consulendi facultas mihi iam non detur, haud facile licet statuere, nec adscriptum sit in eo ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, uti nec ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ, quod penultimus ex iis Regibus, *Nicomedis* cæteroquin nomine appellatis, tulit, ut diximus, cognomentum. Si exstarent & quidem Bithyni Arriani Bithynica, qui a fabulosis gentis illius initiis, res eius ad ultimi *Nicomedis*, qui Romanis testamento regnum reliquit, obitum, scripsisse a Photio dicitur, de eo utique liceret aliquid certius statuere.

Chron. P. 1. pag. 37. Græc. Euseb. p. 67. & 182.

a Memnon. Phot. Bibl. ioth. p. 730. Justin. Lib. XXXVIII. cap. 5. Appian. Mithridat. pag. 575.

b Annal. pag. 140. ed. Lond.

c Dodwell. de Scymn. Chio pag. 93.

Bibliotb. pag. 233.

VIII. *De*

VIII.

De CARIÆ REGIBUS *vel* DYNASTIS *in Nummis.*

Hiſce vero Bithynis, & Pergamenis, de quibus modo Regibus, accedere continuo poſſunt vicinæ CARIÆ Reguli vel Dynaſtæ, qui in antiquis adhuc gentis illius nummis conſpiciuntur. MENANDRI equidem, tanquam Cariæ quondam Regis, nummum memorat in Theſauro Goltzius; ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ Καρίας, addito, ubi ille ſcilicet regnarit, nomine; ſed quem alibi viſum vel exſtare, haud noſſe mihi hactenus contigit. Mitto quod *Menandro,* uni ex Alexandri M. Ducibus, & ad quem referendus eſſet hic nummus, in diuiſione prouinciarum poſt Herois illius obitum, Lydiam obtigiſſe, Cariam autem Caſſandro, ſit a Curtio, Juſtino, aliiſque proditum. Ut mittam ab Arriano in Periplo Maris Rubri, cuius verba alia occaſione ſupra iam adducta, *Menandri* mentionem fieri; quem, ex repertis eius nomine inſcriptis in eo terrarum tractu nummis, ibi poſt Alexandri M. fata regnaſſe idem colligit. Accedit, quod non *Regis* continuo titulus ſit illis prouinciarum id genus, poſt Alexandri obitum, Dynaſtis inditus, ab iiſue dein promiſcue adſumptus; ſerius etiam, & qua de re iam ante, cum tulerint præcipui ex iis & ampliſſimarum ditionum domini; ut vel Ægypti, vel Syriæ ac aliarum in Aſia inſuper regionum, aut Thraciæ, vel Macedonum Reges, Ptolemæus Lagi, Seleucus Nicator, Antigonus, Lyſimachus, ipſe tandem, qui eo aliquamdiu abſtinuerat, Caſſander. Antiquiorum vero iiſdem MENANDRO, vel CASSANDRO, Cariæ Dynaſtarum, HECATOMNI nempe, e [a] Diodoro ac [b] Strabone noti, ac trium, qui ei ſucceſſerunt, filiorum, MAUSSOLI, IDRIEI, & PIXODARI, exſtant adhuc & vulgati iam aliquot ex iis, inſignes nummi: unde rurſus luculenta Strabonis ea de re narratio, factaque ſimul a Diodoro & Plutarcho de iis mentio, ut totidem Cariæ Dynaſtis, luculenter adſtruitur & confirmatur.

1. *De* MENANDRO CARIAE *Dynaſta.*

Lib. x. c. 10.
Lib. XIII. c. 4.

a Lib. xv. pag. 459.
b Lib. XIV. p. 656.
c Lib. XVI. p. 531. 534. 546. 549.
d In Alexandro p. 677. T. I. de Fortun. Alex. pag. 699. Tom. II.

Ac prioris quidem, ſeu parentis HECATOMNI nummum, hinc cum Jouis Labradenſis ſeu Militaris, Carum quippe, & peculiaris quidem, ut vel ex Herodoto conſtat, Numinis effigie; illinc cum Leone gradiente, e Theſauris Brandenburgicis protulit iam ac illuſtrauit præſtantiſſimus Begerus noſter. Unum autem in eodem comparet nomen ΕΚΑΤΟΜ· ſeu *Hecatomni,* citra ΒΑΣΙΛΕΩΣ ſeu *Regis* nomen, quod ei tamen tribuit, ubi de eodem agit, Strabo; ſeu eo reuera abſtinuerint, Perſarum quippe Regibus, ut vel huius *Hecatomni,* contra Euagoram Regem Cypri, ab Artaxerxe Mnemone militare iuſſi exemplo liquet, obnoxii; ac unde Caria *Tiſſaphernis* Perſarum Satrapæ *domus* a Xenophonte dicitur; ſeu quod pro more adhuc, quem ſupra adtigimus, illorum temporum, ſolo nomine, citra additam ΒΑΣΙΛΕΩΣ appellationem, aut ipſam etiam Regum vel Dynaſtarum effigiem, tutelaris potius eorundem locorum Numinis imaginibus ac ſymbolis ſignarentur vulgo eorum nummi. Unde Leo etiam, in altera nummi, qui HECATOMNI nomen exhibet, parte, in Cybeles ſeu Matris Deum, quæ in eo terrarum tractu, ſeu continentis ut dicebatur, Aſiæ culta, haud aliter ac in aliis Smyr-

2. *De* HECATOMNO, *& tribus Filiis,* CARIAE *Regibus vel* DYNASTIS.

Lib. v. cap. 119. Vol. I. p. 216.
Lib. v. pag. 459 Vid. Diodor. lib. xv. p. 409.
Hiſtor. Græc. lib. III. cap. 1.

næorum, aut Magneſiæ ad Sipylum nummis, honorem cuſus cenſendus eſt. MAUSSOLLI vero inſcripti nempe ΜΑΥΣΣΩΛΛΟΥ (deficiente aut exeſa in nummo prima ſolum & ultima littera) maioris ex huius *Hecatomni* liberis, Cariæ itidem poſt eum Regis vel Dynaſtæ ineditum hactenus & ſingularem omnino nummum exſtare noueram in Gaza Medicea: unde illius iconem opportune hic inſerendam, prædicata iam aliquoties Magni HETRURIÆ Dynaſtæ benignitate, & laudati Gazæ illius cuſtodis Sebaſtiani Bianchi ſtudio, ſumus nacti. Cui eadem opera addemus hic alterius *Hecatomni* filii, & fratris *Mauſſolli*, iuxta indubitatam ſequentis nummi ſcripturam, in eo Cariæ regno, poſt Artemiſiæ coniugis fata, ſucceſſoris, vulgatum quamquam ab elegantiſſimo Seguino, IDRIEI nummum:

Sel. Numiſm. pag. 18.

Vides contino eundem in amborum horum Cariæ Dynaſtarum ac fratrum nummis typum; hinc Solis caput obuerſum ac radiatum; illinc peculiaris, ut paullo ante diximus, Carum Numinis, ſummaque religione ab iis culti, Jouis nempe Labradenſis ſeu *Militaris*, & quam cæteroquin *Mylaſenſium* in Caria nummi exhibent, figuram; quod ut antea ſibi ignotum in ſecunda dein Selectorum ſuorum numiſmatum editione aduertit vir eximius. Exſtant vero cum Hadriani, tum Getæ, inſpecti a me haud ſemel a *Mylaſenſibus* cuſi id genus nummi, cum eadem nempe Jouis huius Militaris ſeu Στρατίου, ac celebris præterea illius, in quo non a Caribus ſolum, ſed a vicinis etiam Lydis ac Myſis, uti ea de re Herodotus, colebatur, Templi effigie. E quibus proinde nummis, cum parentis HECATOMNI, tum liberorum eius, MAUSSOLLI, IDRIEI, tum, de quo mox, PIXODARI, tertii adhuc e fratribus, iiſque totidem Cariæ viciſſim Dynaſtis, liquet utique, quanta fuerit huius Numinis in illo terrarum tractu religio ac celebritas. Unde inſuper dictos horum Cariæ Dynaſtarum nummos, a Caribus *Mylaſenſibus* cuſos licet ſtatuere. Mitto, quod apud Strabonem legitur duplex exſtitiſſe Jouis apud hoſce *Mylaſenſes* fanum: unum Jouis dicti Ὀσωγὼ, alterum huius Labradenſis: apud Pauſaniam autem, ut obſeruo, prioris, ſed diuerſa aliquantum occurrit mentio, fani nempe apud *Mylaſenſes* illius Dei, quem Ὀγώα iidem vocabant. Unde unum e duobus dictis Auctoribus, Strabone, & Pauſania, ad quem nihil ea de re a poſtremo ac erudito eius editore monitum video, emendandum liquet: ſed quod non eſt iam huius loci. Noti cæteroquin vel ex Homero Cares olim βαρβαρόφωνοι, ſeu *barbari ſermonis*, & quæ de antiqua & barbara eorum lingua pluribus tangit Strabo, ante & poſtquam iidem Cares eſſent Græcis permixti; ac ſimiliter de peculiari eorum dialecto alicubi Plutarchus. Quibus addi poteſt Euſtathius; a quo inter alia de ſingulari illo & barbaro Carum ſermone, quo Græcam linguam inquinarunt, notatur, uti in breuibus quoque ad eundem Homeri locum Scholiis; quod voces maſculini generis fœminino efferrent, ac viciſſim. Ut non mirum proinde videri debeat, Dei huius *Mylaſenſis*, & quidem Jouis, iuxta

Lib. I. cap. 172.

Lib. XIV. pag. 659.

Lib. VIII. pag. 471.

Iliad. B. v. 867.

Lib. XIV. pag. 662.

In Ariſtide p. 330.

Ad Iliad. B. p. 367.

Strabo-

Strabonem, nomen fœminina terminatione efferri apud Pauſaniam; nempe Ογώα. Id vero de hiſce *Mylaſenſium* fanis addere obiter ex Athenæo liceat, quod quum multa in ea urbe Templa, paucos vero homines conſpexiſſet Stratonicus citharœdus, in medio foro exclamauerit, *Audite Templa.* Dictum vero hunc *Mylaſenſium* Λαβρανδία, ſeu *Labradenſem* notat alicubi Plutarchus; quod Lydi (quibus Cares contermini) *Securim* ſeu *Bipennem*, qua armatus eſt idem Juppiter, λάβρυν vocarent. Solis vero obuerſi caput depictum in iiſdem horum Cariæ Dynaſtarum nummis, haud aliter ac vulgo in vicinæ Caribus Inſulæ, cuius ditioni iidem olim ſubiacebant, Rhodiorum nempe nummis: idque, ut e Cicerone diſcimus, quod e quinque, quot habiti ſunt olim Soles, quartus demum Rhodi natus crederetur. Occurrit vero poſtremo e tribus illis fratribus, *Hecatomni* autem liberis, PIXODARI ſingularis itidem nummus in Gaza Gallorum Regia, cum eodem in utraque nummi parte, hinc obuerſo Solis capite, illinc Jouis Labradenſis ſeu Militaris typo, ac nomine ΠΙΞΩΔΑΡΟΥ. Immo cui haud diſſimilem ſuppeditarunt mihi nouiſſime laudata iam aliquoties Equitis Aurati, omnique inſuper laude digniſſimi Gulielmi Trombal cimelia: in quo ΠΙΞΩΔΑΡΟΥ nomen huius Cariæ Dynaſtæ ſimiliter legitur; ac unde vere apud Strabonem nomen eius effertur itidem Πιξώδαρος. Quod ex Herodoto inſuper adſtruitur, qui non huius quidem *Pixodari, Mauſſolli* fratris, ſed alterius eiuſdem *Mauſſolli* filii, & cui Cilicum Regis filia nupſerat, eodem *Pixodari*, iuxta patruum, nomine appellati meminit, Πιξοδάρῳ, ſeu iuxta fidem utriuſque huius nummi, Πιξωδάρῳ, pro obuia ſubinde in codicibus & nummis antiquis, & quod antea iam vidimus, litterarum Ο & Ω permutatione.

Lib. VIII. p. 348.

Quæſt. Græc. pag. 301. 302.

De Nat. Deor. lib. III. cap. 21.

Lib. XIV. pag. 656.

Ut ſupra.

Lib. V. cap 118.

Id vero ſingulare omnino, nec alibi forte obuium, in hac HECATOMNI ſobole occurrit, neque prætereundum; quod non ſolum, tres commemorati modo eius filii, ut præter dictos Auctores e nummis modo vidimus, totidem Cariæ Reges vel Dynaſtæ ſuo ordine ac loco exſtiterint; ſed duæ inſuper eiuſdem *Hecatomni* filiæ, & *Mauſſoli* ac *Idriei* fratrum ſorores ſimul et coniuges, ARTEMISIA & ADA, poſt coniugum ſuorum obitum Caribus itidem imperaſſe leguntur: *Ada* quidem a fratre minore natu *Pixodaro* expulſa, ſed breui poſt ab Alexandro Magno denuo in regnum reſtituta. Neque tamen ideo, idque a viris eruditis, ſed minus in verſanda hac penu nummaria exercitatis, & quorum nominibus hic parco, ſubinde factum nollem; aduocandus huc tanquam antiquus & genuinus quidam nummus, hinc cum ΑΡΤΕΜΙΣΙΑΣ, illinc cum decantati illius *Mauſſolei*, in mariti *Mauſoli* defuncti memoriam, ab eadem erecti ac denominati icone, ac in eodem nummo inſcripti, ΜΑΥΣΩΛΕΙΟΝ. Qui nempe nummus, cum pluribus aliis, & cuiuſmodi in Muſeo S. Genouefæ deſcribuntur, ab inclyta Venetorum ditionis, urbe

Diod. Sicul. lib. XVI. p. 532. 546. Strabo lib. XIV. pag. 656. Diodor. Ibid. pag. 549. Plutarch. in Alexand. pag 677.

Cabinet. de St. Genevi. ſue p. 39. &c.

urbe *Patauio*, Italis *Padua*, in qua ante sesquisæculum circiter sunt a præstantibus quibusdam talium artificibus fabricati primum & cusi, *Padouani* seu *Patauini* vulgo inter Antiquarios dicti audiunt.

IX.

De JUDÆORUM REGIBUS, ETHNARCHIS, & TETRARCHIS *in nummis.*

Neque vero ire iam lubet per reliqua in Asia vel Oriente regna, quorum annalibus, e tractatione veterum nummorum, lux aliqua & historiæ veteri maior quædam manifestatio ac integritas continuo accedit. Abunde utique nobis erit, pro suscepti huius operis instituto, ac legentium, ut opinor, studio & expectatione, ut petitis inde, quod a nobis hactenus factum, illustribus aliquot speciminibus, rem eam probatam luculenter ac testatam hic demus. Unam tamen & nobilissimam quidem JUDÆORUM gentem haud præterire hic licet indictam; maxime, quod noua omnino & singularia quædam ad eam subsidia ac illustramenta nummos veteres conferre censuerit, ac peculiari etiam libro, quo HERODIADUM historiam ac annales est complexus, præstare sit adgressus eruditissimus Harduinus. A cuius autem ea in re placitis si subinde hic nobis abeundum putem, haud ægre id, opinor, pro eo quod sibi in alios licere voluit, arbitrio feret vir ingenio ac eruditione præstans; nulla cæteroquin eum temere lacessendi, qui in eodem libro honorifice subinde de nobis sentit ac loquitur, & qua cæteroquin, per Dei gratiam, haud urimur, vel in aliis probare solemus, impetigine.

De antiquioribus vero JUDÆORUM REGIBUS, vel ETHNARCHIS qui vel ante captiuitatem Babylonicam, vel post eandem, usque ad HERODIS vulgo Magni tempora, genti illi præfuerunt, haud occurrit hic agendi locus. De his enim, quos nummi aliquot Assyriacis, aut vero Samaritanorum litteris inscripti, exhibent; seu priorum illius gentis & antiquissimorum quidem Regum DAUIDIS ac SALOMONIS; seu post reditum a captiuitate, HASMONÆORUM, iisque vel adulterinis, (quales utique priores illi,) vel probis ac genuinis nummis quid sit statuendum, iam ab initio secundæ Dissertationis, quantum ferebat huius operis ratio, egimus. Neque vero hic nobis de exoticis Orientis linguarum nummis, sed de Græcis demum sermo; qua lingua etiam, uti in Judæa & adiacentibus eidem Samaria, Galilæa, Trachionitide, REGUM vel ETHNARCHARUM, aut TETRARCHARUM mina in iis sunt inscripta.

1. *De nummis* HERODIS *Magni.* Pag. 4. & 7. Lib. XXI. Sect. XI.

Quo in genere autem occurrit olim a me primum memoratus, notabilis primi seu Magni vulgo dicti HERODIS nummus, quem inter cimelia illustris Harlæi Parisiis inspexeram; qui hinc Uuam exhibet, cum addito nomine ΗΡΩΔΟΥ, illinc Galeam, quam ornat cauda equina, & cum titulo ΕΘΝΑΡΧΟΥ. Vir doctus, qui dein in libro de nummis Herodiadum hunc quoque nummum primo ibi loco retulit, non Galeam, sed Lilium Phaseliticum, de quo alicubi Plinius, in auersa eius parte signari existimat: quod e sequenti nummi illius, quæ in eius libro non conspicitur, & alterius in Museo S. Genouefæ iam diuulgati icone, vix Lectori, ut opinor, adprobabitur.

Ut

Ut mittam quod inde Joſephum impugnandi capiatur occaſio, qui nempe Phaſeliticum agrum cognominatum & coli cœptum tradiderit, anno V. C. DCCXLIV; quo autem anno, ac pridem ante, non *Ethnarchæ*, ut in numino illo ſignatur, ſed *Regis* titulo erat decoratus hic *Herodes*. Cui autem nummi illius ectypo, aliud hic addemus ex eadem Regia Gallorum Gaza, hinc cum dimidia Luna, Stellis, ac Sole in Clypeo; illinc, cum haud diſſimili, ut vel inde conſtabit, Galea. De Num. Herod. p. 61. Antiq. lib. XVI. cap. 9.

Haud vero ita liquidum videri continuo poſſet, quiſnam HERODES illo ΕΘΝΑΡΧΟΤ nomine in priori nummo deſignatur. Prior enim ſeu *Herodes* vulgo *Magnus*, *Tetrarcha* quidem a M. Antonio; dein eius potiſſimum opera, Judææ Rex a Senatu declaratus, ab Auguſto quoque, etſi partes Antonii ſequutus fuiſſet, denuo adſertus apud Joſephum legitur; nullibi autem *Ethnarcha*: quod nomen alias cum Hyrcano prius, tum Herodis filio Archelao tributum a Romanis conſtat, qui proinde *Ethnarchæ* aliquoties ab eodem Originum Judaicarum Scriptore nuncupantur. Neque etiam *Ethnarchæ* dicti occurrunt alii *Herodis* nomine, & ex Magni progenie. Verum haud dubium eo nomine primum ſeu Magnum Herodem deſignari; qui hanc appellationem medio illo tempore ſibi videtur vindicaſſe, quo, Hyrcano Ethnarcha a Parthis victo, & in captiuitatem abducto, ſolus rerum in Judæa potiebatur; nec dum tamen Regis titulo, Romæ, quod ei poſtea contigit, decoratus. Eum etiam nummum huic HERODI merito a me adiudicatum tradidit poſtea, qui data opera ea de re agit, eruditiſſimus Harduinus. Antiq. lib. XIV. cap. 13. Ibidem. c. 26. Ibidem lib. XV. cap. 10. Antiq. lib. XIV. cap. 16. & lib. XVII. cap. 13. 15. De Num. Herod. pag. 4.

2. *De alterius* REGIS HERODIS *nummis.*

Ad quem vero HERODEM referri debeat alius, & Harduino, quod miror, indictus, qui exſtat itidem in Gaza Gallorum Regia, nummus, in quo hinc Ara accenſa; illinc Apex, ut videbatur eruditis quibuſdam Antiquariis, Pontificis Maximi, verius equidem Galea, ut in ſuperiori nummo, cum nomine ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΗΡΩΔΟΥ, haud ita forte liquidum. Præter enim priorem, & *Regis* titulo inclytum HERODEM, alium inſuper ex eius ſtirpe, & quidem Claudii temporibus dictum itidem HERODEM, *Regis* quoque dignitate ornatum conſtat ſimiliter ex aliis nummis, in quibus uti de eo nos pridem, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΥΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ inſcribitur; quæ autem utriuſque nummi modo memorati icones hic continuo ante oculos ponent.

Priorem vero nummum, eumque indictum hactenus, quod adtinet, fide Josephi, si id nobis indulgeat vir doctus, liceret omnino HERODI Magni Herodis ex Aristobulo filio nepoti, & Agrippæ maioris fratri, tribuere. *Chalcidos* enim *Regis* titulum tulisse hunc Herodem, & quidem cui data fuerit a Claudio, post Agrippæ fratris obitum, potestas in Templum, in sacrum Ærarium, ac præterea ius eligendi Pontifices, & quod posteris eius manserit usque ad belli Judaici exitum, tradidit, & qui hinc quoque illustratur, Judaicarum Originum Scriptor; qui & dein exempla dati aut adempti ab hoc Herode Pontificatus illius Maximi subinde adduxit. Unde utique abunde liquere posset, cur tum Ara accensa, in priori huius *Regis Herodis* nummi area; tum in posteriore, Apex Pontificalis, iuxta quosdam præstantes Antiquarios, valde opportune signaretur. Verum ut alia mittam, vulgares quidem Sacerdotum apud Hebræos Pileos, Galearum instar fuisse, non vero Pontificis Maximi Pileum vel Cidarim, idq; iuxta aliquot Recutitorum Magistros, tradi haud ignoro a viris eruditis, qui de hisce ritibus sunt commentati. Haud vero, ut tribuatur Herodi Chalcidico hic nummus, ea in re quidquam cum aliquo Sacræ Scripturæ testimonio pugnans aut aduersum reperietur. Quod enim nullum *Herodem Chalcidicum*, seu *Chalcidos Regem*, immo nec ullum Chalcidum in eo tractu regnum vult agnoscere vir eruditissimus; id nulla idonea ratione vel auctoritate ab eo euincitur: & quod impugnant ea, quæ de Chalcidos illius dynastis seu Regulis sunt a doctissimo Norisio obseruata. Quamquam id negotium hic potest facessere, quod alterum adductum modo nummum, in quo ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ legitur, & quem iam citauit in Eusebianis Scaliger, ac e suis cimeliis protulerat Seguinus, non ad hunc Chalcidos Regem, iuxta viros eruditos, & quibus accessit laudatus paullo ante Norisius, sed ad Herodem Agrippam, cuius fit in Actis mentio, olim retulerim. Obiisse enim priorem illum AGRIPPAM, qui *Herodes* vocatus D. Lucæ, anno Claudii IV, iuxta Chronicon Eusebianum, qui & tertius erat completus, iuxa Josephum, Agrippæ restituti in regno Judæorum, cum noua & ampla illius regni accessione, quam a Claudio fuerat consequutus. Signatus vero idem nummus anno Claudii tertio, ut eiusdem inscriptio arguit. Unde nihil obstaret, quin eidem HERODI AGRIPPÆ continuo adscriberetur; cui, pro insigni quodam suo, ut aliunde constat, erga Claudium studio, hoc PHILOCLAUDII cognomen omnino videatur conuenire. Percussum autem videri hunc nummum, signatum quippe eius effigie, in urbe aliqua Gentili, beneficiis huius *Herodis* seu *Agrippæ* ornata, qualis Berytus, aut ea, quæ sæpe illi sedes, & in qua Deus paullo ante obitum est proclamatus, nempe Cæsarea. Ad quod proinde eiusdem Regis in Claudium studium referri deberet alius nummus, quem ad Stephanum e cimeliis Barberinis memorauit doctissimus Holstenius,

Joseph. Antiq. lib. xx. cap. 1.

Braun. de Vest. Sacr. lib. III. cap. 21.

Epoch. Syr. Maced. Diss. III. §. 3.

Animadv. pag. 289 Sel. Numism. pag. 41.

Ut supra.

Antiq. lib. XIX. cap. 7. Bell. Jud. lib. II. c. 10.

In Notis pag. 154. Pag. 12.

ſtenius, ac inde in nummis Herodiadum eruditiſſimus Harduinus, nempe in quo hinc ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ, illinc in corona ΚΛΑΥΔΙΑ ΚΑΙΣΑΡΙΑ. Quamquam enim incertum videatur, quæ in eo terrarum tractu *Cæſarea*, conſueto aliis urbibus more, illo *Claudiæ* cognomine decoretur; an *Cæſarea Paneas*, quæ in Philippi fuerat Tetrarchia, ab eius vero obitu Agrippæ a Caio Cæſare fuerat conceſſa; an vero *Cæſarea Palæſtinæ*. Neutram quidem cenſet Noriſius; qui quampiam aliam donati Herodi Chalcidos regni urbem, *Claudiam Cæſaream* ab eo nuncupatam credit. Harduinus vero id alteri *Herodi*, nempe uni e Magni vel primi Herodis filiis, Galilææ primum, de quo apud Euangeliſtas mentio, Tetrarchæ; & qui dein poſt impetratum a Claudio, ut idem ſtatuit, Regis titulum, *Cæſaream*, (ut id iam ante indicauerat) Palæſtinæ, iuſſerit *Claudiam* appellari. Quod tamen de illo *Tetrarcha Herode*, maioris Agrippæ patruo, quem in Regem, & quidem MAGNUM REGEM adſciuerit Claudius, una viri illius eruditi coniectura nititur: quum id non quidem Joſephi, cui fidem tum forte abiudicaſſet, ſed nullo præterea aut idoneo nummorum veterum, qui id euincant, teſtimonio confirmatur. Unde nihil obſtare video, ut uterque adductus paullo ante nummus, & prior quidem ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΗΡΩΔΟΥ, cum Ara accenſa (ne iam addam cum Apice Pontificis maximi,) adpoſite ad Joſephi adductum ea de re teſtimonium; cum ille, qui ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ inſcribitur; tum memoratus modo ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ, cum *Claudiæ Cæſareæ* nominibus, ad unum eundemque HERODEM, Chalcidos Regem, referri debeant. Etſi enim illum cum *Philoclaudii* appellatione, ad Agrippam, ſeu Herodem, de quo, eiuſque obitu fit mentio a D. Luca in Actis, referendum olim cenſuerim, ut ab ea ſententia nunc diſcedam, facit; quod haud alio, quam AGRIPPÆ nomine, idem ſignatur in ſingulari eius nummo, neutiquam vero HERODIS. Cuius equidem rei fidem continuo facit præclarus omnino nummus, ante aliquot annos demum, diu certe poſt priora de illo REGIS HERODIS *Philoclaudii* nummo a me monita, vulgatus a viris in Gallia eruditis, ac in hac penu nummaria exercitatis, inſcriptus nempe, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ· in auerſa autem eius parte, & de quo mox, ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ Η ΠΟΣ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ Μ. Adeo ut Harduino ea quidem in re adſentiar; quod non ſit veriſimile, & exemplo in nummis id genus careat; ut unus idemque Rex, diuerſo illo nomine, in uno HERODIS, in altero vero AGRIPPÆ deſignetur. Quum vero idem ſolo AGRIPPÆ nomine, vocetur in memorato eius nummo, nulla utique idonea ſubeſt ratio, ut ad eum inſcripti uno HERODIS nomine nummi paullo ante adducti continuo referantur. De auerſa vero nummi illius parte, qui *Agrippam Philoclaudium* exhibet, & de qua viris eruditis cum Eumenio ſeu cum Harduino lis erat, alius, ne hic ab eo, quod præ manibus, argumento nimium recedamus, occurret opportunior agendi locus. E quibus autem modo dictis liquet, quod aliquis omnino *Herodes*, & ab *Agrippa*, de quo modo egimus, diuerſus quærendus ſit, ad quem nummi illi reſpiciant, cum inſcriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΗΡΩΔΟΥ, vel ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ, & unus quidem cum addito eodem, quod in adducto paullo ante Regis Agrippæ nummo, cognomento, ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ.

De Num. Herod. pag. 12.

Cap XII.

Ut ſupra.

De Num. Herod. p. 44.

Ibid. pag. 12. 15.

De Num. Herod. pag. 54.

Vide Harduin. Herod. ad pag. 59. ed. Lipſ.

Neque

3. *An ad* HERODEM TETRARCHAM *referri iidem nummi debeant?*

Unde utique eosdem nummos modo memoratos, cum *Regis Herodis*, & *Philoclaudii* quidem appellatione, ad dictum supra HERODEM Galilææ TETRARCHAM, & Magni Herodis filium, cum celebri Auctore de nummis Herodiadum, haud referendos puto. Quod enim de hoc *Herode*, qui nempe post fratris Philippi obitum, Iturææ & Trachonitidos accessione locupletatus, inde *Regis* titulo sit a Claudio decoratus, & quidem qui etiam *Magnus* Rex meruerit appellari, a viro eruditissimo, ut paullo ante vidimus, traditur, quique idem cum eo Herode habendus sit, cuius mors θεόλητος a D. Luca refertur in Actis; id nullo utique, ut ille alioquin censet, testimonio confirmatur. Immo quum Judææ & Samariæ regnum eidem abiudicet vir eruditus, & regnum eius intra Galilææ, Iturææ, & Trachonitidos fines restringat; mirum videri posset, quid ei cum *Cæsarea Palæstinæ*, cui *Claudiæ* scilicet cognomen addiderit, commune fuerit; in qua etiam urbe eum, tanquam in paterno ac suo domicilio commoratum, ibique fato functum tradit. De regno equidem idem Herodes, post parentis obitum, idque iuxta priores patris tabulas, Romæ cum Archelao fratre disceptasse coram Augusto apud Josephum dicitur; sed ita ut Petrææ & Galilææ Tetrarchia ei Augusti iussu tantum cederet. Qua in re certe integra Josepho cum sacris illis Scriptoribus, a quibus Tetrarcha Galilææ itidem dicitur, consensio apparet. Neque video, quo iure, aut quo S. Scripturæ, vel qua nummorum auctoritate fabulosum omnino, merumque impostoris cuiusdam Archontui, ante aliquot sæcula, figmentum censeri debeat; id quod de eodem Herode in spem regni ab uxore Herodiade excitato, ac inde Romam profecto, ut e Tetrarcha Rex fieret; sed ea spe delusо, a Caio etiam Lugdunum in Galliam relegato, & dein in Hispania mortuo, a Josepho dicitur. Neque enim ulla huius Herodis Galilææ Tetrarchæ a Sacris Scriptoribus, post Tiberii obitum, facta occurrit mentio. Inde vero a D. Marco *Regis* titulo videtur appellatus hic Herodes, quod id cæteroquin aliis quoque *Tetrarchis* commune foret, & qua de re nos alibi, ut pro totidem *Regibus* haberi vellent. Nullus proinde occurrit opportunior, cui nummi illi imputari debeant, quam eiusdem Agrippæ maioris frater HERODES, Chalcidos regno, & quidem Agrippæ Claudio pridem familiaris commendatione ac intuitu, donatus. De quibus etiam fratribus, Romæ tum sub initiis Claudii agentibus, tradit Dio; Agrippæ, a quo Claudius fuerat in adipiscendo principatu adiutus, regnum auctum, datosque honores Consulares; fratri vero Herodi Dynastiam quandam, & honores Prætorios. Unde, quod alias factum, anno dein Claudii tertio, qui in adducto supra eiusdem Herodis nummo signatur, vel iam ante, *Regis* quoque titulo fuerit ille, ducta nempe in uxorem fratris Agrippæ filia, eiusque precibus, quod tradit Josephus, a Claudio donatus; indeque in illius beneficii memoriam, & eiusdem fratris ac soceri exemplo, percussus iussu eius nummus cum inscr. ΒΑΣΥΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ ΦΙΛΟΚΑΥΔΙΟΣ. Haud aliter ac alii gentium Reges, & qua de re iam ante, se PHILOROMÆOS in genere, aut etiam PHILOCÆSARES, ut Judæos idem Agrippa apud Philonem vocat, publice dici & signari voluerunt: ac prout hic eum nominatim ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΑ ac ΦΙΛΟΤΙΒΕΡΙΟΝ ibidem appellat. Haud aliter utique, ac non [a] Φιλοπλάτωνας iam dicam, aut [b] Φιλοστοκλέας dictos subinde apud Diogenem Laertium aut Athenæum legimus,

De Num. Herod. p. 54.

Cap. xii. v. 23.

Ibidem. p. 57.

Ant. lib. xvii. cap. 13. Bell. Jud. lib. ii. cap. 1. & 4.

Matth. xiv. Luc. iii. 19.

Ant. lib. xviii. cap. 9. Bell. Jud. lib. ii. cap. 8.

Cap. vi. 14.

Lib. lx. pag. 670.

Antiq. lib. xix. cap. 4.

Legat. ad Caium pag. 999.

a Diog. Laert. in Platone lib. iii. pag. 191. & in Ptolemone lib. iv. p. 138. ed. Amstel.

b Athen. ii. lib. xi. p. 469.

gimus, ſed ΦΙΛΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ, apud Diodorum aut [c] Plutarchum, & ΦΙΛΟΚΟΜΜΟΔΟΝ etiam apud [d] Herodianum; ſicut viceuerſa ΜΙΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ & ΜΙΣΟΦΙΛΙΠΠΟΥ appellationem in Demoſthene ſuggillat, quod iam antea vidimus, Æſchines.

[c] Lib. xvii. pag. 577.
[d] In Pompeio pag. 619.
[e] Lib. i. cap. 53. aduerſ. Ch. pag. 283.

Nec mira utique vel aliena videri debet illa Regum id genus, uti Tacito dicuntur, *inſeruientium*, & qui a Cæſarum nutu pendebant adſumpta, & conſignata publicis id genus monumentis, qua ſe huius vel illius Imperatoris AMICOS profitebantur, appellatio. Ea enim voce, amorem, cultum, fidem etiam, qua hiſce Cæſaribus iidem Reges erant ſingulariter deuincti, denotari, quiuis abunde, ut opinor, intelligit. Noti cæteroquin cum ipſius ALEXANDRI, tum CÆSARUM AMICI olim dicti: quorum poſtremorum frequens occurrit mentio in Hiſtoria Auguſta, & qui vulgo Principum gratia florentes, non otii ſolum, ſed negotiorum etiam arbitri ac diſpenſatores leguntur exſtitiſſe. Adeo quidem, ut quod de Alexandro Seuero monet Lampridius, res bellicas iuxta ac ciuiles per *Amicos*, & ex eorum conſilio tractarent. Cuius inſtituti auctorem veluti Titum tradit, ut obſeruo, Sueronius: AMICOS *elegit: quibus etiam poſt eum Principes, ut & ſibi & Reipubl. neceſſariis, acquieuerunt.* Unde de Antonino Pio Capitolinus: *Neque de ullis actibus quidquam conſtituit, niſi quod prius ad* AMICOS *retulit.* Hinc *Adſeſſores* & *Conſiliarii* Principum AMICI id genus olim dicti, & *Comites Auguſtorum*, ut id iam ad Spartianum in Hadriano notauit ὁ πάνυ Salmaſius: ac unde utique haud fruſtra coniungi eoſdem videas in lapidibus antiquis, AMICO ET COMIT. AUG. N. ac præterea in Conſtitutione quadam Conſtantini, quæ exſtat adhuc hodie in Codice Theodoſiano: *In quemcumque Judicum, Comitum,* AMICORUM, *& Palatinorum meorum.* Ut nec mirum ſit, quod legas in diſſertationibus Epicteti apud Arrianum, quanti nempe faciendum ſit, inter *Amicos Cæſaris* reputari, ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΦΙΛΟΝ εἶναι, de qua appellatione pluribus ibi agit. Neque vero priuati ſolum, ſed Reges quoque, (uti in adductis modo nummis, *Claudii Amici*, ſeu PHILOCLAUDII dicti Herodes vel Agrippa) in *Amicorum* id genus claſſem relati leguntur. Tales *Amici* Alexandri Seueri apud Lampridium, *idcirco quod per* REGES AMICOS *ambierat admiſſus*, de quodam ad militiam adſpirante, licet vitæ ſordidæ ac variorum furtorum reo. Immo & hoc notandum inter adſcriptos olim Regum & Cæſarum id genus AMICOS, ordinem quendam ſeruatum, & inductas varias *Amicorum* Claſſes; ut certe licet colligere ex Alexandro Syriæ Rege apud Joſephum, ita adfecto aduerſus Jonatham, Pontificem Judæorum, ὥστε αὐτὸν καὶ πρῶτον ἀναγεγράφθαι φίλων, *ut etiam ipſum* PRIMUM AMICORUM *inſcriberet.* Sic Antiochus apud eundem concedit Jonathæ, καὶ τῶν πρώτων αὐτοῦ καλεῖσθαι φίλων, *& vocari unum ex* PRIMIS *eius* AMICIS; nempe ſicut Cocceius Nerua a Tiberio *proximus Amicorum* indigitatur. Ordines itaque AMICORUM, ut quidam primi, alii ſecundi, & infra adhuc dicerentur; quod a Romanis etiam Cæſaribus obſeruatum liquet rurſus ex Lampridio in vita eiuſdem Alexandri Seueri, qui ex locis modo adductis haud parum illuſtratur: *ut* AMICOS *non ſolum* PRIMI *ac* SECUNDI *loci, ſed & inferiores ægrotantes viſeret.* Ut iam illud præteream, quod iuxta morem eorum temporum ſuperioribus Nummis illuſtratum, non *Philoclaudium* quidem, immo nec *Philoromæum*, aut *Philellenæ*,

4. *De Regibus aliiſque, qui* AMICI CAESARUM *olim dicti.*

In Vita Alex. Sev. cap. ix.
In Tito cap. vii.
In Anton. Pio cap. vi.
Ad cap. xviii.
Lib. ix. Tit. i. Leg. iv.
Lib. iii. cap. xxvi. p. 407.
In Alex. Sev. cap. xxviii.
Antiq. lib. xiii. cap. 7.
Ibid. cap. 9.
Tacit. Annal. vi. cap. 26.
Cap. xx.

vel *Philoiudæum* forte, ſed vere ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΟΝ dixerint humani generis Seruatorem ſacri illius ſcribæ: potiori certe iure, quam vel Cyrum Græci Scriptores, aut Neruam Dio Pruſæenſis: ſicut rurſus ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΥΣ, ſeu eidem Seruatori deuotos paſſim vocant priſci Eccleſiæ Doctores, Ignatius Nazianzenus, Chryſoſtomus. Immo, ſi magni præmii loco, & probatæ demum fidei Regibus PHILOROMÆI ſeu *Amici Romanorum* titulus olim, ut vidimus, conceſſus; quanto melius merces illius hominis, qui fuerit mundus, in eo poſita, iuxta Magiſtros Hebræorum, ut vocetur AMICUS DEI; ſicuti nempe ſcriptum in Prouerbiorum libro: *Qui amat munditiem cordis, pro gratia labiorum eius,* REX AMICUS EIUS *futurus eſt.*

Orat. XLV. pag. 513.

Vide אבקת רוכל ſeu lib. Pulueris Aromat. Prouerb. XXII. 11.

5. *De urbe* CLAUDIA CAESAREA *in Regis Herodis numismo.*

Ut vero ad AGRIPPAM, vel HERODEM, cum PHILOCLAUDII appellatione in eorum nummis, ut paullo ante vidimus, & quidem ad ſuum in Claudium, qui eos regno, aut luculenta regni acceſſione donauerat, declarandum ſingulare ſtudium, ac illibatam fidem, dictos redeam; inde itidem factum, ut urbi CÆSAREÆ, cognomen CLAUDIÆ dediſſe videatur ille, qui in eius nummis ſignatur, *Rex Herodes* ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ. Quum vero duæ exſtiterint nobiles in illo Palæſtinæ, ac ei vicinæ Phœniciæ tractu CÆSAREÆ nomine, ciuitates, quæ natales autem ſuos ac ſplendorem primo Herodi eiuſque ſtirpi deberent, & quarum exſtant ſignati veteres nummi; hinc ad quam e duabus illis ciuitatibus referendus foret qui illud *Cæſareæ Claudiæ* cognomen præfert, haud ita liquido licet ſtatuere. Ad *Cæſaream* equidem Palæſtinæ eum retulit Auctor de nummis Herodiadum; ad alteram vero, vulgo *Cæſaream Philippi* ſeu *Sub Panio,* ac inde *Paneada* etiam dictam, Holſtenius; ad neutram vero, ut iam ante diximus, Noriſius. Cui vero Holſtenio potius, qui eam *Cæſareæ Sub Panio,* etſi nulla adducta eius rei ratione, tribuit, accedam, inde fit; quod Philippi, a quo eadem erat ciuitas condita, Tetrarchia, poſt eius ſub Tiberio obitum, Agrippæ dein fuerat a Claudio donata; ac unde *Claudiæ* cognomen eidem urbi, Tetrarchiæ illius metropoli, in Benefactoris memoriam, vel ab eodem Agrippa primum, vel poſt eius obitum, qui anno Claudii quarto contigit, a fratre eius Herode eiuſdem Claudii beneficio Chalcidos Rege, donari potuerit. Haud aliter nempe ac in vicina Galilææ Tetrarchia *Tiberiadem,* uno Tiberii nomine dictam, cum iuncta dein eidem ΚΛΑΥΔΙΟΤΙΒΕΡΙΕΩΝ, ſeu *Claudiæ* ac *Tiberiados* appellatione, exhibent veteres nummi; cuiuſmodi plures ſibi aliunde ſubminiſtratos adduxit doctiſſimus Noriſius. Quamquam dictum Herodem quod adtinet, id obſtare poſſit, quod poſt Agrippæ fratris obitum, non conceſſa ei legatur a Claudio eadem illa, in qua hæc *Cæſarea* erat ſita Philippi, ac dein Agrippæ Tetrarchia. Neque tamen alia quærenda videtur *Cæſarea,* quæ cum *Claudiæ* cognomine in laurea, & cum ac *Regis Herodis* diadematо capite, in anteriori eius parte ſignata legitur. Qua ratione etiam factum ut eadem urbs, quæ, ut ex nummis eius adhuc liquet, cum ΚΑΙΣΑΡΙΑ, tum ΣΕΒΑΣΤΗ, *Cæſarea* & *Auguſta* eſt a Philippo Tetrarcha eius conditore, in *Cæſaris Auguſti* honorem appellata: ΚΛΑΥΔΙΑ dein ab Agrippa ſeniore, vel ab Herode eius fratre, Chalcidos Rege dicta; a iuniore dein Agrippa ſub Nerone, prolatis eiuſdem urbis pomœriis, ΝΕΡΩΝΙΑΣ, quod a Joſepho dicitur, fuerit ſimiliter appellata. Etſi, ut hoc addam, abolito mox utroq; illo CLAUDIÆ & NERONIADOS cognomine, antiquius illud, & cum ipſo urbis

Pag. 15.

Not. ad Steph. p. 154. Epoch. Syr. Mac. Diſſ. III. §. 3.

Epoch. Syro-Mac. Diſſ. V. §. 3.

Antiq. lib. XX. cap. 8.

urbis natali ei inditum ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ, *Cæſareæ Auguſtæ*, nomen remanſerit: ut e ſingulari nummo Mediceo, ſub M. Aurelio percuſſo, cuius pridem facta eſt a nobis mentio, conſtare etiamnum poteſt. Alterius vero, ſeu in Palæſtina *Cæſareæ*, quæ eo nomine eſt itidem in *Cæſaris Auguſti* honorem a primo Herode eius conditore vel ampliatore ornata, haud aliud ei petitum a ſequentibus Imperatoribus cognomentum apud Joſephum, alioſue legitur; niſi quod addita poſtea a FLAVIORUM, ſeu a Veſpaſiani ac Titi gente, ut e nummis eius conſtat, FLAVIÆ, appellatio. Qualem utique ſingularem eius nummum ſub Tito cuſum, eumque inſcriptum COL. CÆSAREA LIB. ΦΛΑ. *Colonia Cæſarea Libera Flauia*, primi olim, in cimeliis Chriſtinæ Auguſtæ Romæ a nobis obſeruatum adduximus. Quod agnouit, qui eius iconem quoque exhibuit in libro de nummis Coloniarum, qui ſub Imperatoribus ſunt percuſſi, Cl. Vaillant; meamque de poſtrema in eo nummo voce explicationem tuetur, qua FLAVIÆ nomen, non vero litteræ numerales, iuxta eruditum Auctorem de nummis urbium illuſtratis, deſignatur. Mitto aliam, quam dein in libro de Nummis Herodiadum adtulit idem vir eruditus, eiuſdem nummi, ſeu duarum poſtremarum in eo vocum explicationem; ſed in qua poſtrema *Flauiorum* agnoſcit nomen, & Æram eo nomine apud hoſce *Cæſarienſes* dictam ſtatuit, quod non iam eſt huius loci.

Diſſ. de Præſt. &c. Num. pag. 895.

Ibidem pag. 135.

In Tito pag. 135.

Pag. 18.

Exſtant vero memorati paullo ante HERODIS, huius Chalcidos Regis patrui, & magni Herodis filii, Galilææ autem TETRARCHÆ veteres, & quidem cum illa dignitatis eius appellatione, nummi; nempe ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ, aut ΗΡΩΔΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ inſcripti: unde corruit viri eruditi inutilis cæteroquin adnotatio, quaſi parens eius Herodes ſit in nummis dictus in gignendi caſu ΗΡΩΔΟΥ ΕΘΝΑΡΧΟΥ, hic autem in recto ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ aut ΒΑΣΙΛΕΥΣ Qualem utique huius *Tetrarchæ* nummum, ab eodem viro docto, etſi aliunde memoratum, vir itidem Gallus, & hiſce antiquitatis ſtudiis inter Gallos inclytus, paucis ante annis vulgauerat; in quo hinc ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ ſignatur cum Palma, ſeu Palmæ ramo, qua abundabat Galilæa, ac Judææ cæteroquin, qua de re ſupra, in nummis ſymbolo; illinc, ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. *Caio Cæſari Germanico Auguſto* in laurea. Cui accedit alius in Theſauris Gallorum Regiis, cuius icon hic ſequitur ΗΡΩΔΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ inſcriptus, & cum additis numeralibus litteris L. ΛΔ Anno XXXIV eiuſdem nempe Herodis Tetrarchiæ, cum ſimili Palmæ ramo; illinc cum laurea itidem, ut duabus in medio litteris N K, de quibus nihil adhuc mihi nunc occurrit, quod moneam.

6. *De* HERODIS TETRARCHÆ *nummis.*

De Num. Herod. pag. 87.

P. Rigord.



Alius

Alius inſuper exſtat nummus, ut audio, penes Cl. Toinardum, cum eadem inſcriptione, æra, ac typo, in priori nummi area; in altera autem parte, intra lauream TIBEPIAΣ, nobiliſſima eiuſdem Tetrarchiæ ſeu Galilææ ciuitas ac metropolis, & ab hoc Herode Tetrarcha condita. Haud aliter ac in alio nummo apud Falcknerium Anglum & cuius facta iam mentio a viris præſtantibus, occurrit hinc in laurea eiuſdem urbis nomen TIBEPIAΣ, hinc ΠΕΡΙΟΔΟΥ ΤΕΤΑΡΤ. Seu *Anno* Tiberii *quarto:* prout hanc in nummis Περίοδος vocem explicandam pridem vidi & adſerui. Eandem vero urbem dictam dein ſub Claudio, iunctis nempe duorum Imperatorum nominibus CLAUDIO TIBERIADA paullo ante vidimus; quod Agrippæ ſeniori, uti ab eruditiſſimo Noriſio etiam factum, adſcribendum videtur, cui addita fuerat a Caio, poſt Tetrarchæ huius Herodis exilium, Galilææ, ut præter Joſephum, a Philone quoque traditur, Tetrarchia.

Hard. de Num. Herod pag. 10. Vaillant Græc. Num. Imper. pag. 9. Diſſ. de Præſt. &c. Num. pag. 874.

Epoch. Syr. Mac. Diſſ. v. cap. 6.

Legat. ad Caium pag. 1037.

7. *De aliis* REGIS AGRIPPAE *junioris Nummis.*

Quum vero plures exſtent etiamnum dicti modo Agrippæ filii, ſeu iunioris AGRIPPÆ REGIS, nempe ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΓΡΙΠΠΑ nomine ac titulo inſcripti veteres nummi; ita ſingularem omnino e cimeliis Reginæ Chriſtinæ olim protuli, cuius hic effigies ſequitur.



Equidem haud diffiteor, hæſiſſe me aliquamdiu, quod ibi monui, quo referenda ſint illa ſymbola in utraque nummi parte inſculpta. Neque enim ulla ibi more conſueto vel *Regis Agrippæ*, vel Cæſaris tum rerum potientis effigies: aut cæteroquin loci, in quo idem percuſſus, nota: ſola addita epigraphe, ΒΑΣΙΛΕΩC ΑΓΡΙΠ. ſeu *Regis Agrippæ*. Tandem illud hærenti occurrit, videri utroque ſymbolo duo celeberrima Judæorum Feſta deſignari, *Tabernaculorum* nempe & *Pentecoſtes*. Et Σκηνοπηγία quidem ſatis aperte innuit, mea ſententia, inſigne Tabernaculi inſtar ſeu Tentorii, priori nummi parte expreſſum: *Pentecoſten* vero adpoſite Spicarum Manipulus, quem ſignat nummi pars altera. Neque enim hoc ſolemne, ut notum ex ſacris libris, dictum ſolummodo Feſtum שבעית *ſeptimanarum*, ſed etiam קציר *Meſſis* ſeu Θερισμός, iuxta LXX Interpretes, & quidem *Meſſis Triticeæ*. Unde etiam totum illud ſeptem ſeptimanarum interuallum, quod Græci & Latini *Pentecoſten* dixere, vocarunt Judæi, ut vidit iam illuſtris Scaliger, ספירת העמר ſeu *Numerum Manipuli*; ideo nempe quod a ſecunda Azymorum ad feſtum ipſum Pentecoſtes primitiæ frugum Deo offerrentur, ac, ut loquitur Chaldæus paraphraſtes, inciperet חצר עסרא *Meſſis manipulorum*. Immo liceret inde colligere haud minus feſtum *Azymorum* eodem ſymbolo Spicarum manipuli, & in eo quidem priore nummo denotari, qui non trium, ut duo ſequentes nummi, ſed duarum tantum Spicarum ſpithamam præfert; prout ſcilicet duarum ſpithamarum Spicam ad ſacrum illum uſum demeſſam tradunt Talmudici Doctores. Adde quod eoſdem, & Maimonidem in primis alibi docentem leginus, hordeaceas fuiſſe illas fruges (quæ & apud Græcos pro antiquiſſimis habitæ

Exod. xxiii. 16. & xxxiv. 22.

De Emend. Temp. lib. vi.

Deut. xvi. 9.

Ad Miſchn. Cod. כל מנחות ix.

habitæ, unde ἐυκεῖδον ἀλωὰν, *hordeo abundans horreum* explicant alicubi veteres ad Theocritum Critici) & tempus præterea ſationis, & locum, in agris nempe Hieroſolymitanis, ac modum denique, quo in demetendis, in manipulos colligendis, ventilandis, & molendis iiſdem frugibus vulgo utebantur. Quam in rem etiam ſequentia apud Joſephum legas, cuius locum non pigebit integrum adſcribere; qui multa videtur habere ad hanc rem opportuna, ac unde præclaro eidem nummo maior quædam lux adfulgeat: τῇ δ' δευτέρᾳ ΤΩΝ ΑΖΥΜΩΝ ἡμέρᾳ. ἔστι δ' ἓξὶν αὐτὴ ἀ δεκάτη τῶν καρπῶν ὃς ἐθέρισαν· ὁ γὰρ ἅλωτος πρότερον αὐτῶν, μεταλαμβάνουσι ἀ τὸν Θεὸν ἡγήμενοι τιμᾶν δίκαιον ἐ πρῶτον, παρ' ὃ τῆς ἐυπορίας τούτων ἔτυχεν, τὰς ἀπαρχὰς αὐτοῦ τῆς κριθῆς ἐπιτίθουσι τρόπον τοῖον· Φρύξαντες; ΤΩΝ ΣΤΑΧΥΩΝ ΤΟ ΔΡΑΓΜΑ, ἀ πτίσαντες, ἀ καθαρὰς πρὸς ἀλετῶν τὰς κριθὰς ποιήσαντες, τοῦ βωμοῦ ὀσάριον προσάγουσι τῷ Θεῷ, ἀ μίαν δὲ αὐτῶ δράκα ἐπιβάλλοντες, τὸ λοιπὸν ἀφιᾶσιν εἰς χρῆσιν τοῖς ἱερεῦσι, ἀ τὸ λοιπὸν δημοσίᾳ ἔξεσι πᾶσι ἀ ἰδίᾳ ΘΕΡΙΖΕΙΝ, *Secunda* AZYMORUM *dies, quæ eſt menſis huius decima ſexta,* FRUGIBUS DEMESSIS *& hactenus intactis incipiunt frui; æquumque rati Deum huius ubertatis auctorem per gratitudinem honorari, hordei primitias offerunt in hunc modum.* SPICARUM MANIPULUM *igni torrent, hordeum deinde pinſunt, atque ita in alicæ modum fractæ aſſaronem ad aram offerunt, inde pugillo uno in eam iniecto, reliquum ſacerdotum uſui cedit, ut ex eo licitum ſit publicas ac priuatas* MESSES METERE. Adeo ut vel duo, vel tria etiam nobiliſſima Judæorum Feſta, quæ Judæis proinde non ſolum יום ſeu *Feſtum* κατ' ἐξοχὴν, ſed etiam רגל & רגלא ſeu *Feſtum maius*, Helleniſtis autem μεγάλαι ἡμέραι ſeu *dies magni*, nuncupata leguntur, deſignet ſuperior nummus; ſicut alias beneficium Mannæ cœlitus demiſſæ, aut Virgam Aaronis ſignant, qui vulgo proſtant Hebræorum ſicli. Neque mirum proinde in Judæi Regis nummo a Judæis Helleniſtis, ut videtur, percuſſo, expreſſam eorum ſolemnium memoriam, quibus nihil apud illos celebrius: maxime quum per patrias leges non liceret iis vel Regis AGRIPPÆ, vel regnantis tum Cæſaris effigie nummos id genus percutere. Excepto vero homine, non quadrupedum ſolum ac reliquorum animantium imagines, ut obſeruo apud iuris Hebræorum conſultiſſimum Maimonis filium, *ſed ad hæc* FIGURAS ARBORUM, HERBARUM, RERUMQUE SIMILIUM *formare liceat etiam figura gibba.* Quamquam & faſciculus ille Spicarum, iuxta uſurpata id genus apud Gentiles ſymbola, aut fertilitatem earum regionum, quibus præerat Agrippa; aut concordiæ vinculum poſſet adumbrare, qui factionibus inter ſe diſſidentes Judæos haud ſemel tentauit, ut ex Joſepho liquet, ad ſaniora conſilia reuocare. Ita eodem ſymbolo ſignarunt nummum *Apamenſes*, qualem vidi in eiuſdem Reginæ Gaza, cum faſciculo itidem Spicarum ac inſcr. ΑΠΑΜΕΩΝ. Et hæc olim ad illuſtrationem huius nummi notaueram, ac ſimul in Addendis ad calcem operis monueram: me ideo priorem ac ſingularem eius nummi explicationem eo firmiorem ſtatuere, quod in vernaculo & eleganti opere Caroli Bouretouii Senatoris Pariſienſis ſculptum poſtea viderim eundem nummum, cuius priorem partem de Σκηνοπηγίᾳ ſeu *Tabernaculorum Feſto* interpretantem adducit decus harum litterarum Samuelem Bochartum: cui cæteroquin mirabar, pro ſolita & peculiari quidem ei ἀγχινοίᾳ, nihil ſuboluiſſe de *Azymorum*, aut *Pentecoſtes* feſto per Spicarum manipulum in altera nummi parte adumbrato. In Muſeo S. Genouefæ vulgatus eſt denuo ante annos aliquot idem nummus, & de iiſdem illis Judæorum

Schol. ad Idyll. 2. v. 34.

Antiq. lib. III. cap. 10.

De Idol. cap. 3. §. 4.

Recherch. des Monnoyes p. 30. & Preface.

Cabinet de St. Geneuiefue Tab. XXII. & pag. 91.

Αζυμα &c. ἑόρτη δ' ἦν ἑορτὴ καλου-μένη Antiq. lib. xvii. cap. ii. Adde lib. xviii. cap. 3. Bell. Jud. lib. ii. cap. i. &c. Cap. xxiii. v. 78.

Festis, uti olim a me factum fuerat, nisi quod *Azymorum* loco *Paschæ*, explicatur; prout nempe promiscue Festum illud, ut vel e variis Josephi locis liquet, dicebatur. Neque idem tamen iuniori Agrippæ, quod censueram, sed seniori tribuitur; & quidem, ut ibi additur, eidem, a quo irrisus, qui ad eum missus a Pilato fuerat, Christus Seruator: quum tamen ibi apud Lucam de Herode agatur, Galilææ Tetrarcha, & primi Herodis filio, cuius ex fratre nepos erat Agrippa senior. Eruditus vero Auctor de nummis Herodiadum,

Pag. 19. AGRIPPÆ quidem iuniori eundem nummum adscribit; sed ita ut expressa

Pag. 88. in eo symbola de iis Judæorum Festis interpretari, *puerile* existimet; nouam autem, maxime de anteriori illius area non coniecturam sed ut certam & exploratam sententiam ferat: nempe Tabernaculo illo, imperium seu ducatum huic Agrippæ ex Senatusconsulto commissum in Judæa, sicut iam ante in Palæstina, designari. Id quod alibi pluribus adhuc tangit; inde significa-

Pag. 87. 88. „ ri Judæam ab Agrippa non Regio iure aut potestate administratam, sed „ tantum Rectoris seu Ducis titulo militum in illo imperii limite constitu- „ torum. Esse enim Imperatoris adsignare, ubi tentoria paranda, castra lo- „ canda, quoue transferenda sint. Quare in una eademque area Regis A- „ grippæ nomen exhiberi, ac Tentorium. Tribus autem Spicis ex uno sur- „ culo emicantibus in altera nummi area, significari ubertatis Judææ symbo- „ lum. Ibi vero gemina festa *Azymorum* & *Pentecostes* haud esse quæren- „ da, nisi ab eo forte, qui existimet Cæsarienses quoque Cappadociæ eadem „ festa celebrasse, eo quod in nummo illius urbis, signato sub Alexandro Se- uero, tres Spicæ similiter emicent. Quo loco, ut primum id adtingam, mirari continuo subit, quod Tabernaculum seu Tentorium in omnibus „ fere nummis huius Agrippæ cum Spicis insculptum a viro erudito ibidem „ dicitur, & quidem quasi omnis regiæ illius potestatis usus esset in castris „ ad tuendum Galilææ atque Judææ limitem rite locandis ac permutandis. Quum tamen extent plures huius Agrippæ nummi, cum aliis symbolis seu typis, ab eodem viro docto in eo libro memorati, cuiusmodi etiam aliquot olim adtulimus, & alii quoque diuulgarunt. Duo alioquin itidem hic prostant cum Tabernaculo & Spicis e locupletibus cimeliis Pembrochianis.

Alterum hic notandum, quod vel inde corruit omnis illius adsertionis fides & auctoritas, qua non ex Josepho, cui sententiæ tum adsensionem omnem denegasset, non ex sacris Scriptoribus; sed ex conspirante illo & consentiente omnium scilicet huius Agrippæ nummorum, qui omnes Tabernaculum seu Tentorium habeant insculptum, id Agrippæ Regis militare in Judæa & Palæstina imperium, nullo adducto alio eius rei auctore aut documento, demum eruat. Cui & illud consentaneum accedit, restricta inde seu sublata verius omnis Regia huius Agrippæ in Judæa vel Galilæa potestas. De quo equidem illud haud ambigendum videtur, post Archelai exilium, & Judæam in Prouinciæ formam a Romanis redactam, precarium velut fuisse illum, qui Agrippæ Seniori est dein a Caligula concessus, & a Claudio quoque confirmatus,

tus, Regis Judæorum titulum; ita ut vis omnis illius poteſtatis penes Romanos remaneret. Ut mittam, quod alibi a Joſepho dicitur, poſt mortem primi Herodis & Archelai eius filii, Ariſtocraticam fuiſſe Judæorum gentis adminiſtrationem. Quod autem de Agrippa eius filio eo magis licet ſtatuere, quod nuſpiam Judææ ac Samariæ, prout patens eius fuerat, Rex legitur a Romanis, ſeu rerum tum potientibus Cæſaribus, declaratus. Regno enim Chalcidos primum poſt obitum Herodis patrui a Claudio donatus; poſtea; eodem regno illi adempto, eius loco, ea quæ ante Philippi, dein patris quoque Agrippæ fuerat, Tetrarchia, cum Batanæa, Trachonitide, & Gaulonitide inſuper, atque ita ut in maius eius regnum, iuxta Belli Judaici ſcriptorem, transferretur, ſit ab eodem Claudio conceſſa. Acceſſit poſtea ſub Nerone pars Galilææ, in qua erat Tiberias ac præterea trans Jordanem Abila & Julias, quibus ampliatum adhuc eius regnum; ſed cui nihil cum Judæa, in prouinciæ formam iam redacta, & a Romanis dein Rectoribus adminiſtrata, commune exſtitit. Adeo ut vere Euſebium redarguat Caſaubonus, qui Judææ regnum anno Veſpaſiani tertio, captis nempe Hieroſolymis, defeciſſe demum tradidit. Hæ enim, quas modo adtigi, erant regni huius Agrippæ ditiones, hi limites; quibus ille conceſſo ei a Romanis Regis titulo præerat. Quæ vero de *ducatu* eius tantum ſeu militari imperio tuendi Judææ & Galileæ limites, in quo omnis regia eius poteſtas fuerit ſita, dicuntur, una viri eruditi adſertione; nullis cæteroquin munita teſtimoniis vel documentis innituntur Quod utique, an ex adducta Tabernaculi ſeu Tentorii effigie in aliquot forte, ut paullo ante vidimus, illius Regis nummis continuo eruatur, cuiuis in hiſce litteris ac antiquitatibus haud plane hoſpiti expendendum relinquitur. An tali certe ſymbolo vel inſigni, ad Regiæ, qua in iiſdem nummis ornatur, dignitatis fidem faciendam, uti ille voluerit, vix cuiquam, ut opinor, fiet veriſimile. Haud ita vero abſurdum vel *puerile* videri, ut eo Tabernaculo potius, ſignato in Regis huius nummo, ad parentis exemplum, inſtitutorum & rituum patriorum, prout de eo Joſephus alicubi, obſeruantiſſimi, immo qui ipſe a D. Paulo omnium Judaicorum rituum non peritus ſolum dicatur, ſed quem ſciret fidem Prophetis habere; ſolemne Tabernaculorum Feſtum deſignetur. Mitto, quod paullo ante doctiſſimi in iis litteris ſagaciſſimique Bocharti, de eodem illo Tabernaculorum feſto, quod adumbratum ſit in hoc nummo, teſtimonium paullo ante adduximus. Immo quam in rem opportune omnino addere mihi hic liceat, quod in Tractatu Miſchnico de uxore adulterii ſuſpecta, quam vir huius quoque litteraturæ callentiſſimus Wagenſeylius, verſione ac erudito commentario illuſtrauit, obſeruaſſe memini: nempe in Feſto Tabernaculorum, & tranſacta quidem prima die, Regem Agrippam, accepto a Summo Pontifice ſacrorum voluminum libro, ex eo in Templi Hieroſolymitani Atrio adſtantibus prælegiſſe. Unde equidem ab hoc ipſo Agrippa celebratum Hieroſolymis illud Tabernaculorum Feſtum licet omnino agnoſcere. Neque vero inde continuo euincitur, quod contra Caſaubonum ſtatuit ibi vir modo laudatus, eundem hunc Agrippam Judæis imperaſſe; ſed id demum, eum tanquam Judaicorum rituum, parentis inſtar, obſeruantem, ſolemnibus Judæorum Feſtis ſe contuliſſe Hieroſolyma, quo ex more patrio eadem celebraret. Neque vero Rex inde Judæorum haud magis, quam patruus Chalcidos Rex Herodes ſtatuendus; cui tamen poteſtas in Templum, in S. Ærarium, ac

Antiq. lib. xx. cap. 8.

Joſeph. Ant. lib. xix. cap. 7. Bell. Jud. lib. ii. cap. 11. Idem Ant. lib. xx. cap. 6. Bell. Jud. Ut ſupra. Bell. Jud. lib. ii. cap 11. Ut ſupra & Ant. lib. xx. cap. 6.

Exercitat. adv. Baron.

Ant. lib. xix. cap. 17. Act. cap. xxvi. v. 2. 27.

In Tractat. Sota cap. vii. ed. Miſchn. Amſt. pag. 268. T. v.

Joſeph. Ant. lib. xx. cap. 1.

ac

ac ius eligendi Pontifices a Claudio datum a Josepho dicitur. Quomodo etiam post illius Herodis obitum, idem, quod penes eum antea fuerat, ius eligendi summos Pontifices, ad hunc Agrippam spectasse, ex adductis eam in rem apud Josephum exemplis liquet. Autonomia enim, seu suarum legum patriorumque rituum potestas, Judæis, tum in patrio adhuc solo, etsi Romani tum iuris, tum alibi in Romano orbe degentibus erat a Romanis, quod aliunde liquet, concessa. Insculpto vero in altera nummi eiusdem Agrippæ area duarum vel trium spicarum manipulo, designari similiter alterum itidem ac celeberrimum Judęorum Festum, *Azymorum* nempe, aut *Pentecostes* iis, quę iam adduximus, rationum vel auctoritatum, & quas non adtigit vir eruditus, momentis adstruitur. Ita tamen ut hanc ipsam, quam idem tradit, de Spicis ibi signatis sententiam, Judææ nempe, seu regionum, quibus Agrippa præerat, ubertatem eo symbolo, obuio pariter in alio & quidem *Cæsariensium* Cappadocum nummo, posse designari; hanc ipsam, inquam, ut ea de re paullo ante, olim simul in medium protulerim, ac e simili quoque symbolo in *Apamensium* nummo comprobatam. Adeo ut liberum omnino lectori arbitrium relinquerem, de eo, prout consultum ei videretur, statuendi.

Joseph. Ant. lib. xx. c. 6.

8. *De aliis* AGRIPPAE *Regis & Junioris quidem nummis.*

Exstant vero plures, quod supra iam monui, eiusdem AGRIPPÆ iunioris nummi, cuiusmodi aliquot primus e præclaris Cimeliarchiis olim protuli, plerique in honorem Flauiorum, Vespasiani, Titi, ac Domitiani percussi. Sunt autem ii vulgo cum annis regni huius Agrippæ inscripti; ac præterea cum gradientis Victoriæ, illiusque palma, vel corona, aut utraque subinde ornatæ; aut illius Clypeo quid inscribentis; vel cum gemini Cornucopiæ, & Caducei quandoque intermedii; aut stantis figuræ cum Cornucopiæ; aut vero cum Triremis symbolis. Quod vero a Justo Tiberiensi, qui, superstite eodem Agrippa, historias suas concinnarit, dicatur in iis apud Photium, tertio demum Traiani anno obiisse idem Agrippa, cum Josepho conciliari non posse, obseruarunt viri docti: qui nempe in libro de vita sua, quem sub Domitiano a se conscriptum ibidem docet, queritur, quod hic ipse Auctor, viuo Vespasiano ac Tito, & superstite adhuc Agrippa, historiam suam non ediderit: alibi vero, ubi de Batanæa ei sermo, tradit, Magno Agrippæ & eius filio, huic nempe Juniori Agrippæ, succedentes in illius Batanææ possessione Romanos, grauibus eam tributis, relicta cæteroquin libertate, oneraſſe. Nummi equidem, huius Agrippæ, quales olim protuli, ad annum usque eius regni XXIX adtingunt; iique omnes superstite adhuc Vespasiano percussi, ut ibi quoque tradideram, & arguere omnino videbatur Imperatoris illius effigies ac nomen, in prima illius, qui hunc ipsum regni Agrippæ annum $\overline{KΘ}$ seu XXIX signat, nummi area. Unde si anni huius Agrippæ regni, signati in eius nummis, a Claudii anno IV quo mortuus est Agrippa senior, forent, iuxta Eusebium in Chronico inchoandi, annus ille XXIX Agrippæ regni incideret in annum Vespasiani IV. Si vero ab anno demum Claudii IX, quo regno Chalcidos est a Claudio primum donatus hic Agrippa, arcessendi essent adscripti in eius nummis regni illius anni; adtingeret ille annus XXIX, ad annum Vespasiani IX. Ut proinde haud obstarent iidem nummi, quin idem hic Agrippa fato esset functus, ante conscriptos a Josepho commentarium de Vita sua, & Originum Judaicarum

Diss. de Præst. &c. Num. pag. 447. 864.

Biblioth. p. 20.

Pag. 1026.

Antiq. lib. XVII. cap. 11.

Pag. 160. P. II.

Pag. 160. P. II.

carum libros: quod utrumque opus, ad eorum calcem, a ſe demum poſt Veſpaſiani ac Titi obitum, & quidem Origines, anno Domitiani XIII, confectas & abſolutas docet, ut id quoque ab Euſebio in Chronico traditur. Ne iam huc adducam, quæ in libro Ganſii, dicto Zemach, & a Gerardo Vorſtio edito ac Latine verſo, cuiuſque ea de re verba ad adductum Sotæ in Miſchna locum iam retulit Cl. Wagenſeilius, traditur: Veſpaſianum nempe Imperatorem factum, ſuccenſuiſſe huic Agrippæ Judæorum Regi, quaſi defectionem moliretur, eumque inde ac filium eius Monabazum gladio peremiſſe. Quæ fides enim hiſce Recutitis in propria etiam gentis hiſtoria, & maxime in accurata temporum notatione haberi debeat, abunde eruditis notum. Alios vero nummos cum adſcriptis huius Agrippæ annis cum Titi ac Domitiani adhuc Cæſarum vultu, in anteriore eorum area, atque ita Veſpaſiano adhuc ſuperſtite, olim adtuleram, qui eſſent in Gaza Gallorum Regia, inſcriptos vero in altera eorundem parte ЕТО ΙΘ aut ЕТО ΚΔ vel ЕТО Κϛ ·ВА. ΑΓΡΙΠΠΑ, *Anno* XIX, aut XXIV, vel XXVI *Regis Agrippæ.* Eiuſdem autem notæ nummos aliquot exſtare in Gaza Medicea, cum Victoria ac Titi effigie percuſſos, & cum Annis regni Agrippæ Κϛ & ΚΘ XXVI & XXIX ibidem notaueram. E quibus autem adductis hactenus Agrippæ huius nummis, qui Veſpaſiano adhuc imperante forent ſignati, olim collegeram, erraſſe omnino [a] Euſebium, & adductum a Scaligero [b] Græcum Chronographum ſeu Syncellum, qui tantum XXVI annos regni eidem Agrippæ tribuunt, & finem regni ac vitæ ad annum Veſpaſiani III. referunt. Quod vero præterire iam non licet, alios poſtea inſcriptos cum annis regni huius Agrippæ ſub Veſpaſiano, ac Domitiano nummos, cum a celebri Auctore de nummis Herodiadum, tum in Græcorum ſub Imperatoribus nummorum catalogo a Cl. Vaillant memoratos obſeruare mihi licuit, qui non lucem adeo, quam caliginem prioribus a me olim prolatis offundunt. Nempe adducitur inter alios Agrippæ huius cuſos cum Domitiani effigie nummos, qui exſtant in Gaza Gallorum Regia, unus inſcriptus ЕТ Κϛ ВАСІ ΑΓΡΙΠΠΑ, ſeu *Anno* XXVI *Regis Agrippæ*, cum Victoria pede ſupra Galeam poſito, quæ Clypeo quid inſcribit; in anteriori vero area cum Domitiani effigie, & inſcriptione CAE. UESP. F. DOM. AUG. GER. COS. XII. Cuius notæ, & cum eadem in utraque nummi area inſcriptione, niſi quod in priori IMP. addatur Domitiani titulis, & cum diuerſis alioquin typis in altera eorum area, memorantur a laudato modo Harduino. Qui autem Domitiani Conſulatus XII in iis adſcriptus, incidit in annum illius imperii VI, & Æræ Chriſtianæ vulgaris LXXXVI. Quibus addendus hic eſt alius nummus a Cl. Vaillant itidem cum Domitiani effigie deſcriptus ВАС. ΑΓΡΙΠΠΑ ЕТ ΑЕ *Regis Agrippæ Anno* XXXV. Cuius equidem nummi fide conſtaret omnino falli eruditiſſimum Harduinum, qui nullum eiuſdem Agrippæ triceſimum, nec deinceps alium annum, in eius nummis occurrere contendit. Qui autem poſtremus nummus, habita ratione priorum modo adductorum cum Domitiani Conſulatu XII, incideret in annum XV. Domitiani imperantis & Æræ Chriſtianæ XCV. E quibus utique nummis liqueret inſuper, male omnino, quod paullo ante adtigi, XXVI tantum regni annos huic Agrippæ ab Euſebio ac Syncello, (non vero XXIII, ut de Syncello tradit vir varia & excellenti doctrina) quique iis ea in re adſtipulantur, tribui aut obitum eius ad annum Veſpaſiani III, referri: atque ita Juſto Tiberienſi

Antiq. lib. XX. pag. 703. Pag. 164. P. II.

[a] Chronic. pag. 160. P. II.
[b] Græc. Euſeb. pag. 204.

Vaillant Num. Græc. Imper. pag. 25.

De Num. Herod. pag. 19. 20.

Num. Græc. Imp. pag. 25.

De Num. Herod. pag. 19.

Dodwel. Diſſ. de Ann. prior Pont. p. 173.

ensi apud Photium, & eidem Agrippæ συγχρόνῳ, fidem magis constare; qui ut iam antea vidimus, & suffragante quoque Scaligero, Regem illum ad annum Traiani III vitam produxisse tradidit. Mitto adductos adhuc a celebri Antiquario sub Vespasiano, & cum eius effigie, nummos huius Agrippæ, & quidem BA. ΑΓΡΙΠΠΑ ΕΤΟΥΣ Ϛ, in alio ΕΤΟΥΣ Θ, *Regis Agrippæ Anno* VII, & *Anno* IX. Qui nummi utique nullatenus conciliari cum iis possunt, quos, & cum eadem Vespasiani in anteriori eorum area nomine ac vultu, quique exstarent in eadem Regia Gallorum Gaza, signatos, ΕΤΟ ΚΖ, & ΕΤΟ. ΚΘ ΒΑ. ΑΓΡΙΠΠΑ, *Anno* XXVII, & *Anno* XXIX *Regis Agrippæ*, cum ipse olim, & quidem iuxta missum tum ad ad me postremi illius nummi ectypum protuli; tum utrumque multis post annis, & tanquam in Thesauris Regiis a se inspectos, retulit eruditissimus Harduinus. Unde id unum hic reliquum videtur, ut cum de genuina adductorum hactenus huius Agrippæ nummorum ἀυθεντίᾳ, tum de vera in iis Annorum illius Regis inscriptione, productisque inde probatæ fidei iconibus, liquido omnino ac indubitate constet; quo de discrepantibus illis regni & vitæ eiusdem Agrippæ annis, diuersisque veterum Auctorum ea de re testimoniis, statui deinceps certius possit. Quod ubi ad Chronologicas disquisitiones, e nummis antiquis erutas aut illustratas, ad quas proinde hæc adtinent, instituti huius operis ratio nos deduxerit, si Deus hanc otii ac vitæ usuram benigne largiatur, præstare pro virili parte conabimur.

Anim. ad Euseb pag. 272. Vaillant Num. Græc. Imp. pag. 21.

De Num. Herod. pag. 27, 28.

X.

De Abgaris Edessæ, *seu* Oesrhoenorum Regibus *in nummis.*

De Abgaris *Regibus in nummis Imperatorum.*

1. Hisce vero Judæorum aut ex Herodis progenie Regibus, Edessenorum seu Oesrhoenorum in Mesopotamia Reges Abgaros, in hac quoque veterum nummorum penu conspicuos, nec alieno utique loco, connectere hic iuuabit. Haud obscurum utique non in sæcularibus solum, sed in Ecclesiasticis monumentis nomen; quæcunque tandem decantatis illis unius ex iis Abgari ad Seruatorem JESU, & Seruatoris ad eundem litteris, quam rem inter eruditos controuersam hic omitto, fides præstari debeat. Neque vero sub Gordiano solum occurrit nummus, memoratus forte ab Occone, & cuius inde facta est nonnunquam a viris præstantibus mentio; in quo inscriptus sit cum Tiara ABΓAPOC BACIAEYC. Singulari enim quodam fato contigit, ut plures etiamnum, & diuersis quidem temporibus cusi in illis remoti Orientis partibus, comparent nummi; & quos singulari etiam cum voluptate contrectare nobis subinde licuit; in quibus haud unius *Regis Abgari* effigies, habitus, dignitas, & nomen consignantur. Tales equidem in M. Aurelio, L. Vero, Seuero & Gordiano, neque unius generis diuulgarunt iam celebres inter Gallos Antiquarii, [a] Tristanus, ac [b] Patinus, quibus accessit Gallus itidem ac eruditus quoque his artibus [c] Boudelot, præter quos alium adhuc sub Alexandro Seuero percussum recondit Regia Gallorum Gaza. E quibus autem, quinque selectos ac singulares nummos, unde lectoris, cui haud ignotum *Abgari* nomen, uno obtutu adspectus continuo recreetur, ac præterea quod sint aliunde notabiles, huc adferre induximus:

[a] Tom II. pag. 81. 518. 519.
[b] Num. Imper. pag. 192. 207. 227. 301.
[c] Utilité des Voyages pag. 614. Tom. II.

Ex

Ex iis autem nummis, aliiſque adhuc ſub M. Antonino, ut modo innuebam, L. Vero, & Alexandro Seuero cuſis, id primum, & quod ſupra iam monui, conſtare tandem arbitror, haud aliud quærendum horum EDESSÆ ſeu OESRHOENORUM Regum nomen, quam illud quod iidem nummi, luculenti utique ac indubitatæ fidei teſtes, ut & vetus, qua de re iam ſupra obiter, Epitaphium a doctiſſimo Sirmondo ad Sidonium adductum, iis conſtanter tribuunt, nempe ABΓAPOΣ. Non proinde *Augάρου, Achάρου, Abbari, Acbari, Aebari, Abbagari, Agarri,* idque fide recentiorum aliquot Appiani, Dionis Cocceiani, Herodiani, Euſebii, Procopii; aut e Latinis Scriptoribus Taciti, Capitolini, Spartiani, & Aurelii Victoris codicum: quorum certe, præ hiſce coæuis & indigenis documentis, nulla omnino haberi poteſt ratio. Adde, quod nec deſint etiam ſcripti antiqui libri, ut de Euſebiano adſerentem diximus ſupra doctiſſimum Valeſium, in quibus Aὔγαρος bene legitur. Neque inde id infringi, quod vox Arabica *ăχăρος potentiſſimum* notare dicatur, eſt itidem ſupra iam a nobis monitum. Certe & Abulpharaio dictus ille *Abgarus*, a quo miſſa fuerit ad Jeſum Seruatorem Epiſtola, ملك الرها ابجر ſeu *Abgar Rex Al-Rohæ*, qua poſtrema voce dicta ab Arabibus, ut aliunde & ex multis eiuſdem Abulpharaii locis conſtat, *Edeſſa*. Alterum, quod eorum nummorum fide uti veterum quoque Auctorum teſtimoniis itidem comprobatur, conſuetum fuiſſe illud ABΓAPOY eorundem *Edeſſæ* ſeu *Oeſrhænorum* Regum nomen; uti PTOLEMÆORUM in Ægypto; ARSACUM apud Parthos; & frequens ANTIOCHORUM in Syria; ut de nominibus CÆSARIS, vel AUGUSTI, quod, prænominis, aut cognominis vice, tulerint Romani Imperatores, ſileam.

2. *De nomine* ABΓAPOY.

Diſſ. 11. p. 126.

Not. ad lib. 11. Epiſt. 8.

Ut ſupra.

Dynaſt. VII. p. 118.

Quod vero in adducto Seueri nummo, inſcribitur ABΓAPOC BACIAEYC MEΓ. *Abgarus Rex Magnus*, mirum videri continuo poſſet, quo iure Edeſſæ Regulus, eodem, quo Perſarum olim aut Parthorum Reges, tirulo, quem ne iis quidem conuenire cenſebat, uti antea vidimus, Arrianus, voluerit continuo inſigniri. Certe *Abgarus*, cuius feruntur ad Chriſtum Seruatorem litteræ, τόπαρχος Εδέσσης, *Edeſſæ Toparcha* ab Euſebio demum dictus; & alius æuo

3. *De appellatione* BAΣIΛEΩΣ MEΓAΛOY.

Exped. Alex. M. lib. VII. cap. 1.

Hiſt. Eub. lib. I. cap. 13.

Hæres. LVI. T. I. pag. 710.

æuo Antoninorum Abgarus, Ἐδεσσηνῶν δυνάστης, *Edessenorum Dynasta* apud Epiphanium; & apud Dionem quoque in eius Excerptis, Abgarus Ἐδέσσης ἄρχων, *Edessæ imperans*, ne Regis quidem, minus *Magni*, tributa ei appellatione dicitur. Verum mitto hic primum, quod vicinorum in Syria Rex Commagenorum Antiochus ΜΕΓΑΣ itidem, & qua de re iam ante, inscribatur in antiquis eius nummis. Id autem huic *Abgaro*, quem Romam venisse Seueri Imperatoris temporibus, & a quo solemni pompa, haud aliter ac olim a Nerone Parthorum Rex Tyridates, fuerit exceptus, in contemptum Parthorum Regis a Seuero datum, ut *Magnus Rex* diceretur, existimat Tristanus. Verum alia & penitior, quæ eum alioſque Antiquarios fugit, dari potest eius rei ratio: quod nempe Edessenorum Reges vulgo ABGARI hoc est *Magni*, Arabum lingua vocarentur; eorum autem Filii, ASGARI, seu *Parui*, ut omnino videre licet in catalogo Gassaniorum Regum apud Orientalis litteraturæ callentissimum Pocockium. *Abgar* certe, seu *Abgarum* dictum Arabice horum Edessenorum Regem, modo ex Abulpharaiio vidimus.

Dio lib. LXXV. pag. 914.

Tom. II. p. 82.

4. *De* ABGARIS Edessenorum *non* Persarum *Regibus.* Cap. XVIII. In Cæsaribus cap. XX.

E quibus autem illud quoque eruitur, male de eodem *Abgaro* apud Spartianum in Seuero dici, quod is *Persarum Regum Abgarum* subegit; ac similiter a Victore Schotti, *auxeratque imperium, subacto Persarum Rege, nomine* ABGARO, non *Agarrio*. In quibus autem locis, vel errasse uterque Scriptor dicendus est, qui remotum in Oriente Regem, *Persarum Regem*, pro *Edessenorum* vel *Oesrhænorum*, qualis reuera exstitit, dixerint: aut corruptos ibi librariorum culpa eorum codices, & pro *Persarum* omnino *Edessæ* vel *Edessenorum*, aut *Oesrhænorum* reponendum. Adde, quod Persarum obscura tum erat mentio, qui Parthorum imperio suberant, & a quibus etiam deuictis Parthis, PARTHICI cognomen, & quidem PARTHICI MAXIMI, quod nummi quoque ei tribuunt, meruit tum Seuerus. Accedit addita ibi continuo mentio apud Spartianum deuictæ a Seuero Arabiæ, cuius portio quædam erat Edessenorum regnum; ut vel e Tacito colligitur: *Rexque* ARABUM ABGARUS *aduenerat*: & mox: *quod spretum fraude* ABGARI (non *Abbari*) *qui iuuenem ignarum, & summam fortunam in luxu ratum, multos dies adtinuit apud oppidum* EDESSAM. Neque vero minus Occo arguendus, cui *Abgarus* in Gordiano nummo obuius, pro *Parthorum Rege* traditur; & quo tempore mutatis vicibus *Parthia* Persarum imperio accesserat. Unde etiam postea Persarum ditioni finitima euasit hæc *Edessa*, Romani alias Iuris facta, (immo Romanorum, ut vel nummi eius arguunt, Colonia) sicut utrumque legitur in Historia Gothica Prisci Rhetoris: τῇ Ἐδέσσῃ Ῥωμαίων πόλει, πρόσοικῳ δὲ Περσῶν χώρας, *Edessæ, Romanorum oppido, finitimæ autem Persarum regioni*. Quæ Persarum forte vicina Spartiani ac Victori illo æuo imposuit, si eum errorem non librariorum, sed Auctorum incuriæ malit quis imputare. Cui autem *Edessæ*, ut id obiter addam, hoc testimonium perhibet alicubi Chrysostomus, πόλιν μὲν ἀγροικοτέραν τῶν πολλῶν, εὐσεβεστέραν δὲ, *urbem multis quidem agrestiorem, magis autem piam*. Quum vero eadem πόλις δὲ μικροτάτη, seu *minima quidem urbs* dicatur hæc *Edessa*, in epistola Abgari ad Seruatorem, apud Eusebium; eadem postea apud Theodoretum ciuitas traditur Oesrhœnæ, μεγάλη καὶ εὐδαίμων, *maxima & felix*, seu, quod de ea Ammianus Marcellinus, *Edessam petit uberem commeatibus & munitam*. Mitto quod hanc *Edessam* a Seleuco Nicatore conditam, dictamque primum Ἀντιόχεια Μιγδονίας

Annal. XII. cap. 12.

Pag. 74. edit. Reg.

Orat. LXV. pag. 478. Tom. V. Edit. Savil.

Hist. Eccl. lib. I. cap. 13.

Hist. Eccl. lib. IV. cap. 8.

Lib. XXI. c. 8.

ξυλάξαρον, *Antiochiam barbaris commixtam* memorat haud magnæ cæteroquin fidei Auctor Joannes Malela. Chron. pag. 141. P. II.

Neque vero præteriri hic debet, quod in ſecundo ex adductis ſupra cum Seueri effigie ABGARI nummis, ac illius proinde, cuius facta eſt a [a] Dione, [b] Herodiano, [c] Spartiano, & [d] Aurelio Victore, in Seueri rebus mentio, addita ſint, ut obſeruo, eidem Abgaro, *Lucii Ælii Septimii* prænomina nempe: BAC. A. AIA. CЄΠ. ABΓAPOC. *Rex Lucius Ælius Septimus Abgarus.* Unde liquet utique, hunc *Abgarum*, non ſe *Philoromæum* ſolum, ſed nominatim, & in grati animi, ob honores ſibi Romæ, quod e Dione antea diximus, a Seuero habitos, *Philoſeuerum* ſeu *Seueri Amicum & Clientem*, profiteri voluiſſe; duobus ex illius Imperatoris nominibus, uno prænomine LUCII, altero gentili SEPTIMII, adſumptis. Tertium vero, quod in eo nummo legitur, ÆLII quoque nomen; ac ſimiliter in alio penes eundem cultiſſima eruditione Boudelot, inſcripto BACIAEYC AIA. CEΠTIMIOC ABΓAPOC, *Rex Ælius Septimius Abgarus*, aliud inſuper, quod antea unus ex eius Deceſſoribus, ab *Ælio Antonino Pio* pariter deſumpſerit, nomen, & quod retinuerit ex eius ſucceſſoribus, qui Seueri temporibus regnabat, *Abgarus*, clariſſime arguit. Notum enim illud ÆLII in variis Græcis Romaniſque *Antonini Pii* nummis, prænominis vice ei additum; nempe *Titus Ælius Hadrianus Antoninus Pius*, idque ab *Ælio Hadriano*, a quo fuerat adoptatus, & ſucceſſor in imperio deſignatus. Exſtitiſſe vero huius Antonini temporibus Abgarum, qui citra vim ſibi illatam, ſe huius Imperatoris voluntati & obſequio addixerit, docet in Pii vita, & qui hinc quoque illuſtratur, Capitolinus: ABGARUM *Regem ex Orientis partibus ſola auctoritate addixerit.* Niſi forte utrumque illud LUCII ÆLII prænomen, a *Lucio Ælio*, prout dictus eſt ante imperium M. Aurelii Collega Lucius Verus, deſumptum cenſeri debeat: quomodo nummus etiam exſtat, ut id ſupra adtigimus, Regis *Abgari*, cum *L. Veri* in anteriori eius area effigie. Unde hi duo eximii omnino huius Abgari nummi habendi ſunt; quod ſingularis illud eiuſdem Regis in Romanos Imperatores ſtudii & cultus, nec vulgo alioquin obuii indicium præferant. Id alioquin, ut aliis quandoque Romani orbis ciuitatibus ſubinde, ſic *Edeſſæ* itidem, cuius Reges erant iidem *Abgari*, contigit; ut illa, quod inſignes eius nummi ſimiliter oſtentant, *Aureliæ* & *Antoninianæ* nominibus, ab Antonino Caracalla Seueri filio, qui eadem illa, non quidem ab Antonino Pio, ſed ab eius Succeſſore fuerat mutuatus, donaretur; nempe MAP. ATP. ANTΩ. EΔEC-CA, uti eum olim nummum, in cimeliis illuſtris Seuii, quum primum in Gallias ablegarer, a me viſum adnotaſſe memini.

5. *De Romanis unius* ABGARI *prænominibus in eius nummo.*

a Lib. LXXIV. pag. 914.
b Lib. III. c. 27.
c In Seuero c. XVIII.
d In Cæſaribus.

Utilité des Voyages p. 614. Tom. II.

Patin. Num. Imp. p. 207.

Spartian. in Seuer. c. XII.

Diſſ. de Præſt &c. Num. pag 715.

Sed forte adhuc magis adtendi hic meretur, qui in iiſdem nummis, & maxime in tribus poſtremis, & qui ſub Gordiano Pio, cuius caput & nomen in prima eorundem area ſpectatur, ſunt percuſſi, ac unum proinde eundemque *Abgarum* ſignant, ornatus habituſque. Et capitis quidem quod adtinet ornamentum, haud eadem omnino forma illud depictum exhibent, quæ apud [a] Triſtanum ac [b] Patinum, clariſſimi nominis antiquarios, occurrunt illius icones; ſed ita ut minus accurate eaſdem a Patino expreſſas, quod nummi forte incuria temporum magis eſſent exeſi, maxime duas poſtremas, liceat

6. *De* TIARIS *in nummis Regum cum* ABGARI *nomine.*

a Pag. 518. 519. 520. To. II.
b Num. Imp. in Gordian. p. 301.

liceat omnino ſtatuere. Neque enim *Tiaras*, quæ illis Orientalibus Regibus erant conſuetæ, exhibent iidem apud Patinum equitantis Abgari, aut ſtantis & elatam dextram ad Tiaram, coram ſtante itidem Gordiano, ferentis; ſed quales a Parthorum aut Armenorum vulgo geſtatos ſupra diximus pileos. Tiaræ vero omnino genus, quam præferunt iidem *Abgari* apud Triſtanum nummi, cenſendum eſt; neque illius ab iis diuerſæ, quæ in cuſis ſub Marco, L. Vero, Seuero, & Alexandro Mamææ nummis, & cum *Abgari* nomine ac effigie ſpectantur; aut quas in aliquot *Arſacidarum* nummis conſpicuas itidem ſupra vidimus. Diademate nempe eædem ſunt ſimiliter reuinctæ, cum inſertis ſubinde Stellis, & quidem retro quoque caput ſignatis; cum unionibus præterea, quibus circumdatæ ſunt ſeu conſertæ eædem Tiaræ. Ad cuius autem maiorem rei fidem, & horum Edeſſæ Regum, in Eccleſiaſticis haud minus Annalibus, ut id iam ante indicabam, ac in ſæcularibus celebrium illuſtrationem, tres utriuſque ABGARI, qui Seueri & Gordiani amicitia, & clientela inclaruerunt, nummos huc adferam; quos nuper opportune, duos nempe priores in cimeliis Pembrochianis, tertium in Muſeo harum elegantiarum ſtudioſi nec vulgariter periti, D. Nicholas, videre mihi licuit. E quibus autem prior ſub Seuero, reliqui duo ſub Gordiano ſunt percuſſi.

7. *De reliquo eorum habitu in nummis.*

Sicut *Candys* vero, de quo ſupra, ubi de Arſacidis agebatur, chlamydos nempe Regiæ ſeu Pepli, uti ab Æſchylo dici Xerxis indumentum ſupra vidimus, in illo terrarum tractu genus, exhibent aliquot ex adductis hiſce ABGARI nummis: ita interius quoque indumentum ſeu Tunicam, eamque non χειρίδωτον, ſed *ſine manicis*, quales *colobia*, iuxta Iſidorum, apud Romanos dicta, videas in ſtante ante Gordianum Abgaro. Diuerſum proinde Tunicæ genus ab eo *manicato*, quod Κάπυος a Perſis dictum tradit, ut ſupra iam vidimus, Pollux. Conſpicua inſuper, & quæ adtendi hic merentur, ſtantis eiuſdem in addito paullo ante nummo cum Gordiano *Abgari* femoralia, ſeu Ἀναξυρίδες illæ, quas nempe Perſis, Parthis, Medis, Bactrianis, aliiſque Orientalibus gentibus conſuetas, uti etiam Scythis, tradunt non veteres ſolum Grammatici, Pollux, Heſychius, ſed alii etiam Auctores; quique inde Ἀναξυρίδας, uti id ſupra quoque adtigimus, vulgo cum *Tiara* & *Candy* coniungunt. Ita apud Plutarchum: Τιάρα, κάνδυς, ἀναξυρίδες *Tiara candys, femoralia, ornamenta*, ibi additur, *Medorum*; & apud Dionem Pruſæenſem: ἄλλως δὲ τιάρας τε καὶ ΑΝΑΞΥΡΙΔΑΣ, καθάπερ, οἶμαι, Πέρσαι, τε καὶ Βακτριανοί, καὶ Παρθυαῖοι, καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν βαρβάρων, *alios vero Tiaras geſtare, & Femoralia, ſicut, exiſtimo, Perſæ, & Bactrii, & Parthi, & plures alii ex Barbaris.* Unde Vologeſi Parthorum Regis ἀναξυρίς, *femorale* ſeu *bracca* apud Lucianum memoratur, in quam millia aliquot verſuum belli Parthici Scriptor compoſuerat. Eaſdem vero horum Perſarum, vicinarumque in Oriente gentium ἀναξυρίδας, non ad crurium cutem conſtrictas, ſicut Equitum Romanorum in campi-

Κάπυος, Περσικὸς χιτὼν χειρίδωτός. lib. VII. c. 13.

De Fortun. Alexandri pag. 330. Orat. LXXI. p. 628.

Quom. Conſcr. Hiſt. p. 615. Tom. I.

čampiluſtriis, ſed laxas exſtitiſſe obſeruat in Tacticis Arrianus: & præclare omnino adſtruit in eodem nummo, ſtantis iuxta Gordianum eiuſdem ABGARI ἀνάξυρις. Non Equo vero, ut in adducto a præclaris Antiquariis, cum eiuſdem Gordiani in altera nummi area, effigie, inſidentem ABGARUM; ſed cum Camelo vectum cum inſcriptione ΕΔΕCCΕΩΝ, memorat, quod iam monuit Triſtanus, ad Tacitum eruditiſſimus Urſinus; qualem vero hactenus nec videre nobis, aut ab aliis viſum noſſe licuit. Pag. 79. Tom. II. pag. 510. Not. ad Annal. XII. cap. 12.

XI.

De NUMIDIÆ & MAURITANIÆ REGIBUS *in Nummis.*

Si vero ex Oriente nos ad Meridiem conuertamus, neque omnino deerunt hic veteres etiam nummi, etſi numero forte pauciores, unde earum gentium hiſtoria aliquantum illuſtretur. NUMIDIÆ utique & MAURITANIÆ Reges aliquot iidem nobis adhuc ſuppeditant, IUGURTHAM; BOCCHUM IUBAM Patrem, & Filium; huius coniugem CLEOPATRAM; & natum ex iis PTOLEMÆUM. Priores equidem IUGURTHAM & BOCCHUM quod adtinet, illum Numidiæ, hunc Getuliæ, iuxta alios, Mauritaniæ Regem; utrumque, quod viderunt iam eruditi antiquorum id genus clmeliorum interpretes exhibet denarius gentis Corneliæ; in quo Diana conſpicitur, cum bicorni Luna in fronte, retro autem Lituus, Auguratus, ut notum, inſigne, & nomen Sullæ filii, FAUSTUS; illinc ſedenti in ſolio Sullæ, infra Iugurtha genuflexus, vinctis poſt tergum manibus a *Boccho* genuflexo itidem, & Oleæ ramum ad Sullam tendente, traditur; & cum addito, quod ille poſtea adſumpſerat, ac veteres inſcriptiones Sullæ itidem tribuunt, nomine FELIX. Qui autem nummus eo magis ſingularis habendus eſt; quod, præterquam memoratam a Romanorum rerum Scriptoribus Iugurthæ traditionem ante oculos ponat ac illuſtret; vicem præterea adhuc præſtet illius Annuli, cui eadem erat inſculpta; & quo Sulla dein perpetuo ſignaſſe (quod viderat quoque, qui illum denarium primus protulit, eruditiſſimus Fuluius) a Romanorum rerum Scriptoribus Valerio Maximo, Plinio, ac Plutarcho dicitur. Exſtat vero ab eodem Fuluio ibi quoque vulgatus, ſed de quo anceps inter Antiquarios ſententia, denarius, qui caput imberbe ac diademate reuinctum exhibet, retro Lituum, quo FAUSTI, qui in eo quoq; ſignatur, Sullæ filii, expreſſam imaginem ſtatuit idem laudatus Fuluius; IUGURTHAM autem, ob diadema, quod Sullæ filio tribui non poſſit, celebres Antiquarii, Geuartius ac Seguinus, & iuxta eos Patinus; BOCCHO vero adiudicat poſtremus Familiarum Romanarum editor ac interpres Cl. Vaillant: nempe quod is amicus Sullæ, & centum leonum ei ad ludorum editionem largitor exſtiterit, ac præterea imberbis & cum lanugine tantum ibi depingatur; Jugurtha vero alibi cum prolixa barba. Unde inſuper colligit, eundem *Bocchum* fuiſſe *Jugurthæ* generum, *Jugurtham* vero ſocerum; non viceuerſa, ut e Plutarcho aliis viſum, eamque litem a Sallustio diremptam; *Etiam antea, Jugurthæ filia Boccho nupſerat.* Quamquam hunc Salluſtii locum quod adtinet, varia ſit ibi codicum veterum lectio; neque pauci ſint, immo e probatioribus, ac inde in impreſſis quoque eius libris, ubi legitur, *Jugur-*

I. *De* JUGURTHA *& BOCCHO in denariis gentis Corneliæ.*

Seguin. Epiſt. de Num. Pompeian. p. 221. 222. Famil. Romar. Tom. I. p. 69.

In Bell. Jugurth.

Jugurthæ filia Bocchi nupserat: atque ita gener *Jugurtha*, socer autem *Bocchus* statuatur. Accedit quod istud duobus apud Plutarchum locis aperte omnino dicitur: Βόκχος ὁ τῶν ἄνω βαρβάρων βασιλεὺς, ἦν ΠΕΝΘΕΡΟΣ ΙΟΥΓΟΥΡΘΑ, *Bocchus Rex Barbarorum, qui superne habitant, Rex, erat* SOCER JUGURTHÆ: alibi autem Βόκχος ΓΑΜΒΡΟΝ ὄντα μισῶν καὶ φοβούμενος TON ΙΟΥΓΟΥΡΘΑΝ, *Bocchus* GENERUM *odio prosequens ac metuens* JUGURTHAM. In quibus duobus utique locis, ni corrupti sint ibi Plutarchi codices, manifeste *socer*, non vero *gener Jugurthæ* dicitur *Bocchus*: & cui accedit etiam Florus, alter quoque memorati modo denarii interpres, de Jugurtha a Boccho vincto & Romanis tradito: *sic fraudulentissimus Regum fraude* SOCERI SUI (h. e. Bocchi) *in insidias deductus est, & Sullæ in manus traditus.* Unde ita etiam apud Sallustium a Floro lectum, nempe *Jugurthæ filia Bocchi* (non Boccho) *nupserat*, ad postremum hunc Auctorem est a viris eruditis monitum. Quæ non id euincunt tamen, ut ideo, quod a viris præstantibus factum modo diximus, JUGURTHA in illo gentis Corneliæ denario, qui caput imberbe diademate cinctum exhibet, depictus statui ullatenus debeat. Neque enim id Jugurthæ alibi barbati adspectus solum redarguit; sed insuper, quod ab omni veri specie alienum haberi debeat, ut Regis parricidæ, grauis diu Romanorum hostis, ac tandem in triumphum ducti cum filiis, & in carcere necati effigies, illo habitu, qui vulgo amicorum & sociorum Regum, eorumque ferme adhuc superstitum, signetur in Romano nummo, & qualem iussu Fausti Sullæ filii, cui vinctus fuerat ille traditus; expressaque inde, ut paullo ante dictum, eius rei annulo Sullæ signatorio memoria. Unde vel BOCCHI in eodem denario imago statuenda est; vel si forte ætas eius obstet, alterius, qui Sullæ rebus gestis fuerit immixtus, eiusue amicitia protectus, Regis imago censeri debet. Nisi quod ob iuuenilem, ut videtur, ætatem ad huius Bocchi filium BOCCHUM itidem dictum referri haud incommode possit, qui in ea Mauritaniæ parte regnauit, quæ, more gentis, Regum nomine, *Bocchi*, ut e Plinio discimus, *Sitifensis* ac *Cæsariana* dicta, vocabatur; qui autem postea, ut docet Dio, occupato Bogudis seu Mauritaniæ Bogudianæ ac Tingitaniæ dein appellatæ regno, in eo ab Augusto confirmari meruit.

In Mario pag. 410.

In Sulla pag. 452.

Lib. III. c. 1.

Lib. V. cap. 2.

Lib. XLVIII. pag. 384.

2. *De Regis* JUBAE *Patris nummis.*

Verum præter hosce socerum generumque, BOCCHUM & JUGURTHAM, illum Mauritaniæ, hunc Numidiæ Regem, JUBAM Patrem & Filium plures, iique veteres & probi nummi nobis adhuc ostentant. Patrem vero JUBAM, non Mauritaniæ, etsi id a [a] Floro ac [b] Eutropio dicatur, sed Numidiæ Regem exstitisse, vere ad Eutropium e Dione Cassio monuit nuper, ob variam nec vulgarem eruditionem ac singularem diligentiam merito laudandus, Christophorus Cellarius. Quod ex Cæsare insuper liquet, ac e Scriptore belli Africani, qui prœlio, quo est a Cæsare victus, profugum Jubam, in regnum atque oppidum Zamam (notam Numidiæ Regiam) ubi domicilium, coniuges, liberosque haberet, peruenisse eum tradit. Id vero, ut ut obirer hoc tangam, Floro ac Eutropio fraudi fuisse videtur, quod Juba quidem pater, qui a Pompeii partibus contra Cæsarem stetit, Numidiæ Rex fuerit: Filio vero eius Augustus, cuius partes fuerat ille sequutus, post M. Antonii & Cleopatræ obitum, tum Cleopatram eorum filiam in uxorem dederit; tum paterni regni (utrumque, neque uno loco, docet Dio Cassius)

a Lib. IV. c. II.
b Lib. VII. c. 18.
Bell. Civ. lib. II. cap. 25.
Cap. XCI.

Lib. LI. pag. 454. & lib. LIII. pag. 814.

ac

ac proinde Numidiæ loco, quæ iam in Prouinciam Populi Romani fuerat redacta, Bocchi Bogudiſque, atque ita præter Getuliæ partem, Mauritaniæ, ut modo vidimus, *Bogudianæ* ſeu *Tingitanæ* dein dictæ regnum donauerit. Unde Bogudem utique partis Mauritaniæ Regem exſtitiſſe ſat liquet; quo autem regno fuerit ille, quod antea e Dione vidimus, a Boccho exutus, quique in poſſeſſione illius regni, præter paternum fuerit ab Auguſto adſertus. Lib. LIV. pag. 384.

Utriuſque vero JUBÆ, Patris ac Filii nummos diuulgarunt iam viri his antiquitatis ſtudiis inclyti, Erizzo, Torrentius, Triſtanus, Patinus, Sponius, Morellus, ac Begerus noſter. Ac patris quidem JUBÆ cum promiſſa barba, & coma Maurorum more, de quo Strabo, ac ut viderunt iam alii, cincinnis in orbem tortis ſeu calamiſtris, & cum Sceptro inſuper, iconem primus conſpiciendam dedit [a] Triſtanus, & cum epigraphe REX JUBA, ſed ſine auerſa eius parte; quam exhibuit poſtea ad Tranquillum [b] Patinus, in Miſcellaneis [c] Sponius, & in Theſauris [d] Brandenburgicis Begerus: Templum nempe cum Punicis aliquot litteris, & cum epigraphe REX JUBA. Exſtat vero idem nummus argenteus in Theſauris cum Gallorum Regiis, tum Mediceis; ac in prioribus alii adhuc, in quibus idem huius Regis caput, eademque inſcriptio, REX JUBA; in auerſa autem nummi area, Templum itidem; unus etiam, in quo Equus, ſed ſine addita inſcriptione, cernitur. Adducitur inſuper a Torrentio ad Suetonium nummus, in quo hinc Patris Jubæ ſenilis quidem, nec barbata tamen; illinc filii Jubæ iuuenilis, utraque diadémata effigies, & cum adſcripta utrinque epigraphe REX JUBA. E quibus autem duobus Regiæ Gallorum Gazæ nummis, unum cum barbati JUBÆ effigie in anteriore area, cui nempe, patre Hyempſale adhuc ſuperſtite, *barbam in altercatione inuaſiſſe* J. Cæſar apud Suetonium dicitur; in auerſa autem Templum octo Columnarum, ceu vulgarem, ut ait, apud Antiquarios, ab iiſque explicatum, protulit iam Sponius. Unde alterum demum eiuſdem Jubæ nummum, cum Equo deſultorio, celebrata aliquoties in hoc opere inſigni humanitate Cl. Oudineti, haud auerſis, ut arbitrari licet, oculis hic adſpiciet lector:

[a] Tom. I. pag. 473.
[b] Not. ad Caligul. cap. XXVI.
[c] Pag. 146.
[d] Vol. I. pag. 302.

Ad Caligul. c. XXVI.

In Jul. Cæſar. cap. XXXI.

Miſcel. p. 146.

3. *De nummis Regis* JUBAE *filii.*

Filii equidem JUBÆ pueri adhuc in triumphum a J. Cæſare ducti, dein Cleopatræ, Antonii & Cleopatræ filiæ nuptiis, ac parte Getuliæ & Mauritaniæ regni, ab Auguſto, ut paullo ante vidimus, donati, aliquot etiam ac notabiles, cum a laudatis ſupra Antiquariis ſunt iam adducti; tum alii adhuc in præclaris Cimeliarchiis delitescentes occurrunt nummi. Ex iis autem maxime memorabiles conſpiciuntur, in quibus hinc ille, ut a Plutarcho dicitur, *Regum præſtantiſſimus hiſtoriæ conditor*; alibi Regum *maxime gracioſus*; a Plinio autem, *ſtudiorum claritate memorabilior eiam, quam regno*, imberbis vero & cum diademato capite depingitur, adſcripto itidem nomine

In Sertorio p. 572.
In M. Anton. pag. 955.
Lib. XIII. c. 14.

REX JUBA; illinc cum Cleopatræ coniugis effigie, & nomine Græcis litteris signato, ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ· quem nummum a Cl. Vaillant in Gazam Gallorum Regiam illatum diuulgauit insignis nuper horum antiquitatum promicondus Morellus. Duos verò adduxit ad Suetonium nummos Torrentius; unum iam memoratum; in cuius auersa parte signari huius Jubæ coniugem, citra additum vero ibidem eius nomen, ut modo vidimus, censuit: alterum, in quo, non illius quidem effigies, sed nomen exstat insculptum & dignitas, ΒΑΣΙΛΙ. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ *Regina Clepatra*, cum flore Loti, & duobus inde prominentibus furculis. Quomodo alius adhuc exstat nummus in Gaza Gallorum Regia, & ab illustri Erizzo iam vulgatus; in quo similiter hinc mariti caput ac nomen, REX JUBA; illinc, quod nobilem Antiquarium fugit, Lotus itidem. Qui duo itaque nummi Ægyptiam huius Cleopatræ seu *Selenes*, prout ea apud Suetonium dicitur, originem abunde comprobant. Mitto iam alios adhuc huius Regis *Jubæ* nummos, cum diademato itidem eius capite: in auersis autem partibus, cum variis symbolis, aut Victoriæ cum Corona, quæ Galeæ Elephantinæ insistit, quam nemo utique in Afri & Mauritaniæ quidem Regis nummo signatam mirabitur; aut cum Cornucopiæ, ac Tridente, maritimæ & ubertate frugum adfluentis regionis, seu urbis in ea Cæsareæ, de qua mox, indiciis; aut cum Ara inter duas lauros, & supra Aram aui velut Cygno. Adde alios, ut in Regiis quidem Gallorum Thesauris, cum Claua, Pharetra, & Leonis exuuiis, totidem nempe HERCULIS LIBYCI, qualis in antiquis etiam nummis dictus, insignibus, ac in eo quidem terrarum tractu, ubi olim, ut ea de re Plinius: *regia Antæi, certamenque cum Hercule, & Hesperidum horti.* Sic alii ibidem huius JUBÆ nummi, aut cum Capricorno, Cornucopię, Gubernaculo, Globo, qualia nempe in aliis Augusti nummis simul iuncta subinde occurrunt; in eius proinde honorem a Rege illius cliente, & tot nominibus ei deuincto itidem signata: aut Equus, Mauritaniæ quoque, sicut in Carthaginis nummis, insigne, cum litteris Punicis. Exstat quidem alius adhuc, & singularis, quem in Thesauro describit Goltzius, cum Regis huius Jubæ mentione nummus; sed cuius dubia admodum & suspecta haud immerito Cl. Harduino ad Plinium fides, nusquam certe alibi hactenus visi, nempe COL. JUL. CÆSAREA JUBÆ REG. seu regia. Inter cimelia vero Gallorum Regia, & quæ dicto nummo suffragari quodammodo videntur, conspicitur quoque nummus, idemque ab erudito Auctore urbium e nummis illustratarum descriptus, in quo hinc REX JUBA, illinc CÆSAREA R. XXXII; sed qui nummus, de quo ille silet, adulterinus viris sagacibus & in hac penu memoria exercitatis est visus. *Cæsareæ* equidem, quæ maritima Mauritaniæ Sitifensis, a Caligulæ temporibus dictæ, ciuitas, ac Jubæ, quod docet Plinius, Regia, eaque, eodem auctore, *Jol* olim dicta, percussi videntur, ut id bene coniecit laudatus Harduinus, id genus nummi cum Jubæ huius effigie, & annorum numeris. Annos vero regni eiusdem Jubæ, id genus numeris XXXII, qui occurrunt in Regis illius nummis, designari statuit idem vir pereruditus. Quod proinde de patris huius Jubæ nummis, in quibus itidem numeri XX & XXX comparent, similiter dicendum foret; cui tamen Regis titulum a Pompeio, quod a partibus eius contra Cæsarem staret, demum datum docet Dio Cassius. A quo autem tempore, seu a priore belli ciuilis inter Pompeium ac Cæsarem anno V. C. DCC, ad Jubæ huius, prælio a Cę-

Specim. Tab. XXVII.
Ad Caligul. c. XXVI.
In Caligul. cap. XXVI.
Lib. V. cap. I.
Not. ad lib. V. cap. I.
Pag. 111.
Lib. V. cap. I.
Lib. XLIII. Pa 179

sare

ſare in Africa victi, interitum, ſeu V. C. DCCVIII, octo demum anni effluxerant. Accedit, quod unus occurrat huius Jubæ nummus in Gaza Gallorum Regia, de quo paullo ante, in quo etiam numerus quadragenarius K. XXXX. ſignatur. Unde eximio Begero noſtro ſuſpecta viſa eſt ea nummorum illorum de annis huius Jubæ regni explicatio; qui iſtud ab Auguſto demum, poſt Antonii & Cleopatræ fata, fuerat, ut ex Dione vidimus, conſequutus. Id vero obiter præterire hic non licet, eam JUBÆ filii, ad quem referenda eius rei origo potius videtur, quam ad patrem JUBAM, veneratione apud Mauros poſt eius obitum reſediſſe, ut in Deorum numerum fuerit ab iis continuo relatus. Id utique ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus, [a] Lactantio, quod viderat iam [b] Triſtanus, ac [c] Minucio Felice, aperte traditur, *peierante Proculo Deus Romulus, &* JUBA MAURIS *volentibus,* DEUS *eſt*; alibi autem in genere ab eodem [d] Tertulliano ac [e] Cypriano præterea dicitur, quod Mauritaniæ Reguli pro Diis ſint ab ea gente habiti & culti. Id vero flagitat omnino huius operis ratio, ut e laudatis modo JUBÆ huius nummis, unum hic vel alterum, & quidem haud vulgarem adferam; qui dictorum modo de hoc inſigni Mauritaniæ Rege fidem quodammodo adſtruant, & Lectoris ſimul oculos eius, qui de ſui ævi poſteriſque hominibus bene meren ſtuduit, adſpectu hic oblectet. Quibus tertium hic addemus e Gaza Gallorum Regia cum adductis ſupra Patris JUBÆ nummis ad me ab eximio Oudineto itidem tranſmiſſum: in quo hinc imberbe ac diadematum JUBÆ filii caput, illinc ſolitus in Auguſti, qui Regis illius Euergetis exſtitit, nummis typus, Capricorni nempe cum Temone, deſuper Cornucopiæ, & litteræ R XXXXII.

a Lactant. de Falſ Rell. lib. 1. cap. 5.
b Tom. 1. pag. 18.
c In Octauio. cap. XXIII.
d Apolog. cap. XXIV.
e De Idol. Van.



Auo autem ac Patri JUBÆ addere adhuc licet prioris, ac M. Antonii ſimul Nepotem, e JUBA quippe filio & CLEOPATRA SELENE Antonii filia, genitum, PTOLEMÆUM Mauritaniæ itidem Regem, quem ſimiliter adhuc conſpiciendum præbent præclari aliquot & ſelecti nummi. Quibus eo maius pretium ſtatuendum eſt, quod illum, etſi conſobrinum ſuum, ut de eo Suetonius, mox ſuſtulerit Caligula. Unum autem Regis huius Mauri nummum primus protulit ad dictum Suetonii locum eruditiſſimus Torrentius; in quo hinc caput eius diademate cinctum, cum iuſcriptione REX PTOLEM. illinc cum Palma arbore, & litteris RAX, nempe, ut easdem litteras explico, (nihil enim ad nummum illum notauit eruditus Antiſtes) *Regni anno Decimo.* Exſtat vero idem nummus in Theſauris Gallorum Regiis, ſed in quo legitur RAI, atque ita ut ibi non *Decimus*, ſed *Annus Primus Regni* huius Ptolemæi deſignetur. Palma autem, haud infrequens in Africanis, qui adhuc ſuperſunt, nummis. Alium vero huius Regis nummum ad eundem Tranquilli locum, cum iis, qui JUBAM, Auum & Parentem ſignabant, nummis, adtulit Cl. Patinus; in quo non diadematum, ſed lau-

4. *De nummis* PTOLEMAEI, *Jubæ Junioris Filii.*

In Caligul. cap. XXVI.

Ad Sueton. Caligul. c. XXVI.

reatum

reatum Regis illius caput, & epigraphe REX PTOLEMEUS; illinc dimidius Equus, cum litteris superat KA; cui similis exstat in Gaza Gallorum Regia, cum Hasta insuper, quæ dimidio Equo, noto cæteroquin, ut id ante iam monui, Carthaginiensium in eadem terrarum parte insigni. Editus vero est a Cl. Seguino nummus, hinc cum imberbi & laureato capite; illinc cum Astro in falcata Luna; sed in cuius priori parte pro L. POL. MÆUI, legi omnino REX PTOLEMEUS, signarique in eo Regis illius Mauritaniæ vultum, quique eum nummum inde rursus protulit ad eadem Seguini nummismata, adnotauit celebris Antiquarius. Exstabant vero in eiusdem Seguini cimeliis a me olim inspectis alii duo nummi, cum Augusti capite in anteriori area, in auersa autem REX PTOL. in corona, circum Decemuiri cuiusdam nomen inscriptum, ut viro illi præclaro videbatur, C. LÆTILIUS ALLUSTI: alius insuper, in quo APALUS IIUIR. Q. idem forte, qui a Patino itidem vulgatus, cum illius Decemuiri nomine SAPILUS IIUIR. Q. in corona autem REX PTOL. Occurrit vero alius adhuc indictus hactenus Antiquariis eiusdem Regis Ptolemæi nummus in Thesauris Gallorum Regiis; in cuius anteriori area eius caput similiter cum diademate cernitur; in auersa autem Claua in laurea: quæ vel ad dicta iam ante de Hercule in iis terrarum partibus; aut vero ad M. Antonium, huius Ptolemæi auum forte respicit: quem genus suum ab Hercule deriuasse, idque specie ac habitu confirmare solitum, aliunde e Plutarcho, & nummis etiam gentis Antoniæ constat. Neque vero intuitu huius quoque Mauritaniæ, & postremi quidem Regis PTOLEMÆI, haud minus quam Patris vel Aui, defraudandus hic erit Lector. E tribus autem, qui sequuntur, Mauri huius Regis PTOLEMÆI nummis, iisque supra iam memoratis; priorem a Torrentio; alterum a Patino iam diuulgatum; tertium nos primum, eumque e Gaza Gallorum Regia depromptum hic in lucem edimus, in quo caput itidem imberbe ac diademate reuinctum, illinc Palma cum dactylis & litteris RAI. seu *Regni Anno Primo.*

Select. Num. pag. 94.

Vaillant. Not. ad Seg. Num. pag. 404.

Num. Imper. pag. 32.

In M. Anton. pag. 917.

Ad Sueton Caligul. cap XXI. Ibidem.



XII.

De SICILIÆ REGIBUS *in nummis.*

Sed maius erit forte operæ pretium, missis hisce in Africa, & priorum quidem Cæsarum ætate, MAURITANIÆ Regibus, ad oppositam in Europa, eamque inclytam tot decoribus Insulam, haud longo utique traiectu, quod nobis olim coram agnoscere licuit, transfretare. De SICILIA me loqui quiuis facile intelligit; in cuius residuis adhuc haud exiguo numero nummis, depictos intueri etiamnum licet antiquos illius Insulæ, vel præcipuarum in

in eadem urbium Reges, GELONEM, HIERONEM, THERONEM, MAMERCUM, DIONYSIUM, AGATHOCLEM, HIERONEM II, HIERONYMUM. Eos enim ſuppeditant cum Goltzii & Parutæ Sicilia; tum aliquot ex iis editi poſtea aliorum Antiquariorum libri; inſtructi denique id genus cimeliis Regii, aut aliorum Procerum Theſauri, vel Antiquariorum thecæ nummariæ: quibus autem nummis a vetuſtate ſimul & ab elegantia peculiari ſingulare inſuper pretium accedit.

I. *De ætate ac diſcrimine nummorum cum ſignatis* SICILIÆ REGIBUS.

Quamquam id hic in limine, uti olim a nobis factum, monere liceat; non omnes id genus Nummos, qui antiquorum illorum Siciliæ Regum capita præferunt, florentibus iis percuſſos; ſed quoſdam ſat diu forte poſt eorum obitum renouatos ad memoriam ſuperiorum temporum, & quidem, ut opinari licet, in urbe elegantiorum omnium ſtudioſiſſima, Syracuſarum nempe. Ut id certe ſtatuam, me impellunt potiſſimum varia eorundem Regum numiſmata, quorum capita diademate in iis ornata conſpiciuntur: quum tamen eos illo abſtinuiſſe aperte doceat Liuius, ac in HIERONYMO poſtremo eorum Regum eius uſum, ut primum tum receptum ac antea inſolitum, notet: *Nam quum per tot annos* HIERONEM, *filiumque eius* GELONEM, *nec veſtis habitu,* NEC ALIO ULLO INSIGNI *differentes a cæteris ciuibus vidiſſent, conſpexere purpuram ac* DIADEMA, *ac ſatellites armatos.* Quomodo NUMAM cernimus in denariis Gentis Calpurniæ, vinctum Diademate; quum tamen neque illum, neque alios Romanorum Reges eo uſos ſatis conſtet. Quod ſi non aliunde liqueret, certe fidem faceret Juſtinus, de ætate, qua vixit Romulus, per ea adhuc tempora: *Reges Haſtas pro* DIADEMATE *habebant, quas Græci Sceptra dixere.* Neque etiam inter ea imperii inſignia, quæ ab Hetruſcis Romam leguntur delata, ulla Diadematis fit apud Auctores mentio. Adeo ut ſatis mirari non poſſim ſupinam eruditi alias, neque leuiter ab his litteris inſtructi, Andreæ Tiraquelli incuriam; qui ſcilicet ex Dionyſio Halicarnaſſenſi obſeruat, Diademata Regum Perſarum & Lydorum fuiſſe quadrata; Hetruſcorum vero & Romanorum figura ſemicirculari: quum tamen id diſerte non de Diademate, ſed de Toga obſeruet Dionyſius; neque eo loco ulla apud eum Diadematis mentio ſit aut veſtigium. Ut mittam abſurdum illud de quadrato ſcilicet Perſarum Regum Diademate; quod ſinuatum in orbem ſupra e Nummis & Tacito vidimus ac vinculi illius ratio ſatis ſuperque arguebat. Ad ſua itaque tempora, & familiarem tunc Regibus morem reſpiciebant id genus artifices, monetarii, pictores, ſculptores, (quod alioquin iis ſolemne) in exprimendis ſuperioris memoriæ Regibus, Heroibus, aut viris Illuſtribus. Unde vulgo ab iis reuincta ſimili Diademate Dearum etiam capita; ut præter ſtatuas antiquas, nummi paſſim Junonem, Venerem, Dianam, (*Reginas* quippe dictas) eo ornamenti genere conſpicuas nobis ante oculos ponunt. Immo id Poëtis etiam, quibus æqua ſemper ac pictoribus fingendi poteſtas, ſolemne quoque obſeruo; ut quum vel a Juuenali Diadema Quirino ſeu Romulo tribuitur:

Ancilla natus Trabeam, DIADEMA QUIRINI;

vel a Seneca Atreo Argiuorum Regi, *falſo comam vinclo decentem*; aut Thyeſti ab Atreo, apud eundem: *impoſita capiti vincla venerando gere*; more tamen per ea tempora apud Græcos ignoto, nec niſi poſt plures ætates a Macedonibus ex Oriente deducto, ut iam ſupra e Juſtino vidimus; dictumque

Lib. XLIII. c. 5.

Annotat. ad Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 28.

Antiq. lib. III. pag. 195.

JUNO REGINA *in nummis.*

Sat. VIII. v. 259.

Thyeſt. v. Ibid. v. 543.

Lib. XII. c. 3.

inde Diadema prius *Persicum*, postea *Macedonicum* ac *Pellæum*. Immo ut de antiquis SICILIÆ Regibus similiter statuatur, eos abstinuisse diademate; ac e monetariorum proinde ingenio, vel eorum, qui cudendis id genus nummis in ea gente præpositi, profectum, quo eorum capita in aliquot nummis redimantur, Diadema, suadet præterea Diodorus, qui unum ex iis AGATHOCLEM refert, admisso REGIS titulo, Diademate tamen abstinuisse, loco autem Diadematis eum Coronam gestasse, tanquam in perpetuo sacerdotio; aut iuxta alios, quod non crinitus foret. Quod postremum adstruit etiam, ut olim quoque vidimus, Ælianus, eum myrtea corona texisse deformis capitis caluitiem: quo nempe consilio nosti Jul. Cæsarem lauream fronti adaptasse, ut ex Suetonio & nummis eius obuium. Ratio autem huius instituti, cur licet adsumpto Regio nomine, id præcipuum eius insigne Agathocles, aliique ex humili & priuata fortna Conditores imperiorum facti, vel liberæ quondam patriæ Tyranni, omitterent, ex eo videtur profecta; quod Diadema illud, tanquam recenter ab Alexandri successoribus e Regio Persarum dominatu depromptum, tum in omnium oculos incurrens, nouitate vel fastu maiori cum inuidia coniunctum videretur. Prius illud satis aperte innuit Diodorus, quum tradit loco supra indicato, Agathoclem Regis titulum adsumpsisse, exemplo Successorum Alexandri, sed sine Diademate, quod ipsi tum usurparent: & quidem primi, uti in superiori Dissertatione vidimus, ac obseruat simul & suggillat grauis auctor Plutarchus. Similis proinde consilii, minuendæ nempe inuidiæ, fidem etiam facit Nicolaus Damascenus; qui refert postremum Regem Demetrium, Myrinam, Samiam meretricem, Regii fastigii consortem habuisse, excepto Diademate. De Philippo autem penultimo Macedonum Rege aperte Liuius: *quod populariter, dempto* CAPITIS INSIGNI, *purpura atque alio Regio habitu, equauerat cæteris se in speciem, quo nihil gratius est ciuitatibus liberis.* Ut facile liqueat, cur tam diu ab eo insigni abstinerent Romanorum Cæsares; aut cur idem oblatum Julio, causam ei exitii accelerauerit. Alias non sponte semper, sed nonnunquam a maiori potestate compulsi, gentis alicuius principes regiam illam frontis notam omiserunt; sicut de Hyrcano obseruat Josephus, cum, cum in Pontificatu, tum in principatu gentis a Pompeio restitutum; sed ita *ut Diadema vetaret illum ferre*, Διάδημα δ' φορεῖν ἐκώλυσεν.

Lib. xx. pag. 761.

V. H. lib. xi. cap. 4.

Excerpt. Valef. pag. 506.

Lib. xxvii. cap. 31.

Antiq. lib. xx. cap. 18.

E quibus autem id iam, ut opinor, abunde eluescit, cur vetusti dictorum Siciliæ Regum nummi occurrant sine diadematis illorum capitibus, quorum nempe Diadematum usus nec dum in Europa inualuerat; interdum etiam sine addito *Regis* titulo; & quorum inde nummorum maior continuo vetustas statuenda est. Ita GELONIS laureatum caput, aut Galea tectum, uti in nummo Gazæ Mediceæ, & cum solo ΓΕΛΩΝΟΣ nomine, exhibent subinde aliquot apud Parutam, & obuii in nummariis adhuc thecis, nummi; aliquando cum adscripto quidem *Regis* seu ΒΑΣΙΛΕΩΣ titulo, quod gestasse illum e Diodoro, qui & in regno illum dicit consenuisse, aliisque antiquis Historicis constat; sed citra ullum Diadema. Quod de HIERONE, Gelonis fratris successore, seu obuiis adhuc eius nummis, cum eodem in iis discrimine, capitis nempe laureati vel diademati, & omissi aut additi ΒΑΣΙΛΕΩΣ tituli, similiter dicendum est.

Tab. 107, 108. Lib. xi. p. 255.

Singu-

Singulares vero exſtant GELONIS huius nummi, in quibus Victoria Bigis inſiltit, *Regis* autem loco *Syracuſius* tantum, quod nempe tum in ea urbe regnaret; (ut liquet in uno ex iiſdem nummis cum diademato eius capite) inſcribitur, ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ ΓΕΛΩΝΟΣ. Eum enim *Geloum* exſtitiſſe, & *Gelois* ortum maioribus, in eaque urbe *Gela* imperium, antequam Syracuſarum dominatu potiretur, obtinuiſſe, docet huius ætati ſuppar Herodotus. Unde etiam obuius in aliis huius *Gelonis* nummis Minotaurus, qui *Gelæ* eoſdem percuſſos arguit; ſicut a Meſſeniis itidem Siculis, lepus, (Meſſeniorum, ut ex eorum nummis liquet, inſigne) in aliis depictus. Quum vero iidem nummi, ob victoriam curulem ſeu equeſtrem, in ſacris Græcorum Agonibus reportatam, ſolito id in antiquis nummis, uti & Succeſſorum eius ac fratris, de quo mox, Hieronis typo, fuerint percuſſi; id vero obtineret, ut Hieronicæ patria ſoleret addi iis Statuis, Imaginibus, Tabulis, aliiſue monumentis, quibus id genus victoriæ celebrari conſueuerant; ita quod vel ex adductis eam in rem a Pauſania exemplis conſtat, non ſemper patria, in qua quis erat natus, ſed ubi honoribus adfectus, in eaue ſedem fixerat, iis adſcribi conſueuerat. Quomodo etiam parta curuli in Olympiis Victoria, *Syracuſanus*, alibi *Ætnæus* & *Syracuſanus*, ut id e Græcis ad Pindarum Criticis & inſcriptione primæ Odæ Pythicæ diſcimus, dicitur Hiero; quod nempe is *Syracuſis* tum regnaret, *Ætnam* autem in Sicilia urbem condidiſſet, qui alioquin *Gelous* erat iuxta fratrem *Gelonem*, & *Gelæ* etiam tyrannus, priuſquam Syracuſis, exſtiterat. Quæ autem, ac ſimul GELONIS huius, cuius inſignia fuerunt in Syracuſas totamque Siciliam merita, ſummaque eo regnante & poſt obitum, nominis celebritas, effigiem, hic continuo adſpiciet Lector.

2. *De nummis Regis* Gelonis.

Lib. 11. cap. 154. 155.

Vid. Sophocl. Elect. v. 606. Lyſiam Orat. XVIII. p. 320. Lib. VI. pag. 351. 352.

Ἱέρων, Συρακοσίῳ. Olymp. Od. 1. Ἱέρωνι Αἰτναίῳ Συρακοσίῳ. Pyth. Od. I. & Schol. ad Arg. I. Od. Olymp.

E quibus præterea nummis illuſtrari ac redargui etiam poteſt, qui cæteroquin eoſdem haud parum illuſtrat, idem Pauſanias. Inter monumenta enim Hieronicarum, quæ commemorat, in Olympiis, *Gelonis* currum æreum tradit exſtitiſſe; qui, iuxta quoſdam, donum ſit Gelonis Siciliæ Tyranni. A quorum vero ſententia ſibi recedendum putat, quod teſtetur donii illius inſcriptio, *Gelonem Dinomenis filium Geloum* dedicaſſe, qui vicerit Olympiade LXXIII: quum *Gelo* Siciliæ tyrannus rerum ſit potitus, Olympiados LXXII Anno ſecundo: idem autem *Syracuſanum* (quod in adductis modo duobus prioribus nummis factum cernimus) ſe renuntiandum curaſ-

Lib. VI. pag. 360.

curaſſet, non *Geloum*. Facile proinde credi poſſe, alium a *Gelone* Siciliæ tyranno, & priuatum quidem hominem fuiſſe eum *Gelonem*, qui currum illum in Olympiis dedicauerat, cuius autem pater *Dinomenes* patri *Gelonis* tyranni cognominis fuerit. Neque tamen inde acerbe caſtigandus fuit ab illuſtri Scaligero, uti quum hæc ſcriberem, fieri ab eo ad Euſebium video, Pauſanias; quaſi ignoraſſet, quod tyranni & reges vincerent Olympia. Neque enim ille eo argumento ibi nititur, ut alteri cuidam *Geloni*, donum illud ob Olympiacam Victoriam oblatum adſcriberet: verum quod ſe non *Geloum*, ſed *Syracuſanum* inſcribi curaſſet idem Rex *Gelo*, *Syracuſarum* quippe iam tyrannus. Haud alius tamen *Gelo* Dinomenis filius, cum Pauſania quærendus eſt, qui iiſdem illis temporibus in Olympia certamine curuli vicerit: quum id præterea luculenta nummorum id genus fide comprobetur, qui iſtud omnino *Geloni* Syracuſarum Regi vel Tyranno tribuunt. Illud vero haud ita forte liquidum, cur in celebranda id genus curuli in Olympiis huius *Gelonis* victoria, in dono Olympiam eam in rem miſſo, *Gelous*, quæ naturalis erat eius patria; in nummis vero, ſimilis victoriæ indicibus, *Syracuſanus* ſit ille inſcriptus. Id vero inde factum mihi videtur, quod nummi ſupra adducti cum inſcriptione ΓΕΛΩΝΟΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ, *Gelonis Syracuſani*, ſint Syracuſis, & ab ipſis Syracuſanis percuſſi; currus vero ille æreus, in quo idem *Gelo*, non Συεχκόσι@, ubi tum regnabat, ſed Γελῶ@ *Gelous*, a naturali eius patria inſcribitur; qui extra Siciliam, & quidem in Elidem, ibi nempe conſecrandus mitteretur, ad memoriam relatæ ab eo in Olympiacis ludis Victoriæ.

Anim. ad Euſeb. pag. 130.

2. *De nummis Regis* Hieronis I. *illiuſque* Olympionicæ & Pythonicæ.

De HIERONE utique, & quidem huius nominis Primo, qui poſt *Gelonem* fratrem Syracuſis totique Siciliæ præfuit, eoque Olympionica itidem ac Pythionica, fidem abunde præſtant, præter luculentos earum victoriarum præcones, Pindarum, aut Bacchylidem, plerique eius, iique ſat magno adhuc numero ſuperſtites, nummi. In iis enim, neque aliud ferme, depinguntur *Bigæ*, cæque Equorum & Mulorum; *Trigæ*; *Quadrigæ*, cum inſiſtente in iis Auriga, quandoque *Victoria*; vel *Eques decurrens*; aut *Equus* ipſe ſeu *Celes*, quo nempe Hiero vicerat. Unde continuo omnibus Equeſtribus ſeu curulibus, qui in iis Græcorum Ludis erant recepti, Agonibus viciſſe idem Hiero cenſendus eſt. *Celete* quidem, & *Quadrigis* in Olympiis & Pythiis eundem vere *Hieronicam* exſtitiſſe, docent ſcripta in eaſdem Victorias a Pindaro Επινίκια, & quod Græci ad eum Critici obſeruant, *Celete* quidem in Olympiis, Olympiade LXXIII; in Pythiis autem, Olympiade LXXVI, & LXXVII. Ἅρματι vero, ſeu *Quadrigis*, Olympiade LXXIII & LXXIV. Cuius equidem quadrigariæ victoriæ, quæ in adductis a Paruta nummis non comparet, memoria in nummo huius HIERONIS argenteo, qui exſtat in Gaza Medicea, ſignatur; in quo Regis illius caput cum diademate cernitur; illinc Victoria in Quadrigis, ac deſuper Stella, (uti hoc quoque in Bigatis eiuſdem Hieronis apud Parutam nummis conſpicitur) cum epigraphe, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΙΕΡΩΝΟΣ. Immo cuius etiam curulis victoriæ monumentum, nempe *æreum currum*, χαλκῶν ἅρμα, in Olympia, non ab ipſo quidem Hierone, ſed ab huius Hieronis filio dedicatum tradit Pauſanias. Ἅρμα enim Græcis, quod notum, in ſacris illis agonibus, idem quod τέθριππον, aut τετράορον, vel quandoque iuncta, [a] ἅρμα τέθριππον, aut [b] ἅρμα τετράορον, de *quadrigis* ſeu *quadrigario curſu* dictum; ac unde victores, ut hoc addam, eo curulis certaminis genere,

Schol. ad Argum. Olymp. Od. I. & Pyth. Od. I. II. III. Ibid. ad Argum. Olymp. Od. I. & Pyth. Od. I.

Lib. VI. pag. 365.

a Iſthm. Od. I. v. 18.
b Eurip. Iphig. Aul. v. 214.

genere, proclamati a prȩcone, ut id e Pindaro rurſus liquet, ἅρμα νικᾶν, *quadrigis viciſſe.* Quum autem στήλας ſeu *Columnas* conſtet in locis ad curules illos curſus deſtinatis exſtitiſſe, & prout ad *extremam* ex iis *Columnam* impegiſſe Oreſtes, & inde curru delapſus, miſere, iuxta Sophoclem, periiſſe dicitur; hinc Columna etiam eſt in uno ex huius HIERONIS apud Parutam nummis conſpicua, neque tamen cum *Bigis* aut *Quadrigis*, ſed cum *Trigis* in eo depictis. Quomodo in alio *Catinenſium* apud eundem Parutam nummo, non *Trigæ* iam, ſed *Quadrigæ* prope Columnam ſignantur; Victoria autem non Equos, ſed Aurigam ipſum coronans, ſicut in alio, qui ibi prȩcedit, eiuſdem urbis nummo, ac in pluribus ſimiliter *Syracuſanorum* nummis. Ille autem cum *Trigis* inter Hieronis nummos apud Parutam eo magis, aliuſque ibidem cum Victoria in *Trigis*, quæ ab alia Victoria coronatur, adtendi merentur; quod obſcura ſit alioquin *Trigarum* mentio in ſacris illis Grȩcorum Agonibus; nuſpiam certe earum vel apud Pindarum, vel apud Pauſaniam, ubi agit de Olympiacis apud Eleos, aut Pythicis apud Delphos agonibus, mentionem fieri videas: nec a Grȩcis ad eum Lyricum Criticis, qui *Celete, Bigis,* & *Quadrigis*, nuſpiam *Trigis* decertatum in iis memorant: adeo ut nec harum poſtremarum nomen, quod equidem ſciam, in iis legatur. In Circenſibus equidem ſeu Equeſtribus Romanorum ludis haud obſcurum curule *Trigarum*, uti alioquin *Bigarum* vel *Quadrigarum*, certamen exſtitit: ita ut Neronem iis delectatum, vel e Plinio liqueat, & a quo *Trigariorum*, qui *Trigas* illas agitarent, facta eſt alibi adhuc mentio; uti, quod ibi ab eruditiſſimo Harduino monitum legitur, *Trigarium*, ſeu locus in quo *Trigæ* id genus exercerentur, apud Philoxenum. Unde eo magis aduerti merentur aliquot apud Parutam huius HIERONIS nummi, in quibus, ſicut in aliis *Bigæ*, ita *Trigæ*, qualem infra adferemus, conſpiciuntur: ac unde licet abunde ſtatuere, earum quoque certamen in ſolemnibus illis & curulibus Grȩcorum agonibus exſtitiſſe, illudque forte generali Ἁρμάτων nomine, quod vulgo tamen de *Quadrigis* ut vidimus, a Pindaro & Pauſania dicitur, quandoque intelligi. Neque vero inſolitæ in iiſdem *Mularum* etiam *Bigæ*, quas Ἀπήνας nomine, quod vel e Pindaro obuium, dixerunt Græci; & quomodo inſcriptum apud eundem Lyricum Pſaumidi Ἐπινίκιον, tanquam Τεθρίππῳ, Ἀπήνῃ, ἐς Κλυτι, *Quadrigis Mularum Bigis, & Celete* victori. Ad quam vero huius Ἀπήνης in eadem Oda mentionem, notant veteres Critici; quum prius tantum Equis decertare in iis Agonibus mos eſſet, Aſandraſtum, ut ibi legitur, Mulabus etiam certare contendiſſe, quod per decennium demum obtinuerit, ac circa LXXXIX Olympiada fuerit ſublatum. Ad ſequens vero Ἐπινίκιον Ageſiæ cuiuſdam Syracuſani, Ἀπήνῃ itidem, ſeu *Rheda Mulari* victoris, dicitur in Græcis ad illius argumentum Adnotatis, eundem *Mularum Curſum*, ſeu Ἀπήλιον, iuxta quoſdam, Olympiade LXXV, iuxta alios, LXXXVI, fuiſſe abolitum. A Pauſania autem dicitur, Ἀπήνη ſeu *Mularis* ille *curſus* receptus primum in Olympicis ludis, Olympiade LXX; Olympiade vero LXXIV, proclamatum, ne in iis amplius adhiberetur. Quibus addit mox idem Auctor, haud antiquam fuiſſe vel decoram illam *Mularem Rhedam*, quam duæ nempe Mulæ, equorum loco, traherent. Quamquam, ut alia iam mittam, antiquiſſimum fuiſſe apud Græcos Ἀπήνης ſeu *Mularis vehiculi* uſum, vel ex Homero, liqueat; qui illius meminit, cui impoſita fuerint a Priamo ferenda ad redimendum Hectoris corpus ad Achillem dona. Mulos vero, qui currum

Iſthm. Od. 1. v. 18

Σπεύδω ἅρματα πάλας Eleſtr. v. 747.

Tab. 110. n. 15.

Tab. 25. n. 8.

Idem Tab. 31, 32, 35, 36, &c.

Lib. XXVIII. cap. 17. Lib. XXIV. cit. & lib. XXVII. cap. 13.

Inſcr. Olymp. Od. 1

Schol. ad Olymp. Od. v. v. 6.

Olymp. Od. VI.

Lib. V. p. 301.

ἐυξέστῃ ἀπήνῃ. Iliad. Ω. v. 275 & v. 324.

v. 277. Αἴγλαι δῶρα v. 278. illum ducerent, a validis, seu qui seu firmis ungulis & robore, ac ut *splendida dona*, Priamo a Mysis datos ibidem laudat. Inter consignatos vero huius, de quo hic agimus, HIERONIS I. apud Parutam, sicut inter Messeniorum in Sicilia itidem apud eum nummos, unum etiam videas, in quo *Mularum Bigæ*, quarum Auriga habenas tenet, Victoria autem desuper coronam uni ex iisdem Mulabus imponit. Cuius equidem moris, non Victores solum in sacris illis Agonibus seu Hieronicas, sed *Equos* etiam, ac eadem ratione *Mulas*, quæ in iis vicerant, coronandi, ut de equis e Plutarcho monuit iam illustris P. Faber, adposite omnino, ut hoc addam, meminit, agens de celebratis a Simonide curulibus quorundam Thessalorum victoriis, in Idyllio HIERONIS, non huius quidem I. sed II. inscripto, Theocritus:

Tab. 20. n. 12.

Agon. lib. 1. cap. 28.

Idyll. XVI. v. 46. 47.

Τιμὰς ἦ ὠκὺς ἔλλαχον ἵπποι,
Οἱ σφῶν ἐξ ἱερῶν ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΙ ἤνθον ἀγώνων.

Honorem vero celeres etiam sortiti sunt EQUI; *Qui ipsi ex sacris certaminibus* CORONATI *redierunt*. Hinc vero, maxime singulares id genus Equos seu *Celetes*, qui e curriculo victores euaserant, coronandi, obuia quoque in aliis nummis, & quidem Siculis, uti DIONYSII Tyranni exempla apud Parutam videas. Adde, quod præterea desultorii illi Equi, seu *Celetes*, singulare etiam inde nomen, quod eorum victoriam testaretur, sint subinde consequuti. Ita, quod e Pindaro, & Græcis ad eum Criticis discimus, ΦΕΡΕΝΙΚΟΣ, quasi *Victoriæ lator* dictus eiusdem Hieronis, qui in Olympiis ac Pythiis vicerat, *Celes* nempe, ὁ Φερενίκου χάριν, *Et Pherenici gratia*, ubi Critici: Φερενίκου, ὄνομα τῦ νικήσαντος ἵππου, *nomen, qui vicerat, Equi*: alibi in Pythiis:

Tab. 111. n. 2.

Olymp. Od. 1. v. 29. Schol. Ibid.

Pyth. Od. III. v. 131.

Αἰγλαὶ ΣΤΕΦΑΝΟΙΣ,
Τὰς ἀελτέων ΦΕΡΕΝΙ-
ΚΟΣ ἔλε Κίρρᾳ ποτέ.

Splendorem CORONIS, *Quas vincens* PHERENICUS *Equus accepit Cyrrha aliquando*. Unde idem Equus *Pherenicus*, ab alio celebri iisdem *Hieronis* temporibus Lyrico, Bacchylide nempe, celebratus legitur: ut liquet ex iisdem Criticis, qui eius versus in victorem in Olympiis hunc *Pherenicum* alibi referunt. Ad quem proinde inclytum hisce præstantissimorum Lyricorum carminibus, haud minus ac parta in Olympicis & Pythicis agonibus Victoria. Hieronis Equum seu *Celetem* referri debet, postremus, qui inter HIERONIS huius nummos apud Parutam cernitur; in quo hinc caput *Hieronis* laureatum, illinc desultorius Equus, seu hic *Pherenicus*, infra nomen ΙΕΡΩΝΟΣ. Ut enim inditis inde nominibus, coronis, hymnis, quod vidimus celebrati; ita etiam simulacris, sicut iuxta Pausaniam, Cleosthenis Sicyonii victoris in Olympiis, Equi; aut alterius apud eundem Philolæ Equa; ac similiter, quod vel ex hisce pluribusque nummorum id genus, maxime inter Siculos, monumentis patet, publico etiam urbium ære consignati Equi, quorum opera id genus equestres aut curules in sacris agonibus Victorias fuerant Hieronicæ consequuti. Adeo, ut quæ hactenus eam in rem diximus, opportune omnino e sequentibus huius HIERONIS nummis illustrentur; in quibus vel *Celete* illo *Pherenico*, vel *Bigis Equorum*, vel *Rheda Mulari*, & quidem coronata desuper a Victoria una e binis Mulabus, vel *Trigis Equorum* decertauit, ac victor exstitit idem Hiero.

Schol. in Argum. Olymp. Od. 1.

Tab. 111. n. 22.

Lib. VI. p. 362. Ibidem p. 368.

Neque

Neque vero mirum cuipiam, ut opinor, videbitur, quod Curules id genus ſeu Equeſtres reportatæ in ſacris illis Græcorum Agonibus Victoriæ, publicis nummorum monumentis, ceu inſignia quædam non priuatorum ſolum, ſed Regum etiam decora & ornamenta, conſignari meruerint. Notum enim, quo ſtudio, quibus, non ſpectatorum duntaxat undique ad Agones illos viſendos confluentium, plauſibus, vel acclamationibus; ſed quibus inſuper duraturis apud poſteros proemiis, honoribus, monumentis, ſacros illos, ut iidem *Hieronicarum* vocabulo dicebantur in ludis id genus victores, ſit olim Græcorum gens proſequuta. Unde ſicut inter alia, Hymnis, Statuis, Imaginibus, Columnis, eos ſibi condecorandos crediderunt; ita etiam Nummis prodendam ad poſteros eius quoque rei; unde gloria deinceps ac felicitas iiſdem Hieronicis parta cenſebatur, famam ac celebritatem ſtatuerent. Hinc ea de re alicubi Tertullianus: *Coronas ſcilicet, & gloriam, & dotem, priuilegia publica, ſtipendia ciuica, imagines, ſtatuas, & qualem præſtare ſæculum poteſt, de fama æternitatem, de memoria reſurrectionem.* Unde haud mirum forte, ſi inſano etiam illorum agonum, & aurigandi quidem in iis ſtudio ductus Nero Imperator, tabulis, in quibus certaminis genus quo vicerat, ac nomen ſuum, quod in eo victor exſtiterat, inſculpi curauerit: idemque in urbem redux ab effuſo tum in omne adulationis genus Senatu, ſolemnibus *Olympionicæ*, *Pythionicæ* acclamationibus, uti nos docet idem Cocceianus Dio, fuerit exceptus.

vid. Pindar. Olymp Od 1. Pyth. 8 & 10m. 11. Scorpiac. cap. XXI.

Dio Caſſius lib. LXII. p. 723.

Ibidem pag. 724.

3. *De nummis* DIONYSII I. AGATHOCLIS & HIERONYMI.

In aliorum vero apud SYRACUSANOS Regum ſeu Tyrannorum, DIONYSII, AGATHOCLIS, HIERONIS II. ac HIERONYMI nummis, quos vel Parutæ Sicilia oſtentat, vel reconditæ adhuc veterum nummorum Thecæ aſſeruant, inſculptæ occurrunt haud unius generis Victoriæ, cum Curules vel Equeſtres uti de GELONE & fratre eius HIERONE modo vidimus; tum ſubinde de debellatis hoſtibus, ac proinde cum depictis Tropæis, iiſque adſtante Victoria, reportatæ: præter alia ſubinde locorum, ubi iidem nummi ſunt percuſſi, aut Numinum loci Tutelarium inſignia, vel ſimulacra. *Celete* equidem viciſſe vel in Olympiis, vel in Pythiis, *Gelonis & Hieronis*, de quibus hactenus, exemplo, (qui cæteroquin infeliciter *quadrigis* in Olympiis certaſſe alicubi a Diodoro dicitur) DIONYSIUM, ex eius nummo obiter paullo ante indicato, licet utique ſtatuere. In eo quippe Victoria Equum deſultorium coronat, cum adſcripto ΔΙΩΝΥΣΙΟΥ nomine, ac initiali *Syracuſarum*, vel Gelonis inſtar aut Hieronis, *Syracuſii*, littera Σ, in altera autem parte Palma arbor, cum litteris aliquot Punicis ſignatur. Qui autem nummus id præclare rurſus adſtruit, quod de eo more id genus Equos ſingulares, ſeu *Celetes*, qui in Equeſtribus agonibus vicerant, non coronandi

Lib. XIV. pag. 452.

di solum sed publicis insuper nummorum aut simulacrorum, quæ in Olym-
Lib. v. p. 448. pia etiam, ut vel id ex Pausania liquet, aut alibi dedicandi more, paullo ante diximus. Horum vero Syracusanorum Regum, usque ad postremum ex iis HIERONYMUM, effigiem, iis regnantibus, in nummis expressam vix, aut rarius utique datur intueri; sed Jouis ferme, Martis, Herculis, Mineruæ, Cereris, Proserpinæ, Dianæ, illiusque ΣΩΤΕΙΡΑΣ in iis dictæ: quæ Numina præcipua nempe religione a Syracusanis, aliisue, quæ erant tum sub eorum dominatu, Siciliæ urbibus colebantur, simulacra. Adeo, ut qui cum diadematis Regum illorum capitibus signantur eorum nummi, quo tamen Regio insigni eosdem abstinuisse, e Liuio ac e Diodoro præterea vidimus, post eorum demum obitum percussi sint statuendi. Quamquam haud alienum forte erit, nec cuiquam, ut opinor, graue, si duos id genus, & eorum quidem, qui etsi sat longo post interuallo, HIERONI I. in illa Syracusarum totiusque ferme Siciliæ tyrannide successerunt, DIONYSII & AGATHOCLIS, quos iam olim ad Juliani Cæsares vernacula Gallorum lingua editos vulgauimus, hic denuo proferimus;

Diademorum vero HIERONYMI, postremi Syracusanorum Tyranni verius quam Regis, in superstitibus eius nummis caput, haud perinde alienum ab eius ætate, sed eo regnante signatum liquet. Eum enim primum Regio illo insigni apud Siculos usum tradit, quod antea vidimus, Liuius; quod etiam adstruunt iidem eius, qui Regium illud frontis vinculum, quotquot adhuc prostant, ei tribuunt nummi.

4. *De nummis* THERONIS *&* ANAXILAI.

Signantur vero in eadem Siculorum nummorum penu, qui aliarum quoque, neque ignobilium in eadem Insula ciuitatum principes seu tyranni leguntur exstitisse, uti *Agrigentinorum* THERO, *Catinensium* MAMERCUS & *Messeniorum*, uti & *Rheginorum*, in opposito Magnæ Græciæ latere, ANAXILAUS. Post Cocalum enim Siciliæ tyrannum, *singulæ ciuitates*,
Lib. IV. cap. 2. Lib. XI. pag. 253. tradente id alicubi Justino, *in Tyrannorum imperium concesserunt, quorum nulla terra feracior fuit.* Ac THERONIS quidem, AGRIGENTINORUM iisdem temporibus, quibus Gela Syracusis regnauit, ut a Diodoro dicitur *Dynastæ* seu Reguli nomen ΘΕΡΩ seu ΘΕΡΩΝΟΣ, cum marino Cancro, solito *Agrigentinorum* in eorum nummis typo, exhibent etiamnum aliTab. 107. quot apud Parutam nummi. Ab eo autem simul, & a Gelone reportatam insignem ad Himeram de Carthaginiensibus victoriam, & quidem eadem die, qua in Salamine Persas profligarunt Græci, obseruat Herodotus; quique
Lib. VII. cap. 166. *Thero* Olympiadis LXXVII Anno I, obiisse a Diodoro dicitur. Unde ma-
Lib. XI. pag. 267. gnam utique horum *Theronis* nummorum vetustatem, qui nihil cæteroquin habent memorabile, licet continuo adsequi. Exstant vero apud Pindarum, quibus

quibus ille eſt inprimis celebratus, duo in huius *Agrigentini* THERONIS laudem, & quidem ob eundem in Olympiis victorem, Επινίκια. In iis vero cum a genere, quod a Cadmo deducebat; a maiorum virtute & gloria, qui *Agrigentinis* etiam, ut ex Græcis Lyrici Interpretibus liquidius conſtat, præfuerunt; tum a iuſtitia, beneficentia, aliiſque ſingularibus ornamentis; adde ab equeſtribus etiam reportatis, & quidem ἅρματι ſeu *quadrigis* apud Olympiam victoris commendatur. Cuius equidem rei haud occurrit conſignata in iis, qui apud Parutam proſtant, cum adſcripto eius nomine, aliquot nummis memoria. Ad eam vero, & non quadrigis quidem, uti ea, quæ a Pindaro celebrari meruit, ſed Celete partam in Olympiis vel Pythiis victoriam referendum coniiciebam, a me inter cimelia multis ornamentis inclyti Equitis Aurati Trombal obſeruatum forte nummum. In eo nempe caput imberbe ac diademate reuinctum; in auerſa vero parte gradiens Pegaſus cum Palma e capite prominente, & litteris *Agrigentinorum* initialibus, uti illæ in aliis eorum nummis comparent, AKP ſeu AKPAΓANTOΣ. Ad talem enim victoriam Celete in ſacris id genus agonibus reportatam reſpicere eum nummum, vel ex iis, quæ de *Pegaſis* dictis & ſignatis victoribus id genus ſingularibus Equis, ſeu μονίπποις, eſt antea iam a nobis e Græcis Latiniſque Auctoribus ac monumentis monitum, ſat liquet: adde & ex more, ſicut Coronam, quod vidimus, ita Palmam, Hieronicarum, ut notum, præmia, ἀεθλοφόροις id genus Equis adponendi; quod ex ſequenti inſuper apud Parutam Panormitanorum nummo fiet continuo manifeſtum.

Schol. ad Olymp. Od. 11' v. 63.

Ad hunc proinde THERONEM, vel forte XENOCRATEM eius fratrem, *Agrigentinorum* itidem, poſt prioris obitum, Regulum; eumque, quod rurſus e Pindari duabus in Equeſtrem illius *Agrigentini Xenocratis* victoriam Odis conſtat, Pythionicam, tum Iſthmionicam, referendus videtur prior ille nummus. *Agrigentinus* certe tyrannus ſeu Dynaſta exſtitit, quicunque cum diademato capite in anteriori eius area ſignatur. ANAXILAUS vero *Rheginorum* primum, dein *Meſſeniorum*, quoque in Sicilia tyrannus, iuxta eruditum cuſtodem Gazæ Mediceæ Fitton, in Meſſeniorum nummo ſignatur; in quo hinc Lepus, ſub quo caput huius *Anaxilai*, ut ille quidem coniiciebat; illinc figura inſiſtens Mularum Bigis, quas Victoria coronat, in memoriam reportatæ Mulabus in Olympiis ab hoc *Anaxilao* victoriæ. Exſtat vero, quod ſupra obiter indicauimus, apud Parutam *Meſſeniorum* nummus, cum Mularum Bigis; ſed quæ a Victoria non coronantur; in alterius vero nummi area, non *Anaxilai*, aut alterius cuiuſquam caput, ſed Apis comparet. Alter vero eorundem *Meſſeniorum* nummus, in quo infra leporem tale utique caput cernitur, in auerſa parte non Mularum, ſed Equorum Bigas a Victoria coronatas exhibet. *Lepus* vero in iis *Meſſeniorum* nummis obuius, ad *Rhe-*

Ξενοκράτει Ἀκραγαντίνῳ Pyth. Od. 12. & Iſthm. Od. 11.

Tab. 10. n. 16.

Lib. IX. cap. 6. ginos eius rei auctores referendus videtur, iuxta Pollucem; qui *Rheginorum* monetam *lepore* insignitam fuisse obseruat; ac unde a *Messeniis*, noto Coloniarum more, sit deinceps idem illud urbis insigne usurpatum. Ab eorum quippe *Rheginorum* Rege seu Tyranno *Anazilao*, seu eius suasu, Zanclem subactam, nouisque incolis frequentatam, & *Messanam* inde deinceps dictam, memorant [a] Herodotus, [b] Thucydides, ac [c] Pausanias; etsi aliquis sit in narratione eius rei inter eos dissensus. [d] Diodorus vero, Rhegii & Xancles seu Messanæ tyrannum exstitisse eum obseruat; filiis vero eius, utriusque urbis dominatu expulsis, in libertatem utramque urbem adsertam. Neque vero hic prætereundum magnum illud ætatis discrimen, quo eadem huius *Anaxilai* contra Zanclæos expeditio & dominatus eorum obtentus, a Pausania traduntur; nempe Olympiade XXIX: quum ab Herodoto, ad Hippocratis Gelæ tyranni, & cui in urbis illius dominatu successisse Gelonem alibi tradit, tempora, id huius *Anaxilai* factum referatur: eiusdemque *Anaxilai* obitus a Diodoro, ad Olympiadem LXXVI, qua post Gelonis fratris mortem Syracusis regnabat Hiero, tangitur. Adeo ut ibi apud Pausaniam omnino vel adscripta perperam sit huius *Anaxilai* mentio, & cum antiquiore contra Zanclæos expeditione confusa; aut corrupti ibi Olympiadum numeri: quod vel uno verbo a postremo ac erudito Pausaniæ editore adnotari merebatur. Neque vero inde redarguendus solum cum eruditissimo Meursio Pausanias; quod non Olympiade XXIV, sed XXX, nec proinde Miltiade, sed Prætore Athenis Archimede id contigisse ex Anonymo Olympiadum Græco Auctore liqueat. Id enim ante omnia fugere non debuit virum singulari diligentia, & qui Scaligero etiam fuit per annos aliquot familiaris, Anonymum illum, a quo Græca illa Historiarum ac Olympiadum collectio est concinnata, haud alium esse ab ipso Scaligero, ut ipsemet in fine suorum ad Græca Eusebiana adnotatorum agnoscit. Adde, quod ibi tantum dicatur: *Μεσσήνιοι τηὺ ἐν Σικελίᾳ Ζάγκλην ἐκτισαν̃τες, Μεσσήνην ἐπωνόμασαν, Messenii Zanclem in Sicilia condentes, Messanam eam nominarunt*; nulla proinde, & prouide quidem, facta ibi *Anaxilai*, uti apud Pausaniam hodie, seu cuius ullæ partes ibi fuerint, mentione. Nouerat enim Chronologorum sua ætate non princeps solum, sed parens, haud posse id conditæ vel instauratæ ea ætate *Messanæ* urbis in Sicilia factum *Anaxilao* ullatenus tribui; qui, ut post Diodorum, in eadem ibi Scaligeriana collectione postea legitur, anno sit primo Olympiados LXXVI mortuus, ubi octodecim annis regnasset; atque ita quarto anno Olympiados LXXI, & annis proinde circiter, post conditam vel instauratam a Messeniis, iuxta Pausaniam, Zanclen, CLXVIII regnare demum cœpisset. Id vero de eodem *Anaxilao* adhuc addendum est quod ubi hic, eodem Pausania auctore, in eadem contra Zanclæos expeditione, insigni quadam crudelitate, supplices eosdem atque ad aras ac Deorum sedes profugos, nulla religionis verecundia, mactari vellet, ni a sociis, & Messeniorum quidem Achæorum ducibus fuisset prohibitus; a Justino tamen laudari idem *Anaxilaus* meruerit, quod cæteris Siculorum urbium ea ætate tyrannis crudeliter in iis grassantibus, ipse unus iustitia & moderatione inclaruerit: *Horum* (in Sicilia tyrannorum) *ex numero* ANAXILAUS *iustitia cum cæterorum crudelitate certabat: cuius moderationis haud mediocrem fructum tulit*: nempe quod eodem mortuo, tantus amor eius apud omnes Messenios fuerit, ut parere seruo Micytho, cui tutelam ille filiorum moriens commiserat, quam defere-

[a] Lib. VI. cap. 23. lib. VII. c. 165.
[b] Lib. VI. c. 5.
[c] Lib. IV. p. 260.
[d] Lib. XI. pag. 266. & 281.
Lib. VII. cap. 165.
Lect III. lib II. cap. 2.
Σικελικά. ἱστορικά &c. in Græc. Euseb. Scalig. p. 315.
Postremo Σικελικὰ Ἱστορικὰ a nobis partim ex editis partim ex nondum editis seorsim olim collectam pag. 431.
Ἱστορ. Σικελ. pag. 315.
Ibid. p. 319.
Lib. IV. p. 260.
Lib. IV. cap. 2.

deſerere Regis filios mallent. Quamquam ab ea in hunc Anaxilaum liberoſue eius fide deſciuiſſe poſtea eoſdem Zanclæos, e Diodoro liqueat; qui, iiſdem eius liberis, a Zanclæis iuxta & Rheginis dominatu expulſis, utramque urbem in libertatem ab earum ciuibus adſertam docet. Lib. 31. p. 281.

XIII.

De GOTTHORUM, VANDALORUM *aliorumque veterum in* GALLIA, BRITANNIA, *& in* SEPTENTRIONE REGUM *nummis.*

Hiſce memoratis hactenus antiquis Græcorum in Aſia vel Europa, aut aliquot etiam in Africa, Numidarum ac Mauritanorum Regibus; ex eadem quoque, non vetuſta quidem adeo, aut eleganti, haud ſpernenda tamen nummorum penu, addi continuo hic poſſent, qui labentibus Romani imperii rebus, aut Romanorum cladibus, in *Italia, Gallia, Hiſpania, Africa,* inclaruerunt OSTROGOTHORUM, VISIGOTHORUM, aut VANDALORUM Reges: aut vero, qui vel in hac BRITANNIA, vel in Septentrionalibus aliis oris, & quidem GOTTHIA, ſeu naturali GOTTHORUM patria, SUEONIA, viciniſque gentibus regnarunt olim, & quorum ſupereſt adhuc aliqua in patriis eorum nummis memoria. Ne tamen hiſce iam immorer, in cauſa eſt, quod ad Græcas demum Romanaſque antiquitates, e vetuſtis eorum nummis, quorum immenſa quædam & precioſa ſupellex adhuc proſtat, illuſtrandas ſuſceptum ſit a me hoc opus; in quo ſat amplam utique laboris ac induſtriæ ſegetem mihi relictam intelligebam: haud vero, ut omnis ævi, omniumque gentium rem nummariam, quod nec unius hominis, haud mearum certe virium, neque mei otii, commentari adgrederer. Accedit, quod ea opera in colligendis, diuulgandis, & explanandis etiam id genus, quod modo adtigi, nummis, alii viri eruditi ſint iam defuncti; quibus nihil mea commentatione, aut noua forte id genus nummorum acceſſione, addendum mihi occurrebat: tum, quod id viris præſtantibus & in hoc opus ſedulo incumbentibus, foret omnino relinquendum, ut quod omnium optime, vel ſoli ferme præſtare iidem poſſunt, & ad ipſos proprio quodam iure pertinet, patria nempe id genus monumenta conquirendi explicandiue prouinciam, ſingulari cum laude excolerent ac adimplerent.

I. *De* GOTTHORUM *in* Italia, *vel* Hiſpania *Regum nummis.*

GOTTHORUM equidem in ITALIA REGUM, qui Juſtiniani Imperatoris ætate, illam imperii Romani ſedem & arcem, ſeu ipſam urbem æternam occuparunt, THEODORICI, ATHALARICI, THEODAHATI, WITIGIS, TOTILÆ ſeu BADUELLÆ, & THEIÆ Regum nummos vulgarunt ac illuſtrarunt cum elapſo paullo ante, tum, quod illud præceſſerat, ſæculo viri præclari, [a] Octauius Strada, [b] Paruta, [c] Du Cange. In quibus autem nummis ATHALARICI, & ſucceſſorum, cum gemmata JUSTINIANI Imperatoris effigies, cum AUG. ſeu *Auguſti* appellatione, in altera eorundem parte ſubinde conſpicitur: tum, quod mirari forte ſubit, galeatum Romæ caput, cum eodem veteris & quidem inuictæ Urbis elogio, ROMA INUICTA; qua tamen ætate a Barbaris illis GOTTHORUM Regibus eadem fuerat expugnata, in eorumque iura conceſſerat. E qui-

a De Vit. Imper. & Cæſ.
b Siciliæ Tab.
c Diſſ. De Inſer. Imper. Num. & Famil. Byzant. pag. 92.

quibus autem nummis comprobatur, Romani IMPERATORIS appellatione, quam ante THEODORICUM ODOACER adsumpserat, abstinuisse eundem, eiusue Successores, REGIS appellatione contentos; qui & *clementissimi Imperatoris*, aut *clementissimi Principum*, ut vel e Cassiodoro constat, titulis uti in suis ad Anastasium & Justinianum litteris consueuerant. Addc, quod non gemmata solum diademata, sed Mitra etiam seu Tiara, eaque gemmis itidem seu margaritis contexta, de quibus supra, Regum, aut dein etiam Constantinopolitanorum Imperatorum more, tecta sint eorum capita; sicut e sequentibus THEODAHATI & BADUELÆ Regum nummis est manifestum.

Var. lib. 1. c. 1. lib. 11. cap. 1. lib. VIII. c. V. lib. X. cap. 1. 2.

E quibus insuper nummis liquet, haud aliud quam BADUILÆ seu BADUELÆ (utrumque enim ii præferunt) nomen, nuspiam vero TOTILÆ in illis legi. WISIGOTHORUM vero in HISPANIA Regum, illorumque ex iis, quorum exstat consignata in nummis memoria, & genuina nominis scriptura, seriem adtulit in Dialogis, non patriæ solum sed Romanæ etiam antiquitatis insignis instaurator ac vindex, Antonius Augustinus; quæ in RODERICO, ut nummi eius præferunt, qui pulsis ex Hispania Gothis regnauit, desinit, Anno Christi DCCXI. Eorundem vero *Wisigothorum* aliquot in GALLIA Narbonensi Regum nummos, sicut RECCAREDI, CHINDASUINTHI, EGIGÆ, ERUIGII, & WITIZÆ, memorant quoque viri præstantes, in quorum auersa parte NARBONA PIUS legitur. Quibus autem GOTTHORUM in Italia, Gallia, vel Hispania Regibus, duos adhuc obiter addere liceat: unum nempe antiquioris paullo ATILLÆ HUNNORUM Regis, cum imberbi, nulloque ornamento insigni capite; illinc cum Leone: ut de aliis dubiæ fidei aut adulterinis omnino eiusdem Regis nummis sileam. Alter est HILDERICI VANDALORUM, Justiniani temporibus, Regis, cuius caput cinctum diademate; illinc vero Mulier stans utraque manu spicas tenens, cum renouata inscriptione, quæ in Seueri Imperatoris nummis occurrit, FELIX KARTH, seu KARTHAGO. Cuius utriusque nummi, maxime ob *Atilæ* celebritatem, qui exstant in Gaza Gallorum Regia, & quod haud apud omnes forte, qui in hoc opus incident, luculentum illud Familiarum Byzantinarum opus ab eruditissimo du Cange in Galliis editum parabile reperietur, icones hic adponendas duximus.

In fine Dialogi VIII.

Ant. August. Dial. VI. Blanc Monnoyes de France p. 129. edit. Amstel.



Ut

Ut mittam alterius & antiquioris *Vandalorum* Regis in Africa CHUNTANUNDI nummum, cuius facta eſt a laudato paullo ante Antonio Auguſtino mentio, cum facie eius in anteriore area; in auerſa cum litteris D N ſeu *Domini Noſtri* in laurea.

2. *De antiquis* GALLORUM, BRITANNORUM, *& in* SEPTENTRIONE *gentium nummis.*

Neque vero hic adtingimus, ut id paullo ante iam a nobis monitum, patrios vel GALLORUM, vel BRITANNORUM, vel aliarum in SEPTENTRIONE gentium, qui a viris præclaris ac induſtriis, ſummo & laudabili ſtudio collecti ſunt & enarrati; vel in quibus colligendis adhuc iidem laborant, nummos. Eam utique GALLICIS ſeu FRANCICIS operam luculenter præſtarunt duo viri eximii in Galliis, *Carolus Bouteroue* & *le Blanc*; & prior equidem, apud quem reperiuntur nummi aliquot veterum illorum inter Gallos Regum aut Ducum, quorum expreſſa occurrit in Jul. Cæſaris Commentariis mentio: quales ſunt [a] LITAUICUS Æduus; ORGITIRIX, apud eundem [b] Cæſarem *Orgetorix*, Heluetiorum nobiliſſimus; UERGAUSILIANUS, Aruernus; COMIUS, Atrebates; & BRITANNA BOOTICA, apud [c] Tacitum *Boodicia* vel *Voadica*. Mitto ſignatos veteres & ignotos alioquin Gallorum Regulos vel Duces; cuiuſmodi ſunt AMBIORIX, DURNO REX, aut DUNNUS, TURONOS, aliique id genus; & antiqua ac ignota itidem veterum in Galliis locorum vel regionum nomina, quæ in priſcis illis Gallorum nummis adhuc comparent. De BRITANNICIS vero ſeu ANGLORUM id genus antiquitatibus bene meriti ſunt inprimis, cum is qui ALFREDI Regis vitam in lucem protulit, quum primum publico nomine in Britannia ante hoſce triginta annos agerem, *Walkerus*; tum, qui Cambdeni Britanniam haud ita pridem in Britannicum ſermonem conuerſum, & ſimul varia ac inter alia Nummorum huius gentis acceſſione, locupletauit, eruditiſſimus *Edmundus Gibſon*; nouiſſime autem in præclara omnino & ampliori *Numiſmatum* ANGLO-SAXONICORUM & ANGLO-DANICORUM collectione, ſingulari induſtria, fide, & accuratione, qui veteris inſuper Græcorum ac Romanorum nummariæ ſupellectilis ſtudio, peritia, ac delectu commendandus venit, uti ſubinde id iam factum in hoc opere, ornatiſſimus Eques Auratus, *Andreas Fontaine*. Haud leuem vero eorundem numiſmatum utilitatem & præſtantiam haud vane ibidem prædicat vir eximius: quod ea nempe veterum in Anglia Regum imagines oſtendant; *Runicas* litteras, quibus per nongentos annos Angli ſint uſi, uſque ad Alfredi Regis tempora, exhibeant; indeque antiquitas Codicum, qui *Runicis* litteris ſunt exarati, eluceſcat: tum multa virorum illuſtrium nomina in auerſis nummorum partibus ſint expreſſa, quorum excidiſſet alioquin memoria: locorum denique, regionum, oppidorum legantur in iis appellationes, ad topographiam Britanniæ accuratius pernoſcendam, adprime neceſſariæ. Quo loco præteriri inſuper non debet, is cui laudata illa Numiſmatum ANGLO-SAXONICORUM & ANGLO-DANICORUM collectio eſt feliciter inſerta, inſignis omnino, qui nuper admodum e Theſauro Oxonienſi prodiit, *Linguarum Septentrionalium Theſaurus*, a doctiſſimo *Georgio Hickeſio* immenſo ſtudio, neque minori laude & fructu congeſtus; addituſque eidem ab *Humfredo Wanleio*, eximia eruditione ac induſtria viro, *Librorum Septentrionalium*, qui in Anglia reperiuntur *Catalogus*. E quo autem gemino opere, pleniorem antiquæ litteraturæ, de qua modo, *Runicæ*, vel *Anglo-Saxonicæ*, tum etiam

a Bell. Gall. lib. VII. c. 37. 38.
b Ibid. lib. I. cap. 1. &c.
c Ann. IV. 35. Agric. c. 16.

In Præfat. Linguar. Septentr. Thesauri.

Hunnicæ, adductis etiam uno vel altero nummo cum *Hunnicis* litteris, notitiam licet continuo percipere. Unde commemorandi quoque hic veniunt, qui in patriis Septentrionalium antiquæ GOTTHIÆ, vaginæ quondam populorum, SUEONUM puta, vicinarumque gentium, antiquitatibus eruendis & explanandis, adtento quodam studio ab annis aliquot egregiam quandam ac sollicitam operam posuere ac ponunt etiamnum. Quo nomine præcipua quadam laude florere hodie inter SUEONAS audio *Joannem Gabrielem Sparauenfeldium*, imposita sibi a defuncto Sueonum Rege CAROLO IX. prouincia, in perquirendis per Europam, quæ ad antiquitates Succicas pertinerent, cimeliis egregie defunctum; *Joannem Peringskioeld*, in Adnotatis suis ad Jo. Cochlæi Theodoricum; *Eliam Brennerum*, edito Nummorum Succo-Gotthicorum Thesauro, quem ille secundis curis auctiorem diuulgare intendit; *Olaum Bromelium*, eorundem nummorum strenuum indagatorem; & *Nicolaum Kederum*, vulgata nouissime gemina de *Nummis Runicis*, altera de *Argento-Runicis* seu *Gotthicis litteris insignito* commentatione. In priori equidem *Runicas litteras*, quod docet ipsa libelli illius anno proxime elapso MDCCIV. excusi, & quem hisce diebus nancisci mihi contigit, inscriptio, in nummis vetustis diu quæsitas, a se feliciter in veteri quodam nummo, quem ibidem profert & explicat, tandem inuentas tradit. Quibus addendus *Thomas Broderus Bircherod*, a quo in lucem editum ibidem didici, *Specimen antiquæ rei monetariæ Danorum*. Quorum autem a me in prima & secunda huius operis Dissertatione, ubi de rei veteris nummariæ, hac aut superiori ætate, ut in reliquis Europæ partibus, ita in Arctoo etiam orbe studiosis aut peritis; vel de Gotthicis Runicisue litteris, aut nummis; obiter agebatur, facta omnino foret mentio; ni nunc primum, dum in his versor, eadem mihi ex memorata eruditissimi *Kederi* commentatione essent demum nota & comperta. Neque enim debita laude defraudandi veniunt; aut vero parum, non de patriis solum, sed de aliarum quoque in Europa gentium antiquitatibus meriti, aut mereri adhuc possunt; qui hanc priscæ GOTHORUM vel RUNICÆ litteraturæ, veterisque in eo terrarum tractu memoriæ, unde fax per alias quoque Europæ gentes ac memorias latius diffunditur, partem sibi adtente ac diligenter excolendam putant.



DISSER-

DISSERTATIO NONA

DE

PRÆSTANTIA ET USU

NUMISMATUM

ANTIQUORUM.

QUAMQUAM in duabus ſuperioribus Diſſertationibus id me iam abunde euiciſſe arbitror, ad vetuſtam Exterarum gentium, uti a Romanarum rerum ſcriptoribus dici vulgo ſolent, Hiſtoriam penitius percipiendam ac illuſtrandam, veterum nummorum tractationem plurimum conferre; id tamen cumulatiore adhuc menſura, hac inſuper commentatione mihi demonſtrandum cenſui. Idque eo forte opportunius, quod viris cæteroquin præſtantibus, & hoc nummorum ſtudio haud leuiter incenſis, ac in urbe quidem eorundem ſtudiorum matre velut ac officina inſediſſe, te eius rei teſte & conſcio, ut obiter id antea iam adtigi, neque tamen iis ſuffragante, haud ſemel viderim; ut in Romanis demum nummis conquirendis ac verſandis omnem ſibi operam collocandam exiſtimarent; ceu inutilem vero, vel fructu ac voluptate vacuam, quæ in Græcis aliarum gentium & urbium nummis tractandis conſulendiſue poneretur, curam ac induſtriam a ſe longe amouerent. Cuius vero conſilii vel inſtituti haud una equidem ratio ſuberat: maior nempe Romanorum numiſmatum in urbe ac reliqua Italia parandorum copia ac facilitas; cum elegantia, amplitudo, & nitor quidam eorum peculiaris; tum minus latens aut recondita eorum, quæ in iis continebantur, inſcriptionum aut ſymbolorum perceptio ac utilitas; ac inde ad virorum principum, eorumue, qui Græcarum interiorumue litterarum minus gnari, captum magis comparata tractatio. Accedebat, quod quæ in Italia hactenus, duobus retro ſæculis prodierant in hoc eruditæ antiquitatis genere monumenta; puta Æneæ Vici, Sebaſtiani Erizzo, Antonii Auguſtini, Fuluii Urſini, Franciſci Angeloni, in eo potiſſimum Romanorum numiſmatum tradendorum & explanandorum campo verſarentur. A quorum tamen virorum præſtantium, etſi plurimum iis cæteroquin tribuerem, iudicio, aliquo uſu iam edoctus, ac, ne alia tangam, mihi e Goltzii, Parutæ, ac nuperis tum Triſtani in Gallia ad Hiſtoriam Auguſtam e nummis illuſtratam lucubrationibus, iam comperta, ut omnino recederem, vel ipſe paullo ante Florentiæ Gazæ Mediceæ, aut tum Romæ Chriſtinæ Reginæ, præſtantiſſimorum in hoc genere cimeliorum conſpectus, ſuade-

Diſſ. VII. pag. 370.

ſuadere omnino potuiſſet ac impellere. Sed miſſa hic longiori eius rei commemoratione, ac præteritis inſuper, tanquam alterius loci, quæ ad Chronologicas, Geographicas, aut ad Religionem Gentilium adtinent, e Græcis nummis potiſſimum eruuntur, incredibilis cuiuſdam utilitatis diſquiſitionibus, ea, quæ ad HISTORIAM EXTERARUM, præter Romanam, GENTIUM vel URBIUM illuſtrandam, e Græcis earum nummis peti adhuc poſſunt, ſeu prolato nouo aliquo earum rerum ſpecimine, tradere nunc adgrediar.

I.

Urbium ORIGINES *in nummis.*

Ac primo equidem ipſas antiquarum URBIUM apud Græcos ORIGINES, e veteſta nummorum, qui ab iis percuſſi ſunt, penu ſubinde diſcimus aut ab aliis idoneis Auctoribus traditis eorum fide adſtrui vidimus ac illuſtrari. Eas enim conſignatas nobis in iis exhibent, vel antiquæ ſubinde earum appellationes iis additæ; aut earundem Conditorum in iis expreſſa effigies, ac nomina; aut Metropoleon, a quibus eædem urbes deductæ ſunt, ſymbola & inſignia; eademque inde ſacrorum apud eos ratio, & inductus idem tutelarium loci Numinum cultus; immo eadem quoque ciuilis Reipublicæ adminiſtratio.

1. *Urbium* NOMINA & CONDITORES *in nummis.*

1. *Antiqua Urbium* NOMINA *in earum nummis.*

Prius vero illud quod adtinet, ſeu adductas ſubinde in nummis id genus *Urbium primæuas* & abolitas ferme *appellationes*, unde earundem origines indicantur, exemplum ſuppeditat, Achaiæ quondam caput, urbs PATRÆ. Illius utique primum & antiquiſſimum nomen AROE ſignatum ſubinde legitur in eius nummis, ut viderunt iam celebres Antiquarii, & primus quidem Cl. Seguinus: nempe non in Romanis ſolum, ubi eadem inſcribitur, COL. AA PATR. *Colonia Auguſta Aroë Patrenſis*; ſed in Græco etiam illius urbis nummo apud Goltzium APOH ΠΑΤΡΕΩΝ, non ΑΡCΗ ΠΑΤΡΕΩΝ, ut monuit iam eruditiſſimus Harduinus. Unde haud parum illuſtratur, & qui rurſus lucem his nummis commodat, ac monuerat quoque Seguinus, Pauſanias; qui hanc urbem ab indigena Eumelo primum conditam, de terræ cultu Ἀροῦν appellatam; a *Patreo* deinde ſeu PATRAO, pomœrio urbis ampliato, PATRAS dein dictam tradidit. Cuius autem ſecundi, illiuſque veteſti itidem Conditoris ΠΑΤΡΑΟΥ inſignem nummum, qualem inter cimelia ſua ſe habuiſſe teſtatur Seguinus, & exſtat hodie in Gaza Gallorum Regia, e Theſauris Brandenburgicis protulit ac illuſtrauit eximius Begerus noſter. Bene enim ad hunc PATREUM, non ad Παρεαῦν utique inter Philippi Duces a Polybio memoratum refert, ac poculum in eodem nummo expreſſum, de dicta apud *Patrenſes* menſura Λαγύνῳ, ex Athenæo idem erudite obſeruat. Qualem vero nummum habes hic e cimeliis Pembrochianis, ubi idem quoque conſpicitur, depromptum.

Select. Numiſmat. 1. ed. pag. 103.

Num. Urb. Ill. pag. 384.

Lib. VII. pag. 431.

Lib. III. p. 160.

Vol. I. p. 383.

Lib. XI. p. 499.

Exſtant

Exſtant vero ſingulares huius urbis nummi; unde, quod de eadem a Pauſania indicatis paullo ante locis dictum, illam pluribus beneficiis ab Auguſto fuiſſe adfectam, ac donatam Coloniæ iure ac dignitate, abunde confirmatur; immo eam euaſiſſe inde Achaiæ caput, ac fuiſſe ſedem Romani Achaiæ Proconſulis, impetrata etiam ab illo principe cudendæ monetæ indulgentia, luculenter adſeritur: ſed quæ, quod ad res Romanas, partim Romanis etiam nummis expreſſa, reſpiciant, non hic iam adtingimus.

2. *Antiqui Urbium* CONDITORES *in nummis.*

Neque vero ſola hæc nobilis Achaiæ ciuitas, præter primum & antiquiſſimum, quod ei inditum fuerat nomen, illudque pridem velut abolitum, alterius quoque ſui Conditoris, & a quo deinceps denominata eſt, memoriam, in nummis ſuis prodendam credidit. Idem vero a pluribus aliis Græcis in Europa Aſiaque urbibus factum videas; ut conſignarentur in iis illorum, a quibus conditæ vel reſtitutæ eædem fuerant, nomina & effigies; aliquando etiam addito ipſo ΚΤΙΣΤΟΥ ſeu *Conditoris* elogio. Hinc *Tomi*, Ponti olim, ut ex aliis illius urbis nummis conſtat, Metropoleos, [a] ΤΟΜΟC ΚΤΙCΤΗC, *Tomus Conditor*; [b] Pergami in Myſia, ΠΕΡΓΑΜΟC ΚΤΙCΤΗC, *Pergamus Conditor*; Elææ urbis in Æolide, [c] ΜΕΝΕΣΘΕΥΣ ΚΤΙΣΤΗΣ, *Meneſtheus Conditor*; *Apolloniatarum* in Caria, cum capite Alexandri Magni, [d] ΑΛΕΞΑΝΔΡΟC ΚΤΙΣΤ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤ. *Alexander Conditor Apolloniatarum*; *Nicopolitarum* in Epiro, ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ CΕΒΑCΤΟC ΚΤΙCΤΗC, *Nicopolitarum Auguſtus Conditor*, cum Auguſti capite. Haud aliter ac in *Clazomenarum*, unius e tredecim olim Panionii urbibus, inſigni Regiæ Brandenburgenſis Gazæ nummo argenteo ſpectatur Auguſti laureatum caput, & addita inſcriptio ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ, illinc Mars ſtans cum Clypeo, & loci nomine ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ. E quo nummo utique, & altero, qui exſtat inter cimelia Gallorum Regia, eſtque iam ab eruditiſſimo Harduino memoratus, in quo caput Auguſti ſimiliter, & urbis nomen ΚΛΑΖΟΜ. ſeu *Clazomenarum* legitur, illinc Liuiæ Auguſtæ caput, ac inſcriptio ΘΕΑ ΛΙΒΙΑ, licet utique colligere pro altero *Conditore* ac Euergete habitum ab illis *Clazomeniis* Auguſtum. Exſtat vero in Gaza Gallorum Regia ΤΗΙΩΝ, *Tei* in Jonia nummus, idemque ab eodem Harduino iam adductus, in cuius auerſa parte ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ *Auguſtus Conditor* itidem dicitur. Ut alium præteream in eandem Gazam, dum in Galliis nuper agerem, Conſtantinopoli illatum, in quo hinc, ſed ſine addito ΚΤΙΣΤΟΥ nomine, ΤΗΙΩΝ ΝΕΡΩΝ, *Teiorum Nero*, cum eius effigie; illinc ΟΚΤΑΟΥ. cum *Octauiæ* coniugis eius capite. Adde ad Cœlites quandoque, ſed dum in terris adhuc agerent, Bacchum nempe & Herculem, relatas interdum id genus

a In Cimel. Reg. Gall. & Medic.
b Ill. Imag. Urſin.
c Cimel. Medic. Halſt. ad Steph. p. 108.
d Reg. Gall. & Regin. Chriſtinæ.
e R. g Gall. vid. Theſ. Brand. Contin. pag. 604.
Num. Urb. Ill. pag. 257.
Num Urb. Ill. pag. 491.

Regin. Christin. locorum origines, ut *Nicææ* in Bithynia, ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ ΝΙΚΑΙΕΩΝ, aut addito solo ΚΤΙΣΤΟΥ nomine cum eius effigie, *Bacchum Conditorem Nicæenses*; [a] *Perinthiorum* vero in Thracia; [b] *Heracleotarum* in Ponto; [c] *Cianorum* in Bithynia, [d] *Jonum* in Asia, cum Herculis capite & inscriptione, ΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ, *Conditorem*: ne iam tangam in Romanis Commodi Imperatoris nummis, HERC. ROM. CONDITORI. Adeo ut si aliunde etiam non constaret, dictas modo urbes, eosdem *Bacchum, Herculem, Alexandrum, Tomum, Pergamum, Augustum, Romulum*, pro *Conditoribus* suis agnouisse continuo liqueret. Quibus addi insuper debent, & aliqui ex iis aliunde minus noti, qui signantur in aliarum id genus urbium nummis earum Conditores, cum expressis eorum nominibus, etsi citra additam illam ΚΤΙΣΤΟΥ appellationem: ut ΒΥΖΑC, ΓΟΡΤΥC, ΔΟΚΙΜΟC, ΚΥΖΙΚΟΣ, ΤΑΡΑΣ, ΤΗΜΝΟC, ΤΜΩΛΟC, & Amazones ΣΜΥΡΝΑ, ΜΥΡΙΝΑ, pluresque id genus: quæ totidem earum urbium, in quorum exstant nummis, *Byzantii* puta, *Gortynæ* in Creta, *Cyzici* in Hellesponto, *Docimi* in Phrygia, *Tarenti* in Magna Græcia, *Temni* in Æolide, montis *Tmoli* accolarum in Lydia, *Smyrnæ* in Jonia, *Myrinæ* in Æolide Conditores continuo venditant. Accedit in eadem Æolide urbis *Pitanes* nummus Regiæ Gallorum Gazæ, in quo hinc ΠΙΤΑΝΕΥC, loci Heros & Conditor itidem signatur; illinc Juppiter stans, dextra Aquilam, sinistra Hastam tenens, cum inscriptione ΕΠΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ *Sub Alexandro*, urbis nempe illius tum Prætore vel Archonte. Unde suppleri & emendari debet, id quod de hoc nummo adtigit eruditissimus Harduinus. In veteri autem *Abderitarum* in Thracia, quem Goltzius adduxit, nummo, occurrit alterius Heroidos, sororis nempe Diomedis, nomen ac effigies in quadro, ΑΒΔΗΡΑΣ ΚΟΡΑΣ *Abderæ Virginis*, a qua nempe condi, ta ac denominata sit eadem urbs ABDERA. Quem autem nummum, post Holstenium ad Stephanum, adtigit quoque Harduinus: cuius vero haud obscurus interpres, & qui ex eo vicissim, quod fugit ibi magnum Exercitatorem, illustratur Solinus: *inde non procul* ABDERA, *quam Diomedis soror condidit, & a se vocauit*. Quod præter Solinum, a Pomponio Mela itidem traditur. Quum tamen cæteroquin iuxta Strabonis [a] Epitomen, [b] Philostratum, [c] Stephanum, ac Strabone vetustiorem [d] Scymnum Chium, alioque adhuc memoratos a doctissimo Holstenio Auctores, huius urbis conditor statuatur ABDERUS, Herculis deliciæ, & a Diomedis equis discerptus; aut vero, iuxta Apollodorum & Tzetzem, ipse Hercules. Quibus, ut hoc addam, de quo silent viri eruditi, ac ad Solinum ὁ πάνυ, addi omnino debuerat luculentum ipsorum *Abderitarum*, quale fertur in litteris ad Hippocratem datis testimonium, qui ab hoc *Abdero* denominatam urbem suam ibidem tradunt: οὗ (nempe Æsculapius) Ἡρακλέως ἐστὶν ἀδελφιδῆς, ἀφ' ἧς ΑΒΔΗΡΟΣ, ὅστις πωδάμῃ πάντας, ᾧ ἐπώνυμος ἡ πόλις, *est autem* Æsculapius *Herculis ex fratre nepos, a quo est* ABDERUS, *cuius est urbis cognominis*. Ut mittam, quod a Philostrato dicatur in honorem huius *Abderi* condita non solum & appellata urbs *Abdera*, sed quod Agon præterea gymnicus (pro consueto scilicet, id genus urbium erga Conditores suos more) sit ibi in memoriam eius celebratus. Quod insuper de *Abdero* conditore adstruere quodammodo videtur singularis horum *Abderitarum* nummus, qui exstat in Gaza Medicea, in quo caput imberbe, quadro itidem insertum cernitur, cum epigraphe ΑΒΔΗΡΙΤΕΩΝ, quod ad hunc *Abderum* referri posse existimabat illius Gazæ peritus olim custos P. Fitton.

a Ibidem.
b In Schedis Morelli & Harduin. de Num. Urb. Ill. p. 195.
c In Schedis Morelli.
d Ibidem.

Num. Urb. Ill. pag. 406.

Not. pag. 2. Addend. ad Num. Urb. Ill. pag. 560.

Cap. x.

Lib. II. c. II.

a Lib. VII.
b Icon. lib. II. pag. 817.
c In Ἄβδηρα.
d Periges v. 665.

Lib. II. cap. IV. § 3.

Hippocrat. Epist. 12.

Icon. lib. II. p. 617.

Fitton. Idem vero nummus inter ſelecta itidem ampliſſimi Jacobi de Wilde numiſmata proſtat; ac ubi Apollini, ob radiatum, nempe eius caput, continuo tribuitur: etſi ad eundem *Abderum*, Conditorum nempe, quem modo adtigimus, more, pro Heroë ſeu Deo cultum, referri idem poſſit. Certe de *Tiſamene* Clazomenio, a quo inceptum, non perfectum fuerat condendæ urbis *Abderæ* inſtitutum, haud eo minus a *Teiis*, qui illius poſtea fuerunt conditores, pro Heroë cultum docet Herodotus: Τιμὰς νυὸ τῶν Τηίων ὑπ' Ἀβδηρίων ΩΣ ΗΡΩΣ ἔχει, *nunc vero a Teiis apud Abdera* UT HEROS *colitur.* Ita enim, ut hoc addam, urbis illius nomen, ſæpe quoque apud Hippocratem in [a] Epidemiorum libris, legitur: ut verum & antiquum eius nomen conſtet exſtitiſſe τὰ Ἄβδηρα, & non Ἄβδηρος, uti tamen apud Ephorum & Apollodorum legitur. En vero utriuſque præclari illius *Abderitarum* nummi, prioris, cum Heroïde *Abdera*; alterius, cum Heroë forte *Abdero*, uti peritis Antiquariis videbatur, iconem:

Sel. Num. Tab. VIII. n. 48.

Lib. I. c. 168.

a Lib. III. p. 731, 736. &c. lib. VII. pag. 871, 874, 175. ed vander Linden Tom. I. Stephan. in Ἄβδηρα. Ut ſupra.



Quam præclarum inſuper eo in genere numiſma Mediceum, in quo hinc caput laureatum, cum inſcr. TEPMHCCΩN, illinc figura feminuda ſedens cum parazonio, vel clava, & nomine COAYMOC, Antiquus nempe *Termeſſenſium* Heros SOLYMUS, a quo & promontorium ſupra *Termeſſum*, dictum *Solymus*, & ipſi *Termeſſenſes*, *Solymi*, ut docet Strabo, quem conſulere ea de re poterit eruditus lector. Ad quem Heroëm referri poteſt illud, quod exſtat in veteri epigrammate inedito.

2. *De nummo urbis* TERMESSI *& Conditore* SOLYMO. Lib. XIII. pag. 630.

Δῶρον TEPMHΣΣΟΙΟ, διδασκαλίης χάριν ἁγνῆς,
Εὐσεβίης θηρῶν θῆκε ΘΕΩ τὸ γέρας.

Donum TERMESSI, *caſtæ inſtitutionis ergo, Pietatis cultor hoc* DEO *præmium dedicauit.* Haud alius nempe, ut videtur, ille *Termeſſi* Deus, quam hic *Solymus* Heros eius loci. Ex ſuperioris nummi fide præterea, aliorumque eiuſdem loci, quales vidiſſe memini, inſcriptos itidem TEPMHΣΣΕΩN emendare licet corruptum vulgo TERMESSI Lyciæ, ſeu iuxta alios Cariæ, vel Piſidiæ, urbis apud varios Auctores nomen: quemadmodum apud hunc ipſum Strabonem, cui indicato loco recte Τερμησὸς, alibi male [a] Τερμεσσὸν tum inſuper apud [b] Pauſaniam, Τερμισσεῖς· [c] Stephanum, Τερμισσὸς· [d] Polybium vero, Τελμισσῶν· [e] Arrianum, Τελμισσεύς & Τελμισσεῖς· [f] Ariſtidem, Τελμισσίων· [g] Gregorium Theologum, Τελμισσέων. Ex qua poſteriori lectione paſſim a librariis recepta, has voces nempe Τερμησὸς, & Gentile, Τερμησσεύς, in Τελμισσὸς & Τελμισσεύς mutantibus, profectus itidem error, qui Ciceronem & Liuium adhuc obſidet. Cicero quidem: *Tum Caria tota, præcipueque Telmeſſes*; paullo ante *Telmeſſus in Caria eſt.* Liuius autem: *Telmiſſium itidem nominatim, & caſtra Telmiſſium, præter agrum, qui Ptolemæi Telmiſſii fuiſſet.* Item *Rhodiis Lycia data extra eandem Telmiſſum, & caſtra Telmiſſium.* Vera enim huius

a Lib. XIV. p. 666.
b Lib. I. p. 33.
c In Τερμισσός.
d Exc. Legat. XXXVI.
e Exped. Alex. lib. II. cap. 3.
f Serm. Sacr. I. pag. 486.
g Orat. Julian. pag. 100.
De Diuinat. lib. I. cap. 42.
Ibid. cap. 41.
Lib. XXXVII. c. 56.

huius loci scriptura, *Termessus*, non vero *Telmessus*, aut *Telmissus*. Et hæc olim monueram, quum in nuperis ad adductum modo Ciceronis locum in Batauia ante annos aliquot editi adnotatis, vidi hanc meam de illa voce *Termesso*, pro *Telmesso*, aut *Telmisso* emendationem carpi; eique opponi continuo veterum codicum fidem, *quibus*, ut ibi additur, *nequaquam nummos præposuerim*. Quod equidem iudicium, quo iure, quaue fiducia sit ibi prolatum, & quo loco haberi idem debeat, non iam hic tango: & an nummorum, modo sint illi probæ notæ ac indubiæ vetustatis, auctoritas, ut antiqua, incorrupta, authentica, non longe scriptis, quamcumque tandem præferant ætatem, veterum Auctorum libris, non longe præponderet. Mitto quasi non apud alios Auctores, ac proinde in antiquis eorum codicibus, uti indicatis paullo ante apud Strabonem, Pausaniam, Dionysium Periegetem præterea, Stephanum locis, non occurrat cum canina littera vox Τερμησσὲς, seu pro varia librorum scriptura, Τερμισσὲς. Ut proinde quid de hac lepida omnino illius censoris notatione censendum sit, quiuis videat: *potuit ciuibus placuisse canina, sed certe Scriptoribus placuit alia liquida*. Unde probabilius forte iis accessisset Auctoribus, uti Straboni, ac Stephano, idque ad Periegetem notanti Eustathio, & quibus suffragari videtur ad Stephanum doctissimus Holstenius, qui diuersos *Telmissum* & *Termessum* statuunt; illam scilicet Lyciæ vel Cariæ urbem fuisse, hanc vero Pisidiæ; iuxta Liuium autem, ut hoc addam, Pamphyliæ. Quamquam quam confusi fuerint olim earundem vicinarum regionum fines, & quidem inter alias Lyciæ & Cariæ, aliunde liqueat, & monuerit olim Strabo: adde, quod *Lyciam* finire *Telmessus*, sc a qua nempe incipiat Caria, tradant Pomponius Mela, & Plinius. Unde etiam pro iisdem habentur a doctissimo Bocharto, quæ modo *Telmessus*, *Telmissus*, *Telmissenses*, aut *Termissus* & *Termissenses* leguntur hodie apud antiquos Auctores; sed ita, ut propter Phœniciam, unde deducit huius loci & eius incolarum originem, *Telmissum* & *Telmissenses* legendum apud eosdem Scriptores credat, non vero *Termessus* & *Termessenses*. Quod tamen cum aliorum, quos vidimus, veterum Auctorum testimonia; tum vel maxime nummi antiqui & genuini, quos non viderat aut nouerat exstare vir magnus, TEPMHCCEΩN inscripti, omnino redarguunt; ac prout iam similem nummum indicauerat ad Liuium eruditissimus Fuluius. Quibus accedit veteris inscriptionis fides a Sigonio cum alibi, tum ad eundem Liuii locum iam adducta, in qua THERMESSES, vel THERMENSES, & aliquando TERMENSES PISIDIÆ, quod vidit quoque Holstenius, (pro varia nempe & vitiosa subinde in illa ænea Tabula, ut ad eam est quoque adnotatum, earundem vocum scriptura) memorantur; ac prout, ut hoc addam, in antiquis etiam Liuii libris ac editionibus iidem vocantur, & restituendum ibidem credidit Sigonius, *Termenses eo tempore urbem oppugnabant*. Unde dicto apud Ciceronem loco, pro *Telmenses*, leui utique mutatione, *Termenses*, & apud Liuium, sicut in adducta modo inscriptione, ni obstarent nummi, legi forte potuisset; prout *Termeses*, aut *Termenses*, alibi *Termissenses*, venus *Termessenses*, quomodo alibi apud Tullium dicti in Caria Αλαβανδεῖς, cum *Alabandeis*, tum *Alabandenses*, & Cares itidem Μυλασσεῖς, *Mylaseis*, vulgo *Mylasenses*, appellantur. Quibus insuper istud hic addere teneor, ne me velut in manifesto plagii crimine deprehensum traducat quispiam, ut alibi, quo iure autem quamque humaniter factum ab hoc Censore, iam antea vidimus: nempe eiusdem quoque Medicei nummi supra

Not. Jac. Gronouii.

Verr. 859.

Ad Dionys. Alex. v. 859.

Lib. xxxviii. cap. 15.

Lib. xiv. pag. 665.
Lib. i. cap. 24.
Lib. v. cap. 27.
De Colon. Phœn. lib. i. cap. 6.

Ad lib. xxxviii. 15.

Not. ad Steph. p. 320.

Lib. xxxviii. cap. 15.

Lib. xvi. Epist. 65.

a me

à me memorati, cum inſcriptione ΤΕΡΜΗCCΕΩΝ, & loci Heroë CΟΛΥ-ΜΟC, præter alios adhuc e Pyrrhi Ligorii collectionibus ab eo adductos, factam eſſe in Cl. Holſtenii ad Stephanum, quæ ſat multis poſt annis prodierunt, adnotatis, mentionem; tum Græci etiam Epigrammatis, cuius nondum vulgati duos verſus adduxeram; niſi quod pro διδασκαλίης, in iiſdem δικασπολίης legerit Holſtenius. Illud vero Epigramma, prout a me olim eſt editum, & quædam alia nactus olim fueram a doctiſſimo Marquardo Gudio.

Not. & Caſtigat. p. 320.

Sed miſſo hoc *Lyciorum*, aut *Piſidarum*, & a quo *Solymi* ſint hi quoque olim appellati, qui dictus in eorum nummis CΩΛΥΜΟC, Heroë, alii occurrunt Græcarum urbium nummi, in quibus citra ΚΤΙΣΤΟΥ appellationem, aut nomen ipſum Conditoris vel Herois, ſculptæ tamen cernuntur eorum effigies, ad quos illæ natales ſuos inditumque ſibi nomen referebant. Talis in præclaro ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ ſeu *Alabandi* in Caria nummo, depictus loci Heros & Conditor ALABANDUS, de quo inter alia Cicero, & cuius ea de re locum adtulit iam eruditiſſimus Harduinus: *Alabandenſes quidem* ALABANDUM *ſanctius colunt, a quo eſt urbs illa condita, quam quemquam nobilium Deorum.*

Num. Urb. Ill. pag. 25. De Natur. Deor. lib. III. cap. 19.

3. *De conſecratis Urbium* Conditoribus.

Cuius proinde rei, ſeu Conditores illos in nummis earundem urbium conſignandi ea fuit equidem ratio, quam adtigit dictis de *Alabandenſibus* verbis Tullius; quod id genus ΚΤΙΣΤΑΙ, ceu totidem Heroes ac Dii, Templis inde, Statuis, Agonibus, ſeu anniuerſariis ſacris ac honoribus, coli ab iiſdem urbibus, ut de *Teiis* & *Abderitis* paullo ante Herodotus ac Philoſtratus, mos eſſet. Adeo etiam ut antiquiſſima hæc & prima quidem, ut mihi videtur, cauſſa Apotheoſeos, vel τῶν Ἡρωϊκῶν τιμῶν *cultus Heroici* exſtiterit. Unde ſæpe, ut alios mittam, Diodorus, diuinos aut heroicos honores huic vel illi tributos docet, ὡς Κτίσῃ, *ut Conditori*; ſicut primo [a] *Hierenı* a Catinenſibus Siculis; [b] *Demetrio* a Sicyoniis, urbe eorum in opportuniorum locum ab illo tranſlata; & quos diuinos honores [c] *Tenni*, ut de eo quoque [d] Cicero, a Tenediis habitos alibi memorat. Quod ab aliis, ut [e] Herodoto, ὡς Οἰκιστῇ ſeu tanquam Coloniæ vel nouorum incolarum deductori, tributum ſimiliter dicitur; ut de *Miltiade* in Cherſoneſo: [f] καὶ οἱ τελευτήσαντι χρεσνῖται θύουσι, ΩΣ Ο ΝΟΜΟΣ, ΟΙΚΙΣΤΗ, καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τε καὶ γυμνικὸν ἐπιτελέουσι, *cui defuncto Cherſonitæ*, UT MOS EST, CONDITORI *ſacrificant, certamenque equeſtre & gymnicum ſtatuto tempore celebrant.* Neque aliter de *Braſida* Lacedæmoniorum duce, ab Amphipolitis in Macedonia, ob urbem eorum ſeruatam, culto, Thucydides: ΩΣ ΗΡΩΙ ΤΕ ἐντίμωσι, καὶ τιμὰς δεδώκασιν, ἀγῶνας, καὶ ἐπετείους θυσίας, καὶ τὴν ἀποικίαν ΩΣ ΟΙΚΙΣΤΗ προσετίθεσαν, UT HEROI *parentarunt, & honores largiti ſunt, certamina & ſacrificia anniuerſaria, coloniam etiam ipſi* UT CONDITORI *adtribuerunt.* Sic de *Autolyco* apud Sinopenſes Strabo: ὃν ἐκεῖνοι ΟΙΚΙΣΤΗΝ ἐνόμιζον, καὶ ἐτίμων ΩΣ ΘΕΟΝ, *quem illi pro* CONDITORE *habent, & colunt* UT DEUM; ac ſimiliter de *Thera* apud Inſulares Theræos Pauſanias: καὶ ἔτι Θηραῖοι τὸν ἐπώνυμον ΩΣ ΟΙΚΙΣΤΗ, *& cui etiamnum Theræi* UT CONDITORI, *quotannis parentant.* Adde more Græcorum ea in re loquentem Juſtinum: *Jaſoni totus ferme Oriens* UT CONDITORI (ὡς Κτίσῃ nempe, ſeu ὡς Οἰκιστῇ) *diuinos honores templaque conſtituit*: ac de *Conſtantino* ſimiliter Aurelius Victor: *hinc* PRO CONDITORE

[a] Lib. XII. pag. 196.
[b] Lib. XX. pag. 286.
[c] Lib. V. pag. 240.
[d] De Nat. Deor. lib. III. cap. 15.
[e] Lib VI. c. 38.
Lib. V. §. 11.
Lib. XII. pag. 546.
Lib. III. pag. 200.
Lib. XLII. c. 3.
De Cæſarib. c. XLI.

ſeu DEO *habitus.* Unde illud Herculis ad Theſeum apud Senecam:

Hercul. Fur. v. 915. &c.

Tu CONDITORES *urbis, & ſilueſtria*
Trucis antra Zethi, nobili Dircen aqua,
Laremque Regis aduena Tyrium COLES,

nempe *Cadmi* Thebarum conditoris. Magnum quid & ſingulare ſcilicet antiquiſſimis temporibus habitum, urbem condere; ſeu diſperſæ antea, nec in unam adhuc ſocietatem coalitæ multitudini; aut aduerſus incurſiones atque impetus beſtiarum, ut de condendarum urbium origine Lactantius, vel prædonum haud ſat tutæ, certam, ſtabilem, ac ſecuram deinceps ſedem conſtituere. Ut proinde adpoſite admodum, prout ſolet, Maro, tanquam cœleſte quoddam ſupremi numinis beneficium, *Didoni*, condendæ nempe Carthaginis indultum dixerit:

Inſtit. lib. VI. cap. 10.

Æneid. I. v. 22.

O Regina, nouam cui CONDERE *Iuppiter* URBEM:

ac inde de ea a Carthaginienſibus culta Juſtinus; *quamdiu Carthago inuicta fuit, pro* DEA *culta eſt*; de Janiculo autem alibi Virgilius:

Lib. XVIII. cap. 6.

Æn. VIII. 317.

Hanc Janus Pater, hanc Saturnus CONDIDIT URBEM:

ac Horatius ſimiliter de *Romulo, Libero Patre,* & *Caſtoribus*:

Lib. II. Epiſt. I. v. 6. &c.

Poſt ingentia facta, Deorum in templa recepti;
Dum terras hominumque colunt genus, aſpera bella
Componunt, agros adſignant, OPPIDA CONDUNT.

Orat. XXXIII. p. 394.

Quomodo nempe *Tarſenſes* laudat Dio Chryſoſtomus, quod auctores habuerint Heroas ac Semi-Deos, *Perſeum* nempe, & *Herculem*: prout de *Perſeo* in veteri Epigrammate legitur:

Anthob. lib. I. cap. I. Ep. 3.

ΠΕΡΣΕΑ σὸν ΚΤΙΣΤΗΝ, ΤΑΡΣΕ, Κίλισσα πόλι·
Perſea tuum CONDITOREM, TARSE, *urbs Ciliciæ*;

Lib. 3. v. 225.

ac unde apud Lucanum, *Perſea Tarſos* eadem eadem urbs dicitur. Quam ſingularem etiam NICÆÆ laudem exſtitiſſe, quod Deos ac Heroas habuerit Conditores, alibi

Orat. XXXIX. pag. 485.

celebrat idem Orator, & quibus etiam adnumerandus *Alexander Magnus*, fide rurſus veterum & inſignium illius urbis nummorum, in quibus legitur

Regin. Chriſtin.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΝΕΙΚΑΙΕΙΣ, *Alexnadrum Nicæenſes*; aut ΑΛΕΞΑΝΔΕΡ ΜΕΓΑΣ ΝΙΚ. *Alexander Magnus Nitæenſium*, in nummo M. Aurelii Regiæ Gallorum Gazæ.

Ηρώτη τῆς Ασίας καλλεί καὶ μεγέθει Marm. Oxon. p. 47.

Quo loco alterius quoque & *Aſiæ* quidem, ut in antiquis eius nummorum & inſcriptionum monumentis dicitur, *Pulchritudine Et Magnitudine Primæ*, SMYRNÆ nempe, alter poſt Theſeum Conditor habitus idem ALEXANDER, eiuſque rei memoria in præclaris omnino & ſingularibus illius urbis nummis conſignata itidem cernitur. Id utique de hoc Heroe haud uno loco a Smyrnæo Rhetore traditur, [a] a Theſeo quidem eam urbem primum conditam; ab Alexandro vero in eam formam, qualis ſuo æuo exſtabat, productam ſeu amplificatam fuiſſe; immo eum ad id præſtandum [b] ſomnio quodam fuiſſe inductum. Quod autem plenius aliquantum enarrat [c] Pauſanias; nempe Alexandrum M. ſub Platano dormientem, a Nemeſibus in ſomno monitum, ut urbem ibi conderet vel amplificaret. Cuius autem rei præclarus etiamnum index, & qui rem eam nobis hodie ante oculos ponit, nummus omnino eximius, & e maximorum, vulgo *Medaglioni*, genere, qui Gazam Gallorum Regiam exornant, ſub Gordiano cuſus, qui eam, quam ex adducto Pauſania loco lucem mutuatur, eidem cum fœnore rependit. In eo quippe ſpectatur Heros ille Pellæus ſub Platano recumbens, capite ſupra Clypeum

a Ariſtid. Palinod. pag. 463. 470. T. I.

b Ἀλεξάνδρου μὲν οὖν ὄνος ἐδόκει, προσέμενον τῆς καλλιχόρου ἔχειν Ibid. p. 464.

c Lib. VIII. pag. 414.

peum prono, retro Galea, dextra autem ad Platanum extenſa, ante duæ Nemeſes ſtantes (*Tutelares*, ut aliunde notum, ſeu κληδοῦχοι τῆς πόλεως, ut eas alibi vocat Ariſtides) Smyrnæorum Deæ, ſceptro in ſiniſtra manu armatæ, & inſcriptio: CMYPNAIΩN Τ. ΝΕΩ. ΕΠΙ ΤΕΡΤΙΟΥ. ΑCΙΑΡΧΟΥ, *Smyrnæorum Ter Neocororum Sub Tertio Aſiarcha.* Cuius præclari cæteroquin nummi meminiſſe videtur, ſed ita obiter, ita parum ad nummi ipſius vel fidem, vel lucem, & iis quidem verbis vir cæteroquin pereruditus, quæ ab eo haud viſum tum eundem facile arguunt; nulla utique Alexandri in eo recumbentis, & ex Pauſania vel ex Ariſtide adducta inſignis illius nummi explicatione. Quum vero non tractandi ſolum aliquoties, dum ante complures annos in eadem Regia publico nomine agerem, ſed æri etiam, iuxta alios eiuſdem Gazæ & magnitudinis nummos, ibidem inciſum nanciſci felicitas mihi contigiſſet; hinc idem quoque Diatribæ cuidam meæ de *Smyrna Amazone* aliiſque eius urbis inſignibus, quam alteri vulgatæ de *Veſta* & *Prytanibus* in Smyrnæorum nummo, cuius illa eſſet quaſi appendix, addere conſtitueram, inſertus pridem a me fuerat ac illuſtratus. Accidit interea, ut poſt meum ſuperiorem e Gallia diſceſſum, vulgata ſit in eius metropoli eximii & amiciſſimi Nicaſii inſcripta mihi de nummo Pantheo Diſſertatio; in qua præter præclara inſerta ibi cimelia, inter prima occurrit mihi inſignis nec antea notus Antinoi nummus Colbertini Cimeliarchii, apud Smyrnæos cuſus, cum iiſdem plane, quæ in memorato modo Gordiani nummo, recumbentis nempe ſub Platano Alexandri, & ſtantium ante duarum Nemeſeeon iconibus. Quorum autem duorum, inſignium! omnino nummorum ectypa continuo hic adſpiciet Lector; quod ea ad rem, de qua hic agimus, plurimum faciant, nempe ſplendidiſſimarum olim urbium Conditores ex iis demonſtrandi ac illuſtrandi; tum quod haud omnibus pateant, ubi iidem hactenus conſpiciuntur, libri vel inciſæ eorum icones.

Palinod. pag. 471.

Hard. Num. Urb. Ill. pag. 469.



E quibus utique præclaris nobiliſſimæ urbis monumentis, haud vana eſſe continuo liquet; quæ de *Alexandro* vel Conditore, vel Reſtitutore, ſeu Amplificatore potius Smyrnæ, ex Pauſania, quem viderat quoque eam in rem Nicaſius, & Ariſtide præterea, modo adtuli. Quibus accedat inſuper eximius quidam nummus, Romæ olim a me obiter, apud illuſtrem Franciſcum Gottifredi, elegantiæ huius tum in urbe principem, viſus, cum epigraphe ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΑΛΕΞ. *Smyrnæorum Alexander*; urbis nempe Conditor vel Reſtaurator, uti idem in adductis paullo ante *Nicæenſium* nummis, ſignatur. Quomodo etiam idem Pellæus Heros *Apolloniæ* in Caria *Conditor* dicitur in veteri illius urbis nummo, paullo ante obiter a nobis memorato; quem in eximii Morelli ſchedis eleganter delineatum olim vidimus, & viderat quoque qui illius meminit, eruditiſſimus Harduinus, in cuius autem, ut id nunc addam, prio-

Num. Urb. Ill. pag. 62.

priori parte legitur, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, *Apolloniatarum Pergæorum Concordia.* Qua ratione proinde factum, ut sicut inter alia statuis & simulacris, ita perennibus quoque ad posterorum memoriam nummorum monumentis, insculpta occurrant id genus veterum Conditorum nomina & effigies. Mitto iam *Traiano* inscriptionem a *Lyttiis* Cretensibus dicatam, & quidem ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΚΤΙΣΤΗ, *Orbis* scilicet *Conditori.* Unde etiam illam ΚΤΙΣΤΟΥ, ut peculiarem quandam, & quæ heroicos simul ac diuinos honores complecteretur, laudem Imperatoribus subinde ab urbibus, ob singulare aliquod beneficium in eas collatum, uti *Augusto* supra in *Teiorum* nummo, tribui videas; ac in antiquis etiam marmoribus: ut ΑΒΥΔΗΝΟΙ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΣΩΤΗΡΑ ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΝ, *Abydeni Seruatorem Suum Et Conditorem:* alibi a *Smyrnæis* apud eundem [a] Sponium, ac in [b] Marmoribus Oxonienſibus, ΑΔΡΙΑΝΩ ΟΛΥΜΠΙΩ ΣΩΤΗΡΙ ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗ, *Hadriano Olympio Seruatori Et Conditori*; *Antonino* autem *Caracallæ Thyatiris* in Lydia, ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΚΤΙCΤΗΝ, *Et Urbis Conditorem.* Ii vero non Κτίσαι solum, sed Κτίσορες etiam dicti, ut apud Euripidem de Jone:

Inscr. Grut. MLXXXIV. 2.

Spon. Voyag. p. 43. Tom. III. P. II.

a Idem pag 44.

b Pag. 291. P. II.

Voyag. de Spon p. 119. Tom. III. P. I.

In Jone v. 74.

Ἴωνα δ' αὐτον Κτίσορ' Ασιάδος χθονός.

Ipsum autem Jonem, Conditorem terræ Asiaticæ; & apud Clementem Alexandrinum, Diphilus; alibi quoque Ἀρχηγέται, ut non apud Auctores solum, sed in nummis etiam quandoque, uti apud Parutam; ac prout *Auctores* a Romanis subinde dicti, uti e Suetonio, Solino, Justino, & Ammiano Marcellino monuit iam doctissimus Valesius, & quibus addi poterat illud Maronis: *& Troiæ Cynthius auctor*; ac inde alicubi, ut viderunt ibi ad Maronem viri docti, Horatius: *Ter si resurgat murus aheneus*, AUCTORE *Phœbo*; ut haud opus sit utique pro *Auctore Phœbo*, ibi *Ductore Phœbo*, reponere; postremum istud tamen non improbante eruditissimo amicissimoque Dacerio in Gallicis ad Horatium adnotatis. Quam rem autem nos ultro ad arbitrium referimus viri doctrina & ingenio excellentis ac vere κεκτικωτάτου, Richardi Bentleii, in nouis illis ac eruditissimis, ut omnino licet statuere, quæ sub prælo sudant, ad Venusinum illum vatem emendationibus.

Strom. lib. v. pag. 611.

Strabo lib. x. p. 465.

Aristid. Gratul. Smyrn. pag. 473.

Not. ad Ammian. lib. xxviii cap. 1.

Georg. III. 36.

Lib. III. Od. III. cap. 65.

II.

Communia COLONIARUM INSIGNIA *cum* ANTIQUA *earum* PATRIA *in Nummis.*

Aliud quoque, & obuium quidem, priscæ Urbium id genus ORIGINIS, seu a quibus conditæ primum eædem fuerint, aut nouis colonis, veteribus ferme expulsis, frequentatæ documentum suppeditant, eadem cum MATRIBUS suis, seu cum [a] ANTIQUA vel [b] MAIORE PATRIA, ut hæ subinde sunt appellatæ, communia utrisque in vetustis earum nummis SYMBOLA vel INSIGNIA. Quod subinde in hoc opere, id exigente, de quo ibi agebatur, argumento, adtingere obiter, & commemorare mihi iam incubuit; nunc autem aliquanto plenius & accuratius enarrandum hic venit ac illustrandum. Quam in rem cæteroquin, præclara quædam & singularia ex Auctoribus antiquis, & qua de re postea, erudite congessit ac adnotauit ad Polybii Excerpta a se vulgata doctissimus Valesius.

a Liuius lib. XXVII. cap. 9. Silius Ital. lib. XV. v. 160.

b Curtius lib. IV. cap. 4.

Id

Id equidem ſolemni more receptum antiquitus conſtat, ut omnia ſua decora ac præſidia ab *Originibus* ſuis ſeu *Metropolibus*, pro antiqua & primæua huius vocis acceptione, adſumerent ac retinerent conditæ ſiue deductæ ab iis Urbes vel Coloniæ: puta *Linguam, Sacra, Sacrorum Ritus*, & *Antiſtites, Feſta, Leges, Magiſtratus, Veſtitum, Habitum, Mores*:

Antiquæ morem patriæ, cultumque, habitumque, Lib. xv. v. 171.
Phocais armiſonas inter tenet hoſpita gentes:

ut de *Maſſilia*, Phocæenſium colonia, ait Silius Italicus: ac ſimiliter de eadem Rhodii apud Liuium: *non enim ſonum modo linguæ, veſtitumque, & habitum: ſed ante omnia mores, & leges, & ingenium ſincerum integrumque a contagione accolarum ſeruarunt.* Quibus adde locorum id genus *Symbola* vel *Inſignia*: quæ nempe ſingula totidem exſtarent conſtantis ac perpetuæ liberorum erga Parentes ſuos & Conditores, ut a Græcis Romaniſque Scriptoribus vocantur, cultus, fidei, & obſequii monumenta. Ita *Carthaginem*, ait Lib. xxxvii. c. 54. alicubi [c] Curtius, *Tyrii condiderunt, ſemper Parentum loco culti*; immo unde Coloniæ nullum Patrem aut Matrem haberi debere auctor eſt alicubi Plato, Lib. in cap. 2. De Legib. lib. VI. pag. 754. præter Urbem, a qua Colonia ſit condita. Quarum autem rerum, præter luculenta apud antiquos Auctores, teſtimonia, clariſſima inſuper ac indubitatæ fidei argumenta ſubminiſtrant veteres, ac Græci potiſſimum, nummi; in quibus pleraque illa, quæ modo adtigimus, conſignata reperiuntur: ac unde licet de *Origine* ſeu genitali id genus locorum ſolo, ubi aliunde etiam id non conſtat, certo continuo ſtatuere. Quomodo nempe ſignatum in *Corcyræorum*, ac in Sicilia, *Syracuſanorum*, & *Hennæ* nummis PEGASUM; in aliarum eiuſdem Siciliæ urbium *Gelæ*, *Tauromini*, *Agyrinæ*, *Entellæ*, aliiſque MINOTAURUM; *Megaræ* itidem Siculæ, NOCTUAM; Conditores ac Parentes earundem ciuitatum exſtitiſſe *Corinthios*, *Cretenſes*, & *Athenienſes*, e ſimilibus apud hoſce nummorum inſignibus, quę veterum Auctorum fidem ea in re adſerant, iam ante vidimus. De colonia equidem *Syracuſas* a *Corinthiis* deducta, & quod inde PEGASI petitum ſit prioris illius urbis in eius nummis inſigne, ut in re obuia, id tantum dicam; vel inde adſtrui, quod a Syracuſano vate alicubi dicitur: Κορίνθιοι ἡμὲς ἄνωθεν, *Corinthii ſumus ab antiquo*: ducem præterea & tempus deductę nobilis illius Colonię, ſignari in pręclaro illo ac vetuſto Oxonienſi Chronico. Unde minus accurate a viro erudito ideo ſculptus in *Corcyræorum* nummis Pegaſus, *Corinthiorum fere*, ut ibi dicitur, *inſigne*, quod *Corcyræi Corinthiique fuerint ſocii*: quum *Corcyræi* omnino *Corinthiorum* coloni eſſent, ut id haud uno loco docet Thucydides; eaque proinde ratio foret ſignati ſubinde, Coloniarum more, in *Corcyræorum* nummis *Corinthiorum* inſignis *Pegaſi*. Quæ ratio itidem ſtatuenda eſt, cur, ut præterea obſeruo, ſculpti ſint quoque in aliquot *Ambraciotarum* in Epiro nummis *Pegaſi*: *Ambracia* enim *Corinthiorum* colonia apud [a] Dicæarchum & [b] Scymnum Chium traditur. De MINOTAURO autem, qui præter commemoratas Siculas aliquot urbes, quæ Cretenſem inde earundem originem arguunt, idem quoque in aliis Græcarum urbium aut populorum nummis, ut dictorum modo *Ambraciotarum*, *Acarnanum*, & Magnæ Græciæ *Neapolitarum*, aliiſque ſignatus, Cretenſium coloniis, etiamſi id alitunde non conſtaret, frequentata eadem loca omnino comprobat. Quod ad Catullum quoque de hoc *Minotauro*, & Cretenſium id genus Coloniis, a viro excellenti doctrina & ingenio Iſ. Voſſio monitum lubens video; immo ut Theocr. Idyll. xv. v. 91. Epoch. xxii. p. 147. Hard. Num. Urb. Ill. p. 257. Lib. i. §. 25 & lib. vi. §. 17. a Status Græc. v. 25. b Periegeſ. v. 42. Obſerv. p. 205.

ubi deſunt hic hiſtoriæ, earum rerum indicium e nummis petendum ibidem agnoſcat. Quod viri doctiſſimi ea de re iudicium eo forte pluris hic faciendum, ceu ad hoc nullo peculiari nummorum veterum utilitatem prędicandi demonſtrandiue conſilio inducti. NOCTUA vero, quæ pręter memoratam iam ante *Megaram*, in *Camarinæ*, Siculæ itidem urbis, nummo eſt expreſſa, eius conditores Athenienſes ſimiliter arguere videtur; ac unde a Pindaro ut urbis illius tutelare numen Pallas, ſingulari religione ibidem culta, & in ea Deæ illius inſigne exſtituſſe dicitur. De *Lebedo* vero Jonica urbe, id obiter antea indicaueram, ſignatam in eius nummo *Noctuam*, deductam quoque Athenis illius urbis originem continuo indicare. Pręter adductum iam a Triſtano horum ΑΕΒΕΔΙΩΝ in Caracalla nummum cum *Noctua*, exſtat alius quoque in Gaza Gallorum Regia ſingularis & antiquior, de quo paullo poſt, qui idem quoque luculenter adſtruit. Sic *Lepus Rheginorum*, iuxta Pollucem, uti in ſuperiore Diſſertatione vidimus, inſigne; qui paſſim hodie in Meſſanæ, in aduerſo Siculi freti latere poſitæ, nummis viſitur: a quibus autem *Meſſeniis* una cum Chalcidenſibus conditum fuit, ut id docet Strabo, Rhegium. Adde Vaccam cum lactente vitulo in *Apolloniatarum* ac *Dyrrachienſium* in Epiro nummis, quod nempe *Corcyræorum* coloni iidem forent; in quorum nummis, uti videre eſt apud Goltzium, & cuiuſmodi paſſim adhuc proſtant in veterum nummorum Theſauris vel thecis, idem quoque Vaccæ vitulum lactantis typus cernitur. De *Dyrrachienſibus* equidem, qui olim *Epidamnii* appellati, *Corcyræorum* colonis, præter antiquos Geographos, [a] Scymnum Chium, & [b] Strabonem, qui hanc urbem a *Corcyræis* conditam tradunt, dixerat iam ante Thucydides; qui ab *Epidamniis* (ſeu *Dyrrachienſibus*,) Coloniarum more, legatos *Corcyram*, ὡς μητρόπολιν ὄσαι, *tanquam eorum matrem*, auxilia ab iis peterent, miſſos refert. *Apolloniam* vero, non *Corcyræorum* quidem, ſed *Corinthiorum* coloniam vocat mox ibidem Thucydides, ac ſimiliter Plinius; quæ autem a dictis modo Geographis, Scymno Chio, & Strabone, ut ad Plinium vidit iam Harduinus, a *Corcyræis* iuxta & *Corinthiis* condita dicitur: nempe

Olymp. v. v. 23. Καὶ Ἀθήναιον ἐπίσημον ἐν Καμαρίνᾳ. Schol. Pindar. Ibidem. Tom. II. pag. 219.

Lib. IX. cap 6.

Lib. VI. pag. 257.

a Periegeſ. v. 434.

b Lib. VII. p. 316.

Lib. I. §. 25.

Lib. III. c. 23.

Not. Ibid.

Κορινθίων Κερκυραίων τε ἡ κτίσις.

Scymn. Chius Perieg. v. 439. Lib. VII. pag. 316.

Corinthiorum Corcyræorumque opus: & a Strabone ſimiliter, κτίσμα Κορινθίων καὶ Κερκυραίων, *a Corinthiis & Corcyræis condita*. Immo, ut hoc addam, in quam *Apolloniam* a *Corcyræis* coloniam demum deductam tradit Pauſanias; ſed ita ut prædæ participes fuerint Corinthii: eo iure nempe, quod ipſi Corcyræorum, ut modo vidimus, parentes forent ſeu conditores. Adde, quod pro more accerſitus foret *Corintho*, ut metropoli, ſeu antiqua patria, dux illius deductæ a *Corcyræis* ad condendam Epidamnum Coloniæ, quod tradit dictis ſupra locis Thucydides; idque, ut continuo ſubdit, (nec id fugit, ubi hos Coloniarum ritus tangit, & de quo paullo poſt, doctiſſimus Valeſius) κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον, *priſco more ac inſtituto*. Qua ratione proinde factum, ut Auctores deductarum Coloniarum. *Parentes* earundem, ut ſubinde leguntur appellati, dici ac haberi vellent, ſeu *Matres* vel *Metropoles*: ſicut id de iiſdem Corinthiis, qui Epidamnum Coloniam ſuam non minus ducerent, quam Corcyræi, docet quoque Thucydides. Quamquam poticra ſibi ea in re iura vindicarent illæ urbes, a quibus miſſi erant Coloni; ac inde deditam Corinthiis coloniam ab Epidamniis, (qui poſtea Dyrrachienſes) ægre tuliſſe Corcyræos idem refert. Unde etiam *Corcyram*, pro antiqua patria ab *Apolloniatis*

Lib. II. §. 24.

Ibidem. §. 25.

Ibidem §. 26.

niatis præ *Corinthiis* habitam, adſtruunt omnino eorundem *Apolloniatarum* nummi, cum iiſdem prorſus, qui in aliquot *Corcyræorum* nummis etiamnum conſpiciuntur, typis; nuſpiam vero hactenus cum proprio *Corinthiorum* inſigni, *Pegaſo*. Ad quarum autem rerum præſtandam continuo hic fidem, & quod nihil in iis viderit Goltzii interpres Nonnius, adducemus *Corcyræorum*, *Dyrrachienſium*, & *Apolloniatarum* nummos, qui eadem omnino inſignia in utraque nummi area, ut ex primo eorum obtutu liquebit, oſtentant: duorum nempe poſteriorum, ſolito Coloniarum more, iuxta nota conditorum ſuorum *Corcyræorum* inſignia.



È quibus autem abunde iam, ut opinor conſtat, (neque enim hiſce immorari diutius, argumenti, quod hoc opere expendimus, varietas & amplitudo patitur) quantum e collatione veterum id genus inter ſe nummorum; eorumque, quæ in iis conſpiciuntur, *Inſignium* & *Symbolorum*, ad eruendas locorum id genus origines, lucis continuo eruatur. Unde id præterea, & quod eam in rem obiter hic addendum eſt, itidem liquet, cur in Romanarum quoque Coloniarum nummis, ſignata vulgo occurrat *Lupa* cum *gemellis*; ad denotandam nempe, recepto pridem Coloniarum apud Græcos Aſiaticos ac Europæos inſtituto, ut originis ſuæ memoriam id genus monumentis conſignarent, atque ita ſe Roma ortas ſeu *Romana origine*, ut ſimili in re Taci- Annal. 11. c 54.
tus, *venerandas* teſtarentur. Quod utique ab *Antiochenſibus* Piſidiæ, *Patrenſibus* Achaiæ, *Germenis* Galatiæ, *Philippenſibus* Macedoniæ, *Damaſcenis* in Syria vel Phœnice, *Carthaginienſibus* in Africa, aliiſque factum, e ſuperſtitibus adhuc eorum, quique bono harum litterarum fato conſuli poſſunt, nummis, & quæ ad Romanas maxime antiquitates adtinent, iam conſtat. Haud aliter nempe *Antiochiæ*, Syriæ ſeu Orientis Metropoli, ſupra portam urbis O- J. Vaillant. nummi Coloniar. ſub Imperat.
rientalem, & poſtea ſupra alteram a Tiberio exſtructam, ſculptam itidem Lupam cum gemellis docet Jo. Malelà in Chronico haud ita pridem edito; at- Chronogr. p. 303.
que inde, ut ſcirent poſteri, ὅτι Ρωμαίων ἐστὶ τὸ κτίσμα, *quòd eſſet illud Romanorum opus*. Quomodo inſuper *Sus fœta*, ad indicandam primam originem, quodque *Albæ*, quæ ipſius Romæ fuit antiqua mater, exſtitit dein inſigne, ſculpta quoque cernitur in præclaro Romanorum nummo, Gazæ Gallorum Regiæ, & e maximorum genere, qui ſub Antonino Pio eſt percuſſus, cum expreſſa ibidem Æneæ in Italiam aduentus memoria. Ibidem p. 360.

III. *In*

III.

Eorundem NUMINUM & SACRORUM, *quæ antiquæ Patriæ, conſpectus in nummis.*

Exſtat vero aliud inſuper ac inſigne antiquæ Urbium ORIGINIS in priſcis earum nummis documentum, eruditis Antiquariis notum iam & compertum; eorundem nempe DEORUM loci Præſidum, & SACRORUM, quæ in antiqua Patria obtinebant, in iis conſpectus. Illa equidem fuit conditarum olim Urbium, aut deductarum in eas Coloniarum ratio, ut præter alia, quæ obiter ſupra adtigimus, Sacra in primis patria (quod monuit iam ad Polybium & qua de re ante, doctiſſimus Valeſius) quæque ad eorum cultum ac cæremonias adtinent, in nouas illas Urbes vel Colonias tranſportarent ciues illi aduenæ & coloni. Hinc primo loco hic commemorandi *Præſides* ac *Tutelares* Conditorum ſuorum *Dii*; quorum nempe ſimulacra, nomina, & cultum, eandem etiam dicatarum iis Ædium formam, iidem coloni conſtanter ac religioſe conſeruabant. Unde grauiſſimus Auctor Polybius, JOVIS ATABYRII fanum apud *Agrigentinos*, ſicut apud *Rhodum* exſtare obſer-

Lib. IX. cap 21. uat; additaque eius rei cauſſa: *quum enim Rhodiorum colonia ſit Agrigentum, merito* HIC DEUS EODEM NOMINE *in ea colitur, ſicut apud Rhodios:* τὸν δὲ Ἀκραγαντῖνον τὸν ἐν Ῥόδῳ ἀπῳκισμένοις, ΕΙΚΟΤΩΣ Ο ΘΕΟΣ ΟΥΤΟΣ ΤΗΝ ΑΥΤΗΝ ΕΧΕΙ ΠΡΟΣΗΓΟΡΙΑΝ, ὡσὰν καὶ τοῖς Ῥοδίοις. Cuius autem *Jouis*

Olymp. Od. v. v. 160. apud Rhodios *Atabyrii* mentio fit quoque apud Pindarum, ubi de Inſula Rhodo ei ſermo. Quem proinde communem *Rhodiis* conditoribus & *Agrigentinis* JOVEM ATABYRIUM ſignatum licet ſtatuere in iis AGRI-

a Sicilia Parutæ Tab. 70. n. 21. & in Cimel. Medice. GENTINORUM nummis, qui hinc [a] Jouis barbatum & laureatum caput, illinc Aquilam fulmini inſiſtentem; aut eundem [b] Jouem ſedentem dex-

b Parut. Tab. 69. n. 15. tra Aquilam, ſiniſtra Haſtam tenentem exhibent. Neque aliter Strabo magnum cognationis, quæ inter *Teneatas* & *Tenedios* exſtiterit argumentum col-

Lib. VIII. p. 180. ligit, ſimilem Apollinis apud utroſque cultum. Plura vero eius rei & illuſtria quidem exempla ſuppeditat Dionyſius Halicarnaſſenſis; ut quum *Argiuos* variarum in Italia urbium conditores exſtitiſſe colligit, neque ſolum ex

Antiq. lib. I. pag. 17. eodem armorum ornatu, Argolicis clypeis, haſtis; ſed ex eadem inſuper Templorum ædificandorum ratione, Deorum ſacellis, expiationibus, ſacrificiis: ac potiſſimum e Junonis templo Phalerei, ad *Argiui* ſimilitudinem extructo, iiſdem ſacrorum ritibus, virginie κανηφόρῳ, ac ſimilibus. Sic alibi viciſſim, *Tyrrhenos* negat *Lydorum*, ut multis videbatur, colonos exſtitiſſe, ac inter alia quidem, quod *nec eoſdem Deos haberent, quos Lydi colunt,* ὅτε γὰρ

Ibidem. p. 23. Θεοὺς Λυδοῖς τοὺς αὐτοὺς νομίζουσι. At vero *Arcadas* in Italiam veniſſe, ubi is ea

Ibidem p. 26. de re agit, vel e fanis, aris, Deorum ſimulacris, expiationibus, & ſacrificiis, quæ iidem in ea erexerint vel conſtituerint, conſtare adſerit; quæque ſua adhuc ætate documenta eſſent eius rei manifeſta. Unde is ceriſſimum quoque *Æneæ* ac *Troianorum* in Italiam aduentus, cui fidem alii vellent abrogare,

Ibidem pag. 54 argumentum ſtatuit, aduectos ab iis & adhuc Romæ cultos Penates, Palla-

56. dem quoque, ac Romanorum Sacrificia & Feſta.

Qua

Qua ratione proinde factum haud ignoras, ut quum recepto apud veteres Græcos Aſiaticos vel Europæos more, publicis nummorum apud eos monumentis, Deorum ſeu ſimulacrorum, quæ iidem colerent, effigies; nomina etiam ſubinde, ut de *Ioue Atabyrio* apud Rhodios & Agrigentinos e Polybio modo vidimus, dicata iis Templa, Sacrificia, Victimæ, ſacrorum Inſtrumenta, ſeu Pontifices crebro conſignarentur; inde etiam de variarum urbium *Origine*, earumue Conditoribus, qui illa inuexerint, liceat continuo ſtatuere. Exſtat apud Goltzium & Parutam nummus, in quo hinc Palladis galeatum caput, cum litteris ΑΘΗ. ΧΑΛΚ, illinc Hercules Leonem ſuffocans, infra Arcus & Claua, & nomen, ΗΡΑΚΛΗΤΩΝ. Quem autem nummum ad Siciliæ *Heracleam* iidem referunt; Harduinus vero ad Acarnaniæ dictam eodem nomine *Heracleam*. Signatur vero in eo nummo, ut iam viderat Goltzius, ΑΘΗΝΗ ΧΑΛΧΙΟΙΚΟΣ, *Minerua Chalcioecos*, Lacedæmoniorum, ut ex Auctoribus antiquis liquet, Tutelaris Dea; ac prout a Spartana Helena, ut hoc addam, dicitur apud Euripidem, *χαλκίοικον ὡς Ἀθάνας μόλωμι', Ad Chalcioecum Mineruam proficiſcar*; & apud Ariſtophanem, Senum Laconum Chorus, inuocat Amyclæum Apollinem, *Chalcioecum Mineruam*, & Dioſcuros, Spartana nempe numina; ſed ubi imperite omnino, *ἐς χαλκίοικον Ἀθάνας*, per *æreas Athenas*, ab interprete redditur. Quum vero alia eo nomine *Heraclea*, nempe quæ *Trachin* ſeu *Trachiniæ*, aut ab Oeta monte, ſub quo illa erat ſita, dicitur, conditores habuerit, iuxta [a] Thucydidem ac [b] Strabonem, Lacedæmonios; hinc ad eandem *Heracleam* referri idem nummus videretur: in quo nempe pro more, quem diximus, Coloniarum, Spartana Dea ibidem culta ſignaretur. Quamquam obſtare continuo poſſit, quod Ἡρακλεῶται, non, ut in adducto illo nummo, ΗΡΑΚΛΗΤΑΙ, dicantur illi *Heraclienſes Trachinii* apud eundem Thucydidem alioſque, ac in nummis inſuper ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ-ΤΡΑΧ. Unde nihil obſtare videtur, ut Siculæ *Heracleæ*, cui a Goltzio & Paruta tribuuntur iidem illi *Heracleæ* cum ſignata in iis *Minerua Chalciæco*, nummi, natales ſeu origo ad Lacedæmonios referantur; idque arguat omnino peculiaris illius Spartanorum Deæ, ΑΘΗΝΑΣ ΧΑΛΚΙΟΙΚΟΥ ſignata in eo effigies ac nomen. Non *Spartanam* vero, ſed *Athenienſem* MINERUAM, ut vel ex addita eius inſigni Noctua conſtat, in LEBEDIORUM, de quo obiter paullo ante, eoque haud obuio Regiæ Gallorum Gazæ nummo, ſculptam vidimus: in quo hinc galeatum Palladis caput, illinc Noctua, cum inſcriptione ΛΕΒΕΔΙΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ, qua poſtrema voce vel urbis Prætor, vel *Athenienſis* illius origo deſignatur. Unde etiam adſtruitur, id quod tradit alicubi Pauſanias, hanc *Lebedum* primo Cares tenuiſſe; dein, iis expulſis, Andræmonem, Codri, Athenarum, ut aliunde notum, Regis filium, urbem cum Jonibus, qui ex Attica nempe profecti, occupaſſe: adeo, ut iuxta aliarum nobilium dein in Jonia ciuitatum, *Lebedi* quoque *Metropolis* Athenæ fuerint. Occurrit cæteroquin inter celeberrimas olim Græcorum Colonias MASSILIA, a *Phocæenſibus*, ut vulgo notum, condita; quorum ciuitas Phocæa, quæ ab [a] Herodoto Lydiæ adtribuitur, a [b] Plinio *finis Joniæ*, a Strabone autem *initium Joniæ*, ac *finis Aeolidos* dicitur: inter XII etiam ac poſtea XIII, addita prioribus Smyrna, Panionii urbes, quod vel ex Herodoto conſtat, recepta. In cuius autem priſcis *Maſſiliæ* nummis, cuiuſmodi plures etiamnum ſuperſunt, ſignata ſæpe cernitur Diana. Quod utique haud parum illuſtrat, agens de condita a *Phocæenſibus Maſſilia*, Strabo:

Num. Urb. Ill. pag. 193.

Helen. v. 251.

Lycoſtrat. pag. 913.

a Lib. III. p. 91.
b Lib. IX. pag. 428.

Lib. V. §. 50. 51.

Lib. VII. pag. 401.

a Lib. I. cap. 142.
b Lib. V. Lib. XVII. pag. 582. Ut ſupra.

Lib. IV. pag. 179. Harduin. Num. Urb. Ill. pag. 315. bo: nempe in Arce *Massiliæ* ædificatum esse Ephesium, seu fanum Dianæ Ephesiæ: idque inde (quæ præteriit, qui priora ad Massilienſium nummos iam adduxerat, vir eruditissimus) quod oraculo moniti sint Phocæenses, nauigationis illius ducem a Diana Ephesia accipere. Unde quum Ephesum adpulissent, unam e nobilissimis urbis illius matronis, a Dea somnio monitam, ut sacrorum quadam imagine adsumpta, Phocæenses comitaretur, secum adsumpserint: ac inde *Massilia* condita, Fanum Dianæ, nempe Ephesiæ, extruxisse, cuius Antistitem continuo eandem fecerint, nomine Anstarcham. Quibus addit insuper Geographus: ὲν τε ταῖς ΑΠΟΙΚΟΙΣ ΠΟΛΕΣΙ πανταχῆ τιμᾶν ὲν τοῖς πρώτοις ταύτην ΤΗΝ ΘΕΟΝ, ἀφ' ΤΟΥ ΞΟΑΝΟΥ τὴν ἀφ' Ἑστίου τὴν ἀυτὴν, καὶ τ' ΑΛΛΑ ΝΟΜΙΜΑ φυλάτειν τὰ ἀυτὰ, ἅπερ ΕΝ ΤΗ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙ ἐνομίζετο· *In reliquis etiam* COLONIIS *Phocæenses utique primo loco* DEAM *istam* (seu *Dianam Ephesiam*) *colere, & ad imitationem illius,* SIMULACRUM EIUS AC RELIQUOS RITUS, *prout in Metropoli obtinent, instituerunt.* E quibus autem, lux utique præcipua accedit antiquæ & singulari inscriptioni, quam *Phocææ* descriptam vulgauit Cl. Sponius; quæque inde etiam rite demum intelligi potest & explanari: nempe:

Miscell. p. 349.

Η ΤΕΥΘΑΔΕΩΝ ΦΥΛΗ
ΦΛΑΟΥΙΑΝ ΜΟΣΧΟΥ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΑΜΜΙΟΝ
ΤΗΝ ΚΑΛΟΥΜΕΝΗΝ ΑΡΙΣΤΙΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΝ
ΑΣΙΑΣ ΝΑΟΥ ΤΟΥ ΕΝ ΕΦΕΣΩ ΠΡΥΤΑΝΙΝ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ
ΔΙΣ ΚΑΙ ΙΕΡΕΙΑΝ ΤΗΣ ΜΑΣΣΑΛΙΑΣ ΑΓΩΝΟΘΕΤΙΝ ΤΗΝ
ΦΛΑΟΥΙΟΥ ΕΡΜΟΚΡΑΤΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΚΟΣΜΟΤΗΤΟΣ ΤΕ ΚΑΙ ΑΓΝΕΙΑΣ.

Tribus Teuthadeorum Flauiam Moschi Filiam, Ammion, Cognominatam Ariston, Sacerdotem Asiæ Templi Quod est In Epheso, Prytanin, Stephanephoron Bis, Et Sacerdotem Massiliæ, Certaminum Præsidem, Flauii Hermocratis Uxorem, Virtutis Ergo Totiusque Vitæ Decoris Et Sanctitatis. Ad quam autem vere iam ac erudite monuit eius editor, ideo *Massiliæ Sacerdotem* dici hanc Mulierem, quod illa a Phocensibus (melius Phœcæensibus) fuerat condita, ab iisque Dianæ cultum acceperat; ut abunde constat (quod addit ibidem vir in iis valde exercitatus) ex infinitis eius antiquis nummis, qui ab una parte Dianæ caput exhibent, ab alia Leonem, cum voce ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ. Quæ autem, ac reliqua haud minus memorabilia & singularia omnino in eo lapide, ex adducto & obuio Strabonis loco explanari potuissent ac illustrari. Neque vero ea iam hic tangimus, quæ non sunt huius loci, & alibi expendenda accuratius venient: uti quod *Asiæ Templum* ibi dicatur, clarissima illa Dianæ apud Ephesum Ædes; illius vero ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ seu *Sacerdos Maxima*, vel uti Romani quoque, *Flaminica*, femina proinde, eaque non Virgo, sed *Uxor*; tum quod ea *Prytanis* & *bis Stephaneforos* ibidem dicitur: præterea, non quod Certamina quidem exhibuerit, (ut vir doctus vocem Ἀγωνοθέτιν ibi explicat,) sed editorum seu celebratorum Certaminum Præses exstiterit: quæ singula peculiarem omnino disquisitionem flagitant, quæ nos iam longius a susceptο, in quo hic versamur, argumento abducerent. Unum vero illud præteriri hic non potest, eidem argumento consentaneum; quod ex adducto Strabonis hanc in rem loco, liceat intimius nosse; cur in memorabili illa Inscriptione eadem Mulier Phocæensis (ut licet statuere ex marmore,

re; in quo legitur illa inſcriptio, Phocææ, ubi illud exſtabat, reperta) eademque *Communis Aſiæ Templi* Dianæ *Epheſiæ*, inſigniter a Phocæenſibus cultæ, Ἀρχιέρεια, ac ſimul eiuſdem Deæ *Sacerdos* apud Maſſilienſes dicatur. Illud utique e memoratis Strabonis verbis, quod obiter antea adtigeram, luculenter adſtruitur; cum Templa, tum ſimulacra Deorum in Colonis, illorum inſtar ædificata vel erecta, quæ in earundem Urbium Metropolibus colerentur. Unde apud Carthaginem, poſt deductam Romanam Coloniam, inter alia, quæ Romæ inſtar extructa ibidem aut conſtituta memorat alicubi Carthaginienſis Epiſcopus Cyprianus, & de quo loco paullo poſt, CAPITOLIUM quoque retulit. Quod inſuper firmari inde potuit ac illuſtrari, quod a Græco Thucydidis interprete monitum, unoque eius teſtimonio conſtare cenſebat, qui eius meminit, doctiſſimus Valeſius; nempe ἔθος ἦν τὰς Ἀρχιερείας ἐκ τῆς μητροπόλεως λαμβάνειν, *mos enim erat ut Pontifices e Metropoli arceſſerentur.* Immo unde lux inſuper adfundi videtur inſigni apud Tacitum loco, quam hactenus ei denegarunt eruditi (quos utique videre mihi hactenus contigit) interpretes; ubi de Germanico dicitur: *adpellitque Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur. Non femina illic, ut apud Delphos, ſed certis e familiis, & ferme* MILETO ACCITUS SACERDOS. Adeo, ut vel e more illo a nobis modo illuſtrato liceat ſtatuere, *Mileto*, multarum cæteroquin illuſtrium in Helleſponto & ad Pontum Euximum Colonarum, ut de ea alicubi [a] Athenæus, matre; & quidem, ut aliunde inſuper conſtat, [b] *Abydi* [c] *Cyzici*, [d] *Lampſaci*, [e] *Priapi* in Helleſponto; in Ponto autem, [f] *Amiſi*, [g] *Heracleæ*, [h] *Odeſſi*, [i] *Sinopes*, [k] *Tei*, aliarumque; ita colonos itidem accepiſſe viciniorem eidem *Colophonem*, ac Epheſo, ut de ea [l] Livius, propinquam. Maxime quum Apollini utraque urbs eſſet peculiariter, quamquam ſub diuerſis eius nominibus, ſacra: *Miletus* quidem *Apollini Didymeo*, prout in ſingulari etiam illius urbis nummo legitur, ΜΙΛΗΣΙΩΝ Δ ΔΥΜΕΥΣ. *Colophon* autem *Apollini Clario*; cuiuſque in eadem, ante deductam forte apud ſe *Mileſiorum* coloniam, cultus iam obtinuerit.

De Gratia Dei.

Ad Polybii Excerpt. p. 8. Schol. ad libr. §. 25.

Annal. lib. 11. cap. 54.

a Lib. x pag. 522.
b Id pag. 524.
c Apoll. Th. lib. 1 2076. Vell. Pater. lib. 11. c
d Euſtath. ad Il B. pag 326.
e Strabo lib. XIII pag 587.
f Idem lib. XII. pag 547.
g Idem lib. XII pag. 542.
h Ibula.
i Ibidem pag. 544. & Xenoph. Exp. Cyr lib. VI.
k Athen. lib. VIII. p. 331.
l Liv. XXXVII. cap. 26.

II.

De METROPOLIBUS *ratione* COLONIARUM *a ſe deductarum.*

1. *De* HERACLEA *in Ponto*, MATRE COLONIARUM *dicta in Græco eius nummo.*

Ut vero *Conditorum* ſuorum, ceu *Parentum*, obſignata varia in antiquis Coloniarum, ceu *liberorum*, nummis *Symbola* vel *Inſignia*, adductis haud obſcuris aliquot eius rei ſpeciminibus, modo vidimus; ita deductarum a ſe id genus COLONIARUM, velut ſingularis cuiuſdam laudis & gloriæ apud poſteros monumenta, in METROPOLEON quoque, ſeu ANTIQUÆ illarum PATRIÆ nummis quandoque prodita occurrunt. Quam in rem utique exſtat inſignis omnino nummus, cuius a Cl. Fabretti ad Traiani Columnam producta quoque inde, ſed minus accurata, eius icone, facta primum exſtat mentio; quique dein inter nummos maximæ formæ Eminentiſſi-

Pag. 175.

nentiſſimi Cardinalis Carpegnæ, vulgo *Medaglioni*, vulgatus eſt haud ita pridem a præclaro illorum præſtantiſſimorum cimeliorum editore ac interprete, Philippo Buonarotti. Qui autem nummus, quod ſingularis ſit omnino, nec in omnium tranſalpinorum hominum, qui hiſce cimeliis delectantur, manibus verſentur editi in Italia id genus libri; tum quod forte quædam haud protrita de eodem dicenda adhuc veniant, hic continuo ſignatur:



Videmus nempe in anteriori nummi parte Gordiani, vulgo Pii, caput, cum Græcis eius nominibus, M. ANT. ΓΟΡΔΙΑΝΟC AUΓ. *M. Antonius Gordianus Auguſtus*; illinc Theatrum ſeu Circum magno populi cœtu refertum; Ædiculam præterea; ſedentem vero in eodem Circo Herculem, poſita retro Clava; ac ante eum, figuram nudam ſtantem, dextra capiti admota, ſiniſtra vero Palmæ velut ramum, ut victoriæ in aliquo agone reportatæ ſignum, tenentem; cum memorabili omnino inſcriptione, HPAKΛEΩTAN MATPOC ΑΠΟΙΚΩΝ ΠΟΛΙΩΝ, *Heracleotarum Matris Coloniarum Ciuitatum*. Quos autem, ut inde ordiar, *Heracleotas*, de *Heracleæ*, nobilis & antiquæ in Ponto urbis, incolis, vere utique interpretatus eſt laudatus modo iſque ampliſſimus hodie Senator Florentinus, Buonarotti. Etſi enim aliæ darentur urbes *Heracleæ*, quarum ciues dicti ſint itidem HPAKΛEΩTAI, ſicut de *Heracleæ Trachiniæ* incolis ſupra diximus; ac de *Heracleæ* in Thracia, olim *Perinthi*, ciuibus ſimiliter conſtat; quum ab aliis cognominibus urbibus, HPAKΛHTΩN uti antea quoque vidimus, & HPAKΛEIΩN dicantur in earum nummis; ad *Ponticam* tamen *Heracleam* ſpectare illum nummum, præter alia, fidem continuo facit Strabo. Is enim velut nummi huius interpres, ubi agit de ea urbe, addit continuo: Η μὲν ὖν HPAKΛEIA πόλις ἐστὶν εὐλίμενος, καὶ ἄλλως ἀξιόλογος, ἄγει ΚΑΙ ΑΠΟΙΚΙΑΣ ΕΣΤΕΛΛΕΝ. ἐκείνης δὲ ἥ τε χερρόνησος ΑΠΟΙΚΟΣ, καὶ ἡ Κάλαπις· HERACLEA *urbs eſt portu commodo, & alias etiam memorabilis;* UTPOTE *quæ etiam* COLONIAS DEDUXERIT: *eius enim* COLONIÆ *ſunt Cherſoneſus & Calapis.* Quis non crederet ante oculos habuiſſe ſimilem, (iſte enim ſub Gordiano demum cuſus) *Heracleæ* nummum, quum ea ſcriberet, Geographum, cui urbi illud MATΓOΣ ΑΠΟΙΚΩΝ ΠΟΛΕΩΝ *Matris Coloniarum Ciuitatum* elogium in eo tribuitur? Non *Mater* proinde dicta in eodem nummo *Heraclea*, eo ſenſu, quo ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΣ, ſeu *Matres Urbes*, aut etiam METRO COLONIÆ *Metropoles Coloniæ*, dicuntur paſſim in earum nummis, variæ & ampliſſimæ olim ciuitates, ſuarum regionum capita, & de quibus occurret mox dicendi locus, prout etiam *Mater Urbium*, ut apud Ammianum Marcellinum, [a] de *Nicomedia*; alibi etiam de [b] *Nicæa*, aut *Mater Prouinciæ*, de *Beryto* in Codice Juſtinianeo dicitur; ac apud Florum, [d] *ut Græci dicere ſolent, Urbium Matrem Cydoniam.* Diuerſo nempe ſenſu ΜΗΤΡΟC ΠΟΛΙΩΝ earumque ΑΠΟΙΚΩΝ,

Lib. XII. pag. 542.

a Lib. XVII. c. 6.
b Lib. XXI. c. 2.
c Leg. VII. Cod. de Metrop. Beryto.
d Lib. III. cap. 7.

ΚΩΝ, *Matris Urbium* elogio decorata in eo nummo hæc Ponti *Heraclea*, ceu antiquiori ac propria harum vocum ſignificatione, iuxta quam Μήτηρ πόλις, & una voce Μητρόπολις dicta olim apud Græcos, de *matricibus*, ſeu aliarum ciuitatum a ſe conditarum, vel coloniarum in eas deductarum parentibus velut urbibus. Ita apud Pindarum de *Thera*, cuius Colonia inter alias *Cyrenæ*, [a] μεγάλων πολίων Μητρόπολιν Θήρας, *magnarum urbium Metropolim Theram*; aut apud Thucydidem, [b] *Corcyra*, de qua paullo ante, *Epidamni* Μητρόπολις· aut alibi, nec uno loco, *Dores*, ἡ Μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων, *Lacedæmoniorum Metropolis* dicuntur. Immo iam ante Herodotus, a quo *Dryopis* regio inter Melidem & Phocida, eorundem Dorum *Metropolis*; aut apud antiquum itidem & coæuum Auctorem Æſchylum, Cypriæ *Salaminis Metropolis* vocatur Attica *Salamis*; ubi nempe, quum Cyprias urbes *Paphum* & *Solos* nominaſſet, addit: Σαλαμῖνά τε τῆς Νῦν Μητρόπολις, *Et Salamis, cuius Nunc Metropolis* &c. nempe quæ in Attica, ut ibi a Græcis Criticis notatur; & quomodo, ut hoc addam, Teucer de *Salamine* Cypria a ſe condita, in memoriam patriæ ſeu Atticæ *Salaminis* apud Euripidem ait:

[a] Pyth. Od. iv. v. 24.
[b] Lib. i. §. 24. Lib. i. §. 107. & lib. iii. §. 92.
Lib. viii. cap. 31.
Perſ. v. 896.
Helen. v. 148.

Ὄνομα πιστικὸν
Σαλαμῖνα θήμενος, τῆς χάριν ΠΑΤΡΑΣ,

nomen inſulare Salamini imponens, antiquæ *ibi* PATRIÆ *cauſſa*. Quomodo etiam Græcorum more, a Romanis Scriptoribus, uti a Catullo dictum:

[a] *Brixia Veronæ* MATER *amata meæ:*

ac *Parens Coloniæ*, ut in veteri Inſcriptione [b] IMP. CÆSAR. DIUI F. AUG. PARENS COLONIÆ; ac Romæ modo [c] *Albam Parentem* vocat Florus; modo, *Parentem Urbis Romæ Troiam*, Tacitus: *Genitale ſolum*, Velleius: *antiquam Matrem*; & quod paullo ante vidimus, [g] *Maiorem Patriam*; [h] *Patriam antiquam*; [i] *Origines*, alii. Unde etiam *parere* dictæ id genus *Matres*, ut apud Tertullianum: [k] *Romanos Phryges pariunt*; & *partus* de earum *Coloniis*, prout de Tyro Plinius; *olim partu clara, urbibus genitis*, de quo loco paullo poſt. Hinc *Sorores* etiam dictæ urbes, quæ ab eadem *Metropoli* erant ortæ, uti apud eundem Septimium: *ſic & in proximo Soror ciuitas veſtiebat*; *Utica* nempe, quod viderunt ibi interpretes, iuxta *Carthaginem*, Tyriorum Colonia. Unde iam olim Rhodiorum legatos Romæ in Senatu, de Rhodiis & Solis in Cilicia dicentes, tradit Polybius: ἀφ' ᾗ δ' ΤΗΝ ΣΥΓΓΕΝΕΙΑΝ ἔφασαν καθήκειν αὐταῖς, προσῆσθαι τῆς πόλεως ταύτης· ἐπὶ δὲ Ἀργείων ΑΠΟΙΚΟΥΣ ΠΟΛΕΙΣ, καθάπερ καὶ ΡΟΔΙΟΥΣ· ἐξ ὧν ΑΔΕΛΦΙΚΗΝ ἔσαν ἀπεδείκνυον ΤΗΝ ΣΥΓΓΕΝΕΙΑΝ πρὸς ἀλλήλους· *Nam propter* COGNATIONEM *dicebant ſui eſſe officii, ut ciuitati illi conſulerent: Argiuorum* COLONOS *eſſe* SOLENSES, *ſicut &* RHODIOS: *unde* FRATERNAM *inter ipſos vigere* COGNATIONEM *oſtendebant.* Qua ratione *Coloni* id genus, *Matrum* ſuarum ſeu *Metropoleon*, quibus orti erant, intuitu, dicti a Græcis paſſim, παῖδες, τέκνα, ἔκγονοι, ἀπόγονοι, συγγενεῖς *filii, liberi, poſteri, conſanguinei*, qui vulgo Ἄποικοι, Ἀποικίαι, & in hoc præclaro nummo, ut & alibi, ſicut modo, apud Polybium, ΑΠΟΙΚΟΙ ΠΟΛΙΕΣ Dorice, & Ἀποικίδες πόλεις, ut de Corinthiorum Coloniis Plutarchus: οἱ Κορίνθιοι κήδεσθαι μὲν ἀεὶ ΤΩΝ ΑΠΟΙΚΙΔΩΝ ΠΟΛΕΩΝ, *Corinthios ſemper curam gerere ſuarum Coloniarum.* Nec mirum utique videri debet, ſi inter præcipua & ſingularia huius *Heracleæ* decora, conſignata ſit hoc inſigni eius nummo deductarum a ſe in genere *Co-*

[a] Carm. lxvii. v. 34.
[b] Grut. Theſ. cxxvi. 3.
[c] Lib. i. cap. 2.
[d] Annal. iv. cap 55.
[e] Lib. ii. c. 5.
[f] Virgil. Æn. lib. iii. v. 96.
[g] Curtius lib. iv. c. 3.
[h] Liuius lib. xxvii. cap. 9.
[i] Salluſt. Bell. Jug. Juſtin. lib. xxi. cap. 6. xxiii. cap. 1. ac ſubinde in Digeſtis.
[k] De Pallio cap. 2.
Lib v. cap. 19.
Ibid. cap. 1.
Excerpt. Legat. xxv.
In Timoleonte. pag. 236.

loniarum memoria; quarum proinde intuitu, earundem *Mater* seu *Metropolis* censeri debuit; ac inde ab iisdem *urbibus* vel *Coloniis*, omnia ei iura & obsequia deferri, quæ, recepto olim more, suis *Metropolibus*, tanquam Parentibus, præstare eædem tenebantur. Nempe, uti olim deductæ a Romanis Coloniæ a Consulibus admonitæ apud Liuium: *non Campanos, neque Tarentinos eos esse,* SED ROMANOS; *inde oriundos, inde* IN COLONIAS, *atque in agrum bello captum, stirpis augendæ causſa, missos: quæ* LIBERI PARENTIBUS DEBERENT, *ea illos* ROMANIS *debere, si ulla* PIETAS, *si* MEMORIA ANTIQUÆ PATRIÆ *esset.* Quomodo etiam se vidisse testatur apud Polybium Timæus, fœdera tabulis incisa Locrorum in Græcia cum Locris in Italia, ὡς γονεῦσι πρὸς τέκνα, *tanquam Parentum cum liberis*: quod proinde certissimum foret argumentum, Locros in Italia, e Græcis Locris oriundos. Adde, qnod fieri potuit, uti sæpe alias contigit, ut illa publica commemoratione deductarum a se Coloniarum, eas, vel supra *Metropolim* suam *Heracleam*, se præter fas ac morem venditantes, eadem reprimeret; aliisue Ponticis urbibus & quidem quæ alio respectu gentis illius *Metropoles*, quod vel earum nummi arguunt, & de quibus fiet paullo post mentio, habebantur, *Amasia*, *Neocæsarea*, *Tomi*, illo veteri ac solemni elogio ΜΗΤΡΟC ΑΠΟΙΚΩΝ ΠΟΛΙΩΝ, *Matris Coloniarum urbium*, æquari quodammodo videretur. Neque enim vulgaris hæc nobilissimarum etiam urbium laus olim habita, quæ e conditis aliis ciuitatibus, aut deductis in eas coloniis petebatur: unde inter singularia Tyri decora refert continuo Curtius: *Coloniæ certe eius pene toto orbe diffusæ.* Quomodo etiam in comparatione *Tyri* ac *Sidonis*, nobilissimarum & antiquissimarum in Phœnice urbium, postquam dixisset Strabo, *Sidonem* magis a Poëtis celebrari, neque *Tyri* Homerum meminisse, addit continuo: COLONIÆ *tamen in Africam & Hispaniam, usque ad loca extra Columnas, deductæ*, TYRUM MAGIS UTIQUE CELEBRANT, Αἱ δὲ εἰς Λιβύην, καὶ τὴν Ἰσπανίαν ΑΠΟΙΚΙΑΙ, μέχρι καὶ ἔξω στηλῶν ΤΗΝ ΤΥΡΟΝ ΠΑΕΟΝ ΕΞΥΜΝΟΥΣΙ ΜΑΛΛΟΝ. Quod tangit itidem Plinius iis de *Tyro* verbis, quæ ex parte paullo ante adtigimus: *olim partu clara, urbibus genitis, Lepti, Utica, & illa Romani imperii æmula, terrarum orbis auida Carthagine.* Qua ratione insuper in veteri inscriptione apud Gruterum de iisdem Tyriis dicitur: ΤΥΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΦΟΙΝΕΙΚΗΣ ΚΑΙ ΑΛΛΩΝ ΠΟΛΕΩΝ &c. *Tyriorum Sacræ Et Inuiolabilis Et Suis Legibus Metropoleos Phœnices Et Aliarum Ciuitatum:* ubi postremis illis vocibus, quæ ad deductas nobiles illas Colonias respiciunt, quarum *Metropolis* esset Tyrus, eadem laus illic tribuitur, quæ *Heracleotis* in adducto, quem hic illustramus, insigni eorum nummo. Unde insuper ad eandem *Heracleam*, non vero ad alteram in Thracia, ut factum a celebri Antiquario, sed qui id postea videtur retractasse, *Perinthi* prius nomine cum alibi, tum in nummis Cæsarianis passim appellatam, referendi mihi videntur ii nummi, qui sub Traiano & Gordiano cum Hercule, aliisque typis percussi, & inscriptione ΗΡΑΚΛΕΩΤΑΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΑΝ. *Perinthi* enim nomine dictam adhuc sub iis Imperatoribus urbem, quæ *Heracleæ* postea nomen in Thracia obtinuit, constat ex aliis eorundem aliorumue Augustorum nummis, cum illo ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ nomine signatis: factum vero sub Constantinopolitanis Imperatoribus, ut hæc urbs, abolito *Perinthi* nomine, dicta sit *Heraclea*; ac, ut ex Actis Conciliorum & Notitiis

Excerpt. Vales. pag. 49.

Lib. xxvii. c. 9.

Lib. xvi. pag. 756.

Lib. iv. c. 4.

Lib. v. cap. 19.

Thes. p. mcv.

Vaillant. Numi Græc. Imp. pag. 150.

Ibidem pag. 208.

Notitiis Eccleſiaſticis antiquis liquet, eadem *Europæ*, nempe *Thracicæ*, ſeu unius ex ſex Thraciæ prouinciis apud Ammianum Marcellinum, *Metropolis* demum fuerit habita. Neque vero in tot aliis eo HPAKΛEIAΣ nomine appellatis urbibus, & quales XXIII commemorat Stephanus, ulla facile occurret, cui illud *Metropoleos* nomen, iis maxime vel Traiani, vel Gordiani temporibus poſſit adaptari. Ut mittam, & quod obiter antea vidimus, multarum ex iis gentile, nomen non HPAKΛEΩTAN, ſed quod aliquarum etiam nummi adhuc arguunt, vel HPAKΛEIΩN, vel HPAKΛHTΩN, exſtitiſſe. Verum quod rem eam extra dubium ponit, memoratur a celebri Antiquario inter eiuſdem Gordiani nummos, unus inſcriptus HPAKΛEΩTAN MHTPOΠOΛEITAN, cuius autem typum ita deſcribit, ut ſimilis omnino ſit, cum eo quem e diuite Gaza Cardinalis Carpegnæ vulgatum ſupra adduximus: „ nempe, quod ille ait: Circus, in quo Templum ſex columnarum; adſtat „ mulier ſtolata ſiniſtra haſtam tenens, aliquid indicare videtur Imperatori to- „ gato, penes quem ſtat alia figura togata. Accedit, quod Romæ apud Lucam Cori nummus ille exſtare ab eodem ibi dicitur. Unde, ſi genuina eſt nummi illius inſcriptio, id omnino ſtatuendum eſt, eo ac ſimilibus horum *Heracleotarum* cum illo *Metropoleos* titulo nummis, primæua ac antiqua poſtremæ huius vocis ſignificatione, in nummis cæteroquin inſolita, eam ab *Heraclea Pontica* uſurpatam; eodemque reſpectu, quo in altero illo eiuſdem Gordiani nummo, & cum ſimili prorſus typo inſcribitur HPAKΛEΩTAN MHTPOC AΠOIKΩN ΠOΛIΩN, *Heracleotarum Matris Coloniarum Ciuitatum.* Cuius autem poſtremi & inſignis nummi cum facta fuiſſet iam ante mentio, uti paullo ante diximus, in Syntagmate Cl. Fabretti ad Columnam Traiani; haud prætereiri ille debuit a celebri Antiquario in collectione Græcorum ſub Imperatoribus numiſmatum. Obſtare vero hic poſſet adductus a Cl. Holſtenio ad Stephanum Caracallæ nummus, cum epigraphe, SEPT. URBS METROCOLONIA, & infra ERACLIA, quam autem ad *Heracleam* Thraciæ Metropolim ſpectare ibidem tradit; ubi illud METRO COLON, *Metropolim* gentis, quæ tum facta eſſet Romanorum *Colonia*, conſueto in aliis id genus nummis more, argueret, non vero *Metropolim* ceu deductarum a ſe Coloniarum *Matrem.* Verum impoſuit hic viro doctiſſimo mutila nummi illius, undecunque eam hauſerit, lectio; & quod iam eſt opportune ab eruditiſſimo Harduino monitum; quum ſit ille non ab *Heracleotis* Thracibus, aliiſue eo nomine appellatis, ſed a *Tyriis* cuſus; & quidem cum integra eius epigraphe, SEP. TYRUS METRO COLONIA ACTIA ERACLIA, *Septima Tyrus Metropolis Colonia Actia Eraclia* Ubi nempe, & quod ibi obuium, vox ERACLIA, non urbem, ſed Ludos denotat in Herculis Tyrii honorem celebrari in ea urbe ſolitos, & quorum in aliis adhuc eius nummis, ac ſubinde etiam Græcis litteris, HPAKAIA OΛYMΠIA, occurrit mentio. Unde bene proinde ab eodem Harduino, HPAKΛEΩTAN MHTPO in Traiani nummo, citra indicatam cæteroquin ullam eius notationis cauſſam, ad hanc *Heracleam Ponticam* refertur. Neque vero obſtaret forte, ut in eodem illo nummo aliiſque ſimilibus ſub eodem Traiano cuſis, *Metropolis* diceretur eadem *Heraclea*, eo ſenſu, quo aliæ vulgo ciuitates, quæ ſuarum gentium capita, illo nomine in earum nummis decorantur: & quidem prius quam dictæ ſupra urbes *Amaſia*, *Neocæſarea*, vel *Tomus*, hanc *Ponti Metropoleos* appellationem ſub ſequentibus Cæſaribus in earum nummis venditarint.

Lib. XXVII. cap. 4.

Vaillant. Num. Græc. Imper. Pag. 151.

Not. pag. 131.

Add. ad Num. Urb. Ill. pag. 592.

In Elagabolo Patin. pag. 267. Num. Urb. Ill. pag. 594.

Vid. Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 28.

venditarint. Nobilis enim olim Ponti urbs eadem *Heraclea*, Tyrannorum etiam, ut vel ex Memnonis apud Photium de ea narratione notum, illius tractus Regia ac sedes; diuturna insuper sub Romanis obsidione, ac dein eorum quoque beneficiis, celebrata: immo quæ Romanam Coloniam in partem agri & urbis accepisse a Strabone dicitur.

De Heraclea Pontica Tyrannis. Biblioth. p. 703.

Lib. XII. pag. 542.

III.

JURA & PRIVILEGIA, *Metropoleon ratione Coloniarum.*

Accedebant autem varia illa, quæ obiter adtigimus, IURA, quæ iisdem *Matribus* seu *Metropolibus*, veteri lege & consuetudine, & a qua discedere fas iis non erat, præstare tenebantur conditæ illæ ab iis Urbes seu *Coloniæ*. Cuiusmodi equidem plures erudite ad Polybi Excerpta adnotasse doctissimum Valesium, paullo ante diximus: uti, quod in Colonias missi, armis & commeatu de publico a Metropoli sua instruerentur; publica darentur iis diplomata; sacra patria, ignemque e penetrali urbis depromptum asportarent coloni: & qui, si casu foret exstinctus, e Prytaneo conditorum suorum accendi debuit: ut Coloniæ quotannis legatos in maiorem patriam, cum sacrorum primitiis, uti Carthaginienses Tyrum, sacra in ea facturos mitterent; ut Pontifices ab eadem acciperent; ut primum in consessu locum, aliaque id genus priuilegia iisdem Conditoribus suis tribuerent: & si quando coloni aliam vellent Coloniam deducere, moris fuisse, ut ducem a maiore patria postularent.

Not. ad Excerpt. Polyb. pag. 8.

Hisce vero alia nunc addere mihi insuper eam in rem, nec alieno utique loco, liceat; quo singularis adducti modo HERACLEOTARUM nummi præstantia, illudque ΜΗΤΡΟΣ ΑΠΟΙΚΩΝ ΠΟΛΙΩΝ, *Matris Coloniarum Urbium* in eo signatum elogium, accuratius adhuc percipiatur. Cuiusmodi nempe illud continuo occurrit: quod *leges* a Metropolibus suis acciperent Coloniæ, atque ita, quod eam in rem a Platone dicitur, foret γένος ὁμόφωνον, καὶ ὁμότροπον, *gens similis sermonis, & similium legum.* Hinc *Atheniensis* colonis *Notium*, Colophoniorum urbem, missis, eam ciuitatem in *legibus institutisque suis constituerunt*, καὶ τοὺς ἑαυτῶν νόμους κατέκτισαν· & de *Gela* ac *Agrigento* Siculis urbibus, quarum priori [a] *Dorum*, alteri [b] *Geloorum*, a quibus nempe erant conditæ, *iura* sunt imposita; & de *Massilienssibus*, ut hoc addam, [c] Strabo, eos, *Phocæensium* quippe colonos, *legibus usos Jonicis, iisque publice expositis*; οἱ δὲ NOMOI IONIKOI, περίκειται δὲ δημοσίᾳ. Hinc etiam *Legumlatores* e Metropoli ad Colonos missi, ut de *Corinthiis* Legislatoribus Syracusas profectis tradit Plutarchus, cum quibus a Timoleonte itidem Corinthio, pulsis tum tyrannis, constituta noua Syracusanorum iura, quomodo iuxta Platonem, nouem delecti, qui Coloniæ *Gnossiis* deducendæ leges constituerent. Quomodo *Romanas Colonias* retinuisse Romanas leges, seu priuata Quiritium iura, viderunt iam alii, & qua de re alibi haud ita pridem egimus; quodque illustrat, ut obseruo, insignis apud Cyprianum locus, ubi de Foro apud Carthaginem ait. *Incisæ sint licet* LEGES DUODECIM TABULIS &c. *inter leges ipsas delinquitur.* Hinc missi quotannis a Metropoli ad ius dicendum in Coloniis, quiue eas regerent, *Magistratus*; ut prius de Lace-

De Legib. lib. IV. pag. 708.

Thucyd. lib. III. §. 24.

a Νόμιμα δὲ Δωρικὰ ἐτέθη αὐτοῖς Idem lib. VI. §. 4.

b Νόμιμα δὲ τὰ Γελῴων δόντες Ibid.

c Lib. IV. pag. 179.

In Timoleonte. pag. 248.

De Legib. lib. II. pag. 701.

Orbis Roman. pag. 68, 77. &c.

De Gratia Dei.

Lacedæmoniis ad Cytherios eorum colonos tradit Thucydides: ἡ Κυθηροδίκης ἀρχὴ ἐκ τῆς Σπάρτης διέβαινεν αὐτόσε κ' ἔτους, *& Cytherodices Magiſtratus ad ius dicendum Sparta quotannis eo tranſibat.* Idem vero alibi refert *Potidæatas, Corinthiorum* colonos, ab Athenienſibus iuſſos Magiſtratus expellere, nec in poſterum recipere quos quotannis ad eos mittebant Corinthii, & ad quem locum conſuli poteſt Græcus Thucydidis Scholiaſtes. Hinc, eodem adhuc Thucydide auctore, *Plataenſibus* vitio a Thebanis verſum, quod a *Thebanis* conditi, recuſarent, ſicut ſtatutum fuerat, a Thebanis regi. Quomodo alioquin Dion Syracuſas Corintho, earum Metropoli, συμβούλους ἡ συναρχοντας *conſiliarios, & qui una cum eo urbem regerent,* accerſiuiſſe a Plutarcho dicitur. Sic coloni eorundem Corinthiorum *Megarenſes,* quoties fato quis *Corinthi* eſſet functus e Bacchiadis illius urbis Rectoribus, coacti viri aliquot ac mulieres Corinthum ſe conferre, qui defuncti *funeris curam gererent,* ut id ab eruditis ad Ariſtophanem Criticis tradi obſeruo. Adde, id quod de *frugum primitiis,* quotannis Athenas, a Græcis earum in Aſia colonis mitti ſolitis, haud uno loco tangit Ariſtides: ἀπάγειν ἢ καὶ τὰς Ἑλληνας ΑΠΑΡΧΑΣ ΤΩΝ ΚΑΡΠΩΝ ἑκάστοτε Ἀθήναζε, ΩΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙ σφῶν τε αὐτῶν ἡ τῶν καρπῶν (omitto ſequentia, τῶν Ἀθηναίων τῇ πόλει, eſt enim gloſſema, quod ibi redundat, & e margine in contextum irrepſit) *Græcos etiam frugum primitias quotannis Athenas, tanquam* AD METROPOLEM *tum ſuam, tum etiam frugum, deferre.* Quod alibi adhuc ab eodem Oratore dicitur; idque iam ante ab Iſocrate in eius Panegyrico eſt itidem traditum. Sic quod *Sacra* ac *Pontifices,* ut viderat doctiſſimus Valeſius; tum *Simulacra* inſuper *Deorum,* eaſdemque illorum *appellationes,* & communes colendi ritus, ac ipſam etiam *Templorum formam* a Metropoli acciperent id genus Coloniæ, ex adductis paullo ante luculentis Polybii de Rhodiis ac Agrigentinis; Strabonis vero, de Phocæenſibus & Maſſilienſibus; ac Dionyſii Halicarnaſſenſis de Italicis urbibus, quæ a Græcis ortæ, teſtimoniis, vidimus paullo ante ac illuſtrauimus. Quibus accedunt alia Strabonis loca, ubi e communione ſacrorum Matris Deæ, quæ ΚΟΤΤΥΤΕΙΑ, & ΒΕΝΔΙΔΙΑ dicta, colligit *Phrygas* eſſe *Thracum* Ἀποίκους, eaque e Thracia adducta: alibi autem, quod paullo ante vidimus, ſimilem Apollinis apud *Teneatas,* ac apud *Tenedios* cultum, haud leue eſſe eiuſdem utriuſque illius loci originis indicium tradit. Eadem utique, quod & priora Strabonis verba arguunt, Metropoleon *Feſta* in Colonias ſimiliter inuecta. Sic *Athenienſium* ΑΡΑΤΟΥΡΙΑ ab uniuerſis *Ionibus* eorum colonis, teſte Herodoto, retenta, exceptis ſolis, qui ab iis arcebantur, Epheſiis & Colophoniis. ΔΙΟΝΥΣΙΑ vero & quidem ΑΝΘΕΣΤΕΡΙΑ, eodem die & menſe, iuxta Thucydidem, *Athenis* celebrata, ac apud eoſdem *Ionas*; quæ utique priora vere a *Smyrnæis* acta, docet quoque Ariſtides. Eadem vero ΑΝΘΕΣΤΕΡΙΑ *Cyzici, Mileſiorum* quippe Coloniæ, hac vero *Athenienſium,* fide veteris Mamoris a diligentiſſimo Sponio vulgati ſimiliter peracta. Adde eorundem *Athenienſium* ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑ, quod alibi iam adtigimus, inde *Mileti* quoque, & in plurimis aliis eorum coloniis celebrari itidem ſolita. Neque aliter vel ΗΡΑΙΑ, Junonis ſolemne apud *Argiuos* feſtum, apud *Æginetas* quoque, utpote eorum colonos acta, ut id docent veteres ad Pindarum Critici. Accedit hiſce annuum *Veſtigal,* Metropolibus penderi ab earum Coloniis ſolitum; unde Sinopenſium legati de Cotyarenſibus ad Græcorum duces aiunt apud Xenophontem, eos eſſe a ſe in coloniam deductos, agriſque,

Lib. IV. §. 53.

Lib. I. §. 56.

Lib. III. n. 61.

In Dione pag. 981. Tom. I.

Ἔδει ἓν μιγαδὰς ἀνήρας καὶ γυναῖκας ἰλλύτας εἰς Κύζικον, συγκαθεύδειν τὸν νεκρὸν τῶν ἑκατοντάδων Schol. Rom. p. 232. Eleuſin. p. 450. Tom. I. Panathen. pag. 182. Paneg. pag. 47. edit. H. Steph.

Lib. X. pag. 471.

Lib. VIII. pag. 380.

Lib. I. cap. 147.

Lib. I. cap. 15.

In Σμυρναϊκῶν pag. 403. T. I.

Miſcell. pag. 336.

Schol. ad Pind. Pyth. Od. VIII. v. 32.

Exped Cyr lib. xi. cap. i. §. 7. quos barbaris Sinopenſes ademerant, donatos: *qua de cauſſa nobis* VECTIGAL *conſtitutum perinde ac Ceraſuntii & Trapezuntii* PENDUNT. ΔΑΣΜΟΝ ἡμῖν ΦΕΡΟΥΣΙΝ ὅτι τεταγμένον Κερασούντιοι καὶ Τραπεζούντιοι ἀσαύτως. Haud aliter nempe ac *vectigales* exſtitiſſe Romanorum olim *Colonias*, impoſito in ſingulos agros, aut ſingula etiam iugera vectigali, e Liuio aliiſque Romanis Auctoribus ſatis conſtat. Neque hic prætereundum, quod *Auxilia* laborantibus, iiſue indigentibus ſuis Metropolibus præſtare eorum Coloni, ac viciſſim Coloniis ſuis Metropoles tenerentur. Sic Doribus, velut

Δωριῆς τὴν Λακεδαιμόνων μητρόπολιν lib. i. §. 107. corum, ut iam ante vidimus, *Metropoli*, auxilium mittunt Lacedæmonii apud Thucydidem & viciſſim a Corcyræis, *tanquam Metropoli* auxilia petunt, eodem teſte, Epidamnii; ac alibi apud eundem Melii, quod Lacedæmoniorum eſſent coloni, ad partes Athenienſium tranſire detrectant; ſibique non defuturam priorum, uti Conditorum ſuorum, opem confidunt. Athenienſibus

Ὡς μητρόπολιν Lib. i. §. 21. vero ſuppetias ferunt, eodem Auctore, Lemnii, Imbrii, Æginetæ, Hiſtrienſes, Lib. v. §. 104. & 112. ἄποικοι ὄντες, *velut qui Athenienſium eſſent coloni*, eorumque lingua adhuc, Lib. vii. §. 77. quod ibi additur, ac inſtitutis uterentur. Adde quod ſicut *ſacrorum Antiſtitem*, ſeu Ἀρχιερέα, a Metropoli. ut iam ante vidimus, & notauerat doctiſſimus Valeſius, peterent Coloniæ; ſic etiam, ubi bellum eis foret cum exteris, ſummum *Belli Ducem* ab ea quoque arceſſerent: prout a Plutarcho in

Pag. 354. T. I. Timoleonte de Syracuſanis dicitur, id apud eos conſtitutum, ut ubi tale bellum iis ingrueret, *Corinthio uterentur ii Prætore*, ſeu belli Duce, Κορινθίῳ χρῆσθαι στρατηγῷ. Sic Jonas ab Athenienſibus petiiſſe docebit Thucydides,

Lib. i. cap. 95. ἠξίουν αὐτοὺς ΗΓΕΜΟΝΑΣ σφῶν γενέσθαι, ΚΑΤΑ ΤΟ ΣΥΓΓΕΝΕΣ, *ut* PRO COGNATIONE, DUCES *eorum eſſe velint*, ſeu *iis præeſſe*. Haud aliter, ac Rhegio a Chalcidenſibus & Siculis Meſſeniis condito, *Rheginorum* DUCES, τῶν

Lib. v. p. 257. Ῥηγίνων ΗΓΕΜΟΝΕΣ, ad Anaxilaum uſque Tyrannum, dicuntur a Strabone delecti. Dicta, vero modo *Linguæ*, & eorundem præterea *Inſtitutorum*, ac *Morum communio*, quam nempe ab Athenienſibus retinerent adhuc memorati modo eorum Coloni Græci Inſulares, commemorari vero iam ante a nobis meruit. Ita cultum *cincinnorum* cum inſertis *aureis cicadis*, apud priſcos Athenienſes receptum; ab Jonibus, ob Athenienſium, a quibus deducti forent, cognationem diu ſeruatum docet rurſus Thucydides; ac de Samiis nominatim

Lib. i. §. 6. Athenæus. Quo referre etiam licet communem Metropolibus carumue Co-

Lib x. p. 525. Lib. viii. cap. 91, 93, 94. Ibid. cap. 96. Antiq. lib. i. pag. 17. loniis *Armorum ornatum*: prout Pamphylios, Dores, Jonas ideo Græcorum armis indutos ait Herodotus, quod a Græcis orti forent; uti mox de Ponti militibus in eodem Xerxis exercitu, ἐσκευασμένοι ὃ τοῖσι ἀπ' Ἑλλήνων ὅτοι ὃ Ἰώνων τε, καὶ Δωρέων Ἄποικοι: *Græco more armati, Jonum quippe ac Dorum* COLONI. Unde in multis Italiæ ciuitatibus priſca Græcorum veſtigia inde exſtare colligit Dionyſius Halic ex eodem *bellicorum armorum* ornatu, *clypeis Argolicis, Haſtis Fecialibus*. Adde denique, quod, præter memoratas a Carthaginienſi Epiſcopo, ut paullo ante vidimus, quæ Carthaginem, Romanam quippe coloniam, aduectæ, inciſæ forent in eius Foro, Legum XII Tabulas, alibi vero *Capitolii* in eadem urbe meminerit: *Nonne quando ad Capitolium ſponte ven-*

Cyprianus de Lapſis. *tum eſt?* Sed de his hactenus, cum ad maiorem quandam adducti præclari omnino & ſingularis HERACLEOTARUM in Ponto nummi, quo illud ΜΑΤΡΟC ΑΠΟΙΚΩΝ ΠΟΛΙΩΝ, *Matris Coloniarum Ciuitatum* ius & laudem iidem ſibi tribuunt, lucem ac illuſtrationem: tum ut eadem opera de priſcis neque paſſim notis ritibus ac inſtitutis, inter *Metropoles*, & conditas

ditas a ſe Urbes aut deductas *Colonias*, ſeruari ab antiquo ſolitis, aliquanto plenius & liquidius deinceps conſtaret.

III.

De METROPOLIBUS PROVINCIARUM, *ſeu* REGIONUM, *in antiquis nummis.*

Quemadmodum vero ſingulares ſunt illi, de quo modo egimus, HERACLEOTARUM Ponticorum cuſi ſub Gordiano nummi, cum ſignato ΜΑΤΡΟC ΑΠΟΙΚΩΝ ΠΟΛΙΩΝ, aut una voce ΜΗΤΤΡΟΠΟΛΙΤΑΝ, iuxta celebrem Antiquarium, elogio; ita magno numero, quod vulgo iis notum, qui priſca hæc æra inſpexerunt, occurrunt paſſim alii veteres & præſtantes nummi, in quibus, recepto ſolemni vocis illius uſu, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΣ ſeu *Matres Urbes* una voce leguntur a Græcis, ac dein a Romanis appellatæ, plures olim & nobiliores in orbe ciuitates: non iam ratione conditarum a ſe Urbium, aut deductarum Coloniarum: ſed velut totidem PROVINCIARUM, ſeu REGIONUM, in quibus illæ erant ſitæ, CAPITA. Quamquam vero poſt nonnulla a nobis eam in rem in ſuperiori huius operis editione delibata, quædam dein ſint a [a] viris eruditis, ac a celebri hac ætate [b] Antiquario, ex eadem veteri nummorum penu monita; amplum tamen adhuc ſpicilegium iis a nobis hic relictum, neque diffitebuntur iidem, ui opinor, & res ipſa, quod præfiſcine dixerim, manifeſto equidem, uti ſpero, mox euincet. Maxime, quod non demum de Romanorum Cæſarum, ætate hic agatur, ſub quibus mos ille paſſim inualuit, ut hæc METROPOLEOS dignitas & appellatio, potioribus in Prouinciis aut Regionibus Romano Imperio ſubiectis urbibus deferretur, ac inde ea ſignaretur continuo in earum nummis & monumentis publicis; ſed iam ante id in Aſia ſub Seleucidarum regno fuerit receptum, ac latius dein propagatum: quod autem vix aliunde, quam ex antiquis & præclaris id genus urbium cimeliis conſtat.

[a] Harduinus Num. Urb. III. pag. 33. Noriſ. Epoch. Syr. Maced. Diſſ. iv. cap. 3.
[b] Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 207.

I. *De diſcrimine* MAIORUM *aut* MINORUM *unius Prouinciæ* URBIUM.

Equidem prout olim Regionum, ita etiam ſitarum in iis Urbium pro varia earum conditione, diſcrimen aliquod eſt quoque paulatim inductum. Quam in rem memorabilia ſunt in primis verba Antonini Pii in Græco ad Commune Aſiæ Reſcripto, quod a Modeſtino refertur in libris Juris Romanorum Ciuilis: ubi quum diſcrimen illud inter ciuitates habendum edixiſſet, ut *Minores* Ciuitates quinque Medicos, tres Sophiſtas, & totidem Grammaticos haberent immunes; *Maiores* autem Ciuitates, ſeptem Medicos, Rhetores quinque, & Grammaticos ſimiliter; ſupra autem hunc numerum ne *Maximam* quidem Ciuitatem præſtare debere; addit continuo: Ἑπτὰς δὲ τοὺς μὲν μείζονα ἀριθμὸν χρήσασθαι ΤΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΣ ΤΩΝ ΕΘΝΩΝ· τοὺς δὲ δευτέρους, τὰς ἐχούσας ΑΓΟΡΑΣ ΔΙΚΩΝ· τοὺς δὲ τρίτους, τὰς λοιπάς. *Decet autem maximo quidem numero uti* METROPOLES GENTIUM; *ſecundo autem quæ habent* FORUM JUDICIORUM; *tertio autem reliquas.* In quibus equidem Romani Imperatoris verbis ad Commune Proconſularis Aſiæ, videmus, illud

Leg. vi. Id. Excuſation. §. 2.

Maxima-

Maximarum, Maiorum, & ***Minorum Ciuitatum*** in una Regione seu Prouincia discrimen receptum. Haud aliter ac apud Strabonem quoque, de Lyciæ Conuentu, ad quem coirent XXIII ciuitates, quæ in eo ius haberent suffragii, idem discrimen obseruatum legimus: nempe quod τῶν πόλεων αἱ μέγιστα, *urbium maximæ*, ius habeant trium suffragiorum; *mediocres*, duorum; reliquæ seu *minores*, unius: eademque proportione reliqua illas munia obire, ac tributa pendere. Cuius ***Maiorum Minorumue Ciuitatum*** discriminis fidem itidem facit Constantini M. lex, quæ in utroque [a] Codice legitur: *si qui ex Maiore vel Minore Ciuitate originem ducit* &c. ac prout alibi *urbes magnifico statu præditæ*, dicuntur in [b] alia Honorii constitutione, nempe quæ vulgo gentis alicuius *Metropoles*. Idem vero discrimen ***Maiorum Minorumque Ciuitatum*** tangitur quoque, in quadam Justiniani [c] Nouella; sicut alibi in Zenonis constitutione *Metropoles*, & administratæ Dioceseos *ciuitates Illustriores*. Quemadmodum vero priores illæ *Maximæ Ciuitates dictæ*, ut vidimus, ab Antonino Pio, Μητροπόλεις τῶν Ἐθνῶν, *Metropoles Gentium*; sic cum Μεγάλαι & Μέγισται sæpe a Græcis Auctoribus, ubi de iis agitur, eædem sunt appellatæ: tum etiam πρῶται πόλεων, πρωτεύουσαι, *Primæ Urbium, Primates*; tum Ἄρχουσαι, ut de Nicomedia [a] Eusebius; Αὐτοκρατορίδες etiam, ut de *Sepphori*, Galilææ Metropoli, [b] Josephus. A Romanis autem Scriptoribus eædem cum Græca voce [c] *Metropoles*; tum *Urbium Matres* (non addita nempe, ut in superiori nummo, voce *Coloniarum*) ut de [d] *Nicomedia*, alibi de [e] *Sirmio*, Ammianus Marcellinus; aut *Mater Prouinciæ*, ut *Berytus* in [f] Codice Justinianeo; vel quæ *Urbium* aut *Prouinciæ teneret principatum*, uti alibi idem [g] Ammianus, in [h] Constitutionibus Imperatorum, & [i] Hadrianus apud Vopiscum: ac similiter Tertullianus: [k] *Principes semper Africæ viri, Carthago.* Adde, quod simpliciter quandoque, seu κατ' ἐξοχήν, [l] *Urbes*, & [m] *Ciuitates* dicantur, ut in libris Jurisconsultorum: ut *Antiochensium Cœle-Syriæ ciuitas*; ac apud Tacitum, [n] *Corinthi Achaiæ Urbe*, cuius erat Metropolis; interdum etiam, uti passim apud Liuium, Florum, aliosque, *gentis* vel *prouinciæ caput*; prout nempe apud [o] Eusebium: *Antiochia*, Μητρόπολις, τῶν κεφαλὴ τῶν Ἐθνῶν, *Metropolis & Caput earum ibi regionum* apud Chrysostomum similiter eadem urbs, [p] κεφαλὴ καὶ μήτηρ *Caput & Mater* dicitur; alibi vero ab eodem *Corinthus*, de qua modo, [q] τῆς Ἑλλάδος τὸ κεφάλαιον, *Græciæ caput*. Immo quomodo, ac ut e Phœnice seu Palæstina profectum id inde liqueat, a sacrorum apud Hebræos Prophetarum antesignano dictum iam olim, idque dein in omnibus antiquis versionibus retentum: [r] *sed caput Syriæ Damascus.*

Lib. XIV. pag. 664.

a Lex XII. C. Th. de Decurion. Leg. V. C. Just. de Municip & Leg. 11. Eiusd. C. de Decurion.
b Leg. III C. Th. Sic. Mun.
c Nou. XV. c. 6. Leg. VII. C. Just. Ut. Omn. Jud. &c.

a Τὴν δὲ Βιθυνίαν ἄρχουσαν de Vit. Constantin. lib. III. c. 5. & J. Malel. Chronogr. p. 278.
b Antiq. lib. XVII. cap. 3.
c Vab Max. lib. IV cap. 6. Nou. XXIX. c. 1. Nou. CIII.
d Lib. XVII. cap. 7.
e Lib. XXI. c. 10.
f Leg. VII. C. de Metrop. Beryto.
g Lib. XV c. 11.
h Nou. Theodos. X. Præf. Nou. CIII.
i In Saturnino cap. VIII.
k De Pallio cap. 1.
l Leg. III. Id. de Decurion. Leg. IV. §. 9. Id. de Decurion.
m Leg. XXXVII. Id. de Reb. Aut. Jud. Leg. 1. C. de Spectacul. Nou. XXX. cap. 8.
n Histor. lib. II. c. 1.
o Vit. Const. lib. III. cap. 50.
p De Statuis Serm. III. pag. 473. 10. VI. edit. Sauil.
q Argum. 1. Epist. ad Corinth.
r Esai. VII. 8

II. *De* METROPOLIBUS *nec dum Romano Imperio subiectis.*

Verum, ut ad antiquiora Romanorum in Asia, & quidem in illo Syriæ aut Orientis tractu, imperii tempora recurramus; illud utique tenendum est, & quidem ex indubia veterum & præstantissimorum nummorum fide, hanc ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, ea, qua modo diximus ac passim obuia significatione, de primaria gentis urbe, concessoque hoc ei titulo & iure, vocem inductam iam ante ac receptam. Id arguunt utique inter alia, prisci aliquot ANTIOCHENSIUM nummi; qualis exstat in Gaza Gallorum Regia, inscriptus, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΩΝΟΜΩΥ Ζ Σ *Atheniensium Metropoleos Suis Legibus Anno.* CCXXIII; aut ΑΝΤΙΩΧΕΩΝ ΜΗ-

ΤΡΟ-

ΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΑΛΣ. *Antiochenſium Metropoleos Anno* CCXXXI. Haud ignoro equidem nummos id genus, vulgo a viris eruditis ac præſtantibus Antiquariis, ad recentiora ſub Romanis Imperatoribus tempora referri; ducto nempe illius Æræ in iis adſcriptæ initio, ab Anno Urbis Conditæ DCCV, quo ſub J. Cæſare, ut id pluribus adſtruit doctiſſimus Noriſius, adſerta denuo Antiochenſibus, quam quindecim ante annis Pompeius iis indulſerat, libertate & autonomia, noua inde Epocha eſt ab iis inſtituta. Adeo ut iuxta virorum præſtantium calculos, prior ex adductis modo nummis cum Æra ΖΣ ſeu Anno CCVII, incideret in annum Antonii Pii XXII; alter vero nummus cum Æra ΑΛΣ, ſeu Anno CCXXXI, in annum Commodi IV. Verum ne in eandem ſententiam continuo diſcedam, obſtant cum antiquior eorundem nummorum typus ſeu ſculptura; tum maxime conſtans litterarum Σ in iis conſpectus; quam eius formam a Domitiani ætate, ac ſub eo iam in deſuetudinem abiiſſe, inducta eius loco litteræ C in antiquis dein Græcorum nummis forma, ſupra vidimus; & e veterum nummorum ac inſcriptionum monumentis eſt paſſim obuium: etſi quædam, ſed rariora ſint exempla, ubi, & quidem ſub Traiano maxime, prioris & antiqui *σίγμα* exempla in Græcis aliquot cuſis ſub eo nummis adhuc occurrunt. Certe qui exſtant etiamnum horum *Antiochenſium* nummi, in præclaris Cimeliarchiis, aut ab eruditis Antiquariis ſunt deſcripti, ſub Hadriano, ac ſequentibus Imperatoribus, lunatum illud C in voce ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC præferunt; non, ut ſub prioribus Cæſaribus Auguſto, Claudio, Nerone, antiquum Σ, nempe ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, aut ΕΠΙ ΚΕΣΤΙΟΥ vel ΚΑΣΣΙΟΥ, aliique id genus. Quod de hiſce *Antiochenſium* nummis nuper admodum, dum de hiſce commentarer, notaueram; quum priuſquam eadem proelo ſubderentur, opportune admodum incidi in ſimilem omnino eruditiſſimi Harduini in ſpecimine Chronologiæ Veteris Teſtamenti obſeruationem, de Antiochenſium nummo, inſcripto ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΗΚΣ *Antiochenſium Metropoleos* anno Græcorum CCXXVIII. Cui addit continuo, obſtare nummi fabricam, & formam litteræ Σ cæterorumque caracterum, ac Iouis inſuper caput, ne ad Philippi Imp. tempora, ut ab aliis factum, referatur; idem vero ſignatus ſit anno V. C. DCLXIX. Ut proinde id me adfecerit, quod in eandem de *Antiochenſium* id genus nummorum ætate ſententiam, cum viro ſagace ac erudito incideri m; & quidem, iuxta traditam a me iam olim, ac ſupra in hoc opere denuo adſertam, eam de duplici illius *σίγμα* in priſcis Græcorum nummis forma ac ætate notationem. Optarem vero, ne ibidem addidiſſet vir doctus, ſe horum *Antiochenſium* nummos ante hoc tempus ſignatos non vidiſſe; idque indicio ſit collapſi tum Syriæ regni, quo adhuc ſtante ſolo Regum nomine, non vero illius oppidi cuſi fuerint *Antiochiæ* nummi. Illud vero vel inde continuo refellitur, quod exſtent etiamnum (cuiuſmodi aliquot in ſuperioribus Diſſertationibus adduximus, & quales videre alioquin potuit in Hiſtoria Regum Syriæ a celebri Antiquario vulgata,) huius ipſius *Antiochiæ* nummi, cum Antiochi IV eo nomine, ſeu Epiphanis, Syriæ Regis effigie in anteriore nummi area, & in auerſa ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΔΑΦΝΗΝ· ut de alia utique *Antiochia* haud poſſit intelligi; ut alios mittam ſignatos ſub eodem Rege nummos, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΙ, *Antiochenſium In Ptolemaide*, de quibus iam ante; vel ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ

Epoch. Syr. Mac. Diſſ. II. cap. 4.

Vaillant Num. Græc. Imper. pag. 32.

Pag. 225.

Pag. 225.

Pag. 198, 199, &c.

Not. ad. lib. v. cap. 24. Num Urb. Ill. pag. 146. ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ, quod ad *Edessam* in Mesopotamia spectare vere omnino ad Plinium, id de ea urbe ita prius appellata tradidit, ac alibi quoque monuit idem eruditissimus Harduinus. Adde aliarum insuper Syriæ vel Phœnices urbium nummos, cum eiusdem Antiochi, aut sequentium subinde Syriæ Regum, ac proinde iisdem adhuc *stantibus*, effigie ac nominibus itidem percussos, ut *Apameæ, Laodiceæ ad Mare, Sidonis, Tyri* & de qua postea, *Nesibi*. Sed ut ad dictam Græcorum seu Seleucidarum Æram, in residuis adhuc *Antiochensium* nummis obuiam, uti vere etiam statuit idem vir ingenio ac eruditione præstans, redeam; accedit & agnoscit etiam Norisius, quod ante Pompeianam, vel Julianam, antiquiori Seleucidarum Æra, sicut aliæ illius tractus urbes *Laodicea, Apamea, Seleucia* &c. usi sint quoque *Antiochenses:* tum quod nihil obstet, quin *Autonomiæ* ius sub aliquo e Seleucidis iam ante iidem obtinuerint; sicut de iure *Asyli* constat, & de quo postea agetur, e Macchabæorum Scriptore, illud apud eos iam sub Antiocho Epiphane inualuisse; & quomodo de *Tyro* (qua de re etiam in processu huius Dissertationis) a Strabone dicitur, eam non solum a Regibus (nempe Seleucidis) sed a Romanis etiam *Autonomia* esse donatam. *Metropolem* vero eandem *Antiochiam* iam sub J. Cæsare appellatam, liquet ex eius Edicto, quod exstat in Chronico Joannis Malelæ Antiochensis, cuius inde, etsi tum necdum editi, ex Usserio verba iam adduxit Norisius, nunc vero publice in eodem leguntur: Ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ Μητροπόλει, Ἱερᾷ καὶ Ἀσύλῳ, καὶ Ἀυτονόμῳ, καὶ Ἀρχούσῃ &c. *Antiochiæ, Metropoli, Sacræ, Et Inuiolabili, Et Suis Legibus Usæ, Et Principi.* Quod vero a Pompeio indita primo sit huic urbi illa *Metropoleos* dignitas, haud colligi putem, uti existimant celebres Antiquarii, e nummo Augusti, in quo eadem urbs inscribitur: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ Δ *Antiochensium Metropoleos Quarto*; vel ut in alio huius nummo, ab iisdem viris præstantibus descripto, legitur ΑΑ *Anno* XXXI. a renouata nempe *Antiochensibus* a Pompeio, ac dein a J. Cæsare *Autonomia*, petita quidem postea ab iis Æra; eaque postrema, loco Æræ Seleucidarum, uti rursus ex *Antiochensium* nummis eruitur, dein retenta; sed ita ut non inde sequatur, *Metropoleos*, vel *Autonomi* etiam ius ac titulum iisdem *Antiochensibus*, quod hactenus viris eruditis, ac inter alios, *Metropoleos* ius ac nomen quod attinet, doctissimo Norisio visum est, primum a Pompeio, ac dein a J. Cæsare concessum. Ita ut redacta a Pompeio sub Romanorum potestatem Syria, eiusque principe urbe *Antiochia*, non noua adeo, & quibus antea gauisa eadem non foret, *Metropoleos*, vel *Autonomiæ* iura a Pompeio primum redemisse censeri debeat; quam ut ea, quibus antea fruebatur, sibi sancta & illibata deinceps sub Romanis manerent, eandem ab illo obtinuisse. Quod ipsa Porphyrii, quo auctore, de redempta ab Antiochensibus a Pompeio *Autonomia* demum constat, verba videntur quoque innuere: ὁ δ' λαβὼν παρ' Ἀντιοχέων χρήματα, ΑΥΤΟΝΟΜΟΝ τὴν πόλιν ΕΙΑΣΕ, *qui autem accepta ab Antiochensibus pecunia, urbi* JUS SUARUM LEGUM RELIQUERIT. Unde tanquam noui indulti sibi, & quo sub nouis Dominis in posterum gaudere pergerent, iuris intuitu, nouam quoque Æram sibi constituendam, veteri Seleucidarum, sub quorum imperio, hactenus vixerant; abolita, existimarunt *Antiochenses*. Immo qua ratione etiam iisdem iuribus, paucis post annis huic *Antiochiæ* a J. Cæsare denuo adsertis; inde quoque, ceu primus fuisset eorundem largitor, noua rursus Æra est ab iis inducta; quamque, ut ex Eusebio, Auctore Chronici

Epoch. Syr. Maced. Diss. IV. cap. 3.

1. Macchab. IV 31, 34.

Lib. XVI. pag. 521.

Ut supra Chronograph. pag. 278.

Vaillant. Num. Græc. Imperat. pag. 208.

Euseb. Græc. Scalig. p. 62.

nici Alexandrini, Euagrio, Joanne Malela, & vel maxime ex nummis antiquis conſtat, ac eſt a viris præſtantibus luculenter iam adſertum, ſequutis etiam ætatibus iidem retinuerint. Unde *Metropoleos* titulum quod adtinet, eundem legimus a Strabone ita *Antiochiæ* tribui, ut non tam ad eum, ceu ille ſua ætate, & paullo ante ſub Romanis primum inuectus fuiſſet, quam ad titulum, qui ante pridem foret iam receptus, videatur reſpicere. Ubi enim de eadem, aliiſque quibuſdam conditis in Syria a primo Seleuco ſeu Nicatore urbibus agit, id de *Antiochia* continuo ſubdit: ἡ δὲ καὶ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ἔστιν αὕτη τῆς Συρίας, καὶ τὰ βασίλεια ἐνταῦθα ἱδρυτο τοῖς ἄρχουσι τῆς χώρας *Urbs autem hæc* METROPOLIS *eſt Syriæ, & iis, qui regioni imperant, Regia eſt ibi exſtructa.* Ita etiam Joſephus agens de beneficiis ab Aſiæ aliiſque Regibus, in Judæos olim collatis, de eodem Seleuco Nicatore ait: καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ, πολιτείας αὐτοὺς ἠξίωσε, *in ipſa denique* METROPOLI ANTIOCHIA *ius ciuitatis iis dedit*, parique, ut ibi addit, cum Macedonibus & Græcis conditione ac iure, in eadem agere conceſſit. Quæ autem de adſumpto ab *Antiochenſibus* illo in eorum nummis ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, antequam iidem Romanis fuiſſent ſubiecti, titulo ac iure, ex memoratis ſupra in iis Annis ΣΖ ſeu CCVII, & ΑΛΣ ſeu CCXXXI, omnino confirmantur. Illos enim, cum ob ipſam, ut paullo ante diximus, & monuerat quoque, ut vidimus, de ſimilibus *Antiochenſium* nummis Cl. Harduinus, eorundem nummorum ſculpturam; tum ob litteræ in iis Σ, non C, ut in aliis eorundem Antiochenſium ſub Traiano & Commodo nummis, formam, ad antiquiora illis Imperatoribus tempora reſpicere, ſat, ut opinor, iam liquet; ac proinde annos in iiſdem adductis a me nummis adſcriptos, ad eam, qua, agnoſcente id doctiſſimo Noriſio, uſi ſunt Antiochenſes, antequam, ut agnoſcunt viri docti, Romano imperio fuerint ſubiecti, Seleucidarum Æram eſſe omnino referendos. Quomodo primus ex iis nummus cum Epocha ΣΖ *Annorum* CCVII, incidit in tempora Antiochi Cyziceni; poſterior cum Æra ΑΛΣ, *Annorum* CCXXXI, in tempora Antiochi X. vulgo Pii, e Parthia ante annos aliquot reducis, ac tum adhuc ſuperſtitis.

Lib. XVI. pag. 750.

Antiq. lib. XII. cap. 3 ab initio.

Epoch. Syr. Mac. Diſſ. III. cap. 3.

Id vero, quod modo de ANTIOCHIA, de TYRO quoque ſtatuendum eſt; dari nempe ſimiliter illius urbis nummos cum ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ titulo, Caſarum temporibus, quod iam olim vidimus, vetuſtiores: quodque ex multis indiciis cum artis, tum ſcripturæ liceret omnino ſtatuere. Adde, ut ibi a nobis eſt id quoque monitum, quod præter peculiarem illam *Tyriorum* Æram, quam ex Euſebio & Actis Conciliorum obſeruarunt iam viri docti, & de qua pluribus agit poſt Scaligerum ac Uſſerium Noriſius, antiquiorem Seleucidarum Æram exhibeant adhuc veteres *Tyriorum* nummi. Cuius utique fidem inſuper facit adductus nuper eam in rem e Gaza Gallorum Regia a Cl. Vaillant nummus, ſub Elagabalo percuſſus; in cuius auerſa parte Triremis cum velo, & inſcriptio TYP. IEP. AC. NAΥAPX. BAΦ. *Tyri Sacræ Inuiolabilis Nauarchidos Anno* DXXXII. Ii enim, ducto Epochæ initio ab Æra Seleucidarum, ſeu Urbis Conditæ CCCCXLII, incidunt in annum V. C. DCCCCLXXIV, ſeu Elagaboli IV; non equidem, iuxta virum præſtantem, quo ille primam Tribunitiam Poteſtatem, ſed quo quartam demum inierat, Conſulibus nempe Annio Grato, Claudio Seleuco. Quem autem ſingularem numinum, inter laudata ſubinde in hoc opere illuſtris Equitis Au-

Epoch. Syr. Maced. Diſſ. IV. cap. 3.

Num. Græc. Imp. pag 130. 131.

Ibidem p. 289.

rati

rati Trombal cimelia, obseruare nobis, & de quo adhuc alibi agetur, licuit. Ad quam proinde signatam etiam sub Cæsaribus Seleucidarum *a Tyriis* Æram, alii cum ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, aut Τ. ΙΕΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, in iisdem elogio, referri quoque possunt antiquiores quidam eorum nummi; in quibus hinc Herculis Tyrii, ut notum, numinis caput; illinc vel Clava eius, vel Triremis, vel Aquila conspiciuntur; addita autem ΗΛΣ Annorum nempe CCXXXIVII; aut ΕΞΣ, CCLXV; aut ΒΟΣ, CCLXXII, vel simili Æra. Qui nummi, ducto nempe Æræ in iis adscriptæ initio, ab ea, quæ a primo Antiochi Euergetis seu Sidetis anno a Tyriis est adsumpta, ut ex Eusebii Chronico & Actis Conciliorum eruitur; ad Traiani, ac Antonini Pii tempora a viris præstantibus referuntur: quod rursus litterarum in iisdem nummis apices, uti supra de Antiochensibus diximus, seu littera Σ in iis, loco C, conspicua, continuo refellunt: maxime quum in aliis Traiani nummis, quos cuderunt iidem *Tyrii*, occurrat hinc laureatum eius caput, cum titulis inter alios NEP. TRAIANOC. CEB. proinde cum recepto tum *Sigma* C; illinc Aquila Clauæ insistens, Tyri symbolum; & ita in adducto sub Commodo nummo ab eruditissimo Harduino, ΤΥΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠ. ΙΕΡΑC. Quod vero eandem *Tyrum*, sub Hadriano & quidem efficiente id Paulo Tyrio legato ad eum misso, *Metropolim* primum factam tradit Suidas, merito fide veterum id genus nummorum est iam a viris præstantibus, uti a doctissimo Norisio, explosum. Neque certe parum id radarguit locus e Strabone ibi ab eodem adductus, ubi de Sidone & Tyro ait, ambas antiquitus, & sua adhuc ætate, esse claras & illustres, additque, ὁποτέρα δ' ἂν τις εἴποι ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΝ ΦΟΙΝΙΚΩΝ, ἔως ἐν ἀμφισβητήσεως ἔτι· *utram vero earum* METROPOLEM PHOENICUM *dixeris, manet inter eas controuersum.* Quod vero idem vir præclarus, ibi *Metropolim* intelligi posse existimat, quæ aliarum veluti Mater, missis nempe in alia oppida colonis, uti a Tyro in Africam factum, exstiterit; est ab eo loco omnino alienum. Id enim superioribus verbis dixerat Strabo, & qua de re iam ante: utramque urbem, *Sidonem* & *Tyrum*, magnitudine, forma, & antiquitate comparandas: a Poëtis quidem magis *Sidonem* celebrari, quum nec *Tyri* meminerit Homerus: ob Colonias tamen in Africam & usque ad loca extra columnas ab ea missas, *Tyrum* plurimum inde celebrari. Quibus autem ea subdit, quæ modo adtulimus: ambas nempe claras esse ac illustres; controuersumque inter eas illud manere, utram ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΝ ΦΩΙΝΙΚΩΝ *Metropolem Phœnicum* dixeris; nempe regionis illius caput, quæue principatum in ea teneret: eo sensu proinde, ut eadem verba clarissime aiguunt, quo *Metropoles* passim dictæ sunt, & de quibus nunc nobis sermo, ciuitates suarum regionum capita: quoque etiam *Tyrus* dicitur in pluribus eius nummis, ΤΥΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ· non vero illo, de quo supra egimus, quo ea deductarum nobilium coloniarum procul extra Phœniciam, *Mater* seu *Metropolis* exstiterit, ac prout de eadem urbe a Plinio dictum iam ante vidimus, *olim partu clara, urbibus genitis* &c. Accedit, quod alibi tangit quoque Strabo de *Cnosso*, primaria olim Cretæ urbe tanquam de recuperata ab ea pristina *Metropoleos* dignitate; atque ita quam eadem, antequam subacta a Romanis foret, obtinuerit. Quum enim dixisset diu eam primas in Creta tulisse, dignitate illa postea in *Gortynam* & *Lyctum* translata, addit: ὕστερον δ' ἀνέλαβε πάλιν ΤΟ ΠΑΛΑΙΟΝ ΣΧΗΜΑ τῆς Μητροπόλεως, *postea vero recuperauit denuo* PRISTINAM *Metropoleos* SPECIEM.

Num. Urb. Ill. pag. 513.

In Παύλος Τύριος. Epoch. Syr. Maced. Dist. IV. cap. 3.

Lib. XVI. pag. 756.

Lib. VI. cap. 19.

Lib. X. p. 476.

CIEM. Quamquam nec ab eadem *Cnoſſo*, nec a *Gortyna*, aut a *Lytto*, (ut in nummis eius dicitur, ΛΥΤΤΙΩΝ nempe; non ΛΥΚΤΙΩΝ ſicut ab Homero dictam eandem urbem Λύττον agnoſcit Strabo) adſumptum legimus hactenus in eorum nummis, qui ſub iis, quum necdum Creta foret a Romanis domita, ſunt percuſſi, illum *Metropoleos* titulum. Ibidem.

III. *De* METROPOLIBUS *in Romano Imperio conſtitutis.*

Neque tamen id præterire aut diſſimulare hic licet, quod in magna, quæ etiamnum occurrit veterum nummorum, & Græcorum quidem copia, in quibus illa ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ dignitas ſignatur; ii ferme omnes, redactis in Romanorum ditionem id genus urbibus & regionibus, in quibus illæ erant ſitæ, ſint demum cuſi. Ut vel inde utique liqueat, propagatis paullatim Romani Imperii finibus, & in Prouinciarum formam redactis, quæ ſubactæ ab iis fuerunt, gentibus, illud METROPOLEOS, in iis nomen primariis earum urbibus a Romanis vel relictum, vel primo etiam conceſſum; ab iiſdem autem ciuitatibus ſtudioſe expetitum, & publicis earum monumentis continuo proditum. Quomodo Μητροπόλεις τῶν ἐθνῶν, *Metropoles Gentium* dici eaſdem ab Antonino Pio Imperatore paullo ante vidimus: pridem vero a Procopio de *Cæſarea* Cappadociæ *Metropoli* alicubi dictum: ἔξ ὃ δὴ καὶ εἰς ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ἀξίωμα ἦλθεν· ἔστω γὰρ πόλιν τὴν πρώτην τῶν ἐθνῶν καλοῦσι Ῥωμαῖοι. *Unde & METROPOLEOS dignitatem nacta eſt: ſic enim Primam gentis urbem vocant Romani.* Unde eo titulo ac iure decoratas ab iiſdem liquet eas gentium ſeu Prouinciarum Romani orbis ciuitates, quæ veteri, quem in iis iam obtinuerant, primatu; ſeu Regum antea in iis ſede; magnitudine præterea, antiquitate, loci celebritate, & incolarum frequentia, ſitus etiam opportunitate, aut Templi alicuius maieſtate ac religione; adde & peculiaribus ſubinde erga Populum Romanum aut Cæſares meritis, eam dignitatem præ aliis eiuſdem gentis urbibus mereri videbantur. Hæc enim in antiquis Auctorum aliiſue reſiduis adhuc priſci æui monumentis legimus, iuris illius ac tituli, urbibus id genus conceſſi, quandoque etiam ab iis ultro uſurpati, fontes exſtitiſſe. Ita deuicta a Romanis *Phœnicia, Coele Syria, Syria Commagene, Cilicia, Galatia, Pamphylia, Bithynia, Ponto, Pamphylia, Arabia, Thracia*, TYRUS, ANTIOCHIA, SAMOSATA, TARSUS, ANCYRA, NICOMEDIA, AMASIA, PERGA, PETRA, PHILIPPOPOLIS, CORINTHUS, ut alias iam hic mittam, totidem earum gentium METROPOLES, quod vel ex earum nummis conſtat, ſunt a Romanis renuntiatæ: neque tamen omnes continuo, ubi eædem ſunt Romani iuris factæ. De TYRO equidem & ANTIOCHIA id iam vidimus, utrique illi ciuitati ius *Metropoleos*, quod veteres earum nummi & inſcriptiones abunde oſtentant, cum ante, tum poſt impoſitum Romanæ dominationis iugum datum, ac denuo adſertum. TARSUM vero quod attinet, & in quam, ut *fere Ciliciæ nobiliſſimum fortiſſimumque oppidum*, prouinciæ ciuitates omnes a J. Cæſare euocatas tradit Auctor belli Alexandrini, iam ſub Auguſto gentis *Metropolim* conſtitutam, præter id tradentem Dionem Chryſoſtomum, conſtat inſuper ex eo illius urbis nummo, quem inter Auguſti numiſmata retulit Cl. Vaillant, De Æd. fic. lib. v. cap. 4. Bell. Alexandr. cap. LXVI. Orat. XXXIV. pag. 6.

Num. Græc. Imper. pag. 6. Vaillant, inscripto ΤΑΡΣΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ac præterea, ΟΡΕΟΙΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ, *Montanis Ciliciæ*, ut postrema hæc adfert ac reddit celebris Antiquarius. Sed quum eundem nummum e schedis Franciſci Gottifredi, qui nummi possessor ibi indicatur, quique non ea Græcorum, quod coram olim Romæ mihi abunde innotuit, quam Romanorum nummorum peritia erat instructus, hauserit vir eximius; nec apud Græcos ὄρεσ, sed ὄρειος vel ὀρεσιὰς dicatur *montanus*; crederem omnino in eodem numismo non ΟΡΕΟΙΣ, sed ΟΡΟΙΣ, leui utique discrimine, signari. Quod firmat utique eorundem *Tarsensium* sub Seuero nummus, de quo alibi egimus, & qui in eodem Cl. Vaillant opere est quoque ab eo descriptus, in quo ΟΡΟΙΣ ΚΙΛΙΚΩΝ, legitur: & quo autem verbo respici, non ad Ciliciæ montes (ut apud Æschylum, ἐς δὶ ὄρεων Κιλίκων, *& per Cilicum montes*) sed *ad Ciliciæ limites*, ac proinde ὄρους, non ὄρεις, hoc est ad *Cilicias Pylas* seu *Portas*, ut ibidem docui. Quibus addere licet, quod *Tarsus*, non in *montosa* Cilicia, seu *Trachea*, vel *Aspera*; sed in campo foret sita, quamque mediam perflueret Cydnus amnis, ut de ea [a] Strabo, qui paullo [b] ante dixerat quod Ciliciæ pars una Τραχεῖα, seu *Aspera*, cui immineret mons Taurus; altera πεδιὰς, seu *campestris*: *campestrem* autem esse a Solis & Tarsô, usque ad Issum. Adde, quod altera illa *Trachea* seu *Aspera* Cilicia sub Vespasiano demum, ut id a [a] Suetonio, [b] Victore, [c] Eutropio traditur, sit in prouinciæ formam redacta. ANCYRÆ vero in Galatia, quæ sub Augusto, ut e [d] Dione liquet, est inter Romanas Prouincias relata, quamque ab eodem Cæsare velut denuo conditam tradit [e] Tzetzes, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ titulum tribuit signatus iam sub Nerone (ut de posterioribus sileam sub L. Vero, Commodo, Caracalla, aliisque Cæsaribus) nummus e [f] cimeliis illustris Harlæi, ΑΝΚΥΡΑΣ ΜΗΤΡΟ. NICOMEDIAM autem, iuxta Ammianum, *Bithyniæ urbium matrem*, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΟΣ nomine ornatam exhibent iam eius nummi sub [g] Claudio & Britannico percussi, & cum Græcis *Auli Mindii Balbi*, Bithyniæ tum *Proconsulis*, nomine ac dignitate. Quum autem ex diuisione Prouinciarum ab Augusto instituta, una Ponti & Bithyniæ prouincia fuisset ab eo, quod e [a] Strabone ac [b] Dione notum, constituta, ac insuper e [c] Plinio Iuniore, qui utriusque simul sub Traiano Rector exstitit, ut de Inscriptionibus antiquis nunc sileam; hinc etiam utriusque regionis *Metropolis* dicitur eadem *Nicomedia* in singulari eiusdem Traiani nummo, quem vidimus in Gaza Gallorum Regia, inscripto Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΝΙΚΟ. ΠΡΩΤΗ ΠΟΝΤΟΥ ΚΑΙ ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ, *Metropolis Nicomedia Prima Ponti & Bithyniæ*; & cui similem quoque, qui exstaret apud Anglum Falcknerum, memorat Cl. Vaillant. De addita vero in iis & aliis adhuc huius *Nicomediæ* nummis ΠΡΩΤΗΣ appellatione dicetur paullo infra. Illud vero obseruare mihi licuit, quod illa ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, aut ΠΡΩΤΗΣ etiam appellatio, in Romanorum Imperatorum nummis, qui urbis illius nomen præferunt, usque ad Macrinum Imperatorem legatur; in aliis vero sequentium etiam Cæsarum, quos hactenus vidimus, aut adnotarunt diligentes Antiquarii, non compareat, sed vulgo ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ solum, aut ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ iidem sint inscripti, nulla *Metropoleos* nec *Primatus* gentis facta in iis mentione. Quod *Niceæ* in eadem Prouincia, illius urbis æmulæ, contigisse itidem videas; ut quum ΠΡΩΤΗ ΤΗΣ ΕΠΑΡΧΙΑΣ, *Prima Prouinciæ* dicatur in Domitiani nummo, de quo postea, Regiæ Gallorum Gazæ; in sequentibus dein eius urbis, qui plures adhuc

Epistol. v. ad Morellium p. 267.

Suppl. v. 560.

Epist. v. ad Morellum. p. 300.

a Ἡ δὲ Ταρσὸς κεῖται μὲν ἐν πεδίῳ &c. Lib. XIV. pag. 673.

b Ibidem. pag. 668.

a In Vespasiano cap. IX.

b In Epitome cap. IX.

c Lib. VII. c. 13.

d Lib. LXXI. pag. 714.

e Chiliad. lib. I. cap. 2.

f Vaill Num. Græc. Imper. Lib. XVII. cap 7.

g Ibidem.

a Lib. XVII. pag. 540.

b Lib. LIII. p. 504.

c Lib. X. Epist. 28. 32, 79, 109. &c.

Num. Græc. Imper. pag. 29.

adhuc ſuperſunt, nummis, nuſpiam quoque ille ΠΡΩΤΗΣ titulus eidem *Nicææ* adſcribatur. Id vero inde factum licet ſtatuere, quod ob eam veterem, quæ inter illis Bithyniæ urbes *Nicomediam* ac *Nicæam* vigebat, ſimultatem, ac de *primatu* gentis, ut vel e Dione Pryſæenſi, eoque Bithyno, abunde conſtat, contentionem; aut forte eorundem in *Nicæam*, quam in colendis Imperatoribus valde ſtudioſam licet aliunde ex illius urbis nummis colligere, propenſionem, Imperatorum ſeu Rectorum, qui eidem præerant, Edictis ſit decretum, ut ab inuidioſis id genus appellationibus, de quibus hæ duæ primariæ Bithinyæ urbes mutuo inter ſe diſceptabant, eædem deinceps abſtinerent. Utramque certe urbem, etſi *Metropoleos* nomen *Nicomediæ* proprium, commune vero utrique, *primæ* ſeu *primatus* adſereret laudatus modo Dio; *Nicæam* tamen ſequutis ætatibus, ut vel ex Actis Conciliorum, & qua de re paullo poſt liquet, *Metropoleos* dignitate ornatam itidem conſtat; immo ab altero Dione Cocceiano, ſed in patriæ, *Nicæenſis* quippe, fauorem, de *Epheſo* & *Nicæa* dictum; *illas urbes in Aſia ac in Bithynia primo loco haberi:* αὗται γὰρ εἰσὶ αἱ πόλεις ἐν τε τῇ Ασίᾳ, καὶ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ πρωτεύουσαι. Sic quum eſſent duæ nobiles in *Pamphylia* ciuitates, SIDE & PERGA, poſtremam tantum METROPOLEOS nomine decoratam videas in Cæſarianis nummis; uti in ſingulari nummo Regiæ Gallorum Gazæ ſub Hadriano, cum epigraphe ΠΕΡΓΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. Quod equidem ei indultum, ab magnam in ea *Dianæ Pergææ* Templi, ſeu ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΠΕΡΓΑΙΑΣ in antiquis etiam nummis dictæ, religionem ac celebritatem, licet utique ſtatuere; ad quam Ædem annuum etiam gentis conuentum exſtitiſſe docet Strabo. Unde apud Callimachum, præ aliis urbibus *Dianæ Pergam placuiſſe* legimus: πολίων δ' ἐυαδὲ Πέργη, & ad quem locum vetus Scholiaſtes: Πέργη, Μητρόπολις Παμφυλίας, *Perga Metropolis Pamphyliæ.* Urbium certe dignitatem & περιδόξου, e Templorum apud eos maieſtate ſubinde profectam aliunde conſtat; & quomodo, ut hoc unum eam in rem hic addam, Alexandrum M. in audiendis legatis Hammoniorum, Delphorum, Corinthiorum, Epidauriorum, pro maieſtate Templorum audientiæ prærogatiuam illis tribuiſſe tradit Diodorus. Sequentibus vero temporibus, uti in Notitia Eccleſiarum Antiqua; *Pamphyliæ Secunda Metropolis* dicitur eadem *Perga*. *Sides* autem nummum olim adduximus inter cimelia Reginæ Chriſtinæ a nobis viſum, inſcriptum CIΔHTΩN ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗC ΕΝΔΟΞΟΥ, *Sidetum Splendidiſſimæ Illuſtris*; alium autem e Gaza Regia protulerunt viri eruditi, in quo ΠΡΩΤΑ ΠΑΜΦΥΛΩΝ CIΔHTΩN· quæ ad *Primatum* communium Prouinciæ Ludorum tum habitorum reſpiciunt. Eadem tamen *Side Metropolis* legitur in Actis Conciliorum; & quidem, ut ea tum primæ Pamphyliæ, *Perga* vero, demum, ut modo diximus, *Secundæ Metropoles* exſtiterint. Subactæ vero a Traiano ARABIÆ, etſi mox ab Hadriano, omiſſæ, index præclarus adhuc ſub eodem Hadriano, ac ciuſdem Gazæ Regiæ nummus, cum epigraphe ΠΕΤΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. Adde alium haud obuium eiuſdem urbis ſub M. Aurelio nummum; quem olim inter præclara omnino Ducis in Gallia Vernolii, Magno Henrico IV. Parente nati, cimelia, (nunc Regiæ Gallorum Gazæ) ipſo eadem exhibente, & comite ſimul Cl. Vaillant, inſpexi, in quo ΑΔΡΙΑΝΗ ΠΕΤΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC, adſumpto nempe ab *Hadriano*, ſolito id genus urbium in earum nummis more, cognomento. Unde autem liquet, quod eadem urbs, quæ [a] Ἄρκης, alibi [b] Ἀρκέμης nomine apud Arabas, Πέτρα vero a Græcis, ut

Orat. xxxvii.

Lib. ii. p. 458.

Lib. xiv. pag. 667

Hym. in Dian. v. 87.

Lib. xvii. pag. 623.

Harduin. Num. Urb. Ill. p. 452. Vaillant Num. Græc Imper. pag. 183.

a Antiq. lib. v. cap. 3.
b Ibidem c. 7.

ut de ea Josephus, sit appellata; ut idem addit, *maximam in uniuersa Arabia haberet dignitatem*, τὸ πᾶν ἀξίωμα τῆς Ἀραβίων ἔχουσα γῆς, unde & alibi adhuc Aretæ Regis Arabum Regia ab eo dicitur. Quum vero sub Vespasiano demum constituta fuisset certa THRACIÆ prouinciarum, ut ad Suetonium iam viderunt viri docti, quæ singulæ Romano Imperio deinceps, a quo earum pars fuerat hactenus exempta, parerent, diuisio; hinc sub Seuero *Thraciæ* proprie dictæ, ut vel ex Ammiano Marcellino liquet, quæque eam, quod ille addit, *exornaret*, PHILIPPOPOLIS, olim *Eumolpias*, dicta in eius aliorumque dein Imperatorum nummis *Metropolis*, uti in Elagabalo inter præclara cimelia illustris Foucaultii, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΩϹ ΝΕΩΚΟΡΟΥ. ACHAIÆ vero caput, ut iam ante vidimus, CORINTHUM, quod Romana foret Colonia, uno LAUDIS JULIÆ CORINTHI titulo gaudere nosti in Latinis eius nummis. Exstat vero singularis, & Græcus quidem eiusdem urbis nummus, cum Britannici in anteriori parte nomine ac effigie apud Octauium Stradam, & de quo olim iam eginus; in quo illa *Metropoleos* dignitas eidem urbi adseritur; nempe ϰΟ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΕΠΙ ΜΙΝΔΙΟΥ ΒΑΛΒ. *Corinthi Metropoleos Sub Mindio Balbo.* Achaiæ nempe Proconsul sub Claudio hic *Mindius Balbus*, ut liquet ex alio eiusdem Claudii nummo Mediceo, cum epigraphe Λ (forte Α) ΜΙΝΔΙΟΣ ΑΝΘΥΠΑΤΟΣ ΠΑΤΡΩΝ. L (vel Α) *Mindius Proconsul Patrarum*; quæ urbs non eiusdem solum Achaiæ, sed aliquamdiu etiam eius caput exstitit: unde id *Metropoleos* nomen in adducto modo nummo, tanquam sibi, non *Patrensibus* debitum, vindicare videntur *Corinthii.* Adducitur vero sub eodem Claudio a celebri Antiquario nummi a *Patrensibus* cusi inscriptio paullo diuersa, cuiusque alius possessor, nempe Jos. Felice, Cardinali Ottoboni Romæ a secretis ab eo dicitur, & cum alio insuper typo ΕΠ. Λ. ΜΙΝΔΙΟΥ ΒΟΛΑΝΟΥ ΑΝΘΥ. ΠΑΤΡΕΩΝ *Sub L. Mindio Bolano Proconsule Patrensium.* Verum illam, quam exhibuimus huius Achaiæ sub Claudio Proconsulis scripturam, ΜΙΝΔΙΟΥ ΒΑΛΒΟΥ, firmat adductum simile Bithyniæ Proconsulis nomen sub Claudio in *Nicomediæ* nummo. Quum annuum esset illud Proconsulare in prouinciis Populi Romani imperium, nihil omnino obstat, immo quod non in antiquis in primis inscriptionibus est vulgo obuium, ut utrumque cum *Bithyniæ*, tum *Achaiæ* Proconsulatum diuersis annis sub Claudio gesserit idem *Mindius Balbus.* Quamquam exstant etiam in Tito nummi Regiæ Gallorum Gazæ, in quibus fluuius decumbens cernitur, cum inscriptione ΕΠΙ ΒΟΛΑΝΩΥ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ, qualem quoque & quidem e suis cimeliis, adducit Cl. Vaillant: unde aliquem *Bolanum* nomine, liquet Proconsulem Asiæ fuisse sub eo Imperatore. Ad quem proinde huius *Bolani* in Asia Proconsulatum respicit, ut obseruo, in Propemptico ad eius filium Crispinum ei familiaris Statius:

Ibid. lib. xiv. cap. 2.

Not. in Vespas. cap. 12.

Lib. xxvii. cap. 4.

Voillant. Num. Graec. Imper. pag. 13. & pag. 364.

Num. Graec. Imper. pag. 22.

quantusque potentes
Mille urbes Asiæ sortito rexerit anno.

Lib. 1. Sylv. 11. v. 56.

Quod vero *mille* Proconsularis *Asiæ Urbes* hic dicantur, de ea illiusque haud una *Metropoli*, paullo post. Idem vero *Bolanus* Rector etiam *Britanniæ* exstitit; ut cum ex eodem Statii carmine de Britannia, ubi de eodem *Bolano* dicitur: *Hic suetus dare iura parens*: ac præterea e Tacito constat in Agricola. PAPHLAGONIÆ vero exstat singularis quidam nummus sub M. Aurelio cusus, quem e ciuis eiusdem Bononiensis in Italia cimeliis indicauit

Ibidem v. 144.

Cap. VIII. & XVI.

Cl.

Cl. Vaillant, qui POMPEIOPOLIM docet *Paphlagoniæ Metropolim* olim exſtitiſſe; nempe ΜΗΤΡ. ΠΑΦΛ. ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΙC *Metropolis Paphlagonum Pompeiopolis.* Diuerſa nempe hæc *Pompeiopolis*, ne id cuiquam ſit fraudi, ab altera cognomine Ciliciæ urbe, quæ *Soli* prius dicta; cuius inſignem nummum cum *Pompeii* effigie in anteriori eius area; in auerſa autem cum muliere turrita ſedente & nomine ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ (quo nuper περιπύλαιον operis ſui de Græcis Imperatorum nummis exornauit celebris Antiquarius) e cimeliis Cardinalis de Maximis primi olim protulimus; & alterum inſuper cum ſignati in eo Chryſippi & Arati effigie, Solis utriuſque orti, ſeu, ut eadem urbs poſtea appellata, *Pompeiopoli.* Cuius alioquin ſimilis nummi, cum his duobus inclytis loci illius ciuibus, facta eſt deinceps mentio ab erudito auctore de nummis urbium illuſtratis. Verum hæc non *Ciliciæ*, ſed *Paphlagoniæ*, quod vel arguit nummi modo adducti inſcriptio, & quidem in quo ea *Metropolis Pompeiopolis* dicitur; cuius alioquin urbis meminerunt Geographi [a] Strabo, [b] Plinius, ac [c] Stephanus, ac præterea Notitiæ Eccleſiarum Antiquæ. Mirari vero haud parum ſubit, quod cum a Stephano dicatur eadem πόλις Παφλαγονίας, in ſuis tamen ad eum adnotatis, & in antiqua Geographia verſatiſſimus cæteroquin Holſtenius, eam ibi cum altera *Ciliciæ*, & quæ dicta prius ſit *Soli, Pompeiopoli* confundat; neque aliam eo nomine ibi, eamque *Paphlagoniæ* urbem, agnoſcat: ut idem ſileam a Stephani editore Berckelio factum. Quum tamen utramque *Ciliciæ* & *Paphlagoniæ Pompeiopolim* bene diſtinguat Auctor Geographiæ Sacræ, quem notis ſuis illuſtrauit idem Holſtenius; ac in Notis Eccleſiarum Antiquis, cum [a] Paphlagoniæ, tum [b] Ciliciæ diuerſa legatur *Pompeiopolis.* Occurrit vero peculiaris Getæ nummus, cum inſcriptione ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ICAΥΡΩΝ, qui ad ISAURAM ſeu ISAUROPOLIM, Lycaoniæ olim, ut ex Ptolemæo & inſuper e Notitia Eccleſiarum Antiqua conſtat, ciuitatem, & cuius in Leonis & Anthemii Conſtitutione fit in Codice mentio: ἡ δὲ ἡ Λεοντόπολις Ἰσαυρίας ὑπὸ τὸν Ἐπίσκοπον ἦν Ἰσαυροπόλεως, *Leontopolis vero Iſauriæ, eſt ſub Epiſcopo Iſauropoleos.* Quo loco memorandus etiam foret ſingularis itidem urbis haud inter Phrygiæ primarias, ÆZANITARUM nempe nummus; in quo, iuxta virum eruditum, qui eum protulit, *Metropolis* dignitas ei tribuitur, nempe AIZANITΩN ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC· ſed de quo opportunius, ubi de *Aſiæ* Proconſularis *Metropolibus* agetur. Quis vero AUTOMALA, Africæ olim oppidum, haud procul a Cyrenaica, ab uno forte Strabone ex antiquis Geographis, & quidem duobus locis, memoratum, illius in LIBYA tractus, *Metropolim* exſtitiſſe, tradidit? Docet id vero rarus omnino huius oppidi nummus in Alexandro Seuero a Cl. Vaillant adductus, ΑΥΤΩΜΑΛΗC ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΛΥΒΙΚΗC, ſeu verius ΛΙΒΥΚΗΣ, *Automales Metropolis Libycæ*, cum Dianæ Venatricis & Cerui effigie. Exſtat vero, ut hoc addam, apud Plinium nobilis olim & laudati in India oppidi *Automela* appellati mentio, & quæ Regis etiam Indorum foret Regia; ad quam vero ſignatum cum Alexandri Seueri Imperatoris imagine, & Græca urbis inſcriptione nummum, nemo facile utique referendum exiſtimabit. Sed de quarum urbium nummis qui illam METROPOLEOS dignitatem, de qua haud aliunde conſtaret, iis largiuntur, plura in proceſſu huius tractationis dicenda adhuc venient.

Num. Græc. Imper. p. 56.

Pag. 408.

a Lib. XII. p. 562.
b Lib. VI. c. 2.
c In Παφλαγονία. Not. ad Stephan p. 259.

A Sancto Paulo pag. 250. & 288 ult. ed.
a Pag. 935.
b Pag. 31. & 47.

Leg. XXXVI. C. de Epiſcop.

Parduin. Num Urb. Ill. pag. 564.

Lib. II. pag. 23. & lib. XVII. p. 836.

Num. Græc. Imper. p. 135.

Lib. VI. cap. 20.

IV.

De pluribus unius Prouinciæ METROPOLIBUS *in Nummis.*

1. *De Metropolibus* PHOENICES, PALAESTINAE.

Decursu eiusdem temporis, tum veteri haud unius inter se eiusdem Prouinciæ urbis contentione; aut peculiari Imperatorum Romanorum indulgentia; vel in hanc aut illam ciuitatem propensione, factum constat; ut pro una duæ, aut plures etiam subinde constitutæ sint in eadem regione METROPOLES; una nempe Prouincia tum in duas aut tres, quandoque, & plures etiam, frequenter diuisa. Quem morem utique ea ætate receptum tangit ac suggillat Claudianus:

Lib. II. in Eutrop. v. 586. &c.

PROUINCIA *quæque superstes*
DIUIDITUR, *geminumque duplex passura tribunal,*
Cogitur alterius pretium sarcire peremptæ.
Sic mihi restituunt populos, hac arte reperta,
RECTORUM NUMERUM *terris pereuntibus augent.*

Quod autem inde nouum METROPOLEOS decus sibi id genus ciuitates, quæ tum eo iure mactæ fuerant, cum aliis, tum publicis etiam nummorum monumentis prodendum continuo existimarunt. Unde haud adeo id e residuis adhuc Imperatorum eam. in rem Constitutionibus, sicut [a] Theodosii ac Valentiniani, de noua *Phœnices Metropoli* BERYTO præter antiquam TYRUM constituenda; aut de pluribus in [b] *Ponto* vel [c] *Paphlagonia* Metropolibus, in Justiniani Nouellis; vel cæteroquin Auctorum veterum testimoniis, Actis veterum Conciliorum & Notitiis Ecclesiarum Antiquis; quam antiquiorum & insignium Nummorum fide est manifestum; & e quibus, qua circiter ætate id factum fuerit, hodie licet nobis demum adsequi. Antiquiora utique ac indubitata eius rei exempla, eaque alibi ferme vix obuia nobis etiamnum suppeditant id genus nummi; e quibus haud exigua lux tum ciuili variarum nobilissimarum gentium vel urbium, aut Ecclesiasticæ etiam sequentium temporum Historiæ, lux accedit. Ac PHOENICEM quidem, & in ea BERYTUM quod adtinet, quum labente demum Imperio Romano, a Constantinopolitanis Cæsaribus eadem urbs sit in METROPOLIM primum erecta, & quidem, ut iuxta TYRUM, *utraque dignitate simili perfruatur*; haud mirum si in iis, qui supersunt longe vetustiores, cusi sub variis Imperatoribus, huius urbis nummi, eadem *Metropoleos* dignitas non occurrat. At vero antiquiori longe, Phœniciæ urbi, & quæ de eo iure cum *Tyro* pridem, uti e Strabone paullo ante vidimus, contendebat, SIDONI, non Græci quidem, quos viderim hactenus, sed Romani nummi, a temporibus Antonini Caracallæ id METROPOLEOS ius tribuunt. Etsi enim tales sub Elagabalo nummos primum protulit celebris Antiquarius inscriptos nempe COL. AUR. PIA. METR. SIDON, *Colonia Aurelia Pia, Metropolis Sidon*; signatos tamen iam ante cum iisdem illis nominibus sub Antonino Caracalla nummos, in eximii Morelli schedis, adnotasse memini, ac præterea apud illustrem Comitem Mediobarbam, & quidem indicatis ab eo ubi iidem exstant, cimeliarchiis. Idem tamen ius huius SIDONIS *Metropoliticum* mox abolitum vel inde liquet, quod infra Elagabali ætatem

[a] Leg. C. de Metrop. Beryt.
[b] Nov. XXVIV. cap. 2.
[c] Nov. XXIX.
Leg. VII. ut supra.
Num. Colon. Imper. p. 86. Imperat. Rom. Numism. pag. 297.

tem haud occurrant hactenus nummi, qui illud ei largiantur: TYRO autem tribuant adhuc nummi ſub Gallieno & Salonina percuſſi. Immo ea inde per *Phœnicum Metropolim* deſignatur apud Euſebium, ubi agit de Synodo *Tyri* a Conſtantino celebrata. Quod inſuper adducta modo Theodoſii & Valentiniani conſtitutio arguit, qua *Tyro* æquatur ea in re BERYTUS, nulla *Sidonis* aut alterius Phœnices *Metropoleos* facta ibi mentione: ut mittam ſequentia adhuc Eccleſiaſtica Conciliorum monumenta. In vicina vero illi non SYRIÆ ſolum, ſed Orientis dicta METROPOLI ANTIOCHIA, quod partes ea Peſcennii Nigri fuiſſet ſequuta, ademptam illi METROPOLEOS dignitatem, aliaque iura ad LAODICEAM ad mare in Syria ſitam, tranſtulit Seuerus: quod præter [a] Herodianum, & [b] Malelam, docent antiqui ſub Seuero nummi, ut viderunt iam celebres Antiquarii, inſcripti IOYΛ. ΛAOΔI. CEOY MHTPOΠOΛEΩC *Juliæ Laodiceæ Seucrianæ Metropoleos*, pluresque dein Latini eiuſdem urbis, Romanæ quippe tum Coloniæ, ſub Caracalla ac ſequutis Imperatoribus nummi, in quibus COL. LAOD. quandoque LAUD. aut COL. LAODICEAE METROPOLEOS legitur. E quibus proinde liquet, quod etſi Caracallæ interuentu reddita mox fuerint Antiochenſibus *Metropoleos*, aliaque adempta iis iura; illum tamen METROPOLEOS titulum ſemel iis indultum, retinuerint iidem *Laodicenſes*. Ad eam vero LAODICEAM in Syria, quæ *ad Mare*, ac inde in antiquis eius nummis ΠPOΣ ΘAΛAΣΣAN, non ad alteram, quæ *ad Libanum*, in nummis ΤΩN ΛAOΔIKEΩN ΛIBANOY, vel EN TΩ AIBANΩ, aut ΠPOC ΛIBANΩ, ſpectare id genus nummos, vere utique contra eruditiſſimum [a] Harduinum adſeruit doctiſſimus [b] Noriſius, & huic quoque ſuffragatus eſt in ea re celebris [c] Antiquarius. Eam vero *Laodiceam ad Mare*, dum inter urbes a Seleuco Nicatore conditas refert, non Syriæ, ſed [d] Phœniciæ, cui nempe erat vicina, adſcribit, qui & [e] alibi ſitus eius ac portus opportunitatem tangit, Appianus. Ita præter notam PALÆSTINÆ ſub Romanis Imperatoribus *Metropolim*, inde Tacito *Judææ caput*, CÆSAREAM; quam ei dignitatem, largiuntur Romani aliquot nummi, Romanæ quippe Coloniæ, ſub Alexandro Seuero, Traiano, Decio, ac Hoſtiliano percuſſi; ita adducitur ad Stephanum e P. Ligorii collectionibus a doctiſſimo Holſtenio nummus, qui eundem titulum ASCALONI, celebri eiuſdem *Paleſtinæ* urbi, ſub Hadriano tribuit; nempe ACAAΩNEIT METP. *Aſcalonitarum Metropolis*, niſi forte illis litteris METP. *Metrodori* aut *Metrophanis*, urbis illius tum Prætoris nomen intelligi debeat.

Ἐπὶ τῆς Φοινίκων, μητροπόλεως de Vit. Conſtant. lib. IV. cap. 45.

Ἀναξολικὴ Μητροπόλις Euſeb. de Vit. Conſt. lib. III. cap. 50. & de Laudib. Conſt. pag. 629.

a Lib. III. c. 19.

b Chronogr. pag. 387.

a Num. Urb. III. p. 286.

b Epoch. Syr. Maced. Diſſ. III. cap. VIII. §. 2.

c Vaillant. de Num. Græc. Imper p. 208.

d Syriac. pag. 125.

e Bell. Civ. lib. IV. pag. 62.

f Hiſtor. lib. II. cap 79.

g Vaillant de Num. Græc. Imper. p. 308.

h Not. ad Stephan. pag. 51.

Sicut vero CILICIÆ *Metropolim* TARSUM venditant cuſi iam ſub Auguſto, quod paullo ante vidimus, ac ſub aliis dein Cæſaribus eius nummi; ita aliam inſuper *Ciliciæ Metropolim* ANAZARBUM deinceps inductam, fide veterum nummorum obſeruare iam olim mihi licuit. Quod poſtea prolatis eam in rem huius urbis nummis ab aliis dein eruditis antiquitatum id genus promicundis adſertum. Neque vero ſub *Elagabalo* primum, ut cenſebat nuper celebris Antiquarius, hoc honoris decus ei acceſſiſſe; ſed iam paullo ante, ex inſigni *Antonini Caracallæ* nummo, in hac Britanniæ Metropoli a me viſo, ac nuper etiam diuulgato, euicimus; in quo nempe legitur ANAZAPBOY MHTPOΠOΛEΩC ET BAC, infra AMK KOINOBOYΛAION, in medio Γ.B. *Anazarli Metropoleos Anno* CCXXXI. *Prima*

2. *De Metropolibus* CILICIAE. Vid. Noriſ. Epoch. Syr. Mac. Diſſ. IV. c. 1. Vaillant. de Num. Græc. Imper. p. 308. Orbis Roman. pag. 410.

(ut

(ut ibi tres illas litteras explicandas diximus) *Maxima Ciliciæ Commune Concilium. Decreto Curiæ.* Reliqua, quæ ad singularis nummi illius, cuius notitiam Joannis Massoni, viri eruditione, & harum antiquitatum studio ac peritia haud vulgari præstantis indicio sum hic nactus, illustrationem adtinent, ibi a nobis iam excussa, hic non tangimus. Ne vero, quod subinde veteres nummos versantibus, ob eandem utriusque Cæsaris inscriptionem in iis obuiam Antonini Caracallæ & Elagabali, nempe AYT. K. M. AYP. ANTΩNEINOY, *Imperatoris Cæsaris Marci Aurelii Antonini,* contigit, *Elagabalum* ibi, non *Caracallam* signari forte quispiam putet, utramque nummi illius faciem obuia, qui illum possidet, pluraque id genus præclara cimelia, eximii Christophori Vreen humanitate, hic promendam duximus.



Eadem vero *Metropoleos* dignitas huic *Anazarbo* in sequentibus dein eius sub Cornelia Paula Elagabali Coniuge, Alexandro Seuero, Maximino, aliisque Imperatorum nummis, cuiusmodi descriptos videre licet a celebri Antiquario, est itidem confirmata; unde postea in Actis etiam Conciliorum, & in Notitia Ecclesiarum Antiqua, *Metropoliticum* ius illius urbis Antistiti relictum legitur. Ita quidem ut diuisa tum in *Primam* ac *Secundam,* pro more illorum temporum Cilicia, *Tarsus* Primæ Ciliciæ, *Anazarbus* vero secundæ, quæ vere iam occupauit doctissimus Norisius, euaserit. Mitto alium & singularem omnino huius *Anazarbi,* seu potius PYRAMI Ciliciæ fluuii, ad quem eadem erat sita, cusum sub L. Vero nummum, qui exstat in Gaza Gallorum Regia, cum solita fluuii decumbentis imagine, & memorabili inscriptione, non ut vulgo urbium ad fluuios, & nominatim ad hunc *Pyramum*, ut mox videbitur, sitarum, ANAZAPBOC ΠPOC TΩ ΠYPAMΩ, *Anazarbi ad Pyramum,* sed ΠYPAMOΣ TΩ ANAZAPBΩ ET BHP *Pyramus Ad Anazarbum Anno* CCXXII: de qua autem Æra consuli potest; qui de ea agit, doctissimus [a] Norisius, ac dein celebris [b] Antiquarius. Opportune vero occurrit hic mihi alterius nummi facta a viro [c] eruditissimo mentio, in quo alteri adhuc Ciliciæ urbi, ac ad eum *Pyramum* fluuium sitæ, MOPSUESTIÆ nempe, cui is nummum illum tribuit, METROPOLEOS, dignitas impertiatur: nempe in nummo, quem adfert, inscriptum MHTPOΠ. TΩN ΠPOΣ ΠYPAMΩ, *Metropolitarum Ad Pyramum,* & quidem, eodem illius interprete, ut intelligatur, oppidorum omnium, quæ *Pyramo* amni essent adposita, *Mopsuestiam Metropolim* exstitisse. Quæ autem nummi illius explicatio, ut hoc eius pace dicere mihi liceat, ab usu veterum id genus nummorum valde est aliena: ut nempe citra ullam in eo factam huius *Mopsuestiæ* mentionem, ea nihilominus designetur, & quidem parum usitata insuper in iisdem nummis

Vaillant. Num. Græc. Imper.

Ut supra.

a Epoch. Syr. Mac. Diss. IV. cap. I.
b Vaillant. Num. Græc. Imp. p. 250.
c Harduin. Num. Urb. II. pag. 329.

MHTPO-

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ, pro ΜΗΤΡΠΟΛΕΩC voce. Ur mittam quod nuſpiam dictas *Metropoles* legimus, intuitu fluuiorum, ad quos urbes forte erant ſitæ; ſed ut iam ante vidimus dictæ ſint ab Antonino Pio Μητροπόλεις τῶν ἐθνῶν *Metropoles gentium*, ſeu ſuarum regionum capita. Accedit, quod eadem *Metropoleos* urbium *ad Pyramum* fluuium ſitarum appellatio, *Anazarbo* potius, ut ex modo dictis liquere poteſt, quam *Mopſueſtiæ*, conueniret. Certe ſequentibus etiam ſæculis, quibus diuiſam in duas prouincias Ciliciam, Primam nempe & Secundam diximus, *Secundæ* autem *Metropolim* exſtitiſſe *Anazarbum*; id a Juſtiniano dici, de Theodoro *Mopſueſtiæ* Epiſcopo videas: *Et quos Epiſcopos ſub ſe habere poterat Mopſueſtenus Epiſcopus, cum ipſe ſub Metropolitanum Secundæ Ciliciæ,* (nempe *Anazarbenum*) *conſtitutus eſſet?* Qui locus alia occaſione a doctiſſimo Noriſio opportune eſt adductus. Unde nec in dicata eidem Antonino Pio, ſub quo cuſus eſt ille, de quo hic agitur, nummus ab hiſce *Mopſueſtenis*, quam adtulit eruditiſſimus Harduinus, inſcriptione, & in qua leguntur reliqua illius urbis priuilegia, Ἱερᾶς, Ἐλευθέρας, Ἀσύλου, Αὐτονόμου, *Sacræ, Liberæ, Inuiolabilis, Suis Legibus Utentis,* ulla Μητροπόλεως, ubi omnino ei locus erat, facta occurrit mentio. Adducitur vero, ut hoc addam, a duobus claris Antiquariis [a] Triſtano ac [b] Patino, Juliæ Mamææ nummus cum inſcr. ΑΙΓΙΕΩΝ ΜΕΤΡ. ΘΟC, quem uterque de *Ægio* in Achaia, quæ, iuxta Triſtanum, *Metropolis* dignitatem, quod Prouinciæ in ea conuentus, iuxta Pauſaniam, fierent, ſit conſequuta; ad *Ægas* vero *Ciliciæ* vel *Aeolidos* potius, refert Harduinus; ad priorem vero ſeu *Ciliciæ* Noriſius; ſed ita, ut exiſtimet falſo Triſtanum eam vocem ΜΕΤΡ. in eo nummo reſtituiſſe, quum nuſpiam in nummis hæc urbs *Ciliciæ* vocetur *Metropolis*. Eundem certe Juliæ Mamææ nummum, qui exſtat in Theſauris Gallorum Regiis, aliter legit, & interpretatur, qui eum deſcribit celebris Antiquarius, quem conſulere poterit, eruditus Lector: etſi olim omnino in eo, prout eum diuulgarunt Triſtanus ac Patinus, ΑΙΓΕΙΩΝ ΜΕΤΡ. legiſſem, ac prout ad oram nummi huius a Cl. Harduino adducti tum quoque me adnotaſſe video. An vero ad Ciliciæ *Ægas* referri idem nummus cum Noriſio debeat; & an illis litteris ΜΕΤΡ. vel ΜΗΤΡ. *Metropoleos* dignitas, cum Triſtano, vel aliquod proprium Prætoris ſeu Archontis nomen, *Metrodori* puta, aut ſimilis, deſignetur; quod ob illas in nummis ΑΙΓΕΩΝ, ΑΙΓΕΙΩΝ, ΑΙΓΙΕΩΝ, ΑΙΓΑΙΩΝ, ΑΙΓΕΑΙΩΝ, ΑΙΓΑΕΩΝ varietates defungi haud paucis liceat, nunc mitto, & quæ opportunius ad Geographicas diſquiſitiones e nummis illuſtrandas ablegamus. Et Achaiæ quidem urbs, ad quam conuenire ſolitos Achæos, non a Pauſania ſolum, ſed iam ante a [a] Polybio, [b] Strabone, [c] Liuio aliiſque traditur, non *Ægæ* vel Αἰγαὶ, ut de eadem urbe [d] Noriſius, ſed Αἴγιον, *Ægium* dicta, & inde Gentile ΑΙΓΙΕΩΝ. Quamquam ex eodem Liuio liqueat, illud Achæorum concilium ſubinde etiam *Megalopoli*, [e] *Sicyone*, [f] *Tegeæ*, aut [g] *Argis* habitum: ſed hoc alterius loci.

Edict. de Tribus Capitul.

Epoch. Syr. Aur. Diſſ. IV. cap. 1.

Harduin. ut ſupra.

Grut. Theſ. p. CCLV.

a Tom. II. p. 431.
b Numiſm. Imp. pag. 275.

Num Urb. Ill. pag. 20.

Epoch. Syr. Mac. Diſſ. IV. ap. V.

Vaill. Num. Græc. Imp. p. 141.

a Lib. II. cap. 54. Legat. IV.
b Lib. VIII. p. 387.
c Lib. XXXV. cap. 47. XXXVI. cap. 35.
d Ut ſupra.
e Lib. XLI. c. 24.
f Lib. XXXV. c. 25.
g Lib. XLII. cap. 44.

3. *De Metropolibus* CAPPADOCIAE.

Vicinam vero *Ciliciæ* CAPPADOCIAM in duas etiam Prouincias, ſed ſub Valente demum Imperatore, diuiſam cum aliunde; tum vel ex edito haud pridem Jo. Malelæ Chronico conſtat; ac inde pro una, quæ olim in ea obtinuit, quæquæ ſola cum eo titulo in illius nummis ſignatur, eaque ſita ſub Argæo monte, ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC, urbs ΤΥΑΝΑ deinceps ea quoque dignitate eſt ornata. Quomodo Cappadox ipſe Gregorius Nazianze-

Chronogr. p. 35. P. II.

Orat. xx. pag. 355. Tom. I. Item Epist. II. Ibidem.

zianzenus, diuisæ tum sua ætate in duas Prouincias ac *Metropoles Cappadociæ*, non meminit solum in S. Basilii laudatione funebri; sed docet insuper, dum multa e priore seu antiqua Metropoli, ad nouam adiunguntur, natas inde inter utriusque urbis Episcopos, Basilium nempe *Cæsariensem*, & Anthimum *Tyanensem*, graues contentiones. Hinc autem & *Cappadociæ* quidem *Secundæ Metropolis* legitur *Tyana* in [a] Actis Concilii Calcedonensis, & variis apud S. [b] Basilium locis, qui inde Synodi etiam in hac urbe habitæ [c] alicubi meminit: non autem in iis, qui supersunt etiamnum antiquiores, & cusi sub Nerone, Hadriano, & sequutis adhuc mox Cæsaribus, eius urbis nummis. In quibus alioquin IEPAΣ AΣYΛOY AYTONOMOY *Sacræ Inuiolabilis, Suis Legibus Utentis*, indulta olim eidem urbi, & de quibus aliunde non constaret, iura & priuilegia legimus: non vero illud quoque PRIMÆ PONTI, quod existimabat vir ingenio & eruditione præstans, ac inde firmabat, quod hanc fuisse primam Secundæ Cappadociæ ciuitatem meminisset. Verum neque ille in nummo Hadriani, quem ille adduxit e Gaza Gallorum Regia, hiatus, ut nec in aliis insuper sub M. Aurelio, Commodo, ac Seuero cum eadem illa epigraphe nummis, TYANEΩN ΠP. T. IEP. ACYA. AYT. ut in iis KAΠ. TYANEΩN, aut KAΠΠAΔOKΩN *Cappadocum* vox suppleri aut intelligi debeat; neque illa *Cappadociæ* in *Primam* & *Secundam* diuisio, ut *Prima Secundæ* nempe *Cappadociæ* dici potuerit in iis nummis urbs *Tyana*, sub iis Imperatoribus obtinuit, quæ diu postea sub Valente demum est inducta. Quamquam, ut hoc addam, sicut olim Ἄνω & Κάτω Συρία *Superior & Inferior Syria*, quod apud [a] Theophrastum, [b] Diodorum Siculum (ut id ex eo iam monuit doctissimus Norisius) [c] Strabonem, aliosque antiquos Auctores legitur, & ex quibus prior *Magna*, altera *Minor* est appellata; sic etiam diuisæ iam olim *Cappadociæ* in *Magnam* & *Minorem*, meminit Strabo, & τῆς ἄνω Καππαδοκίας, *Superioris* seu *Magnæ Cappadociæ*, quam subegerit nempe Mithridates, Athenæus. Verum quod nullatenus utique respicit ad eam, quæ sub Valente Imperatore demum (ut id præter Gregorium Nazianzenum ab aliis eam in rem iam adductum, a Jo. Malela tradi diximus) facta est, diuisionem; qua *Cappadocia* in *Priniam* & *Secundam*, recepto tum eo in aliis quoque Prouinciis imperii Romani more, est distincta; nouaque inde *Secundæ Cappadociæ* est primum constituta *Metropolis Tyana*, quum una antea foret totius gentis *Metropolis*, cum [a] Strabonis, tum sequutis adhuc ætatibus, *Mazaca* prius dicta, & quidem quæ [b] Hieronymi ætate ita adhuc Cappodocum lingua diceretur, *Cæsarea* nempe ad montem Argæum. *Tyana* vero, ut ex eodem Geographo constat, in una tum foret e quinque Præfecturis *Magnæ* seu *Superioris Cappadociæ, quæ Tyanitis*, ab ea diceretur. Bene autem litteras in præclaris aliquot huius urbis nummis TYANEΩN T aut TΩN ΠP. T. nempe τῶν πρὸς Ταύρῳ, seu *Tyanensium Qui Ad Taurum* montem interpretatus est, ubi eos describit, præstantissimus Vaillant. *Ad Taurum* enim, quod agnouit cæteroquin adducto loco Harduinus, sita erat hæc urbs *Tyana*; unde etiam a Strabone eadem Tauro subiacens, immo vocata eadem Εὐσέβεια ἡ πρὸς τῷ Ταύρῳ. *Eusebia ad Taurum*, sicut in adductis modo nummis eadem *Tyana*, dicitur; ac prout cæteroquin obuia sunt in aliis nummis variarum urbium, a simili ad Montes situ dictarum nomina; ut inter alias HAIOΠOΛIΣ ΠPOΣ ΛIBANON, vel ΛAOΔIKEΩN ΠPOΣ, ΛIBANΩ, aut AΔPIANΩN ΠPOC OAYMΠON, *Heliopolis, vel Laodicensium*

Harduin. Num. Urb. Ill. pag. 510.

[a] Act. VI. & Epist. Synod. [b] Epist. LVIII. CCLIX. &c. [c] Τῇ ἐν Συρίᾳ τῇ ἐν Τυάνοις. Epist. LXXIII.

[a] H. Pl. lib. IV. cap. 4. [b] Lib. XIX. p. 715, 721, 778. [c] ἡ κάτω Συρία lib. XV. pag. 692. Lib. XII. pag. 534. Lib. V. p. 213.

[a] Τὰ Μάζακα ἡ μητρόπολις τῶν ἐθνῶν lib. XII. pag. 537. [b] Comm. ad Ezech. V. XXVII. Strabo idem. Num. Græc. Imp. pag. 37. &c.

Lib. XII. pag. 537.

dicensium

dicenſium Ad Libanum; *Hadrianorum Ad Olympum*; aut ad eundem *Taurum* montem, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΑΥΡΟΥ, immo ſicut antiqua & totius olim Cappadociæ *Metropolis* CÆSAREA inſcribitur quandoque in eius nummis Mediceis, aut Muſei S. Genouefæ, aliiſque, ſub Antonino Pio, M. Aurelio, aut Seuero etiam cuſis, ΚΑΙCΑΡΕΩΝ Τ. ΠΡ. ΑΡΓΑΙΩ aut ΠΡ. ΤΩ ΑΡΓΑΙΩ *Cæſarienſium, Qui Ad Argæum:* haud aliter nempe ac in adductis horum *Tyanenſium* nummis, ΤΥΑΝΕΩΝ Τ. ΠΡ. Τ. aut ΠΡ. Τ. *Tyanenſium Qui Ad Taurum*, vel *Tyanenſium Ad Taurum*. Unum hic de eadem urbe *Tyanis* addere liceat, eam ſequutis ætatibus, *Chriſtopolim* dictam; prout in una e Notitiis Eccleſiarum Antiquis legitur, Τυάνις, ἤτοι Χριστόπολις, *Tyanorum, ſiue Chriſtopoleos*; prout nempe *Theopolis* dicta eadem ætate, ut aliunde notum, *Antiochia*. Mitto vero hic, quod NYSSAM, aliam Cappadociæ ciuitatem, & cuius Epiſcopus exſtitit Gregorius Magni Baſilii frater, ac *Nyſſenus* inde dictus, tertiam quoque Cappadociæ *Metropolim*, inſtitutam colligit Caſaubonus, e verbis dicti modo Gregorii in Epiſtola ad Euſtathium, quam vir ille magnus notis ſuis illuſtratam olim vulgauit. Nempe hæc *Nyſſa* extraordinario *Metropoleos* honore decorata eidem videtur; quando Gregorium eius urbis Epiſcopum pari iure eſſe iuſſerunt cum Helladio Cæſareæ Archiepiſcopo, ut diſerte id ſcribit, (verba ſunt Caſauboni) ipſe Gregorius Epiſtola ad Flauianum; & Socrates, ubi πατριαρχίαι ab eo appellantur. Verum exſtitit quidem, & quod fugiſſe ibi videtur τὴν πάνυ, *Tertia*, & *Tertiæ* quidem tum *Cappadociæ*, ſed ſerius & ſub Juſtiniano demum, haud vero Gregorii Nyſſeni ætate, *Metropolis*, non *Nyſſa* equidem, quæ ad primam, cuius *Metropolis* erat *Cæſarea*, Cappadociam ſpectabat; ſed alia urbs dicta ΜΩΚΙΣΣΟΣ *Mociſſus*, ac dein JUSTINIANOPOLIS, ut id a Procopio traditur, & in Actis Concilii II. Conſtantinopolitani; quod ad Geographiam Sacram Caroli a S. Paulo obſeruauit doctiſſimus Holſtenius. Quod firmant præterea Notitiæ Eccleſiarum Antiquæ, e veteſtis codicibus eruta, ac eidem Geographiæ Appendicis loco opportune additæ; in quibus hæc *Mociſſus* ſeu Μοκισσὸς, prout legendum ibi corruptum quandoque eius nomen, modo *Tertiae*, modo etiam *Secundae Cappadociae Metropolis* dicitur; nuſpiam vero *Nyſſae*, ut *Metropoleos* facta occurrit mentio.

Not. Antiq. Pag. 33.

Not. ad Greg. Nyſſen. Epiſt. ad Euſtochium pag. 134. & 136.

De Ædif. lib. v. cap. 48.

Pag. 146.

Ita BITHYNIA, de qua paullo ante, quod adtinet, uni quidem NICOMEDIÆ in nummis, quos videre hactenus licuit, aut qui a diligentibus Antiquariis ſunt adducti, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ titulum tribui diximus: etſi a Cappadoce, ac proinde a Bithynis haud diſſito Strabone de NICÆA traditur: ἡ, Η ΝΙΚΑΙΑ ἡ Μητρόπολις τῆς Βιθυνίας, NICÆA *Bithyniae Metropolis*. Quæ cæteroquin *Nicaea Metropoleos* titulo ac iure in Concilio Calchedonenſi donata primum legitur; nempe *Bithyniae Secundae*, uti *Primae* tum, quæ olim totius gentis *Metropolis*, NICOMEDIA. De quibus autem duabus hiſce primariis *Bithyniae* urbibus, earumque nummis, in quibus *Primatus* earum in eadem gente ſit adhuc mentio, occurrit alius adhuc agendi locus. Id nunc tangam, quod in eodem Calchedonenſi Concilio, additur etiam, ſed quoad nomen tantum ac honores, & quidem tanquam primæ eiuſdem Bithyniæ urbs CALCHEDON; ac unde tres *Bithyniæ Metropoles* eo ordine leguntur in aliquot e Notitiis Eccleſiarum Antiquis. Exſtat autem, quod hic monendum eſt, adductus e Ligorii Collectionibus ad Stephanum a doctiſſi-

3. *De tribus* BITHYNIAE *Metropolibus in nummis.* Lib. XII. pag. 565.

Not. pag. 30. doctissimo Holstenio nummus alterius insuper in Bithynia ciuitatis, nempe APAMEÆ, in quo figura Isidis sedens cum Sistro, Spicis, & Sphinge, cum lemmate ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠ. ΒΙΘΥΝ. *Apamensium Metropoleos Bithyniae.* De quo autem singulari nummo, & quam fidem ille mereatur, nihil equidem licet nobis statuere: quum cæteroquin, ut de antiquioribus Auctorum, aliorumue Nummorum vel Lapidum monumentis sileam, nec in posterioribus etiam Actis Conciliorum, aut in Notitiis Ecclesiarum Antiquis, ulla iuris huius aut nominis *Metropoleos* huic *Apameae* in Bithynia indulti facta occurrat mentio. Quod statui itidem debet de alterius insuper in Bithynia urbis nummo, PRUSA nempe seu PRUSIADE sub HYPIO

Supra p. 268. *monte*, ut iam antea vidimus, iuxta Plinium; *fluuio* autem iuxta Geographos Græcos, Scylacem, Marcianum, Heracleotam Ptolemæum, Arrianum, & Acta insuper, quæ adducta eam in rem ab eruditissimo Harduino diximus, Concilii Nicæni. Nisi cum Tristano & Harduino, viris clarissimis, cognominem huic urbi Montem, & orientem ex eo Fluuium statuamus. Cuius

Tom. II. pag. 298. autem urbis nummus sub Macrino adducitur a Cl. Tristano & explicatur, ΜΗΤΡ. ΠΡΟΥΣΙΕΩΝ ΠΡΟΣ ΥΠΙΩ, *Metropoleos Prusensium Ad Hypium.* De qua alioquin ut Bithyniæ *Metropoli* eadem hac *Prusiade*, nuspiam alibi

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 123. occurrit mentio. Ut mittam quod a celebri Antiquario memoratur quidem idem Macrini nummus, cum Hercule, qui Ceruum cornibus adprehendit, sed citra additas eidem illas ΜΗΤΡ. litteras.

3. *De tribus* PONTI *Metropolibus in nummis.*

Tres vero antiquas finitimi BITHYNIÆ PONTI *Metropoles*, ut de dicta modo NICOMEDIA insuper sileam, dicta in veteri eius nummo, de quo iam ante, *Bithyniae* non solum, sed *Ponti etiam Metropoli*, exhibent antiqui earum nummi, AMASIÆ nempe, NEOCÆSAREÆ, ac TOMORUM. Prior nempe ex iis in Plotinæ nummo, ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ, *Amasiae Metropoleos Ponti*; in nummo autem Faustinæ Junioris Regiæ Gallorum Gazæ, AMACIA ΜΗΤ. ΠΡ. ΠΟΝΤΟΥ *Amasia Metropolis Prima Ponti*, ac in aliis similiter Commodi, Seueri, Caracallæ, & in maximo autem seu *Medaglioni* eiusdem Regiæ Gallorum Gazæ, sub Alexandro Seuero, cum variis hisce titulis aut cognominibus, ΑΔΡ. CET. ΑΛΕΞ. AMACIA ΜΗΤ. NE. ΠΡ. ΠΟΝ. *Hadrianae Seuerianae Alexandreae Amasiae Metropoleos Neocori Primae Ponti.* Cuiusmodi equidem præclaros huius urbis nummos ex iisdem Thesauris Regiis ac e cimeliis illustris Seue, primi olim adduximus. Altera vero, eaque *Ponti Polemoniaci*, ut præter [a] Justinianum ex [b] Ammiano Marcellino insuper constat, *Metropolis* NEOCÆSAREA appellata, non in Caracallæ solum & Getæ nummis Gazæ Gallorum Regiæ, quos adduxit iam Harduinus: sed in priori adhuc Seueri Mediceo, inscripto similiter, KOINON NEOKAΙ ΜΗΤΡΟ ΕΤ ΡΛΒ. *Commune Neocæsarienſium Metropoleos Anno* CXXXII. Illud vero de hac urbe *Neocæsarea*, S. Basilii elogium licebit obiter adducere, ὦ σεμνοτάτη πόλεων, *ô Urbium maxime veneranda*; aut quod de eadem hac Gregorii Thaumaturgi patria, ait Gregorius Nyssenus; quod unus ex illustribus Romanorum Imperatoribus nomine Cæsar, amore & desiderio huius regionis captus, proprio nomine hanc urbem NEOCÆSAREAM vocare dignatus sit. Tertia vero *Ponti Metropolis* legitur itidem in nummis urbs Mœsiæ olim adtributa, TOMI; idque non primum in Caracallæ nummo Regiæ Gallorum Gazæ, quem adduxit eruditissimus

a Nou. XXVIII. cap 2.
b Lib. XXVII. cap. 12.
Num. Urb. Ill. pag. 342.

Epist. LXXV. p. 878. Tom. II. In Gregor. Thaumat. pag. 969. Tom. II.

Hardui-

Harduinus; ſed iam ante in Antonini Pii nummo, quem deſcriptum olim videram in ſchedis eximii Morelli, adtulit vero e nummis harum antiquitatum peritiſſimi, & alibi in hoc opere laudati, Antonii Galland, Cl. Vaillant, cum integra epigraphe, ΤΟΜΟC Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. Cui addere adhuc licet alium in M. Aurelio ſimiliter inſcriptum, ΤΟΜΕΩC ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ, tum in Commodo quoque poſt Patinum; cuique geminum viſum a me in cimeliis Reginæ Chriſtinæ proferre pridem licuit. Ut haud mirum videri debeat, quod hanc urbem TOMOS, olim venuſtiſſimi Poëtæ exilio primum nobilitatam, inter Thraciæ urbes a Pontico littore incipientes, *pulcherrimas* recenſeat Plinius: a Sozomeno autem ſua ætate *Metropolim* itidem dici, & quidem: *Μητρόπολις δὲ αὐτῆ* ΤΟΜΟΣ, *μεγάλη, καὶ εὐδαίμων, καὶ θαλασσία, Metropolis eſt autem* TOMI, *urbs magna & felix, maritima.* Hoc cæteroquin ius ac nomen *Metropoleos* eidem urbi Acta Conciliorum, & Antiquæ quoque Eccleſiarum Notitiæ ſimiliter tribuunt. Quod vero illud iam ſub Antonino Pio foret nacta, ſequutiſque ætatibus retinuerit, vix aliunde, uti olim quoque obiter adtigeram, quam ex memoratis modo eius nummis conſtare equidem puto. Delectabit vero hæc legentem, ut opinor, harum trium PONTI urbium, AMASIÆ, NEOCÆSAREÆ, ac TOMORUM, cum addita illa METROPOLEOS in iis dignitate, nummos, etſi alibi a diligentibus Antiquariis ſint ii iam deſcripti, qui eius rei fidem continuo faciant, hic intueri.

Num. Vaill. I. pag. 501.

Num Græc. Imper. p 46.

vid. Vaill. Num. Græc. Imper. pag. 55.

Lib. IV. cap. II. Hiſt. Eccl. lib. VI. cap. 21.

4. *De tribus* MESOPOTAMIAE *Metropolibus in nummis.*

In MESOPOTAMIA vero tres ſimiliter, ac duæ ex iis & proximæ quidem urbes, & qua de re haud aliunde conſtaret, eo METROPOLEOS titulo decoratæ iam olim occurrunt in præclaris aliquot earum nummis, CARRHÆ nempe, EDESSA, & NESIBIS; & quibus etiam quarta accederet, nempe AMIDA, iuxta traditam, ut mox dicetur, a viro erudito veteris cuiuſdam ſub Alexandro Severo nummi explicationem. E quibus autem urbibus CARRHÆ, Craſſi clade, ut de eadem urbe Plinius, nobiles, hanc dignitatem ſibi primum vindicant in inſigni quodam M. Aurelii nummo, & cum memorabili quidem inſcriptione, qua ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΩΝ, de qua in ſuperiori Diſſertatione actum, appellationem hi *Carrheni* ſibi tribuunt: nempe in priore nummi area, iuxta M. Aurelii caput, ΜΑΡ. ΑΥΡ. ΦΙΛΩΡ. Μ. Α. ΑΙΡ. *Marci Aurelii Philoromæi Metropoleos Primæ Anno* CXI; in auerſa autem Dei Luni caput in dimidia Luna, cum epigraphe, ΑΥΡ. ΚΑΡΡΗΝΩΝ ΦΙΛΩΡ. Μ. Α. *Aureliorum Carrhenorum Philoromæorum Metropoleos Primæ.* Ad quem ſingularem omnino & quantiuis pretii nummum vidit iam, qui eum profert ac deſcribit, celebris Antiquarius, ea occaſione percuſſum eundem, qua confectum eſt a Lucio Vero bellum Parthicum: *Carrhæ* autem inde, ob præſtitam, ut ſtatuere licet, eximiam aliquam in eo bello operam, *Metropoleos* dignitatem ſint nactæ; indeque iidem *Carrheni*, ſolemni urbium id genus mo-

Lib. V. cap. 24.

Vaillant de Colon. Imper. p. 179. Tom. I.

re, *Aureliæ* cognomentum, & *Philoromæi* insuper appellationem adsumpserint. Hinc in alio Commodi nummo, eadem *Metropoleos*, tum etiam altera *Coloniæ* dignitas manifesto huic urbi impertitur, nempe KAP. KO MHTPOΠ. *Carrhenorum Coloniæ Metropoleos*, sicut in aliis dein Seueri, Caracallæ, Alexandri Seueri, & Gordiani nummis, quos vulgarunt præstantes Antiquarii; & de quibus olim egimus, immo adducto etiam e Gaza Medicea Traiani Decii nummo, cum inscriptione COL. AUP. KAP. KOMM. PF. *Colonia Aurelia Carrenorum Commodiana* (non *Commagenes*, iuxta eruditum eiusdem Gazæ custodem ac interpretem & cui olim male adhæseram, P. Fetton) *Pia Felix*: sicut in Palæstina COL. AEL. CAP. COMM. *Colonia Ælia Capitolina Commodiana*; aut urbem Ciliciæ *Ægas*, in Græco eius urbis nummo, Gazæ Gallorum Regiæ, *Commodianam* dici itidem legimus. Syria enim *Commagene* cis Euphratem erat sita; *Carrhæ* vero in Interamni regione seu Mesopotamia. Ut nunc mittam, quod similem prioribus nummum MHTP. KOA. KAPPHNΩN *Metropolis Coloniæ Carrhenorum*, de aliqua scil. *Colcharenorum* in Græcia gente male interpretari illustrem Erizzo olim monui. Unde prout antea, ut e Dione discimus, *Macedonum Colonos* acceperant iidem *Carrhoni*, Καῤῥαῖοι Μακεδόνων ἄποικοι, pro duplici nempe, & quod agnoscit de hac urbe Stephanus, ut sæpe alibi, loci illius gentili; ita dein Romanorum *Colonia facta* est urbs *Carrhæ*.

Discors. supr. le Medagl. p. 700. 4th. Edit. Lib. XL.

Τὸ ἐθνικὸν Καῤῥηνὸς ἢ Καῤῥαῖος.

Steph. in Καῤῥαι.

2. Edessa *altera Mesopotamiæ Metropolis.*

Accedit vero in eadem *Mesopotamia* altera itidem Romana *Colonia* & *Metropolis*, eademque Abgari ad Seruatorem, ac Seruatoris ad Abgarum, quæ feruntur, epistolis, haud parum celebrata EDESSA. Utramque appellationem ei largiuntur nummi; quales olim etiam indicaui, percussi cum inscriptione MHT. KOA. EΔECCHNΩN, *Metropoleos Coloniæ Edessenorum*; neque veo ii sub Alexandro Seuero primum, uti apud celebrem Antiquarium, sed iam ante sub Caracalla percussi. Cuiusmodi utique non solummodo in eximii Morelli schedis videre olim mihi contigit, inscriptum KOA. M. EΔECCA, *Colonia Metropolis Edessa*; sed de quo explicandus etiam venit eiusdem Caracallæ adductus perperam in Thesauro Mauroceniano nummus, MHT. KOAE. ΔEΣΣEP. pro. MHT. KOA. EΔECCHN. *Metropolis Colonia Edessenorum.* Ut proinde sicut ius *Coloniæ*, quod plures illius urbis & Imperatoris nummi arguunt, adducti iam ac descripti a celebri Antiquario KOA EΔECCA, vel KOA. MAP. EΔECCA *Colonia Edessa*, vel *Colonia Marcia Edessa*, in aliis etiam eodem interprete, MAP. AYP. ANTΩ EΔECCA, *Marcia Aurelia Antoniniana Edessa*; ita etiam *Metropoleos* dignitatem, uti haud ita pridem utramque, ut vidimus, obtinuerat sub M. Aurelio in eadem Mesopotamia & Edessæ vicina urbs *Carrhæ*, sit ab eo consequuta. Quod vero obiter hic monendum est, adducta in his modo nummis, quæque *Edessæ* tribuuntur, vocabula MAP. AYP. ANTO, non *Marcia*, *Aurelia*, *Antoniniana*, cum laudato Antiquario explicanda esse contendit eruditissimus Harduinus, sed *Marci Aurelii Antonini*; aut uno e duobus conflato vocabulo, *Marco-Aureliæ*; atque ita etiam legendum, etsi solæ litteræ MAP. occurrant. Cui priori notationi obstare posset, quod *Aureliæ* & *Antoninianæ* appellationes, cum a primo *Marco Aurelio Antonino*, tum ab iis, tulerit, qui eadem dein nomina, ut cum aliunde, tum e nummis eorum manifestius adhuc liquet, adoptarunt, Caracalla, sub quo iidem nummi sunt cusi, & Elagabalus. Alterum

Vaillant Colon Imp. pag. 120. Tom. II.

Pag. 130.

Vaillant. Ibid. pag. 34. Tom. II.

Antirrh. & pag 52.

rum vero quod adtinet, exemplo ac idonea etiam ratione carere videtur, ut adhibitæ in nummis id genus ſolæ illæ litteræ MAP, ſicut in uno ex adductis modo nummis inſcripto, KOA. MAP EΔECCA, ibi Μαρκο Αυρηλίας, ſeu *Marco-Aureliæ* vocabulum denotet. Accedit, quod etſi haud conſuetæ ſint, ut id omnino viro præſtanti concedendum eſt, deſumptæ a prænominibus Imperatorum id genus urbium appellationes, id tamen in *Marco Aurelio* fuerit peculiare, ut ſolo *Marci* prænomine deſignari ſoleat; neque ſolum in libris, quod nuper alia occaſione [a] monebamus, veterum [b] Juriſconſultorum; ſed haud alio ferme quam Μάρκε nomine a Græcis Auctoribus dicatur, ut ab Herodiano, & cum alibi, tum primis etiam Hiſtoriarum eius verbis, Τῷ βασιλεύοντι Μάρκῳ, *Imperatori Marco*, &, quod notandum eſt, nullo ante præmiſſo gentili eius *Aurelii* nomine, aut cognomine *Antonini*. Ita quoque paſſim apud Dionem Caſſium, ubi is principis illius res enarrat, haud alio, quam uno Μάρκε nomine ſolet deſignari. Adeo ut a ſimili huius Imperatoris prænomine, fieri potuit *Marcia*, ſicut ab aliis eius nominibus *Aurelia*, vel *Antoniniana*: & inde eius exemplo in honorem Antonini Caracallæ, qui eadem illius Cæſaris nomina, ut vidimus, adſumpſerat, ab Edeſſenis metu vel adſentatione, poſt captam ab eodem Caracalla, ut a Dione traditur, Oesrhoënem, indita ſint eorum urbi illa *Marciæ Aureliæ Antoninianæ* cognomenta. Mitto quod in ſimili terminatione id genus urbium, uti Αυρηλίς nempe vel Αντωνίς &c. nomen πόλις addi in earum nummis ſoleat, ut in nummo Alexandri Seueri ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΠΟΛΙC ΑΙΓΑΙΩΝ. Quamquam nihil obſtare etiam ultro fateor, quin iidem huius *Edeſſæ* nummi legi itidem poſſint, Μάρκε Αυρηλία (potius quam una voce Μαρκο-Αυρηλίας) Αντωνίνε Εδεσσα, *Marci Aurelii Antonini Edeſſa*. Id autem mirum forte videre cuipiam poſſet, *Metropolim* dici in aliis, quos indicauimus, nummis, ac proinde e *Maiorum* ſeu Maximarum urbium, qua de re ſupra, genere, hanc *Edeſſam*; quæ in ea πολυθρυλλήτῳ Regis illius tractus Abgari ad Seruatorem Epiſtola, quod ſupra itidem vidimus, ubi de his *Abgaris* agebatur, πόλις μικρὸν, *urbs minima* dicitur. Verum eadem, ut ibi quoque ac iam olim notauimus, μεγίστη ἡ εὐδαίμων, *maxima & felix*, ſeu *bonis omnibus adfluens*, a Theodoreto ſuo æuo dici meruit. Ita de ea iam ante Ammianus Marcellinus: *Euphrate nauali ponte tranſcurſo, Edeſſam petit, uberem commeatibus & munitam.* Ut facile liceat ſtatuere, maiora incrementa cepiſſe dein hanc urbem ab illius Abgari, ſi genuina ſit eius Epiſtola, temporibus; quum & ab unius ex eius ſucceſſoribus, quod in ſuperiori Diſſertatione, fide rurſus veterum nummorum vidimus, ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, *Magni Regis* titulus, ad exemplum Parthorum tum Regum, ſit adſumptus. Quo loco præterire hic non licet, exſtare ſingularem quendam nummum in Gaza Gallorum Regia, de quo olim ad Juliani Cæſares egeram, & de quo haud una exſtat præſtantium Antiquariorum ſententia. Quum vero eum celebres tum illius Gazæ cuſtodes, ac præſtantes in eadem Galliarum Metropoli Antiquarii, *Emeſæ* tribuerent, quod EMI ſeu MI in eodem legi iis videretur; dein autem, quod erat manifeſtum, KO. MH. MECOΠ, atque ita interpretarentur, *Emeſæ Coloniæ Metropoleos Meſopotamiæ*; eorum proinde, qui illius nummi ectypum mihi tum exhibuerant, fide, ita quoqoc adtuli; indicato tamen a me ibidem diuerſo *Emeſæ*, iuxta Geographos, cis Euphratem, & ad Orontem ſitu. In poſterioribus vero & plenioribus ad eoſdem Cæſares additis a me in illo opere Adnotatis,

a Orbis Roman. pag. 197. 198.

b Leg. XIX. §. 9. Id. de Legat. Cond. Leg. XII. D de Diuort. &c.

c Lib. LXXI. pag. 802, 803. &c.

Ut ſupra.

Euſeb. H. Eccl. lib. I. cap. 13.

Hiſt. Eccl. lib. IV. cap. 8. Lib. XXI. cap. 8.

Notes ſur les Cæſars de Julien p. 95.

Preuues des Remarques p. 491.

tis, ad *Edessam* spectare omnino illum nummum, neque *Emesæ*, ob indicatam iam ante rationem, ullatenus tribui posse, ac proinde pro exesis litteris EMI, legi debere ΕΔΕ monueram. Vir eruditus in opere, quod anno sequenti in eadem Gallorum Regia urbe diuulgauit, facta huius nummi mentione, id mihi tribuit, quasi in prioribus illis ac breuibus ad Juliani Cęsarum versionem Notis, EMI *iusserim legi* in hoc nummo, referrique ad EMICΩN ciuitatem; dein mutata sententia, ad *Edessam* spectare in posterioribus Adnotatis monuerim: ei vero, & quod conspicuæ litteræ EMI in eo legerentur, ad AMIDAM Mesopotamiæ itidem urbem, & *Metropolim* quoque in Notitiis Ecclesiasticis dictam, referre eundem nummum placuit. Quod pluribus adhuc in libro ab eodem viro eruditissimo, contra celebrem Antiquarium, qui hanc eius de illo nummo sententiam, impugnauerat, adstrui videas. Quæ vero a me utroque ad Juliani Cæsares loco, de eodem nummo dicta sunt, publice prostant; idque in primis, cur idem *Edessæ* omnino tribuendus mihi videretur: nempe, cum ob nummi inscriptionem, exesis alioquin prioribus tribus quatuorue litteris, quæ urbis ipsius nomen præferebant, KO. MH. MECOII. *Coloniæ Metropoleos Mesopotamiæ*; quomodo illud *Coloniæ Metropoleos* elogium huic *Edessæ* in aliis cum eiusdem Alexandri Seueri, sub quo & prior cusus, tum aliorum quoque Cæsarum, quod paullo ante vidimus, nummis legeretur: adde, ob eundem mulieris turritæ ac rupi insidentis, in aliis huius urbis nummis typum: tum denique, quod *Emesa* in Syria vel Phœnice cis Euphratem, non vero in Mesopotamia foret sita. Quod vero adfert vir eruditus, MI *conspicue* a se & ab aliis lectum in eodem nummo; in eo utique perspicaces & lynceos oculos ei, & qui cum eo ita legerunt, gratularer; qua felicitate, ubi adtente eundem nummum versare mihi postea licuit, non fuerim mactus; sed neque eximius & vere in his Lynceus Morellus noster, cui eosdem Regios nummos nocturna diurnaque manu tractare, eosque describere insuper ac delineare contigit. Mitto ut leue, quod addit ibidem vir eruditus, id non pati consuetudinem urbis *Edessæ* in eius nummis, ut ΕΔΕ tantum pro ΕΔΕCCA, vel ΕΔΕCḈHNON in iis scribatur. Neque enim ex uno vel altero, aut pluribus etiam nummis ita cum integro nomine subinde inscriptis licet statuere, id perpetuo in aliis eiusdem loci nummis similiter factum, quod pluribus exemplis liceret hic redarguere. Verum sat hanc in rem erit, adductum a celebri Antiquario huius ipsius *Edessae* nummum obiter hic indicare, inscriptum sub Caracalla cum iisdem tantum litteris ΕΔΕ, nempe KOΛΩ MAP. ΕΔΕ h. e. *Colonia Marcia Edessa*. Accedit, quo *Amida, Metropolis* quidem dicta legitur in Notitiis Ecclesiasticis sub Christianis Imperatoribus, pro inducta iis temporibus noua haud unius *Metropoleos* in Prouinciis Romani orbis constitutione; nulla tamen in antiquis ante Constantinum nummis, minime autem Alexandri Seueri ætate, qua percussus est ille, de quo agimus, *Edessae* nummus, illius *Amidae*, minus cum *Metropoleos* titulo, facta occurrit mentio. Quod statuit itidem, ubi de eo nummo agit, celebris Antiquarius; sed ita ut eundem *Emesae* tribuendum contendat, non vero, ut a me factum, *Edessae*; ita ut duas tum in *Mesopotamia*, sicut in aliis prouinciis, *Metropoles* constitutas censeat; unam & quidem iis Euphratem, hanc nempe *Emesam*; alteram, trans eundem fluuium, nempe *Carrhas*; atque ita ut *prima* fuerit ex iis *Mesopotam ae Metropolis Emesa*, quod indicet littera A in eodem eius nummo signa-

Harduin. Num Urb. Ill. p. 37.

In Antirrhetico pag. 92. &c.

Vaillant. Colon Imper. p. 35. Tom. II.

Vaillant. Colon. Imp. pag. 110. Tom. II.

ſignata; *Carrhæ* autem *ſecundæ* demum, ac inde cum littera Δ ſeu δευτερας in illius urbis nummo, quem in Elagabalo iam adtulerat. Quod equidem *duas* ſubinde in una prouincia *Metropoles* exſtitiſſe ibidem tradit, & *Tomorum* in Ponto nummi exemplo illuſtrat; id cum aliunde, tum ex aliis etiam nummis antiquis, & quorum fide id quoque hic a nobis & mox adhuc pluribus adſtruetur, eſt utique manifeſtum: ita tamen ut omnino in eadem prouincia ſitæ plures illæ unius gentis *Metropoles* fuerint. Verum quo exemplo, vel qua auctoritate nitatur illa viri eximii, & veterum nummorum uſu ac peritia in primis ſubacti obſeruatio, & quidem re illa adtentius expenſa, haud equidem capio: ut nempe urbs cis Euphratem, ipſo id agnoſcente ibidem, ſita, & quidem *Phœnices ciuitas*, ab ipſomet Phœnice, Tyrio quippe, Ulpiano, dicta, *Meſopotamiæ* tamen, diuerſæ a *Phœnice*, ut notum, regioni, ac a ſitu inter fluuios Euphratem ac Tigrem, ut de ea nominatim Dio Cocceianus, ita appellatæ, Euſebio proinde, μέση τῶν ποταμῶν, *Metropolis*, & *Prima* etiam ſtatuatur hæc *Emeſa*. Id olim quidem factum haud ignoro, ut communi & generali *Syriæ* nomine, *Meſopotamia* quandoque deſignetur: inde Συρία ποταμῶν eadem dicta, ut obſeruo, in S. Scripturæ Synopſi, quæ vulgo D. Athanaſio tribuitur; immo Συρίας nomine a Xenophonte eſt olim appellata. Verum haud viciſſim factum videas, ut *Meſopotamiæ*, ſeu mediæ illius inter dictos fluuios regionis, nomen, ad *Syriam* cis Euphratem, vel *Phœnicem*, ac proinde ad urbem in ea ac haud procul ab Oronte fluuio ſitam, ſit unquam traductum. Adde, quod ibi *prima etiam Meſopotamiæ Metropolis* ſtatuitur, ut diximus, ab eodem celebri Antiquario hæc *Emeſa*, *Carrhæ* autem *ſecunda*: quum tamen adductus fuiſſet ab eo iam ante, ut modo etiam vidimus, poſtremæ huius urbis ſeu *Carrharum* ſub M. Aurelio nummus, in qua illa *Metropoleos Primae*, eodem nummi illius interprete, dignitas eidem tribuatur. Ut mittam inſuper, nullam ab eo *Edeſſae*, velut alterius etiam *Meſopotamiae Metropoleos* rationem ibidem habitam; a quo tamen plures, & quidem ſub eodem Alexandro Seuero, immo qualis etiam proxime præcedit illum, de quo egimus, & quem *Emeſae* tribuit, adducuntur *Edeſſae Metropoleos* & *Coloniae* ſimiliter nummi. Neque vero tanquam ad nummi ipſius a ſe probe & accurate inſpecti fidem, & in quo proinde litteras illas EMI in eo omnino deprehenderit, cum ſequentibus vocibus KO. MH. MECOΠ. *Coloniae Metropolis Meſopotamiae*, illius ectypum protulit celebris Antiquarius; ſed ſicut, ut ab eo ibidem traditur, nummus ille fuerat a me ad Juliani Cæſares vulgatus. Unde etiam, quod diffiteri hic non licet, ſi litteras illas EMI, aut, priori littera exeſa, MI tantum in eo nummo legi eumcatur; tum, & quidem ob additam in eo *Meſopotamiae* mentionem, haud ad aliam urbem viderem melius poſſe, quam ad AMIDAM cum eruditiſſimo Harduino referri eundem nummum.

Leg. 1. D. de Cenſib. §. 4.

Lib xxxv. p 3.

Hiſt. Eccl. lib. VIII. cap. 12.

Ad lib. 1. Judic. pag. 140. Tom. 1. ult. ed. Pariſ.

Ἐξελαύνῃ διὰ Συρίας Exped. Alex. lib v. cap. 1. §. 18.

De Colon. Imper. pag. 178. Tom. 2.

Vid. Colon Imper. pag. 110. Tom. II.

Neque vero duæ alioquin ſolum erant illa ætate, quibus cuſus eſt idem nummus, MESOPOTAMIÆ METROPOLES, uti id paullo ante vidimus, CARRHÆ ac EDESSA, quod earum nummi ac ab ipſo celebri Antiquario adducti clariſſime arguunt, & in qua prouincia utraque urbs erat ſita; ſed *tertia* inſuper eadem *Metropoleos* & *Coloniae* ſimiliter dignitate inſignita occurrit in Cæſarianis eorundem temporum nummis. Ea eſt nempe NECIB. MHT. *Neſibi Metropolis*; in alio eiuſdem Alexandri Seueri CEΠT. KOΛΩ.

3. NESIBIS *tertia Meſopotamiæ Metropolis.*

In Schedis Morelli.

ΚΟΛΩ. NECIBI, *Septima Colonia Nesibis*; qualem a me visum inter alia Cl. Seguini cimelia olim indicaueram; cum utraque vero dignitate simul iuncta, in Philippi Patris nummo e Gaza Medicea ibi quoque a me adducto, IOT CEΠ. ΚΟΛΩ NECIBI MET. *Juliae Septimiae Coloniae Nesibi Metropoleos.* Cui similem nummum minus accurate a Goltzio traditum ibidem monui; inde male a Scaligero ad Eusebium prolatum; quo loco CEΠ. seu *Septimiae*, CEP. seu *Seriam* pro *Syria* huc legebat, ac de *Julia Soaemia* interpretabatur; peius autem a Tristano, qui Goltzium fictæ eiusmodi Coloniæ, quæ nulla fuerit, & portentosæ lectionis accusat; ipse certe portentosa mutatione, pro ea in *Rhesainam*, aliam *Mesopotamiae* urbem, & in nummis quoque signatam, sed cui nullus hic locus, secure admodum conuertit. Verum huc & alibi obseruasset nobilis Antiquarius illud Talmudicorum scitum: לא ישנה אדם מטבעו שבעין חכמים *Ne mutet homo quidquam de moneta, quam cuderunt sapientes.* Unde, postquam eadem urbs est a Lucullo olim capta, a Parthis dein recuperata, a Traiano denuo Romanis adserta, immo unde ille ea urbe Batnisque captis *Parthicus*, iuxta Dionem Cocceianum, dici meruit, utrumque illud *Coloniae* & *Metropoleos* decus huic urbi *Nesibi* postea concessum, e duobus eiusdem Dionis locis olim monui: prius quidem, ubi de illa urbe ab eo dicitur: ἐν νῦν ἡμετέρᾳ ἢ ἐν ΑΠΟΙΚΟΣ ΗΜΩΝ νομίζεται, *nunc vero nostra est, &* COLONIA NOSTRA *censetur:* alterum, ubi de eadem urbe tradit: ὁ δὲ Σεβῆρος ΑΞΙΩΜΑ ΤΗ ΝΕΣΙΒΕΙ δὲς Ἱππεῖ ταύτῃ ἐπέτρεψεν *Seuerus* NESIBI MAGNAM DIGNITATEM, (*Metropoleos* nempe) DEDIT, *eamque urbem commisit Equiti Romano.* Adeo ut a Seuero ubi Nesibin venisset, ibique, quod docet ibidem Dio, hæsisset aliquamdiu, ac, ut in Excerptis eiusdem Dionis Valesianis legitur, ob liberatam a Parthorum obsidione seruatamque Nesibin lætaretur haud parum, utrumque illud in eam urbem collatum cum *Coloniæ*, tum *Metropoleos ἀξίωμα*, sicut *Carrhis* iam ante, *Edessæ* autem mox a Caracalla filio, uti e nummis liquere diximus, statuere omnino liceat. Mansit vero eadem *Nesibis* in Romanorum fide; donec a Iouiano est Persis relicta, ut ex [a] Ammiano & [b] Agathia liquet; ac unde *Persicæ ditionis* ciuitas a Socrate dicitur. Exstitit nempe eadem *Nesibis* inde Persis obnoxia, cum magno Romani Imperii damno; ultra quam autem, ac duas alias Persicæ itidem ditionis, *Callinicum* & *Artaxatam*, nullus Romano imperio subiectus, emendi vendendiue speciei caussa, proficisci prohibetur, peculiari eam in rem Theodosii Junioris constitutione, quæ in Codice legitur. Quo spectat proinde illud quod a Menandro Protectore dicitur; ut mercatores Saraceni, aut alii Barbari ad *Nesibin* aut *Daras* appellant, id esse inter Romanos & Persas cautum. De ipso vero *barbaro* illius urbis, NECIBI, ut in illius nummis legitur, apud Procopium autem Νεσίβιδα, *nomine*, & antiquiore, quod eadem tulit ab *Antiocho* & *Mygdonio* fluuio, exstat, quem olim quoque notauimus, eximius apud Julianum Imperatorem locus; qui meretur omnino hic adscribi: ἥ δὴ (huic nempe, de qua ibi agit, *Nesibi*) ΜΥΓΔΟΝΙΟΣ ποταμῶν κάλλιστος τῷ αὐτῇ προσίδρυσι φέρμῳ ὄνομα ἐξ ΑΝΤΙΟΧΟΥ βασιλέως ΕΠΩΝΥΜΟ· ἔχουσι δ' αὐτῇ ἐξ ΕΤΕΡΟΝ ΟΝΟΜΑ ΒΑΡΒΑΡΟΝ, σύνηθες τοῖς πολλοῖς ἀπὸ τῆς πρὸς τὰς τῇδε βαρβάρους ἐπιμιξίας, *cui quidem urbi* MYGDONIUS *fluuiorum pulcherrimus* NOMEN *suum communicat. Quæ insuper ab* ANTIOCHO *Rege* COGNOMEN *accepit: tum aliud etiam* NOMEN BARBARUM *adepta est, & quo & Barbaro-*

Animadv. pag. 232.

Tom. II. pag 590.

a Plutarch. in Lucull. pag. Dio lib. xxxv. pag. 3.

b Lib. LXVIII. pag. 781.

Lib. xxxv. p. 3.

Lib. xxxv. pag. 849.

Pag. 736.

a Lib. xxv. c. 7.
b H. Eccl. lib. VII. cap. 18.

Leg. IV. Cod. Just. de Commerc. Pag. 140. edit. Reg.

Bell. Pers. lib. IV. cap. 18.

Orat. II. pag. 62. vlt. edit.

barorum conſuetudine a pleriſque ſolet appellari. Dicta nempe olim urbs a conditore & ſitu, ut docet ibi Julianus, & aliunde conſtat, prout ad eundem Julianum notauimus, *Antiochia Mygdoniæ*, ſeu in *Mygdonia* illius ad Mygdonium fluuium tractus regione, iuxta [a] Strabonem, ac [b] Plinium, immo hiſce etiam antiquiorem [c] Polybium; ac unde apud Joſephum Ἀντιόχεια ἡ Μυγδονίας (non Μυγδονίαν,) πεσοντεύουσαι, *Antiochiam, quam Mygdoniæ appellarunt.* Ubi præterea monui, male a doctiſſimo Holſtenio eandem *Antiochiam*, ſeu *Neſibin* poſtea barbaro nomine appellatam, ad Euphratem collocari, eandemque ſtatui cum ea, cuius meminit Plinius, & in nummo, qui ſit a Triſtano editus, inſcribitur ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟΣ ΕΥΦΡΑΤΗΝ, *Antiochenſium Ad Euphratem.* Id enim abunde vel ab ipſo Plinio redarguitur; qui de utraque *Antiochia*, illa nempe quæ ad *Euphratem*; & hac, quæ in *Mygdonia*, & *quam*, ut addit, *Neſibin vocant*, diuerſis agit locis: tum quod non ab *Euphrate*, ſed ab hoc *Mygdonio* fluuio, ſeu a ditione, quam is alluit, *Mygdonia* ſit appellata: tum maxime quod ſitus eius Tigridi, quam Euphrati eſſet vicinior; adeo etiam ut a Stephano dicatur *Neſibis in Tranſeuphratenſi regione, quæ eſt ad Tigrim*, ἐν τῇ περαίᾳ περὶ τὸν Τίγριδι ποταμόν· a Patricio vero in Excerptis, *urbs Tigridi adiacens*, a quo tamen eandem *Neſibin* bidui itinere diſſitam tradit Procopius. *Antiochia* ergo *Mygdoniæ* vel in *Mygdonia* dicta olim hæc *Neſibis*, ſicut *Antiochia ad Callirhoen* altera, de qua modo egimus Meſopotamiæ Metropolis, *Edeſſa. Barbarum* vero illius urbis *nomen*, ut a Juliano ibi dicitur, ſeu NECIBI quod adtinet, non ſolum frequenti uſu ea ætate, ut verba τὸ ἀδιάλυτα innuunt, receptum conſtat; ſed eandem pridem a Græcis Romaniſque Auctoribus, ac poſt deductam etiam eam in urbem Romanorum *Coloniam*, eamque *Metropoleos* inſuper dignitate ornatam, eo nomine dictam; immo haud alio nomine in Græcis eius nummis, quales ſub Alexandro Seuero, ut vidimus, Philippo Patre, & Otacilia coniuge ſignati etiamnum proſtant: illo antiquiore proinde a Conditore ac ſitu, *Antiochiæ Mygdoniæ*, ſeu in *Mygdonia*, velut iam abolito. Opportune vero, dum hæc commentarer, occurrit mihi memoratus a duobus clariſſimi nominis Antiquariis, [a] Triſtano, ac [b] Patino, unius e Regibus Seleucidis nummus, inſcriptus nempe, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ, cum addito ſimul nomine, ΝΕΙΣΙ· ſed de quo in illius nummi interpretatione ſilent omnino duo illi viri præſtantes. Adduxit vero eundem nummum in Hiſtoria Regum Syriæ celebris Antiquarius, omiſſo ſolum illo nomine ΝΕΙΣΙ· ſeu quod exeſæ forte eſſent in eo, quem præ manibus habuit, nummo eædem litteræ; ſeu quod ſignificationem illius vocis, a duobus illis præſtantibus Antiquariis præteritam, minus eſſet forte adſequutus, neque temere vellet quidpiam de ea litteris prodere. At vero ea voce ΝΕΙΣΙΒΝ ſeu ΝΕΣΙΒΙΝ deſignari, licet omnino ſtatuere; prout varias Syriæ vel Phœnices urbes in Regum id genus Seleucidarum nummis ſignari iam antea diximus, *Antiochiam ad Daphnem, Apameam, Sidonem, Tyrum*, aliaſque. Percuſſus vero eſt hic nummus, non a *primo Seleuco Nicatore*, ut ſtatuebant duo illo præclari Antiquarii, Triſtanus, a quo ille primum eſt vulgatus, ac Patinus; ſed, quod olim videram, & ſuffragante poſtea; Cl. Vaillant, (qua de re ſupra iam actum) ab uno ex illius Seleuci ſucceſſoribus, & quidem, iuxta eundem celebrem Antiquarium, Seleuco VI, cum ambobus illis *Epiphanis* & *Nicatoris* iam receptis inter Seleucidas cogno-

[a] Strabo lib. XVI. p. 747.
[b] Lib. VI. cap. 13.
[c] Lib. V. c. 51.
[d] Antiq. lib. XX. cap. 11.

Obſerv. pag. 189. 190.

Not. ad Steph. pag. 37.

In Νέσιβις. Excerpt. Legat. pag. 32. edit. Reg. Bell. Perſ. lib. I. cap. 11.

[a] Addend. ad Tom. II. p. I.
[b] Theſ. Num. pag. 27.

Pag. 368.

Ibidem p. 369.

cognomentis. Neque mirum videri debet in urbe quoque Meſopotamiæ ſignari huius Seleuci VI. Syriæ Regis nummum; quum ab inſignibus, quas reportauit, ut aliunde conſtat, contra Antiochum Philopatorem victoriis, ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ cognomen huic Seleuco inditum, iidem eius nummi arguant: nec cæteroquin intra Syriæ ita dictæ fines, ſeu cis Euphratem, ſed in Tranſeufratenſem etiam regionem crebras irruptiones fecerint Seleucidæ, eamque, aut eius partem ſibi quoque ſubiectam ſubinde ac tributariam reddiderint. Adde, quod in ANTIOCHI IV. nummo in eadem Meſopotamia, eam, de qua modo, *Edeſſam* ſub nomine ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΛΙΡΟΗΝ, *Antiochenſium Ad Callirhoen*, deſignari vidimus. Id vero fide præclari huius *Seleuci* VI nummi liquet, poſt Parthorum fundatum ſub Antiocho II. ac Seleuco II ſeu Callinico, in eo terrarum tractu, imperium, *barbarum* illud, prout a Juliano Imperatore dici vidimus, NESIBI *nomen*, quacunque occaſione id factum ſit, huic urbi a *Barbaris* illis inditum. Id vero de hac urbe olim monui, eam, ſi Abul Pharaiium audiamus, non a cognomine Rege *Antiocho* primum, (ni una ſit forte e ſedecim urbibus, quas *Antiochiæ* nomine a primo Seleuco conditas, ac a patre *Antiocho* denominatas tradit Appianus) ſed a Nimrodo pridem conditam, & quidem prope *Edeſſam*, hanc urbem, quæ *Chalya*, vel iuxta alios codices, *Achad* olim diceretur. Sed hæc de tribus hiſce antiquis MESOPOTAMIÆ METROPOLIBUS, quarum conſignata eſt in priſcis earum nummis memoria, paullo præter inſtitutum prolixius; id vero exigente argumenti ipſius tractatione, dixiſſe nunc vel adnotaſſe ſufficiat.

Dyn. 1. pag. 12

Syriac. p. 124.

IV.

De METROPOLIBUS *Proconſularis* ASIÆ, *ac de iis Imperatoris* ANTONINI *Reſcripto.*

I. *De Reſcripto Imperatoris Antonini, nempe Caracallæ.*

Inter eas vero Populi Romani prouincias, quæ plures iam olim habuerunt METROPOLES, occurrit continuo PROCONSULARIS ASIA. Id enim aperte docet celebre Antonini Caracallæ ad huius Aſiæ Commune Reſcriptum, quod nobis conſignauit Ulpianus, ac meretur proinde ante omnia hic expendi.

» Ulpianus Leg. IV. §. 5. D. de Offic. Proconſ.

Ingreſſum etiam (Proconſulem) *hoc eum obſeruare oportet, ut per eam partem prouinciam ingrediatur, per quam imgredi moris eſt, &* (*quas Græci* ἐπιδημίας, i. e. acceſſus ad urbem, *appellant, ſiue* καταπλοῦς, id eſt adnauigationem) *obſeruare, in quam primum ciuitatem veniat vel applicet: magni enim facient prouinciales ſeruari ſibi conſuetudinem iſtam, & eiuſmodi prærogatiuas. Quædam prouinciæ etiam hoc habent, ut per mare in eam prouinciam Proconſul veniat, ut* ASIA *ſcilicet; uſque adeo, ut* IMPERATOR NOSTER ANTONINUS AUGUSTUS *ad deſideria* ASIANORUM *re-*
» *ſcripſerit,* Proconſuli neceſſitatem impoſitam per mare ASIAM applicare,
» *nal* ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ ΕΦΕΣΟΝ (id eſt inter *matrices urbes* Epheſum)
» PRIMAM attingere.

Auctor

Auctor nempe illius Reſcripti, in poſtremis hiſce verbis, & cuius proinde ætate plures cenſebantur, quod ex eo manifeſtum, Proconſularis *Aſiæ Metropoles*, *Antoninus*, ut modo diximus, *Caracalla*: non vero, ut erudito Marmorum Oxonienſium interpreti videbatur, & qua de re poſtea, *Antoninus Pius*. Illud enim abunde arguunt adducta modo Ulpiani verba: *Imperator Noſter Antoninus Auguſtus*; quibus *Antoninum Caracallam*, ſub quo Principe ac patre eius Seuero Adſeſſor exſtitit, ut notum, idem Ulpianus, deſignari conſtat: idque iuxta morem ei conſuetum, quo paſſim (ac prout [a] nuper aliam ab eodem Ulpiano relatam conſtitutionem, ad eundem *Antoninum Caracallam* eſſe referendam inde quoque euicimus) [b] *Imperator Noſter*, aut [c] *Imperator Noſter Antoninus*, aut, ut hoc loco, [d] *Imperator Antoninus Auguſtus*, ſicut ab aliis eiuſdem ætatis Juriſperitis, [e] Paulo, ac [f] Modeſtino ſubinde dicitur. Ut mirari proinde haud parum ſubierit, non in aliis quidem litteris ac diſciplinis, minus autem in priſcis Romani Juris Auctoribus verſandis exercitatos ea in re haud ſemel deceptos, ſed viros inſuper in iis terendis & explanandis etiam adſiduos. Quid vero per vocem ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ ibi intellexerit in ſuo ad illos Aſianos Reſcripto idem ille *Auguſtus Antoninus*, abunde, ut opinor, vel e dictis hactenus de Prouinciarum Populi Romani *Metropolibus*, ſolitaque huius nominis in nummis aliiſque monumentis antiquis ſignificatione, cuiuis eſt manifeſtum. Quamquam negotium poſſet aliquod hic facceſſere Latinus ibi vocis illius interpres, qui ἡ Μητροπόλεων Ἔφεσον, reddit *inter matrices urbes Epheſum*; & ad eius exemplum Cl. Gothofredus; qui quum in breuibus ad hæc verba notis bene monuiſſet, ea *Metropoleos* voce denotari quod mox ab Ulpiano dicitur, *prouinciæ caput*; ab Ammiano autem *mater urbium*, (quod ſupra de Nicomedia Bithyniæ *Metropoli* dictum ab eo vidimus) ac idem quod *Metrocomia* inter vicos, talis ſit *Metropolis* inter urbes: addit continuo *Metropoles*, *matrices*; Salluſtio, *origines*; Curtio, *maior patria*. Quæ poſtrema tamen non de *Metropoli*, ratione prouinciæ, cuius illa foret *caput*; ſed ratione *Coloniarum* ab ea, & procul ſubinde extra prouinciam conditarum, dici conſtat: atque ita duplicem illam, & longe diuerſam huius *Metropoleos* vocis, de quibus paullo ante eſt abunde a nobis actum, ſignificationem, ibi confundi; ac male proinde hanc poſtremam ad EPHESUM, aliaſue *Aſiæ*, quæ ibi dicuntur, METROPOLES continuo referri. Neque vero ei notationi locum dare debuit Latinus Græcarum ibi vocum interpres; dum per *matrices urbes*, vocem ibi Μητροπόλεων reddit; ſed cuius parum accuratam in vertendis, quæ Græcorum lingua ſubinde tradita ſunt in Digeſtis, fidem, notarunt iam eruditi Legum Antiſtites. METROPOLES itaque Proconſularis ASIÆ, de qua ibi agitur, dicuntur huius prouinciæ urbes, quæ tum illius nominis prærogatiua, tanquam primariæ ac illuſtriores eiuſdem Aſiæ ciuitates, gaudebant, aut eam certe ſibi vindicare conſueuerant. Quot vero, aut quænam omnino eædem forent, quæ hoc titulo, adnexiſque ei iuribus & priuilegiis in ea prouincia, & quidem illa ætate Antonini Caracallæ, fruebantur, haud certo licet hodie adſequi, vel tuto ſatis pronuntiare. Neque enim, ut alioquin de aliarum ferme orbis Romani Prouinciarum *Metropolibus* factum conſtat, id in antiquis Auctorum, aliiſue priſci æui monumentis proditum utique videas. Equidem, ut de priſcis nummis iam loquar, mirari continuo ſubit, quod quum haud alii e Græcis maiori hodie numero thecas antiquarias exornent, quam qui a Proconſularis illius

[a] Pag. 69. P. 1.

[a] Orbis Roman. pag. 196. 197.

[b] Leg. in §. 4. D. de Admin. Tutor. lib. IV. D. de Cenſib. &c.

[c] Leg. III. D. de Donation &c.

[d] Leg. XXXII. De de Ritu Nupt.

[e] Leg. XVIII. D. de Minorib.

[f] Leg. XXXI. §. 4. D. de Fideicom. Libert.

Asiæ, & nobilioribus quidem in ea urbibus, neque una Cæsarum Romanorum ætate, sunt perculli: uti EPHESI, SMYRNÆ, PERGAMI, SARDIBUS, MILETI, TRALLIBUS, THYATIRÆ, PHILADELPHIÆ, MAGNESIÆ AD MÆANDRUM, LAODICEÆ, HALICARNASSI, CYZICI, SAMI, &c. nusquam tamen illum METROPOLEOS titulum, quem ambitiose adeo prisco aliarum imperii Romani urbium, quæ illum obtinebant, ære signari vidimus, iidem præferant: si unius equidem vel alterius e dictis modo urbibus singularem aliquem nummum mittam, in quo, & qua de re postea, id nomen forte legitur. Quod autem certo quodam consilio memoratarum modo nobiliorum Asiæ huius Proconsularis urbium factum statuendum est; ut nempe illa *Metropoleos* appellatione careant vulgo, & præter receptum alias id genus urbium *Metropoleon* morem, & quidem nobilissimarum etiam ex iis, nummi: maxime quum aliis honorum & iurium titulis eædem Asiæ urbes subinde in iis decorentur: uti ΠΡΩΤΗΣ, ΙΕΡΑΣ, ΑΣΥΛΟΥ, ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ, ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, adde ΚΟΙΝΟΥ ΑΣΙΑΣ, *Primæ, Sacræ, Inuiolabilis, Liberæ, Suis Legibus, Communis Asiæ Sacri* seu *Festi* tum ibi celebrati, ut de frequenti illa ac repetita *Bis Ter Quater* ΝΕΩΚΟΡΟΥ in iis appellatione; aut illius etiam *Primæ Pulchritudine & Magnitudine*, ΠΡΩΤΗΣ ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ, nunc sileam. In cuius proinde rei caussam, nec alieno utique loco, est hic nobis inquirendum.

2. *Quænam essent* ASIAE *Metropoles.*

Constabat nempe, ut a Cicerone alicubi dicitur illa Proconsularis Asia, quæ inter præcipuas Romani orbis prouincias olim habita, ex *Phrygia, Mysia, Caria, Lydia*; sub quibus insuper, sub Mysia nempe & Lydia, intelligi debent *Ionia* & *Æolis*, ac addi præterea vicinæ Maris Ægæi *Insulæ*. Qui amplissimus terrarum tractus, præ aliis Romani orbis Prouinciis, ingenti in primis urbium, & multarum ex iis insignium & magnarum numero gaudebat; uti de eadem a Smyrnæo Aristide dicitur: ὅτι γὰρ πόλεις τοσαύτας τὰς πάσας ἡδεμία ἄλλη ἔθνος πασῶν ἀνθρώπων ἐσχήκεν, ὅτε τὰς γε μεγίστας τοσαύτας: *Nam nec tot urbes ulla alia natio, nec utique maximas adeo suppeditat.* Hinc in adductis supra Statii de Bolani Asiæ Proconsulatu verbis, dici ab eo vidimus:

Orat. pro Flacco cap. LXV.

De Concord. Urb. pag 301. Tom. II.

[a] MILLE URBES ASIÆ *sortito rexerit anno?*

ab aliis vero, uti a [b] Josepho ac [c] Philostrato, quod est a nobis nuper alio in [d] opere monitum, dimidiato numero *quingentæ* dicuntur exstitisse *Asiæ ciuitates*, quæ Romano Prouinciæ Rectori parerent. Immo de qua prouincia a Quinto fratre tum administrata dictum a M. Tullio pridem fuerat: *Quam iucunda tandem Prætoris comitas in Asia potest esse, in qua tanta multitudo ciuium, tanta sociorum*, TOT URBES, TOT CIUITATES *unius hominis nutum intuentur?* In quibus autem verbis illud inter *urbes* & *ciuitates* discrimen potest obiter obseruari: ut priori voce nobiliores illius Asiæ ciuitates, ac velut *Metropoles* (prout ea *urbis* voce designari *Metropolim* paullo ante vidimus) ibi Cicero designarit. Idem paullo post: *Quare quoniam eiusmodi theatrum totius* ASIÆ *virtutibus est debitum, celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum, iudicio eruditissimum, natura autem ita resonans, ut usque Romam significationes voceſque referantur.* Ex iis autem nobilioribus illius Prouinciæ, quæ e dictis modo regionibus, *Ionia, Lydia, Caria, Phrygia, Mysia, Æolide*, constabat, urbibus, aliæ erant pridem suarum regionum capita: *Ioniæ* nempe ac Oræ Maritimæ, *Ephesus, Smyrna, Miletus*; Lydiæ Mediter-

[a] Lib. v. Sylv. II. v. 57.
[b] Bell. Jud lib. IV. cap. 16.
[c] De vit. Soph. lib. II. p. 757.
[d] Orb. Rom. pag. 369.
Ad Q. Fratrem lib. I. Epist. I. cap. 7.
Ibidem c. 14.

ranex

ſanæ *Sardes*, Inſularum *Samus*. Quarum autem urbium priot etiam ſeu *Epheſus* Lydiæ ab [a] Herodoto, [b] Liuio, aliiſque, tribuitur: altera autem, antea in Aeolide cenſebatur, ac unde etiam [c] *Æolis Smyrna* a [d] Callimacho, & in alio veteri Epigrammate dicitur: Myſiæ vero, *Pergamus*: Phrygiæ Maioris, *Laodicea* & *Apamia*: Helleſpontiacæ autem, *Cyzicus*. Quum vero dictæ modo regiones cum ſuis oppidis, in unam dein dictam ASIÆ prouinciam ſub Romanis coaluiſſent, eamque *Proconſularem*, quod eadem a viro Conſulari ſub Proconſulis nomine regeretur, ab iis appellatam; inde etiam factum, ut ob amplitudinem prouinciæ, diuerſæ velut Præfecturæ ſeu Juridici Conuentus in ea conſtituerentur, ad quos vicinæ urbes, ac ſubinde etiam remotiores, quæ nempe in eo foro diſceptarent, conuenire tenebantur. Qui Aſiani Conuentus tum Διοικήσεις, uti vel ex [a] Cicerone liquet, e [b] Strabone præterea, [c] Ariſtide, aliiſque conſtat, appellati; tum Ἀγοραὶ δικῶν, *Fora Cauſſarum*, ut in Reſcripto Antonini Pii ad Commune Aſiæ, quod exſtat in libris Digeſtorum, & apud dictum [c] Ariſtidem; tum a Romanis, uti a [f] Plinio, aliiſque *Conuentus*, *Juridici Conventus*, *Juriſdictiones*, ſicut *Sardiana Juriſdictio*, vocabantur. Quos nempe conſtitutos in eadem hac Aſiæ prouincia *Juridicos Conuentus* enumerat quoque Plinius; tres nempe in Phrygia, *Cybariticum*, *Synnadicum*, & *Apamenum*; in Caria, *Halicarnaſſenſem*, *Alabandicum*; in Lydia, *Sardianum*; in Ora Maritima, *Epheſium*, *Smyrnæum*; in Æolide, *Adramyteum*; in Teuthrania, *Pergamenum*: additis populis vel oppidis, quæ ad eadem *cauſſarum Fora* ſeu *Juriſdictiones* ita dictas conuenire oporteret. Inde vero factum, ut eoſdem Aſiæ *Conuentus*, totidem *Metropoles* exſtitiſſe cenſuerit illuſtris Scaliger. Quum enim in acceſſionibus poſtremæ Animaduerſionum ad Euſebium editionis, *Smyrnæorum*, de quo paullo poſt, nummum a Goltzio ante deſcriptum adtuliſſet, in quo *Metropolis* dicitur *Smyrna*, addit ibi-

„ dem: inde *Conuentum* vocari hanc urbem ab Hieronymo, qui de Polycar-
„ po tradit: *Scripſit ad Philippenſes valde utilem Epiſtolam, quæ uſque hodie*
„ *in Aſiæ conuentu legitur*: id eſt in urbe Smyrna, cuius Epiſcopus fuerit Po-
„ lycarpus, quæ *conuentus*, id eſt Metropolis Aſiæ dicitur: Sophronium e-
„ nim male reddidiſſe σύνοδον. Quod autem *Conuentus Metropolim* ſignificat,
„ potuiſſe a Plinio diſcere, & aliunde. Verum quam viri magni notationem, aperte ante omnia redarguunt memorati paullo ante Antonini Pii Imperatoris ad Commune Aſiæ, quod in libris Juris Romanorum ciuilis legitur, Reſcripti verba. Ubi enim egiſſet, de diuerſo Rhetorum, Grammaticorum aut Sophiſtarum numero, quem alere tenerentur maximæ, maiores, aut minores illius prouinciæ Aſiæ ciuitates, addit continuo: εἰκὸς δὲ τῷ μὲν μεγίστῳ ἀριθμῷ χρήσασθαι ΤΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΣ ΤΩΝ ΕΘΝΩΝ· τῷ δὲ δευτέρῳ, ΤΑΣ ΕΧΟΥΣΑΣ ΑΓΟΡΑΣ ΔΙΚΩΝ· τῷ δὲ τρίτῳ, τὰς λοιπάς. *Decet autem maiori quidem numero uti* METROPOLES GENTIUM: *Secundo autem, quæ* HABENT FORA CAUSSARUM (ubi neutiquam opus fuerat addere cum eorum interprete, VEL LOCA JUDICIORUM) *tertio autem reliqua*. Quibus utique nihil apertius dici potuit, ut non de iiſdem dici, quod ſtatuebat Scaliger, & in hac quidem Prouincia Aſiæ, *Conuentum* & *Metropolim*, omnino conſtaret. Neque etiam in adductis ab eo Hieronymi verbis, de Polycarpi Smyrnæorum Epiſcopi Epiſtola, *quæ uſque hodie in Aſiæ conuentu legitur*; ibi *Aſiæ conuentu* de *Metropoli*, ut vult ὁ πάνυ, & quidem de *Smyrna* debet omnino intelligi; ſed de ſtatis *Aſiæ Conuentibus*, qui Κοιναὶ Ἀσίας, Συνόδια,

[a] Lib. 1. cap. 42.
[b] Lib. xxxvii cap. 39
[c] Σμύρνης ἀπ' Αἰολίδος Epigr. vi.
[d] Anth. lib. iv. cap. xxviii. Ep. 4.

[a] Lib. xiii. Ep. 53. & 67.
[b] Lib. xiii.; pag. 619.
[c] Serm. Sacr. iv. pag 607.
[d] Leg. vi. §. 2. D. de Excuſat.
[e] Serm. Sacr. iv. pag. 604.
[f] Lib. iii. c. 5. & lib. v. c. 29. 30.

Ibidem lib. v. cap. 29, 30.;

Pag. 61.

Ut ſupra.

Leg. vi. §. 2. D. de Excuſat.

&

& Συνόδοι etiam in ciuilibus negotiis, ut bene ibi & postrema voce usus est eam in rem Sophronius, ac nos nuper alibi quoque τῶν Ἀχαιῶν συνέδριον, *Achæorum Conuentum* a Polybio dici notauimus, dicebantur; & qui *conuentus* haud in eadem semper, quod aliunde constat, & qua de re postea, sed in diuersis prouinciæ urbibus haberi consueuerant. Adde, quod Plinius, eo quem indicat ibi loco vir magnus, nihil aliud innuit, nisi in Boetica, quatuor fuisse, & quos ibi enumerat, *Iuridicos conuentus*; sicut dein septem in Hispania Citeriore exstitisse obseruat. Unde, ut ad memorati Antonini Pii in Rescripto ad Commune Asiæ verba redeam, ex iis utique liquet, Μητροπόλεις τῶν ἐθνῶν, *Metropoles gentium* ibi eas illius prouinciæ Asiæ, quod paullo ante monui, urbes intelligi, quæ erant singulæ suarum gentium, e quibus constabat eadem prouincia, capita: Joniæ nempe & Oræ Maritimæ, *Miletus, Ephesus, Smyrna*; Mysiæ, *Pergamus*; Lydiæ, *Sardes*; Cariæ, *Halicarnassus*; Phrygiæ Maioris, *Laodicea*; & Hellespontiacæ, *Cyzicus*. Præter quas autem aliæ adhuc erant, ut uidimus, *Synnada, Apamea, Alabanda, Adramyttium*, totidem *Iuridici* in eadem Asia Proconsulari *Conuentus*; neque ideo tamen tum eius *Metropolibus*, ut aliunde statuere licet, adnumeratæ. Adeo ut darentur quidem dictæ in eadem Asia *Metropoles*, quæ forent etiam *Iuridici Conuentus*, uti de *Epheso Smyrna, Sardibus*, aliisque adhuc constat! sed quæ aliunde, & ob veterem loci prærogatiuam, aut noua, quæ iis accesserant, decora; non vero ob erectas demum a Romanis illas apud se Jurisdictiones, hunc dignitatis titulum obtinuerant. Immo quomodo etiam factum videas, ut in eadem Asia THYATIRA, quæ etsi Pergamenæ iurisdictioni, quod e Plinio constat, subiaceret; neque proinde foret una ex illis Asiæ Conuentibus, *Metropolis* tamen a Ptolemæo dicatur: ni alia statuenda sit, ut omnino cum viro doctissimo Campegio Vitringa arbitror, & qua de re postea, huius apud hunc Geographum loci ratio.

Orbis Roman. pag. 424 Lib. II. c. 54 Exc. Leg. XXIII.

Lib. III. c. 1.

Ibidem cap. 3.

Lib. V. cap. 30.

Lib. I. cap. 2.

3. *Quæ Asiæ Metropoles leguntur in nummis.*

Qua ratione proinde factum videtur, quod dictæ modo nobiliores illius prouinciæ Asiæ urbes singulæ essent suarum velut gentium, e quibus illa constabat, nempe Joniæ, Oræ Maritimæ, Lydiæ, Cariæ, Mysiæ, Phrygiæ *Æolidos*, ac inde etiam ab Antonino Pio dictæ, Μητροπόλεις τῶν ἐθνῶν, *Metropoles gentium*, non vero *Asiæ* in genere; ut nempe ab ambitiosa illa totius prouinciæ *Asiæ Metropoleos* appellatione, sibi nominatim vindicanda vulgo eædem abstinuerint in earum nummis. Id mirari enim iam ante subiit, quod in tanta, qui supersunt earundem urbium, & quidem nobilissimarum ex iis, quasque aliunde Asiæ primatum adfectasse constat ex earum nummis, ΠΡΩΤΩΝ, & ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ, de quibus paullo post, inscriptis, nempe EPHESI, SMYRNÆ, PERGAMI, nulli ferme hactenus, ut id quoque de *Epheso* nominatim tradit celebris Antiquarius, occurrant nummi, qui illam ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΣΙΑΣ dignitatem, consueto alioquin in aliarum id genus *Metropoleon, Bithyniæ* puta, *Ponti, Cappadociæ, Ciliciæ, Phœnices, Mesopotamiæ*, &c. nummis more: si unum forte descriptum in Goltzii Thesauro EPHESIORUM, vel SMYRNÆORUM, aut geminum SARDIUM, de quibus mox, nummum mittas. Prior nempe, nec alibi, quod sciam, hactenus visus, sub Geta a Goltzio inscriptus traditur, ΕΦΕCΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ ΑCΙΑC Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Ephesiorum Metropoleon Asiæ Ter Neocororum*. Cui continuo addere licet alium ab eodem Goltzio in eodem

Vaillant. de Num. Græc. Imper. pag. 210.

In Thesauro.

dem Theſauro memoratum SMYRNÆORUM quoque nummum, & inde ab illuſtri Scaligero ad Euſebium dicto paullo ante loco adductum, qui ſub Salomno Gallieno cuſus, ſed miſſa ACIAC mentione, CMYPNAIΩN MHTPOΠOΛEΩN ΔIC NEΩKOPΩN, *Smyrnæorum Metropoleon Bis Neocorum.* Sed quæcunque ſit horum nummorum fides, & a quibus commemorandis abſtinuit in nupera collectione Græcorum ſub Imperatoribus numiſmatum celebris Antiquarius; ii certe, præ tot aliis reſiduis adhuc earundem urbium, ſine illa *Metropoleos* appellatione, nummis, aduerti haud magnopere merentur. Quamquam SMYRNAM quod adtinet, hoc MHTPOΠOΛEΩΣ, & quidem ΑΣΙΑΣ nomen, ei in antiquis illius urbis Inſcriptionibus ſubinde tribui liqueat: uti in ea quæ inter Marmora Oxonienſia, & quidem cum ΑΣΙΑΣ mentione legitur, KAI ΛAMΠPOTATHC KAI MHTPOΠOΛEΩC THC ACIAC *Et Splendidiſſimæ Et Metropoleos Aſiæ*; & in altera inſuper a Cl. Sponio deſcripta, ubi inter alia legitur: TH ΛAMΠPOTATH KAI MHTPOΠOΛEI KAI TPIC NEΩKOPΩ TΩN CEBACTΩN, *Splendidiſſimæ Et Metropoli Et Ter Neocoro Auguſtorum.* Verum præter primarias haſce Proconſularis Aſiæ urbes, EPHESUM & SMYRNAM, in memoratis modo apud Goltzium nummis METROPOLES dictas, adducuntur ſeorſim ab eruditis, aut præſtantibus quibuſdam Antiquariis ſingulares quarundam eiuſdem Aſiæ urbium & Cæſariani quidem nummi, a Cl. autem Vaillant, ſi priorem ex iis mittas, prætermiſſi, uti SARDIANORUM, HALICARNASSENSIUM, MAGNETUM AD MÆANDRUM, COLOPHONIORUM, TEIORUM, ac ÆZANITARUM in Phrygia, in quibus illa *Metropoleos* appellatio iiſdem tribui videtur. De quibus ſingulis agetur paullo poſt, ubi de THYATIRA inſuper, ac CYZICO, in eadem Aſiæ prouincia; quarum illa apud Ptolemæum, hęc in Inſcriptione antiqua, METROPOLIS ſimiliter dicitur.

Animadu. p. 1.

Pag. 47. P. 1.

Itinerar. p. 125. P. 1. Tom. 10.

In Num. Gr. Imper.

Neque vero mirum cuipiam, ut opinor, videbitur, quod in eodem Antonini Caracallæ ad Commune Aſiæ Reſcripto, e pluribus eius Metropolibus unius EPHESI fiat ibi mentio. De maritimo nempe Proconſulis in eam Aſiæ prouinciam itinere, & quidem præ aliis eius Metropolibus *Epheſum* adpulſu, ibi demum agitur. An vero his eiuſdem Reſcripti verbis, ut quibuſdam eruditis viſum, inter illas Aſiæ *Metropoles* EPHESUS PRIMA continuo renuntietur; aut etiem iuxta alios, ideo quod *prima* iam foret inter illas *Metropoles*, in eam etiam Proconſul ad Aſiam regendam miſſus appellere ante alias teneretur; quod res ſit illius, de quo hic agitur, fori diſpiciendum nunc venit. Quod poſtremum video a viro docto propugnari; ac iis quidem verbis, ut Dionyſium Gothofredrum, & Batauum, Juris nempe „ Romanorum Ciuilis, editorem, *pudendi erroris* redarguat; qui contra Me- „ diceum Manuſcriptum, contra bonos auctores, contra nummos etiam au- „ ctoritate publica flatos, mutant & corrumpunt; dum nempe legunt po- „ ſtrema Reſcripti illius verba, *primum adtingere*, pro *primam adtingere*, uti „ legitur in Manuſcripto Florentino, Epheſum enim, quod continuo addit, „ primam eſſe Metropolim Aſiæ & Joniæ. Etſi vero retinendam ibi venerandi Codicis Medicei lectionem, *primam* nempe, non *primum*, facile viro docto largiar; haud ideo tamen ea voce, quod *Prima* foret Aſiæ *Metropolis Epheſus*, deſignari; aut vero, ut aliis viſum, hanc urbem, inde eo Reſcripto

4. *De vero ſenſu Reſcripti Antonini Caracallæ ad Aſianos: ac de* EPHESO.

Laur. Theod. Gronouius ad Mart. Tiberio erectum cap. XXII. in fine.

Primam inter eas *Metropoles* conſtitui ac ordinari ſtatuendum eſt: ſed quod ex illis *Aſiæ Metropolibus* Proconſul, qui per mare Aſiam applicare tenebatur, *Epheſum*, non vero aliam illius prouinciæ Metropolim, *primam* ſeu *primum* deberet adtingere. Quod aperte ſatis indicant, quæ præcedunt ibidem adducta iam ante Ulpiani verba: *Ingreſſum etiam hæc eum* (Proconſulem) *obſeruare oportet, ut per eam partem prouinciam ingrediatur, per quam ingredi moris eſt*, (*quas Græci* ἐπιδημίας i.e. acceſſus ad urbem *appellant, ſiue* καταπλεῦν, adnauigationem) obſeruare, *in quam prouinciæ ciuitatem veniat vel applicet. Magni enim facient prouinciales, ſeruari ſibi* CONSUETUDINEM *iſtam, & eiuſmodi* PRÆROGATIUAS. *Quædam Prouinciæ etiam hoc habent, ut per mare in eam prouinciam Proconſul veniat.* Quibus verbis (in iis vero an iterata vox *obſeruare* Ulpiano, vel gloſſæ cuipiam ad hunc locum tribui debeat, nunc mitto) additur continuo: *Imperator noſter Antoninus Auguſtus ad deſideria Aſianorum reſcripſit: Proconſuli neceſſitatem impoſitam per mare Aſiam applicare,* καὶ τ' Μητροπόλεων Ἔφεσον (*id eſt inter* matrices urbes Epheſum) PRIMAM *adtingere.* De primo enim, & quidem iuxta veterem *conſuetudinem*, ac receptam ea in re urbis alicuius *prærogatiuam*, Proconſulis in prouinciam adpulſu ibi agitur: ut nempe conſueti ea in re moris, & quem ſeruari ſibi enixe cuperent prouinciales, ratio a Rectoribus prouinciarum, qui ad eas regendas erant miſſi, haberetur. Neque vero iſtud, maxime ſub Imperatoribus, in mero id genus Rectorum arbitrio relinquebarur; quo itinere, terreſtri, an maritimo, aut qua parte prouinciam eſſent iidem ingreſſuri. Hinc miſſus ad Bithyniam cum Ponto adminiſtrandam a Traiano Plinius Secundus, eidem Traiano rationem inſtituti a ſe itineris, & quo primum, etſi adhuc extra prouinciam, adpuliſſet, reddendam credidit: *Quia confido, Domine,* AD CURAM TUAM PERTINERE, *nuntio ibi, me* EPHESUM *cum omnibus meis* ἐκ Μαλέας *nauigaſſe*; etſi ille non ad regendam Aſiam, ſed cum Ponto Bithyniam fuerat miſſus: cui autem reſcribit continuo Traianus: *Recte nunciaſti mihi, Secunde cariſſime.* PERTINET *enim* AD ANIMUM MEUM, QUALI ITINERE *in* PROUINCIAM PERUENIAS. Ea nempe habita eſt ratio, ut primus id genus Rectorum, maxime qui per mare in prouinciam, ut Aſiæ Proconſules, proficiſci tenebantur, in aliquam nobiliorem illius prouinciæ, & quidem ſi id illius ſitus pateretur, eius quoque Metropolim, foret adpulſus. Unde libera adhuc Republica, Cicero de ſua in Ciliciam, ad quam adminiſtrandam Proconſul tendebat, profectione: *Nihil me tibi gratius facere poſſe, quam ſi ad Sidam adnauigaſſem, etſi* MINUS DIGNITATIS *haberet* ILLE ADUENTUS. *Sida* nempe e primariis, ut vidimus, Pamphyliæ urbibus; ſed cuius tamen in eam Ciceronis aduentus *minus dignitatis* eſſet habiturus, quam ſi in aliquam Ciliciæ, quæ demandata erat ei prouincia, maritimam & nobilem, uti iam ea ætate Tarſum, adpuliſſet: ubi continuo magnis prouincialium ſtudiis, laudibus, feriatis diebus, aliiſque publici velut gaudii ſignificationibus, aduentus eius foret celebratus. Cuius utique rei fidem faciet, ac ut moris ſua adhuc ætate retenti, & proinde iiſdem huius, de quo agimus, Reſcripti temporibus, Ulpianus in alia eiuſdem tituli de Officio Proconſulis lege: *Si in aliam aliquam ciuitatem celebrem, vel* PROUINCIÆ CAPUT. (h.e. *Metropolim*) *aduenerit*; *pati debet commendari ſibi ciuitatem,* LAUDESQUE SUAS *non grauate audire: cum honori ſuo prouinciæ id vindicent, & ferias, ſecundum mores & conſuetudinem, quæ ratio*

Lib. x. Epiſt. 26.

Ibidem Epiſt. xxvii.

Lib. iii. Ep. 6.

Leg. v. D. eodem.

tio

tiò obtinuit, dare. Quum vero plures darentur in ora prouinciæ Aſiæ maritima nobiles inprimis eius ciuitates, & quidem quæ tum *Metropoleon* titulo gauderent, nempe, *Epheſus, Smyrna, Miletus, Samus, Cyzicus*, hinc Proconſul, cui neceſſitas erat impoſita per mare ad Aſiam, quod dicitur, applicare, ante alias ſeu *primam Epheſum* adtingere tenebatur. Immo quam in rem illud opportune contigit, ut inciderem forte, dum hæc commentarer, in adductum inter Philippi Patris numiſmata a Cl. Patino nummum, cum Triremi in auerſa nummi area, & adſcriptis ibi vocibus deſuper, ΕΦΕCΙΩΝΑ infra ΚΑΤΑΠΛΥC. Ad quem autem, prout minus felix aut accurata fuit eius in explicandis Græcis Cæſarum nummis haud vulgo obuiis adtentio ac in-
„ duſtria, hoc unum notatur: quod is nummus, quantumuis integer, in una par-
„ te corruptus, nomen eripit ſpectabile, quod felicior quiſpiam coniiciet. Verum id facile mihi, etſi parum utique ſagaci, ſuboluit, exſtare ibi omnino ſingularem illius, cuius Ulpianus, ut paullo ante vidimus, nominatim meminit, Κατάπλα, ſeu, iuxta huius vocis ibi interpretem, *adnauigationis*, mentionem; & mox in Antonini Caracallæ ad Aſianos Reſcripto, quod *Proconſul* (Aſiæ nempe) *per mare Epheſum primam attingere* tenebatur. Cuius autem notationis me continuo certiorem reddidit conſultus mox Græcorum ſub Romanis Imperatoribus cimeliorum id genus adornatus a celebri Antiquario Catalogus, ac inter eiuſdem Philippi Patris nummos, idem, nulla quidem facta adducti a Patino nummi mentione, ſed aliunde tamen ibi deſcriptus; qui nempe exſtaret in luculentis illuſtris Foucaultii cimeliis, cum Triremi ſimiliter, ac eadem ſed integriore una littera ac genuina inſcriptione, ΕΦΕΣΙΩΝ Α ΚΑΤΑΠΛΟΥC, eodemque interprete, *Epheſiorum Primus Appulſus*, ac ut continuo ibi additur, *quando per mare Philippus Epheſum venit*; ſiue potius ut hoc addam, *Ad Epheſum Primam Adpulſus*, ad quam nempe primam, vel ex hoc Antonini Imperatoris, Caracallæ nempe, Reſcripto adpellere incumberet; ac unde etiam Epheſus, primus illius adpulſus locus, ſeu ipſamet Κατάπλους euaſerat. A Græcis equidem Κατάπλους, ac inde etiam a Romanis Scriptoribus *Cataplus*, quod viderunt iam eruditi, cum de *nauium* ſeu *Claſſis aduentu ad portum* ſeu *adpulſu*; tum inde de *Claſſe* ipſa, quæ adpellit, dictus, ut de *Claſſe Alexandrina* nominatim apud [a] Ciceronem, *Cataplus Puteolanus*; apud [b] Martialem, *Niliacus*; apud [c] Marcellum Empiricum feminino genere, *Lagæa Cataplus*, apud [d] Auſonium in genere, ac [e] Sidonium Apollinarem, de quauis mercatorum claſſe: quæ loca, & alia nonnulla Græcorum Auctorum, Polybii, Strabonis, Dionis Chryſoſtomi, & Ariſtidis de voce Græca Καταπλους, pro *nauium adpulſu*, erudite iam ad Suetonium congeſſit ὁ πάνυ Caſaubonus. Quibus autem hic Ulpiani locus addi inſuper meruit; quæ vero egregie illuſtrat inſignis ille omnino, de quo nunc a nobis agitur, nummus. In eo enim opportune admodum, cum vocis illius eam in rem ab Ulpiano adductæ, ubi ingreſſus Proconſulis in prouinciam Aſiæ meminit, nempe, quas Græci ἐπιδημίας, i. e. *acceſſus ad urbem appellant*, ſiue ΚΑΤΑΠΛΟΥΝ *adnauigationem*; tum ſimul adſertæ illius ſibi dicto Antonini Caracallæ, Reſcripto, *prærogatiuæ* renouatam, & publico urbis ære conſignatam ab Epheſiis memoriam cernimus. Unde nihil ad peculiarem quandam huius, in quo explanando verſabar, argumenti: & Antoniniani Reſcripti illuſtrationem opportunius, aut quod magis adtineret, credidi; quam ut ſingularis adeo nummi iconem, obuia illuſtris Foucaultii comitate, parario autem, qui eorundem cime-

Numiſm. Imper. p. 305.

Vaillant. pag. 162

a Pro C. Rabirio Poſt. cap. 14.
b Lib. XII. Epigr. 75.
c Carmin. de Medicin.
d De Clar. Urb. Ep. XIII.
e Lib. VI. Ep. 8.

cimeliorum est ei, ut Tulliano eam in rem verbo utar, *mystagogus*, eximia autem earundem antiquitatum & linguarum insuper peritia, Antonio Galland, uti mox factum impetrarem.

Continuatio eiusdem argumenti.

Hanc proinde clarissimam esse Rescripti illius sententiam, tum modo dicta abunde arguunt; tum illud insuper, quod si de *Epheso*, tanquam *prima* inter illas *Asiæ Metropoli* ibi ageretur, exstaret potius in Rescripto, καὶ Μητροπόλεων πρώτην Ἔφεσον *adtingere*, quam, ut ibi legitur, ἡ Μητροπόλεων Ἔφεσον *primam adtingere*. Quod vero præter hanc codicis Medicei auctoritatem, eam præterea bonorum Auctorum, ac veterum insuper nummorum continuo aduocet vir doctus; ut inde *pudendi erroris* Dionysium Gothofredum, ac Batauum iuris ciuilis editorem redarguat, qui *primum*, pro *primam* scilicet, hic legerint; neque proinde hunc *Ephesi* inter *Metropoles Asiæ primatum* ea voce denotari ibi viderint: vereor equidem ne id frustra omnino sit ab eo monitum. Mitto quod, non *pudendo*, dicam, *errore*, (neque enim contumeliosis id genus vocibus, in re cum leui admonitum, tum ubi idem Rescripto sensus, ut uidimus, constabat, uti mihi mos est) qualicunque tamen, *Ephesus prima Metropolis Asiæ & Joniæ* ibi a viro docto dicitur. Inde enim, quod urbs illa *Asiæ* foret *Metropolis*, *Joniæ* etiam, quæ pars tantum erat illius Asiæ haberi continuo debuit. Adde, quod *Joniæ* propriæ *dictæ*, non adeo *Ephesus*, quam *Miletus* a Plinio, dum ab eo *Joniæ caput* ea dicitur, aut *Smyrna*, vel *Samus* in huius urbis etiam, de quibus postea nummis, ut paullo ante vidimus, ac postea adhuc dicetur, *Metropoles*, aut *Primæ* fuerint appellatæ. Accedit, neutiquam illud certum esse ac liquidum, uti arbitratur vir doctus, quod cum ante, tum iis Antonini Caracallæ, quibus Rescriptum illud ad Asianos est missum, temporibus, *prima* inter *Metropoles Asiæ* habita continuo fuerit *Ephesus*. *Bonos* autem *Auctores* quod adtinet, ex iis utique constare potest, inter illas Asiæ urbes magnam & præcipuam quandam fuisse *Ephesi* celebritatem. Hanc enim ei continuo vindicabat summa Dianæ Ephesiæ, eiusque Templi in tota Asia religio, sanctitas, ac fama; iactatus ad eam urbem Latonæ partus, seu Dianæ ac Apollinis natales; emporium ibi urbium Asiæ intra Taurum, iuxta Strabonem, maximum; hinc eadem supra omnes Lydiæ & Joniæ urbes adaucta, iuxta Philostratum; hinc opes, unde *opulentissima urbe* uti ac *tutissimo portu frui* dicitur classis, quæ in ea statione ageret, apud Liuium, & incolarum denique frequentia. Adde *primatum Asiæ* huic urbi tributum a Josepho, Τῇ Ἐφεσίων πόλει πρωτεύουσῃ τῆς Ἀσίας, *Ephesiorum urbi primatum in Asiæ obtinente*, ubi de litteris agit a Dolabella Consule ac Imperatore, in fauorem Judæorum, ad Ephesios missis, quas ii dein ad reliquas Asiæ prouinciæ urbes mittere tenerentur. Verum etsi hisce, & aliunde tradita ab antiquis Græcis Romanisque Auctoribus singularis huius urbis celebritas inter alias eiusdem Asiæ urbes eluceat; haud inde tamen *Primæ* inter *Asiæ Metropoleos* dignitate eandem *Ephesum* ornatam sub Romanis ante Antoninum Caracallam

Lib. v. cap. 29.

Tacit. Annal. III. cap. 60. Lib. XIV. pag. 642. Vit. Apollon. lib. VIII. c. 3. Lib. XXXVII. cap. 15.

Antiq. lib. XIV. cap. 17.

racallam aut ſub eodem, vel proximis ab eo temporibus, liquet. Certe neque Cicero, ubi de claris huius Aſiæ urbibus, totaque illa prouincia agit, paullo ante Romanorum Imperatorum tempora: neque ſub iis Strabo, ubi de *Epheſo* nominatim loquitur: vel Tacitus in iis locis, quibus vel de iure Aſylorum, aut de Templo Tiberio ac Senatui apud ſe erigendo, varias eiuſdem Aſiæ urbes, ac inter eas *Epheſum*, coram Senatu diſceptaſſe legimus, hanc *primæ Aſiæ Metropoleos* prærogatiuam, ceu quid præ aliis ibi memoratis eiuſdem Aſiæ urbibus eximium, *Epheſo* tribuunt: etſi forte priori apud Tacitum loco, primi, ante *Magnetas* nempe, aut *Aphrodiſienſes*, *Epheſii* dicuntur Senatum adiiſſe. A Plinio autem *Epheſus*, alterum demum *lumen Aſiæ*, poſt *Smyrnam* nempe, dicitur, unuſque e diuerſis eiuſdem Aſiæ Iuridicis Conuentibus, in quos eadem prouincia erat diuiſa. Ita etiam mox ſub Traiano, *Smyrnæos cum Epheſiis*, de *primatus* nempe iuribus, diſſidentes tradit Dio Chryſoſtomus. Sequutis vero poſtea, ſub Diuis Fratribus Marco & Lucio Vero, temporibus, de hoc *Aſiæ primatu* graues fuiſſe inter illas duas urbes non ſolum, ſed *Pergamum* inſuper, contentiones, abunde, & qua de re plenius paullo poſt dicetur, ex Ariſtidis eam in rem ad tres illas Aſiæ urbes Oratione conſtat: nuſpiam etiam facta, ubi de *Epheſo* ſingulariter agit, ulla *Metropolitici* illius *iuris*, & quidem quo præ duabus aliis *Smyrna* & *Pergamo*, gauderet tum vel antea *Epheſus*, mentione. Immo nec apud Philoſtratum, qui, ut notum, adhuc infra Antonini Caracallæ ætatem floruit, ac ubi diſſidentium inter ſe de Templorum iuribus *Epheſiorum* ac *Smyrnæorum* ſimiliter meminit; vel quum alibi de iiſdem agit urbibus, ullam huius *Epheſiorum* præ *Smyrnæis* primatus occurrit veſtigium. Neque vero Nummorum, quam ſimiliter, ut vidimus, obtendit hic vir doctus, auctoritas, ut hanc *Primæ Aſiæ Metropoleos*, quamque iam ante illud Antonini Caracallæ Reſcriptum obtineret *Epheſus*, prærogatiuam ei adſertum eat, id ullatenus euincit. Primo enim nuſpiam hactenus, quod ſupra iam notauimus, & ſtatuit etiam celebris, quo nemo in verſandis ac diuulgandis priſci huius æris reliquiis maiorem hac ætate operam poſuit, Antiquarius, illam *Metropoleos* dignitatem venditant *Epheſiorum* nummi; niſi in uno forte, ut diximus paullo ante, Getæ memorato apud Goltzium nummo, nec alibi hactenus viſo; & prætera ſine addita illa *Primæ Metropoleos*, de qua hic agitur, dignitate. Exſtant quidem plures eorundem *Epheſiorum* nummi ſub Cæſaribus, & quidem ante ac poſt Antoninum Caracallam, Reſcripti, de quo hic agitur, auctorem cuſi, inſcripti ΕΦΕCΙΩΝ Α vel ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC, *Epheſiorum Primorum Aſiæ:* ſed, ut ea de re iam ante, & mox adhuc plenius dicetur, ac eſt ab aliis quoque Antiquariis monitum, qui nummi alio, quam ad *Primæ Metropoleos* ius ac dignitatem reſpiciunt. Adde, quod a *Smyrnæis* itidem, & *Pergamenis*, & a prioribus quidem maxime, adſumatur paſſim eademque ætate idem omnino ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC titulus in Cæſarianis eorum nummis; de quo etiam tres illas Aſiæ ciuitates inter ſe, ſub Diuis Fratribus Marco & Vero contendiſſe, ex Ariſtide vidimus. Unde etiamſi exſtet ut hoc addam, Macrini Imperatoris, qui Antonino Caracallæ ſucceſſit, horum *Ephesiorum* nummus; in quibus hanc ſibi prærogatiuam tribuant, ΕΦFCΙΩΝ ΜΟΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC ΝΕΟΚΟΡΩΝ, *Ephesiorum Qui ſoli Primi Aſiæ Neocori*; haud eo minus poſt Macrinum, eundem *Primorum Aſiæ* titulum ſibi vindicant in variis eorundem nummis, qui ſub Alexandro Seuero, Gordiano Pio, aliiſque Imperatoribus

a Orat 11. de Leg. Agr. cap. 39

b Lib. xii pag. 577. xiv. pag. 634. & 639. Annal. iii. cap. 61. 62. Annal. iv. cap. 55.

Lib. v. cap. 29.

Orat. xxxiv. pag. 427.

Orat. de Concord &c pag. 297. Tom. ii.

De Vit. Soph. lib. i. p. 531, 538.

Vaillant. de Num. Græcor. Imper. pag. 210.

ſunt percuſſi *Smyrnæi*, aut ΠΡΩΤΩΝ in genere, *Pergameni*. Neque enim ad ſequiora ſub Chriſtianis Imperatoribus tempora reſpexiſſe illud Antonini Caracallæ Reſcriptum, aut adductum Macrini nummum quiſquam equidem arguet; quibus nempe non *ſola* duntaxat prouinciæ *Aſiæ Metropolis* exſtitit *Epheſus*, ſed latius longe adhuc patentis Aſianæ Dioceſeos, & cuius intuitu *Ephesinus* Epiſcopus, non *Metropolites* ſolum, ſed Ἐξαρχος, immo *Primas*, & *Patriarcha* etiam, quod Eccleſiaſticarum antiquitatum peritis notum, appellari meruit.

Vid Sozomen. lib. viii cap 6. Euagr. lib. iii. cap. 6. Codin. in Notit. Metropolit.

II.

De duobus SARDIANORUM *in Aſia nummis.*

SARDIUM vero geminum cum ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ elogio nummum ſupra indicatum quod adtinet, exſtant iam ii, & e maximorum quidem genere, a celebribus Antiquariis vulgati, cum memorabili illa omnino inſcriptione, Α ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC CΑΡΔΙC ΑCΙΑC ΛΥΔΙΑC ΚΑΙ ΕΛΛΑΔΟC *Prima Metropolis Sardes Aſiæ Lydiæ Et Græciæ*. Prior nempe e duobus illis nummis, a Cl. Seguino primum editus, caput habet Muliebre cum Spicis; in auerſa autem parte Raptum Proſerpinæ, cum Græca inſcriptione urbis tum Prętoris vel Archontis, *Julii Hermophili Sardianorum Bis Neocororum*; idemque poſtea primus inter nummos maximi, ut vulgo aiunt, moduli Regiæ Gallorum Gazæ eſt æri quoque inciſus. Alter a Sponio ac b Wehlero, viris de hiſce antiquitatibus bene meritis, primum prolatus, ac dein inter Selecta illuſtris Abbatis de Camps numiſmata, una cum priori conſpicuus, cum Muliere turrita in prima nummi area, eodemque *Sardium*, quod in priori elogio; in auerſa autem parte, cum Joue ſedente, & circum Zodiaci circulo. Ambo vero nummi Gordiani demum temporibus ſunt percuſſi, quod viderunt iam diligentes Antiquarii; & arguebat inſuper utrumque in iis Prętoris nomen, in aliis eiuſdem Gordiani & coniugis Tranquillinæ nummis obuium; immo, iuxta Seguinum, & ei ſuffragante Vaillant, ambobus ſingulari harum antiquitatum peritia inclytis, ſignata in priori nummo, nec inſolito in aliis id genus Auguſtarum nummis more, ſub Proſerpinæ typo, ipſa Tranquillinæ Auguſtæ effigies. Quæ autem ex ſequentibus utriuſque nummi iconibus, opportuno utique ac proprio eam in rem, ubi de *Metropolibus Aſiæ* agimus, loco, liquidius utique conſtabit.

Select Numiſmat. pag. 22. 4

a Itiner. Tom. III. p. 291.
b Itiner. num. 61.
Pag. 93.

In Not ad Numiſm. Abb. de de Camps pag. 93.

De

2. *De Inſcriptione in priori nummi area.*

De memorabili autem illa huius urbis SARDIUM inſcriptione, & cui ſimile haud occurrit alibi in antiquaria veterum nummorum penu exemplum ſilent viri præclari: niſi quod a Sponio dicitur, Aſiam ſæpe in nummis & „ marmoribus ſumi pro Jonia tantum, aut pro Proconſulari Aſia: quod poſtremum parum hic iuuat, quum & eiuſdem Aſiæ pars adhuc eſſet ea ætate Lydia. Id unum vero de eadem epigraphe tangit obiter, qui illus „ quoque meminit, eruditiſſimus Harduinus: Nummus e cimelio Regio, „ Metropolitici Sardium iuris & prærogatiuæ primatus index apud Seguinum: „ nunc Gazæ Regiæ. Cuius tamen *Metropolitici* harum *Sardium* iuris, & quidem dictarum ibi diuerſarum prouinciarum, uti *Aſiæ*, *Lydiæ*, & *Græciæ*, ac *primatus inſuper prærogatiuæ*, an *index* idoneus ſit hic nummus, dubitare equidem licet, immo ab ea ſententia potius diſcedere.

Itiner. Tom. III. pag. 191.

Num. Urb. II. pag. 440.

Quo equidem loco illud licet continuo ſtatuere, hanc ambitioſam urbis *Sardium* in utroque illo nummo epigraphen, ex earum eſſe genere, quibus ſubinde claræ olim ciuitates, præ aliis vicinis aut æmulis urbibus, efferre ſe ſubinde & commendare voluerunt. Quod leuiſſimæ ac in adſentationes pronæ Græculorum in Aſia genti, & in eo quidem terrarum tractu, qui maximis ac de primatu contendentibus inter ſe ciuitatibus, abundabat, & inter quas erant aliquæ ſuarum gentium, e quibus conſtabat ſub Romanis prouincia Aſiæ, capita, haud inſolitum utique contigit. Ita, ut inter eiuſdem prouinciæ Aſiæ fines, & veterum id genus nummorum, quæ ad eam adtinent, cimelia me hic contineam, SMYRNA, *Joniae*, iuxta Ariſtidem, *corona & Aſiae decus*, non ſolum in veteri nummo, qui poſtea adducetur, ſub Antonino Caracalla percuſſo, inter alia dicitur, CMYPNAIΩN ΠΡΩΤΩΝ ACIAC KAAAEI KAI MEΓEΘEI, *Smyrnaeorum Primorum Aſiae Pulchritudine Et Magnitudine*, ac ſimiliter in veteri inſcriptione, de qua paullo ante: ſed in qua inſuper additur, KAI ΛAMΠPOTATHC KAI MHTPOΠOΛEΩC THC ACIAC KAI KOCMOY THC IΩNIAC, *Et ſplendidiſſimae, Et Metropoleos Aſiae, Et Ornamenti Joniae.* Sic EPHESII, in adducto quoque ſingulari Macrini Imperatoris nummo, MONΩN ΠPΩTΩN ACIAC, *Qui Soli Primi Aſiae*, prærogatiuam ſibi vindicant; quum tamen & *Smyrnaei*, & *Pergameni*, eundem ſibi ΠPΩTΩN ACIAC, aut ΠPΩTΩN, qua de re paullo poſt, titulum tribuant cum in anterioribus, tum in ſequentibus adhuc eorum nummis. Mitto alium ſingularem eorundem *Epheſiorum* nummum, ab eodem diligentiſſimo Sponio memoratum, in quo hinc Saloninæ Gallieni, illinc Dianæ Epheſiæ effigies, cum peculiari illa inſcriptione, TO AΓAΘON EΦECIΩN, *Bonum Epheſiorum*, ſeu, ut eundem nummum interpretatur celebris Antiquarius, *Bonus Euentus Epheſiorum.* Sic CAMIΩN ΠPΩTΩN IΩNIAC, *Samiorum Primorum Joniae*, ſubinde quoque in eorum nummis, & quidem ſub eodem Gordiano, ſub quo *Sardianorum*, de quibus nunc agimus, nummi ſunt percuſſi: quum tamen dictæ modo *Epheſus* ac *Smyrna*, ut de *Mileto* ſileam, ſplendore ac dignitate, primatum in eadem Jonia obtinere tunc viderentur. Ne iam hic tangam Proconſulari Aſiæ vicinam Pamphyliæ SIDAM, in cuius nummo a me olim iam adducto, CIΔHTΩN ΛAMΠPOTATHC ENΔOΞOY, *Sidetum Splendidiſſimae Illuſtris* legitur: uti alioquin in nummo ANAZARBI in Cilicia, & Tarſi in eadem æmulæ, ANAZAPBOY ENΔOΞ MHTPOΠOΛ. *Anazarbi Illuſtris Metropoleos*: aut vero inſcriptum *Nicaeenſium* in Bithynia ſub Valeriano nummum,

Gratul. in Smyrn. pag. 478. Tom. I. Spon Itiner. p. 202 Tom. III. Item. Vaill. Num Græc. Imper. pag. 111. Marm. Oron. pag. 47. P. I.

Itiner. p. 198. Tom. III.

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 291.

In Gaza Regia Chriſtina.

In Gaza Reg. Gall.

ME-

Inter cimelia Ill. Foulcaultii.

ΜΕΓΙCΤΩΝ ΑΡΙCΤΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ, *Maximorum Præstantissimorum Nicæensium.* Qua ratione proinde factum, ut ea Gordiani Imperatoris ætate; quæcunque peculiaris eius rei caussa vel occasio exstiterit, superbum illum ac insolitum Α ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC ΑCΙΑC ΛΥΔΙΑC ΚΑΙ ΕΛΛΑΔΟC, *Primæ Metropoleos Asiæ, Lydiæ, Et Græciæ* titulum, sibi in adductis supra nummis vindicare non dubitauerit urbs ea adhuc ætate prouinciæ Asiæ seu Proconsularis, SARDES.

2. Sardes *cur* Prima Lydiæ Metropolis *dicta in nis nummis.*

Ac LYDIÆ quidem, quod secundo loco se PRIMAM METROPOLIM ibidem dicat, haud obscura foret utique eius rei ratio: quum eadem urbs, ut vulgo notum, Lydiæ quondam Regum sedes fuerit, & Croesi Regia, *diuitiis* tum, iuxta Herodotum, *adfluens*; postea maritimi Barbarorum seu Persarum imperii, ut a Plutarcho alicubi dicitur, πέρχημα, seu *ornamentum*: ac unde πολύχρυσοι Σάρδεις, *auro abundantes Sardes* dicuntur a Persarum Choro apud Æschylum; apud Pausan am autem, Agesilai adhuc ætate, partem maximam inferioris Asiæ fuisse *Lydiam* & *Sardes*, quæ opibus & omni copiarum genere cæteras anteiret; esseteque eius, qui maritimam præfecturam obtinebat, domicilium, ut Regis ipsius Persarum erat Susa. Ubi autem *Lydia* cum reliqua minore Asia, in Romanorum potestatem transiit, & constituta est ab iis, e dictis supra regionibus, *Lydia, Caria, Jonia, Mysia, Aeolide, Phrygia*, Prouincia *Asiæ*; illaque *Proconsularis* dicta, ac in plures dein Præfecturas seu *Juridicos Conuentus*, ut paullo ante vidimus, diuisa; una tum, sicut alioquin, EPHESI, SMYRNÆ, PERGAMI, primaris illius prouinciæ Asiæ urbibus, SARDIBUS quoque, quibus, ut de ea Plinius, *Lydia celebratur maxime*, adtributa est *Sardiana*, uti tum appellabatur, eodem teste, *Jurisdictio*, ad quam plures, quos ibi memorat, populi conuenirent. Quomodo Centumuirale Judicium in eadem urbe erectum dicitur apud Philostratum, *a quo iudicabatur Lydia*, ἀφ' ὃ ἐδικάζετο ἡ Λυδία. Ut proinde veteri illius *Lydiæ Metropoleos*, uti a Plutarcho quoque dicitur, prærogatiuæ accederet peculiaris & indulta sub Romanis in reliqua ferme Lydiæ oppida iurisdictio. Undo facile utique adsequimur, cur eadem urbs *Prima Lydiae Metropolis* dicatur in iisdem nummis Gordiani ætate cusis; in qua nempe *Lydia* censebantur claræ insuper urbes, (ut de *Epheso, Pergamo, Trallibus* in eadem *Lydia* olim quoque adnumeratis, nunc sileam) *Philadelphia, Thyatira* quarum prior Sardianæ etiam iurisdictioni erat, iuxta Plinium, adtributa; immo e quibus *Thyatira*, uti supra iam vidimus, Μητρόπολις a Ptolemæo dicitur: cuius proinde, (nisi de alia *Lydiae* urbe *Metropoli* dicta, uti ea de re iam ante, ac paullo post, intelligi Ptolemæus debeat) instituto se *Primam Lydiae Metropolim* vocare potuit eadem urbs *Sardes*. Quomodo sequutis ætatibus, & qua de re mox, constituta est *Lydiae Prouincia*, ab *Asia Proconsulari* tum diuisa; cuiusque non *prima* duntaxat, sed sola etiam exstitisse legitur *Metropolis* eadem urbs *Sardes* in Notitia Imperii, ac in Notitiis Ecclesiarum Antiquis.

ακμάζουσα πλούτῳ Lib. I. cap. 29. In Alexandro pag. 623. Exercit. V. 45. Lib. III. pag. 175.

Lib. V. cap. 29.

Λυδῶν δὲ Μητροπόλεως Σάρδεις Quæst. Rom. p. 277.

Lib. V. p. 157.

3. *Cur* Sardes *dicta* Prima Asiæ Metropolis.

Quo iure autem aut sensu eadem urbs se *Primam Asiae Metropolim*, & priori quidem ante *Lydiam* loco dixerit, haud facile licet opinari. In *Asia* quidem Proconsulari plures tum fuisse urbes, quæ hoc *Metropoleos* nomen sibi tribuerent, e Rescripto Antonini Caracallæ ad Commune Asiæ, uti & ex altero Antonini Pii, fit, ut vidimus, constat. Unde inter eas ciuitates, quæ

eo

eo iure haberi in ea Aſiæ prouinciæ poterant, eoue nomine gaudere, merito locum ſibi potuit vindicare eadem urbs SARDES: idque tum ob antiqua illius ciuitatis, quæ ſupra obiter adtigimus, decora, ac dignitatem; tum ob dictæ illius modo *Sardianae Juriſdictionis*, quam illa obtinebat, amplitudinem. Adde Templorum etiam, quæ ad Commune Aſiæ ſpectarent, religionem; unde in inſcriptione veteri legas apud Sponium, quendam ibi dictum ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΝΑΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΑΣΙΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ, *Sacerdotem Asiae Templorum Quae Sunt Sardibus:* ac prout in quibuſdam *Sardianorum* nummis ΚΟΙΝΟΥ ΑCΙΑC, *Communis Asiae*, fit mentio. Verum *Proconſularis Asiae* pars tum erat, ut diximus, *Lydia*; tum inter dictas Aſiæ Metropoles, hoc *Primae Metropoleos* elogium, aliæ eius Aſiæ prouinciæ ciuitates ſibi ea ætate potiori iure vindicare poterant, *Epheſus* nempe, *Smyrna*, *Pergamus*; & in quarum etiam duarum priorum nummis, ΠΡΩΤΩΝ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ, qua de re mox, *Primarum Aſiae* elogium ſubinde tribuitur. Neque vero ea denuo hic adtingam, quæ *Epheſo* utique præ *Sardibus* eum in Aſia primarum, ac *Primae Metropoleos* dignitatem adſerere potius videbantur; neque tamen id omnino, ut vidimus, adſtruunt vel euincunt. Quamquam *Epheſo* ad Corinthios ſcribens D. Paulus, ait: ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ Ἐκκλησίαι πᾶσαι τῆς Ἀσίας, *ſalutant vos omnes Aſiae Eccleſiae.* Unde etiam ab eodem D. Paulo, vel a D. Luca in Actis, *Aſia* ea haud ſemel dicitur, quæ *Epheſo* finitima, eam nempe complexa; & inde ibi a Phrygia, Caria, aliiſque eiuſdem prouinciæ Aſiæ ditionibus diſtincta, quod vidit etiam doctiſſimus Antiſtes Armachanus. Quam in rem aperta utique ſunt D. Lucæ de Pauli itineribus agentis verba: Τῇ ἐχομένῃ παρεμβάλομεν εἰς ΜΙΛΗΤΟΝ· ἔκρινε γὰρ ὁ Παῦλος παραπλεῦσαι ΤΗΝ ΕΦΕΣΟΝ, ὅπως μὴ γένηταί αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ΕΝ ΤΗ ΑΣΙΑ, *ſequenti die venimus* MILETUM. *Propoſuerat enim Paulus tranſnauigare* EPHESUM, *ne qua mora illi fieret* IN ASIA. Unde, & e ſequentibus adhuc verbis, de eodem D. Paulo: *A Mileto autem mittens Epheſum*, ſatis liquet *Miletum*, tanquam Cariæ, (etſi Joniæ quoque ſit adtributa, immo Plinio *Joniae caput*, ac una olim, quod aliunde conſtat, e XIII Panionii urbibus) ciuitatem, ab eadem illa maritima, in qua erat *Epheſus*, *Aſia* omnino diſtingui. Haud aliter nempe ac *Aſia* & *Phrygia*, etſi utraque Proconſularis Aſiæ, diſtinguuntur, in Epiſtola Lugdunenſium & Viennenſium apud Euſebium, inſcripta τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν, *Ad eos, qui in Aſia & Phrygia.* Immo id iam ante, ut hoc addam, & aperte ſatis a Catullo factum obſeruo:

Miſcell p. 356.

1 Corinth. xvi. v. 19.

De Aſia Lydiaca pag. 37.

Actor. xx. v. 16. &c.

Lib. v. cap. 29.

Hiſt. Eccl. lib. vi. cap. 1.

> *Linquantur* PHRYGII, *Catulle, campi,*
> *Nicaeaque ager uber æſtuoſae.*
> *Ad claras* ASIÆ *volemus urbes:*

Epigram. xlvi.

& de quo poſtremo verſu paullo poſt adhuc dicetur. Verum non hic de iure agitur, quo ſe, præ *Epheſo* aliiſue primariis prouinciæ Aſiæ urbibus, *Primam Metropolim Aſiæ* inſcribi in dictis nummis adfectarint *Sardiani*, ſiue in genere de *Proconſulari Aſia*, intelligi eadem debeat; ſiue potius de reſtricta illa ſubinde, quam modo diximus, ac proinde a *Lydia* quoque diuerſa, *Aſiæ* ſignificatione; nempe ad oram illius continentis maritimam, tanquam nobiliſſimam, & maximas etiam ac præcipuas urbes eius complexam. Id enim, quod ante diximus, eo demum conſilio a *Sardianis* factum ſtatuendum eſt; qua alias eiuſdem prouinciæ urbes, inſolitis ſe ſubinde honorum titulis ultro

condecorare voluisse, proditis eius rei, & ex eadem hac penu nummaria, documentis vidimus.

De qua ASIA *agitur in iisdem nummis.*

Quamquam alia adhuc forte dari posset *Asiæ* in his *Sardianorum* nummis, iisque magis adhuc propria significatio: nempe, ut dicatur ibi de ea ditione circa Tmolum montem, in cuius latere erant, ut a Plinio dicitur, *Sardes*, quæ *Asiæ* olim nomen obtinuit, in qua erat [a] Ασιὴ λειμών, seu *Asia palus*, [a] Homero pridem, ut notum, & dein [b] Maroni quoque memorata; & *Asia* urbs, cuius a [c] Stephano ac [d] Suida facta occurrit mentio, ac in veteri ac singulari nummo, de quo mox, signata etiamnum legitur memoriâ. Certe de illo Lydiæ circa Tmolum, ac ubi *Sardes*, tractu, immo ipsis, quas modo reliquerat, *Sardibus*, a Choro Bacchantium mulierum, quæ inde cum ipso Baccho erant Thebas profectæ, apud Euripidem & quem locum adduxit iam doctissimus Usserius, dicitur:

Lib. v. cap. 29.
a Ασίῳ ἐν λειμῶνι.
Iliad. B. v. 461.
b Georg. 1. v. 383.
c In Ασία.
d In Ασία.

De Asia Proconf. pag. 35.

ΑΣΙΑΣ ἀπὸ γᾶς ἱερὸν Τμῶλον
Ἀμείψασ'

Bacch. v. 64.

ASIATICA *terra profecta, sacrum Tmolum Relinquens.* Exstat vero, & quidem huius Gordiani, sub quo cusi sunt hi ipsi, de quibus hic agitur, *Sardianorum* nummi, singularis omnino, quem a veteris huius elegantiæ studioso in primis ac perito P. Ludouico Joberto e Societate Jesu, acceptum vulgauit eruditissimus P. Petitus, inscriptum ACIA OMONOIA CMYPNA, *Asiæ Concordia Smyrna*; & cui similem quoque inter Græcos Gordiani nummos relatum a celebri Antiquario cernimus. Eius quoque iam ante facta fuerat mentio ab eruditissimo Harduino; sed ita, ut non sicut a Petito dein factum, in eo vocem *Asia*, de urbe illo nomine, cuius Stephanus ac Suidas meminerint, sed de ipsa prouincia *Asia* eam sit ille interpretatus; seu de fœdere, quod reliquæ *Asiæ* ciuitates cum *Smyrna* scilicet inierint. Quod tamen, inter duas quidem tresue urbes unius, vel diuersarum etiam prouinciarum, factum subinde ostentant veteres id genus nummi; totius vero prouinciæ cum una eiusdem ciuitate simile exemplum exstare haud equidem puto. Ut mittam quam parum verisimile videatur, aut receptis moribus ac institutis earum gentium consentaneum; ut totius amplissimæ illius sub Romanis prouinciæ, quales *mille* a Statio, *quingentæ*, ut e Josepho aut Philostrato supra vidimus, dicuntur exstitisse ciuitates, in peculiare aliquod fœdus, cum una ex earum numero *Smyrna*, quasi a toto corpore seu *Communi Asiæ* tum auulsa, coire eædem debuerint. Adde, quod obuia tum in aliis eorum nummis, KOINOY ACIAC, seu *Communis Asiæ* appellatio, ibi opportune fuisset adhibita. Adeo ut etsi obscura aliunde sit illius *Asiæ* ciuitatis, præter dictos Stephanum ac Suidam, apud veteres mentio, ab antiquis tamen Auctoribus id ab iis hausturn liceat utique statuere. Unde etiam non dubitauit vir eximia eruditione, præterita ac dissimulata illa de hoc nummo sententia, quæ prostabat in libro, qui paucis ante annis in eadem, ubi ille agebat, urbe prodierat, alteram de urbe *Asia* in eo nummo signata amplecti ac tueri. Ut mittam illud antiquum *Asiæ* nomen sibi Lydos, ut apud se ortum, tradente id etiam Herodoto, vindicasse; nempe ab *Asio* Coryos filio; unde & certam Sardibus tribum vocari *Asiada*. Immo quæ illustrant egregie antiqui ac eruditi ad Apollonium Rhodium Critici, qui ad ea Poëtæ verba, Ασιὸν ἠπειρῶτιν, *Asiæ continentis*, hæc notant: τῆς Λυδίας λέγει· ΑΣΙΑ γὰρ τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο ΗΛΥΔΙΑ

De Amazon. p. 338.

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 156.
De Num. Urb. Ill. pag. 590.

P. Petitus ut supra.

Lib. 1. c. 45.

Argon. lib 1. v. 779.
Schol. Ibid.

ἡ Ὁμήρ., Ασίῳ ἐν λειμῶνι· ἡ Κιθάρα Ασιὰς (non Ασίας, ut alibi iam emendaui) λέγεται, ἐπεὶ ἐν Λυδίᾳ πρῶτον εὑρέθη. *Aſiados continentis Lydiæ dicit.* ASIA *enim primum vocabatur* LYDIA. *Unde Homerus* Aſio in prato: & *Cithara* Aſias *dicitur; quandoquidem ea eſt in Lydia primum reperta.* Hinc *Citharam* quod adtinet, Ασιάδα Κιθάρας. dici alibi ab eodem Euripide, & apud Ariſtophanem, κρούματα τῆς Ασιάδος, *pulſus Aſiaticæ citharae* explicanda, non vero iuxta interpretem, *ſaltationes Asiaticae terrae*, alibi itidem docui. Adeo ut eo *Aſiae* nomine, & quod *Lydiae* in his, quos hic expendimus, *Sardianorum* nummis præmittitur, *Primam Metropolim* eadem urbs ſe inſcribit, intelligi poſſit illa antiqua *Lydiae* ditio: quae nempe *Aſia* primum ſit appellata, eaque ipſas olim *Sardes*, ac vicinum iiſdem tractum complexa:

Obſeru. ad Callimach. p. 467.

Cyclop. v. 442. Theſmophor. pag. 272.

Obſeru. ad Callim. ut ſupra.

quæ ASIA *circum*
Dulcibus in ſtagnis rimatur prata Cayſtri.

Georg. lib. 1. v. 3.

Lydiæ autem ſequenti in iiſdem nummis voce, reliquam deſignari, qua late patebat olim, *Lydiam*; adeo, ut in eandem, Herodoti ætate, referrentur *Epheſus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenae, Phocaea*; immo, iuxta Xenophontis etiam antiquos codices, *Pergamus.*

Lib. 1. cap 7.

Πέργαμον καὶ ἁλαλαμβάνουσι τῆς Λυδίας al. Ασίας Exped. Cyr. lib. VII. cap. VIII. § 4.

Unum vero ſupereſt in iiſdem *Sardianorum* nummis, cuius equidem ratio videtur haud paullo obſcurior, immo plane inſolens & aliena; ac merebatur proinde a viris eruditis, qui hos *Sardianorum* nummos hactenus protulere, diſcuti aliquatenus & expendi, non vero omnis ea de re commemoratio ſecure prætermitti: facta nempe non ΑΣΙΑΣ ſolum, vel ΛΥΔΙΑΣ, ſed ΕΛΛΑΔΟΣ etiam ſeu *Graeciae*, in iiſdem mentio, & quidem cuius quoque ΕΛΛΑΔΟΣ Α ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC *Prima Metropolis* dicantur eædem *Sardes.* Quî enim, quæſo, aut quo titulo ac iure, urbs Pronconſularis Aſiæ, quæque una foret ex Aſianis Juriſdictionibus in ea prouincia conſtitutis, ad quam demum aliquot eiuſdem prouinciæ populi & oppida conuenirent, *Hellados* ſeu Græciæ *Prima Metropolis* dici aut cenſeri potuit? Athenas equidem, urbium Græcarum, iuxta [a] Herodotum antiquiſſimam, ac Ελλάδα. *Graeciæ Graeciam* a [b] Thucydide, dictam, plurium in eadem Aſia urbium, ut Smyrnæ & aliarum adhuc *Matrem* ſeu [c] *Metropolim* appellatam haud ignoro; ob deductas nempe in eandem regionem Colonias. Quamquam, quod diu variarum in illo [d] continenti Aſiæ urbium, & Inſularum inſuper, ut Sami, Chii, Lesbi, aliarumue dominatum obtinuerint iidem Athenienſes; ita ut ad [e] ius petendum earum ciues Athenas nauigare coactos tradat alicubi Xenophon; cum aliqua proinde veri ſpecie illius *Aſiae* tractus *Metropolis*, ſeu caput; ac eo proinde ſenſu, quo in nummis, de quibus hic agitur, *Sardes* dicuntur *Hellados Metropolis*, appellari potuerint Athenæ. Nihil vero tale de *Sardibus*, ratione Græcarum in Europa urbium, minime autem ea Gordiani ætate, qua cuſi ſunt iidem nummi, dici aut ſtatui ullatenus licuit. Id equidem ſcio contigiſſe, ut ob deductas a Græcis, maxime ab Athenienſibus, ut modo diximus, in illum Aſiæ continentem Colonias, Ελλάδα. etiam nomine idem ille Aſiæ tractus ſubinde ſit a Græcis Auctoribus dictus; uti præter Ariſtotelem ab Ariſtide, nec eo ſolum loco, quem iam adnotauit eruditiſſimus Palmerius, ſed [f] alibi etiam, [g] ubi ſubuerſam terræ motu Smyrnam, omniaque proſtrata decora eius ac ornamenta lugens, exclamat: ὦ θέατρον τῆς Ελλάδος, *ô Græciæ Theatrum!* immo, ὦ κοινὴ τοῖς Ελλησιν ἀτυχία, οἵαν κεφαλὴν τῇ γῇ ἀπήνεγκας, *O dies*

Sardes Prima ΕΛΛΑΔΟΣ Metropolis *in iiſdem nummis dictæ.*

a Libr. 1. cap. 106. Adde Ariſtid. Panathen. pag. 466.
b Vid Euſtath. Iliad. B. p. 284.
c Ariſtid. Orat. de Smyrn. p. 42. & Gratul. Smyrn. p. 407.
d ὁπόσαι δὲ τὴν ἠπειρῶτιν ταύτην πόλεις ἦσαν τῆς Αθηναίων ἀρχόμεναι de Rep. Athen. cap. 11. §. 3.
e Ibidem cap. 1. §. 16. 17.
f Orat. de Smyrn. Ad Imper. pag. 289. Tom. 11.
g Monod. in Smyrn. p. 459.

dies in commune Græcis nefastus! quale totius generis caput abstuliſti? Quomodo, ut hoc addam, a Rhodiorum Legatis dictum Romæ in Senatu apud Liuium legimus: *non quæ in ſolo modo antiquo ſunt* GRÆCÆ MAGIS *urbes ſunt, quam Coloniæ earum illinc quondam profectæ* IN ASIAM. Verum neque Ελλὰς, de illa *Aſia* in his Lacedæmoniorum nummis locus, ubi eadem *Hellas*, tanquam ab *Aſia* ac *Lydia* diuerſa, adducitur; neque alioquin conſuetum in monumentis id genus antiquis, ut Ελλὰς de *Aſia* intelligatur. Quum vero multiplex fuerit, ut viderunt iam eruditi, hnius vocis Ελλὰς apud veteres ſignificatio: modo pro antiqua, ut vel ex Homero obuium, & anguſtioti appellatione, *Theſſalia*, & quidem, quæ in ea dicebatur, *Phtiotide*: modo de reliqua Græcia, excepto, uti apud Plinium, Peloponneſo, *Attica* nempe, *Megaride*, *Boeotia*: modo comprehenſa ſub *Hellados* nomine *Macedonia*; modo eadem & ipſa etiam *Theſſalia*, excluſa: quocunque tandem ex iis ſenſu Ελλὰς ſumatur in iis nummis, haud liquet utique, quo iure non dicam, ſed qua equidem ſpecie, *Sardes*, vetus Lydiana ad Tmolum in Aſia ciuitas, neque ipſa Græcorum, uti quæ in maritima Aſia *Metropoles* tum appellatæ, Colonia, attamen *Prima Hellados Metropolis* dici potuerit. Niſi inde forte aliquid ſubſidii vel lucis petendum ſit, quod apud Strabonem, ubi agit de *Sardibus*, earumque ad Tmolum ſitu, addit continuo: περιοικοῦσι δὲ Λυδοὶ καὶ Μακεδόνες, *circum accolunt Lydi, ac Macedones*; ubi autem pro Μακεδόνες, Μαίονες legendum putat magnus Caſaubonus. Verum *Mæones* iidem cum *Lydis* apud Herodotum, ac veteres [a] Homeri Interpretes, [c] Dionyſium præterea Periegeten, [d] Strabonem alioſque, habiti; & quo referri etiam poteſt antiquus nummus ſub Alexandro Seuero, & a [e] Sponio olim memoratus, in quo Bacchus cum Pantheriſco ad pedes, cuius nempe *Bacchi* urbs *Sardes nutrix* exſtitiſſe dicitur in veteri [f] Epigrammate, ac vinum in eo tractu primum repertum; circum autem, ΕΠΙ ΑΥΡ ΖΗΝΩΝΟC ΑΡΧ. Α. ΜΑΙΟΝΩΝ, *Sub Aurelii Zenone Archonte primo Mæonum*. Similem profert nummum duobus locis vir eruditus, ſub Julia Mamęa cuſum, in quo legatur, ut e duabus litterarum ΠΡ. in unam conflatis ſe tradit collegiſſe, ΕΠΙ ΑΥΡ. ΖΗΝΩΝΟC CAP. ΠΡ. ΜΑΙΟΝΩΝ, *Sub Aurelio Zenone Sardes Prima Mæonum*. Verum in quo nummo, & quem inter cimelia ſua poſſideat, legit, ſicut in altero quem adduxit Sponius, & eadem ætate cum Alexandro Seueri filii effigie percuſſo, celebris Antiquarius: ΕΠΙ ΑΥΡ ΖΗΝΩΝΟC ΑΡΧ. Α. ΜΑΙΟΝΩΝ, nulla CAP. ΠΡ. *Sardium Primæ* facta in eo mentione. Diſtincti vero fateor ſubinde iidem *Mæones* & *Lydi*, ut Strabo alibi agnoſcit, ita tamen, ut addat continuo, *quod præſtat eoſdem eſſe exiſtimare*. Adeo, ut vel inde haud locum habere videatur Caſauboni emendatio, ut circum Sardes & Tmolum accolere dicantur ab eodem Geographo *Lydi & Mæones*, quos ille pro iiſdem habet; ſed, ut apud eum etiam legitur, *Macedones*. Maxime ſi id adhuc aduertatur, quod celebris urbs Lydiæ *Thyatira*, *Macedonum colonia*, Μακεδόνων κατοικία dicatur paullo ante ab eodem Strabone; a Plinio autem, *Macedones Caduèni*, iique, & quod hic notandum, *Sardianæ iuriſdictioni* ſubiecti. Accedit, & qui inde quoque illuſtratur, Tacitus; apud quem, in commemoratione duodecim huius Aſiæ urbium, quas ſub Tiberio nocturno motu terræ conlapſas leuari tributis & largitione principis foueri contigit, *Macedones Hircani*, iuxta *Temnios*, *Philadelphenos*, adducuntur. Incolæ nempe hi *Macedones Hyrcanii campi*, qui Cilbiano prope Tmolum campo, iuxta Strabonem,

Lib. XXXVII. cap. 54.

Vid. Palmer de Antiq. Græc. cap. III.

Lib. IV. cap. 45.

Lib. XIV. pag. 625. Comment. ad Strab. pag 204.

a Lib. VII. c. 74.
b Schol. Iliad. T. 401.
c Verſ. 1058.
d Lib. XIII. pag. 621.
e Ilincer. Tom. III. pag. 204.
f Αὐτὴ καὶ Βρομίῳ γε- σύμενον τρο- φὸς &c.

Anth. lib IV. c. XXII. Ep. 1. Harduin. Num Vet. Tom. p. 308. & 439.

Num. Græc. Imper. p. 142.

Τὰς δὲ αὐτὰς ἅμα- νὰν ὅτι λέ- γει lib. XIII. pag. 625.

Lib. XII. pag. 625.
Lib. V. cap. 29.

Annal. II. cap. 47.

Lib. XII. pag. 629.

nem,

nem, finitimus; iidemque a Plinio ſimiliter, *Macedones Hyrcani* appellati. Ad hos vero *Lydiæ Hyrcanos*, non vero cum clariſſimis Antiquariis, [a] Triſtano ac [b] Patino, ad Hyrcanos Caſpii mari accolas, referendos eſſe nummos aliquot Cęſarianos, qui ΥΡΚΑΝΩΝ ſunt inſcripti, bene iam eſt ab eruditiſſimo [c] Harduino, uti a doctiſſimo quoque Holſtenio iam ante ad Carolum a S. Paulo, ac dein ad Stephanum quoque monitum, & poſtea a celebri Antiquario, in tradendis Græcis Imperatorum nummis. Immo quorum *Hyrcanorum*, ſeu dictæ in eo Lydiæ tractu eorum urbis ΗΥΡΚΑΝΙΑΣ conſignata adhuc occurrit memoria, in illa Marmorea Baſi Coloſſi Tiberii Cæſaris a Ciuitatibus Aſiæ, poſt ingentem terræ motum, Reſtitutis, erecti, Puteolis haud ita pridem reperta, ac æri inde inciſa ac diuulgata. Addendi vero hiſce a Ptolemæo in eo terrarum tractu commemorati *Myſomacedones*. Quibus accedunt adhuc apud Plinium in vicina Aeolide ſeu Myſia *Macedones Aſchilicæ*. Quæ autem ſingula de *Macedonibus* hiſce *Lydis*, ſeu in vicinis eiuſdem Proconſularis Aſiæ regionibus, firmant inſuper egregie ac illuſtrant, duo antiqui & ſingulares quidam nummi: unus inter ſelectiora maximæ ex ære formæ cimelia illuſtris Abbatis de Camps vulgatus, hinc cum Philippi Junioris effigie; illinc præter adſcriptum Archontis eiuſdem urbis nomen, cum inſcriptione ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, *Blaudenſium Macedonum*. In *Lydia* vero exſtitiſſe hoc oppidum docet, qui alicubi eius meminit, [a] Strabo; ut vidit iam [b] celebris horum cimeliorum interpres; male hodie apud [c] Ptolemæum Βλαιανδρεῖς, eaque ob confuſos, quod dixi, earum gentium fines, Phrygiæ Maiori adtributa. Idem vero nummus, quod uno verbo moneri ibi merebatur, ab illuſtri [d] Erizzo, inter eiuſdem Philippi nummos fuerat iam ante editus. Alter vero eiuſdem oppidi nummus, neque vulgatus hactenus, exſtat in Theſauris Gallorum Regiis: in quo caput iuuenile ac laureatum cernitur, cum inſcriptione ΔΗΜΟC ΒΛΑΥΝΔΕΩΝ, in auerſa vero parte fluuius decumbens & urnæ innixus, cum cornucopiæ & arundine, ac epigraphe ΙΠΠΟΤΡΙΟC ΜΑΚΕΔ. Ε. ΚΛΟ. ubi nempe *Hippurius* amnis illius tractus, ad quem ſitum foret oppidum illud in Lydia a *Macedonibus*, quorum fit in eodem nummo mentio, conditum. E quibus proinde præclaris & ſingularibus Cęſarianis nummis; tum ex memoratis, ut vidimus, apud Strabonem Plinium, Tacitum, Ptolemæum, *Macedonibus Hyrcanis*, *Caduenis*, *Aſchilacis*, *Myſomacedonibus*, ipſiſque [a] *Thyatirenis*, liquet hunc Lydiæ olim & vicinum tractum, quod eum incoluerint, urbibus etiam in eo conditis vel reſtitutis, Macedones, *Macedonum* inde, ſeu *Macedonici* nomen ſequutis etiam ætatibus retinuiſſe. Unde intuitu id genus *Macedonum*, quos cæteroquin Ελλάδος & Ελλήνων nomine olim dictos, aliunde conſtat, ac unde *Macedonum* in Aſia & Ægypto ſub Alexandro, & poſt eius fata, imperium, *Graecorum* appellari conſueuit; iſtud *Metropolis Hellados* nomen vel decus, ſibi, etſi haud ſatis idonea ſplendidæ eiuſmodi appellationis ratione, in dictis modo nummis tribuiſſe videntur *Sardiani*. Neque alia certe mihi occurrit hactenus, quæ dari cæteroquin poſſit qualiſcunque huius rei, ſeu adſumpti illius ab iiſdem tituli cauſſa. Neque vero inde conſtituti reuera eiuſmodi *iuris Metropolitici*, quo nempe in *Aſia*, *Lydia*, & *Hellade* ſeu *Graecia*, & quidem *Primae* in iis *Metropoleos* gauderent utique ea Gordiani ætate *Sardes*, prærogatiua eſt continuo ſtatuenda; quod ab omni veri ſpecie ac fide valde eſt, ut aliunde ſat liquet, alienum. Adeo ut tota illa eorundem nummorum

[a] Tom. II. p. 562.
[b] Numiſm. Imper. p. 306.
[c] Num. Urb. Ill. pag. 522.
[d] Not. ad pag. 235. ult. edit.
[e] Not. pag. 325.
[f] Vaillant. Gr. Imper.

Lib. V. cap. 2.

Lib. V. c. XXXII. §. 32.

Select. Numiſm. pag. 99.

[a] Τῇ πρὸς Λυδίαν μεθ' Βλαυδρεῖς lib. XII. pag. 567.
[b] Vaillant. Not. ad Numiſm. Abb. de Camps pag. 100.
[c] Lib. V. cap. 2.
[d] Diſcorſ. Sopr. le Medagl. pag. 542.

[a] Θυάτειρα κατοικία Μακεδόνων Strab. lib. XII. pag. 625.

inſcriptio, adfectatæ demum a *Sardianis*, quæcunque eius rei ratio vel occaſio tum fuerit, ac uti ſubinde ab aliis quoque eiuſdem Aſiæ urbibus, etſi minus forte ambitioſe, factum vidimus, peculiari cuidam præ aliis *Lydiae*, non ſolum, ſed reliquæ prouinciæ *Aſiæ* urbibus eminentiæ, adſcribi unice debeat Et hæc quidem hactenus ad aliquam memorabilis adeo horum, qui a SARDIANIS ſunt percuſſi, nummorum inſcriptionis lucem, quam iis haud impertierant viri præſtantes, qui eoſdem diuulgarunt, adferenda duximus: ac unde ſimul argumentum, quod hic eſt nobis præ manibus, de *Metropolibus Aſiæ* haud parum quoque illuſtratur.

III.

De METROPOLEOS *titulo in aliarum Proconſularis Aſiæ urbium nummis.*

1. *De Metropoli Halicarnaſſo in veteri nummo.* In Notis p. 26.

Verum præteriri non debent memorati ſubinde, uti id obiter antea monui, aliarum huius Proconſularis Aſiæ urbium, veteres quidam nummi, in quibus illa ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ tributa iis dignitas legitur. Unus eſt HALICARNASSI,, primariæ olim in Caria urbis, ſub Seuero Imperatore cuſus, quem olim vidimus in Gaza Chriſtinæ Auguſtæ; tangit quoque ad Stephanum e cimeliis Fr. Gotifredi Holſtenius, nempe, quibus mox fuit locupletata dictæ Reginæ Gaza; quique in Appendice quoque veterum nummorum utiliſſimo Cl. Vaillant operi de Græcis Imperatorum nummis addita depictus cernitur. Inſcriptus vero ille ΑΛΙΚΑΡΝΑCCΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC, *Halicarnaſſenſium Metropoleos*, nempe non Aſiæ adeo Proconſularis, quam in ea Cariæ, prout eadem a Diodoro, Mauſſoli, de quo in ſuperiori Diſſertatione egimus, Carum Regis dicitur *ſedes ac Metropolis exſtitiſſe Halicarnaſſus*, ἑδρίαν καὶ Μητρόπολιν συμβαίνειν τὴν Ἁλικάρνασσον· Ut mittam quod eandem *Halicarnaſſum, Cariæ nobiliſſimam*, vocat alicubi Cicero. Unde haud alienum erit ab hoc loco, ut ob raritatem eorum huius Proconſularis Aſiæ nummorum, in quibus illa ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ dignitas ſignatur, hunc eorundem *Halicarnaſſenſium*, qui eam in eo ſibi tribuunt, nummum conſpiciendum hic demus.

Lib. xv. pag. 505.

Lib. 1. Ad C. Fratr. Ep. 1. 6. 8.

Exſtant vero tres alii huius urbis nummi, cum eiuſdem Seueri, tum Caracallæ filii, & Gordiani vulgo Pii, cum eodem typo; & prior quidem ac poſtremus ex iis in theſauris Gallorum Regiis; ſinguli autem cum ſolo *Archontis*, qui tum urbi præerat, nomine, & gentili loci ΑΛΙΚΑΡΝΑCCΕΩΝ, citra additum ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ titulum. Celebris Antiquarius, haud eos prætériit in deſcribendis eorum Imperatorum nummis; omiſſo illo, qui *Metropolim* eandem urbem vocat, & cuius tamen adducta modo icon in dicta illius operis Appendice expreſſa cernitur. Idem vero Jouem Dodonæum cum barba

Vaillant. Num. Græc. Imp. p. 80, 91, 119.

barba prolixa, & ſubmiſſis manibus, intra duas arbores, ſuper quas ſunt duæ Columbæ, ſignati in iis nummis tradidit. Adeo ut per illas arbores ad fatidicam *Jouis fagum in Dodone*, de qua Euphorion in Fragmento Stephani de Dodone, Δωδώνα Διὸς φηγόν, & inſidentes eidem Columbas reſpici foret ſtatuendum. Memini vero exſtitiſſe, qui ad conditorem urbis *Halicarnaſſi*, quæcunque ratio ad id eos impulerit, eundem nummorum illorum typum ſibi referendum crederent. Deductam vero a Troezeniis, duce vel Anthe, vel Aetio eius filio, *Halicarnaſſum* Coloniam tradunt [a] Strabo & [b] Pauſanias; unde apud priorem urbs Troezen *Halicarnaſſi Metropolis* dicitur. Sed horum accuratior diſquiſitio non eſt iam huius loci: ubi de illa *Metropoleos* appellatione huic urbi in prolato eius nummo conceſſa, nobis eſt demum ſermo.

[a] Lib. XIV. p. 656.
[b] Lib. II. pag. 143.

Alter vero nummus eſt a me olim ſimiliter in laudatis Reginæ Chriſtinæ cimeliis obſeruatus, & quorum etiam confectum ante a viris Græci ſermonis parum intelligentibus catalogum, ad ipſorum nummorum fidem, adnuente olim Auguſta, emendare mihi licuit. Exhibet vero ille nummus, ex æreorum, qui magni vulgo ad Antiquariis dici ſolent, moduli ſerie, hinc Antonini Pii effigiem; illinc Cererem bigis Draconum vectam, cum inſcriptione, ΕΠΙ ΔΙΟCΚΟΡΙΔΟΥ ΓΡΑΤΟΥ ΜΗΤΡ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Sub Dioſcoride Grato Metropoleos Magnetum.* Adducitur quoque idem nummus, & velut ex eiuſdem Reginæ cimeliis, in præſtanti Græcorum ſub Imperatoribus numiſmatum collectione, ſed cum tribus illis tantum vocibus, ΕΠΙ ΔΙΟCΚΟΡΙΔΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ, duabus nempe ΓΡΑΤΟΥ ΜΗΤΡ. quæ in eodem nummo omnino legebantur, præteritis. An vero illud abbreuiatum ΜΗΤΡ. aliud quid ibi, quam ſolito in aliis nummis more, ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ vocem deſignet, uti *Metrodori*, aut *Metrophanis*, vel ſimilis loci tum Prætoris vel Archontis nomen, ſeu cuius filius eſſet hic *Dioſcorides Gratus*, haud certo licet ſtatuere. Quum autem duæ fuerint in Proconſulari Aſia urbes ΜΑΓΝΕΣΙΑ nomine: una, *ad Mæandrum* fluuium; altera *ad Sipylum* montem; haud dubitare licet ad priorem debere referri hunc nummum: maxime ſi initiales illæ litteræ ΜΗΤΡ. de *Metropoli* explicari debeant, quæ potior utique altera ad *Sipylum* habebatur, ut vel ex ordine, quem eædem urbes ſequutis ætatibus in Notitiis antiquis obtinuerunt, ſat liquet: tum quod poſterior in antiquis eius nummis, & ad prioris illius ad *Mæandrum* diſcrimen, ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΣΙΠΥΛΟΥ, aut etiam, ut in præclaro eius nummo a me olim iam prolato, ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΟΥ, inſcribi ſoleat. Illud vero ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ inditum huic ΜΑΓΝΕΣΙΑ *ad Mæandrum* nomen, hinc minus forte eidem conuenire credi poteſt, quod exſtant ſingulares quidam Gordiani nummi in Gaza Gallorum Regia, & de quibus agetur paullo infra, cum memorabili illa epigraphe, ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΕΒΔΟΜΗ ΤΗC ΑCΙΑC, *Magnetum Septima Aſiæ*, citra additum proinde illum ΜΗΤΡ. ſeu ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC titulum. Accedit, quod hæc *Magneſia, Mileti* in Jonia Præfecturæ, ſicut altera ad Sipylum *Smyrnæ*, ut de iis Plinius, forent adtributæ. Addenda vero hiſce celebris Joniæ ciuitas ΚΟΛΟΦΩΝ, in Hoſtiliani apud Occonem nummo, eodem ΜΕΤΡΟΠΟΛΕΟΣ titulo ornata, nempe ΚΟΛΟΦΩΝΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠ. de quo autem nummo alibi hactenus haud viſo nihil certi licet hic ſtatuere. Neque enim eandem diligentiam ac fidem, in deſcribendis Græcis Cæſarum nummis præſtitit vir cæteroquin præclare de Romanis id genus

2. *De duobus* Magnetum *&* Colophoniorum *nummis.*

Lib. V. cap. 29.

Jo. Vaillant. p. 43.

genus antiquitatibus meritus. *Sidus* quidem *Joniæ* dictam video hanc urbem in veteri, & quod in mendo cubat, Epigrammate :

Anth. lib. IV. c. XXVII. Ep. 4. Οὐ Κολοφὼν τερπρῆς ἄστρον Ἰωνίης.

Non Colophon, iuxta Lubinum interpretem, *aridæ sidus Joniæ*. Sed quis veterum *siccam* vel *aridam* dixit *Joniam*, regionem pinguibus campis feracem, pluribusque fluuiis irriguam, & de cuius proinde parte a Plinio etiam dicitur : *Ab his* (stagnis nempe & fluuiis, de quibus egerat) *multitudo limi est, quæ terras propagat.* Unde in adducto versu pro τερπρῆς legendum τερψιρῆς quiuis, ut opinor, videt, *mollis* nempe seu *deliciis adfluentis*; qualis ipsi incolæ, vel e noto Martialis versu, & male a quibusdam Criticis vexato, *molles laudentur Jones.* Ut mittam quod nominatim de horum *Colophoniorum* τερψῆ, & quæ tandem iis exitio fuerit, obseruat Athenæus: adeo ut in mores Jonum ipsa terræ, quam inhabitabant, mollities, & luxuria veluti transierit. Exstat vero alibi a me adductus horum *Colophoniorum* in Thesauris Gallorum Regiis nummus, in quo Templum, Ara, Bos, & stantes sublatis ad eadem manibus Jones, cum inscriptione in medio nummo, ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΙΩΝΩΝ, *Commune Jonum.*

Ut supra.

Spectacul. Ep. 1.

Lib. XII. pag. 265.

Observ. ad Callim. pag. 47.

3. *De Teiorum & Æzænitar. nummis* Harduin. pag. 491.

Duos vero nummos, qui ad alias totidem huius Prouinciæ ASIÆ ciuitates spectant, cum inscripto in iis illo ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ titulo, adduxit haud uno loco eruditus Auctor de Nummis Urbium illustratis: unum nempe TEIORUM, haud ignobilis *Joniæ* olim oppidi, quique exstaret in Thesauris Gallorum Regiis, inscriptum, ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΤΗΙΩΝ, *Metropolis Teiorum.* Verum imposuit hic viro alias sagaci male descripta, ut licet statuere, eius nummi, in quam forte ille incidit, epigraphe : quum in eodem nummo legatur omnino ΤΗΙΩΝ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟC, *Teiorum Metrodorus*, urbis nempe illius Archon vel Prætor, cum Lyra in priori, & cum Grypho in altera nummi area. Alter ab eodem Cl. Harduino, & de quo supra facta est a nobis obiter mentio, adducitur e Museo Collegii, cuius custodia ei credita, Claromontani, ÆZANITARUM nempe in Phrygia Maiore sub Antonino Pio nummus, cum inscriptione ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. Mitto quod hodie apud Geographos, [a] Strabonem, [b] Stephanum, nec proinde solum in Notitiis Ecclesiasticis, quas ad eum nummum memorat vir eruditus, adde & in Concilio Constantinopolitano sub Menna, urbs Αζανοί, incolæ Αζανίται dicantur; quum tamen veteres illius urbis nummi, iique sub Caligula, Claudio, aliisque dein Cæsaribus percussi, ac in Thesauris Gallorum Regiis, Mediceis, ac alibi obuii, quales etiam a doctissimo [a] Holstenio ad Stephanum, tum a [b] celebri Antiquario adducuntur, uti etiam ille a viro docto memoratus, ΑΙΖΑΝΙΤΩΝ constanter præferant. Unde dubitari non potest, quin hæc fuerit vetus & genuina illius urbis appellatio, eademque Ptolemæi insuper auctoritate firmata, apud quem Αιζανὶς eadem urbs dicitur; non vero altera illa Αζανὰ & Αζανίται, ut eidem tamen viro erudito videbatur. Illud vero maiori forte attentione dignum, unde illa *Metropoleos* dignitas huic urbi in eius nummo tribuitur, haud utique inter Phrygiæ primarias, quales erant *Laodicea, Apamea*, maximæ Phrygum urbes a Strabone appellatæ, *Apamea* etiam maximum post Ephesum in Asia proprie dicta emporium; quibusque etiam, uti & *Synnadis* attributi, quod supra vidimus, Juridici in eadem Phrygia, & ad quos conuenirent alii etiam populi, conuentus. Quæ tamen

Ibidem in Addend. p. 564.

a Lib. XII. p. 571.
b In Αζανοί.

a Not. pag. 20.
b Vaill. Num. Græc. Imper.

Lib. V. cap. 2.

Lib. XII. pag. 576.

tamen, uti nec *Hierapolis*, nobilis itidem Phrygiæ ciuitas, nuſpiam in priſcis earum nummis, quos videre mihi hactenus licuit, aut qui ſunt a diligentibus Antiquariis deſcripti, *Metropoles* leguntur appellatæ. Etſi ſequentibus demum ſæculis, & ſub Chriſtianis Imperatoribus, ea dignitas, ut ex Actis Conciliorum & Notitiis Eccleſiaſticis Antiquis conſtat, ſit cum *Laodiceæ*, Phrygiæ nempe Pacatianæ, & quidem Primæ; *Hierapoli*, Phrygiæ Pacatianæ Secundæ; *Synnadis*, Phrygiæ Salutaris, impertita: Ἀζανοὶ vero ſeu verius Ἀξιανοὶ quandoque tertia Phrygiæ Pacatianæ, alibi triceſima demum in dictis modo Notitiis collocetur. Quod autem eadem hæc *Laodicea*, *Metropolis* dicatur, & quidem *Phrygiæ Pacatianæ*, Μητρόπολις Φρυγίας τῆς Πακατιανῆς, in ſubſcriptione Primæ Epiſtolæ D. Pauli ad Timotheum; inde eam recentiorem eſſe, & quidem Conſtantini M. ætate, a quo inſtituta eſt illa Phrygiæ in *Pacatianam* & *Salutarem* diuiſio, a magno Cuiacio, & qui eo nomine laudari a doctiſſimo Uſſerio Armachano meruit, eſt iam vere ac opportune monitum.

Notit. Eccl. p. 15. & 25.

De Proconſul. Aſia pag. 51.

Quod vero ſupra obiter adtigi, occurrunt adhuc duæ aliæ nobiles Aſiæ Proconſularis urbes, eadem METROPOLEOS dignitate inſignitæ in monumentis vel Auctoribus, ut hodie in iis legitur, antiquis. Ac primo quidem CYZICUS, quam haud immerito Cicero recenſet inter claras Aſiæ urbes, ubi earum fit ab eo mentio: *commodum erit Pergamum, Smyrnam, Tralles, Epheſum, Miletum,* CYZICUM, *totam denique* ASIAM, *quæ poſt L. Sullam, Pompeium* Coss. *recuperata ſit, Populi Romani factam eſſe dicere.* Eadem vero CYZICUS, non in antiquis quidem, quales plurimi tamen adhuc ſunt reliqui, eius nummis; ſed in veteri Marmore apud eruditæ peregrinationis conſortes Sponium ac Wehlerum, *Metropolis* appellata legitur: ΤΗΣ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, *Splendidiſſimæ Cyzicenorum Metropoleos*; ac ſimiliter, ut obſeruo, in Græcis Scaligeri Euſebianis, ſeu Georgii Syncelli Chronico: ΚΥΖΙΚΟΣ Ελλησπόντου ἐν ΑΣΙΑΣ ΜΗΤΟΠΟΛΙΣ, CYZICUS *Helleſponti &* ASIÆ METROPOLIS. Unde etiam in Actis Concilii Calchedonenſis Diogenes *Cyzici Metropolis* Epiſcopus, quod non prəteriit in Geographia Sacra Carolus a S. Paulo, dicitur; adde & in Notitiis Eccleſiaſticis *Cyzicus Helleſponti Metropolis.* THYATIRA vero, urbs eſt ab aliis Lydiæ, ut id iam ante diximus, a Plinio vero Joniæ adſcripta, a quo inſuper alibi ad Pergamenam iuriſdictionem conueniſſe dicuntur *Thyatireni*; unde illuſtratur, quod apud Strabonem iuxta quoſdam, Μυσῶν ἔσχατη *Myſorum ultima*, hoc eſt in Lydiæ confinio exſtitiſſe hæc urbs dicitur. Pergamus enim Myſiæ, ut notum, caput. Dicta vero eadem *Thyatira*, ut viderunt viri docti *Metropolis* apud Ptolemæum: nempe Θυάτειρα μητρόπολις: idque poſt nouam Prouinciarum inſtitutam a Veſpaſiano diuiſionem factum ſtatuit magnus Uſſerius Armachanus. Quum vero nihil tale innuant Plinii de hac urbe verba; nec ea dignitas in aliis priſci æui monumentis, pluribuſue, qui ſuperſunt *Thyatirenorum* nummis uſpiam occurrat; hinc illud de eadem urbe in *Metropolim* a Veſpaſiano erecta, ſola doctiſſimi illius Antiſtitis coniectura nititur. Quare mirari haud parum ſubiit, quomodo in illo Lydiæ urbium apud eundem Ptolemæum catalogo, ac ubi *Sardium* inter alias fit ab eo mentio, ſola tamen *Thyatira Metropolis* ibi dicatur: immo quæ appellatio in enarratis toto illo capite *Aſiæ* ita proprie dictæ urbibus, nec prəteritis proinde in eadem primariis, *Epheſo, Smyrna, Pergamo, Mileto*, aliiſque, nulli tamen earum *Metropolis* dignitas legatur ab eo adtributa: immo nec primariis alia-

4. *De Metropolibus* Cyzico *ac* Thyatira.

Orat. 1. de Leg. Agrar. cap. 15.

Miſcell pag. 112 Itiner. pag. 233

Græc. Euſeb. p. 128.

Act. VI. Pag. 229.

Pag. 23.

Lib. V. cap. 29. Ibidem cap. 30.

Lib. XIII. p. 625.

De Proconſul. Aſia. p. 5.

num Prouinciarum ciuitatibus, *Nicomediæ, Tarſo, Cæſareæ ad Argæum, Antiochiæ ad Orontem, Tyro* &c. Unde opportune occurrit mihi viri doctiſſimi in nouiſſimo ad D. Johannis Apocalypſin commentario coniectura: nempe voces illas Ptolemæum, Θυάτειρα μητρόπολις, non de una urbe ibidem tradi, ſeu ut *Thyatira Meetropolis* exſtitiſſe diceretur; ſed diſtinguendas eſſe eaſdem voces, ac ultimam dici de alia eiuſdem Aſiæ urbe dicta *Metropoli*. Id enim prȩter ea, quæ modo adtulimus, egregie inde firmari poteſt; quod inter dictas eo *Metropolis* nomine, & in eadem Aſiæ prouinciæ urbes, tertia ex iis in Lydia a Stephano collocetur. Cui tamen coniecturæ illud continuo aduerſari videbatur, quod in eodem illo apud Ptolemȩum urbium *Lydiæ* vel *Mæoniæ* indice, urbs *Metropolis* nomine ultimo loco collocetur. Verum quum tres in hac Aſia urbes *Metropoles* dictas tradat Stephanus; duas quidem in Phrygia, tertiam verȯ, ut vidimus, in Lydia; nihil obſtat, quin ob confuſos ſæpe harum regionum fines, ac inter alias Phrygiæ ac Lydiæ, una inſuper e duabus prioribus in eodem Lydiæ & Mȩoniæ urbium elencho cenſeatur adſcripta, ſicut tertia inſuper legitur inter Phrygiæ Maioris urbes ab eodem Ptolemæo relata. Simile utique mendum in eadem poſtremæ huius urbis *Metropolis* voce obſeruo apud Strabonem, ubi inter Phrygiæ urbes ab eo commemorantur, Θεμισώνιοι, Σανάς, μητρόπολις Ἀπολλωνιάς, ac inde interpres, *Themiſonii, Sanaos, & metropolis Apollonias*. Diſtinguendas autem omnino poſtremas illas voces, ac de duabus ibi Phrygiæ urbibus, quarum apud alios Geographos occurrit mentio, nempe Μητρόπολις, & Ἀπολλωνιάς, ad primum loci illius obtutum videram: quum idem a magno Caſaubono, in eius ad Strabonem notis animaduerſum obſeruare mihi poſtea licuit. Huic vero Phrygiæ *Metropoli* a Matre Deum, Phrygia quippe Dea, nomen inditum, immo ipſam urbem conditam, quod monuit iam eruditus Urbium e nummis illuſtrator, docebit Stephanus; ad quam proinde referendi veniunt, uti factum quoque a diligentibus Antiquariis, veteres nummi ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ inſcripti cum illius Deum Matris effigie. Quamquam occurrat ſubinde eadem Dea in alterius urbis *Metropolis* nummis, quæ nempe ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ, *Metropolitarum in Ionia*, ad diſcrimen aliarum eo nomine, & quidem in vicina Phrygia, urbium in iis appellari conſueuit: eadem vero eſt cum Lydiana, ut viderunt iam alii.

Camp. Vitring. pag. 54.

in Μητρόπολις.

Lib. XII pag. 576.

Harduin. pag. 314.

5. *De ſeptem* ASIÆ *apud D. Johannem urbibus.*

E quibus autem, quȩ de illis PROCONSULARIS ASIÆ METROPOLIBUS hactenus diximus, liquere poteſt, quid de ſeptem illis memoratis apud D. Johannem Aſiæ urbibus, & ad quas, ſeu ad Chriſtianorum Eccleſiis ibi iam conſtitutis Præpoſitos ſcriptæ leguntur ab eo Epiſtolæ, ſit ſtatuendum: nempe an totidem fuerint *Aſiæ Metropoles*, illaque earum prærogatiua iiſdem ad eas Epiſtolis locum dederit. Neque enim de certo ac definito illarum *Aſiæ Metropoleon*, ſeu quæ eo nomine gauderent ea ætate, numero, datur certi quidpiam, quod hactenus vidimus, adfirmare; an ſeptem nempe, vel plures etiam, ut ex adductis modo nummis, aliiſue monumentis antiquis, liquere videtur; aut vero infra eum numerum fuerint. *Metropoliticas* fuiſſe ſeptem has urbes & Eccleſias ſtatuit laudatiſſimus Uſſerius Armachanus; & quidem, qua in re prȩeuntem, ut vidimus, habuit Scaligerum, quod e Præfecturis ſeu Juridicis Conuentibus, quales iuxta Plinium, & qua de re iam ante, habuerunt quinque e memoratis illis a D. Johanne urbi-

De Epiſc. & Metrop. Orig. pag. 20. de Aſ. Lyd. pag. 40.

bus,

bus, EPHESUS puta, SMYRNA, PERGAMUS, SARDES, LAODICEA, videtur colligere, ut inde pro totidem *Metropolibus* fuerint habitæ, & quibus mox acceſſerint ſub Veſpaſiano THYATIRA & PHILADELPHIA. Quum tamen antiquior fuerit eadem hæc dictarum priorum quinque urbium, aliiſue nixa earum decoribus, prærogatiua: immo inde factum liceat ſtatuere, ut ad eiuſmodi Fora, ad quæ plura alia oppida conuenirent, maxime opportunæ fuerint viſæ. Accedit, agnoſcente id Uſſerio, quod ne quidem Juridici Conuentus forent THYATIRA & PHIDADELPHIA, duæ tamen e ſeptem illis Eccleſiaſticis in Aſia D. Johannis urbibus; ſed prior, iuxta Plinium, *Pergamenæ*; poſterior vero *Sardianæ* iuriſdictioni obnoxia. Neque MILETUM certe, ut hoc adhuc de illa nunc tangam, dictam a Strabone, iuxta Epheſum, *præſtantiſſimam & nobiliſſimam Joniæ urbem*; a Plinio autem propiore iis temporibus, quibus ſcriptæ diuinæ illæ D. Johannis ad ſeptem Aſiæ urbes Epiſtolæ, *Joniæ caput* appellatam; tot præterea miſſis quaquauerſum ſplendidis, quod antea vidimus, coloniis, & quidem ſuper *octoginta*, iuxta eundum Plinium, nobilitatam, ab eo *Metropoleon Aſiæ* numero facile excludendam putem. Ut nunc de TRALLIBUS ſileam, quas in adductis ſupra Ciceronis verbis, inter præcipuas eiuſdem Aſiæ ciuitates, iuxta commemoratas ibi *Pergamum, Smyrnam, Epheſum, Miletum, Cyzicum*, referri ab eo vidimus; & a quo alibi de iiſdem Trallibus dicitur: *grauis, locuples, ornata ciuitas.* Immo quæ urbs, iuxta Strabonem, non opulentis ſolum ciuibus frequentata; ſed inſuper, e quibus forent ſemper, qui PRIMATES erant prouinciæ, quos ASIARCHAS vocant: ἢ ἀεὶ τινὲς εἰσὶν ἐξ αὐτῶν ΟΙ ΠΡΩΤΕΥΟΝΤΕΣ τὴν ἐπαρχίαν, ὃς ΑΣΙΑΡΧΑΣ καλοῦσιν. Unde etiam Pythodoro, Tralliano Aſiarchæ, & Pompeii amico, opes Regias fuiſſe, ampliores duobus talentorum millibus, tradit ibidem Geographus. Neque de CYZICO denuo hic tangam, ASIÆ METROPOLEOS titulum ei in antiqua inſcriptione, quam paullo ante adtulimus, tribui. Ut mittam præterea Gordiani nummos a me pridem, ac modo etiam memoratos, in quibus, ea certe Gordiani ætate, non THYATIRA, vel PHILADELPHIA, ſed MAGNESIA ad Mæandrum, qua de re poſtea, non *Metropolis* quidem, ſed ΕΒΔΟΜΗ ΤΗC ΑCΙΑC, *Septima Aſiæ* dicitur. Quamquam illud ſtatui haud minus debeat, & ex iis hactenus a nobis eam in rem dictis manifeſto itidem conſtet, ſeptem nempe illas memoratas a diuino Scriptore urbes, omnino e primariis Aſiæ Proconſularis urbibus, & quarum maior equidem pars *Aſiae Metropoleos* nomen ea ætate tulerint: EPHESUS nempe, SMYRNA, PERGAMUS, SARDES, LAODICEA, &, iuxta Ptolemæum, (ni de urbe illius tractus *Metropoli* nomine, e nupera, quod ante vidimus & confirmauimus inſuper, doctiſſimi Vitringæ coniectura, ſit ei ſermo) THYATIRA. Et licet illud de PHILADELPHIA non legitur hactenus in reſiduis veterum monumentis; (niſi ſequiori ætate in Actis demum Concilii Conſtantinopolitani ſub Menna, ut id monuit magnus Uſſerius) eam tamen inter nobiles Aſiæ, & primarias quidem *Lydiæ* urbes exſtitiſſe aliunde conſtat. Hinc eam ſæpe utique in antiquis Imperatorum nummis; ΝΕΩΚΟΡΟΥ appellatione ornatam legimus; immo Communia Aſiæ Feſta ac Sacra in eadem quandoque celebrata: prout liquet e veteri inſcriptione, a diligentiſſimo Sponio vulgata, ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC ΕΝ ΦΙΑΛΑΔΕΛΦΕΙΑ, *Communia Aſiæ Philadelphiæ.* Unde, ut præterea obſeruo, *Aſiæ Sacerdotis,*

Lib. v. cap. 29.

Αὐτὰι δὲ ἄριστα καὶ εὐδοξότατα lib. XIV. p. 624.

Lib. v. cap. 29.

De Leg. Agrar. Orat. 1. cap. XV.

Pro Flacco cap. XXIII.

Lib. XIII. pag. 619.

De Aſia Lydian. pag. 40.

Miſcell. p. 364.

dotis, seu ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ mentio fit in aliis eiusdem urbis nummis; uti in eo, quem olim adtuli, ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΕΡΜΙΠΠΟC ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥC, *Philadelphensium Hermippus Hermogenis Sacerdos Maximus.* Adde, quod Legatus Asiæ Proconsulis, in eadem urbe domicilium habuisse legatur apud Aristidem; atque in illius urbis Tribunali, electionem huius clarissimi Oratoris, pro *Coactore* seu *Rationali* confirmatam. Mitto, & quod iam vidit insignis Antistes Armachanus, aulsa nempe sequutis ætatibus a Proconsulari Asia Prouincia Lydiæ, & unicuique ferme Prouinciæ una tum relicta Metropoli, *Philadelphiam* secundum a *Sardibus* locum in antiquis Ciuilibus & Ecclesiasticis Notitiis perpetuo obtinere.

Serm. Sacr. 19. p. 611.

IV.

De ΠΡΩΤΗΣ *vel* ΠΡΩΤΩΝ, *seu de* PRIMATUS *Urbium appellatione in Nummis.*

1. *De voce* ΠΡΩΤΗΣ *pro* Metropoli, *aut* Prima Metropoli.

Neque vero METROPOLES solum dicuntur in earum nummis, aliisque monumentis antiquis urbes suarum gentium capita; sed ΠΡΩΤΑΙ etiam seu *Primæ* subinde in iis, neque vero una de caussa, plures olim celebres ciuitates leguntur appellatæ. Ea equidem nominis illius ratio apud Græcos exstitit, ut idem vox ΠΡΩΤΗΣ inter alia significaret, quod ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, *primam* nempe unius gentis ac prouinciæ, ac pro tali agnitam ac declaratam urbem, illamque inde *Metropoleos* titulo ac iure ornatam. Unde illud Procopii de *Cæsarea* Cappadociæ Metropoli, a me olim iam adductum: ἀφ' ἧς δὴ καὶ εἰς ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ἀξίωμα ἦλθεν· ὅτω γὰρ ΤΗΝ ΠΡΩΤΗΝ τῶν ἐθνῶν καλοῦσι Ῥωμαῖοι, *unde etiam* METROPOLEOS *dignitatem est nacta. Sic enim gentis* PRIMAM *vocant Romani.* Ita eidem Procopio altera *Cæsarea* Mauritaniæ Secundæ Metropolis alibi dicta, Μαυρετανίας ΠΡΩΤΗ, *Mauritaniæ* PRIMA; ac ab Eunapio, *Antiochia:* ἡ τῆς κοιλοσυρίας Κοίλης Συρίας ΠΡΩΤΗ ΠΟΛΕΩΝ, *quæ* PRIMA *urbium Cœlo-Syriæ vocatur:* alibi de Tyro, Η ΠΡΩΤΗ τῶν ἀρχαιοτάτων Φοινίκων ἡ πόλις, PRIMA *antiquorum Phœnicum ciuitas.* Qua vocis illius significatione dicta videtur in aliquot antiquis eius nummis nobilis urbs Ponti, eademque eius Metropolis, AMASIA. Quum enim in insigni Plotinæ, ac proinde iam sub Traiano, nummo, quem memorat celebris Antiquarius, inscribatur eadem ΑΜΑCΙΑC ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ, *Amasiæ Metropoleos Ponti*; in sequentibus Faustinæ Junioris & Commodi nummis dicitur ΑΜΑΣΙΑ ΠΡ. ΠΟΝΤΟΥ ΝΕ. aut ΑΜΑCΙΑC ΝΕΩΚ. ΠΡΩ ΠΟΝΤΟΥ, *Amasia Neocoros Prima Ponti,* aut *Prima Ponti Neocoros:* in aliis vero dein sub Seuero, Julia Domna, Caracalla, & Alexandro Seuero, cum utraque *Metropoleos* & *Primæ* appellatione: nempe ΑΔΡ. CΕΥ. ΑΜΑCΙ ΜΗΤΡ. Π. ΠΟ. ΕΤ CΗ *Hadrianæ Seueriane Antoniniane* (ab Antonino Caracalla) *Amasiæ Metropoleos Primæ Ponti Anno* CCVIII. In quibus autem postremis huius urbis nummis, coniuncta illa *Metropoleos Primæ Ponti* appellatio inde tum ab eadem adsumpta videtur, ad discrimen nempe alterius constitutæ dein *Ponti Metropoleos,* ut id antea vidimus, NEOCÆSAREÆ,

De Ædif. lib. 7. cap. 4.

Bell. Vandal. lib. 1. cap. 4. In Libanio In Porphyrio.

Vaillant. de Num. Græc. Imper. p. 31.

In Gaza Reg. Gall.

SAREÆ, cui iam ante in nummo M. Aurelii, qualem ex luculentis illuſtris Foucaultii cimeliis adduxit celebris Antiquarius, dignitas illa tribuitur; nempe KOINON NEOK. MHTPO ET qH, *Commune Neocæſarienſium Metropoleos Ponti Anno* XCVIII. Ut nunc de TOMIS ſileam, quam inter *Ponti Metropoles* ſimiliter, & mox quidem poſt *Neocæſaream* relatam, conſtat ex adductis ſupra Commodi nummis, TOMEΩC MHTPOΠOΛEΩC ΠONTOY, & ex alio rurſus Pertinacis, qui exſtat in Gaza Gallorum Regia. Qua ratione autem PRIMAM inter Aſiæ Metropoles dici EPHESUM, in Antonini Caracallæ ad Aſianos Reſcripto, contendunt, ſed abs re, ut ſupra vidimus, viri docti.

II. *De* ΠPΩTHΣ *titulo in nummis* NICOMEDIÆ *&* NICEÆ *in Bythinia.*

Diuerſa etenim ratio eſt, iuxta quam vox ΠPΩTHΣ in aliis nummis, non ad ius ac dignitatem *Primae Metropoleos*, ſed ad alium quendam *Primatum* reſpicit, quem deberi ſibi contendebant nobiles alicuius gentis ſeu prouinciæ Romani orbis ciuitates. Quomodo eadem illa ΠPΩTHΣ appellatio NICOMEDIÆ, *Bithyniae*, immo etiam *Ponti*, (ut ea de re iam ante & mox adhuc dicetur) *Metropoleos* nummis eſt ſubinde addita; ſed ita ut duæ cenſerentur diuerſæ eiuſdem urbis prærogatiuæ. Cuiuſmodi utique inſignes occurrunt aliquot huius urbis nummi in Regia Gallorum Gaza, Medicea, & apud illuſtrem Foucaultium, iique ſub Domitiano ac Antonino Pio percuſſi, & a me pridem memorati, cum epigraphe NEIKOM. H MHTPOΠOΛIC KAI ΠPΩTH BEIΘYNIAC, *Nicomedia Metropolis Et Prima Bithyniæ*; aut MHT. KAI ΠPΩTHC NIKOMHΔEIAC, *Metropoleos Et Primæ Nicomediae.* Etſi apud Triſtanum inſcribitur Antonini Pii nummus, MHTPOΠ. ΠPΩTHC NIKOMHΔEIAC, cum eodem Serpentis, qui in Regiis Gallorum Theſauris ſimiliter comparet, typo; ac citra illud KAI ante vocem ΠPΩTHC quod tamen in eodem Regio nummo, & ſimilibus omnino legitur; ac prout etiam eum deſcribit celebris Antiquarius. In quibus nempe non tanquam *Metropolis Primæ Bithyniae*, ſicut *Ponti* in adductis modo nummis *Amaſia*, dicitur ibi NICOMEDIA; quæ ſola nempe iis, ac ſequutis adhuc aliorum Cæſarum temporibus, illa dignitate in ea Romani orbis prouincia fruebatur: ſed quod NICÆA, altera nobilis Bithyniæ ciuitas, & *Nicomediae* æmula, non METROPOLEOS quidem, ſed PRIMÆ tamen urbis BITHYNIÆ titulum ac decus ſibi vindicaret. Unde orta continuo inter eas urbes de illo PRIMÆ titulo controuerſia, quam *Nicaeae* concedere nolebat *Nicomedia*; ne id in aliquod detrimentum iuris ſui Metropolitici quandoquè cederet; unde eum, ſicut *Metropoleos*, titulum, velut ſibi itidem debitum, una quoque, & ut a priori illo, quod adducti modo nummi arguunt, ſeiunctum adſumeret. Quam autem ΠPΩTΩN eiuſdem Bithyniæ appellationem, ſed ſolam, & citra iſtud, ut diximus, MHTPOΠOΛEΩΣ, nomen ſibi adiudicant in præclaris nummis *Nicæenſes*; & quidem in eo, quem ſub Domitiano itidem cuſum, ac a me etiam olim memoratum, quique exſtat hodie in theſauris Gallorum Regiis, primus in lucem protulit Cl. Triſtanus, inſcriptum NEIKAIEIΣ ΠPΩTOI THΣ EΠAPXIAΣ, *Nicæenſes Primi Prouinciæ*. Exſtat ve-

Tom. I. p. 592

Vaillant Num. Græc. Imper. pag. 44.

Tom. I. pag. 314.

ro, quod hic addendum est, alius eiusdem Domitiani nummus, quem in collectione nummorum Medtham Angli, cuius aliquoties meminit celebris Antiquarius, adnotauit, uti id in schedis eius reperio, desideratissimus meus e sorore nepos Bonetus; in quo Bacchi, *Nicææ*, ut aliunde constat, Herois seu Conditoris habiti, effigies, & inscriptio, ΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ ΝΙΚΑΕΙΣ ΠΡΩΤΟΙ. Π. ΚΑΙ ΒΙΘ. *Conditorem Nicæenses Primi Ponti Et Bithyniæ*; quod nempe e duabus illis regionibus una, ut id iam antea vidimus, constituta esset ab Augusto, quæ Romano Rectori pareret, prouincia. Unde etiam ne illam *Primæ Ponti ac Bithyniæ*, quam usurpabat *Nicæa*, prærogatiuam ei concederet *Nicomedia*, inscripta eadem in Traiani nummo apud Patinum, hodie Gallorum Gazæ, ac in altero insuper, quem aliunde memorat celebris Antiquarius, Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC ΝΙΚΟ. ΚΑΙ ΠΡΩΤΗ ΠΟΝΤΟΥ ΚΑΙ ΒΕΙΘΥΝΙΑC *Metropolis Nicomedia Et Prima Ponti Et Bithyniæ*. Unde utique non illustratur solum, sed comprobatur id quod ab his *Nicomedienſibus* apud Dionem oris aurei, qui iisdem illis Traiani temporibus floruit, ac ubi agit de illa *Nicomediæ* ac *Nicaeae* dissensione, dicitur: ἡμεῖς δὲ οἰόμεθα, ἐὰν ΕΠΙΓΡΑΦΩΜΕΝ ΠΟΥ ΠΡΩΤΟΙ, τὸ ΠΡΩΤΕΙΟΝ ἔχειν, *nos etenim arbitramur, si* NOS INSCRIBIMUS PRIMOS, *debere etiam primatum habere*. Adde id insuper inde adstrui, quod ad resarciendam inter eosdem *Nicomedienses* ac *Nicaeenses* concordiam postea ab eodem Dione traditur: ἀν' ὃ τὸ μὲν ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ὄνομα ἴδιόν ἐστιν ὑμῖν τὸ δὲ. ΤΩΝ ΠΡΩΤΕΙΩΝ, κοινὸν ἦ. *ut quidem* METROPOLEOS *nomen vobis sit proprium, alterum vero* PRIMÆ *sit commune*. In his enim, & adductis paullo ante nummis, *Nicomedia* quidem, ut vidimus, *Metropolis* simul *Et Prima Bithyniae*, aut *Bithyniae* simul *& Ponti*; *Nicaea* verosimiliter *prima* utriusque, aut in genere Πρώτη τῆς Ἐπαρχίας, *Prima prouinciae*, quod modo vidimus, nuspiam vero *Metropolis* dicitur. Qui etiam superstites non Traiani solum, sed Domitiani, qualis supra & a Patino iam ante est adductus, nummi, cum illa tum ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, tum ΠΡΩΤΗΣ insuper appellatione, id abunde euincunt; non eam, ut statuere videtur nobilis Antiquarius, de *Primatu* inter *Nicomedienses* ac *Nicæenses* contentionem, in postremorum gratiam a Domitiano adiudicatam, quo illi eadem huius tituli prærogatiua fruerentur. Communem vero eam utriusque remansisse, ab iis certe pariter sub illis principibus usurpatam, abunde ostendunt memorati modo eorum nummi. Adeo ut haud citra moris in aliis quoque Romani imperii Prouinciis recepti exempla, communem illum urbis ΠΡΩΤΗΣ titulum, de eo dissidentibus aliquot eiusdem prouinciæ Bithyniæ, vel uti mox dicetur, Asiæ urbibus, vel Dio, vel Aristides, suasisse videantur. Immo unde videas, non abs re in postremo nummo, *Metropoleos* ac *Primae* nomina, quamquam de eadem urbe, distingui: sicuti *Prima sedes* ac *Metropolis* quandoque in Antiquitatibus Ecclesiasticis, uti in quodam Canone Concilii Africani traditur: *Matricula & Archiuus Numidiae, & apud* PRIMAM SEDEM *sit; & in* METROPOLI, *id est Constantina*. NICÆAM alioquin, sed sub Christianis domum Imperatoribus, dictam quoque *Metropolim Bithyniæ*, in *Primam* nempe ac *Secundam* tum distinctæ, ita ut *Primæ Metropolis* remaneret *Nicomedia*, ex Actis Conciliorum ac Notitiis Ecclesiasticis antiquis constat. Hinc in Canone CXXXV. Concilii Africani: *Nicæam ciuitatem, Metropolim Bithyniæ*: ac in Attici Episcopi Constantinopoli-

Vaillant. Ind. Cimel. Num. Græc. Imp. p. 364.

Vaillant. Num. Græc. Imp. p. 29.

Dio Chrys. Orat. XXXVIII. p. 476.

Ibidem p. 479.

Tristan. Tom. I pag. 334.

Can. LXXXVI.

politani litteris: *apud Nicæam ciuitatem Metropolim Bithyniæ.* Quamquam quod diſſimulare hic non licet, præter Strabonem, qui hoc *Metropoleos* nomen *Nicææ*, ut antea vidimus, tribuit, ante dies demum haud ita multos, & paullo antequam hæc prœlo ſubderentur, inciderim hic loci in veterem quendam nummum, inſcriptum, ut e ſequenti eius icone liquet, C M Y P. N I K A I E. M H T P. *Smyrnaeorum Nicaeenſium Metropoleos*

Καὶ Νίκαια μητρόπολις τῆς Βιθυνίας. Lib. XII. p. 565.



Niſi forte ultima vox ibi M H T P. non *Metropoleos*, quomodo nuſpiam alibi legitur appellata in antiquis nummis *Nicaea*, ſed de *Metropolitarum* urbe in Jonia ſit explicanda; atque ita non duarum, ſed trium urbium concordia, haud inſolito utique in antiquis id genus nummis more, deſignetur. Quomodo eorundem *Nicaeenſium*, ut plures nunc id genus nummos mittam, cum duabus aliis eiuſdem Proconſularis Aſiæ urbibus concordia in Juliæ Domnæ nummo legitur, NIKAEΩN ΠΕΡΓ. KIABIA. *Nicaeenſium Pergamenorum Cilbianorum.* Quod ſi vox illa M H T P O de *Metropoleos* titulo *Nicaeae* ibi tributo intelligi debeat, ſingularis eſt utique, inter tot, qui ſuperſunt etiamnum huius urbis nummos, ea illius modo adducti inſcriptio; & a quo cæteroquin titulo, ſub Romanis utique Cæſaribus, abſtinuiſſe coſdem *Nicaeenſes*, cum ex eorundem nummorum penu, tum aliunde etiam, ut mox videbitur, conſtat. NICOMEDIA vero, non *Bithyniae* ſolum *Primae* manſit *Metropolis*; ſed iis etiam magnitudinis, aliorumque decorum incrementis ita aucta eſt paulatim ac ornata, ut eam urbi Romæ coæquare ſtuduerit olim, iuxta Lactantium, ciuis eius ac Imperator Diocletianus. Certe iam ante, quarto haberi poſt Romam loco inter urbes Romani imperii meruit eadem *Nicomedia*; atque ita, ut ipſam *Antiochiam* in eo ordine *tertiam* pulchritudine ſuperare crederetur. Ita enim de ea, ubi Romæ prius facta fuiſſet mentio, loquitur Athenæus: ὡς Ἀλεξάνδρειαν τὴν χρυσῆν, Ἀντιοχέων δὲ τὴν καλλὶν, NIKOMHΔEΩN ΔE THN ΠEPIKAΛH, *ſicut Alexandriam auream, Antiochenſium vero pulchram,* NICOMEDIENSIUM *autem* PERPULCHRAM. Libanius vero ſua ætate *Nicomediam*, quatuor ſolis in orbe Romano urbibus magnitudine inferiorem tradit, *Roma* nempe, *Conſtantinopoli*, *Alexandria*, & *Antiochia*: alibi vero, *Nicomediam* magnitudine quidem quatuor aliis in orbe Romano urbibus, non vero pulchritudine cedere. Immo de qua alibi, iuxta eius interpretem, idem Auctor dixerit, μεγίστη μετὰ τὴν Ῥώμην πόλει, *maximæ poſt Romam urbi*: ſed quod non de *Nicomedia*, ut vel ſuperiora arguunt, ſed de *Conſtantinopoli* ibi a Sophiſta illo dicitur. Unde etiam ab alio eiuſdem ætatis Scriptore, Ammiano Marcellino, non *Mater* ſolum *urbium*, hoc eſt *Metropolis*, quod ante vidimus, vocatur *Nicomedia*: ſed de eadem alibi: *inde Nicomediam venit, urbem antea inclytam, ita magnis retro Principum amplificatam impenſis, ut aedium multitudine priuatarum & publicarum, recte noſcentibus,* REGIO QUÆDAM URBIS *aeſtimetur aeternae,* nempe Romæ. Sedes utique eadem *Nicomedia*, non Diocletiani ſolum, cum ante, tum poſt abdicatum imperium

Vaillant. Num. Græc. Imper. p. 93.

De Mort. Perſecut. c. VII.

Lib. V. p. 20.

in Funer. Julian. Imp. p. 203 To. II.

Monod. de Nicomod. p. 331. To. II.

Epitaph. Julian. p. 262.

Lib. XVI. cap. I

Lib. XVII. c. 19.

perium, ſed ſequentium ferme, qui in Aſia agerent, Imperatorum; ut e latis tot in eadem urbe eorum Conſtitutionibus, quæ leguntur in Codice Theodoſiano, eſt utique manifeſtum: & id iam ante monuit dignitate ac eruditione clariſſimus Noriſius. Quod vero, ut obiter hoc addam, Libanius de eadem urbe verba faciens, eam his verbis deſignat, ἐπὶ τῷ τῆς Δημήτρος, *ad Cereris* nempe *urbem*, haud parum illuſtrant & qui inde quoque illuſtrantur, duo inſignes horum *Nicomedienſium* nummi. Unus eſt Antonini Pii, & a Cl. Patino inter Imperatoris illius nummos memoratus, cum Cereris effigie, & inſcriptione ΔΗΜΗΤ. ΝΕΙΚΟΜ. *Ceres Nicomedienſium*. Alter magis adhuc ſingularis, ac a me alibi iam adductus, in quo, haud inſolito in aliis huius urbis nummis typo, tria Templa conſpiciuntur, cum inſcriptione ΔΗΜΗΤΡΙΑ, infra ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΝ, *Demetria Ter Neocororum Nicomedienſium*. Neque enim, uti dies diem docet, ac id iam eſt paullo poſt a me retractatum, ad Regem Demetrium, uti prius cenſueram, & cuius eodem nomine Feſtum e Diodoro, Plutarcho, Athenæo, & quod viderunt iam alii, Athenis celebratum conſtat; ſed ad ſacrum ΤΗ ΔΗΜΗΤΡΙ ſeu *Cereri*, tutelari, quod vel ex adductis Libanii verbis liquet, *Nicomedienſium* Deæ, ab iiſdem peractum, eſt illud omnino referendum. Etſi, ne hoc prætream, in *Nicæenſium* quoque eiuſdem Bithyniæ inſigni nummo occurrat cum Cereris typus, tum itidem Deæ nomen, ΘΕΑ ΔΗΜΗΤ. ΝΕΙΚΑΙΕΙΣ *Dea Ceres Nicaeenſium*. Eoſdem utique Deos a Nicęenſibus & Nicomedienſibus cultos tradit Dio Chryſoſtomus.

Diſſ. de Num Dioclet p. 8. de Vita ſua p. 19. Tom. II.

Epiſtol. v. ad Morellium. pag. 276.

Obſerv. ad Julian. Imp. Orat. 1.

Muerſius in Græc. Feriata.

In Anton. Pio Card. Carpegn.

Orat. XXXVIII. pag. 475.

III *De* ΠΡΩΤΩΝ *titulo in nummis* EPHESI, SMYRNÆ, PERGAMI, *in Proconſulari* ASIA.

Verum nullibi plura vel illuſtriora illius ΠΡΩΤΗΣ prærogatiuæ adſumpta in earum nummis exempla ſuppeditabunt, quam nobiles olim ac primariæ Proconſularis ASIÆ urbes, EPHESUS, SMYRNA, PERGAMUS. Quarum utique obuii plures Cæſariani nummi, inſcripti ΕΦΕCΙΩΝ, aut CMΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ACIAC, & ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ· quas urbes alioquin, ob cauſſas ante indicatas, illo ΜΗΤΡΩΠΟΛΕΩΣ titulo abſtinuiſſe in earum nummis vidimus. Quæ ratio autem fuerit adſumptæ huius ΠΡΩΤΗΣ, vel ΑΣΙΑΣ ΠΡΩΤΩΝ appellationis in earum urbium nummis, diſpiciendum nunc venit. Ea de re equidem id a viro ſagaci ac erudito eſt pro-
„ditum: nempe dictam Metropolin totius prouinciæ ciuitatem, cui cæteræ
„parebant, ut in Aſia Epheſus, primis imperii Romani annis: poſtea plures
„acceſſiſſe Metropoles, ſed ita ut Primæ inter eas nomine gauderet Epheſus,
„Ulpiano teſte. De primatu autem ſæpe inter ſe diſceptaſſe duas ciuitates,
„in Aſia Smyrnam & Epheſum, teſte Ariſtide; in Bithynia autem Ni-
„comediam & Nicæam, teſte Dione Pruſæo. Potiorem tamen Metropoleos
„prærogatiuam habitam, ut vel e Nicomedienſium & Amaſenorum nummis,
„conſtat. In Epheſiorum vero, Smyrnęorum, & Pergamenorum nummis,
„cum dicuntur ΠΡΩΤΟΙ ACIAC, aut Nicæenſium forte, cum vocantur
„ΠΡΩΤΟΙ ΤΗΣ ΕΠΑΡΧΙΑC, *Primi prouinciæ*, haud intelligi utique nu-
„dum ſine re titulum, ſed ſolidam prærogatiuam, quod in eo foro diſceptare finitimarum urbium ciues tenerentur: inde Conuentum Epheſiorum,
„Smyrnæorum, Pergamenorum vocari a Plinio, ut hodie apud Gallos *Praeſi-*
„*dialia*

Harduinus Num. Urb. Ill. pag. 33.

„ *dialia & Parlamenta.* Quod poſtea a celebri Antiquario, ubi de illo *Primatu Urbium* paucis agit, eſt ſimiliter obſervatum: in quibus tamen haud pauca ſunt, quæ meum adſenſum cohibeant. Ac primo equidem, quod *Metropolibus paruiſſe* ab iis dicuntur cæteræ prouinciæ ciuitates, non eam vim habere debet, ut ab arbitrio & lege Metropoleos penderent alia eiuſdem prouinciæ oppida, eique ſubiecta tenerentur. Hæc enim erat, ut ea paucis contraham, *Metropoleon* ſub Romanis prærogatiua: ut nempe capita eſſent prouinciæ; ſedes Romani Præſidis; ut Leges in iis ac Edicta Prouinciam ſpectantia proponerentur, & Roma interdum a Cæſare, vel a Senatu Epiſtolæ ad eas ſeu Reſcripta prouinciam ſpectantia darentur: cuius rei exempla quandoque ſuppeditabunt, ubi de decretis in fauorem Judæorum ab urbe in Aſiam miſſis agit [a] Joſephus; aut [b] Romani ſubinde Scriptores; vel [c] Conſtitutiones Imperatorum. Quomodo alioquin ad Κοινὸν τῆς Ασίας, *Commune Aſiæ*, aut alterius Prouinciæ, uti [d] *Thracum*, vel [e] *Theſſalorum*, aut [f] in *Bithynia Græcorum*, non vero ad unam earum Prouinciarum urbem vel Metropolim miſſa leguntur frequentius, quod nuper [g] alibi vidimus, in libris veterum Juriſconſultorum, eorundem Principum Reſcripta. Adde, quod Communia Gentis Concilia; ſolemnes Sacrorum, Ludorum, Feſtorum Panegyres, ad quas conuenirent reliqua Prouinciæ oppida, in iis vulgo haberentur: atque ita generalis quædam veluti prouinciæ cura penes Metropolim remanere videretur, uti de *Nicomedia* totius Bithyniæ generis curam agente, tradit [h] Dio Chryſoſtomus; indeque eam Βιθυνῶν ἀρχηΐαν vocat [i] Euſebius, quod *Bithynorum primariam* vertit demum doctiſſimus Valeſius, non vero *Bithynis imperantem.* Mitto quædam onera ſubinde minoribus prouinciæ ciuitatibus, ratione non Metropoleon tantum, ſed *clariorum*, ut in [k] Codice Theodoſiano dicitur, *urbium ſper ſingulas quaſque prouincias* impoſita: ut nempe ad publica earum opera, ubi id neceſſitas exigeret, ſumptus e minoribus ciuitatibus erogarentur. Ita ad ornandas Metropoles, aliarum urbium ornamenta, ſigna, Marmora, Columnæ, ſolita quoque transferri: quod fieri tandem prohibuit Valentinianus Senior, [l] peculiari conſtitutione, quę in eodem Codice legitur.

Vaillant. de Num Græc. Imperat. pag. 209.

a Antiq. L. xiv. c. 17.
b Vopiſcus in Florian.
c Leg. vi. C. de Summ. Trinit. in fine.
c Leg. vi. §. 2. D. de Excuſat.
d Leg. 1 §. 5. 17. de Appel.
e Leg. v. §. 1. 17 de Leg. Jul. de R. Pull.
g Orb. Romanus p. 261. 262.
h Orat. xxxiv. p. 473.
i Vit. Conſtant. L. iii. c. 2.
k Leg. xxvi. C. Th. de Operib. Publ.
l Leg. xiv. C. Th. de Ornam. in Urb.

2. *De occaſione illius appellationis* ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ *in iiſdem nummis.*

Neque vero illud euincitur, primis Romani imperii, hoc eſt Imperatorum annis, ea quoque conditione fuiſſe Aſiæ Metropolim EPHESUM, quod tradit vir [m] eruditiſſimus, ut ei continuo reliquæ prouinciæ Aſiæ ciuitates parerent. Præterquam enim quod haud id ſecum trahit, ut modo diximus, ius Metropoliticum; non conſtat utique, immo ut iam antea vidimus, veterum teſtimoniis ac monumentis refellitur, quod ſola tum fuerit dicta *Aſiæ Metropolis* Epheſus. Strabo equidem, qui in Tiberii principatu præclarum opus, ut notum, elucubrauit, hoc de eadem urbe, ac altera in eadem Aſia perhibet: Μίλητον καὶ Ἔφεσον· αὗται γὰρ ἄριστα πόλεις καὶ ἐνδοξόταται, *Miletum & Epheſum; hæ enim urbes ſunt* (Aſiæ nempe Proconſularis) *præſtantiſſimæ & maxime illuſtres.* Idem quoque alibi, de eadem *Epheſo* rurſus, & altera eiuſdem quoque Aſiæ ciuitate: Ἀπάμεια δ' ἐστὶν ἐμπόριον μέγα τῆς ἰδίως λεγομένης Ασίας, δευτερεῦον μετὰ τὴν Ἔφεσον, *Apamea vero magnum eſt emporium eius, quæ proprie dicitur Aſiæ; ſecundum utique poſt Epheſum.* Vides priori loco in eandem cum *Mileto*, quæ prima etiam ibi memoratur, dignitatis & gloriæ communionem venire hanc *Epheſum*; in poſteriore autem, huic proximum in eadem Proconſulari Aſia magnitudine ac celebritate emporium tradi *Apameam*: quæ haud arguunt utique

m Ut ſupra

Lib. xiv. pag. 634.

Lib. xii. pag. 577.

solam aut *primam* fuisse illius Asiæ *Metropolim* Ephesum: immo quæ dignitas etiam nusquam alibi, ubi de eadem urbe agit Strabo, ei tribuitur. Immo nec *Miletum* vel *Apameam* relatas nominatim inter prouinciæ Asiæ Metropoles sub Romanorum imperio legimus. Ut nunc mittam a Plinio, ac proinde Vespasiani temporibus, *Ephesum*, ut antea vidimus, dici *alterum Asiæ*, iuxta Smyrnam nempe, *lumen*. Adeo ut si Senatus vel Imperatorum Edicta Ephesum interdum, ob eam urbis celebritatem & frequentiam, sint missa, quæ reliquis prouinciæ Asiæ ciuitatibus proponerentur; non inde ei in alias illius urbes ius imperiumue aliquod concessum statuendum est, nisi quatenus in adtributas Ephesino Conuentui ciuitates iurisdictio patiebatur; Ita ut quum diuersi, quod vel ex Cicerone iam liquet, & antea vidimus, ac proinde primis Cæsariani Romanorum imperii ac paullo ante, annis, Juridici, in eadem Asia, præter Ephesinum, Conuentus forent, seu quos idem vocat Διοικήσεις, ad quas singulis in vicina & adscripta iis oppida, non alteri, neque proinde *Ephesino*, erat iurisdictio.

Lib. v. c. 29.

Continuatio eiusdem argumenti.

Neque vero in ea de *primatu* Asiæ, non inter *Ephesum* solum & *Smyrnam*, ut ibi ab eodem viro eruditissimo dicitur, sed *Pergamum* etiam disceptatione, ubi ab Aristide de ea, ac nominatim de *Epheso* agitur; nulla talis, qua illa antea gauisa præ duabus æmulis urbibus fuisset, prę ogatiua, cui maxime tamen fuisset locus, adducitur: quod sola nempe fuerit *Asiæ Metropolis*, & cui reliquæ illius prouinciæ ciuitates parere antea tenerentur. Accedit, quod ea vetus esset *Pergami* dignitas, quę imperium in finitimas illas Asiæ urbes sub Attalicis Regibus obtinuerat, & quorum postremi luculento utique munere, tota ditio illa Romanis cesserat, ab iisque fuerat dein in prouinciæ formam, uti id a Strabone quoque traditur, redacta: ut parum verisimile videatur, *Epheso* ius & imperium aliquod in eam urbem concessum. Adde, solemnem illam apud Tacitum disceptationem coram Romano Senatu sub Tiberio, ac proinde primis illis veluti Romani imperii annis, qua undecem urbes eiusdem Asiæ *pari ambitione*, ac inter eas *Ephesii*, *Pergameni*, *Smyrnæi*, *Sardiani* insuper, *Milesii*, *Tralliani*, aliique certabant de Templo apud se Tiberio, Senatui, & Communi Asiæ statuendo; ac ubi auditis a Senatu singulorum ex iis, ac inter eos *Ephesiorum* quoque rationibus, Senatus tamen decreto, & ob antiqua quidem ac recentia urbis illius in Populum Romanum merita, prælati sunt reliquis *Smyrnaei*. Neque vero ex Antonini Caracallæ ad Commune Asiæ Rescripto, quod retulit Ulpianus, a nobis vero paullo ante iam excusso, id ullatinus sequitur, *primam* inter *Metropoles* Asiæ habitam tum *Ephesum*; sed inter eas *Metropoles*, in eam *primam* debere missum Roma ad regendam Asiam Proconsulem adpellere. Quum insuper, ex aliis monumentis illorum temporum, ex parte supra iam adductis; uti ex iis, quæ iam ante apud Aristidem eam in rem leguntur, constet, haud *Epheso* dignitate inferiorem habitam ea ætate *Smyrnam*. Mirari proinde subiit, id quod additur continuo a viro eruditissimo, ac dein, a celebri quoque, ut vidimus, Antiquario, etsi præeuntem ea in re habuerint virum litterate harum antiquitatum peritum Albertum Rubenium: ideo nempe in nummis, & qua de re hic potissimum agitur, ΠΡΩΤΟΥΣ ΑΣΙΑΣ dictas EPHESUM SMYRNAM & PERGAMUM, quod in eo foro disceptare tenerentur vicinarum urbium ciues, ac inde *Conuentum Ephesinum*, *Smyrnaeum*, & *Pergamenum* vocari a Plinio. Immo quod aliis adhuc locis, ubi nummos earundem urbium adducit, in quibus illius *Primatus Asiae* fit mentio, similiter

Harduin. Num. Urb. Ill. p. 24.

Lib. XIII. p. 624.

Annal. IV. c. 56.

Harduin. ut supra. Vaillant. de Num. Græc. Imper. p. 209. de Urb. Num. p. 249.

Lib. v. c. 29.

ter a dicto paullo ante viro docto adſeritur. Nec enim ignorare potuit idem nouiſſimus ac eruditus Plinii commentator; non ſolos tres illos, uti ea de re actum a nobis paullo ante, Aſiæ Proconſularis *Conuentus* tradi a Plinio; ſed plures inſuper, pari ſingulos iure, etſi forte amplitudine iuriſdictionis diſpares; uti *Sardianum, Halicarnaſſenſem, Laodicenum, Synnadenſem, Apamenſem, Adramyttinum,* ad quos ſimiliter conuenire tenerentur finitima iis oppida, ac ſubinde etiam remotiora. In quorum tamen nummis, ſi unum vel alterum *Sardianorum,* eumque latius adhuc patentem, ac modo a nobis expenſum, mittas, nuſpiam illam ΠΡΩΤΗΣ ΑΣΙΑΣ appellationem conſignatam videas; aut illos de eo iure, ſicut de *Epheſo, Smyrna, & Pergamo* aliunde inſuper conſtat, diſceptaſſe uſpiam alibi legimus. Neque vero ea Oratione, qua de illa prærogatiua diſſidentes tres illas primarias Aſiæ urbes ad concordiam hortatur Ariſtides, obuia alioquin & facillima eam in rem via uſus eſt: quod ſingulæ nempe ex iis totidem eſſent Juridici Aſiæ Conuentus, qua de re utique nulla erat inter eas controuerſia; & quibus proinde ex æquo illud ΠΡΩΤΗΣ ΑΣΙΑΣ elogium deberetur: verum aliis rationibus & argumentis eaſdem placare, & inter ſe conciliare adgreditur. Immo quod aperte ſatis, ut paullo ante vidimus, Antonini Pii Imperatoris ad illius Aſiæ Commune Reſcripto refellitur; ubi ciuitates illius prouinciæ, in quibus erant *Conuentus,* ſeu, ut ubi dicuntur, Ἀγορᾶι δικῶν, *Fora iudiciorum,* a *Metropolibus, & maximis* eius urbibus, quales erant tres illæ *Epheſus, Smyrna, & Pergamus,* aperte diſtinguntur; & qui *Juridici Conuentus,* inter *Magnas* ſeu *Mediocres* ciuitates ibi tantum referuntur; ubi eadem nempe priori illa *Metropoleos* prærogatiua non gaudebant. Quo nomine etiam haud diſſimilis magni Scaligeri notatio eſt paulo ante a nobis adducta & explosa; qua unam ex tribus illis urbibus, *Smyrnam* nempe, ideo *Metropolim* in quodam eius nummo nuncupatam ſtatuit, quod *Conuentus* eadem urbs foret; ac ita etiam dicatur ab Hieronymo.

Hard. Num. Urb. Ill. pag. 167. 393. 467.

Leg. VII. §. 2. D. de Excuſat.

IV. *Cur* ΠΡΩΤΑΙ ΑΣΙΑC *dictæ id genus urbes in earum nummis.*

Unde alia omnino quærenda eſt eius *primatus* ratio, de quo inter ſe diſceptarent primariæ illæ Aſiæ Proconſularis ciuitates, memoratæ hic aliquoties, *Epheſus, Smyrna, Pergamus*; & cuius rei luculenti adhuc hodie teſtes conſpiciuntur plures, ut diximus, earundem nummi, cum illa ΠΡΩΤΗC vel ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC, aut ΠΡΩΤΩΝ duntaxat, quam eædem ſibi in iis tribuunt, appellatione. Cuius utique inter tres illas nobiles eiuſdem prouinciæ urbes diſſenſionis facta eſt, quod viderunt iam viri præſtantes, peculiari ab Ariſtide ad eaſdem Oratione mentio; immo ad quam componendam inter eas contentionem, eadem eſt ab illo Oratore conſcripta: φέρε δὴ καὶ τὰς πόλεις ἐπέλθω τὰς ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΩΤΕΙΟΥ ΝΥΝ ἀμιλλωμένας, *age vero, & urbes eas commemoremus, quæ* DE PRIMATU NUNC *contendunt.* Nempe, etſi iam ante inter eas urbes nata foret ea de re controuerſia, eam tamen ſub Pio, M. Aurelii prædeceſſore, utcumque compoſitam, reſtitutamque inter eas concordiam, licet e præclaro Antonini Pii nummo, quem inter alios huius Imperatoris nummos memorat celebris Antiquarius, ſtatuere, in quo CMYP. ΠΕΡΓ. ΕΦΕCΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ, *Smyrnæorum, Pergamenorum, Epheſiorum Concordia* ſignatur, cum Numinum apud eos Tutelarium, Nemeſeos, Aeſculapii, ac Dianæ iconibus. Ve-

Orat. de Concord. Urb. p. 302. T. II.

Vaillant. Num. Græc. Imper. p. 46.

rum eam, ac eadem de re, ſeu de *Aſiæ primatu*, contentionem, ſub iis, qui Pium exceperunt, Diuis Fratribus; Marco ac Vero, denuo exortam, luculenter ex illa tum habita aut ſcripta Ariſtidis oratione conſtat. E qua etiam id omnino percipitur, id totum inde emanaſſe; quod Communia eſſent Gentis Concilia, Communia inſuper totius prouinciæ Templa, & Sacra, & quidem in honorem Romæ, Senatus, vel Imperatorum, uti ea de re paullo poſt, Communes inſuper Ludi ſeu Agones, in quibus apud ſe celebrandis primatum ſibi præ duabus aliis eiuſdem prouinciæ urbibus deberi contendebant ſingulae illæ tres primariæ & inſignes Proconſularis Aſiæ ciuitates. Id aperte utique ac citra ambages tradit Orator *Smyrnæus*: θαυμάζω ἔγ ὅτι σεμνύεσθε μὲν ἐχθὲς ΤΟΙΣ ΝΑΟΙΣ Καὶ ΤΟΙΣ ΑΓΩΣΙΝ, ἃς ΚΟΙΝΟΥΣ νομίζετε, ὑπὲρ ἔγ αὐτῶν τούτων διεφέρεσθε, καίτοι ὅταν εἰς ΩΣ ΚΟΙΝΟΙΣ ἀγάλλεσθε, ΥΠΕΡ ΤΟΥΤΩΝ ΕΡΙΖΗΤΕ. ὑπὲρ τοῦ λοιποῦ ταῦτα φρονήσατε. *Miror autem vos, cum* DE TEMPLIS *&* CERTAMINIBUS, *quæ* COMMUNIA *ducitis, non leuiter ſoleatis gloriari, nunc de iiſdem inter vos diſſidere. Atqui quum de iis rebus, quibus* TANQUAM COMMUNIBUS *gaudetis, inter vos* CONTENDITIS, *de qua re tandem conſentietis?* Quibus addit paullo poſt, quod quum has appellationes, velut contra ſeditionem, iis rebus imponant; nempe, κοινὰ μὲν ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΑ, κοινὰς ἔγ ΤΟΥΣ ΝΕΩΣ, ἐγ ΤΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣ· κοινὰ ἔγ πάνθ', ὡς εἰπεῖν, τὰ μέγιστα προσειρήκατε. *Communia* CONCILIA, *Communia* TEMPLA, *Communes* LUDOS, *& maxima quæque nominarent communia*; inde alterutrum eos neceſſario peccare, quod de iſtis, quæ Communia ſunt, merito glorientur, pudere eos debeat de iis contendere; ſi vero ea nullius ſint pretii, cur de iis adeo ſe efferant? Quo ſpectant etiam Philoſtrati de Smyrna cum Epheſo diſſenſione: ἤριζεν ἡ Σμύρνα ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΝΗΩΝ, ἐγ ὧν ἐν αὐτοις δικαίων, *contendebat Smyrna* DE TEMPLIS, *eorumque iuribus*; ut vero addit, ἀπῆλθεν ἡ Σμύρνα ἡ ΠΡΩΤΕΙΑ νικῶσα, *abiit Smyrna,* PRIMATUS *victoriam conſequuta.* Hinc depicta ſubinde Templa, modo unum, modo etiam plura, in earundem *Epheſi* vel *Smyrnae* urbium nummis, cum illo ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC, quod ſibi in iis tribuunt, elogio. Quod vel e ſequentibus trium nummorum iconibus continuo liquebit: quorum prior ab *Epheſiis* ſub Valeriano cuſus, celeberrimum illud Dianæ Epheſiæ Templum exhibet: duo reliqui *Smyrnaeorum*; unus Juliæ Domnae, in quo Mulier galeata ſtans dextra expanſa Templum tenet; alter Caracallae, tria Templa oſtentat cum tribus in eorum medio ſtatuis, adſcriptis autem in ſingulorum faſtigio litteris, in media AN, a dextris AY, & a ſiniſtris CƐ, quae ab iiſdem Smyrnaeis, *Antonino Pio, M. Aurelio,* ac *Seuero* dicata eadem arguunt, cum epigraphe CMΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΩΝ CΕΒΑCΤΩΝ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΔΗΜΟΥ, *Smyrnaeorum Primorum Aſiæ Bis Neocororum Aurelio Demo* Praetore. Quomodo, ut hoc addam, tria Templa ſimiliter cum tribus ſtatuis exhibet Caracallae nummus Regiae itidem Gazae, cum inſcriptione ΕΦΕCΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC.

Ut ſupra pag. 530.

de Vit. Soph. l. 2. p. 538.

Neque

Neque vero, quod ſtatuit[a] celebris Antiquarius, ſub Seuero primum, *Ephe-*
„*ſum*, aut inde eius exemplo, ſub Caracalla *Pergamum*, illum *primatus* titu-
„lum obtinuiſſe, cenſendum eſt; nataſque tum demum ea de re graues inter
„eas urbes contentiones, de quibus Dio, nempe Pryſæenſis, & Ariſtides. Iſtud
enim, abunde cum e nota utriuſque illius ſcriptoris ætate, iiſque, quæ eam
in rem apud eos leguntur, abunde refellitur; tum inde, quod de concordia
eo nomine ſub Antonino Pio inter tres illas urbes ſancita, illa autem ſub Divis
Fratribus mox reſciſſa, paullo ante diximus. Exſtat certe Antonino Caracal-
la antiquior *Epheſiorum* nummus ſub M. Aurelio percuſſus, & e maximorum
quidem genere, qui in Theſauro illuſtris Mauroceni a Cl. Patino vulgato con-
ſpicitur; in quo hinc caput M. Aurelii cum eius nominibus ΑΥΤ. Μ. ΑΥΡ.
ΑΝΤΩΝΙΝΟC, illinc, iuxta ſequentem eius typum, Diui Fratres, M. Aure-
lius & L. Verus Imperatores ſtantes; in medio, ſtatua Dianæ Epheſiæ, cum epi-
graphe ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC ΕΦΕCΙΩΝ ΝΕΩΚ. *Primorum Aſiæ Epheſiorum, Neocororum.*

3. *Quando cuſi primum id genus nummi.*

[a] Vaill Num. Græc. Imper. pag. 210.

Pag. 63.

Smyrnæorum vero nummum inſcriptum itidem ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC ΝΕΩΚΟ. ſub Commodo, e cimeliis illuſtris Foucaultii retulit celebris Antiqua-
rius. *Pergamenos* vero quod adtinet, exſtat antiquum Marmor, a diligentiſ-
ſimo Sponio in ipſa *Pergamo* deſcriptum, in quo Aſiæ tum Proconſule Au-
lo Julio Quadrato, & quidem ſub *Imperatore Nerua Traiano*, ut in eo legi-
tur, ΠΡΩΤΩΝ titulus iis tribuitur: nempe ut hæc inde verba ſolum deſcri-
bam: Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΠΕΡ-
ΓΑΜΗΝΩΝ, *Curia & Populus Primorum Neocororum.* Unde utique adſtrui-
tur, pridem ante Caracallam, adſumptum a *Pergamenis* illum ΠΡΩΤΩΝ ti-
tulum; & quod a Dione oris aurei, qui ſub Traiano floruit, ac dein ab A-
riſtide, ſub Diuis Fratribus Marco & Vero, traditur, de natis inter tres illas

Vaillant. pag. 74.

Itiner. p. 140. 141. Tom. III

Aſiæ urbes *Pergamum*, *Epheſum*, & *Smyrnam*, ob eundem *primatus* titulum contentionibus. Addam, haud ſolum ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΤΡΙC ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Pergamenorum Primorum Ter Neocororum*, legi in Caracallæ nummis, quos adduxerunt celebres Antiquarii; ſed etiam in nummo e maximorum genere Regiæ Gallorum Gazæ, ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Pergamenorum Primorum Bis Neocororum*. Unde ad *Neocoratum*, ut ea voce uti mihi liceat, illius urbis, quo *bis terue* functa *primum* eſſet ſub Caracalla *Pergamus*, referendi viderentur iidem & ſimiles nummi; aut alii *Smyrnæorum*, qui in maximis Caracallæ & Alexandri Seueri nummis dicuntur, CMΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑCΙΑC Β vel Γ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Smyrnæorum Primorum Aſiæ Bis* vel *Ter Neocororum*. Adeo ut *Pergameni Primi* ſub Caracalla eſſent ter *Neocoratum* adepti; *Smyrnæi* vero ſub Caracalla, ſecundo; tertio autem ſub Alexandro Seuero demum conſequuti. Verum exſtant Juliæ Domnæ, Caracallæ Matris, nummi, in eadem Gaza Gallorum Regia, in quibus iidem *Smyrnæi* dicuntur ΠΡΩΤΩΙ ΑCΙΑC Γ ΝΕΩΚΟΡ. *Primi Aſiæ Ter Neocori*: in alio etiam eiuſdem Caracallæ, verum ſine addito ΠΡΩΤΗC vel ΠΡΩΤΩΝ titulo, CMΥΡΝΑΙΩΝ Γ ΝΕΩΚΟ. ΘΕΑC ΡΩΜΗC *Smyrnæorum Ter Neocororum Urbis Romæ*. Sed de quo urbium illarum *Neocoratu* alius erit σὺν Θεῷ, ſicuti de Sacris, Feſtis ac Ludis illius Aſiæ, uti aliarum etiam in orbe Romano gentium, quæ ſingula ad Religionem Gentilium ſpectant, agendi locus. Id utique ex Dione Pruſæenſi, & Ariſtide vidimus, ac eruditis pridem conſtat, de primatu Communium Aſiæ Templorum, Sacrorum, ac Feſtorum eaſdem inter ſe diſceptaſſe; ac inde potiſſimum factum, ut tres illæ prouinciæ Aſiæ urbes, *Epheſus*, *Smyrna*, *Pergamus*, cum ſibi ΠΡΩΤΗΣ ΑΣΙΑΣ titulum deberi ſingulæ contenderent. Quamquam plures occurrunt Cæſariani nummi, in quibus illa ΠΡΩΤΗC ΑCΙΑC appellatio, citra additam ΝΕΩΚΟΡΟΥ mentionem, ab *Epheſiis* adſumitur; uti in duobus ſequentibus ac inſignibus Caracallæ nummis Regiæ Gallorum Gazæ, e quibus poſterior vocem inſuper ΝΕΙΚΗ, cum ipſo *Victoriæ* typo, habet adſcriptam.

In Gaza Reg. Gall.



3. *Continuatio eiuſdem argumenti.*

E quibus abunde, ut opinor, liquet, non de aliqua *fori iuriſdictione*; non de *primatu*, ratione *magnitudinis* vel *pulchritudinis* earundem urbium, quod a viro inſigni harum antiquitatum peritia, aliiſque ornamentis ſtatuitur, ac prout alioquin SMYRNA utroque illo reſpectu ΠΡΩΤΗ dicitur in adducendis paullo poſt nummorum ac inſcriptioum monumentis; non de id genus, inquam, priuilegiis vel decoribus, immo nec de *Neocoratu* ſolum, inter tres illas

Phil. Buonaroti Oſſeru. Sopr. Medagl. Antich. pag. 198.

las urbes Proconſularis Aſiæ diſceptationes exortas, & adſumptum inde ab iis in earum nummis ΠΡΩΤΩΝ ΤΗC ΑCΙΑC elogium: Sed de eo demum *primatu*, quem in Communibus gentis Conciliis, Templorum apud ſe eorundemque Aſiæ Communium prærogatiua, Sacrorum & Ludorum Communium, & quidem pro ſalute ut plurimum ac in honorem Imperatorum, celebratione, ambiebant eædem, ſibique deberi contendebant. Ac de Communibus quidem Aſiæ Conciliis, aliunde conſtat, talia etiam ſub Romanorum imperio haberi, eorum permiſſu, in pleriſque Romani Orbis prouinciis ſolita; in quibus nempe; non, ut olim, de pace quidem & bello; non de fœderibus cum exteris Regibus ſanciendis; non de communi Gentis Prætore eligendo; aut de Legibus vel Edictis, quibus totius gentis oppida tenerentur, ſanciendis: quæ cum aliunde, tum e Polybio maxime ac Liuio, notæ Conciliorum id genus indicendorum occaſiones: ſed de dictis modo communibus illis Aſiæ Templis, ad quæ ſtatis temporibus conuenirent Aſiani; & communibus ibidem Sacris, Feſtis, Ludis; de Aſiarchis & Sacerdotibus, qui eam procurationem ſuſciperent, conſtituendis; de Concordia urbium eiuſdem Aſiæ inter ſe diſſidentium, quandoque etiam de eadem cum alterius prouinciæ ciuitatibus ſtabilienda vel renouanda; ac de legationibus ſubinde Romam ad Imperatores ac Senatum mittendis agebatur. Unde eadem *Communia* Gentis *Concilia* dicta hic apud Ariſtidem, Κοιναὶ Βουλευτήρια, & quæ una voce ΚΟΙΝΟΒΟΥΛΙΑ apud Cilicas appellata in præclaris Tarſenſium & Anazarbi nummis, alibi haud ita pridem vidimus. Sic iam olim a *Communi Aſiæ Concilio* decretum apud Gellium legimus, ne eius, qui Dianæ Templum incenderat, nomen ullo in tempore nominaretur. Habita vero vulgo eadem Gentis Concilia, cum in primariis eius urbibus; tum in earum Templis, quæ veteri aut recenti religione erant in iiſdem conſecrata; aut in Lucis, qui erant iiſdem Templis proximi & dicati. Qua occaſione inſtituta etiam ſacra quædam ſolemnia, & Ludi Communes, ad quos ſtatis temporibus conueniebant reliquæ eiuſdem Aſiæ ciuitates; & quorum procuratio iis committebatur, ut modo diximus, qui *Aſiarchæ* inde, & Ἀρχιερεῖς, quorum cęteroquin diuiſa erant munia, quaſi *Aſiæ* (procurationem id genus ſacrorum & Ludorum, & quidem eorum ſumptus, quod adtinet) ſeu reliquorum Sacerdotum *Principes* nuncupati; ſubinde etiam utraque illa dignitate in unum collata, uti in præclaro nummo Antonini Pii, ΦΡΟΝΤΩΝΟC ΑCΙΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΩC ΚΟΙΝΟΝ ΓΙ ΠΟΛΕΩΝ, *Frontone Aſiarcha Et Pontifice Tredecim Urbium*, nempe Joniæ; quique in communibus illis Gentis Conciliis eligi vulgo conſueuerant. Sic in Auguſti nummo apud illuſtrem Foucaultium, quidam M. Furius dicitur ΙΕΡΕΥΣ ΚΑΙ ΑΣΙΑΡΧΗΣ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, *Sacerdos Et Aſiarcha Pergamenorum.* Quomodo cæteroquin Ἱερωσύνην κοινὴν τῆς Ἀσίας, *Commune Sacerdotium Aſiæ* decretum ſibi ipſi tradit Ariſtides; ac prout quendam M. Aurelium Diodorum legimus in veteri Inſcriptione apud Sponium, Thyatiris reperta: ΤΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΝΑΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΚΑΙΡΟΝ ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ, *Sacerdotem Maximum Aſiæ Templorum Quæ Sunt Pergami Et Sacerdotem Maximum Eodem Tempore Patriæ*, nempe Thyatiræ. Ita ſupra vidimus Mulierem etiam dici in alia inſcriptione ab eodem eximio Sponio vulgata, ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΣ ΑΣΙΑΣ ΝΑΩΥ ΤΟΥ ΕΝ ΕΦΕΣΩ, *Sacerdotem Aſiæ Templi Quod Eſt In Epheſo.* Immo quam in rem peculiaris exſtat

Orbis Romani pag. 413. 424. Lib. II. cap. 6.

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 5.

Serm. Sacr. IV. pag. 613.

Itiner. Tom. III. pag. 114.

Miſcell. p. 349.

exstat apud eundem inscriptio, in qua maritus Ασάρχης, uxor verò eius Ἀρ-
Ibidem p. 338. χιερείας dignitate ornati dicuntur: ΛΕΥΚΙΟΥ ΠΑΚΩΝΙΑΝΟΥ ΑΣΙΑΡ-ΧΟΥ ΚΑΙ ΑΥΡΗΛΙΑΣ ΣΑΠΦΟΥΣ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΛΙΚΙΝΝΙΑΝΗΣ ΑΡ-ΧΙΕΡΕΙΑΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΑΥΤΟΥ, *Lucii Paconiani Asiarchæ Et Aureliae Sapphos Platonis Licinnianae Sacerdotis Maximae Uxoris Eius.* Templa nempe erant a Communi Asiæ & quidem *Pergami*, AUGUSTO erecta, uti iam ante ROMÆ & JULIO CÆSARI: *Epheſi* vero, præter famigeratum DIANÆ Templum, de quo ab Asianis seu Lydianis virginibus frequentato apud Aristophanem legitur:

Nub. p. 162. Ἦτ' ΕΦΕΣΟΝ μάκαιρα πάγ-
χουσον ἔχεις οἶκον, ἐν ᾧ
Κόραι σὶ ΛΥΔΩΝ μεγάλως σέβουσαι·

Quæ EPHESI *beata Auream habes Ædem, in qua* LYDORUM *te virgines magnopere colunt:* alterum ROMÆ itidem ac CÆSARI. Hinc obuium etiam in Romanis Augusti, Tiberii, & Claudii, quos vulgarunt iam præstantes Antiquarii, nummis, Templum cum epigraphe COM. ASI. ROM. ET. AUG. *Commune Asiae Romae Et Augusto*; & ad quem similem nummum
Hardain de Num. Urb. Ill. pag 75. „ nollem a viro erudito monitum, Communitatem illam Asiæ oppidis om-„ nino XIII constitisse, ut id e nummo Antonini Pii liqueat. Illud enim XIII Urbium Commune, & cuius sit mentio in memorato paullo ante huius Antonini Pii nummo, non erat totius Proconsularis Asiæ, sed Joniæ tantum eius partis; dictumque inde illud, ut aliunde notum, *Panionium*, sicuti locus prope urbem Mycalen, in quo illæ XIII Joniæ urbes conueniebant, ac Festa celebrata ΠΑΝΙΩΝΙΑ, uti utrumque Herodotus pridem
Lib. 1. cap. 142. & 148. tradidit. Quamquam & eadem Πανιώνια per vices deinceps in aliis etiam ex
Vit. Apoll. lib. IV. cap. 11. P. 161. illis XIII Joniæ urbibus celebrata liqueat: ut *Smyrnae* apud Philostratum, & iuxta veterem insuper nummum Regiæ Gallorum Gazæ, in quo hinc caput Jouis barbatum, & inscriptio ZEYC AKPAIOC, in auersa parte Diana Venatrix cum duobus iaculis, additis vocibus CMYP. ΠΑΝΙΩΝΙ. *Smyrnaeorum Panionia.* Adde *Mileti* etiam, iuxta Saloninæ Gallieni nummum in
Epist. 1. ad Morel. pag. 12. eadem Gaza, de quo alibi egimus, MIAHCIΩN ΠΑΝΙΩΝΙΑ ΠΥΘΙΑ, *Milesiorum Panionia Pythia.* Tertiam vero e dictis urbibus, de Asiæ Primatu apud Aristidem contendentibus, SMYRNAM quod adtinet, cum ab ea pri-
Tacit. Annal. IV. cap. 56. dem ROMÆ Templum, stante adhuc Republica, erectum; tum postea TI-
Ibidem. BERIO ac SENATUI, & quidem data Smyrnæis, præ aliis decem Asiæ urbibus, ipsaque inter eas *Epheso*, & *Pergamo*, eius rei prærogatiua, a Communi Asiæ itidem sacratum. Sic *Mileti* templum, a Communi nempe *A-*
Pag. 370 *siæ*, erigi iussisse CALIGULAM tradit Dio in Excerptis Valesianis. Ut mittam HADRIANO Templum *Epheſi* dicatum, & inde ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ, solemnes in illius Principis honorem ludos, instituta, eademque a *Smyrnaeis* quoque, uti a *Pergamenis* TPAIANEIA, sed qua de re alibi, celebrata. Quomodo constat dicata rursus a *Smyrnaeis*, uti paullo ante in præclaro eorum nummo vidimus, ANTONINO PIO, M. AURELIO, ac SEUERO apud se Templa ac simulacra. Ad quæ proinde Communia Asiæ Templa, Communiaque inde Sacra & Certamina, pro salute ac in honorem Imperatorum aut pro urbis Romæ æternitate, statis ibidem, ut dixi, temporibus, celebrari ab Asianis solita, respicit omnino dictis supra locis Aristides;

quo-

quorum autem occaſione natę inter tres primarias illas Aſiæ urbes, de *Primatu* ac *Neocoratu*, quem ratione id genus Templorum, Sacrorum, & Ludorum obtinerent, aut ſibi vindicarent, contentiones. Unde etiam factum, ut ſingulæ illæ ambitioſum illum ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ, & ΠΡΩΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ titulum publicis nummorum aliiſue monumentis certatim adſumerent: ipſa vero *Epheſus*, prę æmulis illis duabus ciuitatibus, *Smyrna* & *Pergamo*, in præclaro nummo ſub Macrino Imperatore percuſſo, hanc ſibi ſoli, ut vidimus, prærogatiuam tribuat; ſed quam *Smyrnæi* in ſequentium adhuc Impetatorum nummis, nempe Alexandri Seueri, in Regia Gallorum Gaza, & Gordiani Pii ſibi quoque adiudicant. Mitto hic alium inſignem eiuſdem Gazæ Regiæ nummum, ſub Macrini ſucceſſore Elagabalo cuſum, cum elegio ΕΦΕCΙΩΝ ΜΟΝΩΝ ΑΠΑCΩΝ ΤΕΤΡΑΚΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Epheſiorum Qui Soli Ex Omnibus* (Aſiæ urbibus) *Quater Neocori*. Quam alioqui prærogatiuam, non illius quidem prouinciæ Aſiæ, ſed vicinæ Bithyniæ urbi, *Nicæenſibus* nempe, ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΤΕΤΡΑΚΙ ΝΕΩΚΟΡΩΝ vindicat memoratus a præſtantiſſimo Morello, & e Patini quidem ſchedis, ut ibi innuit, nummus. Verum iſtud alterius loci.

vid. Specim. Morell. Tab. II.

Ibidem p. 36.

V. *De* ΠΡΩΤΗΣ *vel* ΠΡΩΤΩΝ *titulo in nummis* TRIPOLITARUM *in Phœnicia*, MYTILENES, & SAMI *in Aſia Proconſulari.*

Duos vero nummos duarum aliarum urbium ſupra diximus a viro erudito adductos, in quibus idem ΠΡΩΤΗΣ, aut ΠΡΩΤΩΝ elogium tributum legerat; ſed a quibus illud exulare ibidem vidimus: unum nempe huius Proconſularis Aſiæ, SARDIUM; alterum TYANORUM, Cappadociæ. Alium vero nummum adduxit idem vir ingenio & eruditione præſtans, TRIPOLITARUM nempe in Phœnicia, qui exſtet inter cimelia Gallorum Regia; in quo hinc Græca M. Antonii & Cleopatræ nomina; illinc Prora nauis cum Victoria, & inſcriptio ΚΟΙΝΟΝ ΠΡΩΤΗΣ ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Commune Primæ Tripolitarum*. Cui elogio *Primæ Tripolitarum*, quod inſolens eſt alioquin in nummis illius tractus, anſam ſuppeditare potuit; quod quum ad TYRUM ac SIDONEM, ſpectaret eiuſdem Phœnices *Metropoleos* titulus; reliquum erat, quomodo id dein ab aliquot Bithyniæ & Proconſularis Aſiæ urbibus factum vidimus, ut hoc ΠΡΩΤΗΣ ſeu *Primæ* elogium ſibi vindicaret TRIPOLIS. Accedit, quod eadem a duabus illis Phœnices Metropolibus, *Sidone* ac *Tyro*, ac præterea *Arado*, uti id a priſcis [a] Auctoribus traditum, foret condita, unde ei nomen: immo e tribus inde urbibus, quæ eadem conditorum nomina obtinerent, conſtaret: uti iſtud aperte a Diodoro dicitur. A quo præterea ea ſimul de hac urbe adferuntur, quæ illam inſcriptionem, (quam nolumus in dubium reuocare) ΚΟΙΝΟΝ ΠΡΩΤΗΣ ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ, *Communis Primæ Tripolitarum*, egregie illuſtrant; ut agnoſcet, opinor, qui nummum illum protulit vir doctus: nempe Diodori de hac urbe Tripoli verba: ΑΞΙΩΜΑ ὃ ἔχει ΜΕΓΙΣΤΟΝ ἄντη τῶν κατὰ τὴν Φοινίκην πόλεων. ἐν ᾗ συνέδριον τὸ τῶν Φοινίκων ΣΥΝΕΔΡΙΟΝ ἔχειν, ἐν βουλεύεσθαι περὶ τῶν μεγίστων, MAXIMAM *hæc inter omnes Phœniciæ* DIGNATIONEM *obtinet; utpote in qua Phœnicum* CONCILIUM *conueniret, deque rebus maximis conſilia tractari ſolent.* Unde ſat liquet utique, cur & PRIMA dicatur in adducto modo *Tripolis*; & ΚΟΙΝΟΝ, ſeu *Commune* Phœnicum *Concilium*, ibidem habitum: præclarum denique eſſe in iis

1. *De* ΠΡΩΤΗΣ *titulo in nummo* Tripolitarum. Hard. Num. Urb. III. p. 439. Ibidem p. 518. Ibidem p. 505.

[a] Strabo l. XVI. p. 754. Diodor. l. XVI. p. 731. Mela l. I. c. 12. Plin. lib. V. c. 20. Ut ſupra.

lib. XVI. p. 531.

verbis illius nummi commentarium. Συνέδριον equidem Phœnicum, quod *Tripoli* exstitisse dicit ibi Diodorus, idem quod KOINON in adducto illius urbis nummo, ac in aliis passim Græcorum, in Asia potissimum, nummis, & inde Συνέδριον Κοινὸν, *Concilium Commune*, & quod esset tum in Maiore Phrygia, ab Aristide dicitur; ac alibi ab eodem in genere, κὰν τοῖς κοινοῖς συνεδρίοις, *in communibus conciliis*; ac prout dictos a Macedonibus *Synedros*, quod nuper [a] alibi monui, obseruat [b] Liuius. Sed de quibus urbium Κοινοῖς alius occurret dicendi locus. Ad hanc autem ΠΡΩΤΗΣ, seu *Prima Tripolitarum* in Phœnicia appellationem referri potest similis prærogatiuæ exemplum, in pluribus vicinæ CAESAREAE in Palęstina nummis; in quibus, neque sub uno Imperatore percussis, & quales sunt a præstantibus Antiquariis iam vulgati, eadem inscribitur COL. PRIMA FLA. AUG. CAESAREA *Colonia Prima Flauia Augusta Cæsarea.*

Serm. Sacr. p. 614.

a Orbis Roman p. 425.

b Lib. XLV. c. 42.

2. *De diuerso* primatu *urbium*, ac ΠΡΩΤΗ Lesbi Mytilenę, *in nummo.*

Adeo ut ex iis, quae de illa *Primatus* id genus urbium appellatione hactenus diximus, id omnino tenendum sit, haud unam, cur eam in nummis antiquis adsumant, nec unius etiam gentis ciuitates, rationem exstitisse. Mitto eam, iuxta quam urbs aliqua subinde ratione antiquitatis, magnitudinis, celebritatis, virium, aut rerum gestarum gloriae, ΠΡΩΤΗ alicuius gentis dicebatur, quæ ex variis, liberis alioquin populis nec alteri obnoxiis, constabat: quomodo Athenæ, πρώτη καὶ περισσοτάτη, *prima & antiquissima* vel *honoratissima* (pro recepta simili postremæ huius vocis significatione) *urbium Græciæ* ab Aristide dicitur; ac alibi ab eodem, quod ea urbs sub Romanis etiam τὰ περισσεῖα πάντες ἔχει τῆς Ἑλλάδος, *totius Græciæ primas tenet.* Ita de ordine seruato Urbium aut Populorum Græciæ, qui fortiter contra Persas pugnarant ad Platæas, & quorum nomina incisa in signo Jouis ab iisdem populis dedicato in Olympia, apud Pausaniam legitur: Λακεδαιμόνιοι μὲν ΠΡΩΤΟΙ, μετὰ δὲ αὐτοὺς Ἀθηναῖοι, *Lacedæmonii quidem* PRIMI; *post illos autem Athenienses &c.* Quomodo *Cnossus*, libera adhuc Insula, de *primatu* cum reliquis Cretę urbibus contendisse a Diodoro dicitur; & quidem ob splendorem ciuitatis, educationem Jouis, ac Minois principatum. Haud aliter ac Insula *Delus*, ob Latonæ in ea partum, ac inde Apollinis natales, dicta apud Callimachum τὰ πρῶτα φέρεσθαι, *primatum ferre*; ac dein ἐν πρώτοις λέγεσθαι, *inter primas Insulas referri.* Qua ratione etiam MYTILENE *prima* alterius nobilis Insulæ, LESBI nempe, dicitur in veteri & præclaro nummo, quem vulgauit vir impenso in has antiquitates studio, quod mihi coram olim constitit, deditus, P. Seguinus. Qui summæ venustatis nummus nunc exstat in cimeliis Gallorum Regiis, inde etiam inter maximos eius nummos æri incisus, cum epigraphe, ΠΡΩΤΗ ΛΕCBOΥ ΜΥΤΙΛΗΝΗ. Neque enim, ut de *Samio* mox dicetur, una, sed plures illius Insulæ Lesbi, præter notam *Mytilenem*, ciuitates; quales nouem exstitisse tradit Plinius, sed ita ut tres tantum suo æuo restarent, *Eresus*, *Pyrrha*, & *Mytilene*; sex reliquis vel mari hausis, vel terræ motu subuersis, aut alia ratione deletis, ac inter eas proinde *Methymna.* Cuius tamen *Methymnæ*, ac proinde restitutæ, ut obiter hoc addam, fidem utique faciunt aliquot etiamnum urbis illius nummi Gazæ Gallorum Regiæ ac Mediceæ, sub Seuero, Caracalla, Geta, & Alexandro Seuero cusi, cum Palladis, Victoriæ, Fortunæ, Jouis, aliisue typis, & e quibus aliquot iam protulit celebris Antiquarius, cum epigraphe MHΘΥΜΝΑΙΩΝ. Duos insuper cum eodem illius urbis nomine, & sub L. Vero &

Pamphil. pag. 318.

Gratul. in Smyrn. p. 466.

Lib. V. p. 332.

Hym. in Del. l. 4. ibid. v. 16.

Lib. VI. c. 31.

Vaillant. de Num. Græc. Imper.

Com-

Commodo cuſos, e Ligorio, ſed cuius lubrica ſubinde in his fides, adduxit ad Stephanum doctiſſimus Holſtenius. Earundem vero *Lesbi* urbium *maxima* dicitur ab eodem [a] Strabone *Mytilene*; omnium inſuper rerum prouentu bene inſtructa; ac præterea quæ tulerit viros inſignes, Pittacum, Alcæum, admirabilem Sappho, alioſque. Hinc eadem urbs non a Pompeio ſolum in libertatem adſerta, ut a Velleio & [b] Plutarcho traditur, ſed ſub Romanis etiam Imperatoribus *libera*, uti a [c] Plinio dicitur, ac inſuper a [d] Dione Chryſoſtomo. Ut haud mirum proinde ſit, ſi earum *Lesbi* urbium *Prima* dicatur in memorato modo nummo *Mytilene*: cuius plures & præclari cuſi ſub Romanis Imperatoribus nummi, iique adhuc in præſtantibus Cimeliarchiis vel Muſeis ſuperſtites, eiuſdem urbis celebritatem etiamnum oſtentant. Quamquam exortas quoque inter *Lesbios*, & quidem hoſce *Mytilenæos*, iiſque, ut ibidem liquet, haud inſuetas ſeditiones, tangit alicubi Ariſtides, ac Rhodios hortatur, ne iidem τὰ Λεσβίων καὶ Μυτιληναίων κακὰ, *Lesbiorum & Mytilenæorum mala* imitari inſtituant. Non vero in memoriam diſſenſionis alicuius, ſed *Concordiæ* ab hiſce *Mytilenæis*, cum nobiliſſimis ac primariis continentis Aſiæ urbibus, *Pergamenis*, *Sardianis*, *Epheſiis*, & *Smyrnæis* ſancitæ, percuſſum eſſe hunc nummum, ſignata in eo Numinum illarum urbium Tutelarium, Aeſculapii, Cybeles, Dianę Epheſiæ, & duarum Nemeſium, ut mox ex elegantiſſimi illius nummi conſpectu patebit, ab utroque nummi latere ſimulacra luculenter oſtendunt, additaque inſcriptio ΟΜΟΝΟΙΑ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ *Concordia Mytilenæorum.*

Not. pag. 207.
[c] μεγίστη πόλις lib. xiii. p. 617.
[a] Lib. xiii. c. 18.
[b] In Pompeio p. 641.
[c] Lib. v. c. 31.
[d] Orat. xxxi. p. 347.

Orat. Rhodiac. p. 400.

3. *De* Samiis ΠΡΩΤΟΙΣ ΙΩΝΙΑΣ *in eorum nummis.*

Quomodo non totius quidem Proconſularis Aſiæ, ſed nobiliſſimæ eius regionis, ΙΟΝΙΑΣ nempe, ΡΡΙΜΟS ſe inſcribunt inſularesitidem Samii, in [a] nummis ſub Gordiano, Traiano Decio, aut Philippo demum cuſis, & de quibus facta eſt [b] alibi a me mentio: nempe ΣΑΜΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΙΩΝΙΑΣ, *Samiorum Primorum Joniæ*. Haud mirum vero, ut obiter hoc tangam, quod Inſulares *Samii* ibi dicantur *Primi Joniæ*: quum non plures equidem, ut in dicta modo *Lesbo*, ſed una tantum eſſet urbs in ea Inſula, ſicut in *Chio*, *Coo*, *Andro*, *Teno*, ut id e Galeno iam ante monui. Accedit antiqua eiuſdem urbis gloria & celebritas, ac inter alia, ob Junonis Samiæ apud eos fanum, omnium, quæ [c] Herodotus vidit, ampliſſimum, ac ſolemnem Deæ in eo cultum. Unde eidem Templo, & ſolemni quidem publici Græcorum Concilii, Amphictyonum nempe decreto, Aſyli ius, ut apud [e] Tacitum legitur, fuit ab antiquo adſertum. Equidem eximium quoddam huius urbis, (neque enim aliam, ut modo diximus habuit hæc Inſula) decus abunde adſtruit, quod ab Herodoto rurſus, ubi eam a Dario olim euerſam dixiſſet, addatur continuo magnificum illud eius elogium: πολίων πασέων ΠΡΩΤΗΝ Ελλήνιδων καὶ βαρβάρων, *urbium omnium* ΡΡΙΜΑΜ *Græcarum & Barbararum*. Ut ea proinde ætate illa inſignis alioquin horum *Samiorum*, ceu ΡΡΙΜΟΡΥΜ ΙΟΝΙΑΣ, quam dicti nummi iis tribuunt, laus, longe etiam fuiſſet infra eiuſdem urbis eminentiam. Eandem vero *Primorum Joniæ* prærogatiuam iis adſcribit pridem Pericles; qui deuictis a ſe diuturna obſidione *Samiis*, pro concione Athenis gloriatus, vocat eos ΤΟΥΣ ΠΡΩΤΟΥΣ καὶ δυνατωτάτους ΤΩΝ ΙΩΝΩΝ, ΡΡΙΜΟS *& potentiſſimos* ΙΟΝΥΜ. Unde etiam poſtquam eadem *Samos* Romani iuris eſt facta, inter alia ſubleuatæ a fratre Q. Cicerone, qui tum ei præerat, Aſiæ decora, memorat Tullius, facta ibi quoque, ut iam antea vidimus, *Halicarnaſſi* mentione: *unam* ΙΟΝΙΑΣ ΝΟΒΙΛΙSSIΜΑΜ, *alteram Cariæ*, ΣΑΜΥΜ *& Halicarnaſſum*. E quibus autem idonea lux, ut opinor,

[a] in Gaza Reg. Gall.
[b] Obſeru. ad Callimach. p. 361.
[c] de Medicam. Facult. lib. ix.
[d] lib. iii. cap. 60.
[e] Annal. iv. c. 14.

Lib. iii. cap. 139.

Plutarchus in Pericl. p. 167.

Lib. i. ad Q. Fratern. Ep. i. c. 8.

opinor, accedit dictis SAMIORUM nummis; quibus obsoletam veluti antiquam insularium illorum gloriam, sequutis etiam ętatibus renouare iidem voluerint. Neque vero alienum erit ab hoc loco, aut lectori, ut opinor, ingratum, si duorum illorum insignium nnmmorum, etsi vulgatas iam, sed non omnibus obuias icones hic subdam, MYTILENÆORUM nempe & SAMIORUM, in quibus utrique PRIMOS se LESBI, vel JONIÆ venditant.

VI. *De* SMYRNÆ PRIMATU *peculiari in Nummis & Marmoribus.*

Ad quem autem non ordinis adeo, quam aliorum loci decorum *Primatum* referri itidem debet illud, quod in præclaro SMYRNÆORUM nummo, ac in tribus præterea Inscriptionibus antiquis legitur, elogium, idque velut urbium *Asiæ*, Proconsularis nempe, *maximæ pulcherrimæque*. Hoc enim prædicat insignis omnino illius urbis nummus sub Caracalla cusus, quem in incomparabili Gaza Gallorum Regia versare haud semel mihi contigit, hic quoque, quod pridem intenderam, conspiciendus: etsi prostet ille inter sculptos nouissime & vulgatos maximos Gazæ illius nummos, præstantissimi Begeri nostri, nunc τῦ μακαρίτυ studio, industria vero eius ex sorore nepotis & successoris, Henrici Scot æri inciso. Inscriptus nempe ille, CMYPNAIΩN ΠΡΩΤΩΝ ACIAC Γ NEΩKOPΩN TΩN CEBACTΩN KAΛΛEI KAI MEΓEΘEI, *Smyrnæorum Primorum Asiæ Ter Neocororum Augustalium Pulchritudine Et Magnitudine.*

Exstant vero inter Marmora Oxoniensia tres Inscriptiones, inde, ac diuersis quidem locis, diuulgatæ; in quibus idem omnino decus, *Primæ Asiæ Pulchritudine & Magnitudine* sibi vindicant *Smyrnæi*; addito insuper *Metropoleos Asiæ* in genere titulo, eademque, quæ in adducto nummo, *Ter Neocori*, aut *Neocororum Augustalium* appellatione. Quod e sequenti unius e tribus illis inscriptionibus conspectu fiet continuo manifestum: Η ΠΡΩ-

Η ΠΡΩΤΗ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ ΚΑΙ ΛΑΜ ΠΡΟΤΑΤΗ ΚΑΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΚΑΙ Γ ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΑ ΔΟΓΜΑΤΑ ΤΗΣ ΙΕΡΩΤΑΤΗΣ ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ ΚΑΙ ΚΟΣΜΟΣ ΤΗΣ ΙΩΝΙΑΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΟΛΙΣ. Ibidem p. 277.

Prima Aſiæ Pulchritudine Et Magnitudine Et Splendidiſſima Et Metropolis Et Ter Neocoros ſeu *Æditua Auguſtalium Secundum Decreta Sanctiſſimi Senatus Et Ornamentum Joniæ Smyrnæorum Ciuitas.* Eadem leguntur omnino in reliquis duabus Inſcriptionibus horum Marmorum; niſi quod in priori, poſt Pag. 47. P. I. vocem *Metropolis* additur *Aſiæ* nomen, ut antea vidimus, nempe ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ. De ætate quod adtinet earum Inſcriptionum, nihil certi ex iis poteſt exſculpi; niſi quod ex addito in ea, quam adtulimus *Heliodori Antinoenſis & Smyrnæi Pancratiaſtæ* quod ibi legitur, nomine, liceat colligere, poſt Antinoi demum, Hadriani catamiti, fata, ac inde urbem *Antinoeam* eius nomine conditam, erectum illud Marmor. Ad primum vero ex iis, ut ætatem inde eius eruat, notauit vir eruditiſſimus, ideo quod ibi „ Smyrna Τῆς Νεωκόρου dicitur, illud eſſe Gallieno, poſt quem nullæ urbes In Not. ad Marm. Oxon. pag. 69. „ dictæ ſint amplius Νεωκόροι, antiquius, Hadriano vero recentius, ſub quo „ *Bis* tantum *Neocoros* fuerit Smyrna. Quum autem ſub M. Aurelio & L. „ Vero eadem urbs ſit terræ motu collapſa, quo antiquæ eius pulchritudini „ ac magnitudini fuerit, ut credere licet, detractum; omnium autem Aſiæ „ Metropoleon Primam Epheſum Edicto ſuo ſanciuerit Antoninus, inde Mar- „ mor illud, quo eadem Smyrna ſe *Primam*, ut id alii ſint interpretaturi, „ *Aſiae Metropolim* gloriatur, circa initia Antonini Imperatoris poſitum ſta- „ tuendum videri. Quæ autem ſingula, ut cum pace viri eruditi dicam, e petitis ex hac ipſa nummorum penu aut aliunde ſubſidiis penitus corruunt. Primo, neque enim, quod ibi e doctiſſimi Seldeni adnotatione ad aliud Mar- Pag. 98. P. I. mor traditur, poſt Gallienum deſierunt ciuitates Νεωκόροι appellari: quum inter cimelia Reginæ Chriſtinæ nummus ſit Claudii Gotthici, a me dum ea Romæ verſarem, deſcriptus, idemque a celebri Antiquario nuper memoratus, Vaillant Num. Græc. Imper. p. 189. in quo *Cyzicenis* idem adhuc titulus tribuitur: nempe CTP. A. CEΠT. ΠΟΝΤΙΑΝΟΥ Β ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Prætore Lucio Septimo Pontiano Bis Neocororum.* Secundo, non ſub Hadriano ſolum dictos eſſe *Smyrnaeos Bis Neocoros*; quum in ſequentium dein Imperatorum Commodi, Caracallæ, Alexandri Seueri nummis, quod paullo ante vidimus, eodem etiam titulo ii ſint inſigniti. Quod vero terræ motum ſpectat, quo non, ut ibi dicitur, ſub M. Aurelio & Vero; ſed, quod vel ex Ariſtide, de quo mox, & Euſebio conſtat, decem annis circiter poſt Veri obitum, & adſcito iam ante Chron. P. II. p. 170. a M. Aurelio in imperii conſortium filio Commodo, collapſa eſt Smyrna; id equidem certum, vel ex Ariſtidis *Monodia*, qua ingentem illam Smyrnæ calamitatem tragice admodum deplorat, ceu eam cum omnibus ſuis decoribus ac ornamentis funditus veluti ſubuerſam. Verum vel ex illa, quæ mox ſequitur, eiuſdem Oratoris de *Smyrna* Palinodia, & quæ eam excipit, *Gratulatione Smyrnæa*; ubi in priore de eadem agit ſingulari Imperatorum, M. Au- Palinod. pag. 465. 466. T. I. relii nempe & Commodi munificentia, ac impenſo Græcarum in Aſia ciuitatum ſtudio & ſumptibus, in ea reſtituenda, additur; quod ſenes adhuc eam priſtino ornatu præditam, iuniores talem ſint mox habituri, qualem parentes

Pag. 742. T. I. incoluerant. In altera autem coram Commodo Imperatore habita, id de Smyrna reſtaurata prædicat; ut quum prior, nempe ante eam nupero terræ motu collapſam, *pulchritudinis exemplum urbs videretur*, ἔδοκεν καλλους ὑπόδειγμα ἡ πόλις εἶ male id creditum fuerit: *tunc etenim*, quod addit, *urbes alias, nunc ipſa propemodum ſe ipſam vicit*, τότε μὲν γὰρ τὰς ἄλλας πόλεις, νυνὶ δ' αὐτὴ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, ἑαυτὴν νενίκηκεν. Adeo ut ſequutis Caracallæ temporibus, idem illud, quod in memoratis inſcriptionibus legitur, priſtinum decus, & cum noua velut acceſſione tueretur: ut nempe *pulchritudine* iuxta & *magnitudine Prima Aſiæ*, ſicuti in memoratis Inſcriptionibus, dicatur in prolato paullo ante nummo eadem *Smyrna* Ut proinde veterem prioris illius urbis laudem, quam

Ibidem. pag. 477.

Lib. XIV. pag. 646. ei Strabo ſuo æuo tribuit, καὶ νυνὶ ἔτι καλλίστη πασῶν, *nunc eſt omnium pulcherrima*; aut ſub Diuis Fratribus, ac proinde paullo ante eandem collapſam, Lu-

In Imaginib. cianus: Ἰωνικῶν πόλεων καλλίστην Σμύρναν, *Jonicarum urbium pulcherrimam, Smyrnam*, mereri adhuc illa potuerit: ſeu quod de eadem ait in dicta paullo ante

Ariſtid pag. 478. Tom. I. Gratulatione Orator Smyrnæus: καὶ δὴ τῇ τε Ἰωνίᾳ καλῶς ὁ στέφανος σέσωται, ΗΤΕ ΑΣΙΑ τὸ πρέσβημα ἀνεκόμισεν· *quin & Joniæ præclare ſua corona eſt ſeruata, &* ASIA *decus recuperauit ſuum.* Immo prout eam pulchritudinis huius urbis prærogatiuam ita extollit, qui poſt eam euerſam ac reſtitutam vixit, Philoſtratus;

Vit. Apoll. lib. IV. cap. 11. p. 161. ut de ea dicere non dubitauerit, *etſi enim eſt pulcherrima urbium, quotquot ſunt ſub Sole*, καὶ γὰρ εἰ καλλίστη πόλεων, ὅσαι ὑπὸ Ἡλίῳ εἰσί. Quibus utique ea, quam ſibi tribuunt in adducto nummo, memoratique Inſcriptionibus, poſt urbem terræ motu, uti mox dicetur, ſubuerſam, Marmoribus Smyrnæi, *Primæ in Aſia pulchritudine, & Ornamenti Joniæ* laus, haud parum illuſtratur. Neque vane etiam *Metropoleos Aſiæ* titulum adſumunt in iiſdem eorum Marmoribus *Smyrnæi*, quo tempore plures conſtat, & qua de re iam ante egimus, *Aſiæ Metropoles* appellatas, immo inter quas vel præcipuam, iuxta *Epheſum*, fuiſſe illam conſtat. Neque tamen *Primae Metropoleos* ſibi in iis prærogatiuam tribuit; ut proinde, quod opinatur dictus eorum Marmorum interpres,

Not. ad Marm. Oxon. p. 69. ante Antonini Edictum; quo ſcilicet ille Epheſum omnium Aſiæ Metropolim Primam ſanciuerit, atque ita ſub initium eiuſdem Antonini, Marmor illud poſitum cenſeri continuo debeat. In qua equidem notatione id primo aduertendum venit, non fuiſſe *Antoninum Pium*, ut omnino ibi ſtatuere videtur vir eruditiſſimus, ſed quod ſupra iam vidimus, *Antoninum Caracallam*, a quo memoratum illud ab Ulpiano de Aſiæ Metropolibus ac Epheſo Edictum ſeu Reſcriptum prodiit; nec illo inſuper, etſi id ab aliis etiam eruditis traditur, *Primam e Metropolibus Aſiae Epheſum* conſtitui & promulgari; ſed, quod iam ante oſtendimus, hoc demum, ut Proconſul mari ad regendam Aſiam miſſus, ex eius Metropolibus, quales erant aliquot maritimæ, Epheſum primam adtingeret. Unde haud una etiam de cauſſa, neutiquam eſt opus, ut ad Antonini, nempe Pii, initia tempus illius inſcriptionis, qua ſe *Primam Aſiae Metropolim* venditaret *Smyrna*, quod nuſpiam ab ea factum legimus, a viro eruditiſſimo referretur. Immo a quo tempore ſatis recedit vera illius Inſcriptionis, ac duarum præterea reliquarum ætas, cum eadem *Smyrnae*, ut vidimus, laude. Quod adductus ſupra & cuius ſub Antonino Caracalla nummus, cum eodem omnino *Smyrnae Primae Aſiae Pulchritudine Et Magnitudine, Ac Ter Neocori Auguſtalium* elogio luculenter omnino conteſtatur.

VII. *De* ΠΡΩΤΗΣ *&* ΔΕΥΤΕΡΑΣ, Primæ & Secundæ *appellatione, in* MACEDONUM *Nummis.*

I. *De nummis, in quibus* MAKEΔΟΝΩΝ ΠΡΩΤΗΣ *legitur.*

Alia vero, ut hoc adhuc tangam, huius vocis ΠΡΩΤΗΣ legitur in antiquis nummis appellatio; qua non urbis quidem alicuius, quocunque tandem iure ac titulo, ſed ipſius Regionis vel Prouinciæ in plures partes, quod ſupra iam vidimus, diuiſæ PRIMATUS velut innuitur. Cuius rei exempla ſuppeditant vulgati iam a præſtantibus [a] Antiquariis MACEDONIÆ nummi; iique vel cum Clava Herculis in corona querna, ſolito in priſcis Regum Macedonum (Heraclidarum quippe) nummis typo: vel cum Cerere, quæ utraque manu tedam accenſam geſtat, Tauro vecta, & inſcriptione, MAKEΔΟΝΩΝ ΠΡΩΤΗΣ, *Macedonum Primae.* Idque inde, ut iam a [a] viris præſtantibus e [b] Liuio monitum; quod a Paullo Æmilio, poſt debellatum Perſea, & ſubactam Macedoniam, eadem fuerit in quatuor regiones diuiſa. Unde Macedonum nummi cum eo ΠΡΩΤΗΣ nomine inſcripti, in *prima* earundem quatuor regionum parte percuſſos eoſdem arguunt: quæ, iuxta eundem Liuium, quidquid agri inter Strymonem & Neſſum (alii *Neſtum*, iuxta nummos, & [c] antiquiores Plinii, Solini, ac Martiani codices, qua de re alibi, *Meſtum*) Biſalticam præterea omnem cum Heraclea occupabat, regionis autem caput ſeu Metropolim AMPHIPOLIM habuit. Unde etiam in eadem *Amphipoli* cuſum illum nummum, cum ea MAKEΔΟΝΩΝ ΠΡΩΤΩΝ appellatione, qui Cererem Tauro vectam, & cum accenſis in utraque manu tedis exhibent, & cuius ſequentem iconem adduxit Goltzius, licet continuo ſtatuere.

a Goltz. Græc. Tab. xxii. Patin. Theſ. Num. p. 18. Beger. Theſ. Brandenb. Vol. I. pag. 481. Nonnius ad Goltz. Græc. pag. 122, 124. Begerus ut ſupra.

b Lib. xlv. cap. 29.

c Vid. Salm. ad Solin. p. 111. Harduin. Not. & Emend. ad Plin. Tom I. p. 508.

Quomodo alioquin Bos paſcens, vel Taurus cornupeta; & Cereris itidem caput ac ſpicæ, ob fertilitatem nempe vicini huic urbi agri, qui *multas frugum proprietates* habere a Liuio dicitur, ſpectantur in aliis horum *Amphipolitarum* nummis; tum inſuper eadem Ceres cum teda, in nummo M. Aurelii, in Regia Gallorum Gaza. Ne iam illud præteream, non Cererem quidem cum accenſis facibus, iuxta obuium eius in priſcis nummis typum, ſed Europam Tauro ſimiliter vectam conſpici in nummis Auguſti, Tiberii, & Fauſtinæ Junioris, cum eodem nomine AMΦIΠOΛITΩN· ſed quos ad alteram in Syria *Amphipolim*, eamque ad Euphratem ſitam, quod non aduertit [a] vir eruditiſſimus, referendos vidit iam [b] celebris Antiquarius. *Thapſacum* vero antiquo, iuxa [c] Strabonem, ad Euphratem ponte, ac præterea mercium in eam deportatione celebrem, dictam prius hanc *Amphipolim* docebit [d] Plinius: *At in Syria oppida Europum, Thapſacus quondam, nunc Amphipolis.* Ut mirari proinde ſubeat, quod ſub Traiano adhuc memoretur a Goltzio nummus, inſcriptus, ΘAΨAKHNΩN THC IEPAC KAI ACYAOY, *Thapſacenorum Sacræ*

Lib. xlv. c 40.

a Harduinus Num. Urb. Ill. pag. 40.

b Vaillant. Num. Græc. Imp. p. 3 5. &c.

c Lib. xvi. p. 747, 766.

d Lib. v. cap. 24.

e In Theſauro.

In Peripl. Ciliciæ.

cræ Et Inuiolatæ. Mitto quod apud Scylacem, cognominis in Cilicia fluuii, *Thapſaci* nempe dicti fiat mentio. Id vero de Macedonica *Amphipoli*, in qua ſuperiorem nummum, cum MAKEΔONΩN ΠPΩTHΣ nominibus, percuſſum ſtatuimus, obiter dicendum eſt; non eam ſequiori æuo *Primæ Macedoniæ* caput ſeu *Metropolim* remanſiſſe: adeo etiam, quodcunque fatum illius urbis fuerit, ut demum in viceſimum ſecundum locum *Primæ Macedoniæ* reiecta occurrat in antiqua Notitia Eccleſiaſtica, ac ubi male Ἀμφίπ@ pro Ἀμφίπολις, ut id eſt ibi in margine iam a viris doctis adnotatum, dicitur.

Pag. 19. ult. edit.

2. *De nummo, in quo* MAKEΔONΩN ΔEYTEPAΣ.

Sicut vero minus ſingulares ſunt hi Macedonum nummi, qui ΠPΩTHΣ ſeu *Primæ* eorum regionis nomen oſtentant; ita notabilis omnino a me nuper [a] alibi memoratus, quem Smyrna, cum præclaris aliis cimeliis, ad ſe tranſmiſſum mihi indicauerat illuſtris amiciſſimuſque Cuperus, cum inſcriptione MAKEΔONΩN ΔEYTEPAΣ, *Macedonum Secundæ*, nempe regionis, quæ, iuxta [b] Liuium, inter Strymonem & Axium fluuium ſita, caput haberet THESSALONICAM. Quæ urbs dein ſequutis ætatibus, non utriuſque ſolum *Macedoniæ, Primæ* & *Secundæ*, in quas diuiſa demum eadem legitur; ſed totius *Illyricæ Macedoniæ* dictæ, ſeu Illyrici Orientalis *Metropolis* exſtitit. Quod equidem non e Notitiis ſolum Eccleſiaſticis, ſed ex Actis primi Concilii Nicæni, adde & e [c] Theodoreto inſuper conſtat; in quibus ſimul *Primæ* illius & *Secundæ*, e quibus tum conſtituta erat *Macedonia*, facta occurrit mentio, & aliarum inſuper gentium, quarum Metropolis foret Theſſalonica. Ita enim in iis [d] Actis Nicæni Concilii, ac proinde iam Conſtantini Magni ætate, Gelaſius Cyzicenus, cuius ea de re verba adduxit in [e] Geographia Sacra Cl. Carolus a S. Paulo: Ἀλέξανδρ@ Θεσσαλονίκης ἀφ' τῶν ὑπ' αὐτὸν τελούντων τὸς χ^ν MAKEΔONIAN ΠPΩTHN KAI ΔEYTEPAN σὺν τῇ Ἑλλάδι, τὴν τε Εὐρώπλν πᾶσαν. &c. *Alexander Theſſalonicæ per eos, qui ſunt ſub ipſius poteſtate,* MACEDONIÆ PRIMÆ & SECUNDÆ, *cum Græcia omnique Europa*, qua poſtrema voce non *Thracia* in genere, ut ibi vir præclarus modo laudatus, ſed ſex Thraciæ prouinciarum ultima, eo *Europæ* nomine, ut vel ex Ammiano Marcellino liquet in Thraciarum deſcriptione, eſt appellata. Qua ratione etiam factum, ut ſingulari priuilegio Theſſalonicenſi Eccleſiæ, ob amplitudinem iuris illius Metropolitici conceſſa ſit peculiari Theodoſii Junioris [a] conſtitutione, quæ in utroque Codice legitur, a tributis immunitas. Ciuilibus autem & politicis formis, ut in [b] Concilio Calchedonenſi traditur, Paroeciarum ſeu Eccleſiarum ordinem confirmatum ſat liquet. Proximis equidem temporibus in plures Prouincias, & quidem ſex, iuxta [c] Notitiam Imperii, diuiſa fuerat Illyrica nempe Macedonia, ac inde ſedes illius ſeu Primatus Illyrici *Theſſalonica*. Ita tamen, ut miſſis quatuor ex iis, Achaia, Creta, Epiro Vetere & Noua, proprio *Macedoniæ* nomine duæ tantum cenſerentur *Prima* & *Secunda*, ut vel ex Notitiis Eccleſiaſticis earundem ætatum liquet; quarum poſtrema *Salutaris*, ad inſtar *Phrygiæ* & *Galatiæ Salutaris*, eſt appellata. Cuius autem *Salutaris Macedoniæ*, ut obiter hoc addam, & cuius pars [d] ad Daciam ſpectabat, primaria urbs male Στόλοι pro Στόβοι in iiſdem [e] Notitiis etiamnum legitur; ſicut vitioſe, ut olim vidimus, apud Stephanum, Στόβ@. Nota enim vel ex Nummis urbs Macedoniæ *Stobi*, eademque MUNICIPIUM STOBENSIUM in iis appellata; ac inde a [f] Plinio de Macedoniæ urbibus, *Pella Colonia, ciuium Romanorum Stobi*, ad denotandum *Coloniæ* & *Municipii* diſcrimen.

Lib. XXVII. cap. 4.

a Leg. XXXIII. C. Th. de Anno. & Tri. ut Leg. XII. C. Juſt. eod. & Leg. VII. C. de Sacr. Eccleſ.

b Can. XVII. Concil. Calch.

c Notit. Præf. Illyrici.

d Notit. Imp. Ibid.

e Pag. 21. ult. edit.

f Lib. IV. cap. 10.

crimen. Quomodo cæteroquin *Theſſalonicam* quod adtinet, eandem iam ante, non totius quidem Illyrici Orientalis, ſed Macedoniæ ita olim dictæ *Metropolim* exſtitiſſe ſub anterioribus Imperatoribus, vel ex præclaris eiuſdem urbis nummis liqueat: qualem Saloninæ Gallieni coniugis primus in lucem protulit, Triſtanus, inſcriptum ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΗΙ ΜΗΤΡ. ΚΟ. Β. ΝΕ ΑΚΤΙΑ, *Theſſalonica Metropolis Colonia Bis Neocoros Actia.* Unde fide ac auctoritate huius & gemini ſub Valeriano & Gallieno nummi, ab eodem Valeriano demum hanc urbem utroque illo *Metropoleos* & *Coloniae* titulo ac iure ornatam, ſtatuit alter [b] celebris Antiquarius. Quum tamen exſtaret vulgatus iam ante a Cl.[c] Patino nummus in Gordiano, cum ſolitis ludorum apud Græcos ſymbolis, & inſcriptione ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΕΩΝ ΜΗΤΡ. *Theſſalonicenſium Metropoleos.* Similem vero Gallieni nummum, cum ſolito ludorum typo, & in quo ΠΥΘΙΑ non ſolum, ſed ΑΚΤΙΑ etiam inſcribuntur, obſeruare nobis licuit inter cimelia illuſtris Equitis Aurati Trombal, hinc cum Gallieni effigie, illinc ΘΕCCΑΛΟΝΙΚΕΩΝ ΜΗΤΡ. ΚΟΛ. Β. ΝΕ infra ΠΥΘΙΑ ΑΚΤ. *Theſſalonicenſium Metropoleos Coloniae Bis Neocori Pythia Actia.* Quæ cæteroquin *Theſſalonica* non a Socrate ſolum *Macedoniae Metropolis*, ſed iam ante ab Euſebio dicitur in vita Conſtantini; ubi nempe ad ſolemnem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ dedicationem miſſos inſignes ex omnibus prouinciis Epiſcopos memorat: Μακεδόνες μὲν γὰρ τὸν τῆς παρ' αὐτοῖς Μητροπόλεως παρέπεμψαν, *Nam & Macedones ſuae Metropoleos Epiſcopum miſerant*: ad quem locum, id de Alexandro ciuitatis Theſſalonicæ Epiſcopo intelligendum, quique Synodo Tyrenſi interfuerit, monuit doctiſſimus Valeſius: adde, de quo ſupra in Actis Concilii I. Nicæni mentionem a Gelaſio Cyziceno fieri paullo ante vidimus. De eadem vero *Theſſalonica* Antipater ipſe Theſſalonicenſis, uti ſubinde in aliis eiuſdem Anthologiæ locis inſcribitur, & hoc ipſo Epigrammate indicat:

a Tom. III. p. m.

b Vaillant. de Colon. Imper. P. 232. 241. & 246. Tom. II. Edit.

c Numiſm. Imp. pag. 299.

Hiſt. Eccl. lib. 1. cap. 16.

Vit. Conſtant. lib. IV. c. 23.

Annotat. p. 5.

Σεῖ με Θρηικίης σκυλητρίδα ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗ,
ΜΗΤΗΡ ἡ πάσης πέμψε ΜΑΚΕΔΟΝΙΗΣ.

Anthol. lib. 1. cap. xxvi. Ep. 5.

Tibi me, Thraciæ ſpoliatrix THESSALONICA, MATER *uniuerſæ miſit* MACEDONIÆ. Quamquam non a deuictis adeo Thracibus, quam Theſſalis, quod nomen ipſum docet, vocata ſit *Theſſalonica*; ut prout a Juliano Imperatore in Encomio Euſebiæ Auguſtæ, Conſtantii nempe coniugis, illiuſque Theſſalonicenſis, dicitur: ἡ πόλις ἐκείνη, ἣν ἀνέφατον ὅσον ἡττήσαντες, ἔοικα, Θετταλῶν τῆς κατ' ἐκείνων ἐπωνύμου νίκης, *urbs illa, quam victis, ut opinor, Theſſalis extruxerunt Macedones, indito eidem ab illorum victoria nomine:* & quæ Auguſtæ illius patria, *urbs Macedoniæ Metropolis*, πόλις ἡ μητρόπολις τῆς Μακεδονίας, paullo poſt innuitur.

Orat. III. pag. 107. ult. Edit.

Ibidem pag. 110.

3. *De* Pella *Tertiæ* Macedoniæ *Regionis* Metropoli.

Dictam vero a [a] Liuio, ut hoc addam, *Tertiæ* Macedoniæ *caput*, PELLAM, eamque vel ſolis Pellæi Herois natalibus abunde nobilitatam, & quondam Macedoniæ Regum ſedem, ſeu, ut de ea [b] Strabo, *velut Metropolim*; ac inde ſub Romanis *Auguſtanam*, ſeu deductam ab Auguſto, ſub *Juliæ Auguſtæ* cognomento, Coloniam, plures exhibent Cæſariani nummi, a me olim, ac ab aliis dein præſtantibus Antiquariis deſcripti, cum dicta inſcriptione COL. JUL. AUG. PELLA, *Colonia Julia Auguſta Pella.* Sicut vero urbem illam *in tumulo*, iuxta [c] Liuium, ſitam, abunde ex iiſdem eius nummis argui cum figura nuda rupi inſidente, ad Juliani Cæſares olim monui: ita & aliud

a Lib. XLV. c. 29.

b Τὴν Πέλλαν ἔοικε Μητρόπολιν λέγειν lib. XVI. p. 752.

c Lib. XLIV. cap. 46.

Preuues p. 40. quoque minus obuium, de nomine Πέλλης inde ei indito adnotaui; traderte id Ulpiano ad Demosthenem, quod *Macedonum lingua* πίλας lapides *vocarent*, nempe: Ad Oration. de Falſ. Legat. p. 234. ed. Græc. Pariſ. ἐπὶ τὰς πίλας τὰς λίθους καὶ τὴν Μακεδόνων φωνήν. Unde, ut obiter hoc tangam, a voce illa πίλας, inuerſis litteris λα & πε, Latinorum totidem litteris *lapes* ſeu *lapis* formatus videri poteſt. Aliam vero ibidem tradit Ulpianus, huius nominis *Pellæ* originem; nempe a boue coloris cinerei, qui a Macedonibus πέλλης diceretur. Hinc illuſtratur utique Stephanus, qui de hac urbe *Pella* Macedonica obſeruat: Βουνόμος ἡ πρότερον ἐκαλεῖτο, καὶ Βουνομία. *Bounomus prius dicebatur, & Bounomia.* Quam autem poſtremam huius nominis *Pellæ* originem adſtruere forte poſſent veteres huius urbis nummi, hinc cum galeato Palladis capite, illinc cum *Boue paſcente* ſeu Βουνόμῳ, qualem adtulit iam olim Goltzius, & nos e locupletibus cimeliis Pembrochianis, in quibus eum videre nobis contigit, hic ad maiorem eius rei fidem diuulgamus;

Græc. Tab. xxii. n. 10.

Illud vero de hac *Pella* mirum utique videri poteſt, quod quum a Xenophonte vocetur alicubi *maxima urbium Macedoniæ*, μεγίστη τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεων, a Demoſthene tamen, haud ita multis poſt annis, de eadem & Philippo Macedone dicatur, ἐν Πέλλῃ τεκμήρια, χωρίῳ τι ὄντι ἀδόξῳ καὶ μικρῷ, *qui Pellæ fuerit educatus, loco tum ignobili & exiguo*, antequam nempe idem incrementa & ſplendorem fuiſſet ab eodem Philippo nactus. Quibus gemina in Strabonis Excerptis, & quaſi inde forent delumpta, leguntur: Τὴν Πέλλαν ὄντα μικρὰν πρότερον, Φίλιππος εἰς μέγα ηὔξησε, τραφεὶς ἐν αὐτῇ, *Pellam urbem prius exiguam Philippus plurimum auxit, in ea quippe educatus.* Eandem cæteroquin, etſi Alexandri patriam, nullum ſecundarum eius rerum fructum tuliſſe, nec uno quidem iugero ampliorem ab eo redditam tradit alicubi Themiſtius. Manſit tamen inde *Pella vetus Regia Macedonum*, uti ea a Liuio dicitur: ac a Scymno Chio, mediterranearum Macedoniæ urbium *iuxta Berrhoeam, nobiliſſima*,

Hiſtor. Græc. lib. v. cap. ii. § 12.

De Corona p. 146 ed. Græc. Pariſ.

Excerpt. lib. vii. pag. 330.

Orat. iv. pag. 55.

Lib. xlv. cap. 57.

Verſ. 614.

Η Πέλλα καὶ Βέρροια δ' ἐπιφυόμεναι·

Sub Romanis vero ſequutis ætatibus, etſi *Coloniæ*, & quidem *Juliæ Auguſtæ* nomine ac dignitate, quod ante oculos ponunt plures ſuperſtites eius nummi, iique ſub Hadriano, M. Aurelio, ac ſequentibus dein Imperatoribus percuſſi, ornata, a Lucano tamen, ſub Nerone proinde, *exiguæ Pellæ* nomine appellatur,

Lib. v. v. 52.

Exiguae ſecura fuit prouincia Pellae:

a Pomponio autem Mela, & iiſdem circiter temporibus, quod mireris, Macedoniæ urbium *Pella & maxima & illuſtris.* Plinius vero id unum de ea tradit, ubi Macedoniæ urbes enarrat, quod *Colonia* fuerit. A Dione vero Chryſoſtomo ſub Traiano, dicitur: *quod ſi quis nunc Pellam pertranſeat, ne ſignum quidem ullum viſurus ſit ciuitatis, ſed multas tegulas contritas eſſe in loco:* ὥστε νῦν ὅστις διέρχοιτο Πέλλαν, οὐδὲ σημεῖον ἴδοιτο πόλεως οὐδὲν, δίχα τῶν τοιχίων κέραμον εἰ συντετριμμένον. Cui accedit Lucianus, a quo, Marci proinde Aurelii

Lib. ii. cap. 3

Lib. iv. cap. 10.

Orat. xxxii. p. 402.

ætate

ætate, de eadem *Pella* dicitur; eam olim floruiſſe ſub Macedonum Regibus, *nunc autem a paucis iiſque humilibus incoli*, νυῦ ὑ ὀλίγες ϗ ταπεινὸς οἰκήτορας ἔχον. Quum tamen, ut modo innui, exſtent etiamnum ſub eodem M. Aurelio, ac dein ſub Caracalla, Elagabalo, Alexandro Seuero, Gordiano, Philippis cuſi cum varius typis, illius Romanæ Coloniæ, & quidem cum iiſdem ſplendidis *Juliae Auguſtae* cognominibus nummi; qui tantam hanc iiſdem temporibus ignobilitatem ab ea Magni Alexandri patria videntur hodie amoliri. Unde etiam, ut hoc addam, eandem adhuc videas in Notitiis Eccleſiaſticis, ſub Chriſtianis proinde Imperatoribus, in deſcriptione Primæ ſeu Conſularis Macedoniæ urbium, ſecundo loco poſt *Theſſalonicam Metropolim*, de qua paullo ante egimus, *Pellam* collocari.

In Pſeudomanti p. 751. Tom. I. ult. edit.

Notit. Eccleſ. pag. 19.

VIII. *De Nummo* MAΓNHTΩN EBΔOMH THC ACIAC, Magnetum Septima Aſiæ.

Ut vero *Primatus* dictarum paullo ante urbium, & quidem Proconſularis *Aſiae*, in monumentis nummorum antiquis, neque uno ex capite, facta eſt ſubinde, ut vidimus, mentio; ita haud omiſſa quoque in iis omnis inferioris aliarum in eadem prouincia urbium ordinis commemoratio. Quam in rem inſignis omnino cernitur, a nobis ſupra obiter ac olim primum indicatus, MAGNETUM in eadem Aſia nummus, cum ſingulari hac inſcriptione MAΓNHTΩN EBΔOMH THC ACIAC, *Magnetum Septima Aſiae*. Exſtat ille inter Gordiani Imperatoris nummos, a Cl. Patino, apud quem videre illum & adnotare mihi contigerat, dein vulgatus; poſtea illatus in Gazam Gallorum Regiam; ſicuti alius inſuper, quem inter præclara Ducis Vernolii cimelia cum eadem illa inſcriptione, ſed cum diuerſo typo, quondam inſpexeram. Quum vero memorabilis ſit omnino illa huius *Magnetum* nummorum inſcriptio; inde, ac ut liquidius lectori de ea conſtaret, utriuſque nummi icones ex immenſis illis Theſauris Regiis depromptas, ac laudata iam aliquoties clariſſimi Oudineti humanitate, & in tractandis hiſce quauis gemma potioribus, cimeliis ſtudio plane ſingulari, ad me, dum hæc prælo erant committenda, tranſmiſſas hic proferimus.

Numiſm. Imperat. p. 298.

Utriuſque vero illius nummi, qui exſtarent in theſauris illis Regiis, mentionem haud præteriit in deſcribendis Græcis Gordiani nummis celebris Antiquarius; ſed ubi nollem ab eo monitum, *Septimam* nempe *Aſiae* ibi dici *Magneſiam*, quod ex tredecim urbibus Commune illius prouinciæ conſtaret: verum qua in re præeuntem habuerat eruditum Auctorem de nummis urbium antiquis illuſtratis. Iſtud enim de *Joniæ Communi* ſeu *Panionio*, quod antea vidimus, ac e XIII. urbibus conſtabat, ad quas vero neutiquam ſpectabta *Magneſia*, ſiue quæ *ad Mæandrum*, ut mox ea de re, ſiue quæ *ad Sipylum*,

Vaillant. Numi Græc. Imper. pag. 151.

Harduin. p. 75.

pylum, dicebatur: neutiquam vero de *Communi Asiæ*, cuius pars tantum erat illud *Ionum Commune*, & quod e longe maiori utique urbium numero, ut vel ex ante dictis de Proconsularis huius Asiæ ciuitatibus liquere potuit, constabat. Ut vero præclaris illis duobus nummis lux aliqua, & quam a me, etsi necdum ea de re egeram, iis iam impertitam tradidit pridem Cl. Patinus, adferatur; primo de qua *Magnesia* ii sint intelligendi; ac dein quo iure aut titulo *Septima Asiae* eadem in iis dicatur; ac de ordine aliquo urbium seruato, paucis dispiciendum venit.

Ut supra.

1. *Quæ* MAGNESIA *designetur in iis nummis.*

Primum quod adtinet, duæ erant, ut vulgo notum, in eadem Prouincia seu Proconsulari Asia, præter aliam Thessalicam, claræ urbes, MAGNESIÆ nomine appellatæ: una nempe AD MÆANDRUM *fluuium*; altera AD *montem* SIPYLUM. Quod utriusque urbis & diuersi earum situs discrimen, cum ex Auctoribus antiquis, tum ex his ipsis nummorum, uti & veterum Marmorum, monumentis sat est manifestum. In nummis equidem, quos versare hactenus aut descriptos ab eruditis Antiquariis agnoscere licuit, prior illa *Magnesia ad Maeandrum*, quæ, ut de Auctoribus silcam, dicitur in præclaris Oxonienſibus Marmoribus ΜΑΓΝΗΣΙΑ Η ΠΡΟΣ ΤΩ ΜΑΙΑΝΔΡΩ, *Magnesiae ad Meandrum*, ea, inquam, uno ΜΑΓΝΗΤΩΝ nomine solet ut plurimum designari. Eadem nempe, unde urbis etiam celebritatem discas, quæ iuxta *Smyrnam* cum Seleuco Callinico solemne fœdus iniisse legitur in laudatis illis Marmoribus. Altera vero MAGNESIA, tanquam ordine ac dignitate inferior, cum adscripto nomine *Sipyli* montis, aut *A Sipylo* describi in eius nummis consueuit, & quales a me pridem sunt diuulgati, nempe ΜΑΓΝΗΤΩΝ CIΠΥ vel CIΠΥΛΟΥ, aut ΑΠΟ CIΠΥΛΟΥ. Unde ad priorem *Magnesiam*, quæ ad *Maeandrum* fluuium, seu ut alibi de ea Liuius, *super Maeandrum* erat sita; & quæ, ut postea adhuc dicetur, altera *ad Sipylum* montem potior habebatur, spectant omnino, & ad quam eos etiam bene retulerunt præstantes Antiquarii, idem nummi. Prope autem Ephesum sitam fuisse eandem *Magnesiam*, ex [a] Strabone, & eruditis ad [b] Apollonium Rhodium Criticis, ac aliunde discimus: unde etiam coniunguntur eædem apud Liuium: *sed idem fore tempus & ab Trallibus, & a* MAGNESIA, *quae* SUPER MÆANDRUM *est, & ab* EPHESO *legati ad dedendas urbes venerunt: mox: Consul in hiberna exercitum* MAGNESIAM *ad Maeandrum, & Tralles,* EPHESUMQUE *diuisit*: Eadem vero *Magnesia*, non ad *Maeandrum* solum, sed etiam ad *Lethaeum* fluuium dicta, uti ab Anacreonte pridem, ἴκεο νῦν ἐπὶ Λήθαίου ῥόου, *Veni nunc ad Lethaei ripas*; & a Pausania, Μάγνησι τοῖς ἐπὶ Λήθαίῳ, *Magnetibus ad Lethaeum*: quod nempe, ut docet Strabo, *Magnesia* proxime ad fluuium illum foret sita, qui in Mæandrum se exonerat. Typi vero, ut hoc obiter moneam, in utroque huius urbis nummo, ut modo vidimus, consignati; unus, sedentis supra cistam pueri, e qua Serpens egreditur, in corona querna; alter, Aquilæ in simili corona, ad Cretensem illius urbis originem, quales nempe obuiæ in nobilis illius Insulæ nummis icones, sunt omnino referendi. *Cretensium* enim iuxta & Thessalorum Coloniam exstitisse hanc *Magnesiam* tradit [a] Strabo, ac similiter Conon apud Photium; & firmant insuper memorati paullo ante ad Apollonium Critici; a quibus de hac prope Ephesum *Magnesia* dicitur, quod condita fuerit a Leucippo Care, *qui eo cum Magnetibus e Creta transmigrarit*; μετοικίσαι δὲ ἐκεῖ σὺν Μάγνησι τοῖς ἐκ Κρήτης.

Pag. 1. P. 1.

Lib. xxxvii. cap. 45.

a Lib. xiii. pag. 647.
b Ad lib. 1. v. 584.

Ut supra.

Od. xxii.
Lib. i. pag. 66.
Lib. xiii. pag. 647.

Vid. Goltz. Græc. Insul. in KPHTAIΩN.
a Ut supra.
b Bibliotb. p. 440.
c Ad Argonaut. lib. 1. v. 584.

Ordi-

Ordinem vero illum quod adtinet, iuxta quem EBΔOMH THC ACIAC, *Septima Aſiae* inſcribitur in iiſdem Gordiani nummis hæc *Magneſia*; illud inde continuo colligitur; haud utique inter *Metropoles Aſiae*, etſi plures dicerentur ea ætate; nec inter eas, quæ *Primae* vocari ambiebant, hanc urbem, etſi inter nobiles eiuſdem Aſiæ Proconſularis urbes, fuiſſe habitam. Neque tamen exiguæ prærogatiuæ, aut ſpernendi beneficii loco duxiſſe illos *Magnetas*, ut inter tot nobiles & clariſſimas, quod antea vidimus, illius Aſiæ ciuitates, *Septimae* ordinem & gradum iidem adepti cenſerentur. Mitto enim, quod coniectaſſe præſtantiſſimum Morellum memini, ut nempe in iis Gordiani nummis, EBΔOMH THC ACIAC, non *Septimam Aſiae Magneſiam* deſignaret; ſed celebratum ibi tum feſtum EBΔOMH Græcis dictum. Ne enim viro optimo, ac rei numnmariæ, quod orbi litterato dudum innotuit, peritiſſimo continuo adſentirer, obſtabat; non adeo quod feſtum illud EBΔOMH, & quidem in duobus illis Gordiani nummis, dicatur *Aſiæ*, non vero *Apollinis*; in cuius tamen honorem, ac Ἑβδομαγέτης inde non apud Plutarchum ſolum & Proclum, quos adduxit eam in rem Cl. [a] Meurſius, ſed ab [b] Æſchylo pridem ante, (ut nuper ad [c] Callimachum diximus,) appellati, erat illud inſtitutum. Unde etiam, ut obiter id nunc addam, non Ἑβδομαγετέω, cum eodem eruditiſſimo Meurſio, apud [d] Plutarchum & [e] Proclum reſtituendum; ſed prout ibi legebatur, Ἑβδομαγετέω omnino retinendum liquet. Dicebatur vero EBΔOMH, quod ex iis Auctoribus ibi apud Meurſium & alibi legitur, ſeptimus menſis dies Apollini ſacer; ac inde, cum lauri geſtatione & caniſtri coronati, apud Athenienſes celebrari ſolitus, quod ille ea menſis die natus putaretur: non vero, iuxta Græcum Callimachi Scholiaſtem, ſeptimo anni menſe: nulla autem in iis *Magnetum* nummis, vel *Apollinis*, vel eiuſmodi ſacri ab iis, & tamen in eorum nummis conſignati ſcilicet, ut viro præſtanti videbatur, occurrit memoria. Adde quod ubi de Communi Aſiæ, Proconſularis nempe, Feſtis agitur, vix aliter in nummis, quam KOINA THΣ ΑΣΙΑΣ eadem ſolent deſignari. Accedit, quod idonea foret, ut vidimus, nec præter morem eiuſdem Aſiæ urbium ratio; ut, ſicut primariæ ex iis ciuitates ſubinde ſe METROPOLES, & PRIMAS frequentius in publicis id genus monumentis venditarent; ita hæc MAGNESIA ſe demum SEPTIMAM ASIÆ in iis appellari haud dedignaretur.

2. *De memorata inſcriptione* EBΔOMH THC ACIAC.

Quænam autem forent ſex illæ priores in hac *Aſiæ* prouincia, ante hanc *Magneſiam*, ciuitates, haud certo utique licet ſtatuere. Si audiamus illuſtrem Scaligerum ad illud Catulli, *Ad claras Aſiae volemus urbes*, quatuor priores erunt dicendæ, *Epheſus, Smyrna, Colophon, Miletus*; & quas inde *quadrigas* dici putat, excogitata inde hac voce in Propertiano verſu, nempe: Epigr. XLVI.

Etſi quadrigæ *viſenda eſt ora Cayſtri*: Lib. III. Eleg. XXI. v. 15.

ſed merito præter alios ab eo exploſa, qui nouiſſime elegantiſſimum ſimul & eruditiſſimum Vatem, præclaris cultiſſimæ eruditionis, perpoliti ingenii, & ſingularis plane induſtriæ limatique iudicii adnotatis illuſtrauit, Jano Brouckhuſio. Minus forte mirum, quod a nupero Catulli in Galliis editore, ſuppreſſo etiam Scaligeri nomine, adducta poëtæ illius verba, de quatuor dictis „ modo urbibus itidem explicantur; quæ nempe in Aſiæ prouincia celebres „ eſſent, & quas a numero *quadrigas in Aſia*, dixerit Propertius. Non *celebres* ſcilicet erant tum inſuper in Aſia *Sardes, Pergamus, Tralles, Philadelphia, Samus, Laodicea*, ac plures aliæ? & quæ apud Tacitum dicuntur *duo-* Annal. II. cap. 47.

[a] In Ἑβδόμη in Græcia Feriata.
[b] Sept. Theb. v. 106.
[c] Obſerv. pag. 465, 466.
[d] Sympoſ. lib. VIII. Qu. I.
[e] In Timæum Com. III.

Ad Hym. in Del. v. 251.

decim CELEBRES ASIÆ *urbes collapsae nocturno motu terrae,* inter quas *Magnetes,* non ad *Maeandrum,* sed a *Sipylo* , *Sardiani* itidem, *Philadelpheni, Apollonienses, Hierocaesarea,* aliæque ; aut ubi de undecim Asiæ ciuitatibus alibi apud eundem Annalium Scriptorem agitur, quæ de Templo a Communi Asiæ erigendo, quod antea vidimus, apud Senatum Romæ decertabant: in quo utroque loco nulla fit *Colophoniorum* mentio ; commemorati vero in earum undecim Asiæ urbium numero , *Magnetes* & *Laodiceni.* Adde adducta iam supra Ciceronis, ac eadem proinde Catulli ætate, verba ; ubi inter claras Asiæ urbes refert *Pergamum, Smyrnam, Tralles, Ephesum, Miletum, Cyzicum.* In ea vero nobilium aliquot Asiæ urbium apud Senatum de iure Asylorum sub eodem Tiberio, ac ab eodem rursus Tacito tradita contentione, *Magnetes,* hi nempe ad *Maeandrum,* proximo post primos *Ephesios* loco, ac ante *Aparhodisienses, Stratonicenses,* ac *Hierocaesarienses* , de *Dianae Leucophrynes perfugio inuiolabili,* a Scipione ac Sulla apud se constituto, verba in Senatu faciunt. Magna nempe *Dianae* illius *Leucophrynes* apud hos *Magnetas* in Asia olim celebritas ; in quorum etiam cusis sub Hadriano nummis, & qualem vidimus in Regia Gallorum Gaza, eadem Diana, instar Ephesiæ, polymammæ & duobus fultæ verubus cernitur, cum inscriptione ΑΕΥΚΟΦΡΥΣ ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Templum certe illud huius Deæ apud *Magnetas,* ipsam Dianæ Ephesinæ Ædem concinnitate & structura superasse, a Strabone dicitur. In quo autem sepultam *Dianam* illam *Leucophrynem* a Zenone Myndio tradi refert alicubi Theodoritus. Cuius alioquin *Dianae Leucophrynes* ædem Mileti etiam, ut hoc addam, exstitisse, docet Appianus. Adde hisce nummum eorundem *Magnetum* supra iam adductum, in quo urbs illa *Metropoleos* quoque dignitate ornata cernitur ; ni forte litteræ illæ MHTP. quibus alioquin vox *Metropolis* solet in Græcis urbium id genus nummis vulgo designari, ibi nomen alicuius *Metrodori* vel *Metrophanis,* Magnetum nempe Prætoris, uti supra quoque diximus, appellati innuant. Adeo ut ex iis, quæ hactenus de illis Asiæ urbibus diximus, coniectare liceat, *Septimam* inmemoratis *Magnesiæ ad Mæandrum* nummis, dici hanc Asiæ urbem : nempe post tres illas, quæ cum *Metropoles* Asiæ, tum in earum nummis, ut vidimus, *Primæ Asiæ* dicebantur, EPHESUS, SMYRNA, PERGAMUS ; quibus tres alias, subdemus, quæ erant suarum regionum capita ; antiquitatis etiam ac celebritatis fama aliis præcellere videbantur ; totidem præterea Conuentuum Juridicorum seu Diocæseon in Asia sedes ; nempe SARDES, MILETUS, LAODICEA : quas autem sex Asiæ urbes SEPTIMA continuo exciperet hæc ad *Mæandrum* MAGNESIA. Quæ nec frustra se eo nomine efferre videtur in publicis illis nummorum monumentis ; quum plures aliæ essent nobilissimæ in eadem Asia urbes, *Cyzicus, Tralles, Philadelphia, Colophon, Thyatira, Samus, Halicarnassus, Phocæa, Cuma, Apamea,* secundum Asiæ, de quo supra, post Ephesum emporium a Strabone dicta, aliæque ; quarum autem singulæ *Septimum* nempe post sex priores paullo ante commemoratas, in eadem Asia locum mereri videbantur. Certe eosdem *Magnetas,* infra *Pergamenos, Ephesios, Milesios, Sardianos, Smyrnæosque* habitos, vel e Taciti de dictis undecim urbibus, de Communi Asiæ Templo coram Senatu in urbe decertantibus narratione licet colligere : *verum Hypæpenis, Trallianisque, Laodicensibus, &* MAGNETIBUS *simul transmissi :* sequuta mox de aliis modo dictis urbibus, & quæ maiorem aliquanto earum rationem habitam arguunt

Annal. IV. cap. 55.

De Leg. Agrar. Orat. II.

Annal. III. c. 61.

Lib. XIV. pag. 647.

Serm. VIII. p. 598. Tom. IV.

Bell Civ. lib. V. pag. 676.

Lib. X. p. 579.

ſtiunt, mentione. Sequutis vero ætatibus, ac ubi Lydiæ Prouincia, uti & Caria, ac utraque Phrygia, Pacatiana & Salutaris, ſunt a Prouincia Aſiæ diſiunctæ, *Magneſia ad Mæandrum*, quarta illius Prouinciæ Aſiæ ciuitas; altera vero *ad Sipylum*, viceſima demum in Notitiis Eccleſiarum Antiquis, quod vidit iam eruditiſſimus Harduinus, collocantur. Scilicet poſtquam ſancitum Canone XVII Concilii Calchedonienſis ſupra memorato: *ciuilibus & politicis formis Eccleſiaſticarum Paroeciarum ordinem conformari.* Neque vero obſcura apud veteres Auctores illius ordinis inter urbes unius prouinciæ ſeruati mentio: nempe iuxta diſcrimen inter eas ab Antonino Pio, quod antea vidimus, traditum, *Maximarum* nempe ſeu *Metropoleon*, *Magnarum*, & *Minorum Ciuitatum.* Accedit, quod quum Communia, qua de re iam ante ac poſtea adhuc dicetur, haberentur Concilia, ad quæ prouinciæ aut gentis alicuius urbes, ſtatis temporibus ac locis, conuenirent; inde etiam ordinis inter eas ratio, & quidem pro earum magnitudine, dignitate, Templorum apud eas religione ac celebritate, oneribus ac tributis, quæ vel ferre, vel pendere eędem tenerentur, fuerit habita ac inſtituta. Ita de Lyciæ conuentu, ſeu communi illius gentis Concilio, tradit, quod iam ſupra vidimus, Strabo; ad illud XXIII ciuitates conueniſſe, e quibus *maximæ* ius trium haberent ſuffragiorum, *mediocres* duorum, *reliquæ* unius; eademque proportione reliqua munia obiiſſe, ac tributa pendiſſe. Ut proinde ſicut *Prima* in addúctis ante nummis, ita etiam *Secunda*, *Tertia*, &c. gentis alicuius *ciuitas* diceretur: prout de *Iconio* in Piſidia alicubi magnus Baſilius: τὸ μὲν ἓξ παλαιὸν τὴν μετὰ τὴν μείζω ἢ πρώτ., *antiquitus quidem, poſt maximam* (Metropolim, nempe *Selgam*, cuius incolæ *Piſidarum nobiliſſimi* dicuntur a Strabone) *Prima.* Sic *Aſpendus* Ciceroni vetus oppidum & nobile in *Pamphylia*, apud Philoſtratum *tertia* eiuſdem Pamphyliæ *ciuitas* dicitur: Ἄπεισιν τὴν Παμφύλων πρὸς Εὐρυμέδοντι ᾗ κεῖται πόλεως Η ΠΟΛΙΣ ἐστὶ ΤΡΙΤΗ τῶν ἐκεῖ *Aſpendum Pamphyliæ urbem. Ad Eurymedontem fluuium incolitur*; *eſtque* TERTIA *illius tractus ciuitas*: nempe poſt *Pergam* & *Siden*, e quibus illa, quod ſupra itidem vidimus *Metropolis* in nummo Hadriani; hęc *ſplendidiſſimæ Illuſtris Neocori* elogio ornatur in Græco Gallieni nummo. Eadem vero *Side*, *Metropolis* dein quoque Pamphyliæ Secundæ in Notitiis Eccleſiaſticis legitur.

Num. Urb. Lib. pag. 302. Leg. VI. §. 2.

Leg. VI. §. 2. D. de Excuſation.

Lib. XIV. pag. 664.

Epiſt. VII. p. 395. Tom. II. Σιλγεῖς ἀξιολογώτατοι τῶν Πισιδῶν lib. XII p. 569. In Vetron. 1. cap. 20. Vit. Apoll. lib. 1. cap. 21. p. 19.

V.

De urbibus IEPAIΣ *&* AΣTAOIΣ *dictis in earum nummis, ſeu cum* ASYLORUM *iure.*

Neque minus inſigne illud variarum olim Urbium priuilegium, ac ferme de quo aliunde non conſtaret, exhibent nobis veteres earum nummi, iuxta quod IEPAI KAI AΣTAOI, *Sacræ Et Inuiolatæ* eędem in iis appellantur. Ac prius quidem illud IEPAΣ nomen, ſolum nonnunquam præferunt iidem nummi: ſicut præter BYBLUM Phœniciæ, NICOPOLIM Epiri, & NYSAM Cariæ, in Cæſarianis nummis apud celebrem Antiquarium, ARETHUSA, DAMASCUS, DORA, LAODICEA, SELEUCIA, TRIPOLIS, ac TYRUS adnumerari etiam debent. Earundem certe urbium prior in nummo Regiæ Gallorum Gazæ dicitur, ΑΡΕΘΟΥΣΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, cum ſolito in Syriæ urbium nummis Jouis Νικηφόρου typo

I.
De Urbibus, quæ IEPAI *dicuntur in nummis.*

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 211.

typo; cum capite autem turrito ac velato in anteriori nummi area. Quem autem nummum, Antiquariis antea indictum, nuper alia occaſione vulgauimus. Sic reliquas memoratas modo urbes quod adtinet, DAMASCUS, de qua alicubi Julianus Imp. ΤΗΝ ΙΕΡΗΝ καὶ μεγίστην ΔΑΜΑΣΚΟΝ, *Sacram & maximam* DAMASCUM, iam ante ΔΑΜΑΣΚΟΥ ΙΕΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. *Damaſci Sacra Metropolis* dicta fuerat in nummis Alexandri Seueri, & Gordiani Gazæ Mediceæ: DORA Phœnices, ΔΩΡΑ ΙΕΡΑΡΟΕ, *Dora Sacra* Anno DCXCI, in Traiani nummo apud illuſtrem Harlæum: LAODICEA Syriæ ad mare, in nummo illuſtriſſimi Comitis Peterborough, in quo hinc caput Jouis laureatum, illinc Tripus, & inſcriptio ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΙΕΡΑC ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Laodicenſium Sacræ & Suis Legibus uſæ*; SELEUCIA Syriæ ſimiliter, in nummis Gazæ Gallorum Regiæ ac Mediceæ, cum inſcriptione ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Seleucenſium Sacræ & Suis Legibus Uſæ*: ac TRIPOLITARUM Phœniciæ, in nummo ſimiliter inſcripto, & de quo ac duobus proxime adductis *Seleuciæ* ac *Laodiceæ* poſtea adhuc dicetur, ΤΡΙΠΟΛΙΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Tripolitarum Sacræ Et Suis Legibus*: TYPOY vero cum conſueto eius monogrammate, ΙΕΡΑΣ, aut ΙΕΡΑΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ, *Tyri Sacræ*, vel *Sacræ Metropoleos* legitur in pluribus nummis eiuſdem Gazæ Regiæ; & qualem etiam e cimeliis Mediceis protulit illuſtri dignitate & eruditione Noriſius. E quibus autem, miſſis tribus hiſce, *Damaſco*, *Doris*, ac *Tyro*, iuxta Goltzium, *Seleucia*, utraque coniuncta ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ prærogatiua in aliis earum nummis, & qua de re mox, impertitur. Adeo, ut non una HIERAPOLIS hoc nomen a loci religione in eo terrarum tractu tulerit: quo nomine *Edeſſam* quoque olim dictam tradit Strabo. Quæ proinde cum *Antiochia*, quæ dicta ſit a Juſtiniano *Theopolis* confundi non debuit a veſtrate Fortunio Liceto. Rectius utique, ſi eandem cum *Juſtinopoli* ſtatuiſſet; quo nomine nempe hanc *Edeſſam* a Juſtino Imp. appellatam tradit Theodoritus. Id vero peculiare huic *Edeſſae*, ut hoc addam, contigit, ut quæ ΙΕΡΑΠΟΛΙΣ dici olim ſub Gentilibus meruerit, ſanctiore utique titulo hoc a Dauo Chryſoſtomo elogium, quod obſeruo, alicubi tulerit: πόλιν ἀγροικοτέραν μὲν τὴν πολλῶν, ΕΥΣΕΒΕΣΤΕΡΑΝ δὲ, *urbem quidem multis agreſtiorem*, MAGIS *vero* PIAM. Neque vero inſolita in aliis monumentis antiquis illa ΙΕΡΑΣ id genus urbibus, & quidem inter alias TYRO tributa appellatio. Hinc eadem in Epigrammatibus Meleagri ineditis, dicta: Ὀλβίστη νήσων, ΙΕΡΑ ΤΥΡΟΣ, *Feliciſſima Inſularum*, SACRA TYRUS: in alio ΙΕΡΑ δεξαμένη με ΤΥΡΟΣ, SACRA, *quae me excepit*, TYRUS: aut prout impius Maximinus in litteris ad Tyri incolas apud Euſebium eorum ciuitatem vocat: Θεῶν ἀθανάτων ἵδρυμα καὶ οἰκητήριον. *Decrum immortalium ſedem & domicilium.* A ſingulari nempe Herculis Tyrii, eiuſque illa in urbe Templi ſanctitate; & inde, de qua mox, ἀσυλίᾳ, id ΙΕΡΑΣ nomen eſt dein ipſi urbi inditum. Quomodo nempe, ac potiori utique iure, in vicina Palæſtina HIEROSOLYMA, Judææ caput, dicta olim & inſcripta paſſim in obuiis, qui ſeu Aſſyriacis, ſeu vero Samaritici litteris conſignati, & de quibus ſupra egimus, ſunt eius nummis, HIERUSCHALAIM HAKKADOSCHA, *Hierosolyma Sancta*: & quam inde Ἱεροσόλυμα vocat Philo. Neque vero inſolita in aliis monumentis antiquis eiuſmodi appellationis variis urbibus ac locis tributæ exempla. Sic ΙΕΡΑ ΔΕΛΦΩΝ, *Sacra Delphorum* urbs in veteri inſcri-

Orbis Roman. pag. 327.

Epiſt. XXIV. p. 392. ult. edit.

Epoch. Syr. Maced. Diſſert. cap. 8.

Lib. XVI. pag. 548.

De Lucian. lib. IV. cap. 44.

Hiſt Eccl lib. IV. cap. 8.

Homil in Bernicen. & Prodicen. pag. 657. Tom. I. edit. Græc. Lat. Pariſ.

Hiſt. Eccl. lib. IX. cap. 7.

In Flaccum p. 971.

Inſcriptione dicitur. Immo quomodo iam olim apud Homerum, ΙΛΙΟΝ ἱερὴ, *Ilium Sacra* dicitur; alibi de *Zelia*, Lyciorum urbe, ἱερὴς εἰς ἄστυ Ζελείης, *in urbem ſacram Zeleae*, ob ſingularem nempe, ut ibi veteres Critici, Apollinis in ea cultum; immo ubi oraculum, ſed quod poſtea defecit, quondam exſtitiſſe apud Strabonem legimus. Ita apud Æſchylum: Ἱερᾶ Τμώλου, *Sacri Tmoli*, ob peculiarem vel Bacchi, cui *ſacer* mons ille vitibus conſitus, vel Matris Deum in eodem cultum: alibi ἱερᾶς Μεμφιδὸς ἄρχων, *Sacrae Memphidos praefectus* in Ægypto, ob Apidem [a] eadem in urbe ali ſolitum, eiuſdemque ibi præſentiam & ſacra; apud Pindarum, [b] ἱεραῖς Σικυῶνος, *Sacrae Sicyonis*; alibi, [c] ἱερὰν Νᾶσον, *Sacram Inſulam*, de *Thera* Cyrenarum Metropoli, ſeu antiqua patria. Quomodo [d] Δώτιον ἱερὸν, *Dotium Sacrum*, in cuius nempe campo, ut ibi vidimus, natus fuerit Æſculapius: alibi vero Inſulam *Delum*, ob Latonæ ſcilicet in ea partum & Apollinis natales, non [e] ἱερὴν ſolum vocat Callimachus, ſed alio etiam loco, [f] πασέων ἁγιωτάτην, *inſularum ſanctiſſimam*, immo Cycladas itidem in genere, *omnium Inſularum, quae ſunt in mari, ſanctiſſimas*,

Κυκλάδες, αἱ νήσων ΙΕΡΩΤΑΤΑΙ εἰν ἁλὶ κεῖνται,

cuiuſque harum Cycladum elogii quæ ratio fuerit, ad eum Callimachi locum haud ita pridem diximus. Quomodo ob artem medendi ab Æſculapio apud Coos illatam, ac in poſteris eius celebrem, SACRAM *& tantum Dei miniſtram* INSULAM declarat apud Tacitum, Imperator Claudius. Adde, *Argos* ἱερὸν dictum a Theocrito, ob ſolemnem Argiuæ nempe Junonis cultum; ac ut alia id genus obuia apud Græcos Poëtas mittam, unde ad eorum exemplum Horatius: *Neptunoque* SACRI *cuſtode Tarenti*. Quo loco autem præteriri non debet veterum Criticorum ad Pindarum, de peculiari vocis huius ΙΕΡΑΣ Inſulis id genus vel urbibus tributæ, appellatione adnotatio. Nempe ubi iidem cauſſas adferunt, cur *Theram* inſulam, quod paullo ante diximus, ἱερὰν, ſeu *Sacram* vocarit Pindarus: ſcilicet, aut quod frugifera eadem foret; aut quod ibi Cadmus Aras Neptuno & Mineruæ erexiſſet; aut quod eadem a Laconibus fuerit Apollini conſecrata; aut, quod ibidem ſequitur, & omnino hic notandum, *ſolius forte ornatus gratia epitheton illud ſit ibi additum*, ἐγχωρεῖ δὲ καὶ κόσμου χάριν ἐγκεῖσθαι τὸ ἐπίθετον. Quo referri proinde inter alia poteſt illud Homeri paullo ante adductum, ΙΛΙΟΝ ἱερὴ, *Ilium ſacra*, ubi veteres Critici, ἱερὰ, μεγάλη, *ſacra, magna*.

[a] Vid. Herodot lib. III. cap 29. Plutarch. de Iſid. p 359. Theodor. Therap. lib. III.
[b] Nemeo Od. IX. v 127.
[c] Pyth. Od. IV. v. 11.
[d] Hym. in Cer. v 25
[e] Hym. in Del. v. 3.
[f] Ibidem v. 274.
Ibidem v. 3. Obſerv. ad Callim. pag. 322.
Annal. XII. cap. 61.
Idyll. XXV. v. 170.
Lib. I. Od. 28.
Schol. ad Pyth. Od. IV. v. 11.
Ibidem Δ. v. 46.

Ut vero illud ΙΕΡΑΣ ſeu *Sacrae*; ita etiam alterum ΑΣΥΛΟΥ ſeu *Inuiolatae* vel *Aſyli* priuilegium, ſolum quandoque, quamquam rarius, urbibus id genus in eorum nummis tributum legitur. Duos equidem eam in rem memorauit celebris Antiquarius, quorum priorem olim quoque adtigeram, nummos *Epheſiorum* & *Pergæorum* inſcriptos; priorem in Otacilia Philippi P. coniuge, ΑΡΤΕΜΙC ΕΦΕCΙΑ ΑCΥΛΟC, *Diana Epheſia Inuiolata*; alterum in Tranquillina Regiæ Gallorum Gazæ, ΠΕΡΓΑΙΑΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΑCΥΛΟΥ, *Pergæae Dianae Inuiolatae*. Haud tamen e poſtremo hoc nummo ſtatui ibidem debuit, abolito forte a Tiberio cum aliis Aſyli iure, quo illud *Dianæ Pergæae* fanum fuerat antea donatum, idem ſub Gordiano fuiſſe demum reſtitutum; aut, quod quum plurima fuerint Dianæ Templa apud Hiſtoriæ Scriptores cum *Aſyli* prærogatiua, ſola tamen huius urbis numiſmata tale apud *Pergæos* exſtitiſſe nobis indicent. Neque enim prius quod adtinet, a Tiberio abolita continuo, etſi id tradit Suetonius, ſed reſtricta demum

2. *De ſolo* ΑΣΥΛΟΥ *titulo in aliquot Urbium nummis.*
Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 164.

nium, ut ea de re Tacitus, ac adſtruunt omnino veteres poſt Tiberium nummi, *Aſylorum* iura: immo quum plures occurrant antiqui ac ſelecti dein nummi ſub Claudio, Hadriano, Antonino Pio, M. Aurelio, Seuero, aliiſque ante Gordianum percuſſi, in quibus etſi citra peculiarem ΑΣΥΛΟΥ mentionem, ΠΕΡΓΑΙΑΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ, *Pergææ Dianæ* eiuſque Templum, ac in eo Deæ ſimulacrum, cernitur; quæ conſuetum & ſolemnem Deæ illius in ea urbe ac Æde cultum locique ſanctitatem luculenter arguunt. Alterum autem, quod e pluribus Dianæ fanis cum Aſyli iure, quorum fit apud Hiſtoricos mentio, ſola tamen *Pergæorum* numiſmata illud in eorum urbe exſtitiſſe doceant; id vero redarguit adductus ab eodem celebri Antiquario, ac modo memoratus Epheſiorum nummus, inſcriptus ſimiliter ΑΡΤΕΜΙC ΕΦΕCΙΑ ΑCΥΛΟC. Adde, quod apud clarum Urbis Antiquarium, Leonardum Aguſtini, nummum viderim ſub Nerone cuſum, in quo inter alia ΑΣΥΛΟΥ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΕΦΕΣΙΩΝ legebatur; ut mittam geminum dein in ſchedis præſtantiſſimi Morelli ſub Philippo F. cuſum. Quibus addi cæteroquin debet alius ſingularis CÆSAREÆ nummus, cum Caii ſeu Caligulæ capite in anteriori area; in altera, cum viri togati effigie, & inſcriptione ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΑΣΥΛΟΥ ΑΓΡΙΠΠΑ ΒΑΣΙΛΕΥ. *Cæſareae Inuiolatae Agrippa Regnante:* quem autem nummum e Muſeo harum elegantiarum ſtudioſiſſimi peritiſſimique, Sebaſtiani Feſchii Heluetii, adduxit celebris Antiquarius. Ad quam vero *Caeſaream*, an ad Palæſtinæ dein Metropolim; an ad *Caeſaream*, vulgo *Philippi*, in cuius nempe erat Tetrarchia, referri debeat idem nummus, nihil ibi adtigit vir eximius. Illum vero ad poſtremam hanc *Caeſaream* ſpectare omnino arbitror; etſi vulgo eadem in aliorum dein Imperatorum nummis, ΚΑΙC ΥΠ. ΠΑΝΕΙΩ *Caeſarea Sub Panio*, a ſitu nempe ſub hoc monte, inſcribi ſoleat. Tetrarchiæ autem Philippi, in qua erat, ut diximus, hæc *Caeſarea*, Agrippa Rex a Caio, ut e Joſepho liquet, fuerat conſtitutus; ac unde opportune CAII effigies in anteriori nummi parte, in altera vero AGRIPPÆ tum ibi REGNANTIS nomen. Accedit, quod ΑΣΥΛΟΥ appellatio huic *Caeſareae* in nummo addita, eidem urbi tribuatur in aliis eius nummis; & quidem, ut mox dicetur, cum coniunctis ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ nominibus. Neque vero hic prætereundus alius, ac a me pridem e cimeliis Chriſtinæ Auguſtæ, in quibus eum inſpexeram, prolatus, LAPPÆ urbis in Creta nummus, cum figura Apollinis nuda ΑΣΥΛ. ΛΑΠΠΑC. unde hanc urbem, ob peculiarem Apollinis, in ea fanum & cultum, ΑΣΥΛΟΝ ſeu *Inuiolabilem* habitam diſcimus. Adde gentis etiam integræ nummum apud Goltzium, inſcriptum ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΑΣΥΛΟΝ.

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 11.

Antiq. lib. XVIII. cap. 9.

Tab. XXII. n. V.

3. *De coniuncto* ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ *titulo in aliarum Urbium nummis.* Vaillant. pag. 304.

Coniuncta vero ut plurimum legitur in antiquis nummis illa ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ, qua plures olim claræ urbes ornabantur, appellatio; & qua de re equidem, ſeu ſingulari hoc earum iure, ſi aliquas forte ex iis mittas, hodie nobis haud conſtaret. E quibus autem id præterea liquet, aliquot ex iis, antequam illæ Romani imperii iugum ſubierint, eo priuilegio fuiſſe decoratas. Quod vel ex antiquis TYRI in Phœnicia, & quos vulgauit iam celebris Antiquarius in Hiſtoria Regum Syriæ, nummis obuium; ac unde etiam id ius *Tyriis* primum ab Antiocho VII. vulgo Sidete conceſſum ibidem colligit e Regis illius nummo, inſcripto ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, cum ſolito ΤΥΡΟΥ monogrammate, ac dein ΙΕ ΑC ΔΟΡ *Antiochi Regis Tyri Sacræ Inuiola-*

bilis Anno CLXXIV. Similem quoque ſub Demetrio Nicatore, Antiochi huius fratre, cuſum paullo poſt exhibet, cum eodem *Tyriorum* priuilegio, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΥΡ. ΙΕ ΑΣΥ. ΕΠΡ. *Regis Demetrii Tyri Sacræ Inuiolabilis*, Anno CLXXXV. An vero a conceſſo *Tyriis* ab Antiocho Sidete illo *aſyli* iure, initium deinceps duxerit huius urbis epocha, quod ſtatuit ibidem celebris Antiquarius; redarguit autem vel ex poſteriori huius Demetrii nummo, cum retenta adhuc in eo Seleucidarum æra, doctiſſimus Noriſius, id iam, quod eſt alterius loci, non expendimus. Plures vero *Tyriorum* id genus nummi, ſub Seleucidis adhuc cuſi, cum integra etiam in iis illa ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ mentione, exſtant in Gaza Medicea, & quales inde quoque protulit laudatus modo Noriſius. Ita præter antea iam adductum alia occaſione e Pembrochianis cimelis APAMENSIUM in Syria nummum, in quo ſignatus Elephas, cum inſcriptione ΑΠΑΜΕΙΑΣ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ ΜΒ, *Apameæ Sacræ Et Inuiolabilis* Anno XLII; alium itidem cum eadem inſcriptione, ſed alio Annorum numero, e Gaza Medicea adduxit idem Noriſius. Eum una cum memorato modo *Tyriorum* nummo, quo de his lectori continuo conſtare liquidius poſſit, hic adponam:

Ibid. pag. 319.

Epoch. Syr. Maced. Diſſ. IV. cap. 3.

Ibidem.

Ibid. Diſſ. II. cap. 2.



Iſtud vero huic *Apameæ Sacræ* & *Inuiolabilis* ſeu *Aſyli* priuilegium, ſumma Iouis apud eos fani, cuius meminit, ut iam ante vidimus, Theodoretus, ac ante nos vidit Noriſius, ſanctitas ac celebritas conciliauit. Exſtat vero inter nummos Regiæ Gallorum Gaza eximius omnino nummus, idemque hactenus indictus; quo hinc caput Caſtorum iugata cum Stellis, illinc Cornucopiæ, cum inſcriptione, ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΙ ΙΕΡΑΣ ΑΣΥΛΟΥ ΘΠΡ, *Antiochenſium In Ptolemaide Sacræ Inuiolabilis*, Anno CLXXIX. Nummus hic nempe, quod docet adſcripta in eodem Seleucidarum Æra, triennio recentior eo *Tyriorum* nummo, quem paullo ante adduximus, cum ſignata in eo Æra ΕΠΡ CLXXV. Qui ſint autem hi *Antiochenſes in Ptolemaide*, haud ita liquidum videbatur. Unum quidem eorum nummum adduxit celebris Antiquarius in Hiſtoria Regum Syriæ, ſed cum aliis typis, & citra additum illud ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ elogium, ullamue in eo epocham; & quam urbem in Phœnicia verſus Palæſtinæ fines, ac in *Ptolemaidos* agro ſitam idem arbitratur. Eruditus vero Auctor de Nummis urbium illuſtratis, ab *Antiochenſibus*, qui *Ptolemaide* negotiarentur, cuſum eundem nummum exiſtimat. Cui ſententiæ obſtare quodammodo videri poteſt adducta modo a nobis alterius eorum nummi inſcriptio: e qua non certo cuidam hominum in urbe *Ptolemaide* ordini, ſed ipſi urbi receptum illud *Sacræ* & *Aſyli* priuilegium videtur conſignari. Adde haud diſſimilia in aliis nummis antiquis exempla id genus inſcriptionum, ut ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ, vel ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ, aut ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ ΕΝ ΠΟΝΤΩ, *Apollonienſium* aut *Metropolitarum in Jonia*, *Heracleæ in Ponto*. Etſi quod de urbe

Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 25.

Vaillant. pag. 200.

Harduin. pag. 415.

be demum, non de regione aliqua *Ptolemais* dicatur apud antiquos Auctores, quæ prius Ake appellata; nullaque ſitæ in eius vicinia, minus in illius agro, *Antiochiæ* occurrat apud eos mentio; & quo cęteroquin *Antiochiæ* nomine, non decem, quod ait celebris Antiquarius, ſed quatuordecim urbes enumerat Stephanus, cum eruditiſſimo Harduino de *Antiochenſibus Ptolemaidos* incolis ma.o eoſdem nummos interpretari, & cui urbi proinde illud IEPAΣ KAI AΣYΛOY priuilegium, cuius meminit Regius adductus a nobis nummus, ſit omnino tribuendum. Quod pręter adducta eam in rem a viro præſtante ac ſagace teſtimonia, illuſtrari inſuper utcunque poſſet ſingulari illo apud Macchabæorum ſcriptorem exemplo; quo Jaſon Judæorum Pontifex ab Antiocho Epiphane pretio conſequutus dicitur, ut Gymnaſium Græcorum more exſtruere ſibi liceret, & ut qui *Hieroſolymis* habitarent *Antiochenſes*, in collegium Epheborum, ſeu eorum qui in Gymnaſio illo ſe exercerent, adſcriberentur. Adde *Judæorum Antiochiæ, Cæſareæ, Alexandriæ*, memorata ſubinde apud [a] Philonem ac [b] Joſephum, iura ac priuilegia; tum peculiarem in illis urbibus, quam iidem Judæi incolerent, earum partem; ac inde Judæorum *Alexandrinorum*, *Antiochenſium*, *Cæſarienſium*; *Ægyptiorum*, *Cypriorum*, factam haud ſemel ab iiſdem Auctoribus mentionem. Idem vero IEPAΣ KAI AΣYΛOY priuilegium ipſi Syriæ Metropoli ANTIOCHIÆ adſcribunt quoque veteres eius nummi: nempe ANTIOXEΩN THΣ MHTPOΠOΛEΩΣ IEPAΣ AΣYΛOY KAI AYTONOMOY, cum ſolito apud hos *Antiochenſes* Jouis Philii in anteriori nummi area, eiuſque cum Victoria ſedentis typo in altera eius parte. Qualem e cimeliis laudati aliquoties Equitis Aurati Trombal proferre nobis hic licet; cuique geminum ferme e ſcriniis ampliſſimi Apollonii Baſſetti, Magno, verius Maximo Hetruriæ Duci a ſecretis, memorat quoque doctiſſimus Noriſius:

In Macchab. iv. 9.

a In Flaccum pag. 971, 975.
b Antiq. lib. xii. cap. 1. xvi. cap. 10. &c.

Epoch. Syr. Maced Diſſ. iii. cap. 3.

Unde utique in eo J. Cæſaris, quod apud J. Malelam & qui publice nunc proſtat, Edicto legitur, quo *Libera* ſeu Αυτόνομα ab eo dicitur *Antiochia*: Εν Αντιοχείᾳ Μητροπόλει IEPA KAI AΣYΛΩ καὶ Αὐτονόμῳ. *In Antiochia Metropoli* SACRA ET INUIOLABILI *Et Suis Legibus Uſa*: uti id de dignitate *Metropoleos* ſupra vidimus, ita de hoc Ἱερᾶς καὶ Ἀσύλου iure, quo iam ante gauderet, quod e dictis modo nummis conſtat, *Antiochia*, ſimiliter ſtatuendum eſt. Ut mittam, quod viderunt iam viri docti, de hoc *Antiochenſium Aſyli* iure apud Daphnem, nobile eius ſuburbium, (a quo urbs ipſa ANTIOXEΩN TΩN ΠPOΣ ΔAΦNHN *Antiochenſium ad Daphnem* dici meruit in prælaris eius nummis) cum apud [a] Macchabæorum Scriptorem, tum apud [b] Strabonem factam eſſe mentionem. Quo loco id obiter monendum eſt, quod in iis urbium, quales ſupra adduximus, *Bybli, Damaſci, Tyri, Laodicææ, Seleu-*

Chronograph. lib. ii. p 278.

a Lib. ii. c. iv.
b Lib. xvi. pag. 750.

Seleuciæ, aliarumque nummis, in quibus una vox IEPAΣ ſeu *Sacræ* hactenus legitur; dubitare forte liceat, annon ea vox, ob compendia litterarum in aliis id genus nummis recepta, in duas ſit diuidenda; nempe IEP AC, quibus IEPA AΣYAOΣ, conſueto in aliis eorundem tractuum numinis more, deſignetur; maxime ubi additum in iis, ſicut *Arethuſatorum*, & *Seleucenſium* nummis, tertium illud AYTONOMOY priuilegium. Quomodo in aliis *Tyriorum* nummis, TYP. IEP. AC ſeu *Tyri Sacræ Inuiolabilis* legitur, & plura id genus exempla aliarum quoque, & vicinæ quidem Syriæ ac Palæſtinæ urbium ſuppeditant nummi, ut *Capitoliados*, KAΠITΩ IEP AC AY *Capitoliados Sacræ Inuiolabilis Suis Legibus.*

4. *In* Syriæ *ac* Phœnices urbium *nummis obuia* IEPAΣ KAI AΣYAOY *appellatio,*

In SYRIÆ proinde ac vicinæ PHOENICES urbium ſub Seleucidis nummis, prima occurrunt ſingularis illius iuris aut moris conſignata in monumentis id genus exempla. Id nempe factum ex iis diſcimus, ut plures earundem regionum ciuitates, ob peculiarem Numinis, quod apud eos colebatur, dicatique eidem Templi ſanctitatem ac religionem, cum IEPAI, tum AΣYAOI *Sacræ* & *Inuiolatæ* ſeu *Inuiolabiles* dicerentur; ceu eo priuilegio a Syriæ Regibus fuerint donatæ, quod deinceps, *ſacrandam ad memoriam*, publico illarum urbium ære conſignarent. Haud aliter nempe ac pluribus olim Aſiæ urbibus, quibus idem ius *Aſyli* denuo & certis conditionibus eſt adſertum, Senatuſconſultis præſcriptum apud Tacitum legimus, *iuſſique ipſi in Templis* FIGERE ÆRA, *ſacrandam ad memoriam.* Quod autem *Hieroſolymitani* Templi ipſiuſque urbis in vicina Palæſtina, ut de aliis in Judæa urbibus *Aſyli* iure, ad meram eorum, qui inuoluntariæ cædis erant rei, ſecuritatem mactis ſileam, intuitu & exemplo factum, haud vane licet forte arbitrari. Unde etiam iſtud partum ab antiquo iiſdem *Hieroſolymis* priuilegium, a Syriæ Regibus renouatum denuo ac adſertum e Joſepho diſcimus; qui in litteris Demetrii Soteris ad Jonatham Summum Pontificem ac Judæorum gentem ſcriptis id inter alia refert: *κ) τὴν Ιεροσολυμίτων πόλιν* IEPAN KAI AΣYAON *εἶναι βούλομαι, κ) Ελευθέραν ἕως τ ὁρῶν αὐτῆς*, &c. *& Hieroſolymitarum urbem* SACRAM ET INUIOLATAM *eſſe volo & Liberam, uſque ad eius fines* &c. Manſit vero ſub Romanis eadem iis *Syriæ* vel *Phœnices* urbibus prærogatiua; immo eadem aliis in eodem terrarum tractu urbibus, a Romanis Imperatoribus ſimiliter conceſſa eſt vel conſeruata. Id abunde utique docent etiamnum præclari id genus urbium cuſi ſub Romanis Imperatoribus, uti de nonnullis iam vidimus, nummi; ſinguli cum illa IEPAΣ, vel AΣYAOY, vel, coniunctis iiſdem vocibus, IEPAΣ KAI AΣYAOY appellatione, iique in illuſtribus Cimeliarchiis adhuc obuii: uti ANTIOCHIÆ AD DAPHNEM; ANTIOCHIÆ AD HIPPUM; ARADI; ARETHUSATORUM; BYBLI; CÆSAREÆ PHILIPPI ſeu PANEADOS; CAPITOLIADOS; DAMASCI; DORÆ vel DORUM; LAODICEÆ; PTOLEMAÏDOS; SAMOSATORUM; SELEUCIÆ; SIDONIS; TRIPOLIS; TYRI; & apud Goltzium præterea, GABALORUM, & THAPSACI, *Phœnices* ac *Syriæ* itidem urbium. Cuius autem rei exempla ſubminiſtrant inſuper aliquot Cæſariani aliarum gentium ſeu urbium nummi, ſicut ANTIOCHIÆ AD SARUM Ciliciæ fluuium; CORYCI in eadem Cilicia; EPHESI & PERGÆ, in adductis paullo ante nummis; MOCÆ in Arabia; NICOPOLIS Epiri, in Auguſti & aliorum dein Imperatorum nummis; TYA-

Annal. lib. cap 63.

Antiq. lib. cap. 5.

NORUM Cappadociæ, in Hadriani nummo Regiæ Gallorum Gazæ. Apud Goltzium insuper, ADMEDERORUM Africæ, in Domitiano; HERACLEÆ, in Vespasiano; NICOMEDIÆ, in Augusto; PARÆTONII Africæ, in Tito; SICYONIS Achaiæ, in Tiberio. Quibus addere hic liceat adnotatum a me olim in præstantissimi Morelli schedis nummum sub Antonino Pio, inscriptum similiter ΚΡΑΝΕΩΝ ΙΕΡ. ΑΣΥΛ. ΕΤ ΘΙ, *Craniorum Sacræ Inuiolabilis* Anno XIX. Quorum cæteroquin ΚΡΑΝΕΩΝ exstat in Gaza Gallorum Regia cusus sub Philippo Seniore nummus, a celebri vero Antiquario, ut & in aliis Otaciliæ huius Philippi coniugis, ac præterea Maximini iam ante nummis, iique sub ΚΡΑΝΑΙΩΝ nomine adducti. E quibus vero nummis, cum priori illo ΚΡΑΝΕΩΝ nomine, firmatur continuo virorum doctorum, Salmasii, Holstenii, ac ipsius Berckelii ad Stephanum emendatio; ubi pro gentili huius e quatuor Cephaleniæ urbibus Κραννίς, legendum Κρανεῖς monuerunt. Quamquam, ut obiter hoc moneam, non Κρανεῖς, sed Κράνιοι, cum urbs, tum gentile huius loci dicatur hodie apud [a] Thucydidem, [b] Strabonem, [c] Hesychium, & gentile itidem apud [d] Liuium, *Cranii*: sed quod non est iam huius loci.

In Thesauro.

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 114. 162. 165.

a Lib. II. §. 30. 33. & lib. V. §. 35. 36.

b lib. X. pag. 475.

c in Κράνιοι.

d Lib. XXXVIII cap. 28.

5. *Exempla aliarum Urbium aut Insularum.*

Uti vero ΙΕΡΑΣ in nummis id genus urbium signatæ exempla, in aliis antiquis monumentis, ac apud veteres etiam Auctores obuia supra vidimus; ita non idem continuo, de coniuncta illa ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ, aut etiam sola ΑΣΥΛΟΥ, integris olim urbibus tributa appellatione, statuendum videtur. Etsi haud plane insolita accidat consignata eius rei in veterum monumentis memoria. Cuius equidem illustre, ac adductis etiam ea de re nummis vetustius adhuc exemplum, & quidem extra Syriam ac Phœniciam, sed ab utriusque tamen Rege profectum, Seleuco nempe Callinico, quarto e Seleucidis, suppeditat SMYRNÆORUM Decretum, Fœderi cum eo Rege percusso præmissum in præclaro Marmore Oxoniensi. Ibi enim inter alia de illo Seleuco a Smyrnæis dicitur: ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς τοὺς βασιλεῖς, καὶ τοὺς δυνάστας, καὶ τὰς πόλεις, καὶ τὰ ἔθνη, ἀξιώσας ἀποδέξασθαι ΤΟ ΤΕ ΙΕΡΟΝ τῆς Στρατονικίδος Ἀφροδίτης ΑΣΥΛΟΝ εἶναι, καὶ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ἡμῶν ΙΕΡΑΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΝ, *Scripsit autem ad Reges, & Dynastas, & Ciuitates, & Gentes, sanciuisse se, cum* FANUM *Veneris Stratonicidis fore* INUIOLABILE, *tum* URBEM *etiam* NOSTRAM SACRAM ET INUIOLABILEM. Vides utique, mi OCTAUI, non Veneris solum Straronicidos apud Smyrnæos Templum ΑΣΥΛΟΝ, sed insuper urbem ipsam ΙΕΡΑΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΝ, Seleuci huius decreto constitutam. Quomodo non de Apollinis solum Templo in DELO sed de tota etiam Insula, ipsaque promiscua hostium in eadem agentium turba, ait Liuius: SANCTITAS TEMPLI INSULÆQUE INUIOLATOS *præstabat omnes Itaque permixti & Macedones, Et Eumenis nauales socii in Templo, inducias religione loci præbente, versabantur.* Unde nempe, ἄνδρες ΙΕΡΟΙ, *viri sacri* seu *inuiolabiles* appellantur agentes in Delo, a Dati classis præfecto, apud Herodotum: ac de tota quoque Insula a Marone dicitur:

Pag. 6. P. I.

Lib. XLIV. cap. 29.

Lib. VI. cap. 94.

SACRA *mari medio colitur gratissima* TELLUS:

haud aliter ac Γαδάρων ΙΕΡΑ ΧΘΩΝ, *Gadarorum* SACRA TELLUS dicitur in veteri Epigrammate. Adde, quomodo in genere ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΑΣΥΛΩΝ, *Macedonum Inuiolatorum*, non proinde singularis solum alicuius Macedo-

Æn. III. 72.

Anthol. lib. II. cap. 25. Ep. 70.

cedoniæ urbis, priuilegium ſignatum diximus in vetere apud Goltzium nummo. Sic *Deli* inſtar ΙΕΡΑ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΣ itidem apud Liuium SAMOTHRACUM Inſula, ubi a Romano ac illuſtri adoleſcente quæſitum in concione Samothracum docet: *Utrum nos hoſpites, Samothraces, vere accepimus, an falſo,* SACRAM *hanc* INSULAM *&* AUGUSTI *totam atque* INUIOLATI SOLI *eſſe. Quum creditæ* SANCTITATI *adſentirentur omnes &c. Sanctitas* proinde idem ibi quod Ἀσυλία haud aliter ac alibi rurſus apud Liuium de fano & luco Apollinis Delii: *eo iure* SANCTO, *quo ſunt Templa* ASYLA *Græci appellant:* ac apud Tacitum, ubi de *Hierocæſareæ* in Aſia Aſylo agitur, *qui non modo Templi, ſed duobus millibus paſſuum eandem* SANCTITATEM *tribuerant.* Cuius obuia illa ratio, ſumma Dianæ Perſicæ in eadem *Hierocæſarea* delubri religio & ſanctitas; quæ cauſſa erat & origo extenſæ ibidem illius Ἀσυλίας, ſeu *Aſyli* iuris. Qua in re unius forte urbis Romæ Ἀσυλίας a Romulo, urbe condita, omnibus, qui eam inhabitarent, & Luco vicino datæ, diuerſa fuit ratio: nempe

Græc. Tab. XXII. n. 8.

Lib. XLI. c. 5.

Lib. XXXV. c. 6.

Annal. III. 62.

Hinc LUCUM *ingentem, quem Romulus acer* ASYLUM
Rettullit.

Virgil. Æn. VII.

Quum tamen nulla adhuc in eadem urbe forent Templa, etſi mox unum ΘΕΟΥ ΑΣΥΛΑΙΟΥ in ea a Romulo ac Remo eſt erectum; nec ulla Deorum Simulacra; quæ etiam per annos centum & ſexaginta nulla Romæ fuiſſe, tradit Plutarchus.

Plutarch. in Romul. p. 22. Idem in Num. pag. 65.

6. *Origo illius iuris, a Templorum Sanctitate; nec tamen omnia Templa pro Aſylis.*

Quæ vis autem ac ratio fuerit ſolemnis adeo priuilegii, quo plures olim Aſiæ Græcæue urbes ΙΕΡΑΙ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΙ, *Sacræ Et Inuiolatæ*, ſeu velut totidem *aſyla*, meruerint in earum nummis conſignari, paucis hic adtingendum venit. Notum equidem & contritum, Deorum olim Aras, Simulacra, Templa; ac inſuper eorum Veſtibula, Porticus, Septa, adiacentes quoque iis Lucos, Hortos, [a] Vineas etiam ſubinde; quæ totidem ἀκεμβόλα χωρία, *loca Diis conſecrata*, ut nuper ad [b] Callimachum vidimus, dici conſueuerant, pro ASYLIS frequenter olim habita. Quod ſingulare tamen ius & priuilegium iis equidem Templis datum, quibus, prout a Seruio, noto ea de re loco, dicitur, conſecrationis lege id erat conceſſum; adde, quorum ob peculiarem Numinis in iis culti religionem ac celebritatem, maior quædam apud gentes ſanctitas ac veneratio hanc libertatem ſeu licentiam iis impetrauerat. Neque enim omnibus Templis Gentilium promiſcue illa libertas olim eſt indulta; ſed iis demum, quæ ΑΣΥΛΑ inde a Græcis ſunt appellata, Quod ex Liuio etiam liquere videtur, & inde utique colligit ad Marmora Arundelliana ſeu Oxonienſia doctiſſimus Seldenus: nempe eo Liui loco paullo ante adducto, ubi de Templo Apollinis Delio dicitur: *Ubi & in fano lucoque, ea religione &* EO JURE SANCTO, *quo ſunt Templa;* ASYLA *Græci appellant:* ubi, ſi per ſcriptos codices liceret, addendam crederem poſt *Templa*, vocem *quæ*, nempe, *quo ſunt Templa, quæ* ASYLA *Græci appellant*, & ad quæ proinde Templa ius illud *Aſylorum* reſtringit ibi Liuius. Non omnia proinde, quod diximus, Græcorum Templa, pro totidem *Aſylis* ſacrata; aut vero quæ id etiam priuilegium erant nacta, eodem prorſus *Aſylorum* iure fuerunt olim donata. Hinc prius quod adtinet, peculiaris fit ſubinde eorum Templorum apud veteres Auctores mentio, quibus, ut eximium quid, liberalitate ac indulgentia Principum, aut communi gentis Concilii Decreto, ius illud *Aſyli* conceſſum

[a] Vid. Sophocl. Oedip. Col. v. 16, 17. & Thucyd. lib. IV. §. 90.
[b] Obſerv. ad Hym. Dian. v. 38.
Ad Æn. IV. v. 766.

Not. pag. 25.

Lib. XXXV. c. 6.

conceſſum legitur: non autem tanquam ob commune ac receptum quod-
In Pompeio p. 731. dam Templorum omnium ius ac priuilegium. Ita a Plutarcho IUNONIS Templum *Sami, Argis,* & in *Leucadia,* Ἄσυλον exſtitiſſe dicitur: haud proinde quæuis apud Græcos Ἥρεια, ſeu Junonis fana. Ac *Junonis* quidem *Samiæ* Templum quod adtinet, antiquo illud ac ſolemni publici Græcorum Concilii ſeu Amphictyonum Decreto, & quo niterentur Samii, ius illud ſibi a Romanis firmari poſtulantes, pro *Aſylo* ſacratum, iam ante e Tacito vidi-
Annal. IV. cap. 14. mus. Dicto autem loco Plutarchus, plurium inſuper ΤΩΝ ΑΣΥΛΩΝ καὶ ἀβάτων ΙΕΡΩΝ, INUIOLABILIUM *& Religioſorum* TEMPLORUM meminit, quæque ibi enumerat, ut aliunde notiſſima, *Clarium*; *Didymeum*; *Sa-*
Lib. II. pag. 152. *mothracum*; *Hermiones Chtoniæ* ſeu *Terreſtris*, de qua conſuli poteſt Pauſanias; ÆSCULAPII; *Epidaurium*; NEPTUNI vero in *Iſthmo, Taenaro,* & *Calauria*; APOLLINIS autem in *Actio* & *Leucade*. Adde Ἄσυλα in primis, & de quibus paullo poſt, MINERUÆ in Arce Athenarum; aut dictæ apud Spartanos CHALCIOECI fanum: ac DIANÆ in monte Auentino Templum, quod communi *Latinorum* ſumptu exſtructum, ut eſſet ΙΕΡΟΝ ΑΣΥΛΟΝ, tradit Dionyſus Halicarnaſſenſis. Sic DIANÆ fanum inter *Cli-*
Antiq. lib. IV. pag. 230. *torem* & *Cinetham*, iuxta Polybium, ΑΣΥΛΟΝ ὃ νενόμισται καθ' ἁπάσας τοῖς Ἕλλησι,
Lib. IV. c. 18. *quod* ASYLI *religione Graeci colunt*; ac in adducto ſupra Smyrnæorum Decreto, VENERIS STRATONICIDIS apud *Smyrnaeos* Templum, eo
Marm. Oxon. pag. 6. *Aſyli* iure ut vidimus, a Seleuco Callinico donatum, & quidem in honorem cognominis Auiæ, cui idem Templum erat conſecratum. Cuius autem fa-
Annal. III. cap. 63. ni, ut eo priuilegio adhuc ſub Tiberio gaudentis, fit apud Tacitum mentio; ad quem vero Auctorem prius illud, quod in dicto Marmore legitur, a viris eruditis, qui a vulgati præclari illius Marmoris temporibus hunc Hiſtoricum illuſtrarunt, ac unde haud exigua lux eidem loco accedebat, adnotari omnino merebatur. Quibus addi poſſunt alia id genus memorata ibi apud Tacitum nobiliſſima variarum Aſiæ urbium Templa, ut DIANÆ LEUCOPHRYNES apud *Magnetas ad Maeandrum*; DIANÆ PERSICÆ apud *Hierocaeſarienſes*; VENERIS præterea PAPHIÆ apud *Cyprios* Fana, quibus illud *Aſyli* priuilegium fuerat pridem etſi haud una de cauſſa, nec eodem omnino iure, adſertum. Accedit memoratum ibidem ipſius DIANÆ EPHESIÆ cum eodem iure Templum; quomodo in Cæſarianis etiam *Epheſiorum* nummis memorantur iam ante ΑΡΤΕΜΙC ΕΦΕCIA ΑCΥΛΟC, *Diana Epheſia Inuiolabilis*; haud aliter ac in aliis DIANA quoque PERGÆA, ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΠΕΡΓΑΙΑC. Immo quam in rem notabile illud inprimis, quod in ea de hoc *Aſyli* iure, quo nitebantur dictarum modo aliarumque inſuper Græcarum urbium Templa, diſceptatione; non commune utique, quod ſupra iam innuimus Templorum id genus priuilegium, illæ eam in rem venditare ibi apud Tacitum dicuntur; ſed prout a Senatu iuſſæ fuerant,
Annal. III. cap. 60. miſſa ab iis Romam iura, atque, qui ea exponerent, Legati; *ſenatus* vero *maiorum beneficia, ſociorum pacta, Regum etiam, qui ante rem Romanam valuerant, decreta, ipſorumque numinum religiones introſpexit*, & quod continuo additur, *libero, ut quondam,* QUID FIRMARET, MUTARETUE. Alterum vero vel inde itidem, ac e reliqua de *Aſylis* earundem urbium apud Tacitum natratione, & aliunde inſuper conſtat: quod haud una eademque fuerit *Aſylorum* Templis id genus conceſſorum apud Graecos ratio; & quidem ſiue quoad ſpatium, intra quod illud priuilegium vim haberet, ac violare il-

lud

lud nefas eſſet; ſine eorum intuitu, quibus *perfugium* eadem dabant, ut Tacitus ea de re loquitur, *inuiolabile.*

Ac prius equidem inde continuo liquet, quod de Templo & urbe *Epheſiorum,* ob ſingularem nempe Magnæ Dianæ Epheſiæ celebritatem ac religionem, eximium quoddam ASYLI priuilegium nactis, id nominatim, ut olim iam vidimus, tangit illuſtri eam in rem loco, Strabo: ΑΣΤΑΟΝ ἡ μὲν ΤΟ ΙΕΡΟΝ καὶ πρὸ τοῦ, καὶ πρότερον ΤΗΣ ἡ ΑΣΥΛΙΑΣ ΤΟΥΣ ΟΡΟΥΣ ἀπαλλαγῆναι συμβέβηκε πολλάκις, Ἀλεξάνδρῳ μὲν ἐπὶ στάδιον ἐκτείναντι· Μιθριδάτῃ δὲ τόξευμα ἀφέντι ἀπὸ τῆς γωνίας τοῦ κεράμου, καὶ δόξαντα ὑπερβάλλεσθαι μικρὰ τὸ στάδιον, Ἀντωνίῳ δὲ πλησιάζοντι τούτῳ, καὶ συμπεριλαβόντι ΤΗ ΑΣΥΛΙΑ ΜΕΡΟΣ ΤΙ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ· ἰδόντι δὲ τοῦτο βλαβερὸν, καὶ ἐπὶ τοῖς κακούργοις ποιοῦν τὴν πόλιν. ὥστ' ΗΚΥΡΩΣΕΝ ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ; ASYLI *autem* IUS TEMPLUM *habet etiamnum, ut olim. Sed iſtius* JURIS LIMITES *ſæpe* MUTARI *contigit. Alexander quidem ſtadium ei largitus eſt. Mithridates vero, quantum ſagitta ab angulo tecti emiſſa pertingeret. Antonius id duplicauit,* PARTEMQUE URBIS ASYLO *adiecit. Viſum fuit hoc damnoſum, & maleficis urbem hoc pacto in poteſtatem dedi. Unde id Auguſtus Cæſar* ABROGAUIT. Idem adſtruit quoque, id quod de *Aſylo* Templi Dianæ Perſicæ apud *Hierocæſarienſes* refert, ubi de expenſo a Senatu illo variorum tum in Aſia *Aſylorum* iure agit, Tacitus: *Altius* HIEROCÆSARIENSES *expoſuere,* PERSICAM *apud ſe* DIANAM, *delubrum Rege Cyro dicatum, & memorabant Perpennæ, Iſaurici, multaque alia Imperatorum nomina, qui non modo* TEMPLO, SED DUOBUS MILLIBUS PASSUUM *eandem* SANCTITATEM (nempe Ἀσυλίαν, ut paullo ante vidimus) *tribuerant.* Qui proinde Imperatores ſeu exercituum Duces, Εὐεργέται τῶν ἱερῶν, *Benefactores templi* dici poterant eodem iure, quo quidam Timoclides, aliiue inſuper, dicuntur Templi in Delo Εὐεργέται in aliquot antiquis Marmoribus. Ut vel inde præterea adſequamur, cur illud ΙΕΡΟΚΑΣΑΡΕΙΑΣ nomen ſit eidem urbi continuo inditum. Quomodo alioquin celebri Theodoſii Junioris, quæ præter utrumque Codicem, plenior additur Concilio Epheſino, conſtitutione, auctos & ampliatos legimus Templorum ſeu Eccleſiarum fines ad eas confugientibus: ut nempe non Altare ſolum, vel Oratorium ſeu Narthex; ſed quidquid erat trans Templa ſpatium, quod domibus, cellis, hortis, balneis, aris, porticibus occupatur, uſque ad extremas fores Eccleſiæ, hanc iis immunitatem præſtaret. Sed quæ latius, ut adducta modo Auctorum loca arguunt, & extra ipſum Templorum ambitum, patebat dictis modo *Dianæ Epheſiæ,* vel apud Hierocæſarienſes Perſicæ, *Aſylis* immunitas. Haud aliter ac agri omnes vicini addicti Dianæ apud *Tifatenſes* cultæ, iuxta Vellcium: & Mileſiis, SACRUM, *quem appellant,* AGRUM *reſtituiſſe Romani* leguntur apud Liuium, ac iam ante apud Polybium. Neque aliter Zelæ urbi Armeniæ adiacentem regionem *ſacram* fuiſſe obſeruat Strabo. Immo quomodo in diuiſione agrorum hoſtilium, partem eorum in uſum ſacrorum Diis conſecratam: uti poſt deuictos ab Athenienſibus, qui ab iis defecerant, Lesbios, obſeruat alicubi Thucydides. Alibi vero apud eundem, Laconum Dux Braſidas, capta Lecytho, triginta minas Deæ Palladi ad Templum ædificandum dediſſe, ac poſtea totum ſolum illi dicauiſſe dicitur. Adeo ut non citra morem alibi receptum, *ſanctum* dicatur *ſolum* circa Hieroſolyma, ἐν τόπῳ ἁγίῳ, apud Matthæum; idque ex conceſſione Syriæ

7. *Definiti id genus* Aſylorum *limites.* Lib. XIV. pag. 641.

Aenal. III. c. 62.

Marm. Oxon. pag. 287. 289. P. II.

Leg. IV. C. Th. de Hiſt. Q. A. Eccl. Conſ. Leg. III. C. Juſt. Eodem.

Lib. II. c. 25.

Lib. XXXVIII. cap. 29. Exc. Legat. XXXVI.

Χώρα τὰ ὑπέκειτο ἱερά lib. XII. p. 529.

Lib. III. §. 50. Lib. IV. §. 116.

Cap. XVIII. v. 15.

Regum Alexandri ac Demetrii, iuxta Macchabæorum Scriptorem, & Josephum in Originibus.

Antiq. lib. VIII. cap. 5.

8. *Aliud* ASYLORUM *id genus discrimen.*

Quod vero illud quoque inter ea Templorum apud Græcos ASYLA discrimen exstitisse diximus, ut non eadem omnibus promiscue inuiolabile præberent perfugium, quod alioquin a viris eruditissimis tradi subinde video, abunde itidem e priscis Auctorum monumentis comprobatur. De Templo quidem CHALCIOECI apud Spartanos MINERUAE, *Asylum* illud omnibus, etiam morte damnatis, exstitisse obseruat Polybius; unde pro immani quodam scelere mactatos in eo Templo ab aliquot adolescentibus Lacedæmoniis Ephoros, ibidem refert. Prius illud firmat etiam Polyænus: qui ab eo χαλκίοικος *Minerue* Templo, quemcumque supplicem abducere nefas fuisse similiter adserit. Ita eiusdem Deæ in Arce Athenarum Templum, uti & alterum *Eumenidum*, seu eorundem Numinum in iis Aras, pro inuiolabili perfugio omnibus promiscue, grauiorum etiam criminum reis, ut perduellibus ciuibus, exstitisse docebit Thucydides. Tradit enim custodes Arcis Athenarum, qui eam, duce Cylone quodam Athenienſi, vi occupauerant, ac dein ab Athenienſibus eadem recuperata, ad Aram Mineruæ confugerant, unde nefas erat eos vi abducere; quum fame esset iis pereundum, contra fidem datam se nullo maleficio adficiendos, inde sponte abductos, fuisse mox interfectos: ad Aras quoque Eumenidum sedentes itidem ex eorum numero profugos, fuisse ibidem cæsos. Quo nomine, ut addit continuo grauissimus Auctor, qui hoc admiserant, ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι, *scelerati* & *impii*, ob tantum scelus in Deam patratum, & quidem, (quod notandum) tam ii, quam eorum posteri fuerint deinceps appellati. Sic Palicorum in Sicilia Fanum, Ἄσυλον τελεσμάτων, seu *inuiolatum maxime Asylum* a Diodoro dicitur; & a quo seruos etiam, qui aduersus sæuitiam dominorum eo confugerant, nefas esset per vim abducere. Simile quoque *Minerue* apud *Tegeatas* Templi, sacrosancti uniuerso Peloponneso habiti, priuilegium, a quo supplices non licuit quoque retrahere, adductis Leotychidos, Chrysidos, & Pausaniæ Spartani exemplis, docet Pausanias. Quod alioquin priuilegium haud omnibus id genus *Asylis* erat concessum; ut nempe certum eadem essent ac securum quibusuis maleficis vel seruis perfugium. Quod ne quidem olim apud Græcos omnibus Deorum Aris vel Simulacris etsi ea pro sacris maxime *Asylis* fuerunt olim habita, indultum legitur. Quin etiam apud Æschylum ad Orestem supplicem, qui Athenis ad Mineruæ simulacrum iussu Apollinis confugerat, a Dea dicitur:

Lib. XI. pag. 288.

Lib. III. pag. 167.

ΕΙΠΕΡ ΠΕΠΟΙΘΩΣ ΤΗ ΔΙΚΗ, ΒΡΕΤΑΣ τόδε,
Ἡσαι φυλάσσων ΕΣΤΙΑΣ ΑΜΗΣ πέλας

Eumen. v. 442.

SI QUIDEM JUSTITIÆ, seu CAUSSÆ TUÆ CONFISUS, *hoc* SIMULACRUM *sedens amplexus, prope* ARAM MEAM. Arguit vero id inprimis illud ipsorum Athenienſium effatum apud Thucydidem: ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυγὰς εἶ τοὺς βωμούς, *delictorum non voluntariorum Aras esse perfugium:* immo iis annui exilii pœnam, quod obseruarunt iam eruditi Atticarum legum collectores, fuisse demum indictam. Haud aliter proinde ac Urbes olim integræ, ut Asyla totidem seu, iuxta LXX Interpretes, voce, ut videtur, Alexandrina, φυγαδευτήρια, Dei iussu, apud Hebræos fuerant inuoluntariæ cædis reis constituta. Quum alioquin apud Euripidem in Jone, male a Diis prouisum dicatur, ut maleficis impune ad eorum Aras sedere liceat: castos

Lib. IV. §. 98.

Num. XXXV. 6, 11, 12.

caſtos enim ſeu innocentes ad eas ſedere demum opportere:

Τὰς μὲν ἀδίκους, βωμὸν ἐχ ἵζειν ἐχρῆν, Jon. v. 1312.
Αλλ' ἐξελαύνειν

Neque enim iniuſtos ſeu *maleficos ad Aram ſedere oporteret, Sed eos inde expellere.* Id utique conſtat ab *Aſylis* id genus, & quidem fœuitia, aut vindictæ libidine, ſupplices abductos ſæpenumero; aut quod magis peculiare habitum, in iiſdem quoque cæſos: quomodo ipſius M. Antonii iuſſu, Arſinoë Cleopatræ ſoror in ipſo Dianæ Epheſiæ, cuius ille *Aſyli*, ut paullo ante vidimus, amplitudinem valde auxerat, interfecta a Joſepho dicitur. Abducere quidem, Antiq. lib. xv. cap. iv. pag. 517. ubi non ſpeciale ea de re priuilegium apud Græcos erat impertitum, a Deorum Fanis, quæ pro *Aſylis* alioquin ſacrata, non quoſuis ſupplices, ſed grauiorum criminum reos, aut fugitiuos etiam ſeruos, uti mox adhuc dicetur, licuit; non vero continuo eos in iis interficere. Id enim apud Græcos ve- Hypoth. lib. i. pag. 512. titum, ut ea de re Sextus Empiricus, & quod aliunde ſat notum, homines in templo cædere. Piaculare utique id olim in primis habitum, Ædes vel Aras Deorum humano fœdare ſanguine, niſi ubi humanis forte victimis erat locus. Etſi id apud Sopatrum in Hermogenem quæri videas, an interſit Pag. 317. occidere aliquem in loco ſacro, vel profano; nihil vero differre, dicat, quod malos oderint Dii. Unde etiam ne id genus perfugio tuti agerent, aut incolumes forte elaberentur, quos non licebat, ob ſingulare, de quo ſupra, *Aſyli* priuilegium, per vim inde abducere, ii muro inter alia circumſepti, ut fame in iis perirent: ſicut a Corcyræis in ſupplices, qui apud ſe in Bacchi fanum confugerant, animaduerſum, tradit Thucydides: ſed quæ facta id genus pia- Lib. III. § 81. culo non caruiſſe, docebit, ubi de ſimili Pauſaniæ apud Spartanos fato agit, Lib. I. §. 134. idem Auctor. Verum recepto alioquin iure, ac publica auctoritate retracti etiam a Fanis vel Aris, etſi Aſylorum iure gaudentibus, grauiorum criminum rei, ut *Sacrilegi:* prout in Agrippæ ad Epheſios decreto apud Joſephum legitur, quo iubet, καταφύγοντάς τι εἰς ΤΑΣ ΑΣΥΛΙΑΣ, *confugientes ad* A- Antiq. lib. xiv. cap. 4. ſianorum ASYLA, qui Judæis ſacras pecunias furto abduxerant, inde retrahi a Judæis poſſe, & quidem, ut ibi, quod notatione omnino dignum, additur: ᾧ δικαίῳ ἀποσπῶνται οἱ ἱερόσυλοι, *quo iure ſacrilegi inde retrahuntur.* Quod de *transfugis* etiam dicendum eſt apud Athenienſes; prout transfugam ab Ara XII Deorum Athenis publico iudicio retractum, & morte multatum tradit Lycurgus in Leocrate. Ita *fugitiuos* etiam *ſeruos* ex iiſdem Aſylis retrahere licuit. Hinc a Plutarcho Reges, qui Templa ſibi olim ſacrari voluerunt, Pag. 156. cum ſeruis comparat; quod nempe ii τῷ νεῷ, ὥσπερ ἀγώγιμοι δ' ἐκπέται, τῶν ἱερῶν καὶ τῶν βωμῶν ἀποσπασθέντες, *nunc,* | *tanquam fugitiui ſerui, a templis & Aris auulſi.* De Iſide pag. 360. Unde lux continuo accedit ei Ciceronis in Verrem loco, ubi conqueſtum tradit M. Aurelium Scaurum; quod quum Quæſtor eſſet in Aſia, prohibitus fuerit ſeruum ſuum, qui Epheſi in Dianæ fanum confugerat, inde abducere; eoque nomine *Pericles Epheſius, homo nobiliſſimus, Romam auocatus, quod* AUCTOR ILLIUS INIURIÆ *fuiſſe argueretur.* Certe inter exempla In Verrem. i. cap. 33. licentiæ ac impunitatis id genus *Aſylorum,* & quibus Dianæ Epheſiæ fanum quoque adnumeratur, coercendæ, id ad Tacito refertur: quod *complebantur Templa peſſimis ſeruitiorum;* cuique modus proinde Senatuſconſultis tum eſt Annal. 3. c. 62. præſcriptus. Adde, quod ea *iniuria* eo magis ſe in prouincia Populi Romani adfectum queri poterat Romanus Senator, & Quæſtor inſuper in eadem publica auctoritate conſtitutus; quod ne tum Romæ quidem ſeruis ad

Capi-

Ibidem c. 36. Capitolium, aliaue Deorum in urbe Templa, ut vel e C. Cestii alibi apud Tacitum oratione in Senatu habita, liquere potest, securum pateret perfugium. Quamquam *obæratos* quod adtinet, & quibus ut *seruis* completa itidem illa Asiæ, ac inter ea Dianæ Ephesiæ Asyla, tradit ibidem Tacitus, id priuilegium mansisse eidem Deæ huius Ephesiæ fano, nec proinde Senatusconsultis vel a Tiberio tum abolitum, e Plutarcho constare potest, qui confugientibus ad illud Dianæ Ephesiæ Templum debitoribus: ἀσυλίαν καὶ ἄδειαν ἀπὸ τῶν δανείων, *asylum & securitatem aduersus creditores* præstari docet. Neque vero adhuc Principum Statuæ, uti postea sub Imperatoribus obtinuit, erant pro totidem *Asylis*; ad quas licuit *seruis*, & quidem ad euitandam dominorum sęuitiam, confugere; ut ex Antonini Pii Rescripto, & alia [b] Ulpiani lege liquet; otsi id subinde fuerit aliorum Imperatorum decretis coercitum seu restrictum. Athenis equidem, non ad Templa quæuis promiscue, vel Deorum Aras; sed ad Theseum, seu erectum in honorem Thesei fanum, ac ad Eumenidum Dearum Templum confugere demum [c] *seruis*, tanquam *ad inuiolabile perfugium*, licuit. Quod præter Plutarchum, aliosque veteres Grammaticos de hoc Thesei eam in rem fano, de utroque fidem simul facit Aristophanes, qui locus effugit eruditissimi [d] Meursii, ubi ea de re agit, diligentiam:

De Virtnde Æt. Alien p. 818.

a Leg. 11. D. de II. Q. Sui Jur.

b Leg. I. D. de Off. Præf. Urb.

c Ἐστι δὲ φεύγειν εἰκὸς καὶ τοὺς Plutarch. in Thesco p. 17.

d In Thesco cap. 31.

e Equit. pag. 360.

> [e] Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσας, ἢ πρὸ τῶν Σεμνῶν Θεῶν,

Ad Theseum confugientibus, vel ad Venerandarum Dearum seu Eumenidum, fanum. Quum cæteroquin, ut hoc obiter addam, seruos Athenis a Furialibus, seu pompa hisce Eumenidibus sacra, excluſos, Philo alicubi doceat. Neque vero cunctis promiscue *Asylum* exstitit Athenis hoc *Theseum*, prout ab eodem Cl. Meursio dicitur; sed, quod vel ex adductis dein ab ipsomet Plutarchi, & aliorum adhuc Auctorum locis liquet, *seruis* demum & *humilioris sortis hominibus* aduersus potentiores patuit. Ita confugientes ad sacrum Palicorum, de quo paullo ante, in Sicilia fani Asylum, aduersus sæuitiam dominorum, seruos abducere quidem inde, quod paullo ante e Diodoro vidimus, haud licuit; sed illos tuto ibi permansisse ibidem dicitur; nempe donec idonea fide a Dominis per arbitros data, & quam violare ingens foret piaculum, serui iisdem reconciliarentur. Haud aliter nempe, & quæ inde illustrantur, Christianorum Imperatorum constitutionibus, quæ exstant etiamnum in utroque Codice, uti eiusdem, de quo paullo ante, Theodosii Junioris, præscriptum legitur, ut seruus ad Ecclesiam confugiens uno tantum die ibi detineatur; eidem vero impertita a dominis Clericorum deprecationibus, peccati indulgentia, ab ea dein abducatur: quod si armatus seruus in Ecclesiam irruperit, non expectato diei lapsu, eundem domino abstrahendi copia non denegetur. Quum alioquin ad Herculis templum ad ostium Nili Canobicum in Ægypto, profugos qualescunque seruos, ubi sacris quibusdam notis acceptis se Deo dedidissent, nefas fuisse tangere seu inde abstrahere, tradat Herodotus. De Ασυλίᾳ cæteroquin in genere, supplicibus nempe Ægyptiis Danaïdibus ab Argiuis concessa, apud antiquum Auctorem Æschylum legitur:

Quod Omn. Prob. liber pag. 886.

Plutarch. ut supra.

Leg. IV. C. Th. & C. Just. de His. Q. Ad Eccl. Conf.

Lib. 1. cap. 113.

Suppl. v. 618.

> Ἡμᾶς μέτοικον τῆς δ' ἐπιχθονίου χθονὸς,
> Καὶ ἀρρύστους, σοῦ τ' ΑΣΥΛΙΑ βωμοῦ.

Nos hanc terram incolere liberas, Neque pignoris loco capiendas, & INVIOLATAS hic *inter homines mansuras.*

E qui-

E quibus autem illud abunde, ut opinor, conſtat, non ea mente, ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥΣ *Sacras Et Inuiolatas* vel *Inuiolabiles* dici, in earum nummis plures Græciæ Aſiæque potiſſimum urbes, quod promiſcue ſeruis, obæratis, maleficis (quod ne pleriſque quidem Templis, ut vidimus, cum antiquo *Aſyli* iure ſacratis, concedebatur) impune ad eas liceret confugere; neque ii, uti a Romanis, ſub eorum dominatione, repeti inde poſſent ac abduci. Id autem ius earum urbium in eo poſitum fuiſſe tradit eruditus Auctor de nummis urbium illuſtratis; quod ex urbe, cui id datum eſſet, nemo qui vicinis damnum iniuriamue intuliſſet, repeti in deditionem poſſet. Quod a doctiſſimo Seldeno fuerat iam ante ad Marmor Oxonienſe monitum; ubi, ſicut iam vidimus, ΙΕΡΑΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΝ *Smyrnæorum* urbem declaraſſe dicitur Seleucus Callinicus. Neque tamen, ut certam ac indubitatam hanc ſuam de illo Ασυλίας huius *Smyrnæorum* urbis ac Fani iure exqlicationem, adfert ibidem vir inter prima litteratæ huius Britanniæ decora merito adnumerandus. Ampliorem utique prodit id genus iuris, ut olim iam vidi, ſignificationem grauis & antiquus Auctor Polybius, qui de Eleis agens, ait: ὅτι λαβόντες ἄφοβοι τὸ Ελλήνων συγχώρημα, ἀφ' ὃ τὸν ἀγῶνα τῶν Ολυμπίων, ΙΕΡΑΝ ΚΑΙ ΑΠΟΡΘΗΤΟΝ ἄγων ΤΗΝ ΗΛΕΙΑΝ, ἅπαντες πάντες ὄντες δεινῶν, καὶ πάσης πολεμικῆς περιστάσεως, interprete τῷ πάνυ, *quando uniuerſa conſentiente & concedente Græcia, ad ludicrum Olympiorum, omni periculo exempti, omniſque belli expertes,* ΕΛΕΑΜ *incolæ* ΣΑΚΡΑΜ *&* ΝΥΛΛΙ ΡΟΡΥΛΑΤΙΟΝΙ ΟΒΝΟΧΙΑΜ *habitabant.* In quibus verbis liquet utique ΙΕΡΑΝ ΚΑΙ ΑΠΟΡΘΗΤΟΝ dici, idem quod ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΝ, prout ipſe Polybius id mox explicat, ubi illud vetus Eleorum priuilegium vocat τὴν παλαιὰν καὶ πάτριον ΑΣΥΛΙΑΝ, & quam in eo poſitam, ut vidimus, docet, ut expertes eſſent omnis damni, omniſque deprædationis. Unde etiam vocem ΑΣΥΛΟΝ, quam per *inuiolatum*, aut *ius inuiolati ſoli* vertit, ut ſupra vidimus, Liuius; per *inuiolabile perfugium*, adducto quoque eius ea de re loco, Tacitus; per *inſpoliatum* (ſeu ἀσυλήτιον) reddit in Oratione ad J. Cæſarem, Salluſtius: *Eoque per omne tempus belli, quaſi* ΣΑΚΡΟ *atque* ΙΝΣΠΟΛΙΑΤΟ ΦΑΝΟ *debitores uſi*: prout alioquin ΣΠΟΛΙΑΤΙΟΝΕΜ *nobiliſſimi atque antiquiſſimi* ΦΑΝΙ tangit in Verrinis Cicero. Ea ratio proinde id genus ΑΣΥΛΩΝ ciuitatum exſtitit, ut nec vi retrahere aut repetere etiam ex iis ſupplices, qui aſylo ſeu perfugio haud plane indigni videbantur, liceret; ac præterea a ſubeundis belli oneribus, & ſpoliationis militaris periculo immunes quodammodo eædem agerent. Quum contra σύλαι a Græcis, & quidem ſcriptoribus Atticis, ea loca dicerentur, quæ deprædare impune liceret. Quomodo explicanda Demoſthenis verba vere omnino tradit magnus Salmaſius: nempe ὅσα ἂν μὴ σύλαι ὦσιν Αθηναίοις, *ubi ius deprædationis non haberent Athenienſes*; & cui geminus, ut hoc addam, mox apud eundem Oratorem locus: ὅσαπερ διδόμενα σύλων φασηλίταις κατ' Αθηναίων, *ceu quæ ad deprædandum data eſſent Phaſelitis contra Athenienſes.* Qua occaſione obiter hic emendandus Sopatris in Hermogenem locus: εἰσὶν ἵνα καὶ ἐπὶ τῶν ἱερῶν λύσις, ἱεροσυλία, ubi pro λύσις vocem σύλη vel σύλησις reponendam continuo liquet, *qualis utique erat deprædatio templi, nempe ſacrilegium.* Inde vero, ut hoc addam, dictus ſubinde ἄσυλος apud Græcos pro *libero* in genere, ſeu immuni ab aliquo vinculo, ut Helena de ſe apud Euripidem: ἄσυλος γάμων, *libera a nuptiis.* Et hæc hactenus ad tot veterum & inſignium nummorum, in quibus conſignata illa variarum, & quidem Græcarum potiſſimum in Aſia

9. *Quæ vera ratio fuerit dictarum in nummis Urbium* ΙΕΡΩΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΩΝ.

Pag. 7. Not. ad Marm. Oxon. pag. 25. P. I.

Lib. IV. c. 73.

Ibidem.

Orat. 1 de Rep. Ordin.

In Verr. IV. cap. 46.

De Modo Uſur. pag. 110. Ad Lacritum pag. 547. ed. Græc. Pariſ.

Ibidem p. 549.

Pag. 207.

Helen. v. 6.

sia urbium, tanquam ΙΕΡΩΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΩΝ iura, pleniorem quandam lucem hic adnotanda, neque alieno utique loco, duximus. Etsi enim in genere de ipso ASYLORUM iure multa sint iam a viris eruditis, ac peculiaribus subinde, quæ in litteratorum hominum manibus versantur, lucubrationibus delibata; haud metuere tamen mihi videor, ut qui hæc a me ad hosce veteres nummos modo memoratos, in quibus urbium, quæ velut totidem forent ASYLA, fit mentio, aut olim etiam ante complures annos adnotata, legerit, compilasse me easdem commentationes, quod cæteroquin citra imminutam virorum eruditorum laudem dictum velim, continuo arguat.

VII.

De Urbibus ΕΛΕΥΘΕΡΑΙΣ, & ΑΥΤΟΝΟΜΟΙΣ *seu* Liberis & Suarum Legum *in nummis.*

Hisce autem dictis variarum in Europa, Asiaue potissimum Urbium Juribus ac Priuilegiis, quæ in priscis earum nummis consignantur, accedunt ea quoque, quæ LIBERAS illas ac SUARUM LEGUM beneficio usas produnt; ac proinde in quarum nummis eædem ciuitates ΕΛΕΥΘΕΡΑΙ, ac frequentius ΑΥΤΟΝΟΜΟΙ declarantur. Qua de re autem ne hic mihi pluribus commentari sit necesse, in caussa est, quod in editis nuper admodum in hac Britanniæ Merropoli geminis meis ad Imperatoris Antonini Caracallæ constitutionem, de ciuitate omnibus, ingenuis scilicet, in orbe Romano data, Exercitationibus, eo de argumento sit haud indiligenter a me actum; illudque inter alia e selecta veterum nummorum penu comprobatum ac illustratum. Unde quænam esset ea iuris illius seu beneficii id genus urbibus, quæ eo gauderent, concessi ratio; quam impenso illud studio fuerit ab iis expetitum; quo gaudio autem vel plausu acceptum; quæ prodita sit in antiquis monumentis, & in quibus potissimum gentibus, eius rei memoria; idque vel ante, vel post Romani imperii propagatos iisdem in oris limites, est in eodem opere a nobis traditum & explicatum. Quia tamen institutæ huius commentationis ratio exigit, ne præterita hic abeat omnis eius rei, quatenus nempe eadem ex antiquis, & quidem Græcis potissimum, nummis percipitur demum vel illustratur, commemoratio; ea paucis defungi mihi nunc incumbit.

I. *De Urbibus* ΕΛΕΥΘΕΡΑΙΣ *in earum nummis.*

De diuersa Liberarum Urbium conditione.

Neque vero est necesse, opinor, ut hic in veram vocis illius ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ, seu LIBERÆ, qua in nummis earum cum Græcis, tum Latinis subinde, variæ olim ciuitates se efferunt, notationem hic operiose inquiram. Quum enim alia sit plena *libertas*, quæ, qua gaudent gentes vel urbes, nullam superiorem alterius potestatem agnoscunt, aut cuius maiestatem etiam comiter conseruare teneantur; alia vero libertas, quæ iuris quidem exequendi, seu proprii magistratus, suarumque legum arbitrium, ac interdum etiam a pendendis tributis aut vectigalibus immunitatem largiebatur, in fide tamen alterius Regis vel populi easdem relinquebat; ad secundum hoc libertatis genus restringi ibi in earum nummis illud ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ priuilegium, ut mox

peni-

penitius conſtabit, ſat liquet. Adeo ut non eadem hæc eſſet Græcarum illarum urbium ἐλευθερία, quam poſt deuictum terra marique Xerxem aiebat iis obtigiſſe Xenophon: μέγιστον δὲ μαρτύριον Η ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ, mox οὐδένα γὰρ ἄνθρωπον ΔΕΣΠΟΤΗΝ, ἀλλὰ τοὺς Θεοὺς προσκυνεῖτε, *longeque maximum teſtimonium eſt ipſa* LIBERTAS URBIUM, *in quibus vos in lucem editi & alti eſtis. Nec enim ullum hominem pro* DOMINO, *ſed Deos adoratis.* Mitto hic inſuper eam vocis huius ἐλευθέρας ſignificationem, quæ a Theſeo apud Euripidem, & paſſim alibi a Græcis Auctoribus, de iis urbibus dici conſueuit, ubi non ab uno ciuitas, ſeu Rege vel tyranno, regebatur; ſed in qua conſtituta erat Democratia ſeu populare imperium: nempe ut ea de re Euripides: Ἐπεὶ Exped. Cyr. lib. III. cap. II. §. 8.

οὐ γὰρ ἄρχεται
Ἑνὸς πρὸς ἀνδρὸς, ἀλλ' ΕΛΕΥΘΕΡΑ ΠΟΛΙΣ,
Δήμῳ δ' ἀνάσσει ἀφθόνοις ἐν μέρεσι. Suppl. v. 404.

non enim regitur Ab uno viro; ſed eſt LIBERA CIUITAS. *Populus enim imperat ſucceſſione per vices*; & quod paullo poſt ſequitur ab eodem Theſeo dictum:

ΤΟΕΛΕΥΘΕΡΟΝ δ' ἔστιν, εἴ τις ἀστοῖς, πόλει Thes. v. 439.
Χρηστόν τι βούλευμα εἰς μέσον φέρειν ἔχῃ,

Illud autem eſt LIBERUM, *ſi quis velit ciuitati Bonum aliquod conſilium in medium proferre, quod habet.* Quomodo nempe alibi ab eodem Tragico *Barbari* dicuntur *ſerui*, Græci autem *liberi*: τοῖς μὲν γὰρ δοῦλοι, οἱ δ' ἐλεύθεροι, quod nempe primi, Regum; hi, populari imperio ſubiacerent. Quo ſpectat etiam illud quod apud Herodotum legitur: Ἑώντων δὲ ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ πάντων ἄνευ τὴν Ἀσίην, ὡς ἐπύθοντο εἰς τυραννίδας περιῆλθον, *caeteroquin quum iam per continentem uniuerſum* SUIS UTERENTUR LEGIBUS, *mox ita tyrannorum arbitrio ſubiecti ſunt.* E quorum proinde *Barbarorum* numero eximuntur ab Hippocrate, qui nempe in minori Aſia, ſeu dicto eius continente, vel inſulis, una cum aduenis in eam Græcis (quæ loca nempe iuxta Euripidem, μιγάσιν Ἕλλησι βαρβάροις τ' ἐμοῖ, *mixtis Græcis a Barbaris ſimul habitata*) agebant: ἔνεστι δὲ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλλησι μὲν δεσποζόμενα, ἀλλ' αὐτόνομα εἰσίν, *quicunque in Aſia Græci vel Barbari, non Regiæ dominationi ſubiacent, ſed ſuis legibus utuntur*, ſeu *liberi ſunt*, pro promiſcua, qua de re mox, vocum ἐλευθέρας ac αὐτονόμου apud Græcos ſignificatione; eos nempe, quod addit ſenex Cous, eſſe bellicoſiſſimos: Bacch. v. 18. De Aere, Aquis & Locis c. IX.

Eam autem eſſe veram ac genuinam dictarum in nummis ΕΛΕΥΘΕΡΩΝ ſeu LIBERARUM urbium appellationem, quam ſecundo loco adtigi, vel inde abunde conſtat; quod cæteroquin eædem ciuitates, in Regum antea, dein Romani populi ac Imperatorum ditione, aut etiam, quæ alioquin diſtinguit Polybius, fide cenſerentur. Qua ratione proinde eædem urbes, quæ eo titulo ſe in publicis illis nummorum monumentis efferunt, non cum plena illa, quam priore loco diximus, libertate relinquebantur; ſed qualem partim ab antiquo a conditoribus ſuis vel benefactoribus obtinuiſſent, partim Populi Romani aut Imperatorum beneficio eſſent primum adepti, retinebant. In eo vero poſitam illam diximus, ut proprii quidem Magiſtratus, ac ſuarum Legum ſeu Αὐτονομίας libertate fruerentur, quod apud Xenophontem dicitur: ἄρχειν τε ἑαυτῆς (ſcilicet πόλεως) καὶ οἷς ἂν βούληται νόμοις χρῆσθαι, *ſe ipſam regere, & quibus*

2. *Diuerſa Liberarum ac Αὐτονόμων & Immunium Urbium ratio.*

Hiſtor. Græc. lib. VI. cap. III. §. 5.

quibus velit, legibus uti. Quod ſimiliter a Romanis Scriptoribus de liberis id genus urbibus dicitur *Rempublicam ſuo arbitrio adminiſtrare*, uti de Apa-
Lib. x Epiſt. 56. menſibus Bithynis a Juniore Plinio, qui tum illi prouinciæ præerat; *Apamenſes dicunt habuiſſe priuilegia, ac vetuſtiſſimum morem,* ARBRITRIO SUO
Orb. Roman. p. 105. REMP. ADMINISTRARE. Quomodo etiam, quod iam alibi monui, ac unde idem Plinii locus illuſtratur, *Reſpublicæ* a Romanis dicta municipia aliæque ciuitates liberæ, quibus nempe ſui iuris & proprii magiſtratus libertas erat conceſſa; quique *Rempublicam gerere* vel *adminiſtrare* dicti inde in libris
a Leg. v. D. de Legat. 3. veterum Juriſconſultorum: [a] *ſi fuerit municipio legatum relictum ab his, qui* REMP. *gerunt:* alibi, [b] *Ad* REMP. ADMINISTRANDAM, *ante viceſimum*
b Leg. viii. D. de Muner. *quintum annum &c.* Immo prout iam ante a Cicerone de liberis id genus Græco-
Pro Flacco cap. vi. rum urbibus dictum GRÆCORUM *autem totæ* RESPUBL. *ſedentis concionis temeritate* ADMINISTRANTUR. Neque vero ex indulta illa id genus urbibus a Populo Romano vel Imperatoribus libertate, inde continuo ſe-
Obſerv. ad Jus Attic. p. 612. quebatur, aut plurimum ab ea penderet, prout cenſuit ὁ πάνυ Salmaſius, a tributis Immunitas; atque ita, iuxta eundem, coniuncta ut plurimum forent Αὐτοδικία, Αὐτονομία, & Αὐτοτέλεια· quibus vocibus tria illa beneficia *Suorum Magiſtratuum, Suarum Legum,* & *Immunitatis a vectigalibus* aut *tributis* a Græcis dicebantur. Tales equidem Delphos, ob ſanctitatem illius Templi, fœdere Athenienſium & Lacedæmoniorum relictos apud Thucydidem legi-
Lib. v. cap. 18. mus: καὶ Δελφοὺς αὐτονόμους εἶναι, καὶ αὐτοτελεῖς, καὶ αὐτοδίκους, καὶ αὐτούς, καὶ τῆς γῆς τῆς ἑαυτῶν, καὶ τὰ πάτρια· *ipſoſque Delphos ſuis legibus, ſuis vectigalibus, ſuiſque iudiciis relictos, tam eorum ratione, qui in urbe, quam qui in eorum terra habitarent, idque iuxta patrium inſtitutum.* Quo referre etiam licet quod a Seneca de Achaia & Rhodo Claudii temporibus, & ſingulari quidem eam in rem loco,
De Benef. lib. v. cap. 16. dicitur: *ut quæ* (Roma nempe) *Achæis, Rhodiis, & pleriſque urbibus claris* JUS INTEGRUM LIBERTATEMQUE CUM IMMUNITATE *reddiderat, ipſa tributum ſpadonibus penderet:* ubi nempe tria illa modo dicta, αὐτοδικίαι, αὐτονομίαι, & αὐτοτέλειαι Achæis & Rhodiis relicta a Romanis docet. Quum alioquin proprii magiſtratus, ſeu iudiciorum, ac ſuarum legum libertas, αὐτοδικία proinde ac αὐτονομία citra immunitatem a tributis, ſeu αὐτοτέλεια, vel ἀτέλεια, aut apud Joſephum τὸ ἀνεισφορον, ſæpe legatur, & qua de re mox, variis olim urbibus conceſſa. Ita utrumque illud beneficium αὐτοδικίας ac αὐτονομίας, quæ vulgo olim iuncta, Aſiaticarum quarundam urbium Diœceſibus reſtitutum, non vero immunitatem ſeu ἀτέλειαν tradit ad Atticum ſuum Tul-
Lib. vi. Ep. 2. lius: *omnes* SUIS LEGIBUS & JUDICIIS *uſæ Autonomiam adeptæ reuixerunt.*
Exc. Legat. xxxvi. Unde Αὐτοδικίας illius, ſeu πάτριος πολιτείας, uti a Polybio dicitur, proprii nempe magiſtratus, qui ius iiſdem liberis urbibus redderet, ſeu iuxta patrias leges iudiciis præeſſet, urbemque adminiſtraret, clariſſimum teſtimonium perhibent ſignati paſſim Græcarum & liberarum id genus urbium nummi, cum patrii earundem in iis Magiſtratus, *Archontis, Prætoris,* ſeu *Strategi* aut *Prytanis* interdum, & de quibus mox agitur, nominibus. Qua
Exc. Legat. xlv. ratione etiam Κοινοδίκαιον, publicum gentis Conſilium Cretenſibus dictum docebit Polybius.

3. *Continuatio eiuſdem argumenti.* E quibus autem adductis modo veterum Auctorum locis liquet, ut me intra ELEYΘERAS adſcriptæ in variis urbium nummis appellationis limites
Excerpt. Legat. xlv. hic contineam, idem illud, ubi ſola vox ea legitur, quod alioquin Αὐτοδικία, & Αὐτονομία (pro promiſcua, quam diximus, & de qua adhuc dicendum erit

ἐλευ-

ἐλευθέρᾳ ac αὐτονόμῳ apud Græcos ſignificatione) ſimul iunctæ, proprii nempe Magiſtratus, & ſuarum legum libertatem denotare: ubi vero Ἐλεύθεραι ac Αὐτόνομα ſeu Αὐτονομούμεναι coniunguntur; tum prius illud Αὐτοδικίαν, proprii Magiſtratus & Judiciorum libertatem, indicare. Unde nollem a celebri Antiquario magnum quoddam diſcrimen ſtatui inter eas urbes, quæ ΕΛΕΥΘΕΡΑΙ, & eas quæ ΑΥΤΟΝΟΜΟΙ in nummis inſcribuntur: & quidem quod urbes Αὐτόνομοι forent vectigales, Ἐλεύθεραι autem nullum omnino penderent vectigal. Id enim a me cum alibi haud ita pridem, adductis variis eam in rem veterum Græcorum Latinorumque Auctorum teſtimoniis, luculenter eſt adſertum; tum modo etiam comprobatum: diſtincta exſtitiſſe conceſſa Ἐλευθερίας, ſeu *Liberæ* gentis vel urbis, & Ἀτελείας, ſeu Αὐτοτελείας, vel Ἀτρεσγλυφήτου *Immunitatis*, nempe a vectigalibus ac tributis, ut id ea voce a Romanis ſcriptoribus dici ſolet, priuilegia. Quam in rem, ut alia, quæ ibi ac modo etiam adduximus, nunc mittam, Græci poſt deuictum Philippum declarati a Romanis apud Polybium, Ἐλεύθεροι, Ἀφρούρητοι, Ἀτρεσγλύφητοι Νόμοις χρώμενοι τοῖς πατρίοις. *Liberi, ſine Præſidio, Immunes, Patriis Legibus Utentes:* apud Liuium ſimiliter de iiſdem Græcis, *Liberos, Immunes, Suis Legibus*, nempe Ἐλευθέρους, Ἀτρεσγλυφήτους, & Αὐτονόμους, ex Senatuſconſulto renuntiatos. Adde duo illuſtria eam in rem apud Joſephum exempla: prius, ubi de Simone Judæorum Ethnarcha, a quo primo Pontificatus ſui anno, ἡ μὲν ἐλευθερία καὶ τὸ ἀτέλειαν φέρειν ἐσχε τοῖς Ἰουδαίοις μετέσχεν *libertas & immunitas apud Judæos obtinuerit.* Altetum, ubi de Bataneæ tractu in Palæſtina ab eo traditur, immunitatem quidem ei eiuſue incolis a tributis & vectigalibus ab Herode conceſſam; ab Agrippa vero eiuſque filio libertatem quidem, ſed non immunitatem relictam; *ſuccedentes vero Romanos* LIBERTATIS *quidem priuilegium iis conſeruaſſe,* EXACTIONIBUS *vero* TRIBUTORM *eos omnino oppreſſiſſe:* Παρ' ὧν Ῥωμαῖοι δεξάμενοι τὴν ἀρχὴν, ΤΟΥ μὲν ΕΛΕΥΘΕΡΟΥ καὶ αὐτοὶ τηροῦσι ΤΗΝ ΑΤΕΛΕΙΑΝ, ἐπιβολὰς δὲ ΤΩΝ ΦΟΡΩΝ εἰς τὰ πάμπαν ἐπίστευτα αὐτοῖς. Unde etiam ubi immunitatem ab eiuſmodi tributis a Demetrio II. Syriæ Rege Hieroſolymis conceſſam tangit Joſephus, non ἐλευθέρου in genere eam ab illo declaratam tradit, ſed ἐλευθέρου ἔως τῶν ὁρίων αὐτῆς ἀπὸ τῶν δεκάτων, καὶ τῶν τελῶν, *liberam* ſeu *immunem cum ſuis finibus a decimis & vectigalibus.* Unde *autonomiam* quidem, ſiue ſuis legibus viuendi arbitrium, Græcis in Aſia urbibus, non vero *immunitatem a tributis*, concedi volebat Perſarum Rex apud Xenophontem: τὰς δὲ ἐν Ἀσίᾳ πόλεις ΑΥΤΟΝΟΜΟΥΣ εἶναι, ΤΟΝ ἀρχαῖον ΔΑΣΜΟΝ αὐτῷ ἀποφέρειν, *Aſiæ autem urbes* SUIS LEGIBUS UTENDI *habeant facultatem, priſtinum vero Regi* TRIBUTUM *pendant.* Inter ea vero quæ a decem Romanorum legatis, deuicto Antiocho, conſtituta refert Polybius, illud primo loco legitur: ὅσαι μὲν ΤΩΝ ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ πόλεων πρότερον ΥΠΕΡΤΕΛΟΥΝ Ἀντιόχῳ ΦΟΡΟΝ, τότε δὲ διεφύλαξαν τὴν πρὸς Ῥωμαίους πίστιν, ταύτας μὲν ἀπέλυσαν τῶν φόρων. *Quæ ciuitates* SUIS LEGIBUS USÆ *ante bellum* TRIBUTA *Antiocho* PENDEBANT, *atque in eo bello fidem Romanis ſeruauerant, iis* TRIBUTA *remiſerunt*, ſeu ut ibi ὁ πᾶν, *immunitatem dederunt.* Immo quod inter utrumque iuris illius, *Autonomiæ* nempe & *Immunitatis*, beneficium diſcrimen adtigerat iam ante, ubi de iiſdem Aſiæ urbibus, quæ Perſarum Regi erant antea ſubiectæ, agit Æſchylus:

J. Vaillant. Num. Græc. Imp. pag. 214.

Orbis Roman. pag. 311. &c. item 469. &c.

Excerpt. Legat. ix.

Lib. xxxi: c. cap. 32.

Antiq. lib. xiii. cap. xi. p. 446.

Antiq. lib. xvii. cap. 11.

Ibid. lib. xiii. cap. 5.

Hiſtor. Græc. lib. 5. cap. 11.

Exc. Legat. xxxvi.

Perſ. v. 587.

Οὐκ ἔτι Περσομήνιαι,
Οὐκ ἔτι δασμοφόροισι
Διακοσμοῦσιν ἀνάγκαις.

Non amplius Perſarum legibus viuent, non amplius tributa pendent Dominicis uſibus. Unde ut diſtincta etiam iura ac priuilegia, *libertatis* nempe ſeu *autonomiæ*, & *immunitatis* ſeu exemptionis a tributis tangunt paſſim Romani ſcriptores. Hinc Cæſar ad oppidum Leptim in Africa, *liberam & immunem*
Cap. VII. *ciuitatem* ab Auctore belli Africani peruenisſe dicitur; & in adducto paullo ante Senecæ loco de Achæis, Rhodiis, aliiſque claris urbibus, quibus Roma *libertatemque cum immunitate reddiderat*; aut de quibuſdam populis, qui de Romanis in bello Illyrico bene erant meriti apud Liuium decretum legitur:
Lib. XLV. cap. 26. *non ſolum* LIBEROS, *ſed etiam* IMMUNES ESSE *Iſſenſes & Taulentios &c.* & quæ plura id genus obuia ſunt apud Græcos, Latinoſue Auctores. Quamobrem male a Plutarchi inter alios interprete vox ea ἐλευθέρα ac ἐλευθερίας per *immunem*, vel *immunitatem* reddi conſueuit, quod de vocibus ἀτελὴς, vel ἀφορολόγητος, & ἀτέλεια demum dicitur.

4. *Quæ urbes* ΕΛΕΥΘΕΡΑΙ *dictæ in earum nummis.*

E quibus proinde abunde liquet, opinor, quo ſenſu dictæ ſint ΕΛΕΥΘΕΡΑΙ, & quidem in ſignatis ſub Romanis Imperatoribus variarum urbium nummis, Ponti nempe, Cappadociæ, Ciliciæ, Palæſtinæ, Macedoniæ, aut Minoris Aſiæ urbes. Sic ΑΜΙΣΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ Ponti, ſeu Cappadocum ad Pontum, qui Leucoſyri, iuxta [a] Scymnum Chium ac [b] Strabonem dicti, ciuitatis inſignem nummum e Theſauris Gallorum Regiis ſub Antonino Caracalla cuſum alibi haud ita pridem protuli; & quales cæteroquin cum eodem illo ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ elogio oſtentant iam ante reſidui adhuc Hadriani, L. Veri, & Commodi nummi. Unde liquet utique, cur Senior Plinius, *Amiſum liberam* vocet; aut a Juniore Plinio dicatur: AMISENORUM *vero ciuitas* LIBERA *& fœderata.* Unde vero id Ἐλευθερίας ſeu *libertatis* beneficium nacta ſit eadem *Amiſus*, viderunt iam celebres Antiquarii: nempe illam in libertatem quidem ab Alexandro, quæ antea Perſarum imperio parebat, adſertam; eandem, qua poſtea exciderat ſub Ponticis Regibus, ei a Lucullo, urbe expugnata, reſtitutam; tum a J. Cæſare, quam ei ademerat Pharnaces, denuo redditam; euerſo dein Stratone Tyranno, ſuis demum viribus ab *Amiſenis* vindicatam; in qua autem poſt Actiacam victoriam fuerint iidem ab Auguſto confirmati. Quæ cum partim a [a] Memnone, [b] Plutarcho, [c] Dione; tum plenius a [d] Strabone ac [e] Appiano de hac urbe *Amiſo* ſunt litteris prodita. De Æra vero, & quidem a parta hac eorum Ἐλευθερίᾳ in iiſdem *Amiſenorum* nummis adſcripta, non agimus hoc loco; quam duplicem illuſtris Scaliger, alii etiam triplicem contendunt; alii vero unam agnoſcunt; eamque non a confirmata, ut modo diximus, ab Auguſto poſt Actiacam victoriam libertate, ſed ipſa Actiaca victoria biennio anteriorem ſtatuunt, & quidem ab ea, in quam ſemet ipſos, euerſo tyranno Stratone, adſeruerunt, libertate *Amiſeni*. De qua etiam poſtrema eorum Æra ex iiſdem nummis adſerta contuli præ aliis poteſt clariſſimi nominis Antiquarius, qui poſtremus ſignatas id genus in nummis variarum urbium ſub Romanorum Cæſarum

a In Fragm. v. 181.
b Lib. XII. pag. 553. & lib. XVI. pag. 737.
Lib. VI. cap. 2.
Lib. X. Ep. 94.

a Photii Bibliotheh. pag 743.
b In Lucullo pag. 504.
c Lib. XLII. p. 206, 207.
d Lib. XII. p. 547.
e Mithridat. p. 228.
Canon. Iſag. lib. III. p. 301.

J. Vaillant. Num. Græc. Imp. p. 249.

rum imperio, Æras explicandas ſuſcepit ac illuſtrandas. Dicitur vero, ut hoc addam, eadem *Amiſus* a Plutarcho *Athenienſium colonia*; ab Appiano itidem, eam ab Athenienſibus, dum obtinerent maris imperium, fuiſſe deductam, & quam inde πόλιν Ἀττικῆς γένους, *urbem Attici generis* vocat. Strabo autem, ac unde maior lux duobus illis Auctoribus, ac ſimul origini huius urbis accedit, tres ſtatuit eius conditores ſeu inſtauratores: primo Mileſios (qui & ipſi Athenienſium erant, ut antea diximus, coloni) a quibus ſit urbs condita; ſecundo Cappadocum dynaſtas, prout illum Geographi locum ſupplendum viderunt iam alii; tertio, eandem ab Athenienſibus, miſſis in eam colonis, frequentatam. A quo iurſus abit Scymnus Chius, qui *Amiſum* Phocæenſium Coloniam tradit exſtitiſſe:

Ἀ Sylla in Lucullo p. 505. Mithridat. pag. 228. Ut ſupra lib. XII. pag. 547.

ΑΜΙΣΟΣ ἐν τῇ Λευκοσύρων
Γῇ κειμένη, ΤΩΝ ΦΩΚΑΕΩΝ ΑΠΟΙΚΙΑ.

In Fragment. v. 181.

AMISUS *ſita in Leucoſyrorum Terra*, PHOCÆENSIUM COLONIA. Sed hæc de *Libera Amiſo* plus ſatis; quæ ad illuſtrandos plures, qui etiamnum in Theſauris & thecis rei antiquariæ adſeruantur, nobilis quondam illius urbis nummos, conferre aliquid poſſunt. Ut vero *Amiſus*; ita in Cilicia, cum Metropolis eius ΤΑΡΣΟΣ, tum ΣΕΒΑΣΤΗ ſeu *Sebaſte*, *Eleuſa* olim, de qua paullo ante, appellata; tum quæ dein Iſauriæ adtributa, ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΚΑΛΥΚΑΔΝΩ *Seleucia ad Calycadnum*, eodem quoque ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ elogio ornatæ in præclaris earum nummis, & quales pariter a me haud ita pridem adducti ac illuſtrati; ut eadem hæc de iis repetere haud ſit utique neceſſe, & quidem adductis ibi ad maiorem eius rei fidem duarum poſtremarum *Sebaſtes* & *Seleuciæ* cum hac ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ appellatione nummis. Ipſos tamen nummos una cum priori inſcripto ΚΟΙΝΟΒΟΥΛΙΟΝ ΕΛΕΥΘ. ΤΑΡΣ. ſeu *Commune Concilium Liberæ Tarſi*, qui ab eximio Morello iam eſt diuulgatus, hic quoque exſtare opportunum duximus; iis nunc omiſſis, quæ cæteroquin ad præclaræ illius inſcriptionis lucem alibi ſunt a nobis iam adfatim tradita.

Orb. Roman. pag. 141. 359. Ibidem p. 428, 433. Specim. Tab. IV.



Ne adducam hic aliam Ciliciæ itidem urbem MOPSUESTIAM, quæ præter alia iura ac priuilegia, ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ etiam beneficio decorata legitur in veteri Inſcriptione a nobis alibi quoque nuper adducta. Ut minus mirum proinde ſit, quod Cilicum pars olim Ἐλευθεροκίλικες & Ἐλευθερῖται, ſeu *Eleutherocilices*, & *Eleutheritæ* legantur appellati. Nobilis olim RHODI inſulæ exſtat itidem ſub Nerone nummus ΕΛΕΥΘ. ΡΟΔΙΩΝ, *Liberorum Rhodiorum*, ob libertatem nuper iis a Claudio paullo ante ademptam, ac deprecante quidem Nerone, mox reſtitutam. Et quo proinde referri debet Senecæ locus paullo ante adductus de Roma, quæ Rhodiis inter alios *ius integrum*, LIBERTATEMQUE *cum Immunitate reddiderat*. Hinc adhuc Rhodios ſub Traiano viuentes ΕΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ ἐν μιᾷ πάντες ἀδείας, IN LIBERTATE

Theſ. Grut. oct. v. 4. Orb. Roman. pag. 400. Cicero lib. x. Ep. 93. Diodor. lib. xii. pag. 188. Dio Caſſ. lib. lx. pag. 681. De Benef. lib. v. cap. 16.

cum

Orat. xxxi. p. 334. *cum omni securitate*, tradit in una e Rhodiacis Dio Chrysostomus. THESSALONICEN vero, primo Macedoniæ Secundæ, post regionem illam a Romanis, deuicto Perseo, in quatuor partes diuisam; dein Primæ quoque Macedoniæ, seu totius Illyrici Orientalis, iuxta Notitias antiquas, ut antea vidimus, Metropolim, in libertatem olim a M. Antonio adsertam, docet insignis illius urbis nummus apud elegantissimum veterum cimeliorum promicundum Jacobum de Wilde, hinc cum M. Antonii, illinc cum Cleopatræ capite & inscriptione, ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ *Thessalonicensium Libertatis*. Unde illustratur Plinius, a quo *Thessalonica liberæ conditionis* dicitur. Mitto iam Palæstinæ Metropolim CÆSAREAM, quæ non in Græco, sed Romano eius nummo, ac a me olim e Thesauris Christinæ Reginæ, & antea quoque iam adducto, LIBERA inscribitur, seu COL. CÆSAREA LIB. ΦΛΑ.

Sel. Num. Tab. xiv.

Lib. iv. cap. 10.

II. De *Nummis Urbium* AYTONOMΩN.

I. *In quo sita esset illa* AYTONOMIA, *eiusq; prærogatiua.*

Neque vero ab ea dictarum in nummis antiquis ΕΛΕΥΘΕΡΩΝ urbium, ut paullo ante vidimus, significatione abeunt, quæ AYTONOMOI in aliis priscis id genus cimeliis leguntur appellatæ. Ea quidem obuia est ac propria, quamque supra itidem adtigi, postremæ huius vocis significatio; ut suis seu patrus legibus viuendi, non vero alienis, quasue a nouis Dominis aut victoribus accipere tenerentur, relictam id genus urbibus facultatem eadem arguat. Hinc etiam variæ illæ, quibus tale priuilegium apud Græcos Scriptores consueuit designari, quasque alibi commemorauimus, formulæ: nempe, νόμοις τοῖς ἰδίοις χρῆσθαι, aut πατρίοις ἢ ἀρχαίοις ἔθεσι ἢ νόμοις, vel πατρίῳ τρόπῳ ἀρχεῖσθαι, aut χρῆσθαι τὰ ἴδια νόμιμα, aliæque id genus; & apud Æschylum, χρῆν νόμους τοὺς εἰκοθεν· in Fœdere autem Smyrnæorum cum Seleuco Callinico: πολιτεύεσθαι χρῆσθαι τοῖς πάλαι νόμοις. Neque aliter Romani Scriptores, uti Liuius, [a] *legibus antiquis*, aut [b] *legibus suis uti*; [c] *legibus suis viuere*; aut [d] *suas leges habere*; [e] *suis legibus esse*; ac retenta simul Græca *Autonomiæ* voce, in adductis paullo ante eius in epistola ad Atticum verbis, Cicero, de Græcis in Asia ciuitatibus: *omnes suis legibus & iudiciis usæ* AUTONOMIAM *adeptæ reuixerunt*. Id enim priuilegium tanti olim, & a Græcis quidem, non Europæis duntaxat, sed Asiaticis habitum; ut ea solum de caussa, & bella ab iis, aut pro iis, contra Reges ac Tyrannos, qui id beneficium eis ademerant, frequenter susceptа; & pacis dein fœderibus ante omnia cautum, ut Αὐτόνομοι, seu *suis legibus* deinceps id genus urbes aut populi viuerent, ac ut alicubi a Xenophonte dicitur: ἐπ' Αὐτονομίᾳ τῆς εἰρήνης γεγενημένης, *quum ea conditione pax esset constituta, ut ciuitates suis legibus uterentur*. Cuius equidem rei obuia passim cum alibi apud eundem Xenophontem, tum apud Herodotum, Thucydidem, Polybium, Diodorum, aliosque exempla utramque paginam faciunt: ubi nempe de Græcorum bellis cum Persarum Regibus eorumue Præfectis; aut inter se subinde, uti Athenienses inter ac Lacedæmonios: aut Romanorum contra Philippum, penultimum Macedonum Regem, vel Antiochum Magnum, aut Persea prioris filium, aliosque adhuc Barbarorum Reges agitur. Idque, iuxta Diodorum, διὰ τὴν ἔμφυτον πᾶσιν ἐπιθυμίαν τῆς Αὐτονομίας, *propter innatam omnibus cupiditatem suarum legum*: ac prout a Philone dicitur, *omnes ab externis legibus sunt auersi*, ξενικῶν νομίμων ἀλλοτριοῦνται.

Orbis Roman. pag. 282, 283.

Suppl. v 574. Marm. Oxon. pag. 8.

a Lib. xxxviii. cap. 39.
b Lib. xlv. c. 29.
c Lib. xxx. c. 37.
d Lib. xxxiii. cap. 30.
e Ibidem cap. 31.
f Lib. vi. Ep. 2.

Histor. Græc. lib. vi. cap. v. §. 5.

Lib. xx. p. 768.

De Vita Mosis lib. ii. pag. 655.

Quum

Quum autem eadem hæc Αὐτονομία, ſeu conceſſus *ſuarum legum uſus*, præcipua pars foret libertatis datæ vel relictæ id genus urbibus; inde etiam factum, ut frequentius Αὐτόνομοι eædem, quam Ἐλεύθεραι fuerint paſſim a Græcis dictæ, & Αὐτονομία, de *libertate* in genere iis indulta. Quod impulit etiam eruditos veterum Græco um Auctorum, quos paullo ante indicauimus, interpretes, uti Plutarchi inſuper & Appiani, ut vocem αὐτόνομοι per *liberum*, & αὐτονομίαν per *libertatem* ut plurimum verterent. Unde etiam αὐτονομία & δουλεία, ſeu *libertas* & *ſeruitus* paſſim opponi cernuntur ab iiſdem illis antiquis Auctoribus. Quo ſpectat id quod ab antiquiſſimo Auctore Herodoto, de Græcis Aſiaticis ceu ante Perſarum imperium *liberis* traditur: Ἐόντων δὲ ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ πάντων ἀλλὰ τῦδ Ηπειρον, ὧδε αὖτις εἰς τυραννίδας πεσῆλθον, *Cæterum quum per continentem* SUIS UTERENTUR LEGIBUS (ſeu *liberæ* agerent) *hac demum occaſione tyrannorum dominatui ſunt ſubiecti.* Quomodo coſdem Græcos Aſiaticos, ante Cyri tempora, fuiſſe αὐτονόμους, ſeu *liberos*, obſeruat alibi idem [a] Herodotus, neque [b] uno loco Xenophon; qui poſtea Περσοκρατεῖσθαι, hoc eſt *Perſarum legibus & inſtitutis regi*, ſeu Perſarum imperio ſubiacere, dicuntur ab [c] Æſchylo. Immo unde factum, ut quod [d] alibi, adductis eius rei variorum, neque unius ætatis Græcorum Scriptorum teſtimoniis euicimus, αὐτόνομος & αὐτονομία pro *libero* ac *libertate* in genere cuiuſcunque rei ſint dicta: ut Antigone de ſe apud Sophoclem [e] αὐτόνομος ζῶσα, *libera viuens*; & apud [f] Xenophontem, τὸ ἱερὸν ἐν Δελφοῖς αὐτόνομον, *templum Delphis liberum*, hoc eſt ἄσυλον, *inuiolabile*; & αὐτονομία γλώσσης, *linguæ libertas* apud [g] Gregorium Nazianzenum & quæ ſimilia id genus.

2. *De promiſcuo uſu vocum* Αὐτονόμου *&* Αὐτονομίας, *pro* Ἐλευθέρου *&* Ἐλευθερίας.

Lib. 1. c. 96.

a Lib. 1. c. 16. 28.
b Inſt. Cyr. lib. 1. cap. 1. lib. v. cap. 6.
c Supl. v. 587.
d Orb. Rom. pag. 321, 529.
e Antigon. v. 822.
f De Reditib. g Epiſt. xxxi. pag. 395.

Adeo, ut e dictis hactenus abunde, ut opinor, liqueat, cur, inſigne illud *legum ſuarum*, ſeu Αὐτονομίας beneficium, publico etiam ære, ad eorundem & poſterorum temporum memoriam, ſignari voluerint plures olim & nobiles Græcorum in Aſia potiſſimum ciuitates. Quod equidem priuilegium eædem ſub Seleucidarum imperio adhuc conſtitutæ, & antequam in Romanorum poteſtatem tranſiſſent, ſibi in nummis vindicant. Immo qua ratione inſuper factum, ut a tempore conceſſæ illis aut reſtitutæ *Autonomiæ*, quod ſubinde etiam eſt ab antiquis Auctoribus traditum, nouam inde Æram illæ ſibi deinceps deſumendam crediderint. Quæ ſingula utique clariſſime conteſtantur inſcriptæ in antiquis earum nummis, cum illa ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ appellatione, additaque ſubinde urbis Æra, eæque totidem Syriæ urbes, ANTIOCHIA, SELEUCIA, ARETHUSA, LAODICEA, & in vicina Phœnicia TRIPOLIS, ac TYRUS. Id equidem de ANTIOCHIA, Syriæ, ac poſtea [a] Orientis dicta ſubinde a priſcis Auctoribus, Metropoli, ex [b] Euagrio, qui id de ea nominatim tradidit, χρηματίσαν τὴς Ἀντιοχείας ἀπὸ δ Αὐτονομίας αὐτῆς, *Æram Antiochiæ ab eius Autonomia*, viderat iam illuſtris [c] Scaliger; & abunde poſtea comprobarunt plures illius urbis nummi, cum illo ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ iure, & Æra inde in iis addita: ut id olim iam a me monitum, & pluribus dein, ac prolatis veterum illius urbis nummorum, e Gaza potiſſimum Medicea, iconibus eſt luculenter ac erudite ab eminente dignitate ac eruditione Noriſio declaratum. Quum vero a conceſſæ vel reſtitutæ *Antiochenſibus* a Pompeio, aut, iuxta Porphyrium, pretio ab iis redemptæ *Autonomiæ*, eiuſdemque poſtea iis a J. Cęſare denuo adſertæ, fiat mentio: inde etiam, & qua de re iam ſupra egimus, a poſtrema hac Αὐτονομίας largitione

3. *Nummi Urbium* ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ *ſub Seleucidis.*

a Euſeb. de vit. Conſt. lib. iii. cap. 50. Chryſoſt. Serm. iii. de Statuis p. 473. T. vi. edit. Sauil.
b Hiſt. Eccl. lib. iv. cap. 12.
c Can. Iſag. lib. iii. pag. 365.

Epoch. Syr. Maced. lib. iii. cap. 3, 4. In Græc. Euſeb. pag. 62.

Æram Antiochensium arcessunt veteres Auctores, [a] Eusebius, [b] Euagrius, ac [c] Syncellus; estque eadem a laudato Norisio e nummis illius urbis antiquis abunde confirmata. Verum, quod supra, ubi de Metropolibus agebatur, est a nobis obseruatum, & ante viderat quoque eruditissimus Harduinus, indultum iam olim ab uno e Seleucidis eidem *Antiochiæ* ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ priuilegium, ex iisdem illius urbis nummis ostendimus, qui exstant in Gaza Gallorum Regia, inscriptis ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΖΣ, in alio cum Æra ΑΛΣ, *Antiochensium Metropoleos Suis Legibus Anno* CCVII, in altero, *Anno* CCXXXI. E quibus prounde illud constat, tanti habitum hoc *Autonomiæ* beneficium, ut inde a concessa, vel restituta, aut adserta primo ab aliquo e Seleucidis, dein a Pompeio, postremo a J. Cæsare, *Autonomia*, Æram suam deinceps numerare cœperint *Antiochenses*: ut de alia adhuc Augustæa nempe, seu ab anno Actiacæ victoriæ desumpta ab iis Æra, nunc sileam. Quamquam alii etiam occurrunt veteres eorundem *Antiochensium* nummi cum dicta inscriptione ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, citra ullam additæ in iis Æræ notationem. Cuius generis occurrunt similiter in eadem Syria, neque ab *Antiochia* multum dissitæ aliquot SELEUCIÆ nummi, cum epigraphe ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝ, Δ. vel ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΒC, *Seleucensium Sacræ Suis Legibus Anno* IV, in postremo autem, *Anno* CCII; cuius vero Æræ initium in Græcis Scaligeri Eusebianis, seu a Georgio Syncello, refertur ad annum I. Olympiados CLXVI; in Fastis vero Siculis, seu Chronico, quod Alexandrinum postea seu Paschale audiit, & vidit iam doctissimus Norisius, ad sequentis Olympiados CLXVII Annum IV spectat; hoc est Antiocho IX seu Cyziceno Syriæ tum Rege, iuxta Eusebium ac Syncellum, a quo nempe Antiocho ius illud *Autonomiæ*; & nacti fuerint *Seleucenses*. Ut mittam nunc Pompeianam Æram, seu ab Anno V.C. DCXC. in horum *Seleucensium* nummis, uti in eo Regiæ Gallorum Gazæ, cum Augusti in anteriori area effigie; in auersa autem cum Fulmine mensæ impositio: consueto uti nos olim ea de re & supra, *Seleucensium* symbolo, cum inscriptione ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΙΔΡ, seu Anno CXIV. ARETHUSÆ vero, Syriæ itidem urbis, singularem nec visum antea nummum, e Thesauris Gallorum Regiis depromptum haud ita pridem in lucem protuli, inscriptum, ΑΡΕΘΟΥΣΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Arethusatarum Sacræ Suis Legibus.* An vero id *Autonomiæ* priuilegium, sicut aliæ nonnullæ illius tractus urbes, a Pompeio, quod mihi antea videbatur, nacta continuo fuerit hæc urbs *Arethusa*, nollem omnino adfirmare: quum de ea ciuitate, & aliquot aliis *Hippo, Scythopoli, Pella, Azoto* &c. id demum tradat duobus locis Josephus, eas Judęis ademptas, ac indigenis ciuibus redditas; de maritimis vero urbibus, *Gaza, Joppe, Dora* vel *Doris, Stratonis Turri*, dicta dein *Cesarea*, id demum subdat, eas a Pompeio libertate seu *Autonomia* donatas. LAODICENSIUM vero insignem nummum in cimeliis illustrissimi Comitis Peterborough, quæ is magno studio collegerat, exstitisse hic mihi nuper constitit; in quo hinc caput Jouis laureatum, illinc Tripus cum inscriptione ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Laodicensium Sacræ Et Suis Legibus.* Qui autem nummus spectat ad *Laodiceam* Syriæ, quæ *ad Mare*, prout eadem in nummis ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΠΡΟΣ ΘΑΛΑΣΣΑΝ subinde designatur; non ve-

[a] Chron. pag. 151. P. II.
[b] Ut supra.
[c] Græc. Scal. Euseb. pag. 126.
[d] Ut supra.

Pag. 192.
Pag. 258.
Epoch. Syr. Mac. Diss. III. cap. 8.
Orbis Roman. pag. 317.
Antiq. lib. XIV. cap. 8. Bell. Jud. lib. I. c. 7.

ro ad alteram *Laodiceam ad Libanum.* Unum vero præclarum nobilis in PHOENICIA urbis, TRIPOLIS nempe, neque hactenus quod ſciam vulgatum nummum ſuppeditauit hic mihi, inſignibus utique id genus nummis locuples, Cimeliarchium Pembrochianum, in quo legitur ΤΡΙΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Tripolitarum Sacræ Et Suis Legibus.* Ipſius vero Phœnices Metropoleos TYRI, non in nummis equidem, quos vidi hactenus, aut a peritis Antiquariis deſcriptos legi; ſed in veteri Inſcriptione, de qua iam ante, ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ priuilegium inter reliquos illius titulos recenſetur: nempe ΤΥΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΦΟΙΝΕΙΚΗΣ &c. *Tyriorum Sacræ Et Inuiolabilis Et Suis Legibus Metropoleos Phœnices.* Eoſdem vero *Tyrios* illo *Autonomiæ* iure a Regibus ſuis, e Seleucidarum nempe, ſeu qui in eorum ſeriem ſunt intruſi, numero donatos, uti dein quoque a Romanis decuit utique, ut iam ſupra vidimus, Strabo: Οὐκ ἀπὸ τῶν βασιλέων ἢ ἐλευθέραν ΑΥΤΟΝΟΜΟΙ *μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν Ρωμαίων, μικρᾷ ἀναλώσασαν, βεβαιωσάντων τὴν ἐκείνων γνώμην, non ſolum a Regibus* SUIS UTENTES LEGIBUS *ſunt declarati, ſed a Romanis etiam, modico eam in rem ſumptu erogato, decretum eorundem* Regum *eſt confirmatum,* prout verti locus ille debuit. Id vero ex adſumpta noua inde a *Tyriis* Æra, eorumque nummis, in quibus eadem ſignatur, & ex Euſebio prætereа, ſub Alexandro II. Balæ filio ſeu Zebena dicto, contigiſſe, & quidem Anno V. C. DCXXVIII, poſt Scaligerum ac Uſſerium, adſeruit laudatus Noriſius.

Grut. Theſ. p. MCV

Lib. xvi. pag. 757.

Chron. pag. 177. P. II. Can. Iſag. lib. III. pag. 361. Epoch. Syr. Mac. Diſſ. IV. cap. 3.

Neque vero *Antiochenſibus* ſolum ac *Tyriis* confirmata eſt a Romanis, quam iam ſub Syriæ Regibus meruerant, AUTONOMIA; ſed eadem aliis inſuper urbibus, quæ in Romanorum poteſtatem deuenerant, eſt quoque ab iis data, vel adſerta: nempe prout id a Strabone circa finem præclari operis, ut antea vidimus, traditur. Memoratur AUGUSTI nummus apud Goltzium ΚΥΡΑΝΕΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Cyrenæorum Sacræ Et Suis Legibus*; de qua CYRENARUM urbe tradit dictus modo Strabo: τὸ μὲν ἦν παλαιὸν ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ ἡ πόλις, *ab antiquo vero* LEGIBUS SUIS *utebatur:* ut minus mirum proinde videri poſſet idem ius hiſce *Cyrenæis* ab Auguſto denuo adſertum. In CALIGULÆ autem nummo inſcriptum ΒΑΡΓΥΛΙΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Bargyliatarum Sacræ Et Suis Legibus,* legitur in eodem Goltzii Theſauro; cui ne temere fides derogetur facit, quod hanc Cariæ urbem BARGYLIA, iam ante a Publio Lentulo, cuius ex eadem urbe profectionis meminit Liuius, libertate donatam tradit in Excerptis Valeſianis Polybius: Πόπλιος μὲν Λέντλος εἰς ΒΑΡΓΥΛΙΑ πλεύσας, ΕΛΕΥΘΕΡΩΣΕ, *Publius quidem Lentulus naue* BARGYLIA *contendit, eamque urbem* LIBERAM *eſſe iuſſit.* Unde forte apud Plinium, pro *Caryanda, Termina libera, Bargyla,* fide adducti modo nummi ſub Caligula, & Polybii teſtimonio, diſtinguendum foret, *Caryanda, Termina, libera Bargyla:* etſi mos ferme ſit Plinio, ut illud *liberæ* ius ipſis urbibus, quæ illo gauderent, poſtponi ſoleat. In manuſcriptis vero nec vulgatis hactenus eiuſdem Goltzii veterum nummorum iconibus exſtat huius Cæſaris Caligulæ nummus, quem inde in eximii Morelli ſchedis deſcriptum olim vidi, ΠΕΛΟΥΣΙΩΝ (ni forte ΠΗΛΟΥΣΙΩΝ, uti paſſim hodie apud Auctores) ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ, *Peluſiorum Sacræ Et Suis Legibus Uſæ;*

4. *Nummi aliarum Urbium* AUTONOMΩN *ſub Romanis.*

Lib. xvii. pag. 819. in Theſauro. Lib. xvii. pag. 837.

Lib. xxxiii. c. 39. Exc. Legat. ix.

Lib. v. cap. 29.

In Bibliotheca Reg. Gall.

prout

prout nempe Gentile urbis huius Ægyptiæ, non Πηλουσιώτης solum, sed Πηλούσιος quoque apud Stephanum traditur. Inter VESPASIANI nummos tres a Goltzio referri itidem in eius Thesauro videas, qui idem illud AYTONOMOY elogium tribuunt, cum DAEDALAE, quæ urbs a [a] Strabone & [b] Stephano Lyciæ, a [c] Plinio Cariæ tribuitur; tum EPHESO Joniæ; ac HYPERESIÆ Achaiæ, præter Geographos & Græcos Poëtarum Interpretes, Homero iam olim memoratæ; nempe addita iisdem urbibus THΣ IEPAΣ KAI AYTONOMOY appellatione. Quomodo etiam in Traiani nummis, Phœniciæ DORA: Hadriani, Cappadociæ TYANA: Antonini Pii, DIOCÆSAREA, Cappadociæ itidem, iuxta Harduinum, Palæstinæ, apud Norisium, aut Ciliciæ, uti nos ea de re alibi: MOPSUESTIA, Ciliciæ quoque: SAMOSATA Commagenes, & MOKA, Arabiæ, ciuitates, in eiusdem Pii nummis idem quoque AYTONOMOY priuilegium venditant. Neque aliter sub Commodo ANAZARBUS, altera Ciliciæ Metropolis: sub Geta autem, HALICARNASSUS, Cariæ itidem caput, & CÆSAREA PANEAS in Palæstina: sub Gordiano Pio, CORYCUS, & SEBASTE, Ciliciæ rursus urbes, quæque ius AYTONOMOY in nummis suis consignarunt.

In Πηλούσιον.

[a] Lib. XIV. p. 651.

[b] In Δαίδαλα.

[c] Lib. V. c. 26.

Iliad. B. v. 563.

Num Urb. Ill. pag. 12.

Epoch. Syr. Mac. Diss. v. cap. 4.

Orb. Rom. p. 400.

De Conditione earundem Urbium AYTONOMΩN. In Orbe Rom. seu duabus Exercitat. ad hanc Legem.

Quod autem traditum sub Romanis Cæsaribus, in Græcarum id genus, ac in Asia potissimum, ciuitatum nummis AYTONOMOY, quo eædem gauderent, priuilegium aliunde esset ferme ignotum; ni id opportune e priscis illis & pretiosis earundem cimelis nobis hodie constaret. Unde etiam, & quod nuper est a nobis luculenter, ut opinor, adsertum, liquet post datam etiam ab Antonino Caracalla omnibus in orbe Romano ingenuis ciuitatem, & cum ciuitate Romanas simul leges; plurimis tamen in eodem orbe Romano urbibus, ob antiqua loci decora, vel recentia in Principem aut in Populum Romanum merita, relictam suarum legum libertatem. Neque tamen inde cum viro eruditissimo statuendum videtur Prouinciarum Romanarum Rectoribus nullum „ ius fuisse in ciuitates id genus liberas seu Ἀδεσίμους, sed quod ludis tantum „ pro Augusto editis, interdum cum sua etiam coniuge, interfuisse in num- „ mis Præses aut alius quilibet perhibetur. Hac enim conditione nimirum „ societatem cum Romanis a ciuitatibus illis, uti in Syria, Antiochia, Laodi- „ cea, Seleucia, &c. initam. Illud equidem lege Julia cautum docet nos alicubi Tullius, *quod populi liberi, vere & plene erant liberi*: ac unde Pisoni, qui prouinciam Macedoniam administrauerat, vitio idem vertit: *iurisdictionem in liberam ciuitatem, contra leges Senatusque consulta* ab eo usurpatam. In eo itaque posita fuit illa libertas, eaque lege Julia confirmata, ut propriis legibus ac Magistratibus uterentur urbes vel populi, quibus ea erat concessa ac relicta; ac proinde a *iurisdictione* Romani Præsidis eatenus immunes eædem agerent. Quod de *Massilienſibus* obseruat nominatim Strabo, conseruatam iis a J. Cæsare, aliisque dein Romanorum principibus pristinam ἀυτονομίαν, in eo nempe, quod ibidem addit, sitam, ἄγει μὴ ὑπακούειν τοὺς τὴν ὑπαρχίαν πεμπομένων Στρατηγῶν, μήτε αὐτὸν, μήτε τοὺς ὑπηκόους, *ut neque ipsa, neque ei subiecti missis in prouinciam Rectoribus parere tenerentur*; ac alibi de *Nemauso* in Gallia Narbonensi tradit, ei nihil fuisse cum Romanis Præsidibus negotii. Quomodo de *Apamensibus* Bithynis scribit ad Traianum iunior Plinius: *habuisse priuilegium & vetustissimum morem, arbitrio suo Rempublicam administrare.* Quum con-

Harduin Chronol. v. T. pag. 236.

In Pison. cap. 16.

Lib. IV. pag. 181.

Lib. X. Epist. 6.

tra

tra de Gallia in prouinciæ formam redacta, ab Aruerno Critognato dicatur apud Cęſarem: *iure & legibus commutatis, ſecuribus ſubiecta, perpetua premitur ſeruitute.* Neque tamen inde plena adeo libertas id genus liberarum vel αὐτονόμων urbium exſtitiſſe cenſenda eſt, ut in iis inde, iuxta virum eruditiſſimum, nihil aliud Romanis Præſidibus agendum incumberet, niſi ut ludis ii pro ſalute Imperatorum editis intereſſent, idque dein publico earundem urbium ære ſignaretur. Immunes quidem illæ erant, ut vidimus, ab ordinaria Romani in prouincia Præſidis iuriſdictione; ita ut proprios crearent magiſtratus, qui iuxta patrias leges ius iis dicerent: niſi extraordinario ſubinde Romani Senatus decreto aliter ſtatueretur; ut apud Ciceronem: *Cenſuerat Senatus, ut* PRÆTOR ASIÆ, *non modo in ſocios, verum etiam* IN LIBEROS, *quorum in numero ciues Romani, & in iis Decianus,* IUS DICERET. Verum haud omnis inde in eaſdem liberas ac Αὐτονόμους urbes, earumne ciues poteſtas, vel imperium, Romanis Præſidibus erat ademptum. Adeo ut *iuriſdictio* quidem liberis id genus urbibus, ſeu patriis earundem Magiſtratibus foret conceſſa; & quam proinde in eas contra leges & Senatuconſulta exercuiſſe Piſonem queritur in adductis paullo ante verbis, Cicero: *imperium* vero Romanis prouinciæ, in qua illæ erant ſitæ, Rectoribus relictum. Quo ſpectat omnino illud Pauli J. C. in Digeſtis: *Ea quæ magis* IMPERII *ſunt, quam* JURISDICTIONIS, *Magiſtratus municipalis facere non poteſt.* Unde idem Cicero de Quinto fratre, Aſiæ tum Rectore, in qua autem prouincia plures fuiſſe liberas ac αὐτονόμους urbes, e nummis, lapidibus, ac Auctoribus antiquis abunde conſtat: *in iſtis urbibus cum ſummo* IMPERIO *ac poteſtate verſaris:* mox: *in tuo denique* IMPERIO; tum, *ut eos, quos tuæ fidei poteſtatique* S. P. Q. R. *commiſit.* De cuius etiam prouinciæ Aſiæ urbibus, quod alibi quoque adtulimus, ait Joſephus: τί δὲ αἱ πενταχοσίαι τῆς Ασίας πόλεις, οὐχὶ δίχα φρουρᾶς, ἵνα πρὸς κυβερνήσιν ἡγεμόνα, καὶ τὰς ὑπατικὰς ῥάβδους, *Quid autem quingentæ Aſiæ ciuitates, nonne abſque ullo præſidio uni tantum ſe Rectori ſubmittunt, & conſularibus faſcibus?* Nempe Præſidum id genus officium erat, non ludis ſolum publicis intereſſe; ſed urbes id genus in officio, ac in fide Romano imperio debita continere; ſeditiones compeſcere; fœdera & ſocietates cum Romanorum hoſtibus amoliri; rem bellicam adminiſtrare; Mandata vel Reſcripta ut vocantur ab antiquis Juriſconſultis, Imperatorum, Senatus Decreta, edicta ipſorum Præſidum proponere; quæ nempe ad totius prouinciæ, aut ſingularum in eadem urbium, vel ſocietatum, aut corporum ſalutem, ſecuritatem, commoda, priuilegia, vel ornamentum etiam ſpectarent, utque eadem adimplerentur, efficere: vectigalium Populi Romani, ubi eædem urbes ab iis non erant ſpeciali priuilegio immunes, ut ſarta ac integra manerent, procurare: omnium denique rerum maximarum ac minimarum, ut ea de re Ariſtides, relicto prouinciæ Præſidi arbitrio. Adde, quod non ea utique lege, initæ nempe ea conditione ſocietatis cum Populo Romano, liberæ vel Αὐτόνομοι agerent pleræque illæ urbes, quæ ea legum ſuarum libertate gaudebant; ſed quibus bello alioquin victis aut ſubactis, antiqua illa eorundem locorum prærogatiua eſt a Romanis relicta; aut honoris ergo, quod utrumque, ubi ei de adminiſtratione Romani Imperii ſermo, tangit Strabo; vel denique alicuius in Romanos ipſoſue Imperatores meriti intuitu, eſt ab iis data & conceſſa. Ut mittam reſtrictum ſubinde a Romanis indultum illud liberis urbibus legum ſuarum beneficium: nempe, quod alibi haud ita pri-

Bell. Gall. lib. vii. cap. 77.

Ad Quinct. Fr. lib. 1. Ep. 1. cap. 10.

Leg. xxvi. D. de Municipal.

Orb. Rom. p. 369.

Bell. Jud. lib. iv. cap. 16.

De Concord. Orb. pag. 329. Tom. ii.

Lib. xvii. pag. 839.

Orb. Roman. pag. 372.

dem vidimus, ubi unius id genus urbis ciues inter se, non ubi cum Romanis ciuibus disceptarent: ubi tum non suis sed Romanis legibus, seu ex Præsidum Edictis, certare tenebantur. Et *Antiochiam* quidem quod attinet, quam primo loco adduxit vir eruditus, in quam nempe nullum plane ius foret Romani Præsidis, quæque ea conditione cum Romanis societatem iniisset: non aduertit idem vir ingenio præstans, eam urbem cum reliqua Syria a Pompeio subactam fuisse; cui proinde, neque inita tali cum ea *societatis* lege, Αὐτονομίαν reliquerit: sed quam vel ob antiqua urbis illius decora, vel pretio etiam, ut ea de re Porphyrius & qua de re paullo ante redemptam ab eo obtinuerint Antiochenses; eadem ius dein a J. Cæsare, ad cuius partes, post Pompeii in Pharsalia cladem, transierant, solemniter confirmata. Haud aliter ac aliis quoque in Syria, ac in vicinis Palæstina & Phœnicia urbibus, *Seleuciæ* (iuxta uirum eruditum, eadem qua *Antiochia* conditione, *liberæ*,) *Gadaris* præterea, *Gazæ*, *Doris*, *Joppe*, *Cæsareæ*, idem Pompeius; aut *Laodiceæ* ad mare, J. Cæsar Αὐτονομίαν dicuntur reliquisse; ac unde in beneficii illius memoriam, Pompeiana, aut Cæsariana traditur in earundem nummis Æra. Neque vero in *Antiochensium*, aliarumue id genus urbium nummis, signatus demum Romanis Syriæ Præses, qui ludis pro salute Imperatorum editis interesset; sed in genere, vel cum Cæsarum, qui tum imperarent, Augusti, Tiberii, Claudii, Neronis, Galbæ capitibus; aut cum Genii ipsius Antiochiæ turrita effigie: in auersis autem eorundem nummorum partibus, cum SILANI, FLACCI, QUADRATI, PETRONII, CASSII, CESTII, MUCIANI, & in singulari omnino, nec alibi, quod sciam, hactenus viso TRAIANI Patris Imperatoris, inter illustria Pembrochiana cimelia, nummo, ut totidem Syriæ Præsidum nominibus, citra ullam cæteroquin ludorum tum editorum insculptam in iisdem nummis, uti in aliis subinde ea consignatur, memoriam. Neque enim forte corona laurea, quæ ambit in iisdem nummis adscripta eorundem Syriæ Rectorum nomina, ad singulare solemnium pro salute Cæsarum ludorum spectaculum indicandum referri demum debet. Neque etiam, si aliqua in iisdem nummis editorum id genus Ludorum adessent insignia, inde sequeretur utique, haud alias fuisse Præsidum in liberis seu Αὐτονόμοις id genus urbibus partes, nisi ut illi iisdem Ludis, & quidem cum uxoribus subinde, interessent. Mitto quod non ad Syriæ Præsides, sed ad Ἀρχιερέας eam in rem designari solitos, a Commodi autem Imperatoris ætate, ad *Alytarcham* speciali nomine apud Antiochenses, ut ex [a] Malelæ Antiochensis Chronico, & utroque Codice constat, appellatum, spectaret ea in urbe Ludorum edendorum, statis ad id temporibus, munus.

[a] Chron. pag. 275 411. [b] Leg. 11. C. Th. de Jure Fisci lib. 11. de Expens. Lud. & Leg. 11. C. Just. de Cupress.

VIII.

De Urbibus, quæ ΝΑΥΑΡΧΙΔΕΣ, *seu cum* Nauium Præfectura, *in earum nummis appellantur.*

I. *Unde quædam Urbes* ΝΑΥΑΡΧΙΔΕΣ *dictæ in earum nummis.*

Accedit singulare insuper, neque alibi facile obuium, quo nonnullæ olim urbes maritimæ se in nummis similiter efferunt, ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ nempe priuilegium, & quidem subinde cum memorato paullo ante, uti id mox liquebit, ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ beneficio coniunctum. Quale autem illud fuerit, etsi de eo ferme sileant Auctores, ipsa nominis ratio continuo ac luculenter ar-

arguit. Ναύαρχοι nempe apud Græcos Auctores, *nauium* ſeu *claſſis præfecti*, & Ναυαρχία, ipſa nauium ſeu claſſis præfecturæ dignitas, cuius ſit aliquoties apud Ariſtotelem in Politicis mentio; ut quum de Spartanis obſeruat, Reges apud eos belli Imperatorum ſeu Prætorum munere quidem functos, ſed ſeiunctam ab iis fuiſſe, & *quaſi aliud regnum, illam naualis imperii dignitatem*, ſeu *Nauarchiam*, ἡ Ναυαρχία μετὰ τὴν ἐτέραν βασιλείαν καθέστηκε Idem alibi naualis Athenienſium expeditionis ſeu ναυαρχίας tempore belli Medici ſeu Perſici meminit, cuius auctor fuerit populus Athenienſium. Unde etiam Ναύαρχις de naui, qua vehebatur claſſis præfectus, alicubi apud Diodorum, quod viderunt iam alii, dicitur. Qua ratione proinde Ναυαρχίδες id genus urbes itidem dictæ, etſi de eo ſileant ferme Auctores, quod Naues ibi ſeu claſſes ad tutelam urbis ac prouinciæ velut in ſtatione agerent, & in quas imperium iiſdem urbibus erat conceſſum. Ita *Nauarchi* inde a Romanis quoque dicti, & *Nauarchia*. Ac de *Nauarchi* quidem officio nominatum docet Cicero: *ſumtum omnem in claſſem frumento, ſtipendio, cateriſque rebus* NAUARCHO, *ſua quæque ciuitas ſemper dare ſolebat*. Unde cuiuſdam *Nauarchi Claſſis P. R. Rauennatu* ſeu *Rauennatum* in veteri Inſcriptione fit mentio: ac depictum a Parrhaſio *Nauarchum loricatum* memorat alicubi Plinius. Quæ autem *functio Nauarchiæ*, quod præterea obſeruo, in quadam Conſtitutione Theodoſii Junioris dicitur: a quo in alia rurſus eiuſdem Theodoſiani Codicis lege, *Nauarcharum Cœtus* & *Nauarcharum Orientalium* munus ac officium traditur; ut frumentarii nempe Commeatus, ſeu Annonæ Alexandrinæ ad urbem Conſtantinopolitanam tranſuectionis curam ſuſciperent. Ut ea quidem ætate, quod plures Imperatorum leges itidem docent, ac obſeruat doctiſſimus Jac. Gottofredus, iidem *Nauarchi* dicerentur & *Nauicularii*. Adeo ut illuſtrior habenda ſit hæc NAYAPXIΔΟΣ. quam ſibi vindicant aliquot urbes maritimæ in antiquis earundem nummis, appellatio; quo dicta paullo ante nauium ſeu claſſis apud ſe ſtatio, ac earum præfectura, quæ iiſdem urbibus incumberet, deſignatur. Ut proinde non *nauale* ſolum ibi foret, ſeu ναύσταθμον vel νεώριον, citra ullum cæteroquin ius aut imperium in naues ibi in ſtatione tantum poſitas. Eruditus Auctor de Nummis urbium illuſtratis, hanc vocem Ναυαρχίδων, quam urbibus id genus tribuunt veteres earum nummi, per *Claſſicam* interpretatur; idque inde, quod Forum Julium in prouincia Narbonenſi *Colonia Claſſica* nuncupatur apud [a] Plinium: idem vero [b] a Strabone, τὸ Ναύσταθμον τὸ Καισαρεῖον, *nauale Cæſaris*, Auguſti nempe, appellatur. Quibus ſubdit mediterraneas quoque ciuitates, quæ nempe ſuis ſumptibus claſſem alerent, dictas quoque Ναυαρχίδας. Primum quod adtinet, idem vir eruditus ad Plinii de eadem urbe Foro Julio, ſeu *Colonia Claſſica*, verba, huic interpretationi Ναυαρχίδων pro *Claſſica* obſtare quodammodo notauerat; quod Sueſſa, urbs mediterranea, *Colonia Claſſica* itidem dicatur in veteri inſcriptione, atque inde forte, ob Claſſiarios milites in eam Coloniam deductos: quæ ratio eſſe potuerit *Fori Julii* ita quoque appellati. Haud aliter ac Legionis ut hoc addam, quam e Claſſe Nero conſcripſerat, fit apud Tacitum mentio; & LEG. etiam CLASSICÆ in antiquo nummo, ut vidit iam ibidem Lipſius. Quæ vero de illa *Colonica Claſſica*, ſeu *Foro Julio*, in Gallia Narbonenſi & Cæſaris ibi *nauali* a Strabone a Plinio dicuntur, e Taciti, cuius obiter ibi meminit vir eruditus, de eadem verbis, lucem continuo capiunt: *proximoque* (Italiæ nempe) *Galliæ litore roſtratæ naues præſidebant, quas Aſſiaca*

Xenoph. Hiſt. Græc. lib. III. cap. II §. 10. Diodor. lib. XX. pag. 719. &c.

Polit. lib. II. cap. 7. Ibidem cap. 10.

In Verrem. c. 4

Theſ Grut. MXXII. 8.

Lib. XXXV. cap. 10.

Leg. XX. C. Th. de Nauicular. Leg. XXII. C. Th. Eodem.

In Parerill ad Tit. C. Th. de Nauicular.

Pag. 143.

a Lib. III. c. 4.
b Lib. IV. pag. 184.

Not. ad lib. III. cap. 4.

Hiſt. lib. I. cap. 16.

Annal. IV. c. 5.

stiaca victoria captas AUGUSTUS *in oppidum* FOROIULIENSE *miserat, valido cum remige.* Eadem vero *vetere & illustri Foroiulienſium colonia* ortus Agricola dicitur ab eodem Annalium Scriptore. An vero mediterraneæ ciuitates, qualis erat, ut ipſe ad Plinium agnouerat, Sueſſa, *Colonia Claſſica* itidem dicta, quæ nempe Claſſem ſuo ſumptu alerent, Ναυαρχίδες quoque appellarentur, haud ita liquidum. Quamquam ad fluminum quoque cuſtodiam, vel purgamen, aut ſubiectiones rerum fiſcalium, aliarumue, ac urbium inſuper ad eas ſitarum præſidium, Claſſes etiam olim ſub Romanis fuerint conſtitutæ; unde cum Claſſis Seleuciæ *ad auxilium purgandi fluminis Orontis aliaſque neceſſitates* in utroque Codice, tum Claſſium fluminis Rhodani, Viennæ, vel Arelate, Araricæ, ſeu Araris; plurium vero Danuuii in Notitia Imperii facta occurrit mentio.

In Agricol. c. 1.

l. 1. leg. vii. C. Th. & Iuſt. de Claſſicis.

Nollem vero alium celebrem Antiquarium, ubi de appellatione urbium id genus ΝΑΥΑΡΧΙΔΩΝ in earum nummis agit, id adnotaſſe; quod ſicut ciuitates Mediterraneæ, *Metropoleos* aut *Primatus*, ita Maritimæ *Nauarchidis* dignitatem auide optarent. Præterquam enim, quod multæ fuerint olim *Metropoles* e *Maritimarum* urbium numero, ſicut, & de quibus paullo ante egimus, SIDON, TYRUS, LAODICEA Syriæ, ALEXANDRIA, TARSUS, EPHESUS, aliæque; ita etiam ex iis aliquæ *Metropoles* ſimul & *Nauarchides.* Quomodo de TYRO in veteri inſcriptione, de qua ſupra iam obiter actum, legitur: ΤΥΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΑΣΥΛΟΥ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΦΟΙΝΕΙΚΗΣ ΚΑΙ ΑΛΛΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ. Quæ poſtrema cęteroquin ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ dignitas eidem TYRO tribuitur in veteri eius nummo, qui ſub Elagabalo eſt percuſſus; & qualis exſtat cum in theſauris Gallorum Regiis, tum in laudato muſeo Equitis Aurati Trombal, inſcriptus· ΤΥΡ. ΙΕΡ. ΑC. ΝΑΥΑΡΧ. ΑΛΦ. *Tyri Sacræ Inuiolabilis Nauarchidos Anno* DXXXI. Æmulæ vero in eadem Phœnicia SIDONIS exſtant antiquiores nummi ſub Claudio & Traiano ſignati, in quibus ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ eadem inſcribitur; ac in uno etiam ſub eodem Elagabalo: ita ut eodem quoque tempore hanc appellationem duas illas Phœniciæ Metropoles ſibi vindicaſſe videas. Quod de utraque hac urbe minus mirum videbitur; quum *Sidonem* quod attinet, eam olim centum triremibus inſtructam fuiſſe auctor ſit Diodorus: de *Tyri* autem maritima potentia, nauigationibus, coloniis, res ſit, præter veterum Auctorum annales, vel ex ſacro ſcriptore Ezechiële pridem nota & diuulgata.

Vaillant. Num. Græc. Imp. p. 215.

Theſ. Grut. Mcv.

Lib. xvi. pag. 442

Cap. xlvi. 17. xxvii. 2, 8, 10. &c.

Exſtitit autem alia inſuper in Phœnice urbs ΝΑΥΑΡΧΙΣ in nummis eius itidem dicta, DORA nempe; cuius urbis nummum cum ea Ναυαρχίδος appellatione e Theſauris Gallorum Regiis primi olim protulimus, ſub Traiano cuſum, cum epigraphe ΔΩΡ. ΙΕΡ. ΑCΤΑ. ΑΤΤΟ. ΝΑΥΑΡ. ΡΟΕ *Doræ Sacræ Inuiolabilis Suis Legibus Nauarchidis Anno* CLXXV. Cui geminus exſtat

exſtat cum Hadriani effigie in Gaza Medicea. Sic maritimæ quoque nec procul diſtantis CILICIÆ tres urbes ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ titulo in earum nummis ſunt decoratæ; ÆGÆ nempe, CORYCUS, & SEBASTE. Ac priorem ex iis quod attinet, eidem ac Tarſo, ut de ea in vita Apollonii Philoſtratus, vicinæ, ob ſtudium vero Philoſophiæ, & Æſculapii templum crediti in eo quandoque manifeſti celebratæ, hanc ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ dignitatem largiuntur ſingulares aliquot nummi ſub Æmiliano, Valeriano, & Salonina Gallieni percuſſi, cum inſcriptione ΑΙΓΕΑΙΩΝ vel ΑΙΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΝΑΥΑΡΧ. & addita vulgo iiſdem Æra, quod non eſt iam huius loci. Id vero in huius urbis nummis ſingulare, quod haud unum gentile & qua de re iam ante, iidem præferant, prout ii deſcribuntur a præclaris Antiquariis, ΑΙΓΑΙΩΝ nempe, ΑΙΓΕΑΙΩΝ, & ΑΙΓΕΩΝ. Id vero certo mihi conſtat, in nummis Macrini & Diadumeniani Regiæ Gallorum Gazæ, a me olim accurate inſpectis, legi ΑΙΓΕΩΝ ΜΑΚΡΙΝΟΥΠ. ΔΞC. *Ægeorum Macrinopoleos Anno* CLXIV, non ΑΙΓΕΑΙΩΝ, aut ΑΙΓΑΙΕΩΝ, ut legitur in aliis, quos memorant viri haud vulgari veterum nummorum peritia celebres, nummis. Apud Dionem Chryſoſtomum, qui in duabus Tarſicis Orationibus eiuſdem urbis, eiuſque cum Tarſo æmulationis ac diſſidii aliquoties meminit, cum Αἰγεῖς, ſeu [a] Αἰγεῦσι, ut Ἀδανεῦσι in eadem Cilicia, tum [b] Αἰγαῖοι dicuntur; ſed ubi pro Αἰγεῦσι ſcribendum monet magnus Caſaubonus, Αἰγαιεῦσι, vel Αἰγειεῦσι. Quum tamen æque ab Αἰγεῦσι fieri potuit ΑΙΓΕΩΝ, uti legitur in memoratis modo Regiæ Gazæ nummis: in aliis vero eiuſdem Gazæ, cum ΑΙΓΑΕΩΝ, tum ΑΙΓΕΑΙΩΝ, & ΑΙΓΑΙΩΝ, in alio inſuper nummo Juliæ Domnæ apud celebrem Antiquarium, ΑΙΓΑΙΕΩΝ. Quod poſtremum adſtruere etiam videtur Strabo, apud quem eadem Ciliciæ urbs dicitur Αἰγαῖαι, unde fit Gentile Αἰγαιεύς, & a quo etiam Nauale ibi exſtitiſſe dicitur, Αἰγαῖαι, πολίχνιον ἔρημον ἔχον, *Ægæ, urbs exigua habens nauale*, ac ſimiliter, quod viderunt iam alii, Lucanus: *& externæ reſonant Naualibus Ægæ.* Auctam vero ſub ſequutis Cæſaribus eandem urbem, licet ex plurimis, qui adhuc ſuperſunt illius urbis nummis, cum adſumptis eorum Imperatorum, a quibus eadem fuerat beneficiis ornata, cognominibus colligere, ut ΑΔΡΙΑΝΩΝ, ΚΟΜΟΔΙΑΝΩΝ, CEOΥΗΡΙΑΝΩΝ, ΜΑΚΡΙΝΟΥΠΟΛΕΩC, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΠΟΛΙC, ab *Hadriano* nempe, *Commodo, Seuero, Macrino, & Alexandro Seuero* deſumptis. Cuius generis, qui de reliquis fidem faciat, ac de diuerſo ſimul huius urbis Gentili, unum hic proferam inſignem eius nummum Regiæ Gallorum Gazæ ſub Commodo cuſum, cum ſignatis Iſidis & Oſiridis capitibus, ac inſcriptione, ΚΟΜΟΔΙΑΝΩΝ ΑΔΡΙΑΝΩΝ ΑΙΓΕΑΙΩΝ ΕΤΟΥ ΔΛC. *Comodianorum Hadrianorum Ægæorum Anno* CCXXXIV.

Liban. cap. v. pag. 8.

Supra p. 597.

Vid. Vaillant. Num. Græc. Imperat.

a Orat. XXXIII. p. 409.
b Orat. XXXIV. p. 417.

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag 90.
Lib. XIV. pag. 676.
Vaillant ut ſupra pag. 215. lib. III. p. 227.

In Gaza Reg. Gall.

Unde utique mirum videri non debet, ſi in ſelectis quibuſdam poſteriorum adhuc Imperatorum nummis, uti Æmiliani, Valeriani, & Saloninæ Gallieni, eadem urbs legatur inſcripta AIΓEAIΩN NEΩKOPΩN NAYAPX cum Æra ⊙qc in Æmiliano; nempe *Ægæorum Neocororum Nauarchidos Anno* CCXCIX; in Valeriano autem, iuxta adornatum a principe Urbis Antiquariorum Franciſco Gottifredi veterum nummorum indicem, TA Anno CCCI. Verum operæ pretium erit ſingularem eiuſdem Valeriani nummum, cum illa NAYAPXIΔOC huic urbi tributæ, & de qua appellatione hic agitur, mentione, e cimeliis illuſtris Equitis Aurati Trombal hic quoque conſignare. Exhibet nempe ille in auerſa parte ſigna Zodiaci, in medio caput Mercurii ſine petaſo, cum litteris AIΓEΩN NE. NA. *Ægenſium Neocororum Nauarchidos.*



Lib. XIV. pag. 670. Alterius vero, & vicinæ quidem *Ægis* in Cilicia urbis CORYCI, pręſtantiſſimi croci, ut de eo olim Strabo prouentu celebratæ, unde Horatius, *Coryciosque croco ſparſum ſtabit,* exſtat inſignis nummus inter æreos maximi, ut vulgo Antiquarii, moduli ſeu *Medaglioni* cimeliis hiſce inſtructiſſimi Abbatis de Camps, diuulgatos, in quo Bacchus nudus cum thyrſo, ac infra Pantheriſco; Vas prętera ludorum, cum inſertis Caduceo, Spica, & Palma, & inſcriptione, de qua iam ante ob adſcriptam ſimul AΣYΛOY vocem, KΩPYKIΩTΩN ACY NAYAPXIC *Coryciotarum Inuiolabilis Nauarchis.* Tertiæ vero in Cilicia urbis maritimæ, & huic *Coryco* prętera, ut mox adhuc dicetur, itidem vicinæ, SEBASTES nempe, quæque *Eleuſa* olim diceretur, nummum alibi haud ita pridem protuli, in locuplete penu nummaria ea laude commendatiſſimi Jacobi de Wilde a me, dum eam Amſtelodami auidis oculis inſpicerem, obſeruatum; hinc cum Tranquillinæ Gordiani effigie, illinc cum capite ſeu Genio urbis turrito, & inſcriptione, CEBACTH IEPAC AYT. NAYAPXIC EΛEYΘEPAC, *Sebaſtæ Sacræ Suis Legibus Nauarchis Liberæ.* Cuius autem nummi a me primum vulgati, uti & alterius memoratæ modo vicinæ huic urbi *Sebaſtes, Coryci* nempe, ſicut ex emendato inde a nobis Stephano nuper oſtendimus, icones; utramque vero cum illo NAYAPXIΔOΣ priuilegio hic continuo adſpiciet lector.

Selec. Numiſ. pag. 109.

Orb. Rom. p. 428.

Ibidem pag. 431.

Mari-

Maritimam autem fuiſſe poſtremam hanc Ciliciæ *Sebaſten*, ac in qua ab Herode ac filio eius Alexandro conuentus ſit Rex Cappadocum Archelaus huius Socer, [a] e Joſepho quoque in eodem [b] nupero opere vidimus. Cuius conditæ etiam ab Archelao urbis in Aſpera, quæ illi pręter unam Seleuciam obtigerat, Cilicia, ac unde Joſephus illuſtratur, meminit [c] Strabo. Urbis vero in Epiro ad ſinum Ambracium, illiuſque ab Auguſto, in memoriam Actiacæ victoriæ, conditæ, NICOPOLEOS nempe, ut IEPAΣ paſſim alii eius nummi; ita adiunctum quoque NAYAPXIΔOΣ nomen ei tribuit ſingularis omnino Regiæ Gallorum Gazæ nummus, ſub Alexandro Seuero percuſſus, cum epigraphe NIKOΠOΛEΩC IEPAC NAYAPXIΔOΣ. *Nicopolis Sacræ Nauarchidos.* Ad hanc enim maritimam *Nicopolim*, non ad alteram ad Iſtrum, aut vero ad eam, quæ ad fluuium Thraciæ *Meſtum* erant ſitæ, ſpectare eundem nummum, vel inde liquet; quod prior ΠPOC ICTPON, *Ad Iſtrum*; altera vero ΠPOC MECTΩ, *Ad Meſtum*, fluuium itidem, ad indicandum illarum ſitum, in earundem nummis ſignari conſueuerint. Adde, quod illa IEPAC, quæ in eodem nummo occurrit, appellatio, huic in Epiro *Nicopoli* paſſim in aliis eius nummis adſcribi itidem ſoleat. Neque vero prętercundus hic ſingularis Juliæ Mamææ nummus, quem olim in ſchedis eximii Morelli obſeruare mihi licuit, ac inde, ut opinari licet ab eruditiſſimo quoque Harduino memoratum, in quo depictus Mercurius, & epigraphe KAPYCTIΩN NAYAPXI. *Caryſtiorum Nauarchidos* Haud mirum uero hanc iuxta Chalcidem, ut de iis Pomponius Mela, opulentiſſimam Euboeæ urbem; immo unde ipſa Euboea *notior marmore Caryſtio* a Plinio dicitur, eo quoque *Nauarchidos* elogio ornatam intueri.

a Antiq. lib. xvi. Bell. Jud. lib. i. cap. 17.
b Orb. Rom. pag. 430. 431.
c Lib. xiv. p. 671.

De Num. Urb. Ill. pag. 242.

Lib. ii. cap. 7.
Lib. iv. cap. 12.

IX.

De PATRIIS *ſeu* URBICIS MAGISTRATIBUS, *in Græcarum Urbium Nummis.*

Inter ea, quæ paullo ante de ΕΛΕΥΘΕΡΑΙΣ ſeu ΑΥΤΟΝΟΜΟΙΣ urbibus adtigi, illud eſt ibi a me continuo monitum, in eo pręcipuum quoddam iuris illius ſeu libertatis beneficium exſtitiſſe, quod etſi eędem aliorum Regum vel Populi Romani maieſtati ſeu imperio ſubiacerent, PATRIIS tamen MAGISTRATIBUS regerentur, qui ius iis dicerent, ſeu iuriſdictionem, qua de re paullo ante, iuxta patrias leges & conſuetudines in iis exercerent. Id enim eſſe, quod a Græcis Auctoribus, aut in Fœderum tabulis, de conceſſo aut relicto id genus urbibus priuilegio dici ſolet: αὐτοδίκους εἶναι, vel πατρίῳ τρόπῳ ἄρχεσθαι,

De quibus Græcarum urbium Magiſtratibus *hic agitur.*

ἄρχεσθαι, vel ἐν τοῖ πάτριοις, vel πολιτεύματι χρῆσθαι τοῖς πατρίοις, *ius sibi dicere, patrio more regi; iuxta patriam consuetudinem*; *uti regimine* seu *magistratu patrio*; una denique πολιτείας, vel ἀυτοδικίας voce, qua eædem ciuitates fruerentur, solet designari: a Romanis autem scriptoribus & priscis iuris eorum ciuilis Antistitibus, quod modo etiam vidimus, *Rempublicam administrare*. Cuius autem rei nuspiam plura vel illustriora exempla videas, quam in priscis Græcarum in Europa vel in Asia urbium nummis: quibus patrii, illiusque ferme annui eorundem locorum Magistratus nomina & officia vulgo sunt consignata. Neque vero hic mihi iam sermo de Romanis Prouinciarum in Orbe Romano Rectoribus, in quibus id genus urbes erant sitæ, & subinde etiam eorum nomina ac delegata tum iis potestas leguntur inscripta, ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ nempe, vel ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΥ, vel ΠΡΕΣΒΕΥΤΟΥ, vel ΗΓΕΜΟΝΟΣ, vel ΤΑΜΙΟΥ quandoque, *Proconsulis, Proprætoris, Legati, Præsidis*, vel *Quæstoris*. Quæ cum ad Romanas Antiquitates potissimum respiciant; de iis etiam, ubi ad eas e nummis antiquis illustrandas mox, *ουὸ Θεῷ*, deuenietur, agendum mihi tum incumbet. Neque etiam ea Officia vel Dignitates iam adtingo, quæ ad Religionis, & Sacrorum apud Gentiles, ac inter ea Festorum aut Ludorum procurationem adtinebant; uti ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ, ΑΣΙΑΡΧΟΥ, ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ, ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ, ΘΕΟΛΟΓΟΥ, ΠΑΝΗΓΥΡΙΣΤΟΥ, aut similium: quorum tractatio, etsi ad Græcarum antiquitatum lucem haud parum utique conferat, alterius erit quoque & peculiaris Dissertationis, ubi de Religione & Sacris Gentilium agetur, Deo fauente, argumentum. Plura autem constat signari in antiquis Græcarum urbium nummis, quę ad ciuilem earum administrationem adtinent, *Patriorum* seu *Urbicorum* in iisdem *Magistratuum* genera: uti solemnia ΑΡΧΟΝΤΟΣ, ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ, ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ, ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ, aut extraordinaria subinde ΣΟΦΙΣΤΟΥ, adde ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ, ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ, & ΠΟΛΙΑΡΧΟΥ in iis nomina. De quibus autem, & si quædam iam sint a viris præclaris, ac nuper a celebri & laudato sæpe Antiquario monita, collectaque etiam id genus Magistratuum in Græcis Cæsarianorum temporum nummis nomina; aliquod tamen relictum hic mihi, quod parcentibus tamen dextris nunc sublegam, spicilegium, haud difficulter, ut opinor, iidem largientur.

Vaillant Num. Græc Imper. pag. 309.

1. De *dignitate* ΑΡΧΟΝΤΟΣ *in nummis.*

1. *De generali vocis* ΑΡΧΟΝΤΟΣ *significatione.*

Id vero de hoc nomine ΑΡΧΟΝΤΟΣ in limine, & obiter quidem monendum est, aliam quidem & obuiam esse eius vocis significationem, iuxta quam ea de quouis loci aut gentis principe vel rectore dici consueuit: quomodo nempe formatæ similiter voces Ἐθνάρχης, Τετράρχης, Τοπάρχης, adde Πολιάρχων, Φυλάρχων, *Ethnarchæ, Tetrarchæ, Toparchæ, Polyarchæ, Phylarchi*, de variarum gentium Regulis vel Dynastis, aut Urbium Præfectis; ne speciales iam hic tangam Ἀσιάρχης, Βοιωτάρχης, Λυκιάρχης, Συριάρχης, *Asiarchæ, Boëotarchæ, Lyciarchæ, Syriarchæ*; immo etiam Αἰτωλοτάρχης, & Κιλικάρχης, *Ætolotarchæ*, & *Cilicarchæ* appellationes; qui ita a regionibus denominati, in quibus publicis, quæ ad Sacrorum ac Ludorum inprimis solemnium procurationem spectabant, muneribus fungebantur. Quomodo itidem factum, ut ΑΡΧΟΝΤΕΣ subinde dicti sint a Græcis Auctoribus, non patrii quidem loci Magistratus, sed ipsi Romani prouinciarum Populi Romani Rectores, qui alias *Proconsules*, vel *Legati*,

Legati Proprætore, Ἀνθύπατοι, aut Ἀντιστράτηγοι, aut Πρεσβευταὶ, vel Ἡγεμόνες, proprio ad id genus officium nomine, dicebantur. Ita ab Ariſtide multi terræ motus dicuntur contigiſſe, ἐπὶ Ἄλβου Ἄρχοντος τῆς Ἀσίας alibi Πολλίωνος Ἄρχοντος τῆς Ἀσίας *Sub Albo*, ſub *Pollione Rectore Aſiæ*. Philoſtratus autem de Aſiæ Proconſule, ὁ τῆς Ἀχαΐας, *Græciæ* ſeu *Achaiæ*, ut tum a Romanis dicebatur, *Rector*; alibi ἐπὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος Ἄρχοντι, apud *Græciæ Rectorem*, ſeu *Proconſulem*, non *Prætorem*, ut ibi Interpres. Haud aliter ac Ἡγεμὼν τῆς Ἀσίας, de *Aſiæ Proconſule* itidem ab Ariſtide, non vero, iuxta eruditum Canterum, *Prætore* dicitur: *Proconſulares* etenim, non *Prætoriæ* ambæ illæ Populi Romani Prouinciæ, Aſia, & Achaia.

Serm. Sacr. III. pag. 561. Serm. Sacr. V. pag. 615. Vit. Apoll. lib. VIII. cap. IX. pag. 413. De Sophi. lib. I. pag. 585. Serm. Sacr. IV. pag. 572.

Specialis vero eſt illa ΑΡΧΟΝΤΟΣ in nummis appellatio; & de qua hic nobis ſermo, qua patrius ac ciuilis earum urbium Magiſtratus, in quibus illa occurrit, deſignatur. Adeo ut non Athenis ſolum, quod obuium & contritum, Ἄρχοντες fuerint; quorum perpetuus ab initio, decennalis dein, annuus poſtea fuit, & quidem e numero ciuium, Magiſtratus: atque ita ut etſi nouem tum *Archontes* cenſerentur, illo tamen *Archontis* nomine primus ex iis, & a quo annus denominabatur, ſeu ἐπώνυμος, κατ' ἐξοχὴν appellaretur. Horum proinde Athenienſium exemplo factum videtur, quod opportune iam vidit celebris Antiquarius, & quidem colonis in Aſiæ oram maritimam, ſeu Joniam, & alias adhuc regiones miſſis; ut Coloniarum, de quo iam ante egimus, more, cum Metropolibus eadem Magiſtratuum nomina ac dignitates illæ continuo adſumerent ac retinerent. Hinc utique frequens *Archonton* mentio in nummis Jonicarum id genus ſeu Proconſularis Aſiæ urbium, ut *Smyrnæ*, *Mileti*, *Prienes*, aliarumque, aut *Abydenorum*, qui a *Mileſiis* iuxta Athenæum, deducti, ac ſimilium. Ita tamen ut eadem quoque appellatio apud alias eiuſdem gentis, aut vicinarum regionum ciuitates, quæ aliunde quam ab Athenienſibus aut eorum Coloniis erant deductæ, inualuerit. Unde haud in nummis ſolum *Ancyræ* Galatiæ Metropoleos, *Byzantii*, *Mæonum*, pluriumque id genus, eius fit mentio; ſed in Inſcriptionibus etiam antiquis, ut [a] *Melitæ*, [b] *Delphorum*, [c] *Neapolis*, quod vere iam adtigit eruditiſſimus Harduinus, & quibus addi poſſunt [d] Inſulæ *Coos*, *Thera*, ac plures id genus. Quod de *Coo* Inſula adſtruunt inſuper eorum nummi, ut in Gaza Gallorum Regia, ΑΡΧ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥ ΚΩΙΩΝ, *Archontos Menecratis Coorum*. Quemadmodum vero Athenis, ubi annuus cuaſit ille Magiſtratus, nouem *Archontes* exſtitiſſe conſtat; ita plures etiam *Archontas* fuiſſe in aliis Græcorum in Europa vel in Aſia urbibus aut Inſulis, e nummis & inſcriptionibus antiquis licet ſtatuere. Ἀρχόντων quidem *Epheſiorum* in genere meminiſſe Polyænum video; ſed ubi de militaribus copiis, ac proinde non de ciuili eorum Magiſtratu agitur. Quomodo etiam Ἄρχοντα, & quidem, ut ab eo mox additur, Αὐτοκράτορα Ἄρχοντα, *ſummo cum imperio Ducem* a Græcorum exercitu, qui Cyro Juniori militauerat, conſtituendum vocat Xenophon, & quod oblatum ſibi munus recuſaſſe paullo poſt ab eo dicitur. Alibi vero leguntur ab eo appellati Ἄρχοντες *Mantinenſium* in Arcadia, ſeu ciuilis eorum Magiſtratus; qui miſſo ad ſe a Spartanis Ageſilao, noluerint populum in concilium vocare, qui illa, quæ iuſſus erat, ei exponeret. Sic αὐτοὺς οὓς ταῖς πόλεσιν Ἄρχοντας, *ipſos urbium Rectores* tangit alicubi Plato. Quomodo etiam τοὺς Ἄρχοντας ſeu urbis *Magiſtratus* dici videmus a Modeſtino in libris Digeſtorum:

2. *De peculiari* ΑΡΧΟΝΤΟΣ *ſignificatione in Græcarum Urbium nummis.* Vaillant ut ſupra.

Lib. XII. pag. 524.

a Theſ. Grut. ccc. 8.
b ccccxviii. 4.
c cxxxix. 15.
d Spon. Miſcell. pag. 337. 341.

Lib. VII. cap. 27.

Exped. Cyr. lib. VI. cap. I. §. 11. & 13.

Hiſt. Græc. lib. VI. cap. V. §. 4.

In Politico pag 250. Tom. II. edit. H. Steph.

Leg. xxi. D. de Tutor. Dat. ſtorum: Εἰδέναι δεῖ τὰς Ἀρχοντας, *Scire oportet Magiſtratus*, quod nempe curatrices mulieres minoribus non creabunt: a quo tamen alibi, & de quo loco paullo poſt, unius omnino Ἄρχοντος, quaſi primi ex eorum numero, qualis Athenis erat idemque ἐπώνυμος, fit mentio. Marmora vero quod adtinet Πρώτου τοῦ Ἄρχοντος, *Primi Archontis* legitur in inſcriptione *Theræorum* Inſulæ apud Cl. Sponium; quales itidem in nummis ſubinde ſignantur, ut Lyciæ *Cebeſſenſium* in Gaza Medicea, cum Philippi patris in anteriori nummi area effigie, ΕΠΙ ΑΥΡ. ΜΑΡΚΟΥ ΑΡΧ. ΠΡΩ. ΤΟ Β ΚΗΒΗCCΕΩΝ, *Sub Aurelio Marco Archonte Primo Et Iterum Cebeſſenſium.* Neque enim, ut Athenis poſtea factum, annui tantum iidem in aliis Græcorum urbibus id genus *Archontes*, ſed ſubinde etiam in alterum, tertium, & quartum annum

Leg. xvi. §. 9. D. de Excuſation.

Miſcell. pag. 341.

Vid. Vaillant Num. Græc. Imper. pag. 310. prorogati, idque; ut in adducto modo nummo, & quod apud Antiquarios iam contritum, per ΑΡΧ Α ΤΟ Β, ΤΟΓ, ΤΟ Δ etiam quandoque indicatum, hoc eſt *Archon Primus, Iterum, Tertium, Quartum.* *Id* enim *Primi Archontis* munus frequenter in nummis cum littera Α, nempe ΑΡΧ Α innuitur. Talis utique nummus Valeriani in Theſauris Gallorum Regiis, ΚΑΕΟΒΟΥΛΟC ΑΡΧΩΝ Α ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΤCΙΝ. Unde utique, ac vel e longa illa ΑΡΧΟΝΤΩΝ ſerie, quam nuper e Græcarum ac in Aſia potiſſimum urbium nummis collegit celebris Antiquarius, & cui plures addi inſuper poſſunt: (prout in tam late diffuſa veterum id genus cimeliorum, aut latente adhuc penu fieri aliter non poteſt) id eſt manifeſtum, exſtitiſſe eo nomine patrium id genus urbium & ſupremum quidem tum in iis Magiſtratum. Adeo ut ſi in hæc tempora adhuc incidiſſet ille, quem mea de nummis veterum commentatione mihi compellandum olim duxeram, &, poſt acerbum mihi eius obitum, in hac denuo conſeruandum cenſui, illuſtris amiciſſimuſque Octauius Falconerius; vidiſſet contiuuo haud intra unius forte vel alterius

Vaillant ut ſupra.

Not. ad Inſcr. Aſiat. 1. nummi, quem eam in rem memorat, quique duarum urbium *Epheſi* & *Cyzici* concordiam innuit, ambitum, horum *Archonton* mentionem contineri. Neque vero illud hic prætercundum, initialibus litteris ΑΡΧ. ſolis etiam quandoque ΑΡ, *Archontis* dignitatem ferme intelligi, non vero Ἀρχιερέως, etſi eaſdem litteras crebro de poſtrema hac voce ſeu *Pontifice*, non *Archonte*, interpretari ſoleat eruditus Auctor de nummis urbium illuſtratis, aliique ſubinde Antiquarii. ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ utique in nummis vulgo ΑΡΧΙ, ad illud ΑΡΧ, pro Ἀρχοντος diſcrimen, aut cum integro etiam nomine ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ſolet inſcribi: quod adtendi ab iis meretur, qui veteres nummos conſulunt vel adtrectant. Exſtat vero utraque dignitas coniuncta in ſequenti nummo Regiæ Gallorum Gazæ, in quo hinc caput Herculis, & nomen ΚΤΙCΤΗC, urbis nempe illius in Lydia, quod ſupra iam diximus, *Conditor*; in auerſa autem parte, Caſtor & Pollux nudi ſtantes cum haſtis, circum autem ΝΙΚΟΜΑΧΟC ΑΡΧΙΕΡ. ΑΡΧ. Α Τ Β ΤΗΜΕΝΟΘΥΡΕΥCΙ, *Nicomachus Pontifex* (ſiue *Sacerdos*, ut dicuntur Græcorum Ἀρχιερεῖς in aliis Romanis & antiquis monumentis) *Archon Primus Et Iterum Temenothurenſium.* Quo loco illud notandum adhuc venit, dictos etiam nonnunquam in quibuſdam Græcis urbibus Ἀρχοντας, quibus publicorum etiam ſacrificiorum, quæ ad Communis ſeu Urbis Veſtæ honorem ſpectabant, procuratio erat commiſſa: quique quibuſdam in locis Ἄρχοντες, in aliis, Βασιλεῖς, in aliis Πρυτάνεις dicerentur. Id docebit inſignis & ſingularis eius rei index apud Ariſtotelem locus. Ubi enim ille de ciuilibus egerat Urbium Magiſtratibus, ac eos dein tangit,

Pag. 278. 279.

quibus

quibus ſacrorum cura erat demandata; id ultimo loco de iis addit: ἐχομένη ᾗ (ἱερωσύνη nempe) ταύτης ἡ πρὸς τὰς θυσίας ἀφωρισμένη τὰς κοινὰς πάσας, ὅσας μὴ τοῖς ἱερεῦσιν ἀποδίδωσιν ὁ νόμος, ἀλλ' ΑΠΟ ΤΗΣ ΚΟΙΝΗΣ ΕΣΤΙΑΣ ἔχουσι τὴν τιμὴν· καλοῦσι δ' οἱ μὲν ΑΡΧΟΝΤΑΣ τούτους, οἱ δὲ Βασιλεῖς, οἱ δὲ Πρυτάνεις, *ſequitur vero illud Sacerdotium, quod ad omnia communia ſacrificia, quæ Sacerdotibus lex non concedit, ſed quæ a Communi* ſeu *publicæ Urbis Veſta honorem ſuum obtinent, eſt peculiariter deſtinatum. Vocant vero alii* ARCHONTAS, *alii Reges* (prout *Sacrorum Reges* Athenis & Romæ conſtat exſtitiſſe,) *alii Prytanes.* Fugit me autem præclarus hic Philoſophis locus, quum de Veſta & Prytanibus olim commentarer. Politic. lib. vi. cap. 8.

Inde vero, ut hoc addam, Συνάρχια etiam dicta, plurium id genus *Archonton* in una urbe *Collegium.* Id utique diſcimus e duobus inſignibus nummis Regiæ Gallorum Gazæ; quorum unus ſub Auguſto, alter ſub Claudio percuſſus eſt. Prior quidem cum Auguſti laureato capite, & inſcriptione, ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, illinc caput Liuiæ, ΑΤΤΑΛΟΥ ΣΥΝΑΡΧΙΑ. Alter vero hinc cum Claudii effigie, ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, illinc Victoria gradiens cum Palma, & epigraphe, ΜΥΩΝΟΣ ΣΥΝΑΡΧΙΑ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. De poſteriori nummo egerant iam duo præſtantes Antiquarii, [a] Triſtanus, ac [b] Patinus; ſed qui, quod veram lectionem nummi, ut monuit poſtea eximius [c] Morellus, valde attriti, ut vix legi etiam poſſit, non forent adſequuti, nihil proinde in eo viderint. Eiuſdem poſtea, & alterius quoque ſub Auguſto percuſſi meminit eruditus Auctor de Nummis Urbium illuſtratis; qui bene equidem vidit, male tria in eo Urbium nomina legi a Triſtano ac Patino, ac ΜΥΩΝΟΣ non urbis, ſed viri proprium eſſe nomen; ΑΡΟΧΕΩΝ tamen eorum fide, pro ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, legi in eodem nummo cenſuit. Atqui veram illius nummi ſcripturam ſupra adductam, una cum ipſius nummi icone, protulit poſtea, qui eum adtente & accurate inſpexerat in Gaza Regia laudatus Morellus; ac poſtremo etiam Cl. Vaillant. Iidem vero ad Cariæ urbem *Antiochiam*, priorem ſub Auguſto nummum referunt, & ad quem proinde alter ſub Claudio ſpectare itidem cenſendus eſt. Quod vero ad vocem illam ΣΥΝΑΡΧΙΑ in utroque illo nummo adtinet, exiſtimat eruditiſſimus Harduinus, denotare quidem collegium, ſocietatemque Magiſtratus; ſed ita ut qui hunc Magiſtratum in iiſdem ciuitatibus una cum Auguſtis gerebant, non iam ſe Ἄρχοντας ſimpliciter, ſed Συνάρχοντας appellarent, velut Cæſaris, qui tum Ἄρχων eſſet, ſicut Athenis Hadrianum & Gallienum exſtitiſſe conſtat, vicem agerent. Verum cui equidem interpretationi ne continuo accedam, obſtat; quod non de Athenienſibus, apud quos eo *Archontis* Magiſtratu functi, ſeu eius titulum potius adſumpſiſſe leguntur dicti modo duo Imperatores, ſed de Cariæ *Antiochenſibus* agatur in iis nummis; quod iidem iam ſub Auguſto & Claudio, de quibus nihil tale legitur, ſint percuſſi: quod nulla etiam id genus urbici Magiſtratus a dictis modo Imperatoribus adſumpti memoria in eorum nummis conſignari meruerit: quod nulla inſuper idonea ratione nititur, ut Συνάρχοντες continuo dicti ſint, qui cum Cæſare eundem illum Magiſtratum tum obirent; ac unde ſcilicet *Attali*, vel *Myonis* ΣΥΝΑΡΧΙΑ in horum *Antiochenſium* nummis, de ſimili eorundem cum Auguſti vel Claudii in illo *Archonton* collegio *ſocietate* intelligi continuo debeat. Immo quibus inſuper illud adden-

3. *De voce* ΣΥΝΑΡΧΙΑΣ *in duobus antiquis nummis.*

[a] Tom. 1. pag. 187.
[b] Num. Imperat. p. 78.
[c] Specim. p. 208 Hard. p. 72.

Specim. Tab. xx. Num. Græc. Imper. p. 324.

Ut ſupra.

addendum est, ab Hadriano & Gallieno adhuc priuatis, necdum Imperatoribus ac rerum dominis, illud, ut alibi iam vidimus, contigisse, quod uterque Athenis *Archon* fuerit. De Hadriano utique id contra Spartianum, & ei suffragantem magnum Casaubonum, e Phlegonte ipsius Hadriani liberto, ac Dione Cocceiano euicit iam ὁ πάνυ Salmasius. De Gallieno autem id arguit omnino in eius vita Trebellius Pollio: *Quum tamen sibi milites dignum Principem quærerent, Gallienus apud Athenas,* ARCHON ERAT, *id est summus Magistratus.* Haud aliud proinde hic innuit eadem vox ΣΥΝΑΡΧΙΑ, in duobus illis Antiochensium in Caria nummis, nisi a commemoratis ibi *Attalo* ac *Myone,* quod in numerum *Archonton* illius urbis seu Magistratus *Collegium* essent iidem cooptati, inde eorum consignata fuerit in iis nummis memoria. Id unum equidem notat ea vox Συναρχία, nempe eiusdem Collegii seu Magistratus societatem; prout dicuntur apud Aristotelem Συναρχίαι συνίσαι, *Magistratuum Collegia in unum coeuntia.* Unde Συνάρχοντες Græcis in eodem imperio seu Magistratu vel belli vel pacis Collegæ: prout apud Pausaniam dicti duo, quos sibi Collegas adsciuerat creatus a Messeniis summi belli Dux, seu Στρατηγὸς Αὐτοκράτωρ. Apud Plutarchum vero Dioni Syracusano, euersa Dionysii tyrannide, ab Heraclide obiectum traditur; quod ille Corintho Syracusas (pro recepto nempe Metropoleon, de quo supra egimus, iure, ratione Coloniarum,) Συμμάλους καὶ Συνάρχοντας, *consiliarios & administrationis publicæ collegas* euocasset, nempe prout alioquin Σύμμαλος e numero Ἀρχόντων fuisse apud Thurios docebit Aristoteles. Themistius vero in Decennali ad Valentem Imperatorem Oratione, a Ioue petit, inter alia: Δώρησαι δ' αὐτῷ ἐκ παίδας Συνάρχοντας, ἤδη ἐγγενεῖς *da illi Collegas filios ex eius stirpe progenitos.*

Not. ad Spartianum Hadrian. c. xix.

Polit. lib. iv. c. 14.

Lib. iv. p. 241.

In Dione pag. 981.

Polit. lib. v. c. 7.

Orat. xi. p. 153.

Id vero insuper commemorari obiter hic potest memoratus a celebri Antiquario Neronis nummus, in quo quidam Zeno *Laodicensium* ΠΟΛΙΑΡΧΗΣ, seu *Urbis Præfectus* dicitur, nempe ET IT ZHNΩNOC ΠΟΛΙ TO Δ *Anno Decimo Tertio Zenone Præfecto Urbis Quartum.* Quo utique Πολιάρχης nomine Romæ *Urbis Præfectum* a Græcis Scriptoribus, Dione Cocceiano, aliisque appellari vulgo constat: quales alioquin a Græcis olim Πολιοῦχοι dicti, non solum, ut ab Æschylo, πολιοῦχοι Θεοὶ, *Dii Urbis Præsides* seu *Conseruatores*; aut nominatim, ut de eo alicubi Plutarchus, Deorum Rex Juppiter; sed etiam iuxta Hesychium, Ἄρχοντες πόλεως, *Urbis Archontes:* Πολιοῦχοι, οἱ τὴν πόλιν σώζοντες, καὶ οἱ Ἄρχοντες αὐτῆς, Poliarchi *qui urbem seruant, & eius Archontes,* seu *Magistratus.*

Vaillant. Num. Græc. Imp. p. 17, & 317.

Sept. Th. v. 318 Suppl. v. 1026. In Demetrio pag. 909. In Πολίαρχοι.

II. De *dignitate* ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ *in nummis.*

1. *De antiqua vocis* Στρατῶ, *& inde* ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ *apud Græcos significatione.*

Nulla vero frequentior, ut vulgo notum illis, qui veteres & quidem Græcarum urbium nummos versant, memoratur in iis dignitas, quam ea quæ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ nomine insignitur. Qua voce autem quum tam ciuilis, quam militaris Magistratus, haud aliter ac PRÆTORIS apud Romanos nomine, soleat designari; illud utique constat de prioris seu ciuilis Magistratus genere eam vocem in illis Græcarum urbium nummis demum intelligi. Cuius rei ut magis explicata ratio percipiatur, illud tenendum est, eam Στρατῶ vocem, quæ sequutis dein temporibus, de *exercitu* seu *militaribus copiis* sumi consueuit; olim de *populo,* aut *ciuium cœtu* ac *multitudine* fuisse a Græcis usurpatam. Cuius rei utique, & quæ non aduerterunt eruditi Græcorum

corum lexicorum conditores, obuia & crebra occurrunt apud antiquos in primis Græciæ Auctores, Æſchylum, Pindarum, Sophoclem etiamnum exempla: ut apud Æſchylum, & quem eam in rem locum alibi iam adtuli: Not ad Julian. Orat. 1. pag. 76.

Κήρυσσε, Κῆρυξ, ἐς ΣΤΡΑΤΟΝ κατεργάθω, Eumen. v. 569.

Promulga, Præco, & MULTITUDINEM cohibe: ac in eodem dramate, de urbe Athenarum ac Athenienſium populo, Minerua Athenarum tutelaris Dea,

Τὸ σὸν πόλισμα, ἐς ΣΤΡΑΤΟΝ τεύξω μέγαν, Ibid. v. 971.

Tuam urbem, ac tuum POPULUM *efficiam magnum*: item eadem,

Ἐγὼ δ' ἥδρᾳ τῇδε, ἐς τὸ σὸν ΣΤΡΑΤΩ, Ibidem v. 765.

Ego autem huic regioni, & huic tuo POPULO, (ubi male interpres, *exercitui tuo*) perpetuum fœdus iuramento ſe confirmaturam ſpondet. Ita ſæpe Pindarus, ut Κάδμα σφετέρῳ *Cadmi populo*, ubi Græci Critici τετέρᾳ τοῖς Θήβαις, *hoc eſt Thebis*: ac ubi de tribus Reipublicæ formis, tyrannica ſeu Regia, Democratica ſeu Populi, & Ariſtocratica ſeu Optimatum ab eo agitur: Iſthm Od. 1. v. 12.

Παρὰ τυράννοι, χώτοτον δ'
Ἀνδρες ΣΤΡΑΤΟΣ, Χαῖται πόλιν εἰ σοφοὶ
Τηρέοντι. Pyth. Od. 11. v. 159.

Et in Tyrannide; & quando Ferox POPULUS; *& quando urbem Sapientes* ſeu *Optimates Cuſtodiunt*: & quæ plura id genus apud eundem Lyricum leguntur. Quomodo itidem a Sophocle de turba ſpectatorum in ludis Pythicis, Oreſtis e curru lapſu adtonita ac mœſta, dicitur:

ΣΤΡΑΤΟΣ δ' ὅπως ἑρᾷ νιν ἐκπεπλεγμένα, Electr. v. 752.

Et multitudo, ubi eum prolapſum vidit. Qua ratione proinde factum liquet, ut natiua quidem & primigenia vocis huius ſignificatione, Στρατηγὸς a Græcis dictus ſit de urbico, qui populo ſeu ciuibus præeſſet, Magiſtratu. Ad quorum proinde ciuilium Στρατηγῶν diſcrimen, Στρατηγοὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων, *Armorum Præfecti* nuncupati ſunt olim apud Athenienſes, uti aliquoties apud Demoſthenem; ac apud Athenæum quoque de Athenione, qui Mithridatis temporibus Athenis tyrannidem inuaſit: εἵλοντο τὸν Ἀθηνίωνα Στρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων, *Athenionem Armorum Præfectum conſtituerunt*. Ad quem autem locum non eſſe audiendum magnum Animaduerſorem, alibi iam eſt a nobis monitum; qui ita dictum ibi putat hunc Athenionem, quod ætate ſcilicet Athenæi, Στρατηγοὶ in municipiis dicerentur ciuiles & urbani Magiſtratus. Utrumque enim pridem ante obtinuit, ut nempe, quod vel e locis apud Demoſthenem indicatis conſtat, Στρατηγοὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων dicerentur *Armorum* apud Athenienſes *Præfecti*; & Στρατηγοὶ ſimpliciter vocarentur apud Græcos ciuiles urbium Magiſtratus. De prioribus fidem inſuper facit, ut hoc addam, Philoſtratus, a quo Lollianus Sophiſta præfuiſſe Athenienſium populo dicitur, & quidem στρατηγήσας αὐτοῖς τῶν ἐπὶ τῶν ὅπλων· ἡ δὲ ἀρχὴ αὕτη ΠΑΛΑΙ μὲν κατέλεγέ τε καὶ ἄξειν εἰς τὰ πολέμια ἐνόμιζε· νυνὶ δὲ τροφὴν ἐπιμελεῖται, καὶ σίτου ἀγορᾶς· *quum Præfectura armorum apud eos eſſet functus. Hæc vero præfectura* OLIM *quidem delectum militum inſtituebat, & ad bellum inducebat; nunc vero rem cibariam & annonam fori curat.* Adeo ut e militari, quale olim fuerat, ciuile quoque poſtea euaſerit illud Στρατηγῶν τῶν ὅπλων, ſeu *Præfecti Armorum* apud Athenienſes munus. Immo quomodo hunc ipſum Στρατηγὸν τῶν ὅπλων, Magiſtratum, Athenarum Metropoleos ſuæ exemplo, apud Smyrnæos quoque exſtitiſſe, conſtare poteſt e Mar- Vit. Sophiſt. lib. 1. p. 526.

Pag. 148. P. 1. more quodam Oxonienſi ; ubi Ονήσιμον Πατερνιανὸν Στρατηγὸν Επὶ Τῶν Ὅπλων, & quod additur, Καὶ Νεωκόρων τῶν Μεγάλων Θεῶν Νεμέσεων, *Oneſimum Paternianum, Præfectum Armorum, Et Ædituum Magnarum Dearum Nemeſium* exſtitiſſe legimus; quæ autem Nemeſes tutelares erant, ut aliunde conſtat, Smyrnæorum Deæ, ac inde crebro in earum nummis ſignatæ.

2. *De recepta vocis* ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ *ſignificatione in nummis.*

Unde illud utique iam obuium, cur non de *Armorum Præfecto*, aut *belli Duce*, pro ſolita dein huius vocis apud Græcos Auctores ſignificatione, ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ dictus ſit in Græcarum urbium nummis, ſed ΑΡΧΟΝΤΟΣ inſtar; pro urbico itidem ac ciuili earum Magiſtratu. Immo quam in rem exſtat eximius in libris iuris Romanorum ciuilis, locus, quem ex parte paullo ante adtigi, quemque viderat iam eruditiſſimus Harduinus: nempe Εἰν ἡ πόλεως Ἄρχων, τυτέστιν ὁ Στρατηγός. *Si urbis Archon, hoc eſt Strategus* ſeu Prætor *&c.* Qua ratione etiam factum, ut in iiſdem Græcorum urbibus utrumque illum Magiſtratum olim obtinuiſſe, e priſcis earundem nummis conſtet: quod nuper iam eſt a viro varia & cultiſſima eruditione Antonio van Dalen opportune monitum. Cuius rei utique exempla ſuppeditare etiamnum poſſunt veteres non *Apollonidenſium* ſolum memorati a viro eruditiſſimo nummi, ſed *Mileſiorum* etiam cum *Archontis* nomine, in nummis Commodi & Seueri; *Strategi* autem, in Traiano ac Hadriano. Etſi id quoque in iiſdem nummis obſeruare liceat, alias exſtitiſſe Aſiaticas Græcorum urbes, quas dicti *Archontes*; aliæ, quas *Strategi* videntur adminiſtraſſe. Priorum certe occurrit tantum mentio in nummis, quos hactenus vidi, aut memorat celebris Antiquarius, *Sardianorum, Philadelphenſium, Prienenſium, Halicarnaſſenſium*, & quarundam adhuc Proconſularis Aſiæ urbium; ſicut ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΣ demum exhibent *Smyrnæorum, Colophoniorum, Pergamenorum, Trallianorum, Cumæorum, Phocæenſium*, ac plurium adhuc eiuſdem Aſiæ ciuitatum nummi. Quamquam *Sardianos* quod adtinet, in Inſcriptionibus antiquis, & de quibus mox, eorum quoque, qui illo Στρατηγῷ apud eos munere fungerentur, facta occurrit mentio. Nullibi vero frequentius conſignatur illius Magiſtratus memoria, quam in Cæſarianis *Smyrnæorum* nummis. Ut haud mirum proinde ſit, ſi pridem ante in Fœdere *Smyrnæorum* & *Magnetum*, quod inter Marmora Oxonienſia principem obtinet locum, de exemplari illius Fœderis dicitur, quod a *Smyrnæis* tradendum eſſet *Magnetibus*, τὸ δὲ εἰς Μαγνησίαν δοθησόμενον ἀντίγραφον Σμυρναῖοι, ΟΙΤΕ ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ καὶ ἐξεταστὰς τοῦ τε τῆς πόλεως δακτυλίου καὶ τοῦ ἰδίων. *Id vero exemplar, quod Magnetibus dabitur, ſigillanto Smyrnæorum cum* ΡΡÆΤΟΡΕΣ, *tum Quæſitores, tam Ciuitatis Sigillo, quam ſuis ſigillis.* Ita in ſequenti *Smyrnæorum* Decreto: Ἔδοξε τῷ Δήμῳ, ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ Γνώμῃ, *Placuit Populo* ΡΡÆΤΟΡΥΜ (non *Ducum*, ut ibi interpres) *conſilio.* Unde liquet ea Seleuci Callinici, cum quo percuſſum eſt hoc fœdus, & de eo factum illud Decretum, ætate, Στρατηγὸς fuiſſe patrium *Smyrnæorum* Magiſtratum: neque mirum proinde, ſi plures occurrant *Smyrnæ* percuſſi dein ſub Cæſaribus nummi, in quibus eadem Στρατηγῶ dignitas conſignatur. Adeo, ut quamquam vix ante Antonini Pii tempora, iuxta eruditum Auctorem de nummis urbium illuſtratis; aut, iuxta celebrem Antiquarium, vix ante Domitianum, reperiatur hodie expreſſa ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ mentio in Græcarum urbium nummis; haud minus certum ſit ex iis, quæ paullo ante adtigi, aliiſque monumentis antiquis, illud Urbici Magiſtratus nomen pridem in Græcis

Differt. Antiq. v. pag. 419.

Vaill. Num. Græc. Imper.

Marm. Oxon. pag. 14. P. 1.

Harduin. pag. 22.

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 319.

cis

cis id genus urbibus obtinuiſſe: quo etiam nihil crebrius dein in reſiduis adhuc magno numero earum ciuitatum nummis traditur. Immo prout idem ante Antonini Pii, immo Domitiani etiam tempora, in Græcis anteriorum adhuc Cæſarum nummis ab ipſomet celebri Antiquario adductis legitur; uti *Apolloniatarum* in Ionia, ſub Caligula ΕΠΙ ϹΤΡ ΦΑ (forte ΦΛ) ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ, *Sub Prætore Flauio Apolloniatarum.* Ibidem P. 11.

Sicut vero haud unum *Archonta*, ita haud unum Στρατηγὸν in urbibus id genus exſtitiſſe, liquet cum aliunde, tum uti olim ad Julianum monui, vel ex adductis Fœderis Smyrnæorum cum Magnetibus verbis. Unde etiam ΠΡΩΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ſeu *Primi* id genus *Prætoris* mentionem fieri in antiquis Inſcriptionibus apud Cl. Sponium, quæ nempe vel in Inſula Chio, vel Sardibus deſcriptæ, indicatis earum locis, ibi quoque tradideram. In quibus autem aliiſque adhuc locis noſtem ab eodem diligenti, & cui hæc ſtudia plurimum debent, Sponio, vocem illam Στρατηγὸς per *Militiæ Ducem* reddi: quum omnino in iis non de militari, ſed de urbico & ciuili agatur illarum urbium Magiſtratu. Unde præter alia eam in rem ante iam adducta, ac de antiqua etiam & primæua vocis Στρατὸς apud Græcos, ac inde Στρατηγὸς appellatione; apud Ariſtotelem [a] Στρατηγὸν, [b] Στρατηγικὸν ἄνδρα, & Στρατηγίαι, haud de alio, quam de ciuili urbis alicuius Magiſtratu, aut ad id munus obeundum deſignato, aut de hoc ipſo eius munere dici videas. Unde etiam ob inductum eiuſdem vocis Στρατηγὸς de *Prætore militari* uſum, ſubinde Στρατηγοὶ τῆς πόλεως, quod ad eundem τὸν ἀνθύπατον vidimus, *Strategi* ſeu *Prætores urbis* ſunt dicti, ſicut in Inſcriptione Megarica apud eundem Sponium, & apud Gruterum, quod aduertit inſuper eruditiſſimus van Dalen, Στρατηγοὶ Ἐπὶ Τὸς Πολίτας, *Strategi Super Ciues.* Id vero de pluribus id genus in una urbe Στρατηγοὺς, & quam in rem opportune τὸς Στρατηγὸς urbis Macedoniæ *Philipporum*, quorum fit in Actis mentio, adduxit laudatus modo Cl. van Dalen, e Ciceronе, & qui hinc quoque illuſtratur, liquere inſuper poteſt. Ab eo enim de *Temno*, urbe Aeolidos, ac Proconſularis proinde Aſiæ, dicitur: *cum ciuitate mihi res eſt acerrima, & conficientiſſima litterarum, in qua nummus commoueri nullus poteſt, ſine* QUINQUE PRÆTORIBUS, *tribus Quæſtoribus, quatuor menſariis, qui apud illos* A POPULO *creantur* Quorum autem *Temnitarum* plures exſtant nummi etiamnum, qui adſcriptam ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ſeu *Prætoris*, ut eam vocem reddit ibidem Cicero, habent dignitatem: puta qui ΕΠΙ ϹΤΡ ΗΡΩΔΟΥ *Sub Prætore Herode*; alibi *Aurelio Stratoniciano*, vel *Antonino*, aliaque id genus ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ apud eos nomina, præferunt. Haud ſemel etiam eiuſmodi Magiſtratu, ut de *Archontibus* ſupra itidem diximus, functos id genus Στρατηγὸς conſtat e memoratis paullo ante, & a me alibi, inſcriptionibus; uti duabus *Sardianis*, in quarum priori *Lucius Julius Bonnatus*, inter alios honorum titulos, ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ ΔΙΣ, *Strategus* aut *Prætor Primus, Bis*, & *Tiberius Claudius* ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΔΙϹ ſimiliter dicitur. Memorabilis vero inter *Smyrnæorum* nummos, in quibus Στρατηγὸς dignitatem vulgo ſignatam diximus, unus videbatur Domitiani in Regia Gallorum Gaza, cum tradita eius inſcriptione, ΕΠΙ ΔΗΜΟϹΤΡΑΤΟΥ ϹΤΡΑΤΗΓΟΥ ϹΕΜΝΟΥ ϹΜΥΡ. *Sub Demoſtrato Prætore Venerando Smyrnæorum*: prout nempe ϹΕΜΝΟΤΑΤΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟϹ, *Maxime Venerandi* ſeu *Ampliſſimi Archontis*, legitur in Inſcriptione antiqua a te in erudita de nummo Apa-

3. *De pluribus in una urbe* Στρατηγοῖς. Obſerv. ad Julian. Orat. 1. pag. 77. Miſcell. p. 340. 356. 357.

a Politic. lib. VII. cap. 8.
b Ibidem lib. VIII. cap. 9.
c Ibidem.
Ut ſupra.
Miſcell. pag. 317. Theſ. ev. 9 Diſſ. Antiq. p. 419.
Cap. XVI. v. 20.
Pro Flacco cap. XLIV.
Vid. Harduin. Num. Urb. Ill. pag. 493. & Vaillant. Num. Græc. Imp.
Obſerv. ad Julian. Orat. 1. pag. 77.
Vaillant. Num. Græc. Imper. Pag. 26. & 321.

Apamensi Dissertatione adducta. Quomodo in inscriptione in Troiæ ruderibus ab eximio Sponio descripta, de quodam loci illius *Prætore* seu *Stratego*, ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ ΑΓΝΩΣ ΚΑΙ ΕΥΣΤΑΘΩΣ, *Qui Prætura Sancte Et Decenter Functus Fuerat.* Verum, quod dissimulare hic non licet, quum consultus a me esset de superiori illo *Smyrnæorum* nummo in Regiis Gallorum Thesauris inscripro, ut ferebatur, ΕΠΙ ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ CEMNOY, præstantissimus eorum custos Oudinetus, nuntiauit continuo, inspecto a se accuratius & simul a Cl. Vaillant eodem nummo, haud omnino constare de illa voce CEMNOY in eo expressa, sed CENTOY potius videri ibidem legi. Idem vero postremis suis ad me litteris retulit, non sex, sed quinque tantum litteris vocem illam ibi constare, e quibus etiam prima, omnino exesa sit & euanida. Haud eo minus tamen proferam hic missam ad me præclari illius nummi iconem, cum integra Smyrnæi ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ mentione, ac præterea iunctis Domitiani & Domitiæ coniugis capitibus, & inscriptione ΔΟΜΙΤΙΑΝΟC ΚΑΙ CЄ ΓЄΡΜΑΝΙΚΟC ΔΟΜΙΤΙΑ CЄΒΑCΤΗ *Domitianus Cæsar Augustus Germanicus Domitia Augusta.* Qua occasione alium & singularem itidem *Smyrnæorum* nummum inter cimelia illustris Foucaultii, singulari eius humanitate, & eruditissimi Antonii Galland studio, hic quoque vulgabimus; in quo solita hinc Hadriani, illinc Jouis sedentis effigies, & inscriptio minus obuia, ΠΟΛΕΜΩΝ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ CMYP. *Polemo Prætorem Agens Dedicauit Smyrnæ.* Nempe prout in Inscriptione Megaris reperta legitur: ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΑΙΣΧΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥΣ, *Prætorem Agente Æschione Democratis Filio.*

Miscell. pag. 348.

Spon. Miscell. pag 328.

Ut postremo illud addam, quum Messinæ in Sicilia agerem, obseruasse me Hispanum tum illius urbis Prætorem, voce *Stratego* in ea urbe adhuc appellari solitum.

III. De *dignitate* ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ *in nummis.*

Exstitit vero alia insuper Athenis, ac Oratorum illius urbis commentationibus celebrata potissimum ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ dignitas, quam exhibent quoque prisca aliarum Græcarum, ac in Asia potissimum, ciuitatum in residuis adhuc Marmoribus, ac Nummis etiam aliquot, cimelia. Ita insignis ille a Cl. Seguino olim vulgatus, a nobis autem peculiari ad eum Diatriba illustratus SMYRNÆORUM nummus, cum inscriptione ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ. Qua equidem occasione, quæ fuerit olim illius Magistratus, non Athenis solum, sed in aliis passim Græcorum urbibus instituti ratio; quam frequens occurrat eius mentio apud veteres Auctores, ac subinde in priscis id genus

Sel. Num. pag. 27. Diatriba de Vesta & Prytanibus Græcorum.

genus urbium monumentis; quæ ſit muneris illius in iiſdem dignitas, eſt ibi a nobis haud perfunctorie traditum. Unde nonnulla demum, quæ ad eius, in quo verſamur, argumenti, e priſca nummorum penu pertractandi lucem & complementum pertinent; eaque ſubinde nouis confirmata auctoritatum momentis vel exemplis, declaranda hic nobis veniunt. Quo loco & illud ſimul monendum eſt, in laudatis iam ante clariſſimi Antonii van Dalen Diſſertationibus haud ita pridem actum de PRYTANIBUS, qui adducuntur in priſcis Marmoribus.

1. *De* PRYTANIBUS *in genere.*

PRYTANUM equidem apud Athenienſes, quibus non *Prytanæi* ſolum, in quo, præter alia, ſolemnia Deæ ΕΣΤΙΑΣ ſeu VESTÆ ΠΡΥΤΑΝΙΤΙΔΟΣ inde dictæ ſacra peragebantur; ſed qui publici etiam Concilii ſeu Βουλῆς partem præcipuam conſtituebant, obuia eſt & contrita apud Auctores Atticos mentio. *Prytaneorum* vero & *Prytanum* in aliis quoque Græcis quaquauerſum urbibus exſtare memoriam, erudite ad Athenæum monuerat magnus Caſaubonus; adductis eam in rem *Syracuſanorum, Tarentinorum, Corinthiorum, Rhodiorum, Mileſiorum,* aliarumque inſuper aliquot urbium exemplis. Quibus alia ſunt inſuper, veterum Auctorum ac monumentorum fide, a nobis addita; uti *Sardianorum, Cumæorum, Lebediorum, Lyciorum, Crotoniatarum, Megarenſium, Delphorum, Peparethi, ad Phyllidos in Bithynia fauces, Smyrnæorum* denique, & quibus addere hic licet *Liparaeorum* apud Diodorum. Ubi præterea, quod obiter e Πρυτανείας *Rhodiorum* facta ab Ariſtotele mentione, collegerat ὁ πάνυ fuiſſe *Rhodi Prytanea*; e [a] Polybio, [b] Liuio, [c] Appiano docuimus, *Prytanem* ſummum reuera fuiſſe apud Rhodios magiſtratum, eoque nomine ita ab iis appellatum, Ubi quoque illud euicimus, haud tamen inde in nummo quodam olim a Communi XIII Joniæ urbium percuſſo, quærendam cum viro [d] erudito ullam *Prytanis Rhodiorum* mentionem; uti nec in nummo Ciliciæ ΑΓΧΙΑΛΕΩΝ, & quaſi in nummis illius tractus, Ciliciæ nempe, alibi vero rarius, occurrant inſcripti Ἀρχιερεὺς & Πρυτάνις. Iſtud enim, ſeu ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ nomen vel dignitatem, in ſolis demum ac unius quidem vel alterius Proconſularis Aſiæ urbium nummis hactenus conſpici: alterum vero ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ, de quo alius occurret dicendi locus, in eiuſdem quoque Aſiæ urbium nummis potiſſimum obuerſari norunt, quibus hæc æra paullo attentius pertractare contigit.

Ulpian. in Orat. Adu. Midiam. pag. 172. Animadu. lib. xv. cap. 19.

Lib. xx. pag. 785. Caſaubonus ut ſupra.

a Exc. Legat. LXIV. LXVI. & LXXVI.

b Lib. XLII. cap 45.

c Bell. Ciu lib. IV. pag 627. Harduin. de d Num. Urb. III pag 421. Ibidem p. 20.

2. *De* PRYTANIBUS *in Nummis & Lapidibus antiquis.*

Singularis vero prorſus, & cuius occaſione inſtituta fuit a nobis illa de VESTA ET PRYTANIBUS commentatio, adductus eſt ibidem ac illuſtratus, quem protulerat aliquot ante annis Cl. Seguinus, & de quo iam ſupra, *Smyrnaeorum* nummus, cum illa memorabili inſcriptione ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ, Quod clariſſimum utique illius Magiſtratus apud hoſce *Smyrnaeos* teſtimonium, aliorum inſuper veterum monumentorum fide eſt a nobis comprobatum; uti *Smyrnæorum* Decreti, de renouando cum Magnetibus Fœdere, in quo ΤΟ ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ eorundem *Smyrnæorum* memoratur; tum plurium aliquot, qui ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ, aut ΠΡΥΤΑΝΙΣ ΠΡΩΤΟΣ, vel ΒΟΥΛΕΥΤΗΣ ΠΡΥΤΑΝΙΣ appellantur in aliis adlatis Smyrna Marmoribus: adde factam denique *Comitiorum Prytanicorum* (Ἀρχαιρεσίαι ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΙ) & in quibus ſit ipſe *Prytanis* electus, a Smyrnæo Ariſtide mentionem: idque ad exemplum urbis horum *Smyrnæorum* Metropoleos, uti ea de re iam ante, nempe

Select. Num. pag. 27. prim. edit. Marm Oxon. pag. 8. P. I. Ibid pag. 94. 105. & Sponii Miſcell. pag. 354.

Serm. Sacr. IV. pag. 608

nempe Athenarum. Est vero insigni illi nummo alius insuper a nobis additus *Cumæ*, Æolicarum urbium, iuxta Strabonem, ut ibidem notamus, primariæ percussus, cum inscriptione AIA. ΕΡΜΕΙΑΣ ΠΡΥΤ. ΚΥΜΑΙΩΝ, *Ælius Hermias Prytanis Cumaeorum*, & cum Dianæ Ephesiæ, more id genus Asiaticarum urbium, quod ibi quoque obseruamus, effigie. Eundem vero nummum exstare inter eximia cimelia Eminentissimi Cardinalis Carpegna; uti alium sub eodem Gallieno itidem cusum, apud illustrem Foucault, cum Neptuno stante & inscr. ΕΡΜΕΙΑC ΠΡΥΤ. ΚΥΜΑΙΟΙC, *Hermias Prytanis apud Cumaeos*, docuit haud ita pridem celebris Antiquarius. Quamquam eosdem ille nummos, non de *Hermiæ Prytani*, seu *Cumaeorum* Rectore, sed de *Hermia Prytanidis Filio* explicandos sibi credidit. Quomodo id nos iam olim de eodem illo priore nummo, in arbitrio Lectoris reliquimus; an nempe initialibus illis litteris ΠΡΥΤ. *Prytanin*, seu Urbis Rectorem; an vero ΠΥΤΑΝΕΙΚΟΝ *Prytanicum*, proprium nempe Magistratus illius apud *Cumaeos* nomen, velit interpretari; sicut alterum *Egialensium* in Peloponneso nummum inscriptum ΕΠ. ΑΡΧ. ΠΡΥΤΑΝΕΙ ΕΠΙΚΡΑΤΟΥ Β. *Sub Archonte Prytanico Epicrate Iterum*; infra ΕΓΙΑΛΕΩΝ· sicut omnino in eodem nummmo Regiæ Galliorum Gazæ, quem haud semel versare nobis licuit, & qualem etiam describit Cl. Vaillant, legitur, non AIΓIAΛEΩN, aut vero AΓXIAΛEΩN, uti censuit eruditus Auctor de nummis urbium illustratis. Quomodo itidem ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ proprio nomine subinde appellatos, aut Bospori Cimmerii Regem apud Diodorum; aut inter Lacedæmoniorum Reges *Prytanin* Eurypontis patrem, haud semel apud Pausaniam, ibidem diximus. Ita tamen ut de *Prytani*, seu ipso, quo fungebatur apud *Cumaeos* Magistratu *Ælius Hermias*, eadem in illius urbis nummis litteras ΠΡΥΤ. verius explicandas censuerim iam olim, ac etiamnum censeam. Certe neque alia ibi addita ΑΡΧ. aut CΤΡ. verius, *Archontis*, seu *Strategi*, ut passim istud in aliis *Cumaeorum*, & eorum quidem temporum nummis, dignitas huic *Hermiae* ibi tribuitur; neque insolitus erat, ut ante vidimus, dictus eo Πρυτανίας nomine in urbibus illis Asiaticis Magistratus: ut proinde initialibus illis litteris ΠΡΥΤ. sicut illis ΑΡΧ. aut ΣΤΡ. vel ΣΤΡΑ. Ἀρχοντία & Στρατηγὸν passim in Græcis id genus urbium nummis signari constat, Πρυτάνεως quoque dignitas designetur. Quo vero maior hisce hactenus dictis fides & auctoritas constet, & hæc de PRYTANIBUS in antiquis etiam nummis commemoratio illustretur, cum priorem alibi a nobis explanatum *Smyrnaeorum* nummum, cum inscriptione ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ, tum hunc *Cumarum* in Acolide ibi quoque iam adductum, AIA ΕΡΜΕΙΑC ΠΡΥΤ. ΚΥΜΑΙΟΙC, hic simul conspiciendos damus.

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 181.

Diatrib. de Vest & Prytan. pag. 698. Antiq. Rom. Græv. Tom. V.

Ut supra pag. 100.

Pag. 20.

Lib. xx. pag. 762.

Lib. ii. pag. 154. & 170.

Plures

Plures vero cum alibi, tum *Smyrnæ* etiam exſtitiſſe *Prytanes*, e quibus autem conſilii illius caput velut ac Præſes dictus ſit *Primus Prytanis*; reliqui vero, velut eius Adſeſſores, οἱ περὶ Πρύταιν, ibi quoque e Marmoribus antiquis, ac Athenæo vidimus. Ad quem proinde *Prytanin* Nicias in fine Orationis apud Thucydidem, qua expeditionem in Siciliam, ad quam unus e Ducibus fuerat electus, in publica Athenienſium concione dehortatur, verba, ceu ad concionis illius Præſidem ac moderatorem, & quæ proinde merentur hic adſcribi, conuertit: Καὶ σὺ, Ω ΠΡΥΤΑΝΙ, ταῦτα (εἴπερ ἐγῷ σοι προσήκειν δεῖσθαί τι τῆς πόλεως, καὶ ὄβλῳ γοῦν ἄξιος εἶναι πολίτης ἀγαθός) ἐπιψήφιζε, καὶ γνώμας πρότιθεὶς αὖθις Ἀθηναίοις. *Tu vero*, PRYTANI, (*ſi vero hoc ad munus officiumque tuum pertinere duces, ciuitatis curam gerere, & ſi ciuis bonus eſſe vis*) *pone denuo calculos, & Athenienſes de his iterum ſententiam roga.* Ita fit mentio apud Athenæum Euphorionis Poëtæ Tragici, cœnantis Athenis σὺν τοῖς Πρυτάνεσι, *apud Prytanin*; quum alioquin una ſacrificare & una cibum capere, quod tradit alicubi Demoſthenes, ſolerent omnes *Prytanes*. Inde vero factum, ut Jupiter tanquam Deorum Rex & Præſes, μακάρων Πρύτανις, *Cæleſtium Prytanis* dictus ſit ab Æſchylo; Κρόνιος Πρύτανις, *Saturnius Prytanis* ab Euripide; ac inde ſimiliter a duobus, quod alibi etiam monui, clariſſimis oratoribus, Dione Chryſoſtomo, *communis Deorum & hominum Rex, Archon*, καὶ Πρύτανις. & Ariſtide: ὅτε μὲν Πρύτανις, καὶ Ἡγεμών, *hic Prytanis & Præſes*. Unde Caligulam Imperatorem vocat Philo, τὸν Πρύτανιν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, *moderatorem rerum humanarum*; & εἰρήνης Πρύτανιν, *pacis Auctorem* ſe vocat apud Euſebium Conſtantinus; & ὁμονοίας Πρυτάνεις, *concordiæ auctores* dicuntur apud Athanaſium. Ut alia inſuper hic mittam, quæ de ſimili huius vocis Πρύτανις, ac inde προυτανεύειν, pro *conſtituere, decernere*, cum apud profanos, tum apud Eccleſiaſticos inprimis Auctores, poſt magnum, & quo me iure efferre ſoleo, maternum tritauum Budæum, obſeruare mihi iam alibi licuit.

Vt ſupra. Liv. pag. 186.

Lib. VI. ſ. 14.

Lib. XI. pag. 477.

Dem. de Falſ. Legat.

Prom. v. 19

Troad. v. 188.

Orat. XIV pag. 199.

Hym. in Jou. pag. 15.

In Flaccum p. 982.

Vit. Conſt. lib. II. cap. 18

Contr Gent. p. 28. ult. edit.

IV. *De dignitate* ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ *in nummis.*

1. *In quibus Græcorum nummis ſignantur* ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ.

Præter dictos modo, qui in Græcis, & quidem Proconſularis Aſiæ potiſſimum nummis ſignantur, Magiſtratus, occurrunt etiam ſubinde in iis, qui ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ſeu *Scribæ* nomen præferunt. Quod vero iam alibi monui, haud alias ferme, quam in *Cariæ, Lydiæ, Myſiæ, Joniæ*, aut *Phrygiæ* urbium nummis, Γραμματέων id genus, ut conſpicui in iiſdem Magiſtratus, nomina exprimi videas. Quæ firmat inſuper adductus dein a celebri Antiquario, Græcorum ſub Cæſaribus nummorum elenchus, in quibus illa ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ dignitas legitur. Neque inde tamen reſtrictam omnem intra huius Proconſularis Aſiæ fines eorundem Γραμματέων in nummis mentionem, ibi quoque notaueram; adducto eam in rem e Gaza Medicea *Marcianopolitarum* in Mœſia nummo, Philippi Patris temporibus percuſſo, cum inſcriptione ΓΡΑ Τ. ΜΕCCΑΛΑ ΜΑΡΚΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Scriba* T. *Meſſala Marcianopolitarum.*

Epiſtol. II. ad Morel. pag. 104.

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 313.

2. *De* SCRIBARUM *apud Romanos conditione.*

Unde mirum forte videri cuipiam poterit, id ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ, ceu præcipui in iiſdem illis urbibus, & Aſiæ quidem nobiliſſimis, *Epheſo*, puta *Smyrna*, *Pergamo, Laodicea, Trallibus, Cyzico*, Magiſtratus nomen continuo ſignari: maxime, qui *Scribas* Magiſtratibus velut *Apparitorum* loco apud Romanos exſtitiſ-

ὑπηρέτας (ὅτε ἦσαν) ἔχειν χρῆσθαι τοῖς Γραμματεῦσι. In Caton. Minor. pag. 766.

exstitisse; pro talibus utique a minore Catone habitos, apud Plutarchum legit. Quod egregie utique illustrat Cicero, apud quem haud uno in Verrinis loco, Verris in Sicilia Prætoris Scribam, *apparitorem* vocat: nempe *tuus* apparitor *parua mercede populi conductus, de aratorum bonis prædabitur?* paullo post: *in eadem ciuitate* apparitori *tuo esse concessum &c.* Erant enim apud Romanos, ut iam est a Romanarum antiquitatum interpretibus monitum, sui cum in urbe Magistratibus, Quæstoribus, Ædilibus, Prætoribus, *Scribæ*; unde alibi *Ædilitius Scriba* apud eundem Tullium legitur, & apud Suetonium *Quæstorius*, ut de priscis marmoribus fileam: ita missis quoque in Prouincias Populi Romani Rectoribus, iisque, iuxta inferiores eorundem ministros, quod vel ex adductis modo Tullii verbis liquet, merces aliqua, eademque tenuis, a populo Romano persolui consueuerat. Unde Liuius, ut nouum aliquod & insolitum Romæ notat: *Eodem anno, Cl. Flauius C. F.* SCRIBA, *patre libertino, humili fortuna ortus,* ÆDILIS CURULIS *fuit.* Quamquam de iisdem *Scribis* mox in iisdem Verrinis Cicero: *Ordo est honestus. Quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? est vero honestus, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaque Magistratuum committantur? Honestus* nempe inde *ordo Scribarum* apud Romanos, uti aliorum etiam inferiorum ordinum; at non inde *honorificus:* prout alioquin vile apud eos fuit eorum *Scribarum* munus, qui a *manu,* aut *ab epistolis* alias dicti, eam operam nempe priuatim heris suis seu Dominis præstabant. Quod discrimen ibi inter Græcorum, apud quos honorificum esset illud *Scribæ ad manum* ministerium, & Romanorum priuatos id genus *scribas,* tangit demum notis in eam rem verbis Cornelius Nepos; non vero de publicis Magistratuum, ut ea verba acceperunt viri prȩclari, *Scribis.* Nempe ubi de Eumene apud Philippum Alexandri patrem ait: *itaque eum habuit ad manum* SCRIBÆ *loco; quod multo apud Græcos honorificentius est, quam apud Romanos. Nam apud nos reuera, sicut sunt,* MERCENARII SCRIBÆ *existimantur. At apud illos contrario, nemo ad id officium admittitur, nisi honesto loco, & fide, & industria cognita: quod necesse est omnium consiliorum eum esse participem.* Immo quod itidem de publico ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ seu *Scribarum* apud Græcos, velut honorato in primis apud eos munere, statuendum est: prout id omnino vel ex obuio in Actis D. Lucæ de *Scribis Ephesiorum* loco; tum idonea fide ac auctoritate veterum nummorum, ac *Ephesiorum* potissimum, ut inter alios, ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΑΡΙΣΤΙΩΝ ΜΗΝΟΦΑΝΤΟΥ ΕΦ. *Scriba Aristion Menophantis F. Ephesiorum,* est alibi iam a nobis traditum ac adsertum.

In Verrem. in. cap. 8. In Vespas. cap. 111. Lib. IX. c. 46. In Verrem. in. cap. 79. In Eumene. Actor. XIX. 5. Reg. Gall. in Augusto. Epistol. 11. ad Morel. pag 105.

3. *De* Γραμματεῦσιν *apud Athenienses conditione*

Quamquam apud Athenienses forte, minor fuisse horum Γραμματέων dignatio videtur; ut id utique ex Demosthenis de Dionysio, qui e *Scriba,* Syracusanorum tyrannus euaserit, verbis collegit ad eum, quod alibi quoque vidimus, Ulpianus; & viderat iam ante, uti id postea aduertimus, in Atticis Lectionibus eruditissimus Meursius. Ubi enim Orator Atticus de Syracusanorum potentia & naualibus, quas de ipsis Athenienses reportauerant, victoriis egisset, addit: ὑφ' ἑνὸς Γραμματέως, ὡς ὑπηρέτης ἦν, ὡς φασι, τυραννεῖσθαι, *qui tamen unius Scribæ, qui erat, ut dicunt, apparitor, tyrannidi subiacere coacti sunt.* Ad quæ autem verba, (quo maior quædam lux iisdem accedat) id demum notat Ulpianus: quod post auctam in maius a Demosthene Syra-

Lib. VI. cap. 25. Adu. Leptin. pag. 313.

Syracuſanorum potentiam, deprimatur continuo ille, qui eos vicerat, γραμματέα καὶ ὑπηρέτην πορίσωσιν, ὀνόματα παρ' Ἀθηναίοις ἀπηρτημένα. *Scribam & Apparitorem eum vocans, nomina apud Athenienſes abiecta*: quibus autem ſubdit: εἴρηται δ' ὑπό τινων, ὡς οἱ περὶ Συρακοσίοις ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ, ΣΕΜΝΟΙ τέ εἰσι καὶ ΕΝΔΟΞΟΙ· καὶ ΟΥΧ ΟΙ ΠΑΡ ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ· ὅθεν τὸ ΥΠΗΡΕΤΗΣ συνέζευξεν, ἵνα ἐξ οὗπερ τῶν παρ' αὐτοῖς ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ ἀρίκηται· *fertur autem a quibuſdam, quod* SYRACUSANORUM SCRIBÆ *ſint apud eos* HONORATI *ac* ILLUSTRES, NON *autem* APUD ATHENIENSES: *unde vocem* APPARITOR *coniunxit Orator, ut inde qualis apud ipſos haberetur* SCRIBA, *continuo aduerterent.* Adductis vero Demoſthenis verbis, ad Dionyſium Syracuſarum Tyrannum omnino reſpici liquet; idque vel e gemino apud Diodorum loco; & qui alioquin huic Ulpiani notationi aliquantum aduerſari videtur: Διονύσιος μὲν οὖν ΕΚ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ καὶ τοῦ τυχόντος ἰδιώτου, τῆς μεγίστης πόλεως τῶν Ἑλληνίδων ἐγένετο τύραννος· *Ita Dionyſius* E SCRIBA, *& infimae conditionis homine, urbis inter Gracas ciuitatis maximae tyrannus euaſit.* Lib. XIII. p. 383. E quibus utique & Siculi quidem Scriptoris verbis haud illud colligas, quod a quibuſdam proditum refert Ulpianus, ampliſſimum ſcilicet & honorificum fuiſſe *Scribae* apud Syracuſanos munus. Quod vero de Athenienſibus ab eo traditur, & quod Demoſthenes ad eorum morem reſpexerit, dum ad deſignandum vile apud eos Γραμματέως, ſeu *Scribae* munus, ὑπηρέτου, ſeu *apparitoris* voce eam in rem ſit uſus, ex eodem Demoſthene poteſt illuſtrari. Is enim Æſchini aduerſario alibi inter alia obiicit: quod inter populares adlectus ſuſcepiſſet ὑπογραμματεύειν καὶ ὑπηρετεῖν τοῖς ἀρχιθέοις. *Scribae fungi munere, & apparere Archiuariis.* De Corona p. 183 ed. Graec. Pariſ. Quibus addendus ad Orationem de Falſa Legatione Libanius: καὶ Γραμματεὺς τῆς πόλεως, ἥτις ἦν εὐτελὴς ὑπηρεσία· *Scriba urbis, quod erat vile miniſterium.* Idem Orator mox ubi de ſe comparationem inſtituit & Æſchine, ac illius præ ſe in omnibus ignobilitatem vult oſtendere: ἐχόρευες, ἐγὼ δὲ ἐχορήγουν· ἐγραμμάτευες, ἐγὼ δὲ ἐκκλησίαζον, *in choro ſaltabas, ego autem Choragum agebam; Scribam agebas, ego vero in cœtu Athenienſium concionabar.* Ibidem pag. 184. Hinc de eodem Æſchine alibi: καὶ θεοῖς ἐχθρὸς, καὶ γραμματεύς· *& ille Diis inimicus, & Scriba*; aut ubi nude Γραμματεὺς per contemptum ab eo appellatur. De Falſ Legat. pag 220. Quo referre etiam licet, quod a Platone alicubi traditur, de Præconum nempe & qui περὶ γράμματα ſapiunt ac inſeruiunt publico generi, eos nempe habendos, ὅπερ εἶπες νῦν, ΥΠΗΡΕΤΑΣ, ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς τοὺς τῶν πόλεων ἄρχοντας, *prout iam dixiſti*, APPARITORES *nempe*, ſeu MINISTROS, *non vero urbium Praeſides* ſeu *Archontas.* Idem pag. 213. In Politico p. 290. Tom. II. ed. H. St. Quæcunque tamen fuerit Γραμματέων apud Athenienſes ratio, triplicis generis *Scribas* publicos apud eos exſtitiſſe, e Demoſthene, Polluce, ac Marmoribus antiquis alibi præterea vidimus, & quidem antequam prodiiſſent doctiſſimi Valeſii ad Harpocratem Notæ, in quibus illud e Polluce itidem, & quod a diligentiſſimo Meurſio factum iam ante fuerat, eſt quoque obſeruatum: nempe Γραμματέα τῆς Πρυτανείας, Γραμματέα τῆς Βουλῆς, & Γραμματέα τοῦ Δήμου, *Scribam iuxta Prytaniam, Scribam Senatus, Scribam Populi:* hunc autem poſtremum Γραμματέα τῆς πόλεως, *Scribam Urbis*, apud Thucydidem (uti etiam in Marmoribus antiquis) appellatum. Eundem enim *Scribam Urbis* & *Populi* apud Athenienſes dictum, quod in nuperis ac eruditis Diſſertationibus viri præclari obſcurum ei ac incertum videbatur; vel ex urbe δημοκρατουμένη, quales erant

Epiſt. II. ad Morell. pag. 107. &c. Attic. Lect. lib. VI. cap. 25. Lib. VII. §. 10. Van Dalen Diſſert. Antiq. V. pag. 422. Ut ſupra.

tum Athenæ, satis constat; ex ipso præterea illius memorati a Thucydide Γραμματέως τῆς πόλεως facto, qui nempe Niciæ tum in Sicilia epistolam, per nuntios Athenas missam, Athenienſium populo pro concione legisse ibi dicitur; adde denique e veterum Criticorum ad eandem Γραμματέως illius mentionem adnotatione: Γραμματία λέγει τὸν εἰωθότα ἐν τῇ Κοινῇ τὰ τοῦ ΔΗΜΟΥ γράμματα ἀναγινώσκειν, *Scribam dicit eum, qui solitus erat in communi cœtu litteras* POPULI (seu *scriptas ad populum litteras*) *legere.* Neque tamen adeo vile, alibi quoque diximus, apud Athenienſes hoc Γραμματέως munus fuisse; ut non eorum decretis seu Plebiscitis illius, iuxta Prytanis, nomen continuo adponeretur, adductis a me ibidem eius rei ex [a] Andocide & [b] Aristophane exemplis. Accedit quod *Scriba* apud Athenienſes una cum Thesmothetis Judices in unaquaque apud Athenienſes Tribu sortitus dicatur ab antiquis ac eruditis ad eundem Comicum Criticis; unamquamque autem Tribum unum Thesmothetam, ac unum *Scribam* habuisse, qui leges, in concionibus nempe & iudiciis, prælegeret. Etsi perpetuum etiam fuisse quandoque Athenis illud *Scribae* munus liqueat ex Athenienſi inscriptione apud Cl. Sponium, in qua inter alia legitur ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ, *Scribam Perpetuum Agente Stratone.*

Schol. Thucyd. Ibid.

Epist. 11. ad Morel. p. 110.

a Orat. 11. p. 210.

b Thesmoph. pag. 786.

Schol. Thesmoph. Ibid.

Itiner. pag. 159. P. 11. Tom. 111.

4. *De Γραμματέων conditione in Græcis Asiæ Urbibus.*

Id autem de plurimis aliis Græcorum, & quidem in Asiæ maxime, ut antea diximus, ciuitatibus, e monumentis antiquis, ac earundem nummis potissimum, certum utique est ac liquidum, amplissimum fuisse apud eos ac omnino honorificum ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ seu *Scribae* munus. Adeo ut vix alius Magistratus ἐπώνυμος, seu cuius nomine Acta publica & nummi signarentur, in quarundam id genus urbium nummis exstitisse videatur. De *Magnesia* quidem *ad Mæandrum*, nobili in primis in Æolide, iuxta Strabonem, urbe illud alicubi obseruat celebris Antiquarius, haud alium Magistratum, quam Γραμματία in eiusdem urbis nummis conspici. Quod ut passim in iis obuium haud diffitemur, ac inter alios fidem faciunt tres sequentes insignes horum *Magnetum* nummi Regiæ Gallorum Gazæ. Prior sub Alexandro Seuero est percussus, in quo Juppiter sedens cum Victoria, & inscriptio ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΕΠΙ ΓΡ. ΑΥΡ. ΤΥΧΙΚΟΥ, *Magnetum Sub Scriba Aurelio Tychico:* alter sub Maximino, huius Alexandri successore, in quo Vulcanus sedens Galeam fabricat, & stans Minerua cum inscr. ΕΠΙ ΓΡΑΜΜΑ ΜΑΡΣΙΑΝΟΥ, infra ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Sub Scriba Martiano Magnetum:* tertius Gordiani, in quo Diana Ephesia verubus fulta ac turrita stans, desuper a duabus Victoriis coronata, ante Fortuna cum Temone, Cornucopiæ, & supra caput Calatho ac inscr. ΕΠΙ ΓΡ. (in Monogrammate) ΜΟΣΧΙΩΝΟΣ ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Sub Scriba Moschione Magnetum.*

Vaill. Num. Græc. Imper.

Quam-

Quamquam dentur etiam aliquot eorundem *Magnetum* nummi (abeſt enim ab iis CIΠTAOT nomen, quod in alterius *Magneſiæ* in eadem Aſia nummis legitur) in quibus CTP. ſeu Στρατηγῶν, non vero Γραμματέως dignitas ſignatur, ut in eo Theſauri Mauroceniani ſub Gordiano, ΕΠΙ CTP. ΦΙΛΟΥΜΕΝΟΥ ΜΑΓΝΗΤΩΝ, *Sub Prætore Philumeno Magnetum:* & apud Patinum ΜΑΓΝΗΤΩΝ CTP. K. ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥ, *Magnetum ſub Prætore Claudio Athenodoro*; prout ſimilis ſub eodem Gordiano, & cum eodem Dianæ venatricis in bigis Ceruorum typo, exſtat in Gaza Gallorum Regia, ſed cum exeſo loci, qui ex altero illo nummo ſupplendus eſt, nomine, ΕΠΙ CTP. KA. ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥ. Inter quas cæteroquin urbes, in quarum nummis illa ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ dignitas frequentiſſime ſignatur, adnumerandæ veniunt in eadem Aſia *Epheſus, Tralles, Nyſa.* Ac *Epheſum* quidem quod adtinet, exſtant inſignes aliquot in Gaza Gallorum Regia nummi, ſub Auguſto ac Antonino Pio percuſſi, de quibus alibi egimus, quoſque nuper quoque indicauit celebris Antiquarius, in quibus *Ariſtion*, de quo paullo ante, *Paetus*, vel *Glaucon*, ΕΦΕΣΙΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ. *Epheſiorum Scriba* appellantur. *Nyſæorum* vero in Caria nummum, cum eadem ΓΡ. ſeu ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ appellatione; in memorata iam ante ad Morellum Epiſtola vidimus; & alios eiuſdem urbis cum ſignati itidem in iis Γραμματέως nomine, ſuppeditabit laudatus Antiquarius. *Trallianorum* vero eximium, & e maximorum genere ſub M. Aurelio, ut de aliis nunc ſileam, in Reginæ Chriſtinæ cimeliis viſum olim a me nummum, obiter hic tangam: in quo Juppiter ſedens cum Victoria, circum ΕΠΙ ΕΥΑΡΕCΤΟΥ ΓΡΑ ΤΡΑΛΛΙΑΝΩΝ *Sub Euareſto Scriba Trallianorum.* E quibus autem illud præterea conſtat, non, ut ſtatuit, dum de hiſce *Scribis*, qui in nummis leguntur, agit idem celebris Antiquarius, ubi *Archon* aut Prętor ſeu *Strategus* e vita in magiſtratu exierat, tum demum *Scribae* ſeu Γραμματεύς nomen in nummis id genus ſignatum. Ipſe enim vir in hac re nummaria exercitatiſſimus, id de *Magnetibus ad Maeandrum*, ut modo vidimus, alibi in eodem opere monuerat, perpetuo ab iis Γραμματέως, non vero alterius Magiſtratus, *Archontos* nempe, vel *Strategi* nomen in eorum nummis adponi: & quos utique paſſim in iis conſpici diximus; uti & in memoratis aliquot aliarum eiuſdem Aſiæ urbium nummis. Quibus obiter illud hic addendum eſt, ac unde haud vile fuiſſe apud Græcos Aſiaticos illud Γραμματέως munus inde quoque adſtruitur: nempe a Smyrnæo Rhetore Ariſtide dici alicubi, quod unus e Legatis Aſiæ tum Proconſulis, cum aliunde in magna eſſet dignatione propter eius cum Proconſule (non, ut

Pag. 135. Num. Imper. pag. 298.

Epiſtol. 11. ad Morel. Vaillant Num. Græc. Imper. Pag. 3. 42.

Vaillant. pag. 313. 314.

Ibidem pag. 313.

Serm. Sacr. IV pag. 607. ut ibi eruditus interpres, *praetore*) familiaritatem, tum, ut addit, καὶ σχεδὸν ὡσπερεὶ γραμματεὺς αὐτῶ *quod velut Scriba eius foret.* Neque vero in maiori quoque Asia omni dignatione caruit illud Γραμματέως munus. Antiochiæ utique, Syriæ seu Orientis Metropoli, eum honorem *Scribae* seu Γραμματεῖ habitum scribit Antiochensis Malela, ut idem a Senatu populoque Antiochensi electus, stolam candidam & coronam e solido auro gestaret, in laureæ effigiem fabrefactam; quique pro Apolline, non vero pro Mercurio, ut in Variis Sacris adnotauerat vir doctissimus, fuerit ab iis habitus. Non enim Γραμματέα, sed Ἀμφιθαλῶ pro Mercurio ab Antiochensibus cultum, docet ibidem Malela.

Chronogr. p. 377.

Stephanus le Moyne in Præfat.

v. De SOPHISTIS, *qui Urbium* ΣΤΡΑΤΗΓΟΙ & ΑΡΧΟΝΤΕΣ *aicuntur in Nummis.*

I. *De vana vocis* SOPHISTÆ *significatione.*

Id vero mirari haud immerito quispiam poterit, in hanc Urbicorum Magistratuum, qui in Græcorum nummis subinde consignantur, classem, ΣΟΦΙΣΤΑΣ quoque adnumerari. Quod haud abs re tamen a me fieri, vel ex iis iam abunde constat, quæ in edita de Vesta & Prytanibus Græcorum Diatriba, sunt a me olim, prolatis, aliquot veterum & insignium nummorum iconibus, luculenter adserta & comprobata. Notum equidem, ac a viris eruditis abunde iam est animaduersum, haud unam fuisse, & pro varia locorum aut temporum ratione, huius vocis SOPHISTÆ apud veteres significationem. Ita tamen, ut missis iis, iuxta quas de præstanti quauis in arte artifice; de musico proinde, poëta, iurisperito, aut de philosophiæ studiis dedito, easue profitente, de Solone proinde ac Pythagora, ut id obseruat in Oratione de *Sophista* Themistius, ea vox haud infrequenter est olim adhibita; id tamen obtinuerit, ut ea de dicendi ac declamandi Magistris diceretur, seu qui ostentationis & quęstus caussa, in foro, concionibus, scholis publicis, solemnibus Græciæ conuentibus, ac Principum etiam vel Cæsarum Regia, eloquentiam suam venditabant. Tales nempe viderant olim Athenæ, immo tota in Olympiis forte Græcia, Protagoram, Gorgiam, Prodicum, Hippiam: quorum discipuli dein ac sectatores in Græcas quoque in Asia urbes & colonias, maxime in Joniam, sese late diffuderunt. Quales utique sunt ii ferme, quorum vitam sibi enarrandam suscepit iunior Philostratus. Quum vero nobiliores eiusdem Joniæ ciuitates legum suarum ac proprii Magistratus libertate, qua de re actum paullo ante, fruerentur; in Romani cæteroquin imperii fide ac ditione, maxime a relicta Romanis ab ultimo Attalo Pergameni regni hæreditate, agerent; inde factum etiam ut *Sophistæ* id genus in iis urbibus, iique potissimum, qui famam sibi & opes haud exiguas e dicendi delamandiue celebritate comparauerant, magna apud ciues auctoritate florerent; adde nec leuem subinde gratiam apud ipsos Imperatores, eosque maxime, qui doctrinarum liberaliumue artium studiis erant dediti, aucuparentur. Hinc creditæ id genus *Sophistis*, ubi necessitas quæpiam, aut singularis aliqua caussa suberat, crebræ ad Senatum vel Principem ipsum ab iisdem urbibus legationes; & in impetrati, quod illæ flagitabant, beneficii memoriam, honoribus, statuis, aliisque decoribus, a gratis ciuitatibus ornari dein iidem *Sophistae* consueuerant. Quomodo inter alios de Apollonio Athenensi *Sophista* a Philostrato, traditur, eum obitis maximis, ac inter alia ad Seuerum Imperatorem,

Orat. XXIII. pag. 286.

De vit. Soph. lib. II. pag. 597.

torem legationibus, primi Athenienſium *Archontis*, ſeu Ἐπωνύμου, ac *Præfecti Armorum*, nempe Στρατηγοῦ ἐπὶ τὰ ὅπλα, uti, de quo mox, Sophiſta Lollianò, magiſtratum ei commiſſum. Ibidem p. 516.

2. *De Sophiſtis Smyrnæis.*

Cuius utique rei documenta nulla plura aut illuſtriora dabit, quam urbs SMYRNA, Ionicarum urbium non pulcherrima ſolum, uti de ea iam ante vidimus, ſed cum aliarum doctrinarum ſtudiis & doctoribus, tum clariſſimorum Oratorum, ſeu, ut ea Cæſarum ætate ac iam ante dicebantur, *Sophiſtarum* frequentia & celebritate florentiſſima. Unde a Smyrnæo Rhetore de eadem urbe, eaque tanquam inter omnia eius decora præcipua & palmaria laude dictum: τὸ δὲ οὖν μέγιστον ἁπάντων καὶ ὑμνήσεται εἰπεῖν, OI MOYΣΩΝ καὶ XAPITΩN XOPOI, αἱ δὲ αὐτῇ τῇ πόλει ἐμβατεύουσιν, *maximum autem omnium & dictu digniſſimum*, MUSARUM *ſunt &* GRATIARUM CHORI *urbem perpetuo peragrantes.* Aristides de Concord Urb. pag 307. Tom. II.

Quomodo etiam de ea Philoſtratus, πάσης γὰρ τῆς Ἰωνίας οἷα Μουσεῖόν τι περιωκισμένης, ἀριθμᾶται τὴν ἐπιχὴ τάξιν Η ΣΜΥΡΝΑ, καθάπερ ἐν τοῖς ὀργάνοις Η ΜΑΓΑΣ. *Nam cum Ionia tota, velut Muſeum adminiſtrata ſit, eius* SMYRNA, *ut inter inſtrumenta muſica* MAGADIS, *ordinem tenet perfectiſſimum.* Vit. Soph. lib. 1. pag. 516.

Quod enim de *Magadi* ibi traditur, ut inter inſtrumenta Muſica maxime perfectum, id ex iis intelligi poteſt ac illuſtrari, quæ de illo alibi ad Callimachum diximus; ac inter alia vocem hanc *Magadis* deductam a voce Hebræa vel Phœnicia מגדים מגד *meged megedim*, quæ *rem pretioſam* notat, ſeu *omne in re aliqua eximium & præſtans.* Certe pleraque Inſtrumenta veterum Muſica, ut *nabla, pſalterium, barbitus, ſambuca, ſcandapſus*, aliaque, peregrinæ & Phœniciæ quidem fuiſſe originis, ac de *Magadi* id nominatim tradi a Græcis Auctoribus, uti Ariſtoxeno apud [a] Athenæum, ac [b] Strabone, [c] ibi quoque ad Cyrenæum vatem uidimus. Quod vero ad eandem urbem *Smyrnam Sophiſtæ*, qui dicendi ſeu declamandi laude ac inſtitutione, maxime in Græcia vel Græcis in Aſia urbibus florebant, certatim confluerent, vel ex *Sophiſtarum* vitis aut elogiis apud dictum Philoſtratum abunde colligas. Quomodo de *Sophiſta Scopeliano* ab eo inter alia dicitur: recuſaſſe illum apud *Clazomenios*, qui inde urbem ſuam in magnum prouectam iri crederent, ſedem figere; unamque Smyrnam dignam ei viſam, in qua vocis ſuæ clamor perſonaret, ſeu ſingularis, quæ in illo erat, dicendi declamandiue facultas eluceret. Unde de eodem Sophiſta addit paullo poſt idem Philoſtratus, eo ἀνθάζοντα ἐν τῇ Σμύρνῃ (non, ut ibi interpres, *in Smyrna ſtudente*, ſed *Smyrnæ florente*, quod ἀνθάζεσθαι apud Plutarchum, Lucianum, alioſque, ut iam adnotauit magnus Budæus, dici ſolet) haud citimos ſolum Smyrnæ Jonas, Lydos, Cares, Męonas, Æoles, Myſos, & Phrygas ad eum conueniſſe; ſed Cappadocas etiam, Aſſyrios, Ægyptios, Phœnices, Achiuorum præcipuos, ipſamque Athenienſium iuuentutem. A *Polemone* vero *Sophiſta*, eoque Smyrnæ agente, quot in eam urbem ſint collata beneficia: liberata nempe inteſtinis diſſidiis Reſpublica; Hadrianus Imperator in Epheſios propenſus, ad Smyrnæorum fauorem pellectus; iudicia conſtituta; urbs maiore incolarum numero frequentata; eademque præclaris ædificiis & ſacris, & ad ciuium uſum ac ornamentum erectis aucta, docebit idem Philoſtratus. Neque vel ex eodem Auctore, aut ex ipſo *Ariſtide* ignotum, qua gratia idem Smyrnæus hic, (non patria quidem, ſed domicilio) *Sophiſta*, apud M. Aurelium Imperatorem floruerit; quomodo collapſæ terræ motu

[a] Lib. IV. pag. 175 & XIV. pag. 675.
[b] Lib. X. pag. 475.
[c] Obſerv. ad Callimach. pag. 474. 475.
Vit. Soph. pag. 1. p. 516
Ὥστε ὃ ἄλοθεν τις τὴν ἑαυτοῦ εὐφυΐαν, τὴν Σμύρναν ἐκτήσατο.
Ibidem.
Ibidem pag. 518.
Ibidem pag. 531. 532.
Ibidem P. 579.

tu eiusdem urbis restaurator, seu alter conditor, erecta etiam ipsi a Smyrnæis ærea statua, fuerit habitus; quod eundem Imperatorem oratione, qua ingentem pulcherrimæ illius florentissimæque antea ciuitatis calamitatem deplorauit, quæque hodie adhuc legitur, ad restaurandam eandem impulit.

3. *De Sophistarum id genus publicis Muneribus.*

Qua proinde SOPHISTARUM id genus, ut ea maxime Traiani, Hadriani, ac Antoninorum ætate, apud Principes gratia; in urbibus vero illis Græcorum Asiaticis celebritate, meritis, auctoritate, factum, ut cum Romæ subinde ad ipsis Imperatoribus ad amplissimos, & Consulares etiam aliosue honores eueherentur; in patria vero, aut, in iis, ubi domicilium constituerant, ciuitatibus, ad earum gubernacula haud infrequenter sederent. Hinc prius quod attinet de *Herode Attico*, eoque [a] διυπάτῳ seu *Bisconsule*; [b] *Aristide, Sophista* Pergameno, Consulari; [c] *Antiochi Sophistae* Cilicis posteris Consulatu functis, adiri potest Philostratus; de eodem vero [d] *Herode Attico*, qui sub Hadriano liberis Asiæ ciuitatibus præfuerit, uti de *Sophista Lolliano* Ephesio, qui Athenis στρατηγίας ἐπὶ τῶν ὅπλων, seu *Præturam Armorum exercuisse* ab eodem dicitur. Sic *Quadratus Orator*, seu *Sophista* Asiæ Rector seu Proconsul ab Aristide traditur; ipse vero *Aristides*, *Sophista* Smyrnæus, Φύλαξ τῆς Εἰρήνης *Custos Pacis*, seu προστάτης τῆς Εἰρήνης, *Paci præesse*, ab Asiae Rectore tum Seuero iussus; quomodo τεταγμένος Εἰρήνης φύλαξ, *constitutus Pacis Custos* Zenobius quidam in ineditis Libanii Epistolis dicitur, hoc est Εἰρηνοφύλαξ, qui inter titulos Chosrois Persarum Regis supra a me iam adductos apud Theophylactum Simocattam legitur. De quibus autem *Irenarchis* agitur, ut notum, in utroque Codice; & videri potest ad Theodosianum doctissimus eius commentator Jac. Gothofredus, a quo idem Libanii quoque locus adducitur; cuius autem Sophistæ Antiochensis Epistolas, in eodem volumine cum Juliani Imper. operibus coniunctas, per plures annos beneficio viri magni Is. Vossii, in Museo meo adseruare & pertractare mihi licuit.

a Vit. Soph. lib. II. pag. 545.
b Ibidem pag. 565.
c Ibidem pag. 566.
d Ibidem pag. 547.
Ibidem pag. 516.
ἀξιωματικὸς δὲ καὶ ἐφέστα τῷ Γότθοις ἐπὶ τῷ τῆς Ἀσίας ἄρχειν
Serm. Sacr. IV. p. 597.
Ibidem pag. 601.
Con. Th. lib. XI. Tit. XV. Cod. Just. lib. X. Tit. XXVI.

Unde minus utique mirum videri debet, si in iisdem illis Asiaticis Græcorum urbibus, de quibus haud uno nomine bene meriti erant id genus *Sophistæ*, iidem *Strategi* vel *Archontis* munere fungerentur. Quod equidem SMYRNÆ factum, cum e Græcis eorum temporum Auctoribus, tum veterum eorumque insignium numismatum fide etiamnum constat. Qualis utique Sophistæ POLEMONIS adductus paullo ante insignis nummus, ΠΟΛΕΜΩΝ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ CMTP. *Polemon Prætorem Agens Dicauit Smyrnæis.* Cui addendi sunt continuo alii præclari huius *Polemonis* filii, ATTALI nempe SOPHISTÆ itidem sub M. Aurelio nummi, qui exstant in Thesauris Gallorum Regiis, & e quibus unus a Cl. Tristano iam ante, duo vero a nobis sunt alibi, prolatis eorum iconibus, iique cum diuersis typis diuulgati; hic autem denuo editi, & tres quidem cum diuersis typis, sed cum eadem & memorabili epigraphe, ATTAΛOC COΦICTHC TAIC ΠATPICI CMTP. ΛAOΔ. *Attalus Sophista Duplici Patriæ Smyrnæ Laodiceæ.*

\+ *Exempla eius rei in antiquis nummis.*

Tom. I. pag. 647. Distrib. de Vesta & Prytan. pag. 701. Antiq. Roman. Tom. V.]

Quod

Quod de *duplici* huius *Attali Sophiſtæ Patria* ibi dicitur, & cuius utriuſque honori dicati ſint ab eo iidem nummi, inde utique lucem capit, ac egregie ſimul illuſtrat, quod in alio opere haud ita pridem de *Oratoribus* vel *Sophiſtis*, qui iuxta *Medicos, Philoſophos, Poëtas, Grammaticos, Athletas, Citharœdos*, ſunt olim variarum urbium ciues adſciti, ex Auctoribus ac monumentis antiquis, prolatis etiam aliquot *Sophiſtarum* exemplis, uti *Dionis Pryſæenſis*, *Ariſtidis*, *Ptolemæi Naucratitæ*, eſt a nobis declaratum & adſertum. Orb. Roma. pag. 28. &c

Accedit vero ſub eodem, quo *Attali* huius parens *Polemo*, Hadriano, alius inſuper *Sophiſta*, CLAUDIUS PROCLUS, cuius, & quidem cum utroque *Smyrnæorum Strategi* & *Sophiſtæ* nomine, duo exſtant nummi ſub M. Aurelio & Fauſtina eius coniuge percuſſi, iique a me ſimiliter in memorata paullo ante Diatriba iam editi, ſed hic denuo, & quidem ubi omnino adtinent, conſpiciendi, cum inſcriptione ΕΠΙ. CΤΡ. ΚΛ. ΠΡΟΚΛΟΥ CΟΦΙCΤΟΥ, CMTP. *Sub Prætore Claudio Proclo Sophiſta Smyrnæorum.* In Gaza Gallor. Reg.



Occurrit quidem apud Philoſtratum *Procli* Naucratitæ Sophiſtæ elogium, ſed velut qui Athenis tantum fixerit domicilium, ibique ſit mortuus: ut alius proinde hic *Claudius Proclus*, iſque *Prætor* ſimul ac *Sophiſta Smyrnæorum* ſit ſtatuendus. Accedit, quod *Claudii Procli* adductus ſit alius a celebri Antiquario percuſſus ſub Hadriano, cum eadem omnino inſcriptione *Strategi* & *Sophiſtae Smyrnaeorum* nummus; adeo ut per multos annos eo *Strategi* apud Smyrnæos munere functum eundem *Sophiſtam*, e dictis ſub Hadriano, M. Aurelio & Fauſtina nummis omnino liqueat. Verum alterius *Claudii Aurelii Procli*, eiuſdemque *Herois* appellati mentio fit in antiquo Marmore, ſimulque publicorum munerum, quæ non *Smyrnæ* quidem, ſed *Thyatiris* geſſit. Cuius proinde *Procli Herois* filiam forte, aut eadem ſtirpe ortam ſtatui poſſe, dictam & ſignatam in *Mytilenæorum* nummo, quem vulgauerat Seguinus, Vit. Soph. lib. 11. pag. 598. Vaillant. Num. Græc Imper. pag. 36. App. Marm. Oxon. p. 299. & Spon. Itin. Tom. III. pag. 113.

guinus, quandam, ΙΟΥΛΙΑΝ ΠΡΩΚΛΑΝ ΗΡΩΙΔΑ *Juliam Proclam Heroida*, obiter & hoc tantum, ubi de illis *Claudii Procli Strategi* & *Sophiſtæ* nummis a me agebatur, adtigeram. Quod tanti utique non erat, ut eo nomine, adducta nuper ex illo horum *Mytilenæorum* nummo ſplendida quadam huius PROCLÆ HEROIDOS παρέμῳ, ego & eruditiſſimus Auctor de nummis urbium illuſtratis, qui eundem memoratum in inſcriptione a Sponio vulgata *Proclum*, huius *Proclæ* parentem exſtitiſſe ſimiliter augurabatur, ſuggillaremur; idemque nummus ad Traiani Decii, quod vix & peritiſſimi quidem talium arbitri Franciſci Gottifredi iudicio, nummi illius elegantia patitur, ætatem prefracte referretur.

Diatrib. de Veſt & Prytan. ut ſupra.

Antiq. Græc. Tom. III. Harduin. pag. 335.

Vid. Seguin. Sel. Num. pag. 61. prim. ed.

Verum præter dictum paullo ante, in adductis *Smyrnæorum* nummis *Claudium Proclum*, eumque *Smyrnæum Sophiſtam* & *Strategum*, occurrunt præclari inſuper cuſi ſub Seuero, Caracalla, & Geta nummi in Regiis aut illuſtribus Cimeliarchiis conſpicui, inſcripti itidem ΕΠ vel ΕΠΙ CΤΡΑ ΚΛ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ CΟΦΙ CΜΥΡΝΑΙΩΝ, *Sub Prætore Claudio Rufino Sophiſta Smyrnæorum*, cum variis typis ſedentis Cybeles, aut Jouis; aut ſtantis Herculis ac Scyphum fundentis; aut Templi cum Dianæ ſimulacro; aut Fortunæ in Templo; aut cum epigraphe in corona quercea, ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC CΜΥΡΝΑΙΩΝ, *Prima Communia Aſiæ Smyrnæorum* ſeu Smyrnæ peracta. Cuius equidem rei tres idoneos indices damus hic nummos: quorum prior cum Cybeles effigie exſtat in Theſauris Gallorum Regiis; alter cum Corona quercea, & memorata modo Communium Aſiæ Ludorum mentione, in cimeliis illuſtris Foucault, & cui ſimilis, uti poſtea aduertere nobis contigit, eſt iam a Cl. Triſtano vulgatus, uterque autem ſub Seuero, cuſus; tertius vero ſub Geta, cum Templo, & ſtante in eo Fortuna, penes laudatum. aliquoties Auratum Equitem Trombal: ſinguli autem cum memorata iam inſcriptione, ΕΠΙ. CΤΡ. ΚΛ. ΡΟΥΦΙΝΟΥ CΟΦ. vel CΟΦΙ. CΜΥΡ. vel CΜΥΡΝΑΙΩΝ, *Sub Claudio Rufino Sophiſta Smyrnæorum.*

Reg. Gall. Mauroc. Foucault Abb. de Camps Eq. Trombal. Wehlert.

Tom. II. pag. 96.

Qui alioquin *Rufinus*, ut *Smyrnæorum Strategus*, ſed citra additum *Sophiſtæ* nomen, ſignatur in aliis Juliæ Domnæ ac Getæ nummis. Idem vero *Rufinus* cum eo, & quod occupauit iam Cl. Triſtanus, ſtatuendus eſt, qui Apollonii *Sophiſtae* Athenienſis ex illegitimis nuptiis filius, & qui ab eo *Sophiſticam* artem ſit edoctus, a Philoſtrato traditur. Neque vero ſub Seuero ſolum, aut eius filiis, ſed ſub Gordiano etiam exſtat ſingularis itidem, & e maximorum genere in Theſauris Gallorum Regiis nummus, cum duarum Nemeſeon, Dearum Smyrnæ, qua de re iam ante, Tutelarium typo; eademque, quæ in adductis modo nummis inſcriptione, ΕΠΙ CΤΡ. ΚΛ. ΡΟΥΦΙ-

Ut ſupra.

De Vit. Soph. lib. II. pag. 596.

ΝΟΥ ϹΟΦ ϹΜΥΡΝΑΙΩΝ *Sub Prætore Claudio Rufino Sophiſta Smyrnæorum.* Nihil obſtat vero quin de eodem *Rufino* id poſſit intelligi: quum ab Antonini Caracallæ obitu, Anno Æræ Chriſtianæ ϹϹΧVII, ad primum Gordiani imperii annum, ſeu Æræ Chriſtianæ ϹϹΧΧVIII, intercurrant ſolum anni ΧΧΙ: atque ita ut idem hic *Sophiſta Claudius Rufinus*, quod alias factum ſupra vidimus, haud ſemel, & quidem ſub diuerſis hiſce Cęſaribus fuerit Smyrnæorum *Strategus* ſeu *Prætor* conſtitutus. Mirum autem videri poteſt, cur clari adeo & quidem apud *Smyrnæos Sophiſtæ*, & eadem ætate, qua vixit, qui de Sophiſtarum vitis commentatus eſt Philoſtratus, nulla occurrat apud eum memoria. In aliis vero ϹΑΡΔΙΑΝΟΡΥΜ ſub eodem Gordiano nummis, *Rufini* itidem, & illius quidem urbis *Archontos* nomen legitur, ut ΕΠΙ ΡΟΥΦΙΝΟΥ ΑΡΧ ΤΟ Β ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Sub Rufino Archonte Iterum Sardianorum Ter Neocororum.* Exſtat vero ſolum *Rufini* nomen in alio horum *Sardianorum* nummo, a celebri Antiquario præteritus, qui ſub eodem Gordiano eſt percuſſus, nempe ϹΑΡΔΙΑΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡ. ΕΠΙ ΡΟΥΦΙΝΟΥ. Eodem vero *Rufino* antiquior omnino ſtatuendus eſt alius, & *Sophiſta* itidem, *Rufinus*, quique ſimiliter *Smyrnæ*, iuxta priorem e nummis modo a nobis illuſtratum ſub *Strategi vel Archontis* nomine præfuiſſe ab Ariſtide dicitur: ὁ Σοφιςὴς, ὃν μικρὸν πρόσθεν ἐμνήσθην, ἦρχεν. *Sophiſta, cuius paullo ante memini, urbi præerat.* De quodam enim *Rufino* egerat paullo ante Ariſtides, agitque adhuc paullo poſt in eadem Oratione, ubi cum Juliano Aſiæ Rectore ad Templum Pergami, in quo tum erat Ariſtides, aduenisſe idem *Rufinus* traditur. Unde etiam liquet ea voce, qua de eodem Rufino uſus erat paullo ante, nempe ἦρχεν, non, qui Aſiam tum regeret, Proconſulem intelligi, uti alibi eo verbo & nomine Ἄρχων, quod antea vidimus, ſubinde utitur; ſed de urbis demum *Stratego* vel *Archonte* hoc dici; nihil de *Aſiarchæ*, quo fungeretur tum hic *Rufinus*, munere intelligi potius debeat.

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 155. In Gaza Reg. Gall.

Serm. Sacr. v. pag. 617. Eidem pag. 601. Eidem pag. 616.

Quo loco occurrit opportune alterius adhuc ϹΟΦΙΣΤΑΣ, illiuſque, non ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ, ſed ΑΡΧΟΝΤΟΣ urbis quidem extra Proconſularem Aſiam, verum in vicina eidem Lycia, ϹΕΒΕΣΣΙ nomine, percuſſus ſub Philippo Patre nummus, cum inſcriptione ΕΠ. ΑΡ. ΟΥΑΡΟΥ ϹΟΦΙϹΤΟΥ ΚΗΒΗϹϹΕΩΝ, *Sub Archonte Varo Sophiſta Cebeſſenſium*; prout in nummo eiuſdem urbis Mediceo, ac ſub eodem Philippo Imperatore *Aurelius* quidam ΑΡΧ. ΠΡΩ. ΤΟ Β. *Archon Primus Ac Iterum* horum *Cebeſſenſium* traditur. Duos autem eo *Vari* nomine *Sophiſtas* memorat Philoſtratus: unum, *Pergæ* Pamphiliæ, ut vel e nummo eius ſupra adducto liquet, Metropolis, claro genere ortum, quique claros etiam probatoſque reliquerit poſteros: alterum vero patria *Laodicenſem*, ſed indignum prorſus, cuius, ut ait, mentio aliqua fieret. Ad quempiam autem e prioris *Vari Sophiſtæ* poſteris, eumque celebrem itidem ea Philippi Imperatoris ætate, qua nummus eſt percuſſus, *Sophiſtam* referendus videtur hic *Cebeſſenſium* in Lycia nummus. Vicinæ enim, ut notum prouinciæ Pamphylia & Lycia; ut haud mirari ſubeat, aliquem tum e claro illo Pergæi *Sophiſtæ Vari* genere, apud Lycios *Cebeſſenſes* floruiſſe; eoque cum *Archontis*, tum *Sophiſtæ* munere, more iam ante in illis minoris Aſiæ urbibus ut iam vidimus, recepto, functum. E quo autem nummo illud ſat, ut opinor, liquet, haud temere omnino *iactatum* a doctiſſimo [a]Holſtenio, (uti tamen in [b]notis e Manuſcripto Peruſino ad eundem Stephanum traditur) Me-

Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 162.

Vit. Sophiſt. lib. II. pag. 574. Ibidem pag. 615.

a Not. ad Stephan. pag. 153. b Jac. Gronou. pag. 19.

diceum nummum paullo ante memoratum, quique inscriptus foret, ut reuera est, KHBHCCEΩN, ac prout etiam *Cebessum*, pro *Cebessum* in antiquis libris, eandem urbem a Curtio dici obseruat ibidem Holstenius. Neque hic turbat, quod non Lyciæ, sed Ciliciæ eam tribuat ibi iuxta Lyrnessum Curtius: quum *Lyrnessum* in Pamphylia collocent [a] Strabo, & [b] Plinius; Lyciæ etiam adscribat alibi [c] Stephanus. Nec id iam tango, quod non *Cebesli* apud Curtium, sed *Tebesli* legi in veteribus eius libris, ac inde, & ex aliis Strabonis locis, qui easdem urbes coniungit, *Lyrnessi* & *Thebes* ibi emendarint viri docti. Idem cæteroquin esse huius urbis nomen, Καῆνον apud Stephanum, & apud Suidam Καῆτον, haud immerito statuit laudatus modo Holstenius: verius forte apud Suidam Καῆνον, & apud Homerum Καῆνοσθεν, pro Καῆνοσσθεν, propius utiq; ad primigeniam ac indubitatam prestantissimorum nummorum scripturam. Quæcunque enim fuerit nominis illius urbis ratio, aut prouinciæ, in qua eadem sita fuerit, Phrygiæ seu Troadis, Lyciæ, Pamphyliæ, Ciliciæ, Cappadociæ, aut etiam, iuxta breuia ad Homerum Scholia, Thraciæ; constans certe cum insignis huius nummi, tum aliorum insuper eiusdem urbis, seu gentile eius nomen KHBHCCEΩN.

Lib. III. c. 4.

a Lib. XIV p. 676.

b Lib. V. cap. 27.

c In Καῆτρος.

Vid. B. v. 363.

Ἀπὸ Καῆνης πόλεως· ἔστι δὲ πόλις Θρᾴκης Schol. Ibidem.

VI. *De iis qui* EΠIMEΛHTAI & EΠIΣTATAI *dicuntur in aliquot nummis.*

I. *De voce* EΠIMEΛHTOY *in vetere nummo.*

Ad quos cæteroquin Græcos id genus urbium Magistratus referendi insuper veniunt, quorum in uno forte vel altero superstite earundem nummo legitur consignata EΠIMEΛHTOY, vel EΠIΣTATOY dignitas. Ac prioris quidem e cimeliis illustris Foucault nummum adduxit in Domitiano celebris Antiquarius, inscriptum, ANTIOXEIA EΠIMEΛH. KA. AΓΛAOY ΦRONTΩNOΣ, eodem interprete, *Antiochia* Cariæ (non proinde, quæ in Syria ad Orontem) *Curante Claudio Aglao Frontone.* EΠIMEΛHTHΣ nempe, non, ut eam vocem reddit & explicat alibi in hoc opere vir prœclarus, EΠIMEΛHΣ. Istud enim postremum pro *diligente* ac *sollicito*, *cuique* aliquid *est curæ*, atque ita pro adiectiuo a Græcis vulgo usurpari solet; prout [a] ἐπιμελὴς ἑήτωρ, aut [b] ἐπιμελὴς στρατηγὸς, *diligens Rhetor*, vel *sollicitus Prætor* seu *Dux*, apud Pollucem; & apud [c] Polybium, [d] Diodorum, [e] Dionysium Halicarnassensem aliosque, οἷς ἐστὶ ἐπιμελὲς, *quibus hoc curæ est*, seu οἷς ἐπιμελὲς ἐγένετο, seu *ad quorum curam pertinebat*; etsi quandoque & rarius, ut ἐπιμελὴς θεῶν apud Pollucem, pro quo alibi ἐπιμελητὴς θεῶν, de *religioso*, aut qui *curam habet Deorum*, dicitur. Propria vero & consueta, quod obuium, apud Græcos vox Ἐπιμελητὴς, de eo cui cura aut præfectura cuiuscunque rei, negotii, tribus, aut vero loci vel urbis est commissa. Ita ut ἐπιμελητὰς ἄθλων, vel ἵππων, *curatores agonum*, vel *equorum*, apud Pollucem mittam, Ἐπιμελητὰὶ ἐμπορίου proprio nomine dicti apud Atticos, & quidem decem numero, ut ex Aristotele tradit Harpocration, qui *emporiorum curam gererent*, seu ut inde in Atticum emporium frumentum deueheretur; & quorum haud uno loco apud Demosthenem fieri mentionem video. Sic Ἐπιμελητὰὶ τῶν μυστηρίων, iique quatuor numero, appellati, qui Athenis mysteria cum Rege sacrorum procurarent, ut de iis Aristoteles rursus apud eundem [a] Harpocrationem, & [b] Pollux. Adde ex eodem Polluce [c] τριάκοντα τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων Ἐπιμελητὰς, *triginta Reipublicæ & legum Curatores*, quique, ut ibidem additur, de optimis, ab Athenien-

Ibidem pag. 324.

a Lib. IV. cap. 111. §. 20.
b Lib. I. cap. I. §. 20.
c Lib. I.
d Lib. I. pag. 54
e Antiq. lib. IV. pag. 210.

Lib. III. cap. XXX. §. 140.
Lib. I. cap. XI. §. 181.
Ἰὼ Ἐπιμελητὰ &c. Καλῶς δὲ καὶ τοὺς τοῦ ἐμπορίου ἐπιμελητὰς adv. Theocrin. pag. 717.
a In Ἐπιμελητ. μυστ.
b Lib. VIII. cap. IX. §. 90.
c Idem §. 112.

Athenienſibus nempé, deligerentur. Ad quos referas forte, quos apud Oratorem Atticum, Antiphontem nempe, tradi alicubi videas, Ἐπιμελητὰς τῶν κακούργων, qui de coërcendis maleficis curam ſuſciperent. Neque hic prætereundi apud eoſdem Athenienſes, Ἐπιμεληταὶ τῶν φυλῶν, *Curatores Tribus*, quorum meminit, ut obſeruo, Demoſthenes, eorumque inſuper cum Archonte contentionis. Verum alterius ſignificationis, quæque hic magis propria, qua in genere dicti Ἐπιμεληταὶ, quibus extraordinaria loci alicuius ſeu oppidi præfectura eſt commiſſa, ſicut in adducto *Antiochiæ* in Caria nummo, *Cl. Aglaus Fronto*, exemplum ſuppeditabit Plutarchus, a quo Demetrius, deditis ei Boeotiæ oppidis dicitur: καταλιπὼν αὐτοῖς ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝ τὸ Ἀρμοσίου, Ἱερώνυμον τὸν ἱστορικὸν, *relicto iis Curatore & Præfecto Hieronymo Hiſtorico.* Ut hoc addam inſuper, non ſolum Ἐπιμελητὰς τῶν βασιλέων *Regum*, Macedonum nempe, *Tutores* dici apud Diodorum Aridæum & Pithonem; ſed mox Antipatrum a Macedonibus conſtitutum, Ἐπιμελητὴν Αὐτοκράτορα, Regni *ſummia cum poteſtate curatorem* ſeu *Præfectum.*

Orat. de exſule Herod. pag. 97.

Adv. Midiam pag. 122.

Liv. xvii. pag. 648.

Exſtat vero altera vox ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ in Seueri nummo a Pergamenis percuſſo, quem olim in cimeliis Auguſtæ Chriſtinæ videre mihi licuit, ac inde etiam a celebri Antiquario memoratum; nempe qui inſcribitur ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ ΤΕΜ. ΑΝΝΙΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Præfecto Templi Annio Pergamenorum Bis Neocororum.* Ἐπιστάτης nempe a Græcis in genere dictus, cui cuiuſcunque rei cura & inſpectio erat credita; unde ἔργων ἐπιστάται, *operum exactores* nuncupati, non ſolum apud Atticos Scriptores, ſed etiam apud LXX Interpretes, ἐπέστησε αὐτοῖς ἐπιστάτας ἐπὶ τῶν ἔργων, *& præfecit eis præfectos operum*; & ποιμνίων ἐπιστάται, *ouium curatores* ſeu *paſtores* apud Sophoclem; adde, ὅπλων ἐπιστάται, *armorum periti*, apud *Æſchylum.* Ne iam hic tangam alium militarem vocis illius ἐπιστάτης uſum, cuius nullus hic locus, de eo qui in acie a tergo adſtat. Athenis vero dictus proprio illo nomine unus & primus quidem ſorte lectus e quinquaginta *Prytanibus*, ac inter eos e decem *Proedris*, cui claues Templorum, pecuniæ publicæ, & tabularum committebantur; ut id e Polluce non ſolum conſtat, ſed e Libanio inſuper in argumento Orationis aduerſus Androtionem, quibus ſubdit: ἴσθι μὲν ὅτι οἱ μὲν πεντήκοντα ἐκαλοῦντο Πρυτάνεις οἱ δὲ δέκα Πρόεδροι· ὁ δὲ εἷς Ἐπιστάτης, *ſciendum quidem, quod quinquageni vocarentur Prytanes, decem vero ex iis Proedri, unus vero ex iis Epiſtates.* Ad quod Ἐπιστάτου munus reſpicit Ariſtophanes, ubi decretum Senatus muliebris recitat:

2. *De voce ac munere* ΕΠΙΣΤΑΤΟΥ *in vetere nummo.* Vaillant. Num. Græc. Imper. pag. 86. & 314. Vid. Polluc. viii. cap. x. §. 183. Exod. i. v. 11. Aiac. v. 27. Perſ. v. 379. & Schol. ibid. Lib. viii. cap. ix. §. 8.

Τιμόκλεᾳ ΕΠΕΣΤΑΤΕΙ,
Λύσιλλ' ὑγεμμάτευεν.

Theſmoph. p. 786.

Timoclea PRÆSIDEBAT, *Luſilla Scribæ munere fungebatur.* Quibus adde Andocidem: Ἐάν τις ἐπρυτάνευεν, Κλεογένης ὑγεμμάτευεν, Βοηθὸς ΕΠΕΣΤΑΤΕΙ. *Si quis Prytanim agebat, Cleogenes Scribam, Boethus* PRÆSIDEBAT. Mitto ſingularem quandam Ἐπιστάτου apud eoſdem Atticos, iuxta veteres ac eruditos ad Ariſtophanem Criticos, ſignificationem, de æreo nempe tripode, qui ollæ vicem præſtaret; aut de luteo Vulcani ſimulacro ad focos ædium ſtatui ſolito. Prout vero ab iiſdem Atticis ut modo vidimus, dictus Ἐπιστάτης, cui inter alia claues *ſacrorum*, ut ibi interpres, ſeu potius *Templorum*, erant commiſſæ, quales Κληδοῦχοι ab iiſdem Atticis dicti, ut Κληδοῦχος Ἥρας, alicubi apud Æſchylum, de *Junonis Sacerdote* femina; ita Ἐπιστάτης Τιμοῦς, de *Templi Præfecto* apud *Pergamenos* dicitur in adducto nummo quidam *Annius.* Id cęteroquin

Orat. de Myſter. pag. 220.

Schol. ad Aues pag. 561.

Suppl. v. 199.

teroquin, ac unde ea vox Pergameni huius Ἐπισάτου illustratur, de se ait Dio Coccеianus: ἐκ (nempe Περγάμου,) ὥσπερ καὶ τῆς Σμύρνης προσαχθεὶς ὑπὸ τοῦ Μακρίνου, ΕΠΕΣΤΑΤΗΣΑ, *cuius* Pergami *simul & Smyrnae, a Macrino iussus,* PRÆFECTURAM GESSI. Quum cæteroquin Ἐπισάται in genere de ciuilibus urbium Rectoribus dicantur ab Aristotele: πολλῶν γὰρ ἐπισατῶν ἡ κοινωνία δεῖται, *multis enim praefectis* seu *inspectoribus eget Communitas.* Addita autem in nummo Τεμένει voce *Templum* omnino designari statuendum est; etsi ea voce Τέμενος, sacra in genere Dis loca, ut de ea breuia ad Homerum Scholia, ac inde vulgo gentilium Templis adiacentes *Luci* subinde soleant a Græcis designari; uti apud Lycurgum Oratorem: ἔτι τοῖς τὰ Τεμένη τέμνεσθαι, καὶ τοὺς νεὼς καταπίπτειν, *quod Luci abscindantur, & Templa destruantur*; & apud Pollucem inter loca Dis consecrata enumerentur. ἱερὰ δὲ, ναὶ νεὼ, καὶ ἄλση, καὶ τεμένη, *Templa vero, & delubra, & nemora, & luci*, & alibi similiter de iisdem locis sacris; ἄλση τε, καὶ τεμένη, καὶ ἕρκη, *nemora, & luci, & septa.* Unde etiam τεμένεα φυλλάδα, dixit alicubi Sophocles, iuxta Criticos ibidem, τέμενος φυλλόφυλλον, *lucum frondosum.* Verum Τεμένη de *templis* etiam seu *delubris* passim a Græcis appellata constat: quomodo de fanis ubiuis Theseo consecratis ait ipsemet apud Euripidem Theseus:

Πανταχῆ δ' ἐμοὶ χθονὸς
Τεμένη δέδεκται·

Ubique vero mihi terrarum Delubra sunt consecrata; & apud Æschylum: Τεμένη αἰθέρος *templum cæli*, prout *templi* nomine *cælum* solet passim a Poëtis designari. Sic de Apollinis Templo in Anaphe Insula Apollonius Rhodius:

Ἀλσὶ ἐνὶ σκιερῷ ΤΕΜΕΝΟΣ, σκιόεντά τε βωμόν·

In luco opaco TEMPLUM, *& umbrosam Aram*, ubi vides τέμενος dici *Templum* in *luco* constructum, non vero ipsum *lucum.* Unde etiam factum, ut προτέμενισμα dicatur a Thucydide, iuxta veteres ad eum Criticos, & Hesychium, *templi vestibulum:* ac præterea, ut obseruo, Τεμένιται dicantur aliquoties a Cyrillo Alexandrino, in libris aduersus τὸν ἀθεσάτου, Ægyptiorum Sacerdotes; ut ἱερομύστης τις τῶν ἐν Αἰγύπτῳ τεμενιτῶν, *interrogante quodam ex Ægyptiis Sacerdotibus*, & alibi similiter. Quamquam τέμενος quandoque & νεὼς a Græcis auctoribus, ut apud Romanos *templum* ac *delubrum*, vel *templum* & *sacellum*, distinguantur: prout in Eusebii Oratione in laudem Constantini τεμένη, ἄλσεα, καὶ ἱερὰ, doctissimo Valesio interprete, *delubra*, *lucos*, *templa*. De *Templo* vero in hoc Pergamenorum nummo, cuius Præfectus esset dictus in eodem *Annius*, ea Τεμένους voce agi, dubitare haud equidem licet; quodque nomen ibi forte inditum, non Ἱερὸν, vel Ναὸς, quod ea voce non *Templum* solum, sed totus adiacentis & eidem Deo consecrati vel luci, vel horti, vel agri etiam ambitus designetur. Prout nempe eam in rem adposite a Græcis ad Pindarum Criticis dici video: TEMENOΣ δὲ λέγεται, οὐ μόνον τὸ ἱερὸν, καὶ ὁ ναὸς, ἀλλὰ καὶ ἀφωρισμένη χώρα, *dicitur autem* Τέμενος *non solum templum, & sacellum*, sed *etiam consecratus ager.* Quomodo ubi augustum illud Alexandrinum Σέβαστον, seu in Augusti honorem dicatum in ea urbe Templum, cum omnibus suis decoribus, donariis, auri & argenti copia, describit Philo, addit: TEMENOΣ εὐρύταλον ναοῖς, βιβλιοθήκαις στοαῖς, ἀνδρῶσιν, ἄλσεσι, προπυλαίοις, εὐρυχωρίαις, ὑπαιθρίοις. TEMPLUM *amplissimum sacellis, bibliothecis, porticibus, cœnaculis, lucis, vestibulis, locis spatiosis, subdialibus:* ubi proinde

Lib. LXXIV. pag. 909. Pollux lib. IV. cap. 15. Δήμητρος τέμενος. Iliad. B. v. 696.

Schol. Ibid.

Adv. Leocrit. pag. 195.

Lib. IX. cap. V.

Lib. I. cap. I. §. 9.

Trachin. v. 167 & Schol. Ibid.

Hercul. Fur. v. 1315.

Pers. v. 365.

Lib. IV. v. 171.

Lib. I. §. 134. & Schol. Ibid.

Av. Julian. lib. I. pag. 33. Ibidem lib. VII. pag. 244. & lib. IX. pag. 298.

Pag. 616. edit. Paris.

Schol. Iſthm. Od. I. v. 84.

Legat. ad Caium p. 1034.

inde τέμενος de toto illo ac late patente Templi illius ambitu dicitur. Celebre vero Æſculapii apud Pergamenos fanum, uti alia etiam minus ſolemnia Gentilium Templa, lucum habuiſſe contiguum, prȩter veſtibula, porticus, aliaque in eius ambitu conſecrata, eo magis ſtatuendum eſt, quod *horti* prope illud Templum meminit Ariſtides; alibi vero *ambitus ſacellorum, quæ ſunt in Æſculapii templo,* ἐν περιβόλῳ τῶν ναῶν τῶν ἐν τῷ Ασκληπιῷ. Nempe prout de Didymei Apollinis apud Mileſios Templo tradit Strabo, illud ambitu ſuo vici amplitudinem impleuiſſe, intus & extra *lucum* habuiſſe, ac prȩterea ἄλλοι δ' σηκοὶ τὸ μαντεῖον, καὶ τὰ ἱερὰ συνέχουσι, *alia vero ſacella oraculum & ſacra continent*; alibi autem de Templo Junonis Samiæ, quod inter alia in eo fuerint ναΐσκοι τινὲς ἔτι πλήρεις τῶν ἀρχαίων τεχνῶν, *ſacella quædam plena antiquorum artificiorum.* Ut iam illud hic mittam, quod alibi obſeruat idem Geographus, ab antiquis Poëtis ἄλση ſeu *lucos* paſſim de *templis* ſeu ἱεροῖς dici etiam exiguis, & quæ cȩteroquin carerent *lucis.* Verum alia erant inſuper Templa *Pergami* a Communi Aſiæ extructa, & quorum fit mentio in Pergamena inſcriptione a duobus eruditæ peregrinationis ſociis vulgata, [a] Sponio, ac [b] Wehlero: ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΝΑΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩ, *Sacerdotum Aſiæ Templorum Quæ Sunt Pergami.* E quibus autem Templis unum ab Aſianis, de quo ſupra obiter, AUGUSTO, & quidem eius permiſſu, conditum refert [c] Dio Caſſius; immo & ſacrum etiam Agonem in honorem illius Templi inſtitutum, qui nempe ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ, ut aliunde ſcimus, eſt appellatus: immo prout TRAIANO quoque Templum & Agonem ſimiliter *Pergami* conſecratum liquet. Quæ utique conſtant e veteri inſcriptione a [d] viris prȩſtantibus vulgata, ΠΕΡΓΑΜΟΝ ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ ΤΡΑΙΑΝΕΙΑ ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΑ, *Pergamum Auguſtalia, Traianalia, Aſclepia:* ut de eo Templo ſileam, quod Tiberio ſimul, Senatui, & Communi Aſiæ erigi apud ſe, iuxta Epheſios, Smyrnȩos, alioſue Aſianos, ut id e Taçito iam ante vidimus, contendebant *Pergameni,* & Senatus decreto *Smyrnæis* eſt adiudicatum. Unde ob ſignatam in hoc, de quo agimus, *Pergamenorum* numimo paludati Imperatoris, illiuſque a Victoria coronati, effigiem, ad unum e duobus illis conſecratis *Auguſto* vel *Traiano* apud eos *Templis,* referri opportune poteſt hȩc *Annii,* qui eundem nummum percuti curauit *Pergami,* ac in eius rei memoriam, *Præfectura.* Neque vero vile fuiſſe hoc munus, vel *Æditui* ſolum, ſeu Νεωκόρου, vel inde liquere poteſt, quod ſumma eſſet Templorum id genus, ad quæ anniuerſarii Aſianorum conuentus, & ſolemnia ſacra ac feſta fieri conſueuerant, religio, ac celebritas; ac prȩterea magna in iis pecuniarum & donariorum vis recondi eſſet ſolita. Hinc etiam χρυσοφύλαξ, ſeu *Auri Cuſtos* dictus apud Delphos conſtitutus Templi illius Delphici *Curator* ſeu Cuſtos, iuxta illud Euripidis:

Διὰ τοῦτο Φοίβου χρυσοφύλακα τῶν Θεοῦ
Ταμίαν τε πάντων. — Jon. v. 54.

Delphi ipſum fecerunt Cuſtodem Auri ipſius Dei, Et Diſpenſatorem omnium fidum: nempe prout Θησαυρῶν eiuſdem Templi Delphici alibi in eodem dramate occurrit mentio; ac prout in eo cum Clazomeniorum, tum Corinthiorum Theſauros memorat Herodotus. De auro cȩteroquin vel argento, aliiſque rebus pretioſis in fanis id genus ſeruari olim ſolitis, res obuia apud priſcos Grȩciæ & Latii Scriptores, ac inter alios e Thucydide, de pecuniis in Arce Athenarum, ſeu in ea Mineruæ Æde, aliiſque adhuc urbis Templis; aut de fa-

a Itiner Tom. III pag. 114.
b Itiner pag. 231 edit. Angl.
c Lib. LX. pag. 458.
d Theſ. Grut. CCCXV. 1. Marmor Ox p. 70. Spon Miſcell. pag. 367.
Annal. IV. cap. 56.
Lib. XIV. pag. 654.
Eidem pag. 637.
Ibidem v. 1141.
Lib. I. cap. 51.
Lib. II. §. 13.
Lib. VI. §. 6, 7.

nis apud Egestęos Siculis; aut prout *pecuniæ Ephesiæ*, seu in Templo Dianæ Ephesiæ, & quidem *antiquitus* etiam reconditæ, cuique duobus temporibus salutem adtulit J. Cæsar, haud uno loco fieri ab eo mentionem videas. Quod certe Dianæ Ephesiæ Templum ipso Delphico fuisse opulentius dixerat pridem Callimachus. Quam vim etiam signati auri & argenti, pręter donariorum multitudinem, in Græcorum Templis repositam, Brenno ansam dedisse, ut Gallos ad inuadendam Gręciam impelleret, tradit Pausanias. Unde etiam ἱεροσύλοι, seu *Sacrilegi* a Gręcis appellati, qui pecunias e Templis furto subduxerant. Adde, quod, iuxta Syrianum in Hermogenem, inferiores *Templorum Custodes*, vel æditui, *in festis & comessationibus perpetuo agentes, eorum, quorum custodia iis erat credita, curam ferme negligerent*; seu, ut ipsa Auctoris illius verba, quod haud adeo in multorum manibus versentur Græci illi in Hermogenem commentarii, semel tantum apud Aldum, & ante duo ferme sæcula editi, hic adponam: οἱ γὰρ φύλακες ὁσονοῦν ἐφεστῶς ἀεὶ ἢ μίσθιος ὅστις ἀπειλήφασι τὴν φυλακεμβίαν εἰσί. Ut proinde aliquo *Præfecto* seu Ἐπιστάτῃ opus foret, cui suprema sacrarum id genus Ædium, & reconditorum in iis thesaurorum cura incumberet: prout apud Athenienses quoque, quod paullo ante vidimus, dicebatur ille, penes quem Templorum, idque ad unum diem duntaxat, erant claues, ubi pecuniæ adseruabantur. Quorum alioquin Templorum Πρεσβεία, seu *Præfectura*, eorundem Sacerdotibus vulgo erat commissa: prout similem Πρεσβείαν memorabilis illius Templi Dianæ Ephesiæ, eius Sacerdotibus, qui *Megalobyzi* dicebantur, quique magno, ut addit, in honore essent, creditam tradit Strabo. *Pergami* certe, de cuius nummo & *Templi* in eo *Præfectura* hic agitur, memorat J. Cæsar, fuisse *occulta ac remota Templi, Æsculapio* nempe sacri, *quo præter* SACERDOTES *adire fas non est, quæ Græci* Ἄδυτα *appellant.*

Bell. Civ. lib. III. cap. 33. & cap. 105.

Hym. in Dian. v. 250.

Lib. x. pag. 644.

Pag. 226.

Ἔχει δὲ καὶ τὰς κλεῖς τῶν ἱερῶν ἐν οἷς τὰ χρήματα.

Pollux lib. VIII. cap. IX. § 8.

Lib. XII. pag. 641.

Bell. Ciu. lib. III. cap. 105.

Verum tempus est, ut missa nunc ulteriore illius, quæ e priscis Græcorum nummis, eaque ad explanandas vel illustrandas cultissimarum in orbe gentium antiquitates ac memorias percipitur, utilitatis indagatione, ad Romanos nummos, quod primarium erit sequentis, *ουῳ Θεῷ*, operæ argumentum, perlustrandos, qualemcunque oculorum seu ingenii aciem conferam. Quo inde incredibilem quoque ac late diffusum, in tractandis hisce velut spirantibus adhuc imperii olim gentium domini monumentis, laboris illius ac adtentionis fructum, testatum similiter manifestumque, si DEUS longiorem vitæ, otii vero maiorem usuram largiatur, pro virili parte faciam.

ADDENDA

ADDENDA.

PAG. 54. lin. 2. *poſt* ΟΥΗΙΔΙΟΣ. *Adde.* Vir varia, & inſigni doctrina, Antonius Maria Saluinus, qui Græcas litteras Florentiæ profitetur, in pauculis ac eruditis, quæ diu poſt hæc, & ultra dimidiam huius operis partem, typis iam impreſſa, ad ſuperiorem eius editionem adnotatis, miſit ad me humaniſſimus peritiſſimuſque immenſæ Gazæ Mediceæ Cuſtos Sebaſtianus Bianchi, exiſtimat nomine illo ΟΥΗΙΔΙΟΣ, *Vedium* potius indigitari, quam *Ouidium*, ac H loco τῆ I, ſapere ſequiorem ætatem: quæritque, quid faciat ibi τὸ I τῳ H adſcriptum? Quid S. Romanorum in fine? Quamquam, ut haud eo minus *Ouidio* qualemcunque hunc nummum tribuendum putem, non ſuadet ſolum, quod ea conſtans eſſet de eodem nummo a me olim Romæ inſpecto, eruditorum & Antiquariorum in urbe ſententia, indeque etiam ſit a cultiſſimæ eruditionis ſumnique ingenii & acuminis viro Nicolao Heinſio in accuratiſſima Poëtæ illius editione vulgatus; ſed præterea, quod adſcriptum ſit in eodem nummo, non *Ouidii* ſolum nomen, ſed ipſum *Naſonis* etiam cognomen: adde, quod in tradendis Romanorum nummis haud magna fuerit, ut notum, Græcorum accuratio; quod inſuper confuſæ ſæpe fuerint a monetariis litteræ: nec obſcurus ſit ille litteræ S, quod in hoc opere etiam traditur, in Græcis nummis uſus.

Pag. 58. lin. penult. *poſt* nec a Bocharto, ut colligere licet, inſpecto, Aldretus: *Adde.* Quod de eodem Aldretis opere a Bocharto, qui nuſpiam eius meminerit, haud inſpecto, ſtatuit quoque in una e Selectæ Bibliothecæ partibus, quæ ſat multo poſt hac iam impreſſa tempore prodiit, doctiſſimus J. Clericus. Bibl. Choiſ. Tom V. pag. 349. & 394.

Pag. 149. lin. 15. *poſt* litteram R inueniſſe *adde.* Idem laudatus paullo ante Saluinus cenſet οὐχ ἁπλῶς, ſed καθάπερ litteram K inueniſſe Pomponium, in quibuſdam nempe vocibus, prout illico ſubiungit, *ut pro Valeſiis, Valeriis; & pro Fuſiis, Furiis.* Quod haud abs re monitum videtur: etſi id in genere a Pomponio dicatur: *Idem Appius Claudius, qui videtur ab hoc* (altero nempe Appio Claudio, qui Appiam viam ſtrauit &c.) *proceſſiſſe,* LITTERAM R INUENIT: quodque ibi illuſtri nobiliſſimarum inter Romanos gentium exemplo continuo comprobatur: *ut pro Valeſiis, Valerii eſſent, & pro Fuſiis Furii.* Ubi proinde non *mutauiſſe* in his nominibus litteram K pro S, quæ in iis antea obtinuit; ſed *inueniſſe* Appianum tradit Pomponius.

Pag. 129. lin. 18. *poſt* Elagabalum nempe ſcribendum, & apud Herodianum *adde.* Idem eruditiſſimus Saluinus fatetur legitimum quidem & patrium fuiſſe nomen *Elagabali,* ſed *Heliagabalum* ad Græcæ linguæ genium paullo detortum. Sic *Lucium* Λούκιον nonnunquam, & Λούκολλον, *Lucullum* dixerint, *Volſcos,* Οὐολούσκους, Annibalem, Ἀννίβαν. Et quemadmodum ab *El* Hebraico, Syriace *Ela Deus,* factus eſt ΗΛΙΟΣ terminatione Græcis uſitata, ita Elagabalus eis eſt Heliogabalus. Unde putat fruſtra ſe torquere eruditos viros, & nihil apud Herodianum reſtituendum. Cui eruditæ notationi per me ſuffragari cuiuis equidem licet. Id unum for-

te

te adducam, haud nouum esse utique, & cuius rei obuia sunt exempla, ut voces, quas ex Oriente mutuati sunt Græci, paullo aliter, pro linguæ genio, immutarint iidem aut detorserant. Qua ratione etiam, ut in aliorum apud Gentiles Numinum nominibus contigit, ut ab Hebraico אל *El*, vel HA, factum sit Græcorum ΗΛΙΟΣ, prout e Seruio notauit pridem Isidorus, & viderunt iam eruditi. Quod vero ad nomen huius Romani Imperatoris attinet, quum in Romanis eius nummis SACERDOS DEI SOLIS ELAGABALI legatur; esseretque proinde notissimum in urbe & Romano orbe, illud inde ab eodem Principe desumptum idemque Syrus esset, seu Phœnicius, Emisenus nempe, non Græcus, haud fugere proinde id potuerit Græcum scriptorem, qui Romæ utplurimum vixit, & historiam suam ibi concinnauit; nempe Herodianum:

Pag. 170. lin. 14. *post* Suetonio *lychnuchos* & Dioni Λαμπάδας in simili Elephantum ministerio dictos, nihil aliud reuera quam δᾷδας seu *faces* extitisse: *adde.* Obseruat ad hunc locum idem Cl. Saluinus: Latinum *Lychnu-*
„ *chi* nomen non videri pro facibus utque lampadibus promiscue usurpari
„ posse, quod vox ipsa declarat ἀπὸ τῦ ἔχειν τὰς λύχνας facta, diuersam rem es-
„ se Lucretius: *iuuenum simulacra per ædes Lampadas igniferas manibus con-*
„ *tinentia dextris*, λυχνούχους. Nos Italice appellamus *torcieri*: hęc *iuuenum*
„ *simulacra* Lucretii. In Polluce l. 6. c. 18. λύχνοι δὲ καὶ λυχνία fortasse non
„ λυχνία, *lucernulæ*, sed λυχνῖαι, *lucernalia*, h. e. vasa retinendis *lucernis* ap-
„ ta. Nam sequitur: ὅταν δὲ ἐκαλεῖτο λυχνίαι, καὶ λυχνοῦχοι· ὁ μὲν φανὸς φανὸς δὲ
„ λαμπάς, καὶ λαμπὰς, καὶ δᾷδες. Ἀπὸ τῦ φανὸς fecimus nos vocem vernaculam
„ *Fanale*, qui vel unam ingentem lampadem, vel plures faces retinebat, *Pha-*
„ *rusque* nautis dicebatur Statius *trepidis ubi dulcia nautis Lumina noctiuagæ*
„ *tollit Pharus æmula Lunæ.* Hactenus vir eruditissimus, cuius certa equidem & obuia de voce *lychnuchi* notatio: dictum nempe ἀπὸ τῦ ἔχειν τὰς λύχνας, ac unde de ea voce notat ad Suetonium Casabonus, de instrumento dici, cui lucerna aptatur. Sed haud minus quoque illud certum, ac vel ex ipso prolato a me Antiochi Dionysii nummo, cum Elephante facem accensam ferente, & Suetonii, de simili Elephantum facto, dum J. Cæsar Capitolium ad-
In J. Cæsar. cap. 37. scenderet, verbis: *quadraginta Elephantis dextra atque sinistra* LYCHNUCHOS *gestantibus*, & a Dione in narratione huius rei: πολλῶν δὲ ἐλεφάντων λαμπάδας φερόντων, *multis autem Elephantibus lampadas* seu *faces ferentibus*; haud minus, inquam, certum, quod a me ibi continuo dicitur nempe: *Ex quo nummo illud præterea colligas, Suetonio* lychnuchos, & Dioni λαμπάδας IN SIMILI *Elephantum* MINISTERIO *dictos, nihil aliud reuera, quam* δᾷδας seu faces *exstitisse: quas utique*, ut continuo additur, *voces*, λυχνούχους, λαμπάδας, φανὸς, δᾷδας *promiscue veteribus usurpatas, ex Athenæo discas, & Polluce.* Adde Alexidis apud Athenęum adductum a me ibidem locum, ubi λυχνοῦχος de *face* similiter dicitur; & Pollucem quod attinet, eius eam in rem verba, quæ ab ipso viro pręclaro paullo ante sunt adducta.

Pag. 209. lin. 9. *post* ΑΝΔΡΙΩΝ, quod de loco signati nummi accepit
„ Chiffletius *adde.* Non video, inquit eruditissimus Saluinus, cur a Chiffle-
„ tii interpretatione discedatur, qui ΑΝΔΡΙΩΝ exponit *Andriorum*: quum
„ Prętoris Theophili nomen in auersa parte appareat, & in antiqua nomen
„ populi soleat inscribi, ut in subiecta Ἀνδρίων, Πολυκράτης. Cętcrum, ut ab
„ eodem viro pręstante additur, idem symbolum cur non pluribus etiam

„ popu-

„ populis commune eſſe poſſit? Verum non adhærendum Chiffletio in explicatione illius nummi, nt ibi iam olim monueram, vel inde liquere poterat, quod non ſolum eadem utriuſque illius in eo partis ſymbola, & cum eodem Prętoris ſitu, ad *Apolloniam*, vel *Dyrrachium*, ut ex obuiis etiamnum & magno quidem numero earundem urbium nummis, & cum iiſdem illis ſymbolis conſtat, omnino adtinerent; ſed quod inſuper, ut id alibi in nouiſſimo hoc opere notamus, ſolemni Coloniarum more, hęc ab earum Metropoli, *Corcyra* nempe, eſſent eædem urbes mutuatæ. Quod vero de *Andro* Inſula, ſignatiſque eius nummis, quos videre hactenus licuit, & cum aliis omnino typis, adfirmare neutiquam licet. Mitto, quod non in antica ſemper nummorum parte nomina urbium ſoleant inſcribi, Prætorum autem in auerſa; ut id veterum nummorum conſpectus abunde ante oculos ponit. Accedit denique, & quod iam antea in ſuperiore editione huius operis monueram, quod exſtaret ſignatus apud Goltzium inter *Apolloniæ* in Epiro nummos, idem ille quem ad *Andrios*, ob adſcriptum Prętoris nomen ΑΝΔΡΙΩΝ in anteriore eius parte, referebat Chiffletius, ut e ſequenti adhuc eius ſchemate fiet manifeſtum. Pag. 570. 571. Goltz Græc. Tab. Secund.



Pag. 213. lin. 8. *poſt* nummus alicubi a Goltzio deſcriptus ΑΒΩΝΟ-„ ΤΕΙΧΙΤΩΝ ΓΑΑΤΚΩΝ *adde* Vere obſeruat idem Cl. Saluinus a Lu-„ ciano Alexandri illius plani draconem Γλύκωνα appellari, non Γλάυκωνα, ut in nummo Goltziano. Id vero non ſolum alibi poſtea fuit a me monitum, nempe in meis ad Callimachum Obſeruationibus, adducto etiam inſigni e Regia Gallorum Giza nummo, inſcripto ΑΒΩΝΟΤΕΙΧΙΤΩΝ ΓΑΤΚΩΝ, non ΓΑΑΤΚΩΝ, ſed in alio inſuper, qui mox adducetur nummo, eoque iam antea a diligentiſſimo Sponio diuulgato, ΙΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΓΑΤΚΩΝ, pro aſſumpta ab eadem urbe *Abonoteicho*, ſeu *Aboni Caſtro*, illa *Jonopoleos*, ut ex eodem Luciano diſcimus, appellatione. Adeo ut e luculentis adeo & authenticis teſtibus, haud dubitare utique liceat, quin vera nominis illius plani ſcriptura fuerit ΓΑΤΚΩΝ, non, ut apud Goltzium, ΓΑΑΤΚΩΝ· etſi eidem viro eximio, ut ibi ab eo additur, Γλάυκων melius conuenire videbatur dra-„ coni cœruleo, quam Γλύκων, ac prius illud coniiciat, inde poſtea in Γλύ-„ κων mutatum, quod oraculi verſus, *Εἰμὶ Γλάυκων, τέρτην αἶμα Διὸς φάος ἀν-θρώποισι* (quod nempe in huius hiſtrioniæ narratione apud Lucianum legitur) ob diphtongum: in tertia ſyllaba peccaret. Quamquam addit conti-„ nuo vir pręclarus: quod hi verſus, Oraculorum forte dæmoniaca quadam „ licentia, non ita ad poëtarum homuncionum normam exacti. Quibus autem addere hic mihi liceat, occurrere nomen ΓΑΑΤΚΩΝ, non ΓΑΤΚΩΝ in præclaro *Epheſiorum* numino, qui exhibet Triumuirorum capita, Octauii Cæſaris, Antonii, ac Lepidi, in anteriore nummi area, eſtque a præſtantiſſimo Morello vulgatus: & inde quoque a me tum adductus, cum inſcriptione: Pag. 396. Specim. Tab. XXIV.

Epiſt. 11. ad Mouel. pag. 106.

ne: ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ ΓΡΑΜ. ΓΛΑΥΚΩΝ ΕΥΘΥΚΡΑΤ, in medio ΕΦΕ *Sacerdos Maximus Scriba Glaucon Euthycratis Epheſiorum.*

Pag. 248. lin. 8. a fine *pro* Vidi tamen, ſed quod me iam fugit, a quo id factum. *dele & lege.* Hanc vero meam de ea ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ voce in Mediceo Chiorum nummo ſententiam, improbatam forte animaduerti ab eo, qui Græcarum Antiquitatum volumina congeſſit haud ita pridem ac diuulgauit. Cui minus tamen ea in re tribuerem; quod inſita ſit eidem mea, (an omnis ordinis eruditorum dicam?) iure an iniuria, ut vel ex aliquot huius operis locis conſtare cuiuis poterit, carpendi & ſuggillandi lubido. Sed quod diſſimulare hic non licet, vidi poſtea idem quoque de illo Chiorum nummo exiſtimare, uti ille ſuis ad me litteris retulit, virum ab inſigni litterarum Orientalium peritia, nec a vulgari veterum nummorum uſu & tractatione aliquoties in hoc opere laudatum, ſingulari præterea comitate ac modeſtia, Antonium Galland; qui e pluribus Chiorum numinis, qui exſtant in præclaris illuſtris Foucault Mæcenatis ſui cimeliis, cum variis Prætorum nominibus, eodem modo adſcriptis, ΑΠΕΛΛΗΣ ΧΙΟΣ, ΙΚΕΣΙΟΣ ΧΙΟΣ, ΦΟΙΝΙΞ ΧΙΟΣ, ac ſimilibus, cenſet vocibus illis ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ ΧΙΟΣ, proprium itidem Prætoris ſeu Rectoris illius urbis nomen in eo quoque nummo deſignari. Unde ne me quiſpiam præiudicatæ ſemel ſententiæ nimium tenacem, ac præuicacis forte ingenii arguat, id totum ac lubenter eruditi lectoris arbitrio relinquo; ut nempe alterutram de hac voce Στεφανήφορος in eo Chiorum nummo opiuionem, quam is certiorem iudicabit, amplectatur. Me quidem, etſi haud ignorarem adſcripta vulgo in Chiorum nummis id genus patria Prætorum, ſeu loci Rectorum, qualia modo ſunt adducta, eaque obuia in iis nomina, ut aliter tamen hanc vocem Στεφανήφορος in Mediceo nummo, ac inſtar dicti eo nomine peculiaris ſacrorum ſeu Ludorum in Græcanicis urbibus Antiſtitis, de *Stephanophoro* urbe Chio explicandam crederem, impulerant, dictæ ſimiliter paſſim, quod contritum, in Græcorum nummis, urbes ΝΕΩΚΟΡΟΙ, ſeu *Æditui*; ac tum στεφανήφορος ἀρχὴ, de ſimili dignitate apud [a] Æſchinem, [b] Athenæum, ac [c] Philoſtratum; aut στεφανηφόρον ὕδωρ, de Alpheo fluuio; ac στεφανήφορος λίκνη, in Græcis Epigrammatibus: adde, quod vix alibi illud proprium apud Græcos Στεφανήφορος nomen me legiſſe memineram. Verum, quum nihil obſtet, ut ad exemplum *Oneſiphori*, quod cum alibi, tum occurrit in Cyzicenorum nummis, *Stephanophori* quoque nomen formatum ſit; in eam ferme ſententiam libentius nunc propendeo, ut de proprio Magiſtratus apud Chios nomine intelligi quoque debeat ſignatus in eorum nummo, & aliorum id genus Prætorum inſtar, ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΣ.

[a] In Timarch. pag. 173.
[b] Lib. x. pag. 532.
[c] Vit. Soph. lib. ii. pag. 608
[d] Anth. lib. i. cap. lxxii. Ep. 3.
[e] Ibid. lib. iv. cap. iv. Ep. 2.

Pag. 315. lin. 16. *poſt* & Silphii Cyrenæorum, & *Loti* Ægyptiorum exemplo modo videbamus: *adde* Erudita eſt ad hæc verba, & quæ præteriri „ hic non debet, laudati paullo ante doctiſſimi Saluini adnotatio: Nempe „ hiſce & reliquis adiiciendas cepas Aſcalonias, de quibus Stephanus in Aſ„ calon, & Plinius, ubi genera ceparum recenſet; a nobis vulgo *Scalogni*: „ quæ meo indicio viſuntur in nummis Aſcalonitarum, bullus, germinans „ foliis anguſtiſſimis, qui cepæ genus Aſcalonium repræſentat, non roſtra „ nauis, aut acroſtolium, ut Eminent. Noriſius & Vaillantius interpretan„ tur. Figura autem turrita non Semiramis, ſed Aſcalon ipſa eſt. Quæ de *Cepis Aſcaloniis*, earumque apud Plinium ac Stephanum commemoratione,

ne, tangit vir eruditiſſimus, cum certa ſunt omnino & erudite obſeruata; tum aliorum inſuper veterum Auctorum, Theophraſti, Strabonis, Athenæi, ac Heſychii inſuper, apud quem urbs prope Aſcalonem Κεραμεῶν appellata legitur, & quæ viderunt iam ad Stephanum viri docti, teſtimoniis confirmantur; unde de copioſo *ceparum* apud *Aſcalonem*, ac in vicino ei tractu, prouentu ac celebritate licet omnino ſtatuere. Adeo ut haud follicitari debere Ασκαλωνῖτι κρόμμυα apud Stephanum, eorumque loco, Ασκαλωνῖτι κεφάλαι, cum Salmaſio e codicibus Palatinis, aut etiam e Peruſino MSS reponenda, ſat inde liqueat. An vero non *acroſtolium*, aut *roſtra nauis*, quod viſum hactenus præſtantibus Antiquariis & doctiſſimo Purpurato, ſed, iuxta præſtantiſſimum Saluinum, *Cepæ* illæ *Aſcalonitæ* ſignentur in urbis illius nummis, e ſequenti trium ex us conſpectu Lectori liquidius conſtabit.

Berckel ad Stephan. in Ασκάλων, & Holſtin. in Not. pag. 52.



Quod vero turritam in iiſdem nummis figuram, ipſius urbis Aſcalonis *Genium*, non vero *Semiramin*, ut vulgo Antiquarii, & qui nuper Græcas Antiquitates protulit ſtatuat vir eruditiſſimus, id me omnino ei ſuffragante fieri, lubens utique hic profiteor. Neque id deſtruere ſed firmare potius adiacentem eidem figuræ Columbam reputabit, qui magna Columbarum multitudine abundaſſe Aſcalonem, immo omnia ferme urbis loca occupaſſe tradentem Philonem Byblium, ut viderunt iam alii; aut cæteroquin ſacram Veneri Uraniæ urbem, cui Columbæ vulgo fuerint ſacræ, eandem exſtitiſſe, e Pauſaniæ non ſolum, ſed e longe vetuſtioris Herodoti teſtimonio haud ignorat.

vid. Euſeb. Præp Euang. lib. VIII. cap. 15. Lib. I. pag. 14. Lib. I. cap. 105.

Pag. 478. lin. 3. *lege* ΦΙΛΟΠΑΤ. Κ. *Archelai Philopatridos.*

Pag. 480. lin. 18. *poſt* & quorum teſtium fides cur non &c. haud equidem video *Adde*. Immo quibus luculentis teſtibus accedit inſuper haud utique ſpernendus, Plutarchus nempe, a quo in Demetrio, eiuſdem primi illius Mithridatis, qui Antigonum fugiens in Cappadociam ſe contulerit, ac inde in Pontum, ubi ampla & præclara regione ſit potitus, & quod addit: καὶ τὸ τῶν Ποντικῶν βασιλέων γένος ΟΓΔΟΗ πως ΔΙΑΔΟΧΗ παντάπασιν ὑπὸ Ρωμαίων ἐκλιπὲς παρέσχε. *Regumque Ponti ſtirpem* OCTAVA *circiter* SUCCESSIONE *a Romanis deletam protulit.* Unde de fide Appiani, qui Mithridatem Eupatora, eum nempe a Romanis debellatum, octauum a primo Mithridate Antigoni familiari ſtatuit, minus dubitandum videtur; uti cæteroquin factum a doctiſſimo Reineſio in ſua de Ponticis Regibus ad eruditiſſimum Rupertum Epiſtola: niſi octauum illum e ſtirpe primi Regis Mithridatis, a Plutarcho deſignatum arbitrari liceat, non ipſum quidem Mithridatem Eupatora, ſed filium eius Pharnacem.

Pag. 890. To. I

In Adam Rupert. Obſeru. ad Flor. lib. III. cap. 5. p. 480.

Pag. 540. lin. 8. poſt manifeſte *ſocer*, non vero *gener* Jugurthæ dicitur Bocchus *Adde*. Neque enim in poſtremis Plutarchi ea de re verbis locum habere

habere poteſt, quod γαμβρὸς interdum, non de *genero*, ſed de *ſocero* ſit olim dictus, idque non ſolum apud veteres Tragicos, uti ad Homerum notat Euſtathius; ſed etiam, ut obſeruo, apud LXX Interpretes; duobus Exodi locis, idque haud in Romana ſolum editione, ſed in Alexandrino etiam codice: nempe de Moſis ſocero, Ἰοθὲρ τῷ γαμβρῷ αὐτῦ, & alibi, Ἰοθὲρ ὁ γαμβρὸς, *Jother ſocer eius*; ac de eodem apud Joſephum ſimiliter: Μωσῆος γὰρ ἦν γαμβρός, *Moſis erat enim ſocer.* Nam alibi apud Plutarchum Jugurthæ πενθερὸν *ſocerum* dictum vidimus Bocchum: ut in adductis poſtremis eius verbis, conſueta vocis illius ſignificatione, γαμβρὸν, ſeu *generum* Jugurtham ab eo appellari, cenſeri omnino debeat. Γαμβρὸν alioquin noui pro *ſponſo*, apud [a] Æſchylum, ut etiam apud Pindarum, iuxta veteres eius Criticos, dici. Plutarcho vero accedit etiam Florus, &c.

Ad Iliad. E. pag 572.

Exod. cap. III. v. 1

Iud. cap. 5. v. 25.

Antiq Lib. V. cap. 2.

a Agam. v. 717. b Olymp. Od. VII. v. 5.

Pag. 491. lin. 15. a fine *poſt* viris præſtantibus mentio: *adde.* Ne illud quoque hic pręteream, ab eodem e laudatis modo duobus Antiquariis, Cl. Vaillant, inter Græcos Cæſarum nummos relatum poſtea unum ſub Auguſto, cum Sauromati. Boſporani Regis capite & inſcriptione, ſed citra additam in eodem æram, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΑΥΡΟΜΑΤΟΥ. Signatam vero in aliis horum Boſpori Regi nummis Æram quod attinet &c.

Num. Græc. Imp. pag. 12.

Pag. 536. lin. 11. *poſt* Edeſſenorum Reges vulgo ABGARI h. e. *Magni* Arabum lingua vocarentur &c. *Adde*, ut id ſupra iam eſt a me monitum.

Pag. 446.

Pag. 548. lin. 20. *poſt* ſat magno adhuc numero ſuperſtites nummi *Adde.* Quo etiam reſpicere huius Hieronis cum bigis & quadrigis nummos, monuit in Notis ad Numiſmata Epheſina, antiquorum id genus cimeliorum peritus interpres P. Bellorius.

Pag. 604. lin. 21. a fine *poſt* eoſque inſuper deſcribere ac delineare contigit. *Adde.* Quamquam, quod diſſimulare hic non licet, nouiſſimis ad me litteris pridie Eid. Januarias huius anni DCCVI Verſaliæ datis, ſignificarit, ea de re a me conſultus, clariſſimus humaniſſimuſque Regiæ illius Gazæ cuſtos Oudinetus, in delineato ab eximio Morello illo, de quo agitur, nummo, litteras EMI, quæ *Emiſam* proinde non *Edeſſam* deſignant, adſcriptas. Adeo ut ob minus conſpicuas tres illas in eodem nummo litteras; conſtanti eruditorum urbis Antiquariorum (quorum etiam fide, etſi haud diſſimulata, in qua illud incurrebat difficultate idem nummi ectypum ad Juliani Cæſares olim protuleram) de iis ſententiæ acceſſiſſe poſtea ſtatuendus ſit idem eximius Morellus. Neque tamen tanti ſunt hæc eidem præſtantiſſimo Oudineto viſa; quin *inuictis* meis, ut is eadem vocat, argumentis adductus, explicationi meæ de *Edeſſa* nempe, non *Emeſa* in illo nummo ſignata, iiſdem & ſequentibus adhuc litteris ſe omnino adſentiri ultro ſit profeſſus.

Pag. 668. lin. 13. a fine *poſt* ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΠΕΡΓΑΙΑΣ *Adde* ΑΣΥΛΟΥ. Qualem utique nummum Regiæ Gallorum Gazæ, cum Sabiniæ Tranquillinæ Gordiani III. coniugis effigie, in anteriori nummi area; illinc cum Dianæ ſuccinctæ, dextra ſpiculum inuerſum, ſiniſtra Arcum tenentis, ut eum quoque vere deſcribit celebris Antiquarius, effigie, ac inſcriptione, ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΠΕΡΓΑΙΑΣ ΑΣΥΛΟΥ, *Dianæ Pergææ Inuiolabilis*, poſt ſuperiora iam typis impreſſa, ab admirabilis illius Regiæ Gazæ cuſtode Cl. Oudineto ad me tranſmiſſum, hic opportune adhuc diuulgandum duximus.

Vaillant Num. Græc. Imper. pag. 159.



Pag. 671. lin 4. *poſt. Sed eos inde expellere: adde.* Immo prout alibi ab eodem Tragico dici videas:

Ἅπασι κοινὸν φῶμα δαιμόνων ἕδος.

Omnibus commune perfugium Ara Deorum. Neque vero id minus conſtat &c.

Pag. 672. lin. 8. *poſt aſylum & ſecuritatem aduerſus creditores præſtare* docet: *adde.* Neque vero quod de eodem huius Epheſiæ Ædis Aſylo tradit Achilles Tatius, hic eſt prætereundum; ad eam nempe Ædem accedere licuiſſe, viris, virginibus, non vero antiquitus, *& quidem ſub capitis pœna, uxoribus liberis, præterquam* SERVÆ CUIPIAM, *quæ de domini violentia conquerebatur,* ſeu ut ipſa illius Auctoris verba hic adponam: τὸ δὴ παλαιὸν ἄδεια τῷ ἢν γυναιξὶν ἐλευθέρας ὅτῳ ὁ νεὼς, ἀνδράσι δὲ ἐπιτηδείοις ἢ παρθένοις· εἰ δέ τις ἔξω παρῆλθεν γυνὴ, θάνατος ἦν ἡ δίκη, εἰ μὴ ΔΟΥΛΗ ΤΙΣ σωφρονοῦσα τῷ δεσπότῃ. Meretrices etiam ab eo templo excluſas docebit Artemidorus. Lib. VII. pag. 451. Lib. IV. cap. V. pag. 206.

Pag. eadem lin. 7. a fine *poſt* nefas fuiſſe tangere, ſeu abſtrahere tradat Herodotus. *Adde* Immo prout olim peculiari Dei lege, Hebræis præſcriptum a Moſe traditur: NON TRADES SERVUM *Domino ſuo, qui* AD TE CONFUGERIT. *Habitabit tecum in loco, quo ei placuerit, & in una urbium tuarum requieſcet: ne contriſtes eum.* Quod autem non de Hebræorum, ſed de gentium ſeu peregrinorum ſeruis interpretantur, ut viderunt iam eruditi interpretes, Chaldæi Paraphraſtæ; & ad quem præterea locum, adducta hic a me Herodoti verba, de ſeruorum, qui ad Canobicum Herculis Templum confugerant, Aſylo, adnotaſſe video doctiſſimum J. Clericum. Deuter. XXIII. 15.

Pag. 677. lin. 7. *poſt* Ἐλεύθεραι autem nullum omnino penderent vectigal: *adde.* Id quidem a veteri poëta, huic poſtremæ de hac voce ἐλευθέρας, quaſi *immunitatem a tributis* denotaret, ſententiæ, patrocinari videtur, quod a veteri poëta dictum apud Stobæum videas:

Τί ἔν θάδε δρῶσιν αἱ πόλεις
ΕΛΕΥΘΕΡΙΑ ἀρίκτοις θύουσαί ποτε,
Ὅτι ΤΩΝ ΦΟΡΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΑΙ ἐγένοντο χθών.

Pag. 43. ed. H. Gor.

τῷ πάνυ interprete: *Quid inibi ciuitates nunc agunt? Venerunt* LIBERTATI *factura ſacra. Quoniam* TRIBUTIS LIBERATÆ *ſunt modo.* Verum haud eo minus id a me &c.

Ibidem lin. 16. a fine *poſt a decimis & vectigalibus adde.* Id vero de *Autonomia,* & quod agnoſcit, ut diximus, celebris Antiquarius, haud minus certum; nempe diuerſum itidem illud fuiſſe a iure *Immunitatis* beneficium. Unde *Autonomiam* quidem &c.

Pag. 692. lin. 8. *poſt* ſunt conſignata. *Adde.* Ad Liberas enim ac Αὐτονόμους, & quidem Proconſularis potiſſimum Aſiæ, urbes ſpectare magnam eorum

rum nummorum partem, in quibus traduntur ea domeſtica apud illas Magiſtratuum nomina, dubitare haud equidem licet.

Pag. 694. lin. 15. a fine *poſt* veteres nummos conſulunt vel adtrectant. *Adde.* Quamquam interdum etiam, ſed rarius, litteris initialibus ΑΡΧ, Ἀρχιερεὺς deſignari videatur, uti in aliquot *Epheſiorum* nummis in Auguſto; quum in aliis cæteroquin eiuſdem urbis, & ſub eodem Cæſare cum integro nomine, uti videre eſt apud celebrem Antiquarium, ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ legatur. Neque enim vulgo *Archontis*, aut *Strategi* etiam alicuius nomen vel munus deſignari cernimus in Cæſarianis *Epheſiorum* nummis, uti paſſim in aliis Proconſularis Aſiæ urbibus; nullum certe profert, ubi ille ſignatos in Græcis id genus nummis *Archontas* vel *Strategos* memorat, celebris Antiquarius. Occurrunt quidem, & de quibus mox dicetur, *Epheſiorum* cuſi ſub Cæſaribus nummi, in quibus eorum loco, ΑΡΧΙΕΡΕΙΣ & ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ, *Sacerdotes Maximi*, & *Scribæ*, ut de hiſce paullo poſt dicetur, ſunt inſcripti.

J. Vaillant Num. Græc. Imper. pag. 3. 4.

J. Vaillant. Ibid. pag 310. 31.

F I N I S.



INDEX

INDEX
AUCTORUM

Qui in his Diſſertationibus illuſtrantur, explicantur, aut emendantur.

Aben Ezra. 400
Abul Pharagius. 388, 535, 608
Achilles Tatius illuſtr. 172, 173, 288, 337, 341, 366, 725. *emend.* 126
Acta Conciliorum. 120, 587, 591, 600, 629
Acta Concilii Calchedonenſis. 213, 598, 599, 659
Acta Concilii II. Conſtantinopolitani. 599
Acta Concilii Nicæni. 268
Acta Paſſionis S. Cæciliæ. 286
Acta Timothei Martyris apud Photium. 168
Ælianus de Animalibus. 166, *ill.* 168, 169, 171, 177, 190, 195, 253, 263, 278, 289, *ill.* 168, 205, 212, 219, 221, 223, 227, 244, 483
Æliani Tactica. 183
Ælianus Varia Hiſtoria. 495, 117, 394, 434, 458, 468, 483, 546
Æſchines. 395, 444, 722
Æſchylus. 83, 166, 221, 222, 255, 262, 277, 392, 419, 422, 457, 466, 538, 577, 620, 661, 680, 681, 696, 715, 716, *ill.* 6, 166, 168, 169, 171, 260, 261, 657, 670, 672, 678, 724, *ill. & expl.* 187, 188, 270, 271, 272, *em.* 255
Æthicus. 395
Africani belli Scriptor. 183
Jul. Africanus. 273. *Tactica.* 181
Achmetharchides apud Photium. 170, 205, 240, 242, 243, 244, *expl.* 340
Agathias. 464, 468, 477, 606
Alciphron ill. 316, 319
Ambroſius. 285
Ammianus Marcellinus. 30, 126, 153, 154, 156, 159, 172, 173, 174, 175, 183, 186, 220, 223, 241, 242, 307, 320, 414, 415, 454, 461, 463, 465, 467, 481, 489, 491, 531, 568, 576, 578, 584, 590, 592, 600, 601, 603, 606, 635, 652. *ill.* 458, 496, *em.* 490, *caſtig.* 413
Anacreon. 225, 304. *ill.* 451, 455, 656
Anaſtaſius. 456
Andocides. 278, 706, 715
Anonymi Excerpta de Conſtantino. 461
Anonymus Geographus. 356
Anonymi Oratio in laudem Conſtantini. 429
Anthologia Græcorum Epigrammata. 166, 208, 229, 255, 273, 274, 279, 298, 431, 433, 566, 611, 624, 628, 653, 666, 722, *em.* 628
Antiphon Orator. 133, 715
Apollodorus. 250, 256, 265, 318, 327, 333, 562
Apollonii Dyſcoli inedita. 116, 120, 122, 250
Apollonius Rhodius. 251, 254, 257, 260, 261, 271, 382, 387, 506, 622, 716
Appianus. 142, 180, 181, 182, 186, 380, 403, 406, 410, 411, 412, 413, 415, 419, *ill.* 398, 426, 430, 434, 441, 442, 444, 464, 467, 469, 476, 479, 480, 481, 482, 483, 485, 486, 510, 511, 513, 516, 595, 608, 658, 678, 679, *em.* 535
Apuleius. 17, 125, 149, 305, 306, 329, 439
Aquila V. T. Græcus Interpres. 254
Aratus. 166
Arcadius Grammaticus inedituſ. 117
Ariſtænetus. 417
Ariſtides. 145, 230, 276, 278, 281, 321, 325, 326, 413, 417, 447, 468, 487, 506, 507, 510, 526, 568, 610, 611, 612, 615, 619, 623, 634, 636, 638, 644, 646, 647, 649, 685, 693, 708, *ill.* 566, 567, 581, 640, 643, 648, 656, 709, 713, 717, *em.* 126, 127, 128
Ariſtophanes. 171, 250, 255, 270, 293, 299, 300, 318, 416, 431, 451, 453, 456, 458, 468, 649, 672, *ill.* 167, 431, 700, *Expl.* 573, 623, 715
Ariſtoteles. 90, 93, 153, 155, 156, 171, 173, 174, 184, 195, 200, 205, 209, 229, 230, 232, 233, 234, 235, 236, 243, 244, 293, 294, 323, 341, 367, 687, 695, 696, 714, 716
Arnobius. 155, 164, 215, 217, 313, 316, 318, 389, 390
Arriani Bithynica apud Photium. 516
Arriani Epicteteus. 525
Arriani Expeditio Alex. M. 127, 222, 247, 300, 377, 413, 415, 470, 489, 495, 538, 600, *em.* 494, 496
Arriani Geſta poſt Alexand. apud Photium. 377
Arriani Periplus Maris Rubri. 369, 370
Arriani Tactica. 538
Artemidorus. 30, 162, 306, 336, 349, 302, 725
Aſtrampſychi Oneirocritica. 172
Athanaſius. 178, 296, 605
Athenæus. 4, 9, 24, 28, 99, 116, 135, 166, 168, 170, 193, 227, 230, 231, 232, 234, 247, 248, 252, 262, 267, 283, 300, 304, 320, 323, 328, 329, 330, 332, 333, 334, 349, 356, 357, 366, 367, 388, 389, 392, 394, 402, 409, 424, 425 427, 433, 434, 437, 438, 443, 445, 455, 519, 528, 560, 575, 598, 618, 635, 636, 693, 720, 722, 723, *ill.* 170, 228, 299, 309, 342, 356, 392
Auctor belli Alexandrini. 487, 540, 589
Auctor libri Aruch. 358
Auctor Quæſtionum ad Antiochum. 337
Auctor Vitæ Homeri. 309
Auguſtinus. 119
Auſonius. 276
Aurelius Victor. 185, 463, 537, 565, *em.* 535
Auſonius. 28, 102, 141, 252, 273, 371, 373, 393, 394, *ill.* 404, 406
Bacchylides 548, 550
Balſamon. 427
Bartenoras in Miſchnam. 300
Baſilius. 600, 659

INDEX AUCTORUM.

Beda. 92
Boethius. 256
J. Cæsar. 197. 198, 423, 425, 429, 444, 445, 476, 540, 678, 685, 718
Callimachus, 284, 285, 317, 365, 591, 646, 661, 718, *expl.* 299
Calliſtratus. 29, 48
Calpurnius. 157, 197
Canones Eccleſiæ Univerſalis. 117
Capitolinus. 150, 157, 160, 161, 175, 190, 196, 197, 203, 207, 274, 400, 463, 494, 526, *ill.* 106, *em.* 535
Caſſiodorus. 20, 24, 26, 27, 29, 141, 474
Catullus. 167, 179, 262, 274, 281, 284, 293, 577, 621, *ill.* 293, 657
Chaldæus V. T. Paraphraſtes. 400, 401
Chronicon Marmorum Oxonienſe. 89, 119
Chryſoſtomus. 49, 208, 215, 229, 357, 383, 427, 460, 536, 584, 660, 703, *ill.* 139
Cicero. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 23, 24, 27, 28, 29, 47, 49, 56, 52, 56, 58, 59, 84, 86, 139, 140, 143, 150, 159, 163, 267, 279, 320, 418, 424, 437, 445, 448, 467, 474, 519, 564, 565, 610, 611, 614, 615, 617, 626, 629, 631, 647, 658, 673, 676, 679, 680, 684, 685, 687, *ill.* 193, 200, 476, 478, 564, 671, 704, *em.* 563
Claudianus. 30, 48, 59, 138, 139, 141, 155, 156, 157, 158, 161, 200, 209, 217, 223, 224, 256, 287, 288, 296, 394, 4264, 32, 460, *ill.* 594
Clemens Alexandrinus. 83, 95, 171, 177, 178, 215, 222, 223, 241, 245, 246, 279, 308, 309, 312, 318, 322, 333, 388, 400, 406, 436, 437, 441, 568, 309, 310, *em.* 435
Clemens Romanus. 285, 286
Codex Juſtinianeus. 9, 30, 223, 455, 576, 584, 593, 594, 606, 637, 652, 669, 672, 686, 688, 710, *em.* 120
Codex Theodoſianus. 160, 223, 455, 525, 584, 637, 652, 669, 672, 686, 687, 688, 710
Codinus. 618
Columella. 328
Concilium Africanum. 634
Concilium Arelatenſe. 634
Concilium Illyberitanum. 343
Conon apud Photium. 656
Conſtantinus Porphyrogenneta. 386, 473, 489
Conſtitutiones Apoſtolorum. 427
Cornelius Nepos. 235, 704
Cornelius Severus. 4, 7
Cteſias. 195, 267, 270, 321, *em.* 496
Curtius. 7, 158, 181, 184, 296, 369, 383, 384, 389, 426, 457, 461, 469, 498, 517, 568, 569, 577, 578, *ill.* 470, 714
Cyprianus. 177, 402, 575, 580, 582
Cyrillus Alexandrinus. 4, 255, 716
Cyrillus Hieroſolymitanus. 285
Damaſcius apud Photium. 268
Democritus in Geopinicis. 300
Demoſthenes. 91, 133, 249, 418, 467, 468, 654, 673, 703, 704, 705, 714, 715
Dexippus in Græcis Euſebianis Scaligeri, 371, 375, 377, 378, 379, 384
Dicæarchus. 569, 605
Didymus in Geopinicis. 184, 186, 361
Digeſta Juris Civilis. 8, 9, 29, 46, 105, 109, 380, 567, 583, 601, 608, 609, 611, 614, 637, 638, 659, 672, 676, 681, 693, 694, 710, *ill. & expl.* 694, 695
Dio Caſſius. 4, 5, 27, 134, 135, 137, 142, 150, 169, 170, 173, 175, 177, 180, 181, 190, 245, 287, 428, 438, 453, 455, 459, 460, 461, 463, 464, 467, 469, 476, 478, 487, 499, 502, 536, 537, 540, 541, 542, 551, 590, 591, 601, 605, 606, 644, 678, 679, 720, *ill.* 314, 488, 606, *em.* 125, 126, 127, 342, 535, 716
Dio Chryſoſtomus. 5, 8, 27, 46, 94, 134, 145, 167, 170, 194, 215, 226, 227, 228, 276, 277, 289, 365, 412, 418, 426, 437, 446, 451, 464, 524, 526, 538, 566, 589, 591, 615, 617, 634, 636, 637, 680, 703, *ill.* 634, 654, 689
Diodorus. 4, 24, 83, 84, 88, 115, 162, 172, 174, 184, 186, 200, 240, 242, 243, 244, 245, 263, 284, 285, 296, 299, 304, 319, 328, 371, 374, 375, 377, 378, 379, 380, 384, 385, 386, 388, 416, 419, 421, 425, 426, 443, 444, 468, 470, 471, 472, 474, 475, 479, 480, 481, 485, 489, 495, 498, 512, 517, 519, 525, 546, 552, 554, 555, 565, 591, 598, 626, 636, 645, 670, 679, 680, 688, 701, 714, 702. *em.* 125
Diogenes Laertius. 524
Diomedes Grammaticus. 411
Dionyſius Halicarnaſſenſis. 18, 44, 145, 171, 217, 257, 269, 363, 444, 545, 572, 568, 514, *ill.* 572
Dionyſius Periegetes. 296, 320, 326, 339, 389, 564, 624
Dionyſius Torax. 276
Dioſcorides. 293, 294, 300, 301, 302, 316, 318, 321, 326, 328, 344, 348, 349, 355, 357, 358, 359, 363
S. Empiricus. 83, 117, 671
Epherus. 84, 85
Epigrammata Græca inedita. 341, 563, 660
Epiphanius. 285, 392, 435, 436
Eratoſthenis Καταστερισμοί. 281
Etymologicum Magnum. 436, *em. Ibidem.*
Eugrius. 618, 682
Eunapius. 268, 426, 427, 632
Euripides. 101, 103, 204, 225, 237, 248, 251, 255, 260, 263, 264, 267, 269, 284, 295, 392, 416, 455, 548, 568, 573, 577, 622, 670, 671, 675 703, 716, 717, 725, *ill.* 133, 124, 673, *expl.* 623
Euſebii Chronicon. 17, 18, 19, 20, 62, 63, 83, 84, 86, 371, 373, 374, 375, 377, 378, 379, 380, 384, 386, 408, 411, 415, 416, 417, 419, 427, 434, 435, 440, 473, 477, 502, 516, 532, 533, 587, 649, 682
Euſebii Hiſtoria Eccleſiaſtica & Vit. Conſtantini. 27, 30, 126, 535, 576, 584, 595, 601, 605, 621, 637, 653, 660, 681, 703, 716
Euſebii Præparatio Evangelica. 222, 263, 287, 288, 723
Euſebius de nominibus locorum Heb. 351, 352, 353
Euſebiana Græce Syncelli vel Scaligeri. 386, 408, 413, 427, 435, 436, 533, 586, 629, 681
Euſtathius ad Dionyſium Perieget. 320, 339, 477, 490, 540, 590
Euſtathius in Homerum. 230, 243, 251, 320, 321, 339, 394, 395, 430, 497, 505, 506, 518, 575, 623, 724

INDEX AUCTORUM.

Eutropius. 477, 490, 540, 590
Fabius Quintilianus. 29, 120, 121, 124, 130, 151, 155, 160, 161, 165
Florus. 181, 465, 540, 576, 577, 584, 724
Fulgentii Mythologica. 251
Galenus. 45, 46, 47, 117, 219, 223, 224, 243, 244, 247, 278, 292, 306, 312, 316, 320, 328, 329, 342, 344, 346, 348, 363, 387, 647, *expl.* 243, *ill.* 309, 322, 341
Ganſii Zemach. 633
A. Gellius. 4, 238
Georgius Syncellus. 371, 403, 404, 419, 430, 440, 460, 515, 516
Germanici Cæſaris Aratea. 228
Gloſſæ antiquæ. 127, 204
Gregorius Nazianzenus. 269, 290, 464, 468, 471, 597, 598, 681, *em.* 563
Gregorius Nyſſenus 599, 600
Guntherus. 205
Harpocration. 84, 714
Heliodorus. 183, 302, 304, 416, 497, *em.* 126.
Helladius apud Photium. *em.* 332
Heraclides. 227, 235, 236, 319
Heraclides aut Heraclitus, περὶ Ἀπίστων 252, 260, 267, 278
Heraclitus Ponticus. 268
Hero περ. Αυτοματοπ. 205
Herodianus. 30, 438, 446, 451, 456, 463, 465, 525, 577, 595, 719. *em.* 129
Herodotus. 4, 17, 18, 19, 47, 83, 88, 93, 94, 109, 127, 171, 172, 177, 188, 201, 204, 211, 245, 247, 265, 270, 271, 285, 286, 301, 302, 310, 326, 349, 366, 371, 373, 374, 375, 376, 378, 379, 391, 399, 416, 427, 443, 453, 456, 468, 470, 471, 496, 518, 519, 547, 552, 554, 562, 565, 573, 581, 582, 611, 623, 624, 644, 647, 661, 666, 672, 675, 681, 717, *ill.* 176, 372, *em.* 118, 126, 314
Heſiodus. 250, 260, 264, 266, 330, 396
Heſychius. 91, 116, 178, 204, 244, 250, 266, 272, 276, 293, 296, 316, 319, 322, 323, 335, 391, 456, 471, 538, 716, *expl.* 254, 294, 295, *ill.* 176, 336, 392, 94. *em. & expl.* 118, 126, 187, 252, 342, 346, 347, 374
Heſychius Mileſius. 252
Hierocles Scriptor Rei Veterinariæ. 281, 289
Hieronymus. 62, 63, 64, 72, 73, 78, 155, 186, 195, 278, 296, 333, 343, 351, 357, 381, 391, 400, 401, 440, 452, 473, 598, 611, *expl.* 352, *ill.* 459
Himerius Sophiſta.
Hippocrates. 309, 562, 563, 675
Hippolytus de Antichriſto. 427, 438
Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores. 129, 183
Homerus. 233, 246, 251, 266, 274, 309, 311, 312, 320, 395, 396, 506, 549, 589, 622, 661, 684, *ill.* 505. *em.* 714
Homeri Apotheoſis in veteri Marmore. 96
Horatius. 2, 7, 8, 58, 84, 154, 157, 158, 160, 161, 166, 239, 264, 265, 266, 267, 281, 295, 365, 380, 393, 394, 454, 465, 466, *ill.* 566, 568, 661
Hori Hieroglyphica. 288
Hyginus. 252, 260, 284, 386, 387, 391
Jamblichus. 84, 168, 222, 302, 334, 400, 425, 427, *em.* 126
Inſcriptiones Antiquæ. 91, 100, 101, 102, 105, 107, 124, 134, 138, 147, 182, 263, 313, 340, 417, 418, 422, 424, 425, 426, 431, 490, 564, 568, 574, 577, 578, 597, 641, 643, 649, 679, 683, 687, 688, 693, 694, 701, 703, 705, *expl. & ill.* 649
Inſcriptio Herodis & Kegillæ. 135, 261, 422
Joannes Antiochenus. 428
Joſephus. 3, 4, 54, 83, 119, 172, 212, 222, 424, 230, 345, 348, 351, 352, 354, 358, 359, 369, 378, 380, 403, 408, 410, 414, 415, 416, 419, 420, 423, 429, 433, 440, 441, 443, 444, 445, 446, 451, 454, 456, 463, 467, 468, 478, 521, 522, 524, 526, 530, 531, 532, 536, 584, 587, 591, 592, 610, 615, 637, 662, 664, 670, 671, 677, 682, 685, 691, 724, *ill.* 162, 434, 522, 525, 529, 665, *expl. & em.* 125, 126, 409, 410, *defend.* 524
Iſidorus. 20, 83, 90, 538, *caſtig.* 356
Iſidorus Peluſiota. 387
Iſocrates. 418, 446, 468, *ill.* 581
Julianus Imperator. 47, 120, 183, 252, 268, 283, 313, 318, 334, 416, 417, 418, 447, 606, 607, 653, 660
Julius Firmicus. 238
Juſtiniani Edictum. 597
Juſtinus. 4, 17, 371, 373, 374, 375, 377, 378, 386, 403, 404, 408, 411, 421, 434, 441, 442, 443, 446, 460, 462, 469, 470, 479, 480, 485, 489, 498, 512, 516, 517, 545, 552, 554, 565, 568, 577, *ill.* 408, 430. *em.* 125
Juſtinus Martyr. 154
Juſtus Tiberienſis apud Photium. 531
Juvenalis. 57, 141, 155, 158, 178, 215, 266, 399, 402, 451, 545
Lactantius. 285, 286, 288, 392, 543, 635
Lampridius. 49, 137, 156, 175, 186, 190, 383, 438, 447, 528
Latinus Pacatus. 155, 156,
Leo Africanus. 186, 188, 202, 388
Libanius. 263, 268, 398, 412, 426, 635, 636, 705, 715
Livius. 23, 25, 49, 107, 108, 112, 128, 134, 138, 139, 140, 149, 158, 162, 181, 183, 186, 207, 369, 371, 373, 386, 403, 423, 434, 464, 467, 474, 475, 476, 545, 546, 552, 564, 568, 569, 575, 577, 578, 597, 611, 624, 643, 651, 652, 653, 654, 656, 666, 678, *ill.* 134, 342, 443, 474, 646, 666, 667, 669, 680, 683, 701, 703. *em.* 163, 115
Lucanus. 6, 23, 24, 28, 33, 168, 223, 383, 350, 424, 467, 470, 471, 654. *em.* 126
Lucianus. 4, 45, 57, 58, 116, 117, 178, 181, 187, 212, 213, 214, 215, 216, 223, 224, 229, 242, 251, 253, 321, 341, 415, 416, 417, 423, 430, 434, 435, 451, 455, 457, 463, 470, 471, 479, 480, 511, 512, 513, 538, 709, 721, *ill.* 213, 214, 216, 228, 272, 407, 488, 491, 654, 655. *em.* 243, 512
Lucretius. 151, 157, 160, 161, 256, 279, 307, 720
Lutitius Statii Scholiaſtes. 398
Lycophron. 250, 251, 254, 262, 278, 309, 311, 326, 387, 392, *ill.* 261
Lycurgus Orator. 716
Lyſias. 547
Macchabæorum libri. 11, 15, 75, 76, 183, 403, 408, 426, 434, 439, 440, 441, 443, 451 466, 586, 664, 670
Macrobius. 20, 212, 301, 409, 438, 465,

INDEX AUCTORUM.

Maimonides 279, 290, 292, 300, 320, 354, 357, 358, 528, 529
J. Malela Chronographia. 537, 571, 584, 586, 595, 597, 598, 664, 686
Mamertini Genethliacon Maximini. 157, 161, 428
Manilius. 150, 151, 156, 161, 169, 224, 237, 238, 279, 280, 287, 324, 414, 431, 447, *ill.* 239
Marcellus Empiricus. 615
Marianus Victorinus. 87, 90, 95, 97, 102, 111, 115
Marmora Oxonienſia. 116, 134, 148, 415, 419, 421, 435, 566, 568, 613, 619, 656, 667, 668, 669, 680, 701, *ill.* 656, 717
Martialis. 7, 36, 101, 138, 181, 190, 350, 394, 432, 453, 459, 465, 615, 628, *expl. & ill.* 189
Martianus Capella. 332, 651
Martianus Heracleota. 496, 600
Memnon apud Photium. 289, 424, 430, 464, 479, 480, 485, 495, 498, 513, 515, 516, 580, 678
Menander Protector. 418, 436, 461, 606
Minucius Felix. 543
Miſchna. 337, 332, 354, 355, 357, 531, 533, 650
Moeres ſeu Eumarides Atheiſta inedituſ. 105, 117, 185
Monumentum Adulitanum. 422
Moſchi Idyllia. 255, 315
Moſchus Sidonius. 77
Nemeſianus. 438
Nicander. 174, 205, 223, 298, 311, 328
Nicephorus Bryennius. 119, 466
Nicetas. 402
Nicolaus Damaſcenus. 465
Nonnus. 285
Nonni Dionyſiaca. 279, 394
Notitia Eccleſiarum Antiquæ. 135, 593, 599, 600, 604, 628, 629, 635, 652, 655, 659, *em.* 662
Notitia Imperii. 29, 183, 652
Novellæ Juſtiniani. 117, 213, 415, 465, 584, 594, 600
Novum Teſtamentum. 285, 353, 400, 445, 466, 524, 531, 584, 621, 630, 631, 669, 704, *ill.* 420, 426
Oppianus. 166, 202, 204, 205, 208, 447
Oribazius. 363
Origenes. 212, 228, 266, 285, 288, 391
Orphei Argonautica. 252, 253, 264
Orphica. 169, 251, 309
Ovidius. 26, 28, 29, 30, 51, 54, 55, 107, 149, 153, 155, 157, 161, 162, 170, 217, 225, 229, 230, 251, 260, 274, 319, 366, 387, 388, 426, 428, 432, 465, 471, *ill.* 217
Palæphatus. 241, 250, 260, 265, 268
Patricii Excerpta Legationum. 607
Paulinus. 371, 374
Paulus Venetus. 388
Pauſanias. 4, 16, 25, 27, 53, 91, 116, 126, 133, 168, 197, 209, 212, 218, 226, 228, 229, 253, 265, 270, 275, 276, 289, 313, 315, 328, 335, 358, 359, 371, 373, 390, 391, 399, 415, 416, 417, 419, 424, 430, 463, 508, 518, 519, 547, 548, 549, 550, 552, 554, 560, 561, 564, 565, 566, 567, 570, 573, 620, 627, 646, 656, 668, 670, 671, 676, 702, *expl. & caſtig.* 547, 548, 554, *ill.* 7, *em.* 95, 497, 569
Perſii vetus Scholiaſtes. 26
Petronius. 25, 46
Petrus Chryſologus. 397
Philo. 141, 151, 278, 417, 418, 422, 424, 428, 438, 439, 444, 445, 471, 477, 525, 528, 660, 664, 672, 680, 703, 716, *caſtig.* 470
Philo Byblius. 723
Philoſtorgius. 226, 240, 241, 242, 244, 279, 318, 387, 392, 398, 473, 575
Philoſtratus. 4, 9, 48, 51, 94, 167, 174, 192, 205, 212, 218, 248, 271, 279, 318, 357, 387, 392, 398, 437, 610, 615, 640, 644, 650, 659, 689, 693, 710, 711, 712, 722, *ill. & expl.* 709, *ill.* 713
Philoxenes. 549
Phlegon apud Photium. 246, 278, 425, 606
Photius. 25, 387, *em.* 488
Phrynichus. 329
Pindarus. 108, 166, 169, 204, 226, 264, 265, 267, 274, 279, 280, 282, 283, 319, 321, 387, 419, 466, 497, 547, 548, 549, 550, 552, 570, 572, 577, 661, 724.
Piſidæ Hexaemeron. 175
Plato. 89, 98, 151, 187, 248, 252, 267, 268, 278, 280, 283, 387, 569, 580, 693, 705
Plautus. 8, 198, 242, 444, *expl.* 199
Plinius. 4, 5, 7, 8, 20, 25, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 53, 54, 56, 84, 87, 88, 89, 90, 96, 97, 107, 108, 110, 111, 169, 171, 172, 173, 174, 175, 177, 180, 181, 182, 184, 188, 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201, 202, 203, 204, 205, 206, 208, 209, 211, 215, 217, 221, 224, 225, 226, 127, 225, 231, 234, 235, 236, 240, 241, 243, 245, 256, 263, 267, 268, 270, 278, 285, 286, 287, 288, 292, 293, 294, 296, 300, 309, 311, 312, 315, 316, 319, 320, 321, 322, 328, 329, 332, 333, 337, 341, 343, 344, 348, 351, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 363, 365, 366, 367, 380, 432, 440, 486, 505, 520, 525, 540, 541, 542, 545, 503, 578, 588, 593, 601, 607, 611, 612, 616, 617, 620, 621, 622, 624, 625, 627, 629, 631, 638, 645, 646, 647, 651, 652, 654, 684, 687, 691, 722, *ill.* 312, 314, 325, 329, 335, 336, 343, 344, 351, 355, 357, 678, 680, *caſtig.* 312, 336, 480, *em.* 348, 651, 683
Plinius Junior. 46, 51, 123, 150, 151, 153, 154, 155, 156, 157, 450, 489, 590, 614, 676, 684, *ill.* 490, 678
Plotinus. 465
Plutarchus. 4, 20, 46, 47, 94, 145, 166, 167, 186, 212, 217, 218, 223, 228, 233, 237, 250, 263, 267, 272, 276, 280, 284, 298, 302, 303, 309, 313, 315, 324, 528, 335, 336, 348, 349, 356, 362, 363, 370, 371, 373, 385, 389, 391, 392, 394, 396, 395, 407, 411, 416, 418, 419, 432, 433, 434, 437, 438, 450, 451, 453, 461, 464, 465, 468, 469, 470, 472, 477, 480, 482, 483, 512, 517, 518, 519, 525, 538, 539, 540, 541, 544, 546, 577, 580, 581, 582, 606, 620, 636, 647, 656, 661, 667, 668, 671, 672, 678, 692, 709, *ill.* 227, 342, 704, 723, 724, *em.* 125
Plutarchus Junior. 252
Pollux. 167, 170, 333, 455, 456, 538, 570, 718, 720, *ill.* 554, *expl.* 456, 457, 714, 715, 716, *em.* 9, 266, 454, 455, 458

INDEX AUCTORUM.

Polyænus. 310, 693, *em.* 497
Polybius. 139, 140, 143, 150, 339, 369, 377, 378, 385, 389, 407, 416, 424, 425, 426, 441, 468, 474, 475, 479, 485, 511, 512, 517, 578, 597, 607, 612, 615, 643, 668, 669, 670, 676, 677, 683, 701, *ill.* 474, 673, 677, *em.* 118, 125, 342, 343, 563
Polycarpi Epiſtola. 105
Pomponius Feſtus. *em.* 124, 250
Pomponius Mela. 4, 199, 296, 326, 380, 565, 645, 691. *ill.* 654
Porphyrius. 241, 252, 263, 318, 324, 384, 389, 403, 408, 410, 411, 415, 434, 435, 436, 437, 440, 681
Priſcianus. 111
Priſci Rhetoris Hiſtoria Gothica. 546
Procli Chreſtomathia apud Photium. 243, 323, 697
Procopius. 4, 7, 30, 31, 261, 444, 450, 452, 589, 599, 606, 607, 632
Propertius. 25, 218, 323, 389, 401, 402, 657
Prudentius. *em.* 56
Ptolemæus. 268, 343, 365, 380, 600, 612, 617, 620, 625, 628, 629, *em.* 925, 630
Ptolemæus Hephæſtio apud Photium. 276, 282, 332, 398
Rabanus. 92
Remigii Epiſtola. 153
S. Ruſi Breviarium. 473, 477
Salluſtius 49, 50, 183, 444, 463, 476, 539, 540, 577, 673
Samariticum Pentateuchum. 73
Sanchoniaton. 77
Scholiaſtes Æſchyli. 168, 187, 270, 271, 277
Scholiaſtes Apollonii Rhodii. 251, 271, 332, 387, 417, 495, 622, 656
Scholiaſtes Ariſtophanis. 89, 133, 167, 171, 225, 293, 451, 453, 458, 471, 581, 706, 715
Scholiaſtes Callimachi. 657
Scholiaſtes Euripidis. 86, 92, 215, 246, 269, 416, 422
Scholiaſtes Heſiodi. 250
Scholiaſtes Homeri. 266, 311, 624, 661, 716
Scholiaſtes Homeri inediti. 85, 455
Scholiaſtes Juvenalis. 200
Scholiaſtes Luciani. 187
Scholiaſtes Lycophronis. 251, 282
Scholiaſtes Nicandri. 263, 298, 310, 312, 315
Scholiaſtes Pindari. 215, 275, 319, 320, 547, 548, 549, 550, 552, 570, 581, 661, 716, 724
Scholiaſtes Sophoclis. 259, 716
Scholiaſtes Theocriti. 423, 529
Scholiaſtes Thucydidis. 444, 575, 706, 716
Scribonius Largus. 293
Scylax. 380, 600, 652
Scymnus Chius. 253, 495, 498, 512, 562, 569, 570, 654, 678, 679
Seneca Rhetor. 435
Seneca Philoſophus. 20, 157, 159, 169, 181, 325, 676, 679
Seneca Tragicus. 149, 158, 162, 432, 464, 465, 545. *ill.* 566
Septuaginta V. T. Interpretes. 195, 208, 254, 271, 724
Servius. 108, 141, 142, 162, 167, 183, 218, 221 222, 251, 260, 262, 270, 283, 296, 329, 332, 391, 432, 434, 451. *caſtig.* 599
Sidonius Apollinaris. 218, 459, 465, 615
Silius Italicus. 125, 167, 188, 274, 467, 568, 569
Simplicius ad Epictetum. 222, 466
Socratis Hiſtoria Eccleſiaſtica. 606, 653
Solinus. 184, 197, 200, 209, 242, 271, 562, 568, 651
Sopater in Hermogenem. 671, 673
Sophocles. 166, 204, 205, 244, 255, 259, 263, 280, 282, 430, 547, 549, 667, 681, 715, 716
Sophronius. 611, 612
Sozomeni Hiſtoria Eccleſ. 473, 474, 601, 618
Spartianus. 185, 513, 447, 477, 537, *caſtig.* 556
Statius. 24, 25, 26, 37, 46, 47, 48, 49, 52, 157, 158, 257, 241, 592, 610. *ill.* 314
Stephanus de Urbibus. 95, 108, 116, 177, 178, 225, 241, 250, 253, 257, 266, 279, 294, 310, 311, 312, 319, 320, 322, 367, 380, 413, 473, 495, 505, 514, 593, 602, 622, 628, 630, 684, 722, *ill.* 128, 246, 494, 654, *em.* 126, 176, 213, 219, 310, 563, 714
Stobæus. 222, 725
Strabo. 4, 18, 19, 20, 31, 116, 119, 137, 166, 170, 177, 178, 179, 195, 199, 204, 211, 222 223, 230, 233, 240, 541, 242, 243, 344, 245, 265, 276, 289, 293, 294, 299, 305, 308, 310, 319, 321, 324, 332, 333, 344, 348, 351, 353, 357, 358, 365, 377, 380, 387, 392, 395, 407, 413, 415, 416, 435, 436, 440, 443, 450, 459, 464, 465, 467, 472, 473, 474, 476, 477, 478, 479, 480, 481, 483, 485, 486, 495, 496, 497, 498, 502, 506, 511, 512, 517, 518, 319, 541, 560, 564, 565, 568, 570, 573, 574, 575, 580, 581, 584, 586, 717, 718, 723, *ill.* 382, 574, 576, *expl.* 505, 714, *em.* 178, 338, 358, 563, 630, 666
Strabonis Excerpta. 498, 562, 654
Suetonius. 3, 4, 7, 8, 27, 30, 49, 141, 150, 155, 154, 155, 159, 160, 163, 169, 170, 180, 190, 237, 238, 245, 247, 259, 288, 704, 720
Suidas. 85, 213, 232, 253, 293, 296, 301, 342, 356, 387, 456, 622, *ill.* 210, 356, *caſtig.* 588, *em.* 714
Symmachus. 8, 151, 156, 164, 175, 459
Symmachus Græc. Vet. Teſtam. Interpres. 254
Syneſius. 184, 245, 294, 299
Syrianus in Hermogenem. 718
Syrus Vet. Teſtam. Interpres. 254
Tacitus. 83, 84, 138, 139, 140, 141, 148, 149, 150, 151, 153, 156, 157, 159, 161, 162, 163, 231, 242, 265, 281, 444, 445, 446, 463, 467, 478, 500, 501, 502, 506, 526, 536, 571, 577, 584, 592, 595, 616, 617, 624, 625, 638, 644, 647, 957, 658, 661, 662, 667, 668, 669, 672, 683, 687, 688, 717, *ill.* 575, 665, 668, 671. *em.* 129, 535
Talmudici Doctores. 62, 188, 313, 336, 337, 349, 353, 355, 606
Terentianus. 326
Tertullianus. 7, 9, 20, 24, 199, 177, 190, 195, 205, 606, 285, 321, 322, 389, 390, 409, 438, 465, 471, 571, *ill.* 61
Themiſtius. 117, 139, 175, 454, 455, 477, 954, 696, 708. *ill.* 456
Theocritus. 116, 248, 304, 311, 424, 550, 569, 661
Theodoretus 455, 456, 536, 603, 652, 658, 660, 661, 563
Theodotion Græc. Vet. Teſtam. Interpres. 254
Theophraſtus. 168, 293, 294, 598, 723, *expl.* 187, 292, 302. *ill.* 298, 299, 300, 301

Theophy-

INDEX AUCTORUM.

Theophylactus Simocatta. 244, 245, 417, 425, 429, 447, 463
Thucydides. 96, 115, 116, 118, 245, 277, 371, 372, 373, 375, 476, 378, 379, 392, 444, 454, 502, 554, 565, 569, 570, 573, 577, 580, 581, 582, 623, 667, 669, 670, 671, 676, 703, 705, 717, *expl. & ill.* 248, 249, 373, 374, 716, *em.* 118, 666
Trebellius Pollio. 199, 383, 496, 696
Tregus Pompeius. 460, 485
Tzetzis Chiliades. 83, 85, 293, 514, 562
Tzetzes ad Lycophronem. 252, 253, 254, 249, 311, 387
Valerius Flaccus. 4, 7, 166, 205, 260, *expl.* 454, *ill.* 476
Valerius Maximus. 49, 148, 150, 217, 428, 539, 584, *ill.* 496
Varro. 20, 109
Vegetius. 183, 233
Velleius Longus. 111
Velleius Paterculus. 155, 371, 373, 499, 575, 577, 669
Vetus Teſtamentum. 178, 195, 203, 208, 215, 254, 255, 271, 274, 289, 330, 348, 352, 353, 361, 397, 400, 464, 466, 528, 584, 670, 688, 709, 725
Villor Schotti. 141, 536, 538, *em.* 536
Virgilius. 4, 48, 116, 150, 161, 183, 188, 221, 257, 260, 262, 264, 274, 283, 287, 323, 329, 331, 338, 350, 361, 394, 426, 432, 435, 447, 451, 467, 568, 577, 622, 623, 666, 667, *ill.* 133, 364, 566
Vitruvius. 134, 315, 320, 321, 322, *ill.* 139
Ulpianus in Demoſthenem. 654, 701, 704, 705
Voluſius Maecianus. 8
Vopiſcus. 141, 159, 365, 456, 584, 637
Vulcatius Gallicanus. 158, 159
Xenophon. 183, 265, 278, 283, 348, 349, 357, 372, 450, 451, 456, 457, 458, 466, 471, 487, 517, 575, 582, 605, 623, 654, 675, 671, 680, 681, 687, 693, *ill.* 452
Xiphilinus. 209
Zonaras em. 126
Zoroaſter in Geopanicis. 208

INDEX

INDEX

Regum, & Illuſtrium Græcorum & Barbarorum, Virorum & Feminarum, quorum nummi citantur, aut illuſtrantur.

Littera R. Regem; Reg. Reginam *denotat.* Cond. Conditorem.

ABdera Virgo. Pag. 52, 562
Abderus Cond. Urb. Abderæ. *Ibidem.*
Abgarus R. Edeſſæ. 52, 535, 536
Achæus R. Syriæ. 52
Agathocles R. Sicil. 52, 551, 552
Agrippa Sen. Philoclaudius R. Jud. 42, 523
Agrippa Jun. R. Chalcidos, &c. 52, 531
Aiax Locrus. 52
Aiax Telamonius. 52
Alabandus Cond. Alabandi. 52, 565
Alcæus Poeta Mytilenæus. 53
Alexander Amynt. F. R. Maced. 375, 376
Alexander Bala R. Syr. 439, 440
Alexander R. Epiri. 52
Alexander M R. Maced. 381, 382
Alexander Ptolemæus R. Ægypt. 51
Alexander Zebinas R. Syr. 51, 403, 408
Alexander Caſſandri F. R. Maced. 385
Amaſtris Reg. Ponti. 494
Ambiorix Gallorum Regulus. 557
Amyntas R. Maced. VI. 17, 18, 51, 377
Amyntas alius R. Maced. 379
Amyntas Auus Alex. M. R. Maced. 371, 379
Anacreon Poeta Teius. 53
Anaxilaus R. Meſſeniorum. 52, 553, 554
Antigonus R. in Aſia. 438
Antigonus Gonatas R. Maced. 384
Antigonus Tutor R. Maced. 384, 385, 389
Antinous Heros. 271, 272
Antiochus Aſiaticus R. Commag. 411, 442
Antiochus IX. Cyzicenus. 409, 411
Antiochus IV. Deus Epiphanes. 420
Antiochus VI. Deus Epiphanes Nicephorus. 408, 413, 420, 433
Antiochus XII. Deus Dionyſus. 420, 434, 435
Antiochus Epiphanes Magnus R. Commag. 445
Antipater R. Maced. 384
Aratus Poeta Solenſis. 53
Archelaus Philopator R. Cappad. 442, 478
Archelaus R. Maced. 376
Archimedes Syracuſanus. 52
Archytas Philoſophus Tarentin. 52
Argeus R. Maced. 51, 375
Ariarathes Euſebes R. Cappad. 51, 441, 472
Ariarathes Philorom. R. Cappad. 51, 474
Ariobarzanes Philorom. R. Cappad. 51, 475
Arſaces haud unus R. Parth. 52, 449, 455, 456, 459
Arſinoe Philadelphi. 52, 422, 423, 499
Aſander R. Boſpori. 488
Athalaricus R. Gotth. 556
Athys R. Lyd. 17, 18, 52
Attalus Sophiſta. 710, 711
Attila vel Ateula R. Hunn. 52, 554
Audoleon R. Pæonum. 52
Baduilla ſeu Totilas R. Gotth. 52, 556
Battus R Cyren. 294, 298
Berenice Reg. Ægypti. 52, 415, 422, 423
Bituicus R. Aruern. 52
Bituuius R. Aruern. 52
Bocchus R. Mauritan, 539
Bootica ſeu Boadicia Reg. Britan. 557
Byzas Cond. Byzantii. 52
Caſſander R. Maced. 464
Charondas Legiſl. Catinenſium. 52
Chindaſuuinthus R. Wiſigoth. 556, 557
Chryſyppus Philoſophus. 53
Chuntanundus R Vandalorum. 557
Cleopatra Mater Antiochi Grypi Reg Syr. 420, 421
Cleopatra M. Antonii. 421
Cleopatra F Reg. Mauritan. 543, 544
Comius Atrebatenſis. 52, 557
Cotys R. Thrac. 52, 492, 500, 503
Cotys poſterior R. Thrac. 52, 500
Cuma Amazon. 52
Cunobilinus R. Britan. 52, 557
Cyzicus Cond. Cyzici. 52
Demetrius I. Deus Soter R. Syr. 51, 414, 415, 420
Demetrius II. Deus Philadelphus Nicator R. Syr. 52, 413, 414, 420
Demetrius III. Philometor Callinicus R. Syr. 414
Diomedes. 52
Docimus Cond. Docimi V. Phryg. 52
Donnus R. Alpium. 52, 557
Dracus Luodicenus. 52
Durno Gallorum Regulus. 557
Egigas R. Wiſigoth. 556

INDEX REGUM.

Eruigius R. Wiſigoth. *Itidem.*
Euagoras R. Cypri. 52
Euclides Megarenſis. 53
Eupator R. Ponti. 52, 489, 490
Eurypylus Heros. 52, 504, 510
Gelo R. Syracuſ. 52, 546
Gortys Cond. Gortynæ. 52
Hecatomnus R. Cariæ, 51, 517
Herodes Ethnarcha. 52, 520, 521
Herodes Philoclaudius R. Chalcid. 521, 522
Herodes Tetrarcha. 52, 524, 527
Hiero I. R. Syracuſ. 52, 548, 549
Hiero II. R. Syracus. 52, 551, 552
Hieronymus R. Syracuſ. 52, 545, 552
Hildericus R. Vandal. 52, 551
Hippocrates Cous. 53
Homerus. 53
Idrieus R. Cariæ. 53, 518
Ininthimeuus R. Thracum. 52, 492, 499, 501

Jotape Reg. Commagen. 53, 446
Juba Pater R. Numid. 53, 541
Juba Filius R. Mauritan. 53, 543
Jugurtha R. Numid. 52, 539, 540
Julia Procla Herois. 52, 711
Litauicus Æduus. 52, 557
Lycurgus Legiſl. Laconum. 52
Lyſimachus R. Thrac. & Maced. 498
Mamercus Tyr. Catinenſ. 552
Mannus R. Arab. 52
Mauſſolus R. Cariæ. 52, 518
Meleager Calydonius. 52
Menander R. Cariæ Goltz. 518
Menander Parrhaſii F. 54
Meneſtheus, Cond. Eleæ in Æol. 52, 561
Mithridates Euerget. R. Ponti. 52, 481, 482
Mithridates Eupator R. Ponti. 51, 441
Myrina Amazon. 52
Nauſicaa Herois. 52
Nemauſus Cond. Nemauſ. 52
Nicoclia Herois. 52
Nicomedes Epiphanes R. Bith. 52, 514, 515
Orpheus Poëta. 53
Ouidius Naſo. 53, 54
Orgitirix Heluetius. 376
Patreus Cond. V. Patrarum. 52, 560, 561
Perdiccas R. Maced. 51, 557
Pergamus Cond. Pergami. 52
Perſeus R. Maced. 51, 385
Phædra. 52
Phalanthus Cond. Tarentin. 52
Pharnaces prior R. Ponti. 52, 480, 481
Pharnaces poſterior. 52, 486, 487
Philetærus R. Pergami. 52, 520
Philippus Alexandri M. Pater R. Maced. 380, 381
Philippus vulgo Aridæus R. Maced. 52, 381
Philippus penult. R. Maced. 52, 385
Philippus Euergetes R. Syriæ. 410, 411
Philiſtis Reg. in Magn. Græc. 52
Pitaneus Cond. Pitanes. 52
Pittacus Mytilenæus. 52
Pixodarus R. Cariæ. 518, 519
Plato Athenienſis, 53
Polemo Pater R. Ponti, 52, 489
Polemo Fil. R. Ponti. *Ibid.*
Polemo Sophiſta. 700, 710
Pollio Prætor Smyrnæor. 54
Proclus Sophiſta. 711, 712
Pruſias haud unus R. Bithyn. 513, 514
Ptolemæus Alorites R. Maced. 51, 373
Ptolemæus Soter R. Ægypti. 51
Ptolemæus Philadelphus R. Ægypti. 51
Ptolemæus Euergetes R. Ægypti. 51
Ptolemæus Philopator R. Ægypti. 51
Ptolemæus Epiphanes R. Ægypti. 51
Ptolemæus Deus Philometor R. Ægypti. 51, 421
Ptolemæus Euergetes Phyſcon. 51
Ptolemæus Lathyrus. 51
Ptolemæus Auletes Dionyſus. 51, 436, 437
Ptolemæus frater Cleopatræ. 51
Ptolemæus R. Cyren. 296
Ptolemæus R. Mauritan. 51, 543, 544
Pyrrhus R. Epiri. 52, 384
Pythagoras Samius. 52
Pythonice Reg. Thrac. 52
Pytheus, Colophonius. 53
Rheſcyporis haud unus R. Thracum. 52 492, 499, 500, 501, 502, 503
Rhœmetalces R. Thracum. 52, 492, 499
Rodericus R. Wiſigoth. 556
Rufinus Sophiſta. 712, 713
Sappho Lesbia. 52
Sauromates haud unus R. Ponti. 52, 489, 490, 492
Seleucus I. Nicator R. Syr. 52, 405, 406
Seleucus II. Callinicus R. Syr. 413
Seleucus VI. Epiphanes Nicator. R. Syr. 412, 607
Scuthes R. Thracum. 52, 498
Smyrna Amazon. 52
Solon Athenienſis. 52
Solymus Heros Termeſſenſ. 52, 563
Soſthenes R. Maced. 52, 384
Taras Cond. Tarentin. 52
Temnus Cond. Temnitarum. 53
Theodahatus R. Gotth. 554, 555
Theodoricus R. Gotth. 555
Thero R. Agrigentin. 52, 552, 553
Tigranes R. Armen. 52, 443, 469
Tmolus Cond. Tmoli. 52
Tomus Cond. Tomi. 52
Turonos Gallorum Regul. 557
Tryphon R. Syr. 52, 443
Cl. Varus Sophiſta Cebeſſ. 713
Ulyſſes. 52
Vologeſes R. Parth. 52, 461, 462
Witiges R. Wiſigoth. 52, 5
Witizes R. Wiſigoth. 556
Zaleucus Legiſl. Locror. 52

INDEX

Vocum Orientalium Hebr. Samarit. Chald. Arab. quæ in his Dissertationibus obiter illustrantur & explicantur.

Aliquot ex iisdem vocibus ex hoc Indice sunt emendandæ.

איל פארן Campestria Pharan p. 352

الوقمة Edulium e butyro & dactylis. 356

ארבה *Arbeh*, Locusta. 261

אשורי Assyriaca Scriptura. 68

אצטרובלין Strobilus. 313

بلوسطن Balaustium. 316

גאלה Redemptio. 68

גמלא פיחא Camelus volans. 188

غزال Gazella, dama Africana. 200

גריפין Gryphes. 271

דקלא דקל Palma. 349, 350

دقل Idem, & pars Arabiæ. 350

ذوالقرنين Bicorniger Alexander. 388

הפוך Gemma, stibium. 401

وقل Palma humilis. 337, 341

חג Festum. 529

חלחול Laser. 320

חמרא חמר Vinum. 357

חמר Turbari, incalescere. *Ibidem.*

חצב Calamus Saechari. 354

חצרות Haseroth in deserto Pharan. 352

חצב צמרא Messis manipulorum. 528

חרות Libertas, liberatio. 67

טשר אטולין Quadrigæ mularum. 347

ירוד Draco. 319

כר Ouium genus. 391

כרים Aries bellicus. 391

كحل Stibium, nigredo. 402

جلنار Flos agrestis punicæ. 316

لبخة Fructus instar dactyli, Persea. 303

מגרם מגד Omne eximium & præstans. 709

جبع Cibus e butyro & dactylis. 356

מט Malus punice sylvestris 317

مقل Palma palmula. 338

موقف Cibus e butyro & dactylis. 356

נכל & كحل Selegit. 356

נקלם & נקליום Nicolai dactyli. 355

נקליבם Species herbarum excellentium. 354

סוח Natare, rigare. 347

סום אדם Ἱππάλθεων, Centaurus. 277

סכה Antrum, spelunca. 178

ספירת העומר Numerus manipuli. 528

פקח Apertus, videns. 250

צנו Palma humilis. 337

קרוטא Caryota, nucalis palma. 345

קציר Messis triticea. 528

קרן Cornu, corona, splendor. 400

قرن Cirrus demissus, seu tortus. *Ibid.*

קשב Palma præstantissima. 358

ראם Monoceros aut Caprea bicornis. 195

רגלא & רגל Festum maius. 529

رعل Dactyli viles. 337

راعل Palma mas. *Ibidem.*

שבעית Septimana, Pentecoste. 528

שוחא Fossa. 347

שוח & שוחה Deprimere. *Ibidem.*

שיר Canticum. 552

שכר Sicera, vinum. 357

سكر Ebrius fuit, inebriauit. *Ibid.*

سقر *Saka*, Rigare, palmas colendas dare. 347

سقر *Sakion*, Nubes, palma, *Ibidem.*

שרר Principarum tenere. 336

תכלא Κάχλη. 350

תמר Palma, dactylus siccus Ægyptiis, tragema. *Ibidem.*

INDEX

Rerum & Verborum.

A.

A geminum pro a longo, ut *Vaala, Vaarus* in nummis. Pag. 121.

Abgari Edeſſenorum Regis verum nomen in nummis 126, 534, 535, 538. ſolemne illud Edeſſæ Regibus *Ibidem* in nummis M. Aurelii, Seueri, Alex. Seueri & Gordiani. 534, 535, 538

Abgarus Rex, unde *Magnus* in Seueri nummo dictus 446, 535, 536, *Abgari* Arabum lingua *Magni*; & *Aſgari, Parui.* 446, 536

Abgarus cum prænominibus *Lucii Ælii & Septimii* ac unde, in nummo 537, *Abgari* Tiara in nummis qualis, 538, tunica & femoralia. *Ibidem.*

Abderorum urbis conditor, an Abderus, vel virgo Abdera, 562. ſignati ambo in illius urbis nummis, 563. agon gymnicus in Abderi honorem ab Abderitis celebrari ſolitus. 562

Achaiæ Metropoles *Corinthus, Patræ.* 592

Achaiæ concilium *Ægii* conuocari ſolitum, 597. ſubinde etiam in aliis Achaiæ urbibus. *Ibidem.*

Ægæ urbs Ciliciæ *Nauarchis* in eius nummis. 689, 690. *Hadriana, Commodiana, Seueriana, Macrini Urbs*, & *Alexandri* (nempe Seueri) in iis dicta. *Ibidem.* Eadem *Metropolis* dicta in veteri eius nummo, 597. varia illius urbis Gentilia in nummis, 597, 689, 690

Ægium Achaiæ urbs, ubi concilium Achæorum. 597

Ægypti Regum cognomina, quæ occurrunt in eorum nummis, 51, 437. Ægypti Reges defuncti, Dii nuncupati, 422. etiam ſuperſtites pro Diis ab iis culti. 424

Æolicum digamma. 107, 108

Æra Alexandrina dicta Arabibus *Dulkernaim* ſeu Bicornis Alexandri. 388

Æra Antiochenſium in nummis, 104. prior eadem quæ Seleucidarum, 585, 586, 587. alia dein Pompeiana, Juliana, & Auguſtæa. 586

Æra Arſacidarum in nummis, 462, 463. a quo capite arceſſenda. *Ibidem.*

Æra Boſporana ſignata in eorum Regum nummis, 490, 491, 492. alia eorundem Æra nuper e nummis itidem adducta. 492, 493. an eadem cum Æra Pontica 485

Æra Bithyniaca in nummis, 515, 516. unde eius initium deducendum. *Ibidem.*

Æra in Mithridatis Eupatoris nummis adſcripta, 483. illius caput unde deſumendum, 484, 485. an eadem cum Æra Græcorum, iuxta virum doctum *Ibidem* an noua Æra Pontica Traiani Imp. temporibus conſtituta *Ibidem* Boſporanorum Regum Æra, ad eandem referenda. *ſupra.*

Æra Thracum antiquiſſima, 493, 503, ſignata in Regum Thraciæ nummis, 500, 501, 502. æræ illius initium. 502

Æris ſignati origo apud Romanos relata ad Janum, Saturnum, Numam, Seruium Tullium. 20

Æſculapius ſub ſerpentis figura in nummis, 216, 217, 218. aduentus eius ex Epidauro in Inſulam Tiberinam in veteri nummo, 217. eadem Inſula, carcer dein Chriſtianorum. 218

Æſculapius Σωτὴρ in nummis ac unde dictus, 218, 417. hinc Σωτήρια Ασκλήπεια in aliis nummis 417. ſalutares eius Epiphaniæ, 207. *Glauconis* nomine a Paphlagoniis cultus 213. dracones ei ſacri. 217

Æſculapii fana Romæ extra urbem, in Græcia in puris & ſalubribus locis. 20

Æſculapius bigis Centaurorum vectus in veteri nummo, 281, 282. idem Centaurorum manibus ſublatus in alio nummo. *Ibidem.* Equorum iuxta & hominum conſeruator. 288

Æzanitarum in Phrygia nummi cum titulo *Metropoleos*, 638. Αἰζανίτων conſtanter in nummis, non Αἰζανιτῶν. 628. 629

Ἀηδὼν, *luſcinia*, de lugubri eius cantu apud veteres Poetas, 255. hinc ἀηδὼν νόμος *de cantu lugubri* apud Ariſtophanem. *Ibidem* cur Siren ἀηδὼν dicta. *vide* Sirenes.

Agathodæmones ſeu *Bonii Genii* 271. in nummo NEO ΑΓΑΘ ΔΑΙΜ. 222

Ἀγαθὸς, ἀγαθὸτης ἀγαθότητος, de Deo a Gentilibus dictum. 222

Agrippa Senior Μέγας & Φιλοκαίσαρος in veteri nummo, 523. nuſpiam *Herodes* in nummis eius dictus. *Ibidem.*

Agrippæ Jun. nummi in quibus Tabernaculorum, & Azymorum aut Pentecoſtes feſta deſignantur, 528, 529. an tantum militare eius imperium in Palæſtina

ſtin, 530. Tabernaculorum feſtum ab eo Hieroſolymis celebratum. 531
Agrippa Jun. nuſpiam Judææ & Samariæ Rex dictus, 531. Rex Chalcidos primum, dein eius loco Philippi Tetrarchia, & parte Galilææ donatus. *Ibidem.*
Agrippæ Jun. nummi poſt Veſpaſiani obitum, & ſub Domitiano cuſi, 533. de aliis eius nummis ſub Veſpaſiano accuratius inquirendum, 534. de annis regni, & obitus eiuſdem Agrippæ. 532, 533
Agrorum pars Diis olim conſecrata, 669, *Agri ſacri* iidem dicti. *Ibidem.*
Alce Romæ in ludis Sæcularibus viſa, ac inde in nummis Philippi Imp. 196, 197; fera Hercyniæ ſyluæ, ac a J. Cæſare deſcripta, *Ibidem* diſſidia inter veteres de eius figura. 197. recentioribus male *Elend* aut *magnum Animal* dicta, 198. Capræ conſimilis, ſed maior 197, 198. cum *Machli* non confundenda.
Alcinoi horti in Corcyræorum nummis. 211
Ales equus, de *Zephyro* apud Catullum. 274
Alexandria frugibus abundans, 223. Hinc de *Alexandrino Frumento*, & *Alexandrino Statu*, ſeu commeatu frumentario Alexandria Conſtantinopolim transferri ſolito, conſtitutiones in utroque Codice. *Ibidem.*
Alexander M. ſub platano dormiens in nummis Smyrnæorum, 566, 567. in conditæ vel ampliatæ ab eo Smyrnæ memoriam *Ibidem*. Idem *Apolloniæ* in Caria conditor ſeu Κτίστης in eius nummis dictus. 563, 567
Alexandri M. plures nummi cum & ſine Βασιλέως titulo, 381. omni monumentorum genere a Macedonibus in eius memoriam expreſſus, 382. idem ab aliis quoque gentibus factum, 383. hinc eius effigies in variarum regionum nummis adhuc conſpicua. *Ibidem* quæ eorum ſymbola. *Ibidem.*
Alexandri M. cornuti in nummis habitus, & ſucceſſorum, 387, 388, hinc *corniger*, *cornutus*, *bicornis*, *bicorniger*, & Arabibus *dulkernaiim*, ac unde dictus. 388
Alexander M. cornu Aſini Scythici offert Apollini 388. Idem comeſſabundus Aſinis ad currum iunctis vectus. 389
Alexandri M. ſucceſſores in regno Macedoniæ. 383, 384, 385, 386
Alexander Zebinas Rex Syriæ, diuerſa veterum de eo teſtimonia. 408, 409
Ἀλεξάνδρεια, feſtum anniuerſarium in honorem Alexandri M. celebratum in Macedonia, Thracia, Ponto, iuxta veteres nummos. 382, 383
Alorus urbs Macedoniæ nobilis, unde *Ptolemæus Alorites* Rex Macedoniæ. 380
Alphabeti Phœnicii ſeu Samaritici diagramma e nummis antiquis erutum. 80
Alphabeti XVI. litterarum a Cadmo in Græciam illati, adductum e nummis antiquis diagramma, 82. an *Jonicum* dici idem debuit? 84. an eiuſdem alphabeti antiquitas e nummis antiquis probari poſſit? 88, 89. an *Atticum* dictum fuerit Alphabetum Græcum, poſt illud Cadmi ſeu *Jonicum* in Græciam illatum? 91
Alphabetum *Jonicum* XXIV. litterarum quando dici cœptum 84. a quibus, & quales ſeptem litteræ prioribus, ſeu ſexdecim Cadmeis additæ, 89, 90. 91, a quo illud tandem conſtitutum, 85. ab Athenienſibus ſero receptum, & quando. 87, 88
Alphabetum Gotthicarum & Runicarum litterarum. 113, 114
Amaſia, *Metropolis Prima Ponti* dicta in eius nummis, 600. item *Seueriana*, *Alexandrea*. *Ibidem.*
Amaſtris Ponti Regina, Darii fratris filia non ſoror, in veteri nummo, 494. eadem primum Dionyſii Heracleæ in Ponto Tyranni uxor, dein Cratero deſponſa, poſt Lyſimachi uxor *Ibidem* Amaſtris paſſim ab Auctoribus non vero *Amaſtine* dicta. 494, 495, 496
Amaſtris variæ illius nominis declinationes Ἀμάστρεως, Ἀμάστριος, & Ἀμάστριδος 497 prior e nummis adſerta, *Ibidem* filius eius & Lyſimachi Alexander *Ibid.* Amaſtris urbs Pontica ab ea condita. *Ibid.*
Amazones in nummis, & quales. 52
Amici Cæſarum quales olim dicti, 575, variæ eorum claſſes. *Ibidem:*
Amida Meſopotamiæ Metropolis in Notitiis Eccleſiaſt. poſt Conſtantinum M. 604
Amphidromia, feſtum quinto a natali die, & quid in eo a propinquis mitti ſolitum. 281
Amphipolis, primæ regionis Macedoniæ Metropolis, 651. varii typi in illius urbis nummis *Ibid.* Amphipolis alia urbs in Syria ad Euphratem. 651
Amphitrytes, Nereidum, Tritonum effigies in nummis frequentes. 253
Amphitheatrum a Gordiano Romæ reſtitutum, 163. in eius nummo expreſſum: 164
Amiſus Ἐλευθέρα in eius nummis, 678. a quibus in libertatem adſerta *Ibid.* Æra inde in eius nummis deſumpta, eaque haud una iuxta antiquarios *Ibid.* unde carum initium vulgo in nummis. *Ibid.*
Amiſus Athenienſium colonia, ab aliis Phocæenſium dicta. 679

Ammonis Iouis effigies in nummo Θεὸς Ἄμμων, 297. *vide* Iuppiter.
Ampliator Ciuium Antoninus Pius in veteri eius nummo: 155
Amyntæ VI. Macedonum Regis nummus antiquiſſimus, 17, 18, 374, 377, Αμύμτα pro Αμύντα in eodem, 17, 18, 377, 379, Αμυντα & Αμυντα promiſcue in nummis, 377, 378. quod aliunde etiam adſertum. 378
Amyntæ nomine tres Macedonum Reges & quales, 379. ſignati iidem in nummis *Ibidem.*
Αναγώγια, feſtum apud Erycem in Sicilia abeuntis inde Veneris. 168
Ανακ Græcis idem qui Σωλὴν. 416
Αναξυρίδες, femoralia Medorum, Perſarum, Ponticorum, 538, in nummis Abgari Regis Edeſſæ, *Ibidem* laxa eadem, non conſtricta, ut Equitum Roman. 538, 539
Anaxilaus Rheginorum, dein Meſſeniorum tyrannus, 553. eius nummi *Ibidem* de ætate eius inter veteres Auctores diſſenſus, 554. idem Diodoro crudelis; Juſtino vero a iuſtitia & moderatione laudatus. *Ibidem.*
Anazarbus Ciliciæ Metropolis in eius nummis, 595. neque ſub Elagabalo primum 595, 596. *Anazarbus Ad Pyramum* Ciliciæ fluuium, in ſingulari eius nummo. 596
Anazarbi æra in nummis. *Ibid.*
Anchuſa, e qua fiebat pigmentum muliebre. 322
Ancora nata in femore Seleuci I. 404. hinc ſignata in eius nummis, & aliquot e Succeſſoribus Seleucidis, 404, 405. adducti id genus nummi e Regiis & illuſtribus cimeliis. 405, 406
Ancyra Galatiæ Metropolis ab Auguſto denuo condita, 590. in nummis Neronis *Metropolis* iam dicta. *Ibidem.*
Anglo-Danicorum & Anglo-Saxonum nummi. 557
Animalium proprietates e nummis illuſtratæ, 165. eadem quibus Diis ſacra. 166
Animalium variorum & ſingularium, aut de quibus Auctores diſſentiunt, formæ in nummis, 172, exempla e nummis adducta. *Ibidem.* &c.
Animalium fabuloſorum formæ itidem in nummis, 237. Exempla inde petita Capricorni, alatæ Sphingis, Sirenum &c. 237, &c.
Animalia, urbium Metropoleon in earum nummis ſymbola vel inſignia, ab earum Coloniis retenta. 569, 570, 571
Animalia ſubinde in capite aut in dorſo coronata, 307. exempla in nummis. *Ibid.*
Animalia, ut ἵπποι, κάμηλοι &c. de mare & femina promiſcue apud Græc. dicta. 232
Animalia eiuſdem nominis terreſtria & aquatilia. 232
Annulorum & gemmarum veterum explicatio e nummis petenda. 27, 28
Anſeres Iſidi ſacri. 306
Antinous ſub habitu Apollinis Gryphe vectus in veteri nummo. 271, 272
Anthiſteria Athenis, ac inde apud Jonas eorum colonos eodem die celebrata. 581
Antiochenſes In Ptolemaide in veteri nummo de quibus dicti, 663, 664. Gymnaſium Hieroſolymis Græcorum more ab Antiochenſibus extructum. *Ibidem.*
Antiochenſium Æra, quæ Seleucid. in aliquot eorum nummis, 585, 586, 587, 682 in aliis, a conceſſa aut reſtituta Autonomia. 681, 682
Antiochia Metropolis & Αυτόνομος in illius urbis nummis ſub Seleucidis, 584, 585, 586, 681, 682. male iidem nummi ad inferiora tempora ſub Cæſaribus relata *Ibidem Autonomiam* pretio redimit a Pompeio. 586
Antiochia Aſyli ius ſub Seleucidis nacta, 664. Hinc Ιερὰ καὶ Ἄσυλος in eius nummis. 665, 666
Antiochia Ad Daphnem in Græcis eius nummis, 664. an exempta ab omni iure ac poteſtate Romani Præſidis, 684, 686 quo titulo id genus Præſides ſignati in eius nummis. 686
Antiochia ad Callirhoen de *Edeſſa* dicta. 585, 586, 607
Antiochia Mygdoniæ dicta urbs *Neſibis*, 607. a Mygdonio fluuio *Ibidem.* ab ea diuerſa urbs *Antiochia Ad Euphratem* in veteri nummo. *Ibidem.*
Antiochus Balæ filius Rex Syriæ cur Νικάτωρ in Macchabæorum libris dictus, 408. male *Alexander* ab Appiano. *Ibid.*
Antiochus *Aſiaticus*, & *Commagenus* dictus, ultimus e Seleucidis, 411. idem Antiochi Euſebis & Selenes filius. *Ibid.*
Antiochus Deus Epiphanes, an ita a Samaritanis primum dictus, 429. hedera & diademate redimitus in veteri nummo. 438
Antiochus Dionyſus in nummis, 433. an idem qui Antiochus XII. cum Joſepho, vel Antiochus VI. ſtatui debeat. 433
Antiochi Grypi Regis Syriæ filii confuſi apud veteres Auctores, 408. illuſtrati iidem e nummis. *Ibidem.*
Antoninus Imperator Noſter de Antonino Caracalla, non de *Antonino Pio* dictus in Digeſtis, 609. idem Auctor Reſcripti de Metropolibus Aſiæ, non Antoninus Pius. 650
Antiquorum operum, monumentorum, aut reli-

reliquiarum pretium apud Græcos, Ægyptios, Romanos, 3, 4, 5, 6. varia eius rei exempla, 4, 5, 6, 7. Alexandri M. & Auguſti de iis exiſtimatio. 7
Antiquarum id genus rerum aut reliquiarum interpretes olim aut cuſtodes dicti ἐξηγηταὶ, vel φοίτοροις τῶν ἐγχωρίων, vel οἱ ἐπὶ τοῖς θαύμασι, a Romanis *Myſtagogi*, & *Monſtratores*. 6, 7
Apamea cum Elephante in nummis Seleuci I. & Antiochi Soteris, 496, 497. & quare *Ibidem* Ιερὰ καὶ Ἄσυλος in nummis. 496
Aper Græcis Κάπρος, piſcis in veteri nummo, 231. celebris piſcis apud Argiuos, unde prouerb. *Ex Argis Aper*. 233
Aper & fluuiatilis porcus diſtincti. 234
Apri Calydonii dentes ubi ſeruati. 7
Apis ſapientiæ & dignitatis ſymbolum in nummis. 170
Apium, frequens in nummis Selinuntiorum, unde iis nomen, 363. corona ex apio in Nemeis & Iſthmiis *vide* corona.
Apollo Arcitenens, Τοξοτόνος, Χρυσοτόξος &c. 280. Σωτὴρ in nummis, 416, 417. *Salutaris* itidem. 419
Apollo Ἑβδομαγέτης, quod natus ſeptimo menſis die 657. non ſeptimo anni menſe. *Ibidem*.
Aquila Ioui ſacra, 166. diuinitatis, prouidentiæ, imperii in nummis ſymbolum, 171. fulmini inſiſtens, aut illud unguibus tenens, in nummis, 171, 431. hinc πυρφόρος dicta ab Ariſtophane. 431
Aquilæ in ſummitate ſceptrorum apud Aſſyrios, Hetruſcos, & Romanos. *Ibidem*.
Aquilæ leporum venatrices in nummis, 171. dracones & ſerpentes diſcerpunt, *Ibidem* aquila draconem unguibus tenens, inſigne olim Spartanorum, 224. Aquila & Serpens ſe mutuo reſpicientes in nummo. 224. Aquila *Iouis Canis* dicta ab Æſchylo. 271
Arabia Adquiſita, *Arabia Auguſti Prouincia* in nummis, 184. eius in iis ſymbolum Camelus. *Ibidem*.
Aræ apud Athenienſes delictorum non ſpontaneorum perfugium. 670
Arcæ Noæ reliquiæ. 4
Archelaus Cappadocum Rex a M. Antonio conſtitutus, 478. eius filii nummus cum cognomine *Philopatoris Ibidem* Ciliciæ partes quædam ei a Tiberio relictæ. *Ibidem*
Archontes, quiuis urbis, aut regionis principes, vel Rectores iu genere, 692. Præſides Romani in prouinciis 692, 693. patrii urbium Græcorum Magiſtratus, 693. &c. Exempla poſteriorum e nummis. 694. Archontes plures in iiſdem urbibus, 694. modo annui, modo bis, ter, aut quater iterati. Exempla e nummis. *Ibidem*.
Archontes, quibus peculiaris ſacrorum Publicæ Veſtæ cura demandata, 695. Archontes vulgo in nummis per initiales litteras APX aut AP deſignati. 694
Archontes Athenis primo perpetui, decennales dein, tandem annui, 693. Primus ex iis Ἐπώνυμος dictus *Ibidem* Archontes inde in Aſiaticis Athenienſium coloniis conſtituti, 693. in aliis etiam urbibus recepti. 693, 894
Arcus Parthorum & Perſarum armatura 325. arcitenens Parthus in nummis Parthicis *Ibidem* Arcus Parthici & Scythici iidem, 326. qualis eorum figura *Ibidem* panda & circumducta eorum cornua in nummis. 327
Arietini capitis figmentum cum lapillis, geſtamen Perſarum Regis. 397
Ἅρμα, de quadrigis, ſeu de quadrigario certamine, 548. item ἅρμα τέλειον, ἅρμα τέλειον *Ibidem* inde victores proclamati in Græcorum Agonibus, Ἅρμα νικᾷν. 549
Aroë, antiquum Patrarum in Achaia urbis nomen, 560. idem in veteri nummo. *Ibid.*
Arſaces dicti Parthorum Reges a primo Arſace, 459. hinc *Arſacia aula*, & *Arſacidæ* dicti iidem Reges *Ibidem Arſaces* in nummis adhuc obuii, alii a primo Arſace. 459, 461
Arſaces Parthici imperii conditor poſt mortem conſecratus, & Aſtris inſertus, 458. Arſacidæ inde dicti Fratres Solis & Lunæ. *Ibidem*, hinc ſtella cum dimidia Luna in veteri Arſacidæ nummo. *Ibid.*
Arſacidarum ſeries confuſa, 460. eorum cognomina & tituli *Magni*, *Epiphanis*, *Philellenis*, *Juſti*, *& Regis Regum* in Græcis eorum nummis, 459, 460. &c. *Vide* eos tilulos ſuis locis.
Ἀρχιερεῖς Templi Dianæ Epheſiæ. 574
Ἀρχιέρεια eiuſdem Templi Flauia quædam Moſchi Filia *Ibidem* Ἀρχιερεῖς quomodo in nummis vulgo deſignati. 694, 726
Aſandri Regis Boſpori nummus, 488. male idem cum Caſſandro confuſus, 488, 489. alius eodem nomine Rex Boſpori poſteriori æuo, 489. alius Aſander in exercitu Alexandri M. *Ibidem*.
Aſcalon urbs Palæſtinæ *Metropolis*, in Hadriani nummo, 595. præſtantiſſimis cepis ferax, unde Ἀσκαλωνῖται κρόμμυα, 722, 723. eadem ſignata videri in nummis Aſcalonis. *Ibidem*:
Aſiæ Templum de Templo Dianæ Epheſiæ. 574
Aſia dicta antiquitus pars Lydiæ, iuxta Tmolum,

Tmolum, in qua urbs Asia, 622, 623. quandoque pars Proconsularis Asiæ maritima circa Ephesum, 621. a Phrygia tum & Caria distincta. *Ibid.*

Asia Proconsularis e quibus regionibus constabat, 610. quot urbes in eadem censebantur. *Ibidem*, quæ ex iis erant suarum regionum capita, 611, 612. quænam ex iis Præfecturæ, seu Juridici Conuentus, constitutæ. *Ibid.*

Asiæ Proconsularis plures olim Metropoles, 608. non certus aut qualis fuerit earum numerus, 609. vix occurrit illius dignitatis mentio in nummis urbium eiusdem Asiæ. 610, 612

Asiæ Metropoles quænam in singularibus quibusdam nummis vel inscriptionibus dictæ, 613, 614. Asiæ maritimæ, quæ nobiliores urbes, 615. quæ Asiæ Proconsularis in genere. 659, 660

Asiæ *Primæ* seu Πρῶται, quæ in Asiæ urbium nummis dictæ, 617. quo titulo, aut iure, ita appellatæ. Vide *Primæ & Primatus.*

Asiæ Septima Urbs Magnesia ad Mæandrum in eius nummis dicta. Vide *Magnesia.*

Asiæ Commune Sacerdotium, 643. hinc Ἀσιάρχαι & Ἀρχιερεῖς τῆς Ἀσίας Ναῶν in nummis & marmoribus. *Ibidem.*

Aspidis forma in nummo Ægyptio, 222, 223. cum tumida ceruice & lato corpore, 223. plura Aspidum genera *Ibidem*, ut diuinæ potentiæ symbolum ab Ægyptiis culta, *Ibidem* Cereris insignia, spica, & papauer ei in nummis addita. *Ibid.*

Ἀστάφια in nummis Chiorum. 248, 249

Asses Librales Romanorum adhuc superstites. 20, 21

Assyriacarum litterarum, seu quæ vulgo hodie Hebraicæ, & Samariticarum antiquitas utrinque e nummis adserta, 61, 62, 64. an Assyriaeis litteris pro antiquis Samariticis sacer, Codex sit ab Esdra descriptus, 63, 65, 70, 71, 72. &c. an in sacro tantum, vel etiam in ciuili usu illa mutatio locum habuerit, *Ibidem* an ex apparitione facta Balthazari id, iuxta Talmudicos, contigerit. 71, 73

Assyriacæ litteræ an nuperæ, & e Samariticis deprauatæ, 65. an a gente Assyriorum dictæ, vel quasi *beatæ* a voce Hebræa *ascheri*, quasi *beatitudines*, quod ea Deus legem consignarit. 62, 68

Ἀστράβη de *mulo, clitella*, 187. ἀστραβίζειν *mulo insidere*, ἀστραβήλατοι, *muliones*, *Ibidem* ἀστραβὴς *planum, æquale. Ibid.*

Asyla Deorum Aræ, Simulacra, Templa, & horum Vestibula, Porticus, Septa, Luci, Horti &c. 667, 668. Asylorum origo a peculiari olim quorundam Templorum sanctitate, 667. haud omnia Gentilium Templa pro Asylis, 667, 668. qualia maxime pro Asylis apud Græcos habita. 668

Asylorum haud una olim ratio, seu quoad spatium indultum illius iuris, seu quoad personas, quibus ea præberent perfugium 668, 669. Asyli Ephesiæ Dianæ Templi fines quales olim fuerint, & quoties mutati, 669. item Persicæ Dianæ Templi Hierocæsareæ. *Ibidem.*

Asyla non omnibus promiscue præbuisse perfugium, 670. quorum Templorum Asylis id concessum *Ibidem* grauiorum criminum rei, sacrilegi, fugitiui serui vulgo ab aliis Asylis abducti *Ibidem* obæratis Ephesiæ Dianæ templum pro Asylo. 671, 672

Asyla, quæ seruis olim aduersus sæuitiam dominorum relicta, 672. tale Thesæum, & Eumenidum fanum Athenis, Palicorum in Sicilia, *Ibidem* item seruis feminis Dianæ Ephesiæ Templum, 725. quid constitutionibus Christianorum Imperatorum ea de re cautum. *Ibidem.*

Asyla etiam dictæ urbes integræ & Insulæ 666, 667. Exempla ex Auctoribus & lapidibus, *Ibidem* ΕΡΑΙ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΙ inscriptæ plures urbes in antiquis nummis, 661, 662, 663. maxime in Syria ac Phœnice, ciusque rei exempla, 665, 666. item in Cæsarianis aliarum gentium nummis, 665, 666. etiam gentes integræ, ut *Macedones*, 666. & urbs Cretæ *Lappa* in nummo. 342

Ἄσυλοι cur dictæ eædem urbes in earum nummis, 673, ceu ab omni deprædatione immunes *Ibidem* hinc ἀσυλία, ius inuiolati & inspoliati soli. *Ibidem.*

Ἄσυλος Diana cum *Ephesia* tum *Pergæa* in nummis, 661, 662, 723. ἄσυλος pro *libero*, 673. Θεᾷ Ἀσυλαίᾳ Templum a Romulo & Remo extructum, 667. Asyla, Φυγαδευτήρια dicta a LXX. Interpretibus. 1670

Athenienses diu Cadmi Alphaheto XVI, litterarum usi 89. hinc *Atticæ Litteræ* de eodem Alphabeto dictæ *Ibidem* a littera H. diu abstinuerunt Attici, unde E pro H in antiquis eorum nummmis, 89, 92

Auctor urbis, de *conditore* a Romanis dictus. 568

Αὐγούστεια, Festum Pergami in honorem, Augusti Augustus *Clazomeniorum*, item *Teiorum* Κτίσης in nummus. 717

Αὐλών de conualli Hierichuntina, 351, 352. an pro Hebraica voce *Elon*, 352, cur a LXX Interpretibus Αὐλὼν vertatur. Deuter.

ter. cap. 1. v. 1. *Ibidem.*
Aurantia an eadem quæ Mala Medica, 329 eadem cum Malis Heſperidum, 331. non ignota veteribus *Ibidem.* Arbor *Aurantiæ* ſimilis in nummo Africano. 334, 335
Αὐτοδικία urbium, quibus proprii Magiſtratus ius dicebant. 676
Αὐτοκρατὴς & Αὐτοκράτορες pleno utentes imperio, 444. Αὐτοκράτορες πολέμου, aut κατ' ἐξοχὴν, *qui ſummam belli tenere* dicti, *Ibid.* Αὐτοκράτορες περὶ τῆς Εἰρήνης, de *Pace Plenipotentiarii Ibidem* ſic Ἐπιμεληταὶ Αὐτοκράτορες, Πρόσωπα vel Πρεσβευταὶ Αὐτοκράτορες, 444, 445. Caius Caligula Θεὸς Αὐτοκράτωρ in nummo. 445
Αὐτοκράτορος Βασιλέως appellatio in nummis Tryphonis, & Tigranis, 443. de Lacedæmoniorum Regibus dicta, 444. ita *Imperator Rex* Antiochus M. apud Liuium, 443, quid ea appellatio denotat, 443, 444
Αὐτοκρατοριδες dictæ urbes Metropoles. 584
Automala, Libyæ oppidum, 594. *Metropolis* dicta in veteri eius nummo. *Ibid.*
Autonomia, ſeu ſuis legibus viuendi libertas, quanti olim habita, 680. bella propter eam ſuſcepta, & pax conſtituta, *Ibidem* inde in nummis variarum urbium conſignata, 681. Æra ab ea conceſſa vel reſtituta, ab id genus urbibus deſumpta, 681, 682. eius rei in antiquis nummis exempla. *Ibidem.*
Αὐτονομία & Αὐτόνομος pro *libertate*, ac *libera* urbe paſſim apud Græcos dicta, 681 item in genere de quauis re *libera*. *Ib.*
Autonomia pretio ab Antiochenſibus redempta, 681. Αὐτόνομοι quæ aliæ urbes in earum nummis dictæ, 683, 684. Αὐτονομίας earum urbium quæ conditio fuerit, 684, 685. Autonomia illa ſubinde reſtricta. 685, 686
Azymorum feſtum duarum ſpicarum manipulo deſignatum, 528. & quidem hordeaceārum frugum. 528, 529
Azyma & Paſcha, promiſcue de eodem Feſto ab Hebræis dicta. 680

B.

B & Π confuſæ apud Græcos litteræ, & eius rei exempla. 120
B & Φ itidem confuſæ. *Ibid.*
B pro U, & viciſſim. 120, 128
Babylonicum an dictum ſit Parthorum regnum Antoninorum ætate, 463. Babylon eo æuo exhauſta & deſerta, *Ibid.* Babylonicæ palmæ præſtantiſſimæ, 358. *vide* Caryota.
Bacchi cultus in Thracia, 194. Bacchus & Iſis in bigis Centaurorum in nummo. 280
Bacchus mala inueniſſe creditus. 334
Bacchus in bigis tigridum, aut panthera vectus, 166. ſcyphum in pantheriſcum ad pedes erectum effundens in nummis, & quare. *Ibidem.*
Bacchus Σωτὴρ Maronitarum Thracum in nummis, 366, 392. Ταῦρος & Ταυροκλέους, ac unde dictus, 392, 393, 394. *Bacchi* ſeu *Dionyſi* cognomen a variis Regibus adſumptum. 433, 434, 435
Balanus de palmæ fructu ſeu dactylis. 346
Balauſtium, flos mali Punicæ agreſtis, 315, 316. eo ad tingendas lanas uſi Rhodii, 316, 321. inde ſignatum videri in Rhodiorum nummis, & eius figura. 318, 319
Balauſtia e ſanguine genitalium Adgeſtis fingi nata, 316, 318. balauſtium quomodo Arabibus dictum. 316
Balſamum in conualli Judææ ſolum prouenire dictum, 351, 358. in duobus ibi hortis 359. in Arabia etiam & Ægypto prouenien?. *Ibid.*
Βασιλέως Βασιλέων, ſeu *Regis Regum* titulus, in nummis Arſacidarum, 460. in litteris etiam ad Romanorum Duces, aut Cæſares ab iis adſumptus, 461, neque tamen ab illis redditus, niſi forte a Veſpaſiano, *Ibidem* nec a Mithridate, 463. *Vide* Rex Regum.
Batti Silphium, *vide* Silphium.
Battus Cyrenarum conditor & primus Rex, 297. effigies in eius nummis, 298, *Batti* dicti eius poſteri. *Ibid.*
Belgarum, qui priſcis nummis delectati, aut delectantur, commemoratio. 39
Bellerophon pugnans cum Chimæra, *vide* Chimæra. Idem Pegaſo inequitans, aut cum capiſtro tenens, 279. frœnum ei ſomnianti inde a Pallade datum, 205. e Pegaſo, dum in eodem ad cœlum auolat, in terram lapſus. *Ibid.*
Βενδῖδια, Matris Deum ſacra apud Thracas & Phrygas. 581
Berytus & Pella, diuerſæ Coloniæ in antiquis nummis, male a Scaligero confuſæ, 413. Berytus Phœnices Metropolis ſub Theodoſio Jun. conſtituta. 594
Bilingues inſcriptiones quandoque in nummis, ut Cretenſium &c. 107. item in lapidibus antiquis. *Ibidem.*
Biſontis, bouis feri figura in nummis, 209. an ſignatus in nummis Andriorum, *Ibid.* Biſontis æneum caput Delphos a Pæonum Rege miſſum. 209
Bithyniæ Metropoles quænam, 595, 600. ſola olim Nicomedia, 599, 633. aliæ dein additæ, & appellatæ in earum nummis, *Ibidem.*
Bithynorum Reges in nummis, 573. eorum numerus, & quando deſierint. 515

Boeoti Aeolica lingua usi 109. *Æoles* inde olim dicti. *Ibidem.*
Bonasus bos ferus, & cum iuba equina. 209
Bos, fertilitatis aut deductæ coloniæ symbolum in nummis, 171. coronatus, pacis indicium apud Assyrios. 172
Bos seu βῦς dicta olim antiqua Atheniensium moneta. 168
Bostra Neruia Traiana in nummis. 105
Βουλὴ, Curia seu Senatus urbium in nummis, 133. Ιερὰ Βουλὴ in iis quandoque. *Ibidem.*
Britannorum, quinam prisci nummis delectati vel delectantur, commemoratio. 43, 44, 45
Βραδύλα, pruna Damascena. 346
Byssus pro purpura interdum, 322. byssinæ vestes purpureum colorem imbibentes. *Ibid.*

C.

C pro Γ apud antiquos Græcos, 102. pro G apud Romanos. *Ibid.*
Cæsarea Cappadociæ Metropolis, 473, 597, dein Primæ Cappadociæ, 598. *Mazaca* Hieronymi æuo ab indigenis adhuc appellata, 473, 598. Εὐσέβεια, ac unde, in eius nummis dicta, 473, 474. a quo Cæsare *Cæsareæ* nomen ei inditum, *Ibidem* non a Claudio primum, iuxta Sozomenum & Cassiodorum. 474
Cæsarea eadem sub Argæo monte, 598. hinc in eius nummis πρὸς Ἀργαίῳ, aut Πρ. Τ. Ἀργαίῳ 599. Ιερὰ Ἄσυλος Καὶ Ἀστύπολις in nummis. 598
Cæsaræa *Claudiæ* nomine dicta in nummis Herodis Regis Chalcidos, 523, 526. eadem, quæ *Cæsarea sub Panio.* 526
Cæsarea Mauritaniæ Sitifensis urbs in nummo Jubæ Filii, 542. olim *Jol* dicta. *Ibid.*
Cæsarea Palæstinæ, *Colonia prima Libera Flauia Augusta* in nummis. 527, 646.
Cæsares *Dii* appellati, ac diuinis honoribus culti, 141, 142, 325. Templa iis passim erecta in Asiaticis Græcorum urbibus. 142
Caius Caligula Διὸς Ἐπιφανοῦς nomine cultus, 427, 428. a Milesiis templa sibi construi iussit. 428
Calamus odoratus, merx Arabica, 361. in nummo Traiani. *Ibidem.*
Callistratus Samius auctor constituti Jonici, 24. litterarum Alphabeti, 85. quando id ab eo factum. 85, 86
Cameli in Oriente alii *fagmarii*, alii *dromades*, 184. Camelus, Arabiæ in nummis symbolum, 184, 185. Cameli Arabici & Bactriani *Ibidem* quibus ex iis duo tubera in dorso, aliis unum *Ibid.* Arabici Cameli cum duobus gibbis in nummis. 185
Cameli Bactriani Romæ quando visi 106. *dromades*, & δρόμαδες cameli, *vide* dromades.
Camelorum quadrigæ in Circensibus, 186. Cameli ἱππόδρομοι unde Æschylo dicti, 188. Camelorum velocitas, *Ibidem Camelus volans* a Talmudicis dictus. *Ibid.*
Cameli *Indorum Nomadum* apud Æschylum, 187. isque *Æthiopibus vicini*, ab eo dicti. 188
Cancer, urbis seu oræ maritimæ symbolum in nummis. 375
Candys, Regum duntaxat Persarum vestis, 454. totus e præstantissima purpura marina, seu ὁλοπόρφυρος, vel ἁλικάβφυρος, 455. aliorum candys purpureus tantum 456, 457. Tigranis quoque Armeniorum Regis amiculum. 451
Candys exterius amiculum tunicæ super inductum, non tunica, 456, 457. *pallæ* & *pepli* nomine subinde dictus, 457. idem quod chlamys Persica. *Ibidem.*
Cappadocia in *Primam* & *Secundam* diuisa primum sub Valente Imp. 598. *Superior* & *Inferior* prius dicta, & *Magna* ac *Minor*. *Ibidem* eadem in *Tertiam* etiam Prouinciam diuisa sub Justiniano. 599
Cappadociæ Regum aliquot nummi, 52, 472, 473
Capra Joui sacra 166. *Olenia* dicta & Jouis nutrix. *Ibidem.*
Capra *Mambrina Indica*, & *Adymmain* dicta, 201, 202. eius figura cum sessore in nummis. *Ibidem.*
Caprearum pellis varietas, 198. *caprigenum genus* de *capreis* apud Plautum. 198, 199
Capricornus abundantiæ & felicitatis symbolum, 170. in sigillo Augusti *Ibid.*
Capricornus, Occidentalis plagæ seu Hesperiæ sidus, 239. quare in nummis Commagenorum signatus. 242
Caprini generis animalia sylvestria in nummis 199, 200. Caprini & ceruini generis animal in nummo, 200. Afris *gazella.* 199, 200
Caranus Argiuus, primus Heraclidarum in Macedonia Regum auctor, 373. nomen eius apud Herodotum restitutum. 374
Cariæ Reges in nummis quales. 52, 317, 318, 319
Carrhæ Mesopotamiæ *Prima Metropolis* in Græcis eius nummis, 601. *Marii Aurelii Philoromæi Carrheni* in iis quoque dicti, *Ibidem* Æra in iisdem adsumpta, *Ibid.*

Ibid. in aliis nummis *Colonia Aurelia Carrhenorum Commodiana.* 562
Carrheni Macedonum coloni. 562
Caryotæ & *Caryotides* de præſtantiſſimis palmis & earum fructu, 353, 354. naſcentes in Thebaide, 344, 353. in conuallí Judææ Hierichuntina, 353. in Babylonia, 358. dictæ *nucales*. *Vide* καρυωτός. ſignatæ in nummis in Judæa aut Romæ cuſis, 353, 354. ſucco & melle commendatæ, 357. optima ex iis vina confecta, ſed capiti noxia, *Ibid.* hinc communes Arabum voces, de *vino*, & *palmæ cuſtodia* & *fructu*. 358
Caryotas non ſinebant Judæi multis in locis naſci ad intendendum earum pretium 351, 352. ingenti pretio eædem Gentilibus venditæ, 352. *Nicolai* dictæ eædem caryotæ Judaicæ, ac unde. *Vide Nicolai.*
Cataplus ſeu Καταπλους, nauium ad urbem aliquam adpulſus, 615. hinc in nummo Ερετρίων Α Καταπλους, & quid eo deſignetur, 615. 616. *Cataplus* inde pro *Claſſe*, quæ adpellit, *Ibidem* Ulpiano, *adnauigatio*. *Ibidem.*
Catarractæ non de iis ſolum, qui in Nilo dicti, 127. aut de torrentibus ſeu fluuiis, qui ruunt; ſed de clauſtris etiam aut obicibus in iis arte aut natura factis, contra Salmaſium. 129
Cebi, Simiarum genus, *vide* Κῆβος.
Centauri inter poëtarum figmenta a pleriſque veterum habiti, 278, 279. in incerto relicti ab Ælíano, 278. Fr. Angeloni de Centauro viſo credulitas 279. iuxta Pindarum e monſtruoſo concubitu cum Magneſiis equabus nati, 379. Centaurorum patria, Magneſia Theſſalica, 282. iidem *Theſſalum fictio*, dicti. *Ibidem.*
Centauri mas & femina in nummis & marmoribus, 279. Bacchus in iis cum Iſide vel Ariadne bigis Centaurorum vectus cernitur, 279, 280. Baccho militare dicti, 279. optimi ſagittarii crediti, *Ibidem.* inde Centaurus Arcitenens inter ſigna cœleſtia, 280, 281. inde iidem in Apollinis Arcitenentis tutela, & Centauri ſagittarii in nummis, 280, 283
Centauri Æſculapio, ut Chironis Centauri diſcipulo, itidem ſacri, 281. Æſculapius bigis Centaurorum vectus *vide* Æſculapius. Iidem tediferi ſeu cum accenſis facibus, 281, 283. Centaurorum quadrigis Hercules vectus in veteri nummo. 282
Centaurus palmam humero ferens in veteri nummo, quid notat 282
Cerauni cognomen cur datum Ptolemæo Macedonum, & Seleuco III. Syriæ Regibus, 430. an a Joue Κεραυνίῳ. *Ibid.*
Cerberus τρίκρανος σκύλαξ, 263. in nummis & ſubinde cum Hercule, qui eum domat, depictus *Ibidem* quandoque in iis ad Plutonis pedes, *Ibidem* figura eius in nummis, 264, 265. πεντηκοντάκρανος dictus ab Heſiodo, 264. *bellua centiceps* Horatio. 265
Cerberus Κληδονες unde dictus. 264, 265
Ceres frugifera & cum ſpicea corona in nummis, 365. hinc πολύσταχυς, & πολυμίδιμνος, a Græcis dicta. *Ibid.*
Ceres *Junior*, ſeu Νέα Δημήτηρ dicta Sabina Hadriani uxor in nummo, 421, 422. Ceres Nicomediæ & Nicææ culta in Bithynia. 636
Cerua cornuta in nummis, 204. talis viſa in Cherſoneſo Inſula. 205
Ceruus paſcens, quare ſignatus in nummis Mithridatis Eupatoris 483. Ceruus, non Dianæ ſolum ſacer, ſed Apollini etiam, & quare. 167
Cetii Eurypili comites Pergameni, 505, 506. Ceteius fluuius ſignatus in alio Pergamenorum nummo. 508
Charondas, an ſignatus in veteri Catinenſium nummo, vel potius Selinus. 400, 401
Chiæ drachmæ, 248. Chium vinum, ſeu Atuiſium præſtantiſſimum, 247. Chii Inſularium Græcorum ditiſſimi, *Ibidem.* Chius Στεφανηφόρος in nummo, an de ipſa Chio dictus, an de proprio Prætoris ſeu Archontis nomine. 248, 722
Chimæra, cur in nummis Scriphiorum depicta, 265, in aliis cum Bellerophonte, qui Pegaſo vectus, 266. Chimæra cum Ibi decalcans Crocodilum in gemma antiqua, *Ibidem* de Chimæræ figura diſſenſus aliquis inter Homerum & Heſiodum, *Ibidem tricorpor Chimæra* Euripidi. *Ibidem* figura eius in nummis Corinthiorum. *Ibidem.*
Chimæra ignem ſpirans, 267. origo illius nominis a voce Phœnicia *chamirath*, ſeu *aduſta*, *Ibidem*, origo fabulæ de Chimæra. *Ibidem.*
Chiron Apollinis educator, 281, 282. in Magnetum nummo depictus. 282
Ciconia, pietatis ſymbolum in nummis. 171
Cidaris eadem ac Tiara, 470. non confundenda cum diademate *Ibidem* Cidaris Mithridatis mirifici operis. 472, 483
Cidaris, Chriſtianorum Antiſtitum capitis geſtamen, 471. Romano dein Pontifici propria. *Ibid.*
Ciliciæ Metropoles in nummis, 595, 596, 597. Cilicia in *Primam* & *Secundam* diuiſa, 596. Cilices Ελευθεροι. 679
Citria an eadem cum Malis Medicis, 329, 330.

330. an cum Malis Heſperidum. 329.
Citria una cum palmarum ſpathulis in Feſto Tabernaculorum quotannis oblata. 330
Ciuilis aut Moralis doctrina ſub variis ſymbolis olim tradita, 131, maxime apud Ægyptios, 132. eadem in nummis, maxime Romanis tradita. 132
Ciuilis doctrinæ præcepta vel ſymbola in nummis. 148, 149. &c.
Claua in nummis Ponticorum Regum, & quare ſignata. 483
Claudiotiberias in nummis, eadem quæ Tiberias. 526, 528.
Cnoſſus, Cretæ urbs primaria, 588. imminuta dein eius dignitas, *Ibidem* ſpeciem *Metropoleos* recuperat. *Ibidem.*
Cognomina, quæ Seleucidis tribuuntur in eorum nummis, 411. &c. aliquot, quæ tulerunt primi Seleucidæ, in iis omiſſi. *Ibidem.*
Cognomina a pietate in Deos, Parentes, Fratres, *Euſebis Eupatoris, Philopatoris, Philometoris, Philadelphi.* 412
Cognomina a Victoriis aut rebus geſtis *Euergetis, Magni, Callinici, Nicephori.* *Ibidem.*
Cognomina Deorum quoque ab iis adſumpta *Dionyſi, Cerauni, Soteris,* immo *Epiphanis Dei.* 412
Cognomina alia Seleucidarum a locis ubi iidem nati, vel nutriti, vel ubi regnarunt, ut *Aſiatici, Cyziceni;* aut aliunde etiam petita, ut *Hieracis, Sidetis, Grypi,* & Lagidarum *Lathyri, Phyſconis, Auletis.*
Cognomina Seleucidarum in nummis aliunde ignota. 413, 414
Coloniæ, & coloni conditorum intuitu dicti παῖδες, τέκνα, ἔκγονοι, ἀπόγονοι, συγγενῆς 577. item ἄποικοι, ἀποικία, ἄποικοι vel ἀποικίδες πόλις 575. earum Conditores parentum loco a liberis culti, 569, 575, 578
Coloniæ Metropoleon, ſeu *Maioris,* vel *Antiquæ Patriæ* linguam ſacra, ſacrorum ritus, feſta, leges, magiſtratus, veſtitum, habitum, mores retinebant. 564, 582
Coloniæ Metropoleon ſuarum Tutelares Deos, eaſdem eorum appellationes, ſimulacra, cultum, conſeruabant, eiuſque rei exempla, 572, 573, 581. eandem Templorum formam, & Ἀρχιερεῖς ab iis accipiebant, 573, 575, 581. frugum primitias ad Metropolim mittebant, 581. eadem Feſta obſeruabant. *Ibid.*
Coloniæ Metropoleon ſuarum inſignia in nummis retinebant, 568, 569. inde de earum origine, ſeu conditoribus fides facta, *Ibidem* exempla eius rei in nummis. 569, 570, 571
Coloniæ leges & legumlatores accipere tenebantur ab antiqua patria. 580, 582. a Coloniis miſſi, qui funeris antiquæ patriæ Rectorum curam gererent. 581
Coloniæ antiquæ patriæ annuum vectigal pendebant, 581, 512. auxilia ei ſuppeditare, ac viciſſim coloniis earum Metropoles tenebantur, 582. belli Ducem a Metropoli petebant. *Ibid.*
Coloniæ a Romanis ſæpe in gentis ſeu prouinciæ Metropoles deductæ, 106. hinc utraque dignitas *Coloniæ* & *Metropoleos* in earum nummis ſignata, 106, 107, 602, 603. idque modo vernacula locorum illorum lingua, modo Romana a coloniis in eaſdem illata. *Ibid.*
Coloniæ & Municipii diſcrimen. 652
Colonia Claſſica quænam dicta, 687, 688
Colophon *Metropolis* dicta in nummo apud Occonem, 627. *Sidus Joniæ,* in veteri Epigrammate, 628. *Commune Jonum* cum ſolemni eorum ſacrificio in illius urbis nummo. 528
Columba Veneri, & quare, ſacra 168. inde feſtum apud Erycem in Sicilia, *Ibidem* columbæ Siculæ venuſtæ *Ibidem* Fidei & Concordiæ ſymbolum in nummis. *Ibid.*
Columna cum trigis Equorum cur in nummo Hieronis I. depicta. 549
Coma Parthorum Regum torta variis cincinnis in eorum nummis, 450. & cum redimiculo auro & gemmis contexto, *Ibidem,* deſumptum id e Medorum cultu, *Ibid.* coma adſcititia Medis uſitata: *Ibidem.*
Commagene herba, e qua præſtantiſſimum medicamentum confectum, 565. expreſſa ut videtur in nummo Commagenorum, 364, 365. non idem dictum de nummo Antiochi Euergetis. 365
Communia gentis Concilia ſub Romanis in prouincia Aſiæ, & alibi habita, 643. quæ in iis acta, *Ibidem* Κοιναὶ βουλεύσεις. & Κοινοδίκιαι a Græcis dicta, *Ibidem,* eadem in Templis vel Lucis, qui iis proximi, habita. *Ibid.*
Communia Aſiæ Templa *Pergami, Epheſi,* 643, 644. *Romæ & Auguſto,* in nummis, *Ibidem,* Caligulæ, *Mileti;* Traiano, *Pergami;* Hadriano, *Epheſi, Ibidem.*
Commune XIII. urbium, *vide* Κοινὸν τῶν ιγ πόλεων.
Concordia urbium inter ſe in nummis conſignata, 143. maxime in nummis Proconſularis Aſiæ, 144. quandoque duarum urbium inter ſe, quandoque trium, *Ibidem* inter remotas ſubinde ciuitates,

tates; exempla e nummis, 144, 145. Concordia illa urbium mutua quando, & a quibus procurari ſolita. 145
Condere urbem, magni olim habitum. 466
Conditores urbium in variis earum nummis indicati, & quales, 52, 560, 561, 562. iidem pro Diis vulgo habiti, 563. templis inde, ſtatuis, annuis ſacris, & agonibus culti. *Ibidem.*
Conuallis Hierichuntina irriguis palmis abundans, 347. & quidem caryotis, *vide* Caryotæ.
Conuentus Juridici Aſiæ, ſeu *fora cauſſarum* vel *iuditiorum* 611. conuentus illi an iidem, quæ Metropoles *Ibidem.* ſeptem id genus Juridici Conuentus in Hiſpania citeriore. 612
Coptus urbs Ægypti unde dicta. 303
Corinthus Veneri ſacra, 276. inde urbs *venuſtiſſima* appellata, 276. moneta eius πῶλος, ac unde *Ibidem* Pegaſus in Corinthiorum & coloniarum ab iis deductarum nummis, *vide* Pegaſus. Corcyra & Syracuſæ a Corinthiis deductæ, 569, 570. *Metropolis* dicta in veteri eius nummo, nempe Achaiæ. *Supra* Achaia.
Cornix Concordiæ ſymbolum in nummis 171
Cornu Arietinum in nummis Alexandri M. & ſucceſſorum, 386, 397. in nummo *Dei Ammonis*, & in ſimulacris Mercurii, 390. unde Ammoni tributum, 391 *corniger aries* de Perſarum Rege apud Danielem. 397
Cornua varii generis tributa Diis, Heroibus, Fluuiis. 389
Cornu olim pro poculo, 393, 394. hinc cornua Taurina Baccho, Iſidi tributa, 392, 393, 399. Neptuno, Cereri, Fluuiis, 394, 395. Neptuno ſacra facientes, dicti *Tauri.* 394
Cornu Taurinum in nummo Seleuci I. & quare, 398. in nummo Demetrii Poliorcetis, Bacchi exemplo, 398, 399. cornu Taurinum Africæ etiam ſymbolum, ob frugum copiam. 399
Cornu Hircinum in nummis Antigoni Tutoris, 385, 399. item Tryphonis, 380, 390, 399. Pyrrhus Hircinis cornibus ornatus, ac inde agnitus. 399
Cornua Caprina Junonis Siſpitæ, Panis, Satyrorum. 391
Cornua in galeis veterum, *vide* Galeæ.
Cornu Amaltheæ, cur pro *Keren Happuc* de tertia e renatis Jobi filiabus a LXX. Interpretibus dictum, 401. an iſtud pro *ſplendore gemmæ*, ſeu *lapilli. Ib.*
Cornua facere, in ludibrium iam olim verſum apud Græcos, de viro cui uxor adultera, 402. in Hebræorum etiam Apologis *cornuta facies* de ſimili viro dicta. *Ibidem.*
Corona ex Apio in Iſthmiis loco pinus recepta, 313, 314. obuia in Neronis nummis, 314. corona ex Apio in Nemeis adtributa. *Ibid.*
Corona e Pinu in Iſthmiis, ac dein loco Apii denuo inducta, 313, 314. idque iam ante Domitianum. 314
Coruus Apollini ſacer, 167, 228. inde in Vitellii nummo, iuxta tripodem depictus, 228, male cornici tributus. *Ibid.*
Corycus, urbs Ciliciæ Νεωκόρος in eius nummo dicta, 690. optimi croci prouentu nobilitata. *Ibid.*
Creta, in ea Phœniciæ linguæ veſtigia, 339. paſcuis ferax *Ibidem*, εὔβοτος, ſeu abundans peculiaribus plantis, 341, vaſa Creticis plantis plena, quotannis Romam adlata. *Ibidem.*
Cretenſium ſermo Doricus ad Aeolicum accedens 342
Crocodilorum varia nomina, neque una ſpecies apud Ægyptios, 178. Niloticum & amphibium animal, 175. eius imagine Nilum aut Ægyptum in eius nummis adumbrari. 175, 176
Crocodilus catenæ adligatus in nummis Nemauſi, 176. catenis adligati ſubinde crocodili apud Ægyptios. *Ibidem.*
Crocodili educati in antris apud Dioſpolitas Ægyptios, 176, 177. cicures, *Ibidem* 177. crocodili culti ab Ægyptiis, neque ab omnibus, ſed ab aliis exſecrati. 177, 178
Crocodilorum urbs in Ægypto dicta Arſinoë. 178, 179
Crocodilus in ſpectaculis theatralibus Romæ maxime expetitus, 175, 179. crocodili in pegmate tum oſtenſi. 178
Crocodili alii terreſtres, & e lacertarum genere, non confundendi cum Crocodilis fluuiatilibus. 177
Cuniculus in nummis, index Hiſpaniæ, 179. hinc *cuniculoſa Celtiberia* Catullo. *Ibidem.*
Cupido Delphino inſidens in nummo 228, 229. bigis duorum Delphinorum vectus, in nummo Tarentinorum, *Ibidem.* Centauri dorſo inſidens in nummo. 280
Cupido fulmen geſtans, inſigne gentilitium Alcibiadis. 433
Curbaſia, idem quod tiara. 454, 457
Cyclades, Inſulæ *ſanctiſſimæ* a Callimacho dictæ. 661
Cyrenæi non e Phœnicibus, ſed e Græcis orti, 299. hinc Cyrene, *urbs Græca* dicta *Ibidem* præſtantibus equis ferax, 297, Cyrenæi quot annos Cyrenas incoluerint, 299. Silphium in eorum nummis, *vide*

vide Silphium:
Cyzicus inter claras Aſiæ urbes, 629. *Metropolis* dicta in veteri Inſcriptione, ac apud Syncellum. *Ibidem.*

D

Dactylus, de palmæ fructu recentior appellatio, 349, 351. non a *digiti* figura, ſed a voce Orientis *dakkel* ſeu *dachel*, 350. non vero hæ voces Orientalium & Ægyptiorum de palmæ fructu, a voce δάκτυλος. *Ibidem.*
Damæ Africanæ. 204
Damaſcus *Colonia Metropolis* in eius nummis dicta, 107. prunis abundans, 346. quæ ſignantur in eius nummis. *Ibidem.*
Danorum, qui nummis antiquis delectati, aut delectantur, commemoratio. 39,40
Daricorum, antiquæ monetæ Perſicæ ſpecimen. 558
Delphinus Apollini ſacer, 167. inde ſupra tripodem in nummo Vitellii. 228
Delphini figura in nummis repanda ut plurimum & incuruo dorſo, a Bellonio male arguitur, 224, 225. tridenti vulgo iidem circumuoluti in nummis, ac tortuoſi. 225
Delphini ut puerorum & hominum amatores, in nummis *Jaſenſium, Tarentinorum, Brundiſinorum, Piſauriorum, Corinthiorum, Delphorum.* 227,228
Delphinus cum ſeſſore Cupidine in nummis & gemmis antiquis. 228,229
Delphini placide ad naues ſalientes, 229. exempla in nummis. *Ibidem.*
Delus ob Latonæ in ea partum, & Apollinis natales *ſacra* habita, 661, 666. hinc *ſacri* etiam Deli incolæ, 666. *inuiolabiles* iidem ſeu ἄσυλοι. *Ibidem.*
Derectus effigies, & qualis in nummis. 253
Dei ſeu Θεοῦ cognomen Antiochi II Syriæ Regis 419. in marmoribus ei tributum, *Ib.* item quatuor aliis Seleucidis, in eorum nummis. 420. item Ptolemæo Philometori Regi Ægypti, 421. eodem Θεοῦ nomine appellati Mithridates, Phraates, Choſroës, & in genere, Perſarum Reges. 424,425
Deus ſeu Θεὸς dictus itidem in nummis Senatus Romanus, 140, 141, 425. Cæſares. *Ibidem.*
Dea ſeu Θεὰ dicta in nummis Cleopatra Demetrii II. uxor, 420, 421. item Cleopatra M. Antonii *Ibidem*, item Stratonice Antiochi II. uxor in marmoribus, *Ibidem.* item Roma, 138, 139, 140, 145. *Vide* Roma.
Dii ſeu Θεοὶ Ἀδελφοὶ in nummis Ptolemæi Philadelphi & Arſinoës coniugis, 422, 423, 424. exemplo Jouis & Junonis, vel Apollinis ac Dianæ, 423. Θεοὶ Σωτῆρες in iiſdem Ptolemæus Lagi & uxor Berenice. *Ibidem.*
Dii & Deæ Præſentes ſeu Epiphanes in lapidibus antiquis, 426, 429. *Vide* Epiphanes.
Deorum nomina ab hominibus adſumpta, ut *Jouis, Herculis* &c. 434, 435, 438. Diis viciſſim indita hominum nomina, ut *Jouis Agamemnonis, Veneris Stratonicidos.* 436
Deorum Deus Θεὸς Θεῶν. 465, 466
Δημήτρια, Cereris Feſtum, in nummo Nicomediæ. 636
Δῆμος ſeu *Populi* nomen & effigies in nummis, 138. quandoque cum addito Ἱερᾶς ſeu *Sacri* titulo, *Ibidem.* Senex ab Ariſtophane dictus, *Ibidem.* Democratiam notat. *Ibid.*
Δῆμος Ῥωμαίων in nummis, 135, 136. male de incolis Thraciæ partis explicatus, 136. neque de Alexandrinis in alio nummo explicandus. *Ibid.*
Diadema non quadratum, ſed ſinuatum in orbem, & rotundum, 545. ſolo diademate reuincta quandoque Arſacidarum capita in nummis, 450. quandoque autem cum addita Tiara ſeu Cidari, neque tamen *diadematis* nomine deſignatus *Cidaris*, iuxta Briſſonium, 450, 451, 470. diadema tunc partem Tiaræ inferiorem ambiens. 451
Diademata a Perſarum Satrapis, & Regum cognatis geſtata, 452. Diadema *Perſicum*, dein *Macedonicum*, & *Pelleum* dictum. 470, 471, 546. ab Alexandri ſucceſſoribus adſumptum. 470
Diademate reuincta in nummis Dearum capita, Junonis, Veneris, Dianæ, &c. 545
Diadema a Poëtis Atreo, Thyeſtæ, Quirino, præter rei veritatem tributum, 545 eo non uſi Siculi Reges uſque ad Hieronymum, 545. eo abſtinuiſſe plures alios Reges. 546
Dianæ Epheſiæ ſimulacra ſæpe in aliarum urbium nummis conſpicua, 507. Diana a Phocæenſibus culta, inde in Maſſilienſium eorum coloniæ nummis expreſſa. 573
Diana Epheſia Ἄσυλος in nummo, 668. eius templi Aſylum quale, & eius fines, 669. quibus perfugium, *Supra* Aſyla. Meretrices ab eo Templo excluſæ, 725. theſauri in eo reconditi. 718
Dianæ Leucophrynes apud Magnetas ad Mæandrum Templum, 660. idem Æde Epheſiæ Dianæ concinnitate & ſtructura præſtantius, *Ibidem* eiuſdem Templi celebritas. *Ibidem.*
Dianæ Perſicæ Templum apud Hierocæſarienſes 669. Aſylum idem, & eius fines.

nes. *Ibidem.*
Diana Pergæa Ἀσυλία in nummis, 591, 724, 775. illius Templi in Pamphyliæ Metropoli Perga celebritas, *Ibidem*, annuus gentis ad illud conuentus. *Ibidem.*
Dictamnus, herba Cretica, 362. signatus in nummo Cretensi, cum capra eum adpetente. *Ibidem.*
Digamma inuersum a Claudio Imp. illatum in Romanorum Alphabetum. 109
Δικαιοσύνη in Græcis aliquot nummis, 146, 466
Δικαίου cognomen Arsacidarum, in eorum nummis. 449, 466
Dionysius e Scriba Syracusanorum Tyrannus euasit. 704, 705
Dionysus seu Bacchus dictus Antiochus XII. 433. an eius loco id Antiocho VI. tribui debeat, 433. item Ptolemæus Auletes, Mithridates, 434, 435, 436, 437. an etiam Ptolemæi Auletis filius, & Cleopatræ frater. 437
Dioscuri cur signati cum Silphio in nummis Cyrenaicis, 295. iidem crediti salutares stellæ. *Ibidem.*
Diphthongi olim omissæ quandoque, sic ō pro ῶυ in nummis. 115, 116
Dorica dialectus eadem cum antiqua Aeolica. 108
Dracones magni & cum pluribus gyris in nummis *Sami*, *Ulpiæ Pautaliæ*, &c. 216, 219, 220. duo inusitatæ magnitudinis, in nummo *Tarsensium*, 216, eorum magnitudo e nummis eruenda, 221 magnitudine, crista, & barba a serpentibus distincti. *Ibid.*
Dracones mansueti, in Macedonia familiares, 212. Heroibus sacri, *Ibidem* diuinæ virtutis, vaticiniorum, & salutis symbola in priscis nummis, 167, 212, 213, 223. ad auguria opportuni, 213, 215, 223
Draco *Glucon* dictus impostoris Alexandri apud Abonoteichitas, ciusque effigies in nummis. 213, 214
Dracones pro Tutelaribus Geniis & custodibus habiti, 216. maxime in Macedonia, Thracia, Paphlagonia &c. 221. iidem Agathodæmones seu *Boni Genii* ab Ægyptiis ac in eorum nummis, *vide supra* Agathodæmones.
Draconum vel serpentum pedes fabulosi. 221

E

E longum, scriptum quandoque per duplex E, ut FEELIX in nummis. 121
E loco Ητα in antiquis Athenienſium & Thebanorum nummis. 89, 92, 95
Ει pro ῑ in nummis & lapidibus. 119, 122
Εἶδος τῆς Ασίας, unde Magnesia ad Mæandrum dicta, in duobus eius nummis, 655. &c.
Ἕβδομη, septimus mensis dies, quo natus Apollo putabatur, 657. hinc Festum ea die in honorem Apollinis Ἑβδομαγέτου celebratum, cum lauri & canistri coronati g. statione. *Ibid.*
Edessa a Seleuco Nicatore condita, & dicta *Antiochia ad Callirhoen*, 585, 586, 607. Antiochia μητροπόλεως J. Malelæ 537. *Hierapolis* olim dicta, 660. postea *Justinopolis*, a Justino Imp. *Ibid.*
Edessa Oesrhoenorum regia, in Mesopotamia, 536. Romani iuris facta, *Ibidem* Persis finitima *Ibidem. minima* in Epistola Abgaro tributa ad Seruatorem, postea *maxima urbs* dicta. 536, 603
Edessa *Colonia Metropolis* in nummis, 602, in alio, *Mesopotamiæ Metropolis*, 603. id contra præstantes antiquarios adsertum 604, 605
Εἰρήνη in Græcis aliquot nummis. 146
Elagabali Imp. an *Heliogabali* nomen, sit a Græcis usurpatum. 129, 719, 720
Ελεφαντάρχης dictus per ludibrium Seleucus I. 407
Elephantibus usi Syriæ Reges, 170. hinc 500. Elephantes in agro Apamensi ali soliti, 107, 440. inde signatus in Apamensium nummis Elephas *Ibidem* item ad denotandam victoriam ab Antiocho Sotere reportatam. 407
Elephantum venatio a Ptolemæo Philadelpho instituta, 170. Rex Pegu dictus, *Rex alborum Elephantum.* *Ibid.*
Elephas, munificentiæ seu amphitheatralis Romanorum spectaculi insigne, in nummis, 163, 164. elephantes funambuli in iisdem spectaculis, aut pila ludentes, 169, 180, 181. inter se vel cum aliis bestiis in illis commissi, 180. antea Romanis terrori. 181
Elephas ob longæuitatem *Æternitatis* in nummis symbolum, & quidem Elephas cum sessore, 169. ita biiuges, aut quadriiuges elephantes, triumphi, aut consecratorum in iisdem indices, 179, 180, 181. aut solemnis per Circum transuectionis. 179
Elephas loricatus in nummis, 182. usus in bellis, 183. Θωρακοφόρος inde dictus. *Ibidem.*
Ελεύθεραι urbes quænam dictæ in earum nummis, 678, 672, 680. quo sensu ita appellatæ. 675, 676, 677
Ελεύθεραι urbes dictæ quandoque de iis urbibus, quæ regebantur populari imperio, 675. aut quæ plena fruebantur libertate, 674, 675. Græcorum inde & Barbarorum discrimen. *Ibidem.*

Ελευθερία in Cæſarianis aliquot nummis. 146
Epheſus *Aſiæ Metropolis* dicta in nummo apud Goltzium, 612. non in aliis, qui proſtant adhuc, illius urbis nummis. *Ibidem.*
Epheſus an *Prima Aſiæ Metropolis* dicatur in Reſcripto Antonini Caracallæ 613, 614, 616. an ab aliis Auctoribus, vel in nummis 616, 617 936, 637. *Primi Aſiæ* dicti in nummis *Epheſii*, & quidem ante Caracallam, 617, 636, 637, 641. ſed non inde Epheſus *Prima Metropolis Ibidem* quid ille *primatus Aſiæ* denotaret. *Vide* Primus & Primatus.
Epheſum primum mari adpellere tenebatur Aſiæ Proconſul 613, 614, 615. Epheſiorum ſingularis nummus ſub Philippo Imp. Ἐφεσίων Α Καλάμους, *Epheſiorum Primorum*, aut *Primus Cataplus*, ſeu *Adpulſus.* 615, 616.
Epheſi a Communi Aſiæ Romæ & J. Cæſari Templum erectum, 644. *Soli* ex *Omnibus*, Aſianis nempe, *Quater Neocori*, *Epheſii* in Græco eorum nummo. 645
Epheſus ſequiori ævo, non Aſiæ ſolum prouinciæ, ſed totius Aſianæ Diœceſios Metropolis, 618. Epheſinus Antiſtes dictus inde *Exarchus*, *Primas*, *Patriarcha.* *Ibidem.*
Ἐπιμελητὴς, ſeu *Præfectus*, *Claudius Aglaus Fronto*, in nummo Antiochiæ in Caria 714
Ἐπιμελητὴς curator cuiuſcunque rei, 714. Ἐπιμελητὰι *emporii*, item *Reipublicæ*, & *legum*; item *Tribus*; aut *maleficorum inſpectores*, apud Atticos, 714, 715. pro *tutore Regum*, item Antipater Ἐπιμελητὴς Ἀυτοκράτως, cui ſumma regni a Macedonibus commiſſa. 715
Epiphanes, primus e Seleucidis dictus Antiochus IV. 426. idemque Θεὸς Ἐπιφανὴς in eius nummis, 426. quæ ratio huius appellationis, nec Samaritanis tribuenda. 427, 439. Sic Caligula Διὸς Ἐπιφανὴς &c. *Supra* Caius Caligula, 428. Θεὸς Ἐπιφανὴς καὶ inter titulos Choſrois, Perſarum Regis. 329
Epiphanes *Dii Præſentes* & *Præſentiſſimi* etiam dicti in Theologia Gentilium, 426. qui non vulgo conſpicui, inſtar Solis & Lunæ, 428. eorum numerus ſolis ſacerdotibus notus, iuxta Jamblichum, 428. efficaces & ſalutares eorum Epiphaniæ ſeu adparitiones, 425. hinc ἐπιφάνεια de *præſenti* numinis *auxilio Ibidem* & pro *efficacia.* *Ibidem.*
Epiphaniæ illæ Deorum, Dæmonum, Heroum, 425. Ἐπιφάνια & Θεοφάνια, ſacra inſtituta ad eliciendas illas Deorum adparitiones. 527
Ἐπιφανὴς ἱμέρα de *Baptiſmo* a Chriſtianis dicta. 427
Epiphanes dicti alii quoque e Seleucidis, vel ex Aſiæ & Ægypti Regibus, 429. neque adeo ut Dii *Præſentes*, quam ut *Illuſtres Ibidem* ita etiam Arſacidæ in eorum nummis. 446, 466
Epiſema tria, *Fau*, *Coph*, & *Tzaddi*, an totidem litteræ in Cadmi Alphabeto, 92. eadem vero *epiſema*, non litteræ in Alphabeto Jonico 24. litterarum. *Ibid.*
Ἐπιστάτης, *Præfectus*, 137, 138. in nummis eius mentio, 138, 715. in genere de eo, cui cuiuſcunque rei inſpectio aut cuſtodia erat credita, 715. diuerſa eius vocis acceptio apud Atticos, 715, 716. de Templi Præfecto apud Pergamenos, in eorum nummis. 715, 716
Equus in quadro Macedonum ſymbolum in nummis, 375. cum dextra & pede humano in veteri nummo 288, 289
Equi cataphracti ſeu loricis ſquamatis tecti 183. iidem contra Elephantas commiſſi, *Ibidem* iiſdem inſidentes clibanarii *Ibidem* Equi & Equites Perſarum cataphracti. 184
Equi celeres, *Pegaſus*, *Aquila*, *Paſſer*, *Volucris*, *Ventoſus*, & *Aquila* dicti. 374
Equi victores in Græcorum agonibus coronati 550. στεφανῖται inde a Theocrito dicti *Ibidem* ſingulare nomen inde iis etiam inditum, ut Φιλωνίδης Hieronis I. celeti *Ibidem* ſimulacris etiam honorati, 550, 552
Eraclia quid notat in Tyri nummo, cum Latina inſcriptione, 579. Ἡράκλεια Ὀλυμπία in Græcis nummis. *ibid.*
Eſdras an mutarit ſacri Codicis characteres e Samaritieis in Aſſyriacos. *Vide* Aſſyriacæ litteræ, & Samaritieæ.
Euergetis cognomen adſumptum a variis Regibus, 439. a Seleucidis in nummis Alexandri I. vulgo Balæ, Antiochi VII. Demetrii III. vulgo Eucæri, 439, 440. item duorum Ptolemæorum VI. & VII. Ægypti Regum. *Ibidem.*
Euergetes etiam dicti alii in Aſia Reges, præter Lagidas & Seleucidas, 441. Arſacidæ itidem in eorum nummis. 466
Eugubina tabula an inſcripta litteris Punicis, aut Græcis inuerſis. 78
Eumenides, ſeu Furiæ depictæ flagellis & facibus armatæ, 260. non alatæ. *Ibid.*
Eurypyli Herois nummus, 504, 505. Pergamenis omnino tribuendus, non Salaminiis, 505, 606, 509, 510. idem Telephides dictus, ſeu Telephi filius, 506. plures alii Eurypyli in Troiana expeditione. 506, 508

Euſebeia dicta Cæſarea Cappadociæ in nummis, 473. item Tyana. 598
Euſebes dicti e Seleucidis, Antiochus VII. & Antiochus X. in nummis 441. item Ariarathes Rex Cappadociæ, 441, 472, 473. Antoninus Imp. ac dein eius Succeſſores. 441

F

F loco Φ Græcorum in nummis Faliſcorum 107. pro Ph ut *triumfus*, *triumfator*, *Focas* &c. in nummis. 123
Faleſii & *Haleſii*, deinde *Falerii* vel *Faliſci* dicti in Magna Græcia, 107. eorum conditor Haleſus, 107, 108. Faliſcorum τὸ ἰδιόγλωττον. 108
Fecunditas in nummis Auguſtarum: 148
Feſta Metropoleon in Colonias ab iis deductas inuecta, 581. eius rei exempla. *Ibid.*
Ficus Ruminalis in veteri nummo, cum paſtore Fauſtulo, lupa, & gemellis. 363
Fides, ſeu Πίστις, dextrarum iunctarum ſymbolo deſignata in nummis. 143, 144
Flauia Moſchi Filia Ἀχιλλεία Aſiæ Templi in Epheſo, *Prytanis*, & *Sacerdos* Maſſiliæ. 574
Fluuii tauriformes, ſeu cum cornibus taurinis, in nummis, 394, 395. ob mugitum taurorum aquæ ſono ſimilem. 395
Fœdera & ſocietates urbium inter ſe in antiquis nummis, 143, 144. eius rei ſymbolum in iiſdem, dextræ iunctæ. 143, 144
Φθεῖρες, ſtrobili, ſeu nuces pineæ, 311. hinc πίτυς φθειροφόρος Theophraſto. *Ibidem* Φθειρῶν ὄρος. *mons pinorum*. 312, 320
Fuci muliebris tres ſpecies, purpuriſſus, ceruſſa, ſtibium, & quem in uſum ſingulæ. 401, 402
Fulmen Seleuciæ pro Numine conſecratum, & quare, 430 inde in Seleuceenſium nummis cum inſcript. Ζεὺς Κεραύνιος, 430, 431. Prouidentiæ Deorum & Imperii ſymbolum in nummis, 432, 433. Aquila fulmen unguibus tenet: *vide* Aquila.
Fulmen in Etruſcorum libris, aliis etiam Diis, quam Ioui tributum, 431. ut Mineruæ; unde Noctua fulmen unguibus tenens in nummis *Ibidem* Hercules cum fulmine, in nummis Bruttiorum, *Ibid*, Alexander cum Fulmine depictus, *Ibid.* quandoque Imperatores Romani *Ibid.* hinc *fulminare* & *tonare* Iouis exemplo iidem dicti. *Ibidem.*
Fulmen alatum in nummis, 431. Ariſtophani πλεκτὰς κεραυνὸς, & πλεκτόφορος, *Ibid.* ob teli ſeu ignis illius celeritatem. *Ibid.* hinc *rapidus ignis*, de *fulmine* apud Virgilium. 432

G

Γ & K promiſcua quandoque in nummis & lapidibus antiquis. 119
Γ & N ante K confuſa apud Græcos 119
exempla in nummis ac lapidibus antiquis. *Ibid.*
Galeæ veterum cornutæ deſuper, 399. Thracum galeæ cum cornibus bouinis. *Ibid.*
Gallorum, qui nummis antiquis ſunt delectati, vel delectantur, commemoratio. 40, 41, 42, 43.
Gallorum veterum Duces vel Reguli in nummis. 52, 557
Gallus, auis auguralis, inde Soli ſeu Apollini ſacer, 168. Mercurio etiam in aliis nummis, & quare. 168, 169
Gelonis Syracuſanorum Regis nummi ſine diademate, 546, 547. Currus eius æreus in Olympiis, ob victoriam curulem in iis reportatam dicatus. *Ibidem* cur *Gelous*, in dedicatione illius currus, *Syracuſanus* autem in nummis eius dictus. 547, 548
Genius, *Bonus Genius* in nummis, 147. *Genio Populi Romani*, aut *Genii Cæſaris* in iis, & lapidibus. *Ibid.*
Germanorum Cæſarum, Procerum, eruditorum, qui priſcis nummis delectati ſunt, vel delectantur, commemoratio. 36, 37, 38, 39
Γερουσία, *Senatus* apud Græcos, & in nummis, 134. eius habitus in iis. *Ibid.*
Gotthiæ antiquæ, ſeu Suconum litteratura in nummis *vide* Suconum.
Gotthicæ litteræ in nummis Hiſpanicis 112. Gotthicarum litterarum diagramma. 113, 114
Gotthorum in Italia Regum, Theodorici &c. nummi, 555. ſubinde cum Juſtiniani Imp effigie. *Ibid.*
Græcarum litterarum antiquarum forma ex auerſis Phœniciis & Samariticis deducta, 81. inde etiam earum ordo & nomina, 83. qui traditi primi earum inuentores *Ibidem* Cadmo id adſertum, *Ibidem Phœnicia* & *Pelaſgica* eædem dictæ. p. 88.
Græcarum litterarum forma non ſemper eadem, 93. triplex earum mutatio apud Herodotum *Ibidem* prima eadem cum Phœniciis litteris *Ibidem* poſt aliquantum immutata ab ipſis Phœnicibus *Ibidem* dein a Jonibus. *Ibidem* eædem antiquis Cadmeis haud valde diſſimiles. *Ibid.*
Græcarum litterarum duæ tantum formæ, iuxta Salmaſium, prima *Cadmea*, altera *Jonica*. *Ibidem.*
Græcorum litteræ, quibus inſcripta priſca

quædam monumenta, 93. Græcorum antiquæ litteræ in inſcriptione in fano Iſmenio apud Thebanos, 93, 94. item in aliis monumentis ſeu inſcriptionibus antiquis. 94
Græcorum 24. litterarum Alphabetum Sami conſtitutum, 94. Earundem litterarum nonnullæ mutationes in antiquis nummis obuiæ. 94, 95
Græciæ ſeu Ἑλλάδος. *Prima Metropolis Sardes* dictæ in duobus illius urbis nummis, 618. non quod in Græcia eadem urbs eſſet ſita, aut ob deductas ab ea in Græciam colonias, 123. ob quaſdam Macedonum urbes & gentes in Lydia, aut finitimis in locis, 624. id ex Auctoribus & nummis antiquis illuſtratum, 624, 625
Græcæ dictæ, deductæ a Græcis Europæis in Aſiam urbes, 467. Sic *Græci* dicti Jones, & *Græcæ* in Meſopotamia ciuitates. 467, 623, 624
Γραμματεὺς ſeu *Scriba* inter patrios Magiſtratus nobilium in Aſia urbium, 703 exempla in nummis *Magnetum ad Mæandrum, Trallianorum, Epheſiorum*, 706, 707
Γραμματεῖς, viles & *Apparitorum* loco apud Athenienſes, 704, 705. hinc Æſchines ut Γραμματεὺς a Demoſthene ſuggillatus. 705
Γραμματέων tria genera Athenis; *iuxta Prytaniam; Senatus; Populi* 705. Scriba Urbis & Populi de eodem Athenis dictus, 705, 706. Scriba unius cuiuſque Tribus Athenis. 706
Gryphes an fabuloſi dubitat Plinius, 270. eorum figura & patria. *Ibidem* leonibus ſimiles adunco roſtro, & pennis aquilinis. *Ibid.*
Gryphes equis infeſti, 270. *muti canes* cur dicti ab Æſchylo. 270, 271
Gryphes Apollini ſacri in nummis, 267, 270. hinc Gryphes cum tripodibus in nummis, 212. Sol Gryphum bigis vectus in veteri marmore, & Apollo in nummo, 167, 271, 272. item Antinous ſub Apollinis habitu *vide* Antinous. Gryphi inequitans Oceanus apud Æſchylum. 272
Gryphes præter Jouem, Apollinem vel Solem, Nemeſi etiam dicati in nummis. 273
Gryphum ſimulacra lignea dicta Κάναθρα, *vide* Κάναθρα.
Gryphes marini cum cauda tortuoſa. 273

H

H pro adſpiratione antiquitus, & adſpiratis vocibus apud Græcos præpoſita, 91, 95, 305, 117. exempla in nummis, 95, 115. dein pro litteta ἦτα a Simonide adiecta, 92, ab ea diu abſtinuerunt Athenienſes, 95. 96. hinc in antiquis eorum nummis ΑΘΕ pro ΑΘΗ. *Ibidem.*
H loco F. apud Romanos, *Formiæ* olim *Hormiæ*, 108. *Falerii, Haleſii.* *Ibid.*
Halicarnaſſus, *Metropolis*, Cariæ nempe, dicta in vetere nummo. 626, 627
Harpyiæ, alatæ virgines; earum figura in nummis, 260. non eædem, quæ Furiæ. *Ibidem* Furiæ tamen, & Parcæ ſeu Κλωθῶες dictae, 261. Sophocli ἑλωχάδες, 259. γαμψώνυχες, *cum aduncis unguibus* ſeu roſtris. 262
Harpyiæ de Phinei filiabus a Mythologis dictæ, 261. de *locuſtis* intelligendæ, a voce Hebraica *arbeh, locuſta Ibidem* Harpyiæ male loco Sphingum in nummis Chiorum explicatæ. 248
Haſtæ Regibus olim loco diadematis. 455
Hedera coronati varii Reges, ad exemplum Bacchi, 438, 439. item M. Antonius. 439
Heraclea Pontica Μάλης Ἀπείκου Πόλιαν in veteri nummo, 576. idem explicatus & illuſtratus, 576, 577, 578, 579. quæ Coloniæ ab eadem deductæ, 576. hinc una voce Μητρόπολις etiam dicta in veteri nummo, 578, 579. in Herculis honorem condita & denominata. 263 482
Heraclidae Regum in Macedonia auctores. 273
Herculis inde effigies, & inſignia, claua, & leonis exuiae in nummis Macedoniae Regum. 375, 376
Herculi Rom. Conditori in nummis. 562
Hercules Σωτὴρ, ac unde dictus, 418. cum Claua in Ponticis nummis depictus, 482 e Ponto eius in inferos deſcenſus, cuius rei ſigna adhuc ibi oſtenſa. 263, 482
Herodes Ἐθναρχὴς in nummis, ac unde 520, 521. idem qui Herodes primus ſeu Magnus. 521
Herodes Rex Chalcidos, cum Regis ſeu Βασιλέως titulo in nummo, 521. Herodis Φιλοκλαυδίου nummus ad eum relatus 522, 523, 524. non ad Regem Agrippam, vel ad Herodem Tetrarcham, 523, 524
Heroës iique urbium conditores, 521. heroicis honoribus culti, 563. Heros Eurypylus in nummis, *vide* Eurypylus. Heros Solymus. 563
Heſperidum Mala in nummis, 330, 331. neque tria ſolum, ſed quatuor, aut quinque, 332. draco eorum cuſtos, ac prope tres Nymphae Heſperides, 331. *Mala aurea* dicta Virgilio, *Ibidem* edere ea licuit in Rheae ſacris, 334. eadem apud Lacedaemonios non edulia *Ibid.* ob odoris

doris præſtantiam Diis adpoſita. *Ibid.*
Heſperidum Mala an eadem cum *Aurantiis* vel *Citriis*, 333. an cum *Cydoniis*, ſeu *Cotoneis* malis *Ibidem* de *Aurantiis* potius intelligenda, & quare *Ibidem*.
Heſperidum Malis hortus in Africa ad Syrtim, ſeu ad Berenicem in Pentapoli; ab aliis ad Atlantem adſcriptus, 333. inde ab Hercule in Græciam adlata, nomen Heſperidum retinuere. *Ibid.*
Heſperidum Mala Seruio de *ouibus* rufam lanam habentibus, 332. male de *opibus*, e voce Arabica a Bocharto explicata. *Ibid.*
Hierapytnæ urbis Creticæ nummi, 338. nomen illud e voce Græca & Phœnicia deriuatum, 339. tanquam *Sacra*, & lætis paſcuis *abundans*, aut *pecorum diues*. *Ibid.*
Hieronis I. Syracuſanorum Regis nummi cum equorum & mulorum bigis, equorum trigis, quadrigis &c. qui vere Hieronicam illum arguunt, 548. idem etiam celete victor. *Ibidem.*
Hieronymus Siciliæ Rex, primus inter Siculos Reges diademate uinctus, 545, 552. diadematus ferme in eius nummis. 552
Hieronymus presbyter mediocriter Hebraice doctus, 26. eius ſententia de inductis ab Eſdra in S. Scripturam Aſſyriacis, ſeu hodiernis Hebraicis litteris, loco Samaritticarum refellitur, 60, 61, 62,69,70,71. &c.
Hieroſolyma Philoni Ἱεροπολις 660. *Hieroſolyma Sancta* in Aſſyriacis ſeu Samaritticis eius nummis. *Ibid.*
Hieroſolyma Ἱερὰ καὶ Ἄσυλος a Demetrio Sotere declarata, 665 ager prope Hieroſolyma *ſacer* a Matthæo, ac unde dictus. 669, 670
Hippelaphus, figura equi & cerui, 200. ubi reperitur *Ibid.* an idem cum Tragelapho. *Ibidem.*
Hippocampi, ſuperiori parte equi, inferiore piſces, 174. eorum figura in nummis. 175
Hippopotamus, animal amphibium terreſtre & fluuiatile, 172. *Equi*, *Bouis*, *Porci marini* nominibus dictus. *Ibidem* *Equi fluuiatilis* nomen unde ei inditum *Ibidem* quæ illi cum equo communia. *Ibidem.*
Hippopotami figura in nummis, 172,174. non bifidæ ſolum, ſed diuiſæ eius ungulæ, 172, 173. iuxta Nilum in nummis depictus, 174. cum ſeſſore puero quandoque. *Ibidem.*
Hippopotamus quando Romæ primum in publicis ſpectaculis viſus, 175. an Ammiani Marcellini ætate non amplius repertus. *Ibidem.*
Hiſpanorum, qui nummis antiquis delectati, commemoratio. 36
Hiſpani olim non una litterarum forma uſi, 122. Hiſpanici veteres nummi *Ibidem*. *argentum Oſcenſe*, & *ſignatum Oſcenſe* apud Liuium. *Ibidem.*
Hiſtoricorum veterum crebra inter ſe repugnantia, 369. veterum Auctorum ea de re teſtimonia, *Ibidem* Hiſtoria antiqua ſupplenda ſubinde e nummis & lapidibus antiquis. *Ibidem* exempla etiam eius rei apud veteres Auctores. 369, 370
Hiſtoria Regum Barbarorum, in Aſia potiſſimum, & remoto etiam Oriente, e nummis illuſtrata. 448, &c.
Homerus cum Sphinge, cur in vetere Chiorum nummo ſignatus. 247
Hominis & beſtiæ mixtura familiaris apud Ægyptios, & quare 241
Hordeaceæ fruges ſecundo Azymorum die demeti in Judæa cœptæ, 529. ſpicarum manipulus ex iis confectus & toſtus. *Ibid.*
Hyæna in Philippi Senioris nummis, 207 lupo ſimilis, ſed breuior, & maculis conſperſa, *Ibidem* hinc *picta* hyænæ dictæ, 208. *tzeboa* apud Jeremiam, an eadem iuxta quoſdam recentiores, cum *ciuetta* ſeu *Zibetho*. *Ibidem.*
Hydra dicta *ſepticeps monſtrum*, 267. aliis πολυκέφαλον, *centiceps* etiam, & cum infinitis capitibus a poëtis dicta, 268,269. Serpens Lernæx paludis *Ibidem*. unde nata de renaſcentibus eius capitibus fabula. *Ibidem*. hinc de Chriſtianorum gente dicta a gentilibus. *Ibidem.*
Hydra cum domitore Hercule in nummis depicta. 268, 269
Hypogloſſus, ſeu laurus Alexandrina in veteri nummo, 363. an diuerſæ illæ plantæ. *Ibidem.*

I

Ibices, capreæ genus, earum pernicitas, 202. earum figura, 203. an eadem, quæ Hirci feri. *Ibid.*
Ἱερὰ ſeu *ſacræ* urbes quæ in earum nummis dictæ, 659. 660. a ſingulari Templi, ac Dei in eo culti religione ac celebritate, 660, 661. quæ inſulæ vel urbes Ἱερὰ ſimiliter dictæ apud Auctores, 660. idem Ἱερὰς epithetem ornatus gratia quandoque additum. 661
Ἱερὰς καὶ Ἀσύλου coniunctæ appellationes in nummis. 662, 663 &c.
Ἱερόσυλοι *ſacrilegi* unde dicti, 718. ab Aſylis Gentilium abſtrahi poterant. 671

Ilex cum ſcroſa ſeu ſue ſoëta, aduentus Æneæ in Italiam indices, ſignatæ in veteri nummo. 364
Imagines Cæſarum in annulis, nummis expreſſæ, quæ olim earum religio 30. eas nummis ſignare, inter arcana Maieſtatis habitum. *Ibidem.*
Imaginum ius apud Romanos curulium magiſtratuum proprium, 49. in qua æ-dium parte eædem poſitæ. *Ibidem.*
Imagines animantium, homine excepto, arborum præterea, herbarum, rerumque ſimilium formare Judæis licitum. 529
Immunitas a vectigalibus ſeu ἀτέλεια & ἀστοτέλεια, diuerſa a iure Ἐλευθέρων urbium & Αὐτονόμων. 676, 677, 678
India & Indi, de Æthiopia olim, & Æthiopibus dicti. 188
Inſcriptiones bilingues in nummis & lapidibus. 107
Inuicta & *Inuicti* appellatio in nummis Romæ & Imperatorum. 414
Jones cum Atticæ, tum Peloponneſi olim incolæ. 87
Jonicum Alphabetum XXIV. litterarum, 84. poſt additas octo litteras Cadmi Alphabeto. *Ibidem* male inde de *Cadmi Alphabeto* dicitur 84, 86. *Jonicum* quando appellari cœptum, 84, 85, 86. ante bellum Peloponneſiacum, 86. a Calliſtrato Samio digeſtum, & Athenienſibus traditum, & quando 85, 86, 87. idem *Saminm* ſeu Samiacum poſtea dictum. 91
Jonici Alphabeti litteræ non omnes in eadem forma remanſerunt. 93
Iſauropolis, Metropolis Iſauriæ. 593
Iſiaci ſacrorum miniſtri figura in veteri marmore. 306, 307
Iſis ſub forma leonis, & cum facie muliebri in nummis Ægyptiis, 241. Bacchi coniunx a quibuſdam habita. 281
Juba Pater, Numidiæ Rex, non Mauritaniæ 540. cum promiſſa barba, & coma cincinnis torta in nummis. 541
Juba Filius, Mauritaniae Bogudianae ſeu Tingitanae Rex ab Auguſto conſtitutus, 541. eius ut praeclari hiſtoriae conditoris laus, *Ibidem* nummus eius cum Cleopatrae coniugis effigie, 542. cum aliis etiam typis & annis regni, 542, 543. in Deorum numerum a Mauris poſt obitum relatus. 543
Judaea diuiſa in Montanam, Campeſtrem, & Vallem, 351. balſamo & palmis ferax *vide* balſamum, & palma.
Judaea poſt mortem Herodis M. & Archelai filii, *Ariſtocratica* a Joſepho dicta. 531
Judaeorum character duplex ſacer & profanus, 66, 72. prior, quo libri ſacri conſcripti, ad Chaldaicum accedens, 72. profanus, quo Samaritani uſi, & Judæi poſt reditum e captiuitate, in uſu ciuili & profano, ut in nummis. 72
Judæorum in hiſtoria temporum ignorantia, 71. iidem poſt reditum e captiuitate, Æra Seleucidarum uſi, qualis ab Auctore 1 Macchabæorum uſurpatur, ab anno Alexandri M. XII, non ut alii, ab anno eius VI. 76
Judæorum traditio, an, iuxta Talmudicos, ſeruata ſit per Synagogam Magnam, poſt reditum e captiuitate. 71
Judæorum ſeu Haſmonæorum Duces in nummis Samariticis, 68. Reges eorum, Ethnarchæ, Tetrarchæ, in Græcis eorundem nummis, 520, 521, 522, 527, 528, 530.
Judæis ſuarum legum libertas a Romanis relicta, 552. Judæi Antiochiæ, Cæſareæ, Alexandriæ incolæ, dicti *Antiochenſes*, *Cæſarienſes*, *Alexandrini.* 664
Jugurtha Rex Numidiæ a Boccho Sullæ victus traditur in nummo gentis Corneliæ, 539, 540. Bocchi gener, an ſocer? *Ibidem.*
Juno Siſpita, non Soſpita, Ammonia. 391
Juppiter Ammon Κερατόδων, ſeu cum *Arietinis cornibus* in veteri nummo, 297 diuerſa eius effigies a Curtio, & a viro docto tradita *Ibidem.* 297, 298, 389. non ab Afris ſolum, ſed a Græcis etiam cultus, & Græca eius ſimulacra, 390, 391. unde cornua arietina ei tributa. 391
Juppiter Νικηφόρος in nummis Regum Syriæ, & quare, 408. Jouis Neptuni ſeu Ποσειδῶν nomen apud Græcos, 409. Præſens ſeu Ἐπιφανής. 427, 428
Juppiter Κεραύνιος, *Fulminator*, *Tonans* in nummis 430, 431. *Imperator* in Seueri nummo. 445
Juppiter *Labradenſis* ſeu *Militaris* in nummis Regum Cariae, 518, 519. unde *Labradenſis* dictus, 519. Mylaſenſibus cultus, 518, 519. item Juppiter ſub nomine Jouis Ὄγωα ſeu Ὄσωγα. 518
Juppiter Atabyrius a Rhodiis, ac dein ab Agrigentinis eorum colonis cultus, 572, 573
Juppiter Dodonaeus in nummo Halicarnaſſi inter 2. arbores, ſuper quas duae columbae. 626, 627
Juſtitiae ſcholae publicae apud Perſas, 461 hinc nomen Δικαίου inter titulos Arſacidarum vide Δίκαιος. *Juſtitia* & *Juſtitia Auguſti* in Romanis nummis. 466

K

K & C promiſcua quandoque, ut in nummis, *Karthago*, *Karus*, *Karinus*. 123

K in T conuerſi exempla. 350
K pro X & viciſſim. 117, 118
Ϙ Koph pro Κάππα in antiquis aliquot nummis 92, 95, 96, 97. pro nota dein nonagenarii numeri, 92, 97. Forma eius aliquantum immutata. 97
K H in antiqua Græcorum litteratura pro X dein reperta, 96. ſic KHPONOΣ pro XPONOΣ. *Ibidem.*
Καλχηδών in nummis, non Χαλκηδών, 117, 118, 119
Κάνθηρα Gryphum ſimulacra lignea. 172
Καρυωτὸς palma, a *κάρυον nux*, non a *κάρη* ſeu *κάρηνον, caput* 357. de ea voce *vide Caryotes.*
Καταγώγια feſtum abeuntis Eryce in Sicilia Veneris. 168
Καυνάκης læna Perſica, 458, e murum in Babylonia pellibus. *Ibidem.*
Κέρας pro *corona, poculo, cincinnis* 400. *vide* cornu.
Keren, Happuc unde dicta una e Jobi filiabus. 401, 402
Κῆβοι vel κῆπποι Simiarum genus, 243. apud Memphitas Ægyptios culti *Ibidem* haud una eorum ſpecies *Ibidem*, quædam Satyrum ſpecie referens, & inde *Satyrus* dicta. *Ibidem* Κῆβοι & Κῆπποι an diuerſa ſimiarum genera. 244
Κλάβαι vel κολόβαι, Simiarum cauda carentium ſpecies. 243
Κοινὸν Κιλίκων in nummis Tarſi. 62, 79
Κοινὸν δίκαιον, publicum Cretenſium Concilium. 676
Κοινὸν τῆς Ἀσίας, non Aſiæ Proconſularis in genere, ſed in ea demum Joniæ Commune. 655, 656
Κοκκύμηλα pruna Damaſcena. 346
Kop vel *Koph* Hebræis *ſimia*, 244. eius veſtigia in vocibus Græcorum de *ſimia* κῆπος & κίχλη. *Ibidem.*
Κορόλλια, *armillæ*, & *corallia*, aut *pupæ*, ſeu paruæ puellæ. 242
Κορδήσεις in nummis an *Imperium Romanum*, 146, 147. *Fortitudo* verius *Ibid.*
Κῶνος de nuce pinea *vide* Strobilus. Item de quodam ludicri genere. 309
X pro Ξ in antiquis aliquot nummis. 96

L

Λαμπάδες pro δᾷδες, *faces.* 169, 170
Laodicea ad Libanum diuerſa a Laodicea ad Mare, 595. dicta in nummis, *Laodicea Libani, in Libano*, & *Ad Libanum. Ib.*
Laodicea ad Mare in Græcis eius nummis, 595. a Seleuco Nicatore condita, *Ibidem.* Syriæ *Metropolis* a Seuero Imp. loco Antiochiæ conſtituta. *Ibidem* poſt redditum Antiochiæ *Metropoleos* titulum, eo adhuc macta. *Ibid.*
Laodicea Phrygiæ, ſequiori ævo Phrygiæ Pacatianæ Metropolis. 629
Largitio in nummis. 156
Latinarum litterarum forma e Græcis Cadmeis ſeu Phœniciis deducta 111. eadem cum antiquis Græcorum litteris, ordine numero, poteſtate, & forma propemodum *Ibid.* exempla in nummis aliquot antiquis. 111, 112
Laurus Alexandrina ſeu hypogloſſus in nummo Myrinæorum, 363. fructum ferens ſuper folia. *Ibidem.*
Lebedus urbs Joniæ ab Athenienſibus deducta, 573. hinc Noctua in Lebediorum nummis. *Ibidem* antea Cariæ urbs *Ibid.*
Legumlatores in nummis 52. diuinis honoribus olim culti 400, 401. leges & legumlatores a ſuis Metropolibus deſumebant Coloniæ. 580
Leo Matri Deorum ſacer, 166. hinc *Cybeles fera* dictus. *Ibidem.*
Lepus Rheginorum in Magna olim Græcia inſigne, 554. inde in Meſſeniorum Siculorum, qui Rheginorum coloni, nummis. 554, 670
Lex a Deo data, an ſcripta litteris Aſſyriacis ſeu Hebraicis hodiernis, non Samariticis 62. &c. 68. cum prioribus litteris lecta a Judæis in captiuitate Babylonica, 72. & poſt reditum a captiuitate. 73
Liberæ urbes quænam dictæ in Græcis earum nummis. *vide* ſupra Ἐλεύθεραι.
Liberæ urbes, quæ proprii Magiſtratus, & legum ſuarum libertatem retinebant, dictæ *Reſpublicæ*, & *Rempublicam ſuo arbitrio adminiſtrare*, 676, 692. urbium illarum Magiſtratus in earum nummis ſignati. 691, 692
Litterarum doctrina e nummis illuſtrata. 59
Littera Σ a Simonide reperta, 96. eadem in nummis aliquot pro Ξ. 98
Littera Ϡ in aliquot nummis itidem pro Σ item pro Σ vel C. 98
Litteræ auerſæ ſubinde in Græcorum nummis. 110
Litterarum permutationes e ſcripturæ veteris veſtigiis, 115. eius rei exempla in nummis *Ibidem* ut ε loco η, ο loco ω, 115. ex ſono litterarum adfinium 116, 119, 120. exempla in Græcis nummis. *Ibidem* in Romanis etiam nummis. 220
Litteræ geminatæ L & N in nummis, ut *Sulla, Cinna*, in antiquis nummis ſimplices, *Sula, Cina.* 122
Litteræ conſonantes olim apud Romanos ſine littera adſpirationis H, ut in nummis, *Graecus, Triumpus.* 122
Litterarum compendia ſeu monogrammata in antiquis nummis. 123
Locorum antiqua nomina corrupta e nummis

mis emendanda, 118. quænam loca a Plantis denominata, ſeu Φυτώνυμα. 320
Lotus Ægyptius, an idem cum Nymphæa alba 301. flos eius lilio ſimilis, 304,302 figura eius in nummis, 302. in myſteriis Ægyptiorum frequens, ac unde. *Ibid.*
Loti flos exoriens, familiare capitis inſigne apud Ægyptios. 302, 303, 304
Loti fructus floris loco quandoque ſignatus in nummis, 303. corona e loto Oro familiaris. *Ibidem.* Antinoea corona e loto, 304. animalia etiam iis inſignita apud Ægyptios, exempla e nummis. 304, 305, 306, 307
Luni Dei effigies in nummis Nyſæ, & aliarum Cariæ ac Phrygiæ urbium, 193, 194
Lupa cum gemellis in nummis Coloniarum Romanarum, ad indicandam originem Romanam. 571
Lupus piſcem deuorans in nummis Phocæenſium. 234
Lychnuchus, Λυχνοῦχος pro *face*, 169, 170, 720. *lychnuchus ligneolus* apud Ciceronem. 169
Lydiæ Regum Dynaſtiæ 18. quæ urbes Lydiæ olim ab Herodoto adtributæ, 623. Sardes eius Metropolis, 620. Lydiæ & Cariæ confuſi olim fines. 560
Lydi primi aureos & argenteos nummos conflauiſſe dicti. 19
Lydus Atyos filius, a quo dicti olim Lydi. 18

M

M loco N in veteri nummo Regis Macedonum Amyntæ, 98, 120. item in marmoribus antiquis. 120
M littera in fine Romanarum vocum ſubinde olim ſublata, ut in nummis *captu*, pro *captum*. 122
Macedonia in Superiorem ſeu Mediterraneam, & Inferiorem ſeu Maritimam olim diuiſa, 373. maritimam occuparunt tres Temenidæ Argiui & Heraclidæ, 373, 1374
Macedoniæ inſigne in antiquis eius nummis Equus in quadro, 375. quadrum illud quid in iis notat, 377. item dimidiati Clypei cum ſtellis. 385
Macedoniæ Regum hiſtoria e nummis illuſtrata, 371. de Regum illorum numero diſcrepantia apud veteres, 371, 372. apud recentiores Chronologos, 372. quæ cauſſa illius diuerſitatis fuerit. 373
Macedoniæ Regum ſeries maior & præcipua adhuc in nummis ſuperſtes, 386. eorum inſignia in iiſdem nummis, *Ibid.* leonis exuuiæ, quod Hercules leonicida generis eorum auctor. *Ibidem.*
Macedonia Prima in Graecis eius nummis, qualis, 651. iidem Amphipoli eius Metropoli, cuſi *vide* Amphipolis.
Macedonia Secunda in alio Graeco eius nummo, 652. Metropolis eius Theſſalonica *vide* Theſſalonica. *Secunda* dicta etiam *Salutaris*. *Ibidem.*
Macedones in Lydia, aut finitimis ei locis, 624. quales *Thyatireni*, *Cadueni*, *Hyrcani*, *Aſchilicæ*, *Blaudenſes* in nummis, *Myſomacedones*. 624, 625
Macedones Ελλάδα & Ελλήνων nomine olim dicti. 635
Μακεδονίζειν, *Macedonibus fauere*. 468
Maeones an iidem cum Lydis, 124. quandoque ab iis diſtincti *Ibidem* nummi inſcripti MAIONΩN. *Ibidem.*
Magadis inter Inſtrumenta Graecorum Muſica praecipuum, 709. nomen ab Hebraica ſeu Phœnicia voce *miged megedim*. *Ibid.*
Magiſtratus urbium patrii in liberarum urbium nummis expreſſi, 132 674. quales iidem, *Archontes*, *Strategi* &c. 674, 691. &c. *vide* ſuis locis.
Magnetum Septima Aſiæ in Graeco Magneſiae ad Maeandrum nummo, 655, 656. Magneſia ad Maeandrum in nummis ſolo ſaepe *Magneſiæ* nomine deſignata: *Magneſia ad Sipylum* cum additis *Sipyli*, aut *A Sipylo* mentione. 656
Magneſia ad Maeandrum dicta etiam ad Lethaeum fluuium *Ibidem* Epheſo vicina *Ibidem* Cretenſium Colonia *Ibidem* cur eadem *Septima Aſiæ* in nummis dicta, 657, 658. quaenam Aſiae urbes priori ante eam loco ſtatuendae. *Ibid.*
Magneſia Metr. ſeu *Metropolis* in veteri nummo, 527, 658. an forte *Metrodori* vel *Metrophanis* nomen iiſdem litteris deſignatum. *Ibidem.*
Magneſia in Theſſalia, Chironis Centauri patria, 282, 283. praeſtantibus equis olim nobilis, 283
Magni ſeu Μεγάλου titulus Arſacidarum in nummis, 449, 450. Antiochi Commagenorum Regis, 445, 446. Abgari Edeſſae Regis *vide* Abgarus: non vero Antiochi III. Syriae Regis in eius nummis. 445
Magnus ſolum dictus Rex Parthorum, iuxta Dionem Chryſoſtomum, 446. *Magnus Dominus*, ſeu Μέγας Δεσπότης, inter titulos Choſrois. 447
Magni & *Maximi* titulus ſaepe Imperatoribus tributus, 447. Caracallae, in nummis, & libris veterum Juriſconſultorum. *Ibidem.*
Magni dicti *Dii* genere, tum nominatim Juppiter, Diana, Æſculapius. 447
Mala ſeu poma inuenisſe Bacchus traditur, 334.

334. hinc mala in Bacchi ſacris. *Ibidem.*
Mala Heſperidum *vide* Heſperides.
Malum Medicum in veteri nummo Parthico, 324. Mali Medici grana halitus gratia a Parthis uſurpata, 329. Mala Medica aliis eadem cum *Citriis*, aliis cum *Aurantiis*. *Ibid.* diuerſa ab Europæis ac Italicis *Citriis*. 330
Malus *Medica*, *Aſſyriaca*, & *Perſica* dicta, 228. *Medica*, a natali eius ſolo *Ibid.* non alibi naſcens, quam in Media & in Perſide, 329. non confundenda cum *Perſica* e Perſide aduecta, vel cum *Perſea* Ægyptia, 328. pretium & raritas olim illius arboris, 329. qualis eius figura. *Ibidem.*
Malus *Medica* ſero e Perſide in Græciam tranſportata. 329
Malum Punicum ſignatum in Siculis aliquot nummis, 317. & in nummo Theſſalico Maliorum. *Ibidem.*
Mala Punica olim inter delicata obſonia, inter medicamenta, & inter myſtica, 318. inde Iouis & Iunonis ſimulacris addita *Ibidem* in Cereris Theſmophoriis & Eleuſiniis ab eſu Mali punici mulieres prohibitæ, 338. in ſacris etiam Matris Deum, & quare. *Ibidem.*
Manipuli numerus, de interuallo a Paſchale ad Pentecoſten ab Hebræis dictus. 528
Marcus Aurelius Antoninus Imper. ſolo *Marci* vel *Μάρκου* prænomine a Græcis Latiniſque ſcriptoribus deſignatus. 603
Maſſilia a Phocæenſibus condita, 573. accepto a Diana Epheſia duce, 574. hinc Maſſiliæ *Epheſium* ſeu fanum Dianæ & Diana ſignata in eius nummis *Ibidem* Flauia. Ἀγχίλεια Epheſi & Sacerdos Maſſiliæ. *vide* Flauia.
Matris Deum cultus in Proconſularis Aſiæ urbibus, 166. exempla e nummis *Ibidem* Ionicus tractus, inde *ſinus Rheæ* dictus ab Æſchylo *Ibidem* Leoni inſidens in nummis. *Ibidem.*
Mauritaniæ Reges in nummis, 539. *Sitifenſis* & *Cæſariana*, dein *Mauritania Bocchi* dicta, quæ Boccho Regi paruit, 540. Mauritania Bogudiana ac Tingitana. *Ibidem.*
Menander, an Cariæ Rex. 517
Mercurius Præco Deorum Superorum & Inferorum dictus. 169
Meſopotamiæ Metropoles in nummis *Carrhæ*, *Edeſſa*, *Neſibis*, 601. an etiam *Amida* in veteri nummo, quod refellitur, 603, 603, 605.
Meſſana in Sicilia Rheginorum colonia, 554. hinc in eius nummis lepus, Rheginorum inſigne *vide* lepus. Eadem *Zancle* prius dicta. *Ibidem.*
Metropoles dictæ ratione Coloniarum a ſe deductarum, 575. exempla eius rei apud antiquos Auctores, 577. *Matres* eædem & *parentes* dictæ; item *genitale ſolum*; *antiqua*, aut *maior patria*; *origines*. *Ibidem.* inde *parere* eædem dictæ; & Coloniæ, earum *partus*. *Ibidem.*
Metropolibus quid præſtare tenerentur deductæ ab iis Coloniæ. *vide* Coloniæ.
Metropoles Prouinciarum ſeu regionum in antiquis nummis, 583. *maximæ* ciuitates dictæ & *illuſtriores*, μεγάλαι, μεγίσται, 584. item *urbium Matres*; *Primæ urbium*; *Primates*, Ἀρχουσαι, Αὐτοκεφαλοῖδες *Ibidem.* item *Urbes* & *Ciuitates* καθ' ἔξοχὴν, & *caput gentis*, vel *prouinciæ*, 584 612
Metropoles quædam urbes ſub Seleucidis, 584, 585. ut in nummis Antiochenſium, 585, 586, 587. & Tyri, 587, 588
Metropolis dignitas primariis prouinciæ ſeu gentis urbibus a Romanis data, vel relicta, 589. quæ cauſſa conceſſæ illius dignitatis *Ibidem* nobiliores in Imperio Romano Metropoles in earum nummis deſignatæ. *Ibidem.*
Metropoles plures quandoque unius prouinciae, 594. ortum id ferme cum diuiſione prouinciarum *Ibidem* exempla *Berytι* ac *Tyri* in Phœnice 594, 595. in Syria quoque, Cilicia, Cappadocia, Bithynia, Ponto, 595. &c.
Metropoles in Graeco Antonini Caracallae Reſcripto *male* per *matrices* a Latino Reſcripti illius interprete explicatae. 609
Metropolis id genus urbis quaenam eſſet praerogatiua, 637. an, reliquae prouinciae ciuitates ei parere tenerentur. *Ibidem Metropoles* & *Conuentus Juridici*, an pro iiſdem, iuxta viros doctos, haberi debeant. 639
Metropolis, proprium olim duarum Phrygiae, urbium, ac unius in Jonia nomen 630. a Matre Deûm uni e prioribus inditum. *Ibidem.*
Μηδίζειν, Perſis *fauere*. 468
Miletus. Athenienſium colonia, 310. hinc Theſmophoria Mileti quoque celebrata, 310, 581. ipſa variarum in Ponto, Helleſponto, & alibi Coloniarum mater, 675. *Joniæ caput* a Plinio dicta, 616. Cariae etiam adtributa. 621
Miletus πιτυοῦσα, ſeu *Piniſera* dicta a pinorum copia. 311
Mindius Balbus Proconſul Achaiae, item Bithyniae, in antiquis nummis. 592
Minerua ταυροπόλος ab Andriis culta, 212, Χαλ-

Χαλκίοικος apud Spartanos, 573. eadem inde in nummis Heracleæ ab iis conditæ ſculpta. 573
Mineruæ illius *Chalcioeci* apud Spartanos Aſylum, etiam morte damnatis certiſſimum, 668, 670. item eius Ara in Arce Athenarum, *Ibid.* nefas inde profugos abducere. *Ibid.*
Minerua fulmen vibrans, 432. Vulcanus fulmen ei adſtanti fabricans in nummis *Ibidem* ſola Deorum nouit, ubi Iouis fulmen obſignatur. *Ibidem.*
Minotaurus in nummis mixta figura ex humano capite cornuto, & bouino corpore, 284. diſſenſus veterum, qui taurinum caput & humanum corpus ei tribuunt, ac unde *Ibidem* mugitus taurinus eidem datus. *Ibidem.*
Minotaurus in plurimis Siculis nummis ſignatus, modo integer, modo dimidius &c. 285
Minotaurus Cretæ portentum, ac inde in nummis indicium urbium a Cretenſibus deductarum, 385, 569. non ad Theſeum proinde, vel ad Athenienſes Minotauri in iis effigies referenda. 385
Mithridates Κτίστης primus Ponti Rex, 179. Antigonum fugiens, Pontum occupat, *Ibidem* Regii Perſarum ſanguinis, 485. Juſtino ultimi Mithridatis Eupatoris proauus. 479
Mithridates Euergetes Pharnacis I. filius, & Mithridatis Eupatoris pater, 481. eius nummi cum *Philoromæi* appellatione. 481, 482
Mithridates Eupator dictus Dionyſus ſeu Bacchus, 431, 437. unde nummi eius cum ceruo paſcente, aliiſque ſymbolis. 483
Mithridatis Pergameni nummi necdum viſi. 488
Moneta *ſacra* appellata apud veteres, ac unde 29. item *diuina Ibidem* Monetæ & Æquitatis eadem effigies in nummis. *Ibidem.*
Monoceros cum cantharo in nummo apud P. Ligorium, 190. an nulla Monocerotis mentio apud Ariſtotelem, 195. eadem eius deſcriptio apud Auctores, quæ Aſini Indici *Ibidem* mugitus eius aſininus. *Ibid.*
Monſtroſa animalia in nummis, 288. monſtro inſidens Hadrianus, item Iſis, 289, monſtra alia in nummis. 220
Mopſueſtia Ciliciæ ciuitas, an *Metropolis Ad Pyramum* dicta in veteri eius nummo, 596, 597. eadem Ἱερὰ Ἐλευθέρα Ἄσυλος Αὐτόνομος in antiqua inſcriptione. *Ibid.*
Mopſueſtenus Epiſcopus ſub Metropolita ſecundæ Ciliciæ, ſeu Anazarbeno, a Juſtiniano dictus. 597
Moralis doctrinæ præcepta & ſymbola in nummis. 148. &c.
Moſi cur tributa cornua, 400. an cornuta effecta eius facies. *Ibid.*
Mularis vehiculi antiquus uſus iuxta Homerum. 549, 550
Mularum bigæ, ἀπήνη Græcis, 49. per decennium receptæ in Olympiacis agonibus *Ibidem* quando primum adhibitæ, & quando abolitæ. *Ibidem.*
Mularum bigæ in nummo Hieronis I. 550, 551. Victoria uni e Mulabus coronam imponit. 550
Mulieris ſcopulo inſidentis, & parte inferiore aquis immerſæ frequens effigies in nummis Syriæ & Meſopotamiæ. 253
Munificentia pro mulierum ſeu ludorum largitione in nummis, & apud Auctores. 163, 164
Muſicorum Inſtrumentorum apud Græcos nomina pleraque Phœniciæ originis, 709
Myrrha, corona e myrrhæ foliis in Smyrnæorum nummo, 362, 365. Smyrna, urbs myrrhæ φυλάκιον. *Ibidem* incerta apud Botanicos recentiores myrrhæ figura. *Ibidem.*
Myſtagogi deductores hoſpitum ad viſendas res vetuſtate notabiles 6. *monſtratores* etiam dicti. *Ibidem.*
Mytilene Prima Lesbi in Græco eius nummo, 646. Lesbi urbium maxima, & omnium rerum prouentu abundans, 647. a Romanis *libera* relicta. *Ibidem.*
Mytilenæorum diſſenſiones, 647. concordia cum Pergamenis, Sardianis, Epheſiis, Smyrnæis, in eodem nummo tradita. 647
Μοκισσὸς, Tertiæ Cappadociæ ſequiori æuo Metropolis, non Nyſſa. 599

N

N & M promiſcua in nummo Ἀμισὸς, & in lapidibus interdum *Vide* M.
Ναυαρχίδες quædam urbes in earum nummis dictæ, 686. quid ea voce in iis deſignatum, 687. non quod *nauale* ſolum ibi foret *Ibidem* an ita dictæ ciuitates maritimæ, ad diſcrimen mediterranearum Metropoleon, 688. Ναυαρχίδες quænam urbes dictæ in earum nummis, 688, 689, 690, 691. an per *Claſſicam* vox Ναυαρχὶς vertenda eſt. 687, 688
Ναυαρχὶς de naui, qua veheretur Claſſis Præfectus, 687. *Nauarchi* Claſſis Præfecti *Ibidem Nauarchorum cætus*, & *Nauarchorum Orientalium*, quæ functio fuerit. *Ibid.*
Nauarchi iidem poſtea, qui *Nauicularii*. 687

Νείκη, *Victoria* in nummis. 147
Neocæsarea Ponti Polemoniaci Metropolis in eius nummis, 600. Gregorii Thaumaturgi patria. *Ibidem.* ab uno e Cæsaribus ita appellata. *Ibid.*
Νέα Δημήτηρ, *Junior Ceres* Sabina uxor Hadriani in lapidibus, 421. Νεωτέρα Θεὰ Cleopatra M. Antonii in nummis. 422
Νέος Διόνυσος dictus Ptolemæus Auletes, 436. Item M. Antonius, 438. Νέοι Θεοὶ Druſus & Germanicus in nummis. 422
Neptunus Ταῦρος, Ταύρειος, *Taurinus*, 396. Τάυρεια, feſtum in eius honorem celebratum *Ibidem* Taurini Neptuni effigies in antiquis ſimulacris. 396
Neſibis *Colonia & Metropolis*, nempe Meſopotamiæ in nummis, 605. item *Julia Septimia* in iis dicta, 606. a Lucullo capta, a Perſis recuperata, a Traiano denuo Romanis aſſerta *Ibidem Metropolis* a Seuero facta *Ibidem* a Iouiano Imp. Perſis relicta *Ibidem* locus ibi commerciorum inter Perſas & Romanos conſtitutus. *Ibidem.*
Neſibis barbarum illius urbis nomen, 606 in nummis eius ſub Alexandro Seuero, & Philippo Patre retentum, 607. item in nummo Antiochi Epiphanis Nicatoris. 607, 608
Neſibis iuxta Abulpharaiium, a Nimrodo prope Edeſſam condita, 608. iuxta Græcos Auctores, ab Antiocho Sotere ad Mygdonium fluuium, ac inde *Antiochia Mygdoniæ*, ſeu adiacentis fluuio regionis, dicta, 606, 607. diuerſa ab *Antiochia ad Euphratem*, 607. Tigridi adiacere dicta, ab aliis bidui itinere abeo diſſita. *Ibidem.*
Nicator cur dictus Seleucus I. non *Nicanor*, 125, 412. nec tamen in eius nummis, 411, 412. eo nomine ab Antiochenſibus pro Heroë cultus, 413. feſtum Νικατόρια eidem dicatum. *Ibidem.*
Nicatores dicti in eorum nummis e Seleuci I. poſteris Demetrius II. & Seleucus VI. 125, 413, 607 poſtremus inde cum Seleuco I. confuſus. 413
Nicæa, *Bithyniæ metropolis* a Strabone dicta, 599. ac in uno veteri eius nummo, 635. *Bithyniæ Secundæ metropolis* titulo ornata in Concilio Calchedonenſi, 599, 654
Nicæenſes Primi Prouinciæ in Græco Domitiani nummo dicti, 633. de illo *Primatus* titulo Nicææ cum Nicomedia diſſenſiones, 591, 634. *Primæ* ſeu Πρώτης titulus ab utraque adſumptus in nummis. *Ibidem.*
Nicolai dactyli ſeu palmulæ, 355. a Nicolao Damaſceno ad Auguſtum miſſæ, *Ibidem* caryotides eædem, 355, 356. de *placentis* iuxta Suidam, 256. nempe quæ e caryotidibus, *vide* caryotæ & caryotides.
Nicomedia *Bithyniæ urbium mater* dicta, 590. *metropolis* in nummis ſub Claudio & ſequentium dein Imperatorum, uſque ad Macrinum, *Ibidem Metropolis Ponti Et Bithyniæ* in Traiani nummo, 590, 633, 634
Nicomedia dicta in aliis eius nummis *Metropolis Et Prima Bithyniæ*, 633, 634. ne *Primæ* titulum Nicæa ſola adſumeret, *Ibidem* de ea appellatione inter eaſdem diſſenſus, *vide* Nicæa. Nicomediæ *metropolis* nomen adhæſit; *Primæ* autem Nicomediæ & Nicææ commune. *Ibid.*
Nicomedia quarta habita in Orbe Romano ciuitas, poſt Romam, Alexandriam, & Antiochiam, 635. Antiochiam etiam pulchritudine ſuperare dicta *Ibid.* ab aliis, *maxima* etiam *urbs poſt Romam*, *Ibid.* eam Romæ coæquare ſtuduit Diocletianus. *Ibid.*
Nicomedis nomine quatuor Bithyniæ Reges, 518. Nicomedes Epiphanes in nummis, 517, 518. Nicomedes Philopator eius filius. 518
Nicomedes Χρηστός, ſeu *Frugi* in Bithyniæ regnum intruſus a Mithridate, & eodem pulſus a Romanis. 516
Nigri oculi olim inter formæ munera, 402 hiuc ſtibii eam in rem uſus, *vide* ſtibium.
Noctua ſapientiæ ſymbolum, 167. Mineruæ ſacra *Ibid.* inde in nummis Athenienſium æreis & argenteis, quique Γλαυκεῖς dicti, 167, 570. in aliis nummis ſignum deductæ ab Athenienſibus Coloniæ, 393, 570. ſculpta inde in nummis Lebediorum, *vide* Lebedus. 573
Nomades Indi, haud minus ac Arabes, 187 188
Nomen blaſphemiæ de Θεᾶς ſeu *Deæ Romæ* appellatione apud Auctores, ac in nummis. 138
Nominum propriorum Orthographia e nummis aſſerta, 124. Græcorum, 125, 126, 127, 128. Romanorum. 129, 130
Nomina Orientalium & Barbarorum Græca ab origine aliquantum deflectere, 126, 127, 719
Nuces Pineæ in Cereris Theſmophoriis, & quare adhibitæ. 312
Numidiæ Reges in nummis Jugurtha, 539, 540. Juba ſenior. 540
Nummi veteres, diuerſa de iis iudicia, ac unde 2, 3, 4. eorum pretium apud antiquos 8. gemmarum inſtar aut mercium venditi ac empti olim peregrini nummi 8, 9.

8, 9. non item plumbei & ſtannei. 9
Nummi ſignati primi auctores quinam habiti, 9. iis antiquiores non ſignati ſeu ἄσημοι, 10. nummi Romani non ſignati adpenſi 21. quandoque etiam ſignati, 13
Nummorum vetuſtas ex antiquæ in iis ſcripturæ veſtigiis, 17. Græcorum hodie antiquiſſimi Athyos Lydorum Regis, & Amyntæ I. eo nomine Macedonum Regis nummi, 17, 18. ita Siculi aliquot nummi, item Athenienſes, Thebani, Argiui, 19. iique bello Peloponneſiaco vetuſtiores, & florente adhuc Perſarum imperio cuſi. 16
Nummis ſignatis an uſi Judæi ante captiuitatem Babylonicam, 11. id contra viros quoſdam doctos adſertum, 65, 66. liquidum e voce Hebræa ſignatæ monetæ, & e commerciis Judæorum cum Tyriis, Ægyptiis, Aſſyriis &c. 74
Nummi Judaici, qui hodie exſtant, nulli ante captiuitatem, ſed poſt reditum ex ea, & ſub Macchabæis cuſi, 66, 74. nummi Abrahami, Saræ, Iſaaci, Rebeccæ, Joſuæ, Dauidis, Eſtheræ, Mardochæi, non genuini, 10, 12, 75. quæ figuræ iis inſculptæ, 10, 75. Salomonis nummus cum radiato capite, male pro genuino adſertus, 12. ut & Saulis Regis nummus cum eius effigie, 75. nefas apud Judæos, viros, feminas, aut alſtri figuras nummis inſculpere, 75. licitum figuras animantium, arborum, & herbarum, rerumque ſimilium. 529
Nummi Romanorum quinam antiquiſſimi 20, 21, 22, 23. iique pecudum nota, Bouis, Ouis, Suis inſigniti. 20. item cum Jano, Roſtro Nauis, ſeu Ratiti. 20, 56
Nummi aliquot infra ætatem eorum cuſi, quorum nomina & effigiem exhibent, 16. nummi fictitii vel adulterini. 17
Nummorum pretium a diuturnitate, 23. eius comparatio cum aliis monumentis antiquis, 24, 25, 26. nummorum veterum adhuc ſuperſtitum copia. 28
Nummorum veterum nobilitas, 29. ob imaginem Cæſarum, Regum &c. 29, 30, 31. ob religionem & ſacra veterum, aliaque in iis contenta, 31. ob ſplendorem & auctoritatem nummos veteres tractantium, Cæſarum, Regum. 31, 32. &c.
Nummos aureos ſignare ſolis Francorum Regibus ſub Juſtiniano conceſſum, 30, 31. Præfectis Galliarum id olim licuit, 31. idem factum a Gotthorum Regibus in Italia. *Ibid.*
Nummi veteres a Mediceis Heroibus in Italia primum collecti. 32
Nummi ferrei veterum Laconum, 45. plumbei nummi in Sicilia cuſi, 46. ex electro *Ibidem* artis in iis præſtantia, 47, 48
Nummorum laus ab Artis præſtantia, 46. 47. ab eorum elegantia, 48, 49. ob imagines in iis Illuſtrium. *Ibid.*
Nummorum utilitas ad litterarum veterum Phœniciarum vel Samaritticarum, & Græcarum originem, ac formas, & mutationes eruendas ac illuſtrandas, 61. &c. 80, 81, 82. &c. item litterarum Latinarum. 111, 112
Nummorum utilitas ad litterarum Adfectiones dignoſcendas, 115, 116. &c.
Nummorum utilitas ad Ciuilem & Moralem doctrinam *vide* Ciuilis & Moralis
Nummorum Utilitas ad Hiſtoriam Græcarum in Aſia vel Europa gentium, & eius rei cauſſæ, 468, 469, 470. Macedonum, ante & poſt Alexandrum, Seleucidarum in Aſia *vide* Macedones, & Seleucidæ.
Nummorum Utilitas ad Hiſtoriam aliorum e Græcis vel Barbaris in Aſia & Europa Regum, 448. &c. Vide ſuis locis, *Arſacidæ* &c.
Nummorum Utilitas ad Origines Urbium eruendas; Colonias; Metropoles; Primatum; Jura Aſylorum, Libertatis, Autonomiæ, &c. Magiſtratus, 560. &c. *Vide* eadem ſuis locis.
Nux pinea *vide* Strobilus.
Nymphæa alba in nummis. 365
Nyſſa, an, ut vult Caſaubonus, Cappadociæ tertiæ *Metropolis* fuerit. 599

O

O paruum pro Ω magnum in antiquis nummis, 98, 115. Ω littera a Simonide inſerta, 24. litterarum Alphabeto *Ibid.*
□ forma litteræ quadratæ O in veteri Amyntæ nummo, 94. item in antiquis lapidibus. *Ibid.*
O & *au* olim apud Romanos promiſcua, *Plautia* & *Plotia*. 123
O pro ου in nummis & marmoribus antiquis. 115, 116
O pro υ exempla 121. Ου diphtongus pro υ, ut *Fouluius*, *Fourius*. 122
Obeliſcolychnius. 170
Οβολός in nummis Chiorum. 248, 249
Origines urbium in nummis indicatæ. 560, 561, 562. &c.

P

Π pro Π in antiquis nummis. 98
P pro B in Romanis nummis & marmoribus. 121
Pagurus, ſapientiæ ſymbolum. 167
Palmæ ramus victorum in omnibus ſacris Græcorum agonibus proemium, 335, quæ ratio eius rei fuerit *Ibidem* dictus a Lace-

a Lacedæmoniis Σαρὶς, & quare, 335, 336. palmæ ramis principum liberi designati. 336
Palmarum varia genera, aliæ humiles, maiores, frugiferæ, steriles, pro vario natali earum solo, 336. steriles vulgo Europææ, Italicæ, Siculæ, Græcæ, 336, 341 *Ibidem* aut cum fructu immaturo, 336, 337. humiles in nummo Selinuntiorum Siculorum. 338
Palmis frugiferis & Regiis omnium præstantissimis abundans Babylonia, 336. aliæ Babyloniæ steriles, e quibus lectos & vasa conficiebant. *Ibid*
Palmæ feminæ vulgo frugiferæ, ex consertis marium palmarum floseulis, 337. masculæ, etiam quandoque frugiferæ *Ibidem* Palmas scandendi modus. 341
Palmarum genera apud Plinium unde quadraginta; longe plura apud Arabas 341, 344
Palmæ Cretenses, 338, 339. trifidæ in nummis Camaræ, urbis Cretensis, 340, 341, 342. in quinos etiam truncos diuisæ. 342
Palmæ Cypriæ in nummis, 342, 343. in Ægypto circa Delta & Alexandriam infrugiferæ, vel earum fructus haud edulis, 343, 344. Thebaicæ omnium optimæ. 344
Palmæ Phœniciæ, 345. palmæ patria Tyrus in veteri Epigrammate *Ibidem* Regio Palmæ δμώνυμος. *Ibid.*
Palmæ vulgo Africanæ, Syriacæ, Phœniciæ, virides & recentes consumptæ, 344. solæ Judaicæ, in Libya Cyrenaicæ, Thebaicæ in Ægypto, & Regiæ dictæ in Babylonia, recondi & seruari aptæ *Ibid.*
Palmæ communes & exsiccatæ dictæ Syro-Macedonibus τραγήματα, 348. earum vulgares fructus, βάλανοι, & Romanis inde *balani*, 348, 349. Hinc optimæ palmæ seu *irrigiuæ*, συκοβάλανοι, *Ibid.* a sequentibus Græcis Φοίνικες, & Φοινικοβάλανοι, 349. item δάκτυλοι, *vide* dactylus.
Palma *Dikla* & *Dakkel* apud Syros & Arabas, 349. hinc *Dikla* locus in Arabia *Ibidem* palma *dachel* apud Ægyptios. 350
Palma Judææ symbolum in nummis, 350, 351, 353. Hinc palmæ *Judaicæ* ac *Idumææ* a poëtis dictæ, *Ibidem* in Judææ conuallibus, & præcipue in Hierichuntina, 351. *Palmarum urbs* inde Jericho in veteri Fœdere, 352. Item Zohar ad Mare Mortuum. 353
Palma duplex in Judæa Communis & Caryota, 353. Communes dictæ χυδαῖοι, seu *viles* apud Plinium, 355. Caryota nascens in valle Jerichuntina. *Vide* Caryota.
Panionium de Communi Jonum, & loco annui eorum conuentus, 649. Πανιώνια de communi eorundem Festo, apud Mycalen, item Smyrnæ, & Mileti iuxta earum nummos, celebrato. *Ibid.*
Panthera Baccho sacra in nummis, & quare, 166, 204, 205, 206 vini adpetens, *Ibidem* pantheræ frequentes in Africa, inde *Africanæ* dictæ; item in Lycia & Pamphylia in Asia, *Ibidem* præcipuum in Romanorum spectaculis animal. 405
Pantheræ variæ, inde *namer* dictæ Orientalibus, 486. Pardi, Pantheræ, & Pantherisci figura, & quale eorum discrimen in nummis. 406
Pantherina animalia non confundenda cum Tigridibus, 406. orbiculatæ Pantherarum aut Pardorum maculæ. *Ibid.*
Pantherisicus in nummis ad pedes Bacchi erectus, in cuius os Bacchus vinum e scyphο effundit. 405, 406
Παραγαῦδες Parthorum tunicæ, 456. *paragaudia* a solis Romanis Imperatoribus gestata. *Ibidem.*
Παρδάλιαι vel παρδάλιαι de pardaliis, aut pantheris. 242
Paroeciarum seu Ecclesiarum Christianarum ordo ciuili seu politico conformatus. 659
Parthicum metallum. 325
Parthicus sagittarius in veteri nummo Parthico. 324, 325
Parthorum imperium an duplex Antoninorum ætate; unum Arsacidarum Babylonicum, alterum Parthiæ Adiabenicæ. 463
Parthici imperii sedes eo æuo Seleucia & Ctesiphon, non Babylon tum deserta. 463
Pascha & Azymorum festum, de eodem ab Hebraeis dicuntur, *vide* Azyma.
Pegasi de Circensibus seu velocibus equis dicti, 273. cum palma subinde e capite prominente in nummis. *Ibidem.*
Pegasus vel solus, vel cum sessore Bellerophonte in nummis, 274. idem Pegasum capistro tenens. *Vide* Bellerophon.
Pegasus in Corinthiorum nummis sculptus 236, 564. qui nummi πῶλοι inde dicti, 236. item in nummis Coloniarum ab iis deductarum. 277, 569
Pelamidum piscatio Byzantii olim celebris 229. Σωλὰς seu *pelamidos metropolis* dicta Byzantium, 203. Pelamides soboles Euxini maris Oppiano *Ibidem* earum piscatio Tarenti quoque, & apud Sinopenses familiaris. *Ibidem.*
Pella, Tertiae olim Macedoniae regionis caput, 653, 655. *Colonia Julia Augusta*

ſta in nummis *Ibidem* nominis *Pellæ* origo duplex tradita, 654. Βέρμ@, ac unde olim dicta *Ibidem* de eadem diſſidentia Xenophontis & Demoſthenes teſtimonia. *Ibidem.*
Pellis leonina, Heraclidarum inſigne, 386, 387. ab aliis pellis taurina, aprina, pantherina adhibitae. 387
Pelliti olim Romae Senatores, 387. pellibus induti, qui horridius vitae genus profeſſi, ut Aſcetae Chriſtiani. *Ibid.*
Pembrochiani Cimeliarchii praeſtantia. 54
Pentecoſtes apud Hebraeos feſtum, ſpicarum manipulo, in Agrippae nummis deſignatum, 528. dictum *Feſtum Septimanarum*, & *Meſſis Triticeæ*. *Ibid.*
Perga Pamphyliae Metropolis, 591. in Actis Conciliorum Secundae demum Pamphyliae Metropolis *Ibidem*. Dianae Pergaeæ Ædes, Aſylum. *Vide* Diana.
Pergamenorum Reges in nummis, 504. &c.
Pergamum Colonia a Telepho deducta, 506, 507. de Templo apud ſe Tiberio ac Senatui a Communi Aſiae ſtatuendo Romae decertant, 638. Commune Aſiae Templum Pergami Auguſto erectum, 644. & Feſtum inde Αυγούſια, *vide* Αυγούſια.
Pergameni Πρῶτοι dicti in eorum nummis, 638, 639. & in inſcriptione ſub Traiano, 641. *Primi Ter Neocori* in nummis Caracallae. 642
Perſarum veſtimenta alia Regi propria, alia cognatis eius & Satrapis, 455. Perſarum Regis veſtis purpurea, variegata, & auro contexta. 446
Perſarum & Parthorum veſtes Σάραπις, Κάπυς, Κύρβις. 456
Perſeae Ægyptiae fructus oblongus amygdalæ inſtar, 303. aliis, cordis ſpeciem referens *Ibidem*. inſtar dactyli, unde communis utrique vox Arabum *Ibidem* Perſea Iſidi conſecrata. *Ibidem.*
Phagrus piſcis Niloticus, qui incrementum eius indicat. 133
Pharnacis I. Regis Pontici, & ultimi Mithridatis aui, ſtatua argentea a Pompeio in triumpho lata, 480. male primus Rex Ponti a Plinio dictus, 480, 485. eiuſdem nummus in theſauris Brandenburgicis, 480, 481. alius magis ſingularis e Gaza Medicea, cum dimidia Luna & Stella adductus. 481
Pharnacis Mithridatis Eupatoris filii nummus, cum titulo Μεγάλου & Βασιλέως Βασιλέων, 486, 487. Unde ei tributa utraque illa appellatio *Ibidem* an idem vel diuerſi Pharnaces in iis nummis ſignati. 487
Phido primus in Graecia percuſſit nummos argenteos, 19, 20. nummus eius nomine ſignatus. 20
Philadelphiae urbis in Aſia celebritas, 631. *Commune Aſiae* in vetere eius numno, *Ibidem* ſecunda Lydiae ciuitas in Notitiis Eccleſiaſticis. 632
Philadelphi cognomen exulat e nummis Ptolemaei II. 442. e Seleucidis, exſtat in nummis Antiochi XI. & Philippi eius fratris, Antiochi vulgo Grypi filiorum *Ibidem.*
Philalexander. 525
Φιλάνθρωπος dicti Cyrus, Nerua, verius J. Chriſtus Seruator. 526
Philathenaeus, ſeu *amicus Athenienſium* dictus Sitalces Rex Thracum; Alexander M. M. Antonius, 468. Φιλαθηναῖος pater Philippus. *Ibid.*
Philellenis titulus Ariacidarum in eorum nummis, 466, 467. ad demerendos ſibi Graecos Aſiaticos, 467. alii quoque Barbarorum Reges dicti Φιλέλληνες, 467, 468. Aretas Rex Arabum in veteri nummo, 477. Romani etiam Duces & Imperatores. 467, 468
Philetaerus Pergameni regni auctor, 511. neque tamen *Rex* in nummis eius dictus. *Ibid.*
Philippi & *Philippei* de aureis Philippi Macedonis nummis, ſeu cum eius capite ſignatis. 8
Philocaeſares, Φιλοκαίσαρες, 477, 524. Φιλοκλαύδιος, 477, 520, 521, 52, 524. Φιλοκόμμοδος, 125. Philotiberius. 524
Philochriſtus. 468, 726
Philometor dictus e Lagidis Ptolemaeus VI. in veteri eius nummo. 442
Philopatoris cognomine dicti quatuor Seleucidae, Seleucus IV. Antiochus IX. Cyzicenus, Antiochus X. Euſebes, Antiochus XIII. Aſiaticus, 442. idem in trium poſteriorum nummis legitur *Ibidem* etiam in nummo Ptolemaei IV. e Lagidis *Ibidem* item in nummis Archelai Cappadocum, & Nicomedis III. eo nomine, Bithynorum Regis. *Ibid.*
Philoromaei appellatio in nummis Ariarathis Cappadocum Regis, 474, 475. item Ariobarzanis, 475, 476. item Manni Arabiae Regis, 476, 477. Mithridatis Euergetis Ponti Regis, Mithridatis Eupatoris Patris, 481, 482. qui Eupator *Amicum* etiam ſe *Romanorum* dicit, 482. item Arſamis Arabum Phylarchae apud Plutarchum. 477
Philoromaei appellatio magni beneficii loco exteris Regibus a Romanis conceſſa. 476
Phoca piſcis, quem lupus diſcerpit in num-

nummis Phocæenſium, 234, 235. inde *Phocæ* urbi nomen *Ibidem* Φώκη diuerſa a Φωκαίνα vitulo marino. *Ibid.*
Phocæa ab aliis *Lydiæ* adtributa, aliis *finis Joniæ, initium Joniæ, finis Aeoliæ* dicta, 573. Dianæ in ea cultus. *Ibid.* inde quoque apud colonos ſuos Maſſilienſes *Vide* Maſſilia.
Phocæenſis mulier Dianæ Epheſiæ Ἀρχιγέλα, *vide* Flauia Moſchi filia.
Phœnicia, nempe dextra ſiniſtrorſum, ſcribendi ratio in Græcis aliquot nummis, 109, 110. eadem in Gotthorum ſaxis retenta. 109
Phœniciarum ſeu Samaritic arum litterarum Alphabeti aliquot diagrammata. 80
Phœnicii vel Punici nummi. 76, 77, 78
Punica lingua vel Phœnicia ab Arabica diuerſa, 78. Phœniciæ litteræ a Pœnis in Africa paulatim interpolatæ *Ibidem.* Punica lingua ab Afris aliquantum commutata. *Ibid.*
Phœnix auis, ut *vera*, aut *poſſibilis* a quibus traditur, 285. fabuloſa ab aliis, 285, 286. homonymia Græcanicæ vocis, Φοῖνιξ de *palma* in Syagris renaſcente, cauſſa fabulæ de Phœnice, 286. eam a Gentilibus traditam arripuerunt plures Chriſtiani Antiſtites. 286, 287
Phœnix *æterna auis* dicta, 287. *Æternitatis* ſymbolum in nummis, 286, 287. item *Anrei Sæculi*, 287. Phœnix ſupra Sphæram, aut Rupem in nummis cum inſcr. *Felix Temporum Reparatio*, 287, in aliis radiata Globo inſiſtens, cum inſcr. *Gloria Sæculi Virtus Cæſ.* infra P. R. *Ibid.*
Picturarum haud longa diuturnitas, 35, veterum picturarum reliquiæ. *Ibid.*
Pigmenta muliebria ex Anchuſa, Fuco, Ceruſſa. 322
Pileus turritus, de capitis tegmine Parthorum & Armenorum, 453, 471. exempla in nummis. 471
Pini fructus, ſiue Nux pinea inſigne Vendelicorum in nummis, 308. item Mamertinorum in Sicilia. 308, 315
Pini arboris & fructus ſacer uſus in Feſtis Cereris, 310. pini ramus in Cereris ſimulacris, in Theſmophoriis, & quare, ſubſtratus. 310, 312
Πίτυς de *pinu*, male de *picea* a Theophraſti interpretibus dicta, 312. a Plinio etiam quandoque & male *Ibidem* πιτύινοι κῶνοι, *Pinorum nucamenta.* 311
Pityuſſæ Inſulæ a pinorum copia dictæ, 313. item Miletus Πιτυοῦσα. *Ibidem* Iſthmus Corinthiacus πιτυώδης *pinifer.* 315
Πίστις in Græcis nummis, & quibus ſymbolis in iis deſignata, 143, 144. Vide *Fides*
Pixodari Cariæ Regis verum nomen ex eius nummis traditum. 519
Placentæ e dactylis confectæ. 356, 357
Plantarum hiſtoria e nummis illuſtrata, ac unde 292. &c. plantæ in iis rariores, aut ſingulares, & quædam ex iis deperditæ. 293, &c.
Plantæ certis locis peculiares, inde ceu genuina eorum ſymbola vel inſignia in nummis ſignatæ. 315
Poëtæ veteres, qui in in nummis expreſſi. 299
Pœni non de omnibus Afris dicti. 299
Pollio Proconſul Aſiæ in nummis Sardianorum, 510. diuerſus ab eo Pergamenorum Στρατηγὸς in nummo Pergamenorum. *Ibid.*
Πόλις antiqua Athenienſium moneta 168. item Corinthiorum. *Vide* Corinthii.
Polypi, Sepiae, an impietatis & ſæuitiae, vel potius fecunditatis ſymbolum. 230, 231
Ponti Reges in nummis, 479. conditor illius regni Mithridates ὁ Κτίστης *vide* Mithridates. Ponti Reges iam defecerant ſub Traiano, Ponto in Prouinciae formam redacto ſub Claudio, 485. Boſpori Reges in eo terrarum tractu reſidui *vide* Boſporus.
Praeſides proprie dicti in nummis, & quidem Thraciae, 137. Praeſidiales prouinciae quales. *Ibid.*
Πρέσβεις & Πρεσβευταὶ Αὐτοκράτορες *Legati Plenipotentiarii.* 111
Principum virtutes & officia in nummis, maxime Romanis, expreſſa, 150. *Vide* Ciuilis & Moralis Doctrina.
Proconſules Aſiæ ad urbem Epheſum adpellere tenebantur. 643, 644
Πρόνοια, *Prouidentia* in nummis. 147
Prouinciæ Proconſulares, Prætoriæ, Præſidiales, 137. Prouinciæ caput de Metropoli. 614
Prouinciarum Rectores in nummis Græcarum urbium, 137. ad certam prouinciæ urbem adpellere primum tenebantur. 614
Pryſiæ nomine plures Bithynorum Reges. 513. Pryſias Claudus, ac unde dictus *Ibidem* alius Zelæ filius, 514. alius Κυνηγὸς ſeu Venator. 513, 514
Pryſias ad Hypium in nummis, Bithyniæ, iuxta Geographos, fluuium. 600. *Metropolis* eadem dicta in nummo apud Triſtanum. *Ibid.*
Prytanes quales Græcarum Urbium Magiſtratus, 701. Athenienſium exemplo in iis paſſim conſtituti, 701, 703. Prytanis Rhodiorum ſummus apud eos Magiſtratus. *Ibidem. Prytanes Smyrnæorum*

rum in veteri nummo a me alibi illuſtrato, 700, 701, 702. Prytanis Hermias in nummo Cumæorum, 702. Prytanis femina Maſſiliæ in veteri inſcriptione. 574

Prytanes plures in Græcis urbibus, 703. *Prytanis* dictus Juppiter ut ſummus Deorum Rector *Ibidem* in genere de Auctore Pacis, concordiæ, & ſummo quouis rerum moderatore *Ibidem* Πρυτανεύω, pro *conſtituere, decernere, moderari.* *Ibidem.*

Pudicitia in nummis Auguſtarum, 148, 149. Ara Pudicitiæ, 148

Purpura Rhodia, 321. purpura e concha Tyria, vel Coa, vel Laconica. *Ibidem.* alia e florum & herbarum ſucco, 321, 322. e flore agreſtis Punicæ, 323. loca a purpurarum copia denominata. *Ibid.*

Purpura marina præſtantiſſima, 455. hinc veſtes ἁλιπόρφυρα. *Ibidem vera* olim & *falſa* purpura. 455, 456

Purpurea veſte ſolum uſi Perſarum Reges 454. item Chaldæorum antea. 456

Pygargus e Caprearum genere 200. unde ei nomen *Ibidem* in Africa obuius. *Ibid.*

Pyrrhi Ligorii collectiones antiquariæ, & de iis iudicium, 191, 192

Q

Q pro antiqua littera X apud Græcos in veteri nummo, 96. eadem cum Latinorum Q. 97

Q ſeu ϙ pro C. 121

Quadrantis Romanorum typus & nota in nummis. 20, 21

Quadruſſis Romanorum, ſeu quatuor Aſſium ponderis nummus. 20, 21, 22

Quinqueſſis Romanorum nummus, ſeu quinque Aſſium, e veteri & ponderoſo nummo expreſſus. 21, 22

R

R littera an reperta ab Appio Claudio. 109, 719

Rho & Sigma litterarum uſus promiſcuus apud Antiquos Graecos, ἄρρην, ῥάβδος &c. 105. apud veteres etiam Romanos *Valeſii, Fuſii, Papiſii*, qui poſtea *Valerii, Furii, Papirii.* *Ibid.*

Reem Hebraeis, iuxta veteres Interpretes, animal unicornu, 195, 196. Bocharto *Oryx*, aut *bicornis Caprea.* 95

Reges variarum gentium, qui in priſcis nummis conſpicui. 51, 52

Regis ſeu Βασιλέως nomen, an poſt Alexandri M. obitum, primum in Regum Aſiatioorum aut Europæorum nummis additum, 376, 381. quod e nummis refellitur. 381, 411

Reges Ægypti dicti de regnante utroque coniuge. 423

Rex Regum Perſis *Saanſaan* dictus. *Vide* Saanſaan. *Reges Regum* dicti Aſſyriorum Reges, & Nabuchadonoſor a Danië-le, 464. Perſarum Reges, 460. Parthorum. *Vide* Arſacidae. Item Tigranes Armeniæ, & Pharnaces Ponti Reges in nummis, 464, 477, 478. Ægyptiorum Reges, 464. *Regina Regum* Cleopatra in nummis *Ibidem* Imp. Conſtantius & Hannibalianus apud Auctores, 465. Rex Regum Atreus apud Senecam. *Ibidem* ſic Princeps Principum &c. *Ibid.*

Rex Regum a Turcis quomodo appellatus 466

Reſcripti de Metropolibus Aſiae, & inter eas Epheſo, Auctor Antoninus Caracalla, non Antoninus Pius. 651

Rhenus bicornis in nummis ob duo eius brachia. 395

Rhinoceros Romae viſus in Ludis Saecularibus Domitiani, 188. inde ſignatus in eius nummis, 189. cum uno, non gemino cornu, 188, 189. ante Domitianum, & poſt eum, Romae in ſpectaculis viſus. 190

Rhodi inſulae variae etymologiae, 319. *Ophiuſa* olim dicta a ſerpentum copia. *Ibidem* Rhodi quae eximia naſcerentur, 320. Soli ſacra unde *Phoebeia Rhodos* dicta, 321. Sol in Rhodiorum nummis depictus.. 323

Rhodiorum in nummis ſymbola, ſignata in quorundam aliorum locorum nummis, 323, 324. Rhodii Ἐλεύθεροι in nummis, 679. *liberi* & *immunes* a Romanis dicti. 679, 680

Roma Θεᾶς ſeu *Deae* nomine, & diuinis honoribus culta a Graecis urbibus. Exempla in nummis, 138, 130, 140, 145. *nomen blaſphemiae* de ea appellatione dictum a D. Johanne *Ibidem* Aras, Templa ab iiſdem urbibus Romae ſacrata. *Ibidem.*

Roſa, an ſignata in nummis Rhodiorum 318, 319, 320. loca Roſetis olim nobilia, 320. Soli ſacra. 321

Runicarum litterarum diagramma, 114, earum in antiquis nummis documenta 557, 558. a quibus eadem explanata, 558

S

Σ pro σῖγμα maiuſculo in antiquis nummis & lapidibus, 99. littera C pro Σ priori recentior, contra Salmaſium, 99. 102. Σ paſſim ante Domitiani tempora in iis uſurpatum, 99, 100. eadem littera ſubinde in nummis poſt Domitianum adhuc ſignata. 100, 101

Σ ἕλιγμα σιλιγμόν, *cincinnus contortus*, dicitur ab Euripide, non de forma C pro

C pro Σ 101, 102, 103. eadem littera Σ accedens ad formam Arcus Scythici, contra Scaligerum & Salmaſium. 99
S & minori forma S ſenarii numeri nota in aliquot Græcorum nummis, 103, 105. alia Senarii numeri nota in duobus Antiochenſium nummis: 103, 104
S loco R. 108
S & Z litteræ confuſæ in antiquis nummis, ac unde 116. in nummis Smyrnæorum &c. 116, 117
S poſt X in Romanis nummis, ut *Paxs*, *Axſius*, *Maxſumus*, *Alexſandria*. 121
S littera Ciceronis temporibus, & paullo infra, in medio geminata. 111, 122
S omiſſa quandoque in fine vocum, ut in nummis *Liciniu*, *Naſidiu*, *Aſſoru*, 122. omiſſio hæc Acolibus olim familiaris, ut Σάκρελε, ἄχες &c. *Ibidem*.
S Latinorum in Græcis nummis, ſed ſequioris ferme ævi, aut ex commixtione utriuſque linguæ ſignatur. 105, 723
Saa Rex & Dominus apud Perſas, 454. hinc *Saanſaan*, Rex Regum. 463, 464
Sacræ ſeu Ἱεραὶ urbes in nummis. *Vide* ſupra Ἱεραὶ.
Samariticarum litterarum prima origo an ab Adamo & Noacho arceſſi debeat, 65. an a tempore Moſis ad Excidium Templi, iuxta Scaligerum. *Ibidem*. an poſt Eſdram, in communi ac ciuili Judæorum uſu eædem receptæ *Ibidem* id e nummis antiquis, qui Haſmonæorum temporibus percuſſi, manifeſtum. 66, 68, 72, 73
Samariticis ſeu Phœniciis litteris uſi Judæi poſt eorum ingreſſum in terram Chanaam, in rebus profanis ſeu ciuilibus, 66, 68. Samariticarum litterarum origo unde petenda: duplex ea de re ſententia, 72. an quod Samaritani iis iam uſi, antequam ab Aſaraddone in decem tribus miſſi; an dein e mutuo commercio, ex Hebraica & Chaldaica mixta ſit eorum lingua. *Ibidem*.
Samaritiicis litteris conſignati nummi, an ſoli ex antiquis Judæorum nummis genuini & authentici, 10, 13, 67, 68. *Vide* Nummi.
Samii Primi Jonum dicti in Græcis eorum nummis, 647, 648. una urbs Samos in eadem inſula *Ibidem* eadem *omnium Græcorum & Barbarorum Prima* dicta ab Herodoto *Ibidem Jonium primi* & *potentiſſimi* Samii, item *nobiliſſimi* ab aliis appellati. *Ibidem* Samiæ Junonis Templi amplitudo & celebritas. *Ibid*.
Sanctitas pro pudicitia. 149
Sardes *Prima Metropolis Aſiæ Lydiæ & Hellados* dictæ in duobus nummis, 618. quæ ratio adſumptæ in iis id genus appellationis, 619. urbs olim diuitiis adfluens & domicilium Perſarum Satraparum, 620. *Lydiæ Metropolis* Plutarcho dicta. 620
Sardiana iuriſdictio, una e conſtitutis Proconſularis Aſiæ Juridicis Conuentibus ſeu Præfecturis. 611, 612, 620
Sardinia Σαρδαλιῶτις olim dicta. 276
Scribæ viles apud Romanos, 703, 704. Apparitorum loco habiti, & *apparitores* dicti, 704. publicis in urbe Magiſtratibus additi, unde *Quæſtorius*, aut *Ædilitius Scriba*. *Ibidem*. *Scribæ ad manum* ab iis diuerſi, iique *mercenarii* habiti. *Ibidem*.
Scylla virgo deſuper, infra cum latrantibus canibus, 261. hinc a voce σκύλαξ dicta *Ibidem* monſtri illius figura in nummo Tarſenſium, 262. μιξοπάθτρΘ., μιξόπηΘ., τειχοφυΘ. a Græcis dicta. *Ibidem*.
Seleucidarum Syriæ Regum varius ac incertus apud Chronologos numerus, 403 viginti ſex ex iis, inſerto Tigrane, ſignati in antiquis, qui adhuc ſuperſunt, nummis *Ibidem* unus Seleuci V. nummus deeſt. *Ibid*.
Seleucidarum Syriæ Regum poſteriorum hiſtoria mutila & confuſa apud veteres, ac e nummis ſupplenda. 490, 410
Sella Curulis in nummis Ariobarzanis Cappadocum Regis, 475. idem in tali ſella ſedere a Pompeio iuſſus, 476. muneris loco ad amicos Reges a Romanis miſſa, cum Scipione eburneo, Toga picta *Ibid*. Antiochus Epiphanes in ſella eburnea ius dicebat. *Ibidem*.
Semeſſes Romanorum, & eorum typi, ac nota. 20, 21. 22
Semunciales, aſſes dimidiæ unciæ. 21
Senatus Romanus Θεῶ ac Ἱερᾷ Συγκλήτῳ nominibus a Græcis cultus, & quare, 139, 140, 141. exempla eius rei in nummis, 139, 141. Templa Senatui ab iis erecta *Ibidem* quæ munia ſub Cæſaribus Senatui relicta, 140, 141. *ſacer ordo*, & *Sacer Senatus* a Romanis etiam Auctoribus dictus. 141
Serapidis caput cum modio deſuper, & quare 409
Seriphi Inſulæ conditores, 265. ſaxoſa eadem, & inde *ſaxum Seriphium* appellata *Ibidem*.
Serpentum cum draconibus diſcrimen *vide* dracones tortuoſi ſerpentes, ſeu dracones in nummis. *Ibidem*.
Serpens equi dorſo impoſitus in veteri nummo 290. Serpenti inſtar Equi & Cameli inequitans Samael Satanas in Talmude. *Ibidem*.

Serpen-

Serpentum ollæ venenatæ in hoſtes immiſſæ. 224
Seruis non omnia Templa pro Aſylis, 670, 671. quædam iis aduerſus ſæuitiam dominorum conceſſa; 672, 725. etiam conſtitutionibus Chriſtianorum Imperatorum *Ibidem* item veteri Judæorum lege. 725
Sextans Romanorum, duarum unciarum. 21
Sibylla Phrygia in denario gentis Cariſiæ, 236. cum Sphinge ſignata in nummo Gergithiorum, ac unde. *Ibidem.*
Sicera, vinum e dactylis, 357. potus inebrians, & capiti noxius *Ibidem*, e caryotis confecta. 458
Siciliæ nummi plures valde vetuſti. 19
Siciliæ Reges in nummis, 544, 545. iidem nummi non omnes florentibus iiſdem Regibus percuſſi, 544, 552. iidem Reges uſque ad Hieronymum nullo inſigni Regio uſi. 547, 548
Siclorum cum Samariticis litteris, quæ antiquitas. 10, 11
Side *Splendidiſſima* & *Illuſtris* in Græco eius nummo dicta, 591. Pamphyliæ Primæ ſub Chriſtianis Imperatoribus Metropolis. *Ibidem.*
Σίδη, malum Punicum, & herba Nilotica ei ſimilis, 317. σίσδη Aeolice pro σίδη apud Callimachum *Ibidem Sidæ* inde dicta loca malis Punicis feracia. 323
Silphium Cyrenaicum præſtantiſſimum, 293. alibi quoque naſcens in Syria, Perſide, Media, Armenia, Parthia, Æthiopia *Ibidem* in Cyrenaica paulatim defecit *Ibid.* quæ cauſſa eius rei fuerit *Ibid.* Laſeris illius copia adhuc Romæ ſub Seuero ſuperſtes *Ibidem* in Cyrenaica denuo prouenies. 294
Silphium Cyrenaicum in Cyrenarum nummis ſignatum, 293, 294, 295. figura eius in iis ſuperſtes, 299, 297, 300, 301. *Batti Silphium* prov. de re pretioſa, 293. unde illud natum, 294. Batto Cyrenarum conditori oblatum ab indigenis Silphium. *Ibid.*
Silphium dictum *Libyca radix*, ac unde, 298, 299. in quam lato agrorum in Libya ſpatio naſceretur *Ibidem* Cyrenæorum in cuſtodiendo Silphio ſollicitudo, 301. Silphium & caulis Silphii diſtincta, 299. laſer, ſuccus e Silphio & eius caule expreſſus *Ibidem* Silphii inuentor habitus, qui & mellis, Ariſtæus *Ibidem.* a quo, & quo tempore illud inuentum, in Cyrenæorum Annales relatum. 300
Silphii ſucci ſeu laſeris in medicamentis & condimentis veterum uſus, 300. Silphii folia Græcis dicta *μάσπιλα Ibidem.*
Silphii caulis Delphis dedicatus. 301
Simiarum varia genera. 240
Sinope Mileſiorum colonia, 487. Ponticorum Regum ſedes. *Ibid.*
Simonides Ceus, non Cous, 84, 85. Dorici generis, non Jonici, 91. an Auctor dicendus Attici Alphabeti, 91. trium vel quatuor litterarum, & qualium auctor ſolum dictus *Ibidem* eius ætas. 92
Σιρηλὸ, exigua auicula inſtar Apis. 252
Sirenes tres virgines Siculæ in totidem canora monſtra conuerſæ, 251. una ex iis voce, altera tibia, tertia lyra uſæ, 251, 252. Siren Parthenope cum tibia in nummis Neapolitanorum, & Gentis Petroniæ. *Ibid.*
Siren in nummo Demetrii Soteris Mediceo. 252
Sirenes cantu victrices, iuxta Julianum Imp. 252. iuxta alios, ab Orpheo & a Muſis cantu victæ, 252. hinc abiectis plumis, in mare ſe dant in Creta præcipites, 253. unde vicino loco *Apteræ*, ſeu *Inplumis*, nomen. *Ibidem.*
Sirenum forma non ſuperne auis ſeu paſſer, infra virgo, 251, ab aliis ſuperne virgo, infra auis ſeu merula, 252. non piſcis, iuxta pictores, & quod ab Ælianno iam refutatum, 253. Sirenibus gallinacei pedes a quibuſdam tributi. 251, 252
Σειρῆνες cur dicantur a LXX Interpretibus animalia, quæ *dracones*, vel *ſtruthiones* vocantur in Hebraico contextu, 254. an lugubris earum cantus, 254, 255. alatæ iuxta Muſas, a quibuſdam dictæ. 252
Sirenum ſedes in ora Magnæ Græciæ & Siciliæ, 253. Archeloi filiæ dictæ, 254, ob ſuauitatem cantus *luſciniæ*, 255. hinc Σειρηνιάδες quaſi Σειρηδιάδες *Ibidem.* ἀηδὼν στεῖρα κενταυροκτόνος, *luſcinia ſterilis centaurorum interfectrix*, de Sirene apud Lycophronem. *Ibidem*
Smyrna urbs plantæ *myrrhæ* ϛυράκινος, *vide* myrrha.
Smyrnæ poſt Theſeum conditor vel reſtaurator Alexander M. 566. id e Smyrnæorum nummis illuſtratum, 566, 567. una e Juridicis Conuentibus Aſiæ, 611. *Metropolis* in nummo apud Goltzium, & in antiquis inſcriptionibus dicta. 613
Smyrna *Prima Aſiæ Magnitudine Et Pulchritudine* in nummo, & in inſcriptionibus appellata, 648, 649. poſt eam terræ motu collapſam reſtituta ſplendidior, ſub M. Aurelio & Commodo, 649, 650. *Jonicarum urbium pulcherrima*, & *Joniæ decus* dicta. 650
Solymus, Termeſſenſium Heros in nummis. 52, 563, 565

Sophiſtæ de quibus olim dicti, 727. dein proprie de dicendi ac declamandi Magiſtris & doctoribus *Ibidem.* ex Attica per Græcas in Aſia urbes, & in ea Jonicas diffuſi *Ibidem.* eorum in Jonicis illis urbibus celebritas, munia. *Ibid.*
Sophiſtæ apud Smyrnæos crebri & florentes, 709. ad publica munia, & præcipuas dignitates adſciti, 710. Στεφανηφόροι ſeu *Prætores* Sophiſtæ in Smyrnæorum nummis Attalus, Cl. Proclus, 711. Cl. Rufinus, 712, 713. Varus, Archon Cebeſſenſium. 713, 714
Sorores dictæ urbes ab eadem Metropoli deductæ, 577. fraterna inter id genus urbes coniunctio. *Ibid.*
Soteris Græcum nomen, una Romana voce haud efferendum. 418
Soteris cognomen Ptolemæo Lagi & Antiocho I. Seleuci Nicatoris filio tributum, 415. in Ptolemæi nummis obuium *Ibidem.* ei a Rhodiis primo conceſſum. *Ibidem.* aliis adhuc Seleucidis tributum. *Ibid.*
Soteris ſeu Σωτῆρος nomine promiſcue olim culti Reges aut Principes bene de gente aliqua vel urbe meriti. 416
Σωτῆρι dicti Juppiter, Neptunus, Caſtores, Apollo, Æſculapius paſſim, Bacchus, Hercules in nummis, ut totidem beneficia numina, 416, 417. Item Reges Antigonus & Demetrius filius, & ſubinde Romani Imperatores, 418. Traianus Σωτῆρι τῆς πόλεως, in nummo. 419
Σωτῆρι & Σώιδι dictæ in nummis Pallas, Venus, Diana, Proſerpina, Cleopatra 418 419. alibi Fortuna, Themis, Medea. 419
Sphinges, ſimiarum genus, 240, 441, 442. earum figura, 241. fabuloſæ Græcorum Sphinges alatæ, cum mixta figura muliebri, leonis, & auis, 241, 242, 244. Sphinx alata, unde Ægypti in nummo Romano ſymbolum. 244, 245
Sphinges Ægyptiorum vulgo non alatæ, 241. veræ eædem, & ad formam humanam accedentes, ſeu ἀνθρωπόμορφοι, 241, 242. muliebri veluti facie in antiquis monumentis, 244. in Ægypto, Æthiopia, Arabia obuiæ. 242
Sphinges cur ante Ægyptiorum templa poſitæ, 246. Sphinx iuxta Sibyllam, in Gergithiorum nummis *Ibidem.* Sphinx Thebana, de Sibylla vate dicta. 246
Sphinx cur in Chiorum nummis ſculpta, 245, 246. an ut ænigmaticæ doctrinæ ſymbolum *Ibidem.* peculiaris Triſtani de Chiorum ſphinge ſententia reiecta. 217
Sphinx duplex in nummo Aradiorum, 249 250. Sphinx Boeotis Βίκα & Φίκα a voce Phœnicia *Phikea*, aut *Phika*, pro *aperto* ac *vidente*, 250. an a voce Phœnicia *ſapar* & *ſabar*, pro *perplexo* & *homicida Ibidem* mons, quem ſphinx inſedit, Heſiodo Φίκιον *Ibidem* hinc eadem, Φίκειαι τέχναι, Lycophroni. *Ibidem.*
Sphingis ſignaculo uſus Auguſtus, 245. eius icon in veteri nummo. *Ibid.*
Sphingia, exiles Sphinges. 242
Spicarum faſciculus, ubertatis frugum indicium, ut Ægypti, Africæ, in earum nummis, 365. item modius cum ſpicis. *Ibidem.*
Spicarum manipulo feſtum Azymorum, aut Pentecoſtes deſignatum, 528. aut regionis ubertas. 532
Statuarum veterum adhuc ſuperſtitum multitudo & præſtantia, 26. mutilarum fatum, 27. ſtatuarum direptio. *Ibid.*
Στεφανηφόρος Chios in nummis quid notet. *Viae* χίος.
Στεφανηφόρος, ſacri magiſtratus in Græcis urbibus genus *Ibidem.* στεφανηφόρος *victoria, equus, victor* in agonibus dicti. *Ibid.*
Stibio nigror palpebrarum olim procuratus. 402
Stipendium nautarum diurnum Athenis 3. oboli, ſeu dimidia drachma, 249. duplicatum quandoque, & drachma data. *Ibidem* maius etiam a Chiis datum Peloponneſiorum nautis. *Ibid.*
Stipis Uncialis nummus cum pileato Vindicii capite. 21, 22, 23
Stobi Macedoniæ Secundæ, ſeu Salutaris urbs primaria, 652. *Municipium Stobenſium* in nummis. *Ibid.*
Στρατηγοὶ Αὐτοκράτορες quinam, 444. Στρατηγοὶ ἱερῆς τε καὶ πολέμου, quibus ſummum pacis & belli arbitrium. *Ibidem.*
Στρατηγὸς in nummis Græcarum Urbium 696. de ciuili eorum Magiſtratu ſeu *Prætoribus* dictus *Ibid.* quæ origo eius rei 696, 697. plures in una urbe Στρατηγοί, 699. Meſſinæ in Sicilia *Stratego* de *Prætore* adhuc dictus. 700
Στρατηγοὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων. *Armorum Præfecti* Athenis, 697. olim delectum militarem, poſtea rem cibariam & annonam fori curabant. *Ibid.*
Στρατὸς de *populo*, ſeu *ciuium cœtu* olim dictus. 696, 697
Strobilus, ſeu nux pinea in antiquis nummis, 308. in Bacchi myſteriis, 308, 309 hinc thyrſorum faſtigio ſubinde impoſitus, 309. tria nucis illius pineæ nomina apud Græcos, κῶνος, στρόβιλος, στρόμβος *Ibidem* ex iis κῶνος, nomen antiquius, στρόβιλος recentius. *Ibid.*
Στρόβιλος Plutarcho, non de fructu, ſed de arbore ipſa conifera, 209. ante Galenum tamen de *nuce pinea* dictus *Ibidem*

apud Lycophronem de *cochlea*, aut *oui testa*. *Ibid.*
Stymphalis auis galeata, & spiculis armata, cum crepitaculo, 256. figura in denario gentis Valeriæ *Ibidem*. diuersa a Sirene & Harpyia. *Ibidem*.
Stymphalides ab Hercule fugatæ, ac inde *Herculeæ aues* dictæ *Ibidem* an Stymphalis signata in nummo Temenothurensium. 557, 558
Suconum veteres nummi Runici seu Gothici, 558. qui in iis explanandis operam præstiterunt, ac præstant. 558
Σύγκλητος dicta etiam de *Senatu* Græcarum urbium, 139. ut Antiochiæ ad Orontem *Ibidem*.
Συναρχία in duobus Antiochensium in Caria nummis, quid notet, 695. eiusdem Collegii seu Magistratus societas. 696
Συνάρχοντες dicti collegæ in Magistratu, aut in imperio. *Ibidem*.
Σύλαι Atticis loca, quæ deprædare impune liceret. 673
Συνέδριον & Συνέδριον Κοινὸν, commune gentis concilium, 646. *Synedri* Macedonum Senatores apud Liuium. *Ibid.*
Sus fœta signata in Romano nummo ad indicandam ab urbe Alba originem. 571
Syriæ Romani Rectores in nummis. 137

T

Thau littera in pleriſque nummis Samariticis non accedit ad formam crucis. 73
Tabernaculorum apud Hebræos festum in Agrippæ Jun. nummo designatum, 528. alia viri docti de eo tabernaculo seu tentorio ibi expresso sententia expensa. 530
Tarsus Ciliciæ Metropolis, 590. in nummis eius, in quo Θεὸς Κιλίκων explicatus *Ibid.* sita non in Cilicia Trachea seu Aspera, sed Campestri. *Ibid.*
Tauri Mari olim & fluuiis immolati, & quare. 395
Taurus mons in nummis Tyanorum Cappadociæ. *Vide* Tyana.
Teiorum in Jonia nummus male cum *Metropolis* titulo a viro docto adductus. 628
Telmessa, *Termessa*, & *Thermesses* diuersimode apud Auctores dicti, 563, 564. an una vel diuersæ urbes. *Ibidem* Τερμησσέων in nummis *Ibidem* eadem urbs Cariæ, Lyciæ, & Pisidiæ adtributa *Ibid.* an canina in ea voce littera a ciuibus retenta, a scriptoribus autem reiecta. 564
Templa in Coloniis exstructa ad instar Templorum suarum Metropoleon, 573, 575. Templorum Εὐεργέται. 669
Τηλεσίχαλκοι, Chiorum moneta in nummis. 249
Thero, Agrigentinorum Dynasta vel Tyrannus, 552. cum Gelone Carthaginienses ad Himæram vicit *Ibidem* duo Pindari in eum ut Olympionicam Ἐπινίκια, 553. nummus eius, ut videtur, aut fratris Xenocratis ab Agrigentinis cusus. *Ibidem*.
Thesmophoria Cereris, non Athenis solum celebrata. 311
Thespiæ tantum ob Veneris in ea urbe signum adiri solitæ. 5
Thessalia campestris regio, inde equis abundans, 283. Thessali equi celebrati. *Ibidem* Thessali petulantes ac intemperantes *Ibidem* inde patria Centaurorum Semiferorum habita Thessalia. *Ibid.*
Thessalonica Metropolis olim secundæ Macedoniæ regionis, 652. eadem postea Primæ ac Secundæ Macedoniæ, ac totius insuper Illyrici Orientalis Metropolis, *Ibidem* illius Ecclesiæ singularia inde priuilegia ab Imperatoribus concessa, *Ibidem* Metropolis in nummo Gordiani, non proinde primum sub Valeriano. 653
Thraciæ Regum nummi, 498 499. &c.
Thraciæ Regnum a Tiberio diuisum, 500, 501, 502. eadem sub Claudio in prouinciæ formam redacta. 592
Thurifera arbor Romanis olim ignota, 360, thuris ramus in nummis Rom. cum inscr. *Arabia Adquisita*, 361. thuris folia similia foliis lauri.
Thyatira *Mysorum ultima* dicta, & in Lydiæ confinio, 629. inter Lydiæ urbes apud Ptolemæum *Ibidem* an *Metropolis* ab eodem dicta, 629, 630. Pergamenæ Jurisdictioni adtributa. 629
Tiara Persarum Regum, uti & Parthorum capitis gestamen, 451. immo Parthorum in genere *Ibidem* a Medis desumpta. *Ibidem*.
Tiara Persarum haud unius generis, 454. Regum, Magnatum, & vulgi diuersa, *Ibidem* Tiara recta a solis Persarum aut Parthorum Regibus gestata, eaque e byssо, 451, 454. obliquæ ac vulgares tiaræ promiscue a Persis & Parthis gestatæ. *Ibidem*.
Tiara cum diademate gestata demum a Regum Persarum consanguineis, 452. item a Tigrane Armeniorum Rege in eius nummis. 409, 469, 470
Tiaræ forma in nummis Arsacidarum rotunda, non quadrangularis *Ibidem* hinc *rotundum pileolum*, de tiaris dictum ab Hieronymo *Ibidem* item velut *sphæra diuisa*, & ab aliis *lunata*, 452, 459. tiaræ quadratæ unde Parthis tributæ in Romanis nummis, 452, 453. Tiara seu Cidaris Tigranis diuersa a tiara Arsacidarum. 470

Tiara ſeu Cidaris ſummi Hebræorum Pontificis, 471. Sacerdotum etiam apud Gentiles *Ibidem* tiara aurea Pontificis Hierapolitani. *Ibidem.*
Tiberius in Galilæa, iunctis Tiberii & Claudii Imp. nominibus Τιβεριοκλαυδία in nummis dicta. 526
Tigranes Rex Regum in eius nummis dictus, 468, 469. in iiſdem tiara eius cum Aquilis. *Ibidem.*
Tigris cum oblongis ſeu virgatis tæniis, 297. non confundenda cum Pardo aut Panthera *Ibidem*, tigris Cantharo inſiſtens in vetere marmore. *Ibidem.*
Toinardi commentarius de nummis Haſmonæorum Samaritanis. 16,68,74
Tomi Ponti Metropolis in eius nummis, 601, urbs *magna* & *felix* dicta Sozomeno. *Ibidem.*
Torques geſtabant Parthi, 154. a Regibus dari ſoliti. 454,458
Tragelaphus ſeu Hircoceruus apud Phaſin amnem, & in Syria, ac Arabia 200, 203. Pariſiis viſus, & eius figura *Ibid.* ab Hippelapho diuerſus. 200
Τραγήματα, palmæ fructus exſiccati, & pro bellariis adhibiti, 344, 350. Hebræorum *tamar* de palmæ fructu male a voce τράγημα deductum. 680
Τραϊάνεια, feſtum Pergami in honorem Traiani Imp. 644, 717
Trientes Romanorum, eorum typi & nota. 20, 21, 22
Trigæ Equorum in nummo Hieronis I. 549, 550. trigarum obſcura mentio in Græcorum agonibus, & apud Auctores, qui de iis agunt, 549. in Circenſibus ſeu Equeſtribus Romanorum ludis trigarum certamen receptum *Ibidem* iis Nero delectatus. *Ibidem.*
Trigarum locus in quo exercebantur Trigæ *Ibidem* Trigarii, qui illas agitabant. *Ibid.*
Tripolis e tribus Phœnices urbibus Sidone, Tyro, & Arado conſtans, 645. cur πρώτη dicta in veteri nummo *Ibidem* gentis concilia in ea urbe haberi ſolita. *Ibidem.*
Tropæa olim e ligno apud Græcos, non e ſaxis, & quare. 74
Tryphon Βασιλεὺς Αὐτοκράτωρ in nummis, & unde dictus, 443, 445. Tryphonis nomen in Syria, ac vicinis locis familiare. 443
Τύχη in nummis pro *Fortuna* ſeu *Genio* urbium. 147
Tunica Perſarum Regum purpurea, 456, 457. a Candy diuerſa, qui totus e purpura. *Ibidem.*
Turritus pileus de *tiara*, & quare. 471
Tyana Cappadociæ *Ad Taurum* montem in nummis, 597, 598. *Euſebia* in iiſdem dicta, 599. item Ἱερὰ Ἄσυλος Αὐτόνομος. 598. Metropolis Cappadociæ ſecundæ facta ſub Valente Imp. *Ibidem Chriſtopolis* dein appellata. 599
Tyrus, eius Coloniæ per Europam, Aſiam Africam, 341. Tyri inde celebritas & praerogatiua, 578, 588. Ἱερὰ Μητρόπολις in iiſdem, 588. non Metropolis primum ſub Hadriano Imp. conſtituta, 588, 589
Tyriorum æra, a parta eorum Autonomia. 683

U

U pro B, & eius rei exempla. 120
U Latinorum pro Græcorum Υ in nummis aliquot antiquis. 107
U & O permutata apud Græcos & Romanos, & eius rei exempla. 120, 121
Vocalis longa geminata apud Romanos, 420
Vacca cum lactente vitulo in nummis Dyrrachienſium & Apolloniatarum, 571 idque exemplo ſuæ Metropoleos Corcyræ. 570, 571
Vandalorum Regum Hilderici, & in Africa Chuntenundi nummi. 556, 557
Veneti olim Ἐνετοὶ dicti. 120
Venti cum celeribus equis comparati. 154
Venus ſignata in nummis Corinthiorum, & quare, 276. Veneris ſtatua apud Theſpienſes, Gnidios 16. Veneris Paphiæ templum, & quale in veteri Pergamenorum nummo, 505, 506. cultus eius extra Cyprum etiam receptus. 507
Victoria bigis Centaurorum vecta in veteri nummo. 280
Victorum in ſacris agonibus patria adſcripta, 547. in quo quis natus, aut in qua honoribus functus, *Ibidem* exempla e Pindaro & nummis Gelonis ac Hieronis I. 547, 548. quibus honoribus & acclamationibus condecorati id genus victores. 551
Vina Mareotica apud Ægyptios, 247. inter Aſiatica Chium ſeu Aruiſium præſtantiſſimum *Ibidem* quæ in Jonia, Aeolide, Lydia, pro optimis habita, 305. item in Sicilia, Thracia, Euboea, Cycladibus, 305, 306, 307. item Tyria vel Phœnicia 306
Vina e communibus & e caryotis palmulis confecta. 357
Vindicii ſerui, qui coniurationem Bruti filiorum contra Tarquinium detexit icon, ut videtur, in antiqua ſtipe unciali. 23
Virga Aaronis amygdalas ferens, vulgo in nummis Judaicis. 360
Virtus pro *Fortitudine* in nummis. 147

Digitized by Google

Virtus Exercitus Gallicani. *Ibidem.*
Virtutum præcepta & ſymbola in Romanis nummis, 148. &c. earum maxime, quae Principes decent *Ibidem* Romanorum ea in re conſilium. 149, 150
Virtutes Auguſtarum in earum nummis, *Fecunditas*, *Pudicitia*, *Pietas*, *Concordia*. 148, 149
Ulpiæ quæ urbes in nummis, Ulpii Traiani intuitu, dictæ. 219
Unciales Romanorum nummi ſeu unius unciæ. 21
Unicornu animal in Æthiopia quale, 202. *Vide* Monoceros.
Vologeſus Parthorum Rex, an Adiabenicus Rex ſtatuendus, non Babylonius, ſeu Aſſyrius Parthicus. 462, 463
Voluptas e tractatione veterum nummorum, ac unde, 45, 46. ob Artis præſtantiam, 46, 47, 48. ob imagines Heroum, Cæſarum Regum, Ducum, aliorumque illuſtrium, 48, 49, 50, 51, 52. haud ſine fructu eadem. 49, 50
Urbis, Conditoris, & Gentis nomen quandoque idem, 497. urbium nomina antiqua, & abolita, in earum nummis quandoque retenta. 560, 561
Urbium Maximarum, Maiorum & Minorum diſcrimen, 580, 659. urbium dignitas & περιδεια e peculiari Templorum maieſtate & religione, 591. eius rei exemplum *Ibidem*, ordo urbium ſeruatus. 646, 659
Urbium ad montes Libanum, Olympum, Taurum, Argæum, ſitus in earum nummis indicatus. 598, 599
Urbium iura & priuilegia in earum nummis deſignata, 142, 619. eius rei exempla, 616, 620. ut *Metropoles*, *Primæ* Ιερεῖς, Ἄσυλοι, Ἐλεύθεροι, Αὐτόνομοι, Ναυαρχίδες, Νεωκόροι. *Vide* eoſdem titulos.
Urbium patrii Magiſtratus, *Archontes*, *Strategi* &c. in earum nummis, 691. &c.
Urbes ſeptem Aſiæ ad quas ſcripſit D. Johannes, an totidem & ſolæ Metropoles Proconſulares Aſiæ, 630, 631. quæ ex iis Metropoles videntur appellatæ. 633
Urna cum Manna, & Virga Aaronis, in Judaicis nummis ſub Maccabaeis primum videntur ſculptae. 74
Vulcanus Aſino alato in cœlum a Baccho reductus. 278
Vulpium caudis faces adligatae, 170. vulpes λαμπυρίς dicta, & quare. *Ibidem.*
Wiſigothorum Regum in Hiſpania nummi, 586. item aliquot Regum ex iis in Gallia Narbonenſi. *Ibid.*

Y

Y littera ὑψιλὸν una e 16. Cadmi litteris, iuxta Plinium. 91

Z

Ζῆτα in antiquis aliquot nummis per Η 98 eius rei exempla, 98, 99. Z littera a Palamede reperta, iuxta Plinium, 99. inter 16. litteras a Cadmo aduectas, iuxta Bochartum. *Ibidem.*
Z pro Σ exempla in nummis aliquot Græcis, ut *Zmyrnæorum*, *Zozimi* &c. 116, 117

ERRATA.

PAG. 14. lin. 4. *a fine poſt* conſentaneum *adde* explicationem.
P. 16. l. 15. *leg.* Toinardo & l. 22. in ſequenti.
P. 66. l. 8. *a fine* l. qui poſt reditum e captiuitate.
P. 92. l. 2. a fine *dele* utique.
P. 117. l. 20. *leg.* χιτὼν *Ibidem* l. 2. a fine *leg.* ΧΑΛΚΗΔ.
P. 120. l. 24. *leg.* ex Scylace & Arriano.
P. 122. l. 2. 16. ICAPTUM.
P. 125. l. 28. *leg.* Cattiae.
P. 131. l. 17. l. normam.
P. 132. l. 20. *leg* ad utrumque. *Ibidem* l. 2. *a fine leg.* Ad hæc enim.
P. 137. l. 2. *a fine leg.* Ἐπιτελῶν.
P. 169. l. 8. *leg.* culti.
P. 170. l. 17. *a fine leg.* Obeliſcolychnio.
P. 173. ad l. 5. *a fine in margine leg.* l. XXI. cap. 15.
P. 175. l. 10. *leg.* cum Hippopotami effigie.
P. 199. l. 11. *leg.* VII. & p. 201. l. 19. l. VIII.
P. 205. l. 9. *a fine leg.* Agatharchide.
P. 210. l. 8. *a fine leg.* Dyrrachii.
P. 349. l. 3. *leg.* quadraginta *Ibidem.*
P. 251. l. 8. *a fine leg.* eeciniſſe aut luſiſſe.
P. 255. l. 20. *leg.* dramate modo adducto.
P. 261. l. 18. *a fine leg.* ארבה *arbeh.*
P. 294. l. 3. *a fine leg.* et de re.
P. 296. l. 10. *a fine leg. deſerta.*
P. 312. l. 7. *leg.* quam *pini Ibidem* l. 13. a fine *leg.* Pini ramum.
P. 316. l. 19. *a fine leg.* Mali Punicæ.
P. 329. l. 4. a fine leg. Μυῖδιον.
P. 347. l. 26. *leg.* מוּם
P. 351. l. 7. *a fine leg.* Locorum Hebraicis.
P. 407. l. 2. *leg.* Elephantum.
P. 424. l. 17. *leg.* Lucania.
P. 434. l. 4. *leg.* prodidit.
P. 443. l. 13. *leg.* Tryphonis.
P. 459. l. 21. *leg.* Orodem.
P. 465. *in margine leg.* 469.
P. 466. *in margine leg.* 470.
P. 467. *in margine leg.* 471.
P. 468. *in margine leg.* 475.
P. 472. l. 5. *leg.* III.
P. 478. l. 3. *leg.* ΦΙΛΟΠΑΤΟ. l. 4. *leg. Philopatoris.*
P. 540. l. 31. *leg.* Tingitanæ.
P. 562. l. 5. *a fine leg.* παλαιῶν.
P. 581. *in marg.* ad l. 21. *leg.* Schol. Ran.
P. 584. l. 13. *leg.* Dioeceſeos.
P. 716. l. 9. *leg.* agnoſcit Notitiæ.
P. 598. l. 4. *a fine leg. Tyana* quod ſupra iam vidimus dictum.
P. 681. l. 5. *leg.* Dioeceſeos.
P. 638. l. 19. *a fine leg.* a Communi Aſiæ.
P. 649. l. 15. *a fine leg. Cynicorum Bis Neocorum.*
P. 658. l. 23 *leg.* Aphrodiſienſes & l. 14. *a fine* Dioeceſeon.
P. 665. l. 11. *leg.* APAMEÆ, ARADI.
P. 675. l. 9. *leg.* Philoſophi.
P. 722 l. 20. *leg.* pernicacis.

Leuiora alia menda, ut alicuius litteræ inuerſæ, aut pro altera poſitæ, aut ſuo loco motæ, & ſi quæ id genus, quæ quiuis in litteris tyro ſtatim aduertet, conſulto hic ſunt omiſſa.

FINIS.

598053

Digitized by Google

ACHILLE MORA
Via Orazio Arabivio, 3 - Napo
Digitized by Google

Digitized by Google